Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 9

404
5-6-13

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

Tomus ſeptimus,

Continens reliquam partem τῶν πολεμικῶν, id eſt pugnas aduerſus hæreſes Donatiſtarum, & Pelagianorum.

In quo, præter locorum multorum reſtitutionem, ſecundum collationem vetuſtiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate poſſent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impreſſus, recognitus, & emendatus.

BIBLIOTECA COLEGII LOJOLAEI SOCIETATIS JESU

Esta conforme al Expurg.
de 1707.
Por comision del S.to Off.o
Dho
Fran.co de Olague.

munoa



VENETIIS, Apud Iuntas.
M D L X X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS.

Diui Augustini contra partem Donati, Psalmus.	folio.2.colum.1.
Contra Epistolam Parmeniani.lib.III.	3.co.4.
Contra literas Petiliani Cirthensis Episcopi Donatistæ.lib.III.	23.c.4.
Contra Cresconium Grammaticum.lib.III.	66.co.1.
Contra Gaudentij Donatistarum Episcopi Epistolam.lib.II.	109.co.3.
De baptismo contra Donatistas,lib.VII.	119.co.4.
De unico baptismo contra Petilianum lib.Vnus.	259.co.2.
De vnitate Ecclesiæ cõtra Petiliani Donatistæ Epistolam.lib.I.	164.co.3.
Opus breuiculi collationum cum Donatistis.	180.co.4.
Post collationem contra Donatistas.lib.Vnus.	191.co.4.
Super gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo,sermo.	203.co.1.
De gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo.lib.Vnus.	105.co.2.
Contra Fulgentium Donatistam.lib.Vnus.	208.co.1.
De peccatorum meritis & remissione,ad Marcellinum.lib.III.	212.co.1.
De natura & gratia contra Pelagianos.lib.Vnus.	237.co.2.
De gratia Christi contra Pelagium & Celestium.lib.II.	249.co.1.
De nuptijs & concupiscentia ad Valerium Comitem.lib.II.	263.co.1.
Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium.lib.IIII.	280.co.4.
Contra Iulianum Pelagianum.lib.VI.	305.co.2.
De anima & eius origine.lib.IIII.	372.co.4.
De prædestinatione & gratia.lib.Vnus.	394.co.1.
Prosperi Epistola ad Augustinũ de reliquijs Pelagianę hæreses.	398.c.4.
Hilarij Epistola ad eundem de eadem materia.	400.co.1.
De prædestinatione sanctorum.lib.Vnus.	401.co.4.
De bono perseuerantię.lib.Vnus.	410.co.4.
De prædestinatione dei.lib.Vnus.	422.co.3.
De gratia & libero arbitrio ad Valentinum.lib.Vnus.	423.co.3.
Ad eundem de correptione & gratia.lib.Vnus.	431.co.2.
Ad Articulos sibi fallo impositos,Augustini responsio.	450.co.4.
Contra Pelagianos Hypognosticon.lib.VI.	441.co.1.
De perfectione iustitię contra Celestium.lib.Vnus.	461.co.4.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Contra partem Donati, Psalmus.

A Hypsalma ad singulas particulas huius psal.

OMnes qui gaudetis de pace, modo verum iudicate. Abundantia peccatorum solet fratres conturbare. Propter hoc dominus noster voluit nos prænonere, comparans regnum cœlorum reticulo misso in mare. Congregauit multos pisces, omne genus hinc & inde, Ques cum traxissent ad litus,tunc cœperunt separare, Bonos in vasa miserũt,reliquos malos in mare, Quisquis recolit Euangelicum,recognoscat cum timore. Videt reticulum Ecclesiam, videt hoc seculum mare.Genus autem mixtum, piscis iustus est cum peccatore. Seculi finis est litus,tunc est tempus separare:Qui modo retia ruperunt, multum dilexerũt mare. Vasa sunt sedes sanctorũ, quo non pñt mali puenire. Repetitio, Omnes q gaudetis,vt supra. Bonus auditor fortasse quærit,qui ruperunt rete? Homines multum superbi,qui iustos se dicunt esse. Sic fecerunt scissuram,& altare contra altare.
B Diabolo se tradiderunt, cum pugnant de traditione. Et crimen quod commiserũt, in alios volunt transfere. Ipsi tradiderunt libros,& nos audent accusare. Vt peius cõmittant scelus quam commiserunt & ante. Quod possent causam librorum excusare de timore. Quod Petrus Christum negauit,dum terretur de morte. Modo quo pacto excusabant factum altare contra altare. Et pace Christi conscissa spem ponunt in homine? Quod persecutor nõ fecit,ipsi fecerunt in pace. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Custos noster deus magne,tu nos potes liberare à pseudo ꝓphetis istis,qui nos quærunt deuorare. Maledictum cor lupinum contegunt ouina pelle. Nomen iusti ouina pellis,schisma est in lupino corde. Qui nouerunt scripturas,hos solent circumuenire. Audiunt enim traditores, & nesciunt quid gestum est ante. Quibus si dicam probate,non habent quid respondere. Suis se dicunt credidisse, dico ego mentitos esse. Quia & nos credimus nostris,qui eos dicunt tradidisse. Vis nosse qui dicant falsum, qui non C
Mat.26 sunt in vnitate? Olim iã causa finita est,ꝙ vos non statis in pace. Repetitio. Oẽs qui gaudetis,&c. Dixerunt maiores nostri,& libros fecerũt inde. Qui tũc causam cognouerunt, quod recens' possent probare. Erant ꝙdã traditores librorũ de sancta lege. Epi de Numidia,& non quilibet de plebe. Cũ Carthaginẽ uenissent Epm ordinare,inuenerũt Cęcilianũ iã ordinatũ in sua sede. Irati sunt,quia ipsi non potuerũt ordinare. Erãt Botrus & Cælestius hostes Cęciliano valde. Impij,fures,superbi,de qbus longũ est referre. Iunxerunt se simul oẽs, crimen in illũ conflare. Dũt ordinatorẽ eius sanctos libros tradidisse. Sic pacis retia ruperunt,& errant mõ p mare. Repetitio. Oẽs qui gaudetis,&c. Ecce q̃ bonũ & iocundũ frẽs in vnũ habitare. Audite vocẽ Prophetę,vt sitis in vnitate. Crimen nobis quis probauit antiquum de traditione? Quis obiecit in iudicio,qui sederunt iudicare? Quibus testibus conuicit, quis ausus est affirmare? Sed hoc libẽter D
finxerunt, qđ se nouerant fecisse. Quia fama iam loquebatur de librorum traditione. Sed qui fecerant latebant in illa perditione. Inde alios infamauerunt,vt seipsos possent celare}. Per illos cæteri errauerũt principes ex ipsa parte. Quia non credere collegis putauerunt turpe. Iã frẽs,finitur error,& simus in unitate. Repetitio. Oẽs qui gaudetis,&c. Fecerunt quod voluerunt, tunc illa cęcitate. Non iudices confederunt,non sacerdotes de more, Qđ solent in magnis causis congregati iudicare. Non accusator & reus steterũt in qõne. Non testes,non documentũ, quo possent crimen probare. Sed furor,dolus,tumultus,qui regnant in falsitate. Proferantur nobis gesta,quæ in consilio solent esse. Videamus quæ res coegit fieri altare contra altare. Si malus erat sacerdos,deponẽdus erat ante. Si non poterat deponi,tolerandus intra rete, Sicut modo toleratis tam multos malos aperte. Et qui fertis

pro furore, ferretis vnum pro pace. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Gaudium magnum esset nobis, si tunc nolletis errare. Si tunc non visum est verum, vel nunc expertum videte. Multos nunc habetis prauos, qui vobis displicent valde, Nec tamen hos separatis a uestra communione. Non dico de illis peccatis quæ po
E testis & negare. Fustes, ignes, mortes dico, quæ committunt vestri in luce. Et tamen suffertis illos vel errore vel timore.

Quantum erat, ferret vnum patres vestri pro vnitate. Si tantus erat tumultus, vt non possent degradare. Addo q innocens erat, & nihil poterant probare. Sed ne crimen quæreretur vbi se videbant esse, Finxerunt se nimis iustos, cum totum vellent perturbare. Repetitio. Omnes q gaudetis, &c. Honores vanos qui quærit, non vult cum Christo regnare, Sicut princeps huius mali, de cuius vocantur parte. Nam Donatus cum uolebat Aphricam totam obtinere, Tunc iudices transmarinos petijt ab imperatore. Sed hæc tã iniusta petitio non erat de charitate. Hoc ipsa ueritas clamat, quam uolo modo referre. Nã consensit imperator, misit qui sederet Romę Sacerdotes, qui tunc possent Cæcilianum cum illo audire. Dicta causa est, nihil probatum est, ausus est & appellare, Et post collegarum sedem, audiri ab imperatore. Hic petitio illa probatur, non esse de charitate. Deinde ubique victus, cœpit Christianos rebaptizare. Repetitio.
F Omnes qui gaudetis, &c. Iustitiam sequi si vultis, totam causam cogitate. Quod postea fecit, factum quare non est ante? Dissentiebant sacerdotes in tota Aphricana parte. Sacerdotes transmarini possent inde iudicare. Quid curritis ad schisma, & altare? Vt quod postea iudicatum est, iam non possetis audire. Et a iudicibus uestris cogeremini appellare, Dum vultis erroris regnum quoquo modo confirmare. Et nunc & vos totum noscitis, sed fingitis vos nescire. Et cum vos veritas vrget, patres dicitis erraſſe, Quasi uos aliquis uetet iam recedere ab errore, Sed superbia uos ligauit, in cathedra pestilentiæ. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Charitatem Christi qui habet, pacem non potest odisse. Vel uos iam populi audite, & nobiscum recordate. Qui non tenetis cathedram, pro qua pugnetis iniuste. Si modo Episcopi vestri ex una aliqua regione, haberent inter se litem, quam uelletis iudicare: Nisi alterarũ regionum, quoniam non essent de ipsa lite. Sed cum discussissent causam, pronunciarent pro una parte: Nunquam communicaretis, qui illis nollent consentire. Nam & ipsi non consenserunt transmarinorum sententiæ, Qui pro nobis iudicarunt, nam nobis iunguntur hodie. G

Si iudex Christus hoc dicat, quid habetis respondere? Repetitio. Omnes qui gaudetis. &c. Lumen cordis si est in uobis, verum potestis uidere. Sunt preces Donati & acta, quibus quod dictum est probate. Quæ si credere non uultis, vos huc aliqua proferte, Quibus & si nos non credimus, erit rixa sine fine. Amplectamur ergo pacem Christi, quid ad nos quod gestum est ante? Obijcitis traditionem: respondemus vos feciſſe. Clamatis vos de Macario: & nos de Circuncellione. Illud nostrum iam transactum, uestri non cessant vsq. hodie. Habeat paleas area vestra, vos hoc solum vultis esse. Vos enim non vultis pacem: illi minantur de fuste. Et vtinam minarentur, & non puderet quotidie. Hos si expellunt isti, vestri nõ habent, per quos regnare possunt. Repetitio. Omnes qui gaudetis. &c. Modum si excesſit Macarius conscriptum in Christiana lege, Vel legem regis referebat, vt pugnaret pro vnitate. Nam dico istum nihil peccasse, sed uestros peiores esse.

Quis enim præcepit illis, per Aphricam sic seuire? Non Christus, non imperator H
hæc probatur permisisse. Fustes & ignes Mat. 26
priuatos, & insania sine lege. Quia scriptum est, Reconde gladium, scelus non putant in fuste. Non vt homo moriatur, sed ut conquassetur valde, Et postea moriatur, inde iam cruciatus languore.

Sed tamen si miserentur occidunt, & vno fuste. Fustes Israeles uocant, quod dixerunt cum honore. Et plus uastent ipsum nomen quam corpus quod cędunt inde. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

Nolite nobis iam fratres tempus Macarij imputare. Si crudeles erant illi, & nobis displicent valde. Si autem falsa de illis dicunt, deus potest iudicare. Nos amemus potestatem Christi, gaudeamus in vnitate. Si qui mali sunt in Ecclesia, nihil nobis possunt nocere. Si non possunt nobiscum esse, excludantur salua pace.

pace. Si non potuerunt excludi, excludãtur vel de corde. Dixit Ezechiel sanctus
Ezec. 9. quosdam consignatos esse, Qui gemunt peccata fratrum, & non se separant inde.

Sic nos propter malos fratres, non separemur a matre. Quod tunc impij fecerunt, extra leuantes altare. Vt peiores nunc haberent, quam quod se fingũt fuisse. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

I Omnis qui scripturas legit, nouit quod volo aperire. Ioan. Baptista dixit tũc ad Iudæos aperte, Quod illos tanquã areã suam Christus posset ventilare. Misit in
Matth. 3 messem operarios discipulos p̃dicare: Per
Matth. 9 quos area collecta est, & ventilata de cruce.

Tunc iusti tanquam frumentum Ecclesias impleuerunt caste, Vendentes quæ possidebant, & mundo dicentes vale. Illi tanquam semẽ erant, quod toto dispersum est orbe, Vt alia surgeret messis, quæ vẽtilanda est in fine. Hæc crescit inter zizania, quia sunt hæreses vbique. Huius palea sunt iniusti, qui non sunt in vnitate,

Ex quibus si erat Macarius, nos quid vis rebaptizare? Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Pone in corde areas duas, vt posfis quod dico in corde videre.

3. Regu. 19. Certe & priores habebant sanctos, sicut
Rom. ii. ostendunt scripturæ. Nam & septem milia virorum Deus se dixit reliquisse. Et sacerdotes & reges, multi iusti sunt in lege.

Ibi habes tantos Prophetas, habes multos & de plebe. Dic mihi quis tunc iusto rum separauit sibi altare? Multa scelera admittebat iniquus populus ille. Idolis sacrificatum est, occisi sunt Prophetæ, Et nemo tamen iustorum recesit ab vnitate.

Iusti iniustos sufferebant, venturo ventilatore. Vno templo miscebantur, sed
K mixti non erant corde. Dicebant in illos tanta, & vnum habebant altare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Quid vobis ad hæc videtur, secunda messis Ecclesiæ, Quæ per totum orbem crescit, plura debet sustinere? Habet enim Domini exemplum, & in Iuda traditore. Hunc inter bonos ferebat, hunc misit & prædicare. Malus seruus prædicabat, sed Christus erat in fide. Quia qui iudici credebant, non curabant de præcone. Quãdo dedit sanctam cœnã, nec tũc illum exclusit inde: Et posset per illum tradi, ẽt si inde exisset antè. Sed nobis exemplum datum est, malos fratres tolerare, Vt quãdo nõ possunt excludi, solo separentur corde.

Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

Rogo te respondere nobis, quid vultis rebaptizare? Lapsos sacerdotes vestros pellitis à communione. Et nemo tamen post illos ausus est rebaptizare. Et quoscunque baptizarunt, vobis communicant hodie. Quid ab eis acceperunt, si nõ habebant quid dare? Legite quomodo adulteri puniantur in sancta lege. Non enim dicere possunt, q peccarũt à timore.

Si sancti soli baptizant, post illos rebaptizare. Quid calumniamini nobis, quia sumus in vnitate? Qui nondum eramus L
nati in illa persecutione. Scriptum est, Peccata patrum ad filios non pertinere.

Sed nemo dat fructum bonum, si præcisus est de vite. Repetitio. Omnes, qui gaudetis, &c. Scitis catholica quid sit, & quid sit præcisum à vite. Si qui sunt inter vos cauti, veniant, viuant in radice.

Antequam nimis arescant, iam liberentur ab igne. Ideo non rebaptizamus, q vnum signum est in fide. Non quia vos sanctos videmus, sed solam formam tenere.

Quia ipsam formam habet sarmẽtum, quod præcisum est de vite. Sed quid illi prodest forma, si non viuit de radice? Venite fratres, si vultis vt inseramini in vite.

Dolor est cum vos videmus precisos ita iacere. Numerate sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede, Et in ordine illo patrũ, quis cui succesit videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.

Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

Talis si quis aduenial, plenus catholica fide, Quales illos sanctos viros omnes solemus audire. Et si tibi dicat, frater, q̃d me vis rebaptizare? Quid si antè factũ nescio: nunc aũt sum in Christi fide. Si me maculat quod nescio, tu qualis fis nunc ostende. Vultus tuos ecce attendo, ignoro M
quid sit in corde. Si me maculat qd' nescio, tu me maculas fortasse. Et si credo esse sanctum, quibus communicas vide. Si maculat quod nescimus, iam non potes sanctus esse, Quem maculant tot peccata, quæ committunt vestri occulte. Si autẽ quod nescis non curas, nec ego quod factũ est antè. Et tamen Christianum tale audes rebaptizare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Væ qui pro cathedris vestris sic contenditis iniuste, Clamatis vos solos sanctos, aliud dicitis in corde.

Quia videtis & vos multos malos abundare vbique. Nunquid dicere potestis, mixti sumus intra zete? Respondetur.n. vobis, iam vos illud diripuisse. Neq; dicere potestis, paleas vos sustinere. Iterú respondemus, hoc fecissetis & ante. Non impeiores erãt illo Iuda traditore. Cum quo Apostoli acceperunt primũ sacramentum cœnæ. Cum tanti sceleris reum inter se iam scirent esse, Nec tamen hos inquinabant sordes in alieno corde. Et tamen Christianos fratres audetis rebaptizare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

Audite fratres quod dico, & mihi irasci nolite. Quia non sunt falsa quæ auditis, potestis & considerare. Quid si ipsa núc
A Ecclesia vos alloquatur cum pace, Et dicat, O filij mei quid queremini de matre?

Quare me deseruistis, iam volo à vobis audire? Accusatis fratres vestros, & ego laceror valde. Qũ me premebant gentes, multa zuli cum dolore. Multi me deseruerunt, sed fecerunt in timore. Vos vero nullus coegit sic contra me rebellare. Dicitis mecum vos esse, sed falsum videtis esse.

Ego catholica dicor, & vos de Donati parte. Iussit me Apostolus pro regibus mũ di orare: Vos inuidetis q̃ reges iam sunt in Christiana fide. Si filij estis, quid inuidetis, quia auditæ sunt preces meæ? Quando enim dona remiserunt, noluistis accepta re. Et obliti estis Prophetas, qui illud prædixerunt ante. Et gentium reges magni mis suri essent dona Ecclesiæ. Quæ dona cum respuistis, ostendistis vos non esse. Et Macarium coegistis suum dolorem vindicare.

Sed ego quid vobis feci, vestra mater in toto orbe? Expello malos quos possum, quos non possum cogor ferre. Fero illos donec sanentur aut separentur in fine.
B Vos me quare dimisistis, & crucior de vestra morte? Si multũ malos odistis, quales habetis videre. Si & vos toleratis malos, quare non in vnitate? Vbi nemo rebaptizat, nec altare contra altare. Malos tantos toleratis, sed nulla bona mercede, Quia quod debetis pro Christo, pro Donato vultis ferre. Cãtamus vobis fratres pacẽ, si vultis audire. Venturus est iudex noster, nos damus, exigit ille.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Epistolam Parmeniani,

LIBER PRIMVS.

MVlta quidem & alia aduersus Donatistas pro viribus, quas dominus præbet, partim scribẽdo, partim etiam tractando disserui. nunc autem quoniam incidit in manus nostras Parmeniani quondam Episcopi eorum quædam Epistola, quæ scribitur ad Ticoniũ, hominem quidem & acri ingenio præditum, & vberi eloquio, sed tamẽ Donatistam, cum eum arbitraretur in hoc errare, quod ille verum coactus est confite ri, placuit petentibus, immo iubentibus fratribus, vt huic eidem Parmeniani Epistolæ de responderem, propter quædã maxime quæ de scripturis testimonia non sicut accipienda sunt, accipit. Ticonius enim omnibus sanctarum paginarum vocibus circuntusus euigilauit, & vidit Ecclesiam dei toto orbe diffusam, sicut de illo tanto ante per corda & ora sanctorum præuisum atque prædictum est. Quo percepto suscepit aduersus ipsos suos demonstrare & asserere, nullius hominis quãuis sceleratum & immane peccatum præscribere promissis dei, nec id agere quorumlibet intra Ecclesiam constitutorum quamlibet impietatem, vt fides dei de Ecclesia futura & diffundenda vsque ad terminos orbis terræ, quæ in promissis patrum retenta & nunc exhibita est euacuare tur. Hoc ergo Ticonius cum vehementer copioseq́ue differeret, & ora contradicentium multis & magnis ac manifestis sanctarum scripturarum testimonijs oppilaret, non vidit quod consequenter videndum fuit, illos videlicet in Africa Christianos pertinere ad Ecclesiam toto orbe diffusam, qui vtique non istis ab eisdem orbis communione atque vnitate seiunctis, sed ipsi orbi terrarum per communionem connecterentur. Parmenianus autem cæteriq́ue Donatistæ viderunt hoc esse consequens, & maluerunt suscipere obstinatissimum animum aduersus apertissimam veritatem quam Ticonius asserebat, quàm ea concessa superari ab Aphricanis Ecclesijs, quæ illius vnitatis quam Ticonius asserebat cõmunione gauderent,

Cap. 1.

C De istos Ticonio vide li. 3 de doctrina Christiana.c.30.

D

derent, vnde se isti separassent. Et Parmenianus quidem primo eum per Epistolam velut corrigendum putauit, postea vero ex concilio eorum perhibet damnatum. Epistolæ itaque Parmeniani, quam scripsit ad Ticonium, reprehẽdens eum, q̃ Ecclesiam dicaret toto orbe diffusam, & admonẽs ne facere auderet, hoc ope statuimus rñdere.

Intentio Augusti ni in his tribus libris.

Cap. 2. Illud itaq; primum videamus, quale sit, q̃ Gallos & Hispanos & Italos eorum socios, quos vtiq; totũ orbem vult intelligi, traditoribus Aphricanis cõmercio scelerũ & societate criminum dicit esse cõsimiles. Homini.n. de scripturis sanctis proferenti tam multa & tam ingentia documenta, ipse sine documentis loquitur, & vult nihil p
E bans credi sibi, inuitans eum videlicet ad imitationem sui, quia & ipse quibusdã coepiscopis suis contra tot Ecclesias per tantã latitudinem terrarum omnium cõstitutas, non nisi loquentibus credidit. Qua credulitate quid magis temerarium reperiri põt? Dicit.n. legatione functos quosdam, sicut ipse asserit, fidelissimos testes ad easdẽ venisse prouincias, deinde geminato aduentu sanctissimorum, sicut ipse dicit, Dñi sacerdotum, dilucide plenius ac verius publicata esse q̃ obijciunt, homo putans sibi magis credi deberi Deo. Profert Ticonius diuini

Allegatio Ticonij cõtra Donatistas. Testamenti tonitrua, quod factũ est in p̃missione Abrahæ, Isaac, & Iacob, quorum se Deum testatur dicens, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Iacob, hoc nomẽ est mihi in æternum. Et iste opponit narrationes cõsacerdotum suorum. Quid dictũ est ad Abraham: In semine tuo benedicentẽ omnes gentes? Quid dictum est ad Isaac: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, pro eo q̃ audiuit Abrahã pater tuus
F vocem meam? Quid dictum est ad Iacob: Ego sum Deus Abrahę patris tui, & Deus Isaac, ne timeas, Terram.n. supra quã dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semen tuum sicut arena maris, & replebitur in mare & Aphricum & in Aquilonem & in Orientem, & benedicẽtur in te omnes tribus terræ in semine tuo? Ne autem de Iudæis dictum putent, quid sit semẽ Abrahæ, in quo dictum est, benedicendas omnes gentes, exponit Apostolus, Abrahæ, inquit, dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquã in vno, & semini tuo qui est Chrs. In Christo ergo omnes gẽtes benedictionẽ

Exod. 3.

Gen. 12. & 22. & 26. & 28

Gal. 3.

habituras, rãta authoritate promissum est, tanta exhibitum veritate, & contradicunt qui se Christianos dici volunt? Et contra hoc quid opponunt? Legatione ait functi quidam fidelissimi testes ad easdem prouincias venerunt, de ingeminato aduentu sanctissimorũ Domini sacerdotum, dilucide, plenius, ac verius esse publicatum. Quid q̃so te, quid per istos fideles testes, quos vultis Deo esse fideliores, quid publicatũ est? An quia per Aphros traditores semen Abrahæ, quod est Christus, non est p̃missum peruenire vsq; ad omnes, & ibi exaruit quo peruenerat? Dicite iam magis collegis vr̃is credendum esse quam testamento Dei. Et hoc dicentes ipsum testm̃ vos à flãma cõser G uasse gloriamini, quod lingua delere conamini. Sed eligat quisque quod placet, & si contra cœlestia fulgura mendacij terreni fumus aliquid prævalet dimisso cœlo euanescat in ventos. Si enim Parmenianus cathedræ suæ non faueret, magis eligeret scripturæ Dei credere quam collegis suis. Deus enim dicit ad Iacob, Non relinquã te donec faciam quæ locutus sum tecum. Gen.28.

Istos autem multo est vtique credibilius, quia iam iusto iudicio fuerunt improbati ad sociandam communionem in illis partibus, vbi iam Deus complebat, quod promiserat patribus, non esse admissos, & propterea de sanctis sacerdotibus Dei, a quibus recipi non meruerant iactasse talia, quibus infirmos animos deceptarum a se plebium falsis rumoribus agitarent, & temere credulas mentes superbia sui nominis irretitas, ab orbis terrarum pace dirumperẽt. Quid hac stultitia, immò vero dementia reperitur insanius? In tot gentibus orbis terrarum & ex magna parte compleuit Deus, & adhuc complet, donec ad omnes omnino veniat, quod promisit qui dixit, Non relinquam te donec faciam, quæ locutus sum tecum. Et isti iam credunt nunciantibus non impleri, quæ promisit Deus, & H ideo ex partibus terrarum, in quibus iam impletum erat perisse Abrahæ semẽ, quod est Christus, & euacuatas promissiones Dei, quia ipsi non sunt admissi ad eorum communionem, apud quos hoc iam retinebat orbis impletum, & non eis dicitur, solus Deus verax, omnis autem homo mẽdax. De vestro ista dicitis, Quia qui loqui Ps. 115. tur mendacium, de suo loquitur: vos aũt Ioan. 8. sicut homines mentimini, quia sicut ho-

mines iraſcimini. Nõ eis hoc dr̃,ſed inſuper creditur eis,de orbe terrarum, quem poſsidere iam cœperat periſſe Chriſtũ . Et quia hoc credunt,cum imp udenter dicant,Chriſtiani ſumus,audent dicere,non ſoli ſumus.

Cap.3. Dicit etiam Parmenianus, hunc probari conſceleratum fuiſſe orbẽ terrarum criminibus traditionis , & aliorum ſacrilegiorũ : quia cum multa talia fuerint tpe perſecutionis admiſſa, nulla propterea facta eſt in ipſis prouincijs ſeparatio populorũ. Quaſi fieri nõ potuerit, vt partim latuerint mali, neq; fuerint accuſati, vt poſſent ſine vlla temeritate dãnari:partim etiam fuerint proditi atq; damnati. Et quia rebus manifeſtis non arguebantur:ab Eccleſijs perturbandis

I diuidendisq; ceſſauerint:atq; ita factum ſit, vt cum quidam non accuſarentur,quædam vero incerta crimina pro certa pace deo dimitterentur : quædam autem ita manifeſta & conuicta damnarentur , vt nullus damnatus poſſet ſimulata innocentia decipere populos,nequaquam vnitatis vinculũ rumperetur. Neque.n.& in Aphrica fieret hoc tam immane præciſionis malum,niſi magis factio falſa fingentium,q̃ ratio vera conuincentium præualeret . Legant qui volunt q̃ narrat,& quibus documentis q̃ multa perſuadeat venerabilis memoriæ Mileuitanus Epiſcopus catholicæ communionis Optatus ,ſiue de Lucilla pecuniоſiſsima tunc & factioſiſsima fœmina , quam pro Eccleſia diſciplina ſanctus Cæcilianus adhuc diaconus læſerat:vel de cæteris factionis eius cõſortibus , ſiue furibus Eccleſiaſtici argenti , ſiue ad Epiſcopatum ſe non perneniſſe dolentibus , & ſibi prælatum Cæcilianum inſidijs ,quibus poterant inſectantibus , ſiue de Numidis Epiſcopis, quos iſta factio cõuocauerat ad perniciem Cæciliani , vt illo depoſito alter eius ordinaretur. Qui veniẽtes cum primate ſuo tunc Secundo Tigiſitano, & alijs quibus traditionis confeſſa crimina Secundus ipſe donauerat , veluti paci

K conſulens,ſicut Eccleſiaſtica geſta teſtãtur, abſentem Cæcilianũ ſine vlla dilatione diligentioris inquiſitionis, nullo rũſionis loco ſeruato,traditorẽ eſſe cenſuerunt:vt ei videlicet obeſſent abſenti traditionis crimina tm̃odo obiecta, cũ ſibimetipſis præſentes confeſſa donauerint . Ita contra ſedentẽ in cathedra,cui totus orbis Chriſtianus in trãſmarinis & longe remotis terris , & in ipſis Aphricanis grauioribus,et aduerſus eiuſmodi fallacias robuſtioribus cõmunicaret Eccleſijs, Eꝑm alterum ordinauerunt,vt poſſent pro ſuo facto cõtradicere promiſsionibus dei, ne in ſemine Abrahæ bñdicerẽtur oẽs gentes , vt eas etiam partes orbis terrarũ à traditorib. Aphris inquinatas diceret, quæ nec Cæciliani nomen audiſſent. Inſuper ẽt contra orbẽ terrarum dicentẽ , quod ciuibus tuis obijcis , nec cognoſcere potui , damnare incognitũ debui . Aut certe quo ſe haberet eius vita: quã tũ iſti de nullo crimine conuicerunt, ille tanquã innocens audiſſet,proferunt teſtimoniũ Apoſtoli dicẽtis, Non ſolũ qui faciunt, ſed ẽt qui conſen Rom.1. tiunt facientibus . Parum ne eis fuit tot & tantos Chriſtianos populos damnare inauditos,niſi ẽt contra Apoſtolum ipſum eius quidẽ verba, ſed non eius intellectũ depromere auderent? Si.n.hoc eſt conſentire male facientibus,eſſe cum eis in Eccleſia,conſentiebat etiã ipſe falſis fratribus,inter quos ſe periclitari conteſtabatur,& quos non caſte, ſed per inuidiam ſine charitate prædicãtes Euangelium,prædicare tũ permittit . Si Philip.1 aũt nihil eſt aliud conſentire male facientibus,niſi mala facta eorum approbare atque laudare, exemplo Apoſtoli orbis terrarum non conſentiret criminibus Aphrorum , etiam ſi ea cognita pro pace Eccleſiæ toleraret,quẽ tũ ea cognouiſſe iſti non probãt, etiam ſi vera fuiſſe probare potuiſſent. Cap. 4.

Origo totius ſchiſmatis & factionis Donatiſtarum .

Fruſtra itaq; dicit Parmenianus damnatos in Aphrica traditores in conſortium damnationis acceptos à prouincijs tranſmarinis . Hoc.n eſt quod credere non debemus , ne temeritate ſacrilega totum orbem terrarum in Chriſti vnitate fundatum , ex iſtorum falſa criminatione damnemus , potius q̃ ex vera dei promiſsione diligamus . Ge. 12. Quid.n.magis credendũ eſt qđ dixit deus, & 22. & In ſemine tuo benedicentur oẽs gentes: an 16. quod iſti dicuntur, In ſemine traditorum M Aphrorum maledicentur oẽs gẽtes: vt plus valeat quod cõmiſit iniquitas,q̃ quod polli cita eſt veritas ? Cur ergo non potius credimus,quòd illi qui recepti ſunt in commnionem à prouincijs tranſmarinis , aut innocentes opprimi non potuerunt à calumniatoribus, quod multis documentis probabilius perſuaderi poteſt : aut certe cum conuinci non poſſent, etiam ſi mali fuerunt innocentes crediti , ſine vlla ſuſcipientium contaminatione ſuſcepti ſunt ? Quid quòd ctã.m ſi per malos fratres , quales Apoſtolus in

Quę incipit Pax ecce.

lus in Eccleſiæ vnitate tolerauit , quales martyr Cyprianus in Epiſtola de lapſis gemit? Si ergo tales fratres ẽt in iudiciũ numero conſtitutos, actum eſſe aliqua prauitate,vt traditores excludi, nec conuinci poſſent,& Chriſanus orbis ſimulata eorũ innocentia falleretur nullo mõ ſuã innocentiã perdidiſſet. Qđ.n.de Oſio dñt, Corduben ſi quodam catholico Epiſcopo, flagitãdum eſt vt probent nõ ſolũ talẽ illum fuiſſe qualem dñt,ſed qđ talis fuerit manifeſtum illis fuiſſe,quibus eũ commmunicaſſe aſſerunt . Hoc.n niſi probauerint,fruſtra dñt ſe ſciſſe qualis fuerit,q̃a neſciẽtibus obeſſe nõ potuit,à quibus ſe iſti innocẽtibus ſeparando, pp ipſam ſeparationis ſacrilegã iniquitatẽ innocẽtes eſſe nõ pñt. Hoc.n.magis credibile eſt, ſi tũ Oſius ab Hiſpanis damnatus ,à

A Gallis eſt abſolutus: ſic fieri potuiſſe vt falſis criminationibus Hiſpani circunuenti,& callida inſidiarum fraude decepti,& contra innocentẽ ferrent ſententiam, & poſtea pacifice in humilitate Chriſtiana cederẽt ſententiæ collegarum,quibus illius innocentia cõprobata eſt ne peruicaci & animoſa peruerſitate prioris ſuas ſententias defendẽdo in ſacrilegium ſchiſmatis, quod omnia ſcelera ſupergreditur,cęcitate impietatis irruerent,ſicut iſti miſeri fecerunt,& nec ſero ſaltem totiens diuiſi atque conſciſi ſentiunt quod fecerunt. Satis igitur ſatisq̃ declarãt vnde inſanabiles facti ſunt: videlicet ne ſententias ſuas , quãs in abſentem Cæcilianum temere protulerũt,condemnare cogerentur,etſi tranſmarino iudicio vbi à Cæciliano præſente ſuperati ſunt , conſideratione veritatis & pacis acquieſcerent,maiorem reportaturi victoriã , ſi animoſitatẽ humanam ſaltem poſt iudicium, quaſi hominem in ipſo iudicio ſuperarent . Nam illa victoria præcelſior eſt , & triumpho celſiore plenior, quaſi nõ ſolum de homine vno victo, ſed de vniuerſa ſubiugata ciuitate refe-

B ratur,dicente ſcriptura, Melior eſt qui vin Prou.16 cit iram,quàm qui capit ciuitatem . Illi ergo hominẽ vincere cupiebãt, quos ira vincebat. Et q̃a hoiem vincere nequiuerũt, & ab homine & ira ſupati ſunt. Ab hoĩe quia in iudicio victi ſunt:ab ira , quia nec victi quieuerunt,prauiſsimo corde vel audiẽtes, vel legentes Apoſtoli ſententiam dicentis , Si enim quæ deſtruxi hæc iterum ædificio, prævaricatorem meipſum conſtituo. Quæ verba ſcilicet ſi tam ſiniſtro animo ipſo Apoſtolus intelligeret, nec Chriſtianus , nec Apoſtolus fieret, nec prædicator ædificare Eccleſias, quas perſecutor ante deſtruebat Nuſquam itaque iſti ſe tam aperte indicarunt,cur nec ſuperati corrigi voluerunt , q̃ cum deteſtatur Hiſpanos, quod poſt ſentẽtias ſuas aliter prolatas , collegarum diſcuſſioni poſterioriq; iudicio ceſſerũt . Quàm enim hoc factum eſt de manſuetudine Chriſtiana, tam illud de contentione diabolica : & ideo non mirũ, quòd iſta humilitate pax cuſtodia eſt,& illa elatione dirupta. Proinde illis recte redditur quod fecerũt, Docuerunt enim talia poſteros ſuos. Nam & Maximinianiſtæ non ob aliud in trecentorum C & decem collegarũ ſuorum , à quibus Primianus,quem primo ipſi damnauerunt,innocens iudicatus eſt, iudicio confedere no luerunt , niſi pro dicta contumacia ſententiam apoſtolicam imperitis opponendo & dicendo , Si enim quæ deſtruxi hæc eadem ædifico , prævaricatorem meipſum conſtituo. Deſtruxerant enim centũ collegæ Priminianum,& eum propterea cum trecentis rurſus ædificare noluerunt. Ita cum ſe cauere fingunt,ne hominem ædificent quem deſtruxerant,ſeipſos malo ſchiſmatis ſacrilegi deſtruxerunt. Sed tamẽ ſi viueret Parmenianus,non auderet iam reprehendere Hiſpanos,& eos appellare prævaricatores,quia ſententia ſua in collegarum ſententiam defluxit,ne ipſis offenderent collegas ſuos,qui multi Primiano iã à ſe damnato in melius correcti ad trecentorum concilium tranſierunt , magis eligentes contra ſuas proprias venire ſententias, quàm contra pacem vnitatis,etiam in parte Donati,& maxime Prætextato Aſſuritano,& Feliciano Muſticano parceret Parmenianus,qui etia dãnati à trecẽtis & decẽ coepiſcopis ſuis,ad eoſdem ipſos,à quibus dãnati fuerãt,ſtudio cõcordię redierũt, & à ſuis dãnatoribus eodẽ ſtudio ſine vllo ſui honoris detrimento, p pace ſuſcepti ſunt , nec quiſquã rebaptizãdos putauit,qui fuerãt ab eis foris in ſchiſmate baptizati. An forte quia multũ diſplicent Parme D niano,qui corrigunt ſententias ſuas , & eos Gala. 2. non intelligẽs Apoſtolũ , prævaricatores vocat,deteſtaretur eos,quia intrò redire q̃ foris remãnere maluerũt,& adiunctis ſibi nõ nullis ſimilibus ſocijs etiã Parmenianiſtas crearet, ſicut iam multa fruſtra de iſto fruſto p totã Aphricã facta ſunt. Sic ſic neceſſe ẽ, vt minutatim ſecti cõſciſiq; diſpereãt ,

quã

qui tumorē animositatis suæ catholicæ pacis sanctissimo vinculo prætulerunt. Neq; enim tam timenda sunt, quæ comminatur Parmenianus, q̃ intuenda quæ confitetur.

Cap. 5. Cum.n. diceret p Osium Hispanum ad iutoriū pstitum Cæciliano, vt ad eorum cōmunionem sanctorum & illibatorū numerus cogeretur, & huic impietati fidē seruorum dei integram restitisse, vltro passus est suos ipsos adijsse Constantium, & arbitrio eius à iudicibus Episcopis cām cognitā, quibus præfuit Meltiades Romanæ vrbis Eps. In quo iudicio sicut Ecclesiastica gesta testātur, quia victi sunt isti, & innocens Cæcilianus inuentus est, eundem Meltiadem crimi
E ne traditionis accusant. Quod quæro qūo cognouerint. Si enim ante iudicium, non sibi præiudicare debuerūt, vt apud talem causam agere inciperent, etiam ex præcepto imperatoris, quem ipsi adierant, tale subiere iudicium. Si autem post dictam causam prolatamque sententiam eum traditorem didicisse perhibent, vsqueadeo dementes sunt homines, vt ducentos iudices, apud quos victi sunt, victis litigatoribus credant esse postponendos. Et tamen in his omnibus quanuis magna temeritate Italos, Gallos & Hispanos accusant, relictis cæteris tam multis prouincijs atque gentibus, à quibus nefando sacrilegio separati sunt, quibus vtique obesse non possent crimina Italorum Hispanorum atq; Gallorum, etiam si vera dicerentur: iam enim cæteras terras cæco more, vel potius furore arguunt, & eis irascuntur: quia cum duæ partes essent in Aphrica, vna inquiunt, traditorum, & altera innocētium, traditores sibi quàm innocentes adiū-
Donatistarū cō futatio. gere maluerunt. Quæ vna comminatio brevissime atque iustissime ita refellitur, quia cum duas partes audissent esse in Aphrica,
F vnam traditorum, alteram innocentium, eā innocentem esse crediderunt, quæ causam suā apud vicinos Ecclesiasticos iudices obtinuerat. Quapropter illi semper innocentes manserunt, qui nescientes quemadmodum ista in Aphrica gesta sint, id tamē crediderunt, quòd pacifice ac religiose credere debuerunt, à quibus innocentibus separatio nullo modo innocens esse potuit.

Fatetur etiam Parmenianus ad Arelatē se oppidum & Episcopos iudices & partes ex Aphrica conuenisse, Cæcilianum scilicet atque Donatistas, vbi omnia suis credidit, qui nihil victi potuerunt de iudicibus conqueri: nec tamē negat rursus eos ad Cōstantinum venisse. Et quia ibi quoque vltimo iudicio superati sunt, etiam ipsum gratia corruptum esse criminatur. Quibus omnibus consideratis, qui sine studio partium iudicat, eligat quibus credat, vtrum iudicibus sententias proferentibus, an litigatoribus contra quos prolatæ sunt, litem finire nolentibus. Certe orbis terrarum iudicibus credidit. Qui autem Donatistis cōsentiūt, eosq; defendunt, fatentur se illius Ecclesiæ esse, quæ causam suam, qualiscunq; illa fuerit non potuit tamen in transmarinis tot disceptationibus obtinere, & eorum aduersus iudices murmura & crimina, credula vanitate suscipiunt. Qua in re si innocentes se dicunt, & eos quos superatos scimus: quāto innocentiores sunt qui temere aliquid mali de ipsius iudicibus credere nolunt de G
quibus necesse est, vt qui victi fuerant conquerantur? Non solum.n. qui bonā causam perdidit, de iniquo vel tardo vel negligenti iudice quęritur, sed etiam qui iustissime victus est, ea cæcitate de innocēte iudice murmurat, qua cæcitate cū innocēte aduersario litigabat. Quapropter isti non ideo sceleratissunt, qa de omnibus victis nolunt temere aliquid credere: sed ideo quia se furore schismatis præciderunt ab eis innocentibus, qui multo rationabilius nolunt tale aliquid de ipsis iudicibus credere. Existat enim aliqua illarum partium in nomine Christi nobi- Apo. 2.
lissima Ecclesia, vel ex illis septem, etsi placet potissimum Philadelphia, quæ de mysti co nomine per linguam Græcam fraternā intimat charitatem. Audiamus igitur vocē Prosopopœia.
eius, nec eius palea loquatur, sed frumentū. Si ergo dicat istis, quid in me arguitis fratres, quid accusatis? quanto interuallo secundum terrenum locum ab Aphrica remota sim, partim nosse, partim audire potuistis. Quid ibi tunc siue traditores, siue traditorum vel accusatores vel damnatores, siue innocentium vel calumniatores vel oppressores egerint, prorsus ignoro. Sed ille dominus noster, qui emit totum mūdum precio sanguinis sui, cuius sancta commercia Propheta tanto ante cecinit, dicēs, Foderūt ma- H
nus meas & pedes meos, dinumerauerunt Psal. 21.
omnia ossa mea, Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt vestimenta mea, & sup vestem meā miserunt sortē. Inter nos & vos non spatia cōstituit vacua & nuda Christianis, impleuit hæc omnia sanctificatione nominis sui: in ipso q̃ppe psalmo passionis, no solū quanti, sed ēt quantū emerit declaratum est: ibi.n. paulopost dicitur, Reminiscentur & conuertentur ad dūm vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium, qm̃ ipsius est regnū, & ipse dominabitur gentiū. De causa itaq; nostra tunc fortasse cogerer iudicare, si vel vicina essem, vel ita remota, vt inter nos & vos non habitarēt alij Christiani eodem nomine signati, eadem vnitate pacati. Mulræ interiacent patriæ gentiū, simul mecum emptę, illius sanguine, in cuius conspectu mecum pariter adorant. Per illas ad me transit fama de vobis, ipsæ de vicinitate causam vestram examinare potuerunt.
I Quod si non est factū, vos neglexistis. Neque enim neglecti à cæteris, nō vsq; ad nos etiam veniretis. Si autem aliquid iudicatū est, date veniam. Non audeo vobis superatis temere credere, & iudices vestros eadem temeritate damnare. Accedit huc aliud qd me plurimum moueat, quia si vos innocentes oppressi essetis, nos saltem fratres, qui nihil vobis nocuimus, amaretis. Cum vero nos qui bene nobis cōscij sumus, causam vestram vicinis vestris recto Ecclesiæ iure cōmissam fuisse dicamus, qui coram deo sciūt quemadmodum iudicauerint, lacerare tū maledictis, & acerbis odijs insectari, & quæ si pp vos Christus apud nos hæreditatem perdiderit suam, etiam rebaptizare conamini, quid boni de illa vestra causa sentire poterimus? Qui enim longe remotissimos fratres temerarijs suspicionibus damnare minime dubitatis, quàm iuste à vicinis vestris damnati fueritis, ostenditis. Cur enim non credam recte damnari potuisse à vicino iudice auditum, qui me fratrem tam longe absentem damnare non dubitat inauditum, hoc mihi objiciens maximū crimē, qm̃ qui
K præsens esse non potui, eis ad quos causa producta est, iudicibus potius quàm victis litigatoribus credidi? Quibus iudicibus si non potius credidissem, etiā si illi, qui victi sunt innocentes essent, ego innocens esse non possem. Magno.n. delicto implicaremur, si cum corda humana non cerneremus, nec disciplinam Ecclesiasticam teneremus, cum eis nollemus iudicantibus credere, vltra quos non potuit causa transire, & per quos potuit ad nos fama pcurrere. Ab istis innocentibus impia te direptione discindis, & innocentem te dicis: quod vtiq; si esses, cum

videres in scripturis sanctis messem domini dei tui ante vltimam segregationem & ventilationem, à zizanijs & palea non posse separari, eligeres potius fortis esse in tolerandis malis, quàm impius in deferendis bonis. Cur enim Ecclesiarum per orbem longe remotarum, non putamus esse istas & quàm iustissimas voces, quas in Philadelphia figuraui?

Quinetiam audet conqueri Parmenia- Cap. 7.
nus, q̃ eos Cōstantinus ad campum, id est, ad supplicium duci iusserit: qui victi apud Ecclesiasticos iudices, nec apud ipsum quæ dicebant probare potuerunt, & adhuc in sanctæ Ecclesiæ præcisione sacrilego furore ferebantur: & hoc eum tam immaniter iussisse Hispano Osio suggerente criminatur suspicionibus videlicet suis sicut semper damnādo inauditos. Quasi vero non humanius ac probabilius alius credidit Osio tanquam L
Episcopo suggerēte potius factum, vt in leniorē coertionē quanuis immanissimi sceleris, id est, sacrilegi schismatis, sententiam flecteret imperator. Quid enim non isti iuste patiuntur, cum ex altissimo dei præsidentis, & ad cauendum ignē æternum flagellis talibus admonentis iudicio patiūtur, & merito criminum, & ordine potestatum? Prius enim probent se nō esse hæreticos vel schismaticos, tum demū de indignis pœnis suis liuidam emittant vocē, tum demum sese audeant cum mali aliquid patiuntur, veritatis martyres dicere. Alioquin si q̃squis ab imperatore vel à iudicibus ab eo missis pœnas luit, continuo martyr est, omnes carceres martyribus pleni sunt, omnes catenæ iudiciariæ martyres trahunt, in omnibus metallis martyres ærumnosi sunt, in omnes insulas martyres deportantur, in omnibus pœnalibus locis iuridico gladio martyres feriuntur, ad omnes bestias martyres surrigun-
tur, aut iusionibus iudicum viui ignibus conremantur. Si autem, sicut dicit Apostolus, non est potestas nisi à deo, & minister Ro. 13.
dei est, vindex in irā eius, qui male agit, nec sine causa gladium portat: Vis nos timere M
potestatem Bonum fac, & habebis laudem ex illa: bonus quicquid passus fuerit, laus illi prouenit ex potestate faciētis: malus vero qui merito patitur iniquitatis, non deputet equitię potestatis. Et tamē quid tale isti patiunt, quale faciunt, nisi quia hominū multitudo nō in corde cor habet, sed in oculis? Nam si sanguis exit de carne mortali, quis-

quis

quis aſpicit exhorreſcit. Si pro pace Chri p
ciſæ animæ atq; ſeparatæ in hæreſis vel ſchi
ſmatis ſacrilegio moriunt, quia non videt,
non plagis, immo vero mors tetrior atq; lu
ctuoſior, & vt planè dixerim, verior, iure
conſuetudinis deridet: cũ authores tãtarum
mortiũ publice inſultãt, & nec veritatis ma
nifeſtandæ cauſa ſermonũ nobiſcũ cõferre
dignãtur. Et ſi quid tẽporalis moleſtiæ paſ
ſi fuerint per certiſsimũ atq; rectiſsimũ or-
dinẽ poteſtatũ, cũ ipſi priuatis furioſorum
agminibus multa grauiora paſsim atq; quo
tidie, nulla regia, nulla Eccleſiaſticæ lege
cõmittant: nos corporũ p̃ſecutores vocant,
ſe animarũ interfectores nõ vocant, cũ pri
uata licentia nec corporibus parcãt. Sed qa
ſemper per mãſuetudinẽ Chriſtianã multo
ſeuerius oculus iudicaẽ euulſus in lite q̃ ani
A mus excæcatus in ſchiſmate, & aduerſum
nos loquũtur & nobiſcũ loquuntur, & cũ
eos obmuteſcere cõpellat veritas, ſilere non
permittit iniquitas. An forte de religione
fas nõ eſt vt dicat imperator, vel quos miſe
rit imperator? Cur ergo ad imperatorẽ ve-
ſtri venere legati? Cur eum fecerunt cauſæ
ſuæ iudicem, non ſecuturi quod ille iudica-
ret? Sed quorſum illa dicunt? nũquid nã ẽt
ſi obtineãt non pertinere ad Imperatorẽ ad
uerſus eos aliquid ſtatuere, qui praua in re
ligione ſectantur, & propterea ſi interfece-
rit eos, quos punierit martyres erunt? Hoc
enim modo iſta hæreticis omnibus vox pa-
tebit, in quos ex occulto imperio dei, p̃ ma-
niſeſtum hominum imperium multa qui-
bus coercerent, ſeueriſsime conſtituta ſunt,
nec ſolum hæreticis quoquo modo ſaltem
Chriſtiano nomine dealbatis, ſed etiam ip-
ſis paganis. Nam vtiq; & ipſi falſa religio-
ne ſunt impij, quorũ ſimulachra euerti at-
que confringi iuſſa ſunt recentibus legibus,
inhiberi etiam ſacrificia ſub terrore capita
li. Si quis ergo eorum damnatus in tali cri-
mine fuerit, martyr continuo æſtimandus
eſt, quia pro ſuperſtitione q̃ piam religio-
nẽ putabat, pœnas legibus luit. Nullus cer
te quoquo modo Chriſtianus audet hoc di-
B cere. Non ergo quiſquis in aliqua religio-
nis quæſtione fuerit ab Imperatore puni-
Nota de martyrio. tus, martyr efficitur. Neq; n. vident qui ta
lia ſentiunt, in eum locũ ſe progredi, vt ip-
ſos etiam dæmones martyrum ſibi gloriam
vendicare poſſe contendãt, quia iſtam pa-
tiuntur perſecutionẽ per imperatores Chri
ſtianos, vt penè toto orbe terrarum eorum
templa euertantur, idola cõminuantur, ſa
crificia ſubtrahãtur, qui eos honorant, ſi de-
prehenſi fuerint puniantur. Quod ſi demẽ
tiſsimũ eſt dicere, non ergo ex paſsione cer
ta eſt iuſtitia, ſed ex iuſtitia paſsio glorioſa
eſt. Ideoq; dominus, ne quiſquam in hac re
nebulas offunderet imperitis, & in ſuorũ
dãnatione meritorũ laudem quæreret mar
tyrum, non generaliter ait, Beati qui perſe-
cutionem patiuntur: ſed addidit magnã dif-
ferentiam, qua vera à ſacrilegio pietas ſecer
natur. Ait enim Beati qui perſecutionẽ pa- Matt. 5.
tiuntur propter iuſtitiam. Nullo mõ autẽ
propter iuſtitiam, qui Chriſti Eccleſiam di
uiſerunt, & cum ea quaſi ſimulata iuſtitia
conantur ante tempus à palea ſeparari, ac
frumenta eius falſis criminationibus inſe-
ctantur, dum ipſi ab ea potius tanq̃ leuiſsi-
ma palea, varijs rumorum flatibus ſeparati C
ſunt. Sed inquiunt, Non hæc fecimus. Vi- Donati-
deant ergo ex hac q̃ſtione ſe primitus libe- ſtarũ e-
rari debere, & tunc audere ſi quid moleſtia uaſio.
rum ſiue pœnarum à Chriſtianis Imperato-
toribus patiuntur, vel deponere in querimo
niam, aut aſſumere in gloriam. De qua re,
id eſt, ipſius ſchiſmatis quæſtione, ſi nihil a-
liud dicerem, ea quæ ſuperius ſunt dicta ſuf
ficerent. An forte dicent, Etiam ſi conuincũ
tur in ſacrilega diſſenſione, vt pro ea demẽ
tia ſi quid paſsi fuerint martyres non ſint:
non tñ ad imperatorum poteſtatem hæc co
ercenda vel punienda ptinere debere. Qua
in re quæro quid dicant, An quia de religio
ne vitioſa vel falſa nihil curandũ eſt talibus
poteſtatibus? Sed multa iam ẽt de Paganis
diximus & de ipſis dæmonibus, q̃ p̃ſecu-
tiones ab Impatoribus patiunt. An & hoc
diſplicet? Cur ergo ipſi vbi poſſunt templa
ſubuertunt, & per furores Circumcellionũ
talia facere aut vindicare nõ ceſſant? An iu-
ſtior eſt priuata violentia, quàm regia dili-
gentia? Sed hæc omitto, Illud quæro quod
manifeſte enumerat Apoſtolus dicens, O- Gal. 5.
pera carnis, quæ ſunt, inquit, fornicationes,
immunditiæ, contentiones, æmulationes, a-
nimoſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ,
ebrietates, cõeſſationes, & his ſimilia. Quid
iſtis videtur vt crimen idololatriæ putent D
iuſte ab Impatoribus vindicari? Aut ſi nec
hoc volunt, cur in veneficos vigorem legũ
exerceri iuſte fatentur: in hæreticos autem
atque ſchiſmaticos impias diſſenſiones no-
lunt fateri: cum in ijſdem iniquitatis fructi-
bus authoritate apoſtolica numerẽtur? An
forte

forte nec talia poteſtates iſtæ humanæ con
ſtitutionis permittuntur curare? Propter
Rom. 13 quid ergo gladium portat qui dictus eſt
miniſter dei, vindex in iram eis qui male
agunt, niſi forte quemadmodum nonnul-
li eorum ſanè imperitiſsimi hoc intelligi-
gere ſolent, de honoribus eccleſiaſticis di
ctum eſſe, vt gladius intelligatur vindi-
cta ſpiritalis, qui excommunicationem
operatur, cum prouidentiſsimus Apoſto-
lus conſequenti contextione lectionis ſa-
tis aperiat quid loquatur? Ille quippe ad-
didit, Propter hoc enim & tributa præ-
ſtatis. Ac deinde ſubiunxit, Reddite om-
nibus debita, cui tributum, tributum: cui
vectigal, vectigal: cui honorem, honorem:
cui timorem, timorem. Hoc ergo iam re-
ſtat, vt iſtis diſputationibus ſuis prohibeãt
Chriſtianos tributa perſoluere, cum & do
minus talia ſentientibus phariſæis, quos
imitantur iſti, nummo inſpecto reſponde-
E rit, Reddite, inquit, Cæſari quod Cæſa-
Mat. 22 ris eſt, & deo quod dei eſt. Hi uero in utro
que inobedientes atque impij, nec deo red
dunt Chriſtianum amorem, neque regi-
bus humanum timorem, ita cæci & inſa-
ni, vt cum ſchiſmaticos ſuos Maximiniani
ſtas per poteſtates à catholicis imperatori-
bus miſſos de baſilicis excluſerint, & vi
magna iuſsionum & auxiliorum cedere ſi-
bi compulerint, arguant catholicam, ſi pro
ea catholici principes tale aliquid fieri
præceperint. Ipſi vero Maximinianiſtæ
antequam eſſent Maximinianiſtæ, id eſt,
cum adhuc vno ſimul Donatiſtarum con-
ſortio tenerentur, quæ ab eis rogatus ille
Maurus per regem barbarum Firmum,
quàm læua & quàm acerba perpeſſus ſit,
recolant: & taceant, nec conqueri audeant
ſi quid huiuſmodi vel à Priminianiſtis
propter ſuum ſchiſma, vel cum Primiha
iſtis propter Donatiſtas, non pro religio-
ne ſacra, ſed pro animoſitate ſacrilega pa-
tiuntur. Fortaſsis enim dicunt, grauiora
ſe perpeſſos à catholicis imperatoribus,
quam iſti fecerunt per reges Barbarorum
Rogatiſtis, vel per iudices catholicorum
Imperatorum Maximinianiſtis, vel etiam
faciunt per furorem Circumcellionum
F quibuſcunque poſſunt: quaſi uero inde
quæſtio ſit, vtrum grauiora patiantur q̃
faciunt. Quod quidem nullo modo con-
ceſſerim. Multa enim eorum ſæuiſsima
numerantur, immo numerari non poſ-
ſunt, q̃ ſi pauciora eſſent, vel eos in quos
admittuntur minus affligerent, eoipſum eſ
ſent certe grauiora, quod non ab ordinatis
poteſtatibus iuberentur, ſed extraordina-
rijs furoribus admittuntur. Non enim tã
multa ſunt, quæ aduerſus Maximinianiſ-
tas per iudices humanæ conſtitutiones
egerunt, in eo genere actionum ponant
ſi volunt, quàm quæ etiam ad perſequen-
dum Rogatum Maurum ab eis per Fir-
mum barbarum geſta ſunt, & ſi illum licet
hoſtem immaniſsimum Romanorum in
legitimis numerent. Sed hæc non tam mul
ta ſunt, qua multa quotidie agunt per fu-
rioſos ebrioſorum iuuenum greges, qui-
bus principes conſtituunt, qui primum tã
tummodo fuſtibus, nunc etiam ferro ſe ar Nota q
mare cœperunt, qui Circumllionum notiſ & unde
ſimo nomine per totam Aphricam uagan ſunt Cir
tur, & ſeua contra omnem ordinem legũ, cũcellio
poteſtatumque committunt: quorum ſce- nes.
lera cum ad eos deferuntur, fingunt igno-
rare tale hominum genus, vel omnino ad
ſe non pertinere contra omnes homines
ore impudentiſsimo affirmant, neque hãc
ſaltem uocem totius orbis accipiunt, mul-
to probabilius veriusque dicentis, neſcire G
quid in Aphrica geſtum ſit, ſiue à parte, ſi-
ue contra partem Donati quam ſcilicet in
ipſa Aphrica Donatiſtarũ Epos, Circum-
cellionum uel facta neſcire, vel dicta ad ſe
nõ pertinere. Sed vt dicere cęperã, hoc nõ
quæritur mõ, vtrum patiantur grauiora q̃
faciant, ſed vtrum aduerſus hæreticos &
ſchiſmaticos tale aliquid fieri liceat. Si
enim dicunt non licere, cur ipſi faciunt?
Si autem licere fatentur, etiam ſi oſten-
dant, quod nullo modo poſſunt, grauio-
ra ſe perpeti à catholicis Imperatoribus,
quum ipſi per iudices eorum vel per re-
gem Barbarorum ſchiſmaticis ſuis fece-
runt, uel per inſaniam Circumcellionum
omni generi hominum faciunt. Neque
hoc mirandum eſt, ſi plus poſſunt princi-
pes quam miſsi a principibus iudices, ſi
plus poſſunt Romani Imperatores quam
barbari reges. Et ſi merito grauiora legi
bus patitur latro, quam contra leges ipſe
committit: unde merito conſtitutionibus
iuſtis grauiora patiuntur Circumcellio-
num mancipes, quam faciunt, Circumcel
liones, tamen tanta eſt manſuetudo Chri H
ſtianorum, ut pœnas eorum incompara- Epiſco-
biliter ſuperent facinora eorum. Sed ec- pidio.
ce dam-

ce damnauerunt in concilio suo Maximinianistas, trecenti decem Episcopi Donatistæ. Illi autem pertinacia peruersitatis suis basilicis cedere nolebant. Additi sunt iudices, consilium eorum procōsularibus gestis indictū est. Deinde visum est, vt illi qui tāto Episcoporū numero dānati sunt, cederent locis, & facile cesserūt, nec multa passi sunt: qui autē resistere tentauerunt, quemadmodū afflicti sint, quis ignorat? Sed tamē si tāta fuisset immanitas resistentium, vt ad iniurias iudicū perueniret, nōne multo acerbiora Romanis legibus paterētur? Sic & tunc eū post terminū causæ, in qua se isti à catholica pręciderūt, cōsequenter agi cępisset vt basilicas nō tenerēt, & tenerēt imperialibus resistēdo iussionibus, ita vt vis illa notissima Circūcellionū prævaleret, addēdo insuper etiam, ut cū donis Ecclesiæ, quos miserat Impator per Aphricam euntes turbulētissimis & sęuissimis seditionibus agitarent: tales in eos reges proferuntur, vt ne ipsas quidē basilicas quæ nō erant vnitatis, sed à separatis atque in suo schismate cōstitutis fuerāt fabricatæ, retinere sinerētur. Qua in re iā suas iniurias potestas regia vindicauit. Quid.n. valent iuste possidere inimici iustitię? Nec pro eis aliquid promulgasse quis inuenitur nisi apostata Iulianus, cui pax & vnitas Christiana nimiū displicebat: quādoquidē ipsa ei vnde impie ceciderat religio displicebat. Cui quidē isti Donatistę, sicut iudicū gesta testātur, qbus hi quod impetrauerāt allegarūt, talibus verbis supplicauerūt, vt ei fortasse mitius ad idolorū cultum quidam timore cōsenserint, quàm eū isti furiosi laudauerunt. Dixerūt enim q̄ apud eum solū iustitia locū haberet. Quid ergo aliud dixisse reperiūtur, nisi Christianam sanctitatē nō esse iustitiam, quæ apud illū nullū habere locum: aut honorē dæmonum esse iustitiā: aliorum autem imperatorū iustitiam leges q̄ vehemētes aduersus eos latę sunt, q̄s ignorat? In quibus vna generalis aduersus omnes qui Christianos se dici volunt, & Ecclesiæ catholicæ nō cōmunicant, sed in suis separatim cōuēticulis congregātur, id cōtinet, vt vel ordinator clerici, vel ipse ordinatus denis libris auri mulctentur. Locus vero ipse quò impia separatio congregatur, redigatur in fiscū. Sunt & aliæ iussiones generales, quibus eis vel faciendi testamenta, vel per donationes alicui conferendi facultas adimitur, vel ex donationibus aut testamentis aliquid capiendi. Nam in quadam causa cum homo nobilis imperatoribus supplicasset, q̄ soror eius quæ de parte Donati fuerant cum defungeretur, nescio in quos communionis suæ, & maxime in quendam Augustinum Episcopum eorum plurima contulisset, ex illa generali lege præceptum est, vt omnia fratri restituerentur: vbi etiam Circumcellionum mentio facta est, si more suo violenter obsisterent, quo genere auxiliorum & adminiculis repellentur. Sic.n. noti, sic multis plijs probati sunt, vt de his & supplicatio imperatori fieret, & imperator tacere non posset. Quæ cum ita sint, cum & diuinis & humanis legibus ita damnētur: tanta est tamen mansuetudo Christiana, vt non solum teneant basilicas, quas iam præcisi ædificauerunt, sed nec eas omnes reddiderint vnitati, quas ab exordio vnitas tenuit. Et cum ipsi Maximinianistas de basilicis ad partem Donati pertinentibus, p̄ iudices à catholicis imperatoribus missos instanter excluserint, tamen à multis locis, quos catholica antè vnitas retinebat, nec ipsorum catholicorum imperatorum legibus excluduntur. Postremo si q̄d forte aliquando immoderatius in eos factum est, vt Christianam excederet lenitatem, displicet omnibus frumentis messis dominicæ, id est, in Christo laudabilibus Christianis, qui siue centenario, siue sexagenario, siue tricenario fructu in catholica Ecclesia toto orbe succrescunt. Quapropter zizania vel paleam catholicæ segetis nobiscum copiosissime accusent, sed nobiscum ferre patientissime non recusent. Noluit enim dominus ante tempus eradicare zizania, & à frumentorum permixtione separare. Sinite, inquit, vtraq. crescere vsque ad messem. Et cum inuoluerum eiusdem similitudinis quærentibus discipulis explicaret, non ait, ager est Aphrica: sed ait, ager est hinc mundus. Per totum ergo mundum seges ista semināta est, per totum superseminata zizania. per totum crescit vtrunque vsque ad messem. Nunquid aut Donatus fuit maior messor, aut eo tempore quo se isti à terrarum orbe separarunt, tempus messis aduenerat: cum idem dominus ne alicui liceret interpretari quod vellet, apertissime dixerit, Messis autem est finis seculi, messores autē angeli sunt? Tales enim messores errare non possunt, vt vel frumenta pro zizanijs colligant, uel pro frumentis zizania redigāt. Ista autem cum quasi zizania germinata fugiūt, se ipsos esse zizania demonstrauerunt, in manifestissimo sacrilegio contra sententiā domini prędicantes, vt cum ille dicat, Sinite utraque crescere vsque ad messem: isti per tam magnum agrum, id est, totum mundū zizania crescere, frumenta vero diminuta in sola Aphrica remānsisse contēdant, Christo regi & principi nostro sacrilegam faciētes iniuriam. Scriptū est enim, Ita lata gentę gloria regis, in diminutione autem populi cōtritio principis. Sed iam tempus est quantum existimo ipsa testimonia scripturarum, quæ male interpretata decipiunt imperitos, diligenter attendere, & quantum dominus donat, secūdum intellectum catholicæ veritatis aperire.

Lex imperialis contra schismaticos.

I

K

L

Mat.13.

M

Prou.4.

Libri primi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Contra Parmenianum, Liber Secundus.

A Cap. 1.

QVAE tandem uis nisi cęcitas & vanitas animi cogit hominē clausis, vt dī, oculis, tanquam in alterū iacere, quod in eum qui iecerit, continuo redeat, eumq. ictu reciproco affligat, intacto illo quem uulnerare uoluerat, sicut isti Donatistæ de omnibus ferè scripturarum testimonijs faciunt. Quæ cū se aduersum nos proferre arbitrātur, uelut admonere nos uidentur quales eos ipsa scriptura conuincat esse. Quid.n. facit aliud quando uel pro se, uel contra nos Parmenianus putat esse quod scriptum est, Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras, lucem: qui ponunt id quod amarum est dulce, & dulce quod amarum? O stultissimam cęcitatē, quid enim tam bonum & tam iocundum quàm habitare fratres in unum? Quid illi nequā dicunt & amarum ponunt, qui se ab omnibus fratribus separarunt, dum vanas suspiciones suas ne dicam factiosas calumnias, vel non excitare, uel excitatas tolerare noluerunt? Quod si veram paleam odissent, & ipsi palea non essent: non propterea se à dominico tritico per totum agrum, id est, mundum seminato, & crescente se iungere debuissent. Exclament itaque si possunt. Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Respondemus breuiter, verū est, & addimus aliud, Væ his qui perdiderunt sustinentiā, dum ponunt lucē tenebras, & tenebras lucem. Quid.n. lucidius promissis dei, qui tēporibus nostris exhibuit, quod ante annorum millia p̄nunciauit in semine Abrahę, quod est Christus, benedictionem omnes gentes habituras? Et quid tenebrosius præsumptionibus hominum qui propter temere obiecta & nunquam probata crimina traditorum, q̄ si uera essent, nunquā deo præiudicarent quo minus quę promisit impleret, perijsse dicunt Christianum nomen de tot gentibus in orbe terrarum, & in sola Aphrica remansisse? Et hanc præsumptionem suam lucem dicunt, promissa vero dei iam ipso effectu rerum illuminata mendaciorum tenebris operire contendant. Insuper aduersum nos factis suis clamant dicentes, Væ his qui ponunt lucē tenebras, & tenebras lucē. Itane lux erat Optatus, cum totum orbem tenebras appellauit? An eum potius esse tenebras tota Aphrica sentiebat, & isti eum lucem uocabant qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem? Sed displicebat, inquunt, Optatus in cōmunione nostra omnibus bonis. Non ergo eum lucem vocabitis, & tamen ei communicabitis. Eligite itaq; quod uelitis, aut nō obesse in una communione tenebras luci, sed sufficere luci vt tenebras improbet, & eas pro vnitate si expellere non potest toleret, atque ita non fuisse causam cur ab innocentibus fratribus, quos malos certe non potuisti ostendere, si uobis cognitos etiam fuisse dicatis, tenebroso schismatis sacrilegio disiungeremini: aut si non sufficit luci ut improbet quas expellere non potest tenebras, id est, si non sufficit bonis vt improbem malos, quos excludere vel emendare non possunt, facilius vnus Optatus partē Donati in una Aphrica notissimus & apertissimus maculauit, quàm quilibet Apher traditor tot gētes p orbem terrarum, & si non dicam falsis criminibus accusatus, tamen q̄ impudentissime

Esai. 5. Matt. 3. Mat. 13 Esai. 5. Ecclesia stici. 2. Esai. 5. Ge 12. 22 et 25 Esai. 5. C

Esaię. 5. Psa. 132 Esaię. 5.

B

sime negatur,ignotus. Accipientes itaque peruerso corde scripturas, non eas faciunt obesse nobis,sed sibi: quando ad hoc putat
D esse scriptum, Væ his qui dicunt quod ne-
Esa. 5. quam est bonum, & quod bonum est nequam: quo paleam frumenta inter se non tolerent adusq. tempus vētilationis, ut cū male intelligant, Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonū est nequā:compleatur in eis, Væ his qui perdide-
Ecclesia sici.2. runt sustinentiam. Si autem intelligant in eos hoc esse dictum, qui opinantes quod malum est bonum esse,malum committūt in eos qui talibus laudando atque approbā do consentiunt: quæ duo genera in uno lo co scriptura cōmemorat,dicens, Qm̄ laudatur peccator in desiderijs animæ suę, & qui iniqua gerit benedicitur: recte intelligent nec turbabuntur, cum apud ipsos inueniūtur mali,nisi q eos pro parte Donati tolerant,quos pro Christi vnitate tolera re debuerunt, & per hanc obstinationem animositatis suę coguntur miseri in schismate suo ferre, quos norunt ab orbe terrarum accusatos & dānatos esse. Quisquis
23.q.4. ca. quisquis uel qd' potest. ergo vel quod potest arguendo corrigit, vel qđ corrigere nō potest,saluo pacis uinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate impro-
E bat,firmitate supportat,hic est pacificus,&
Esai. 5. ab isto maledicto immunis quod scriptura dicit, Væ his qui dicunt quod nequam est bonum,& quod bonum est nequā:qui ponunt lucem tenebras,& tenebras lucem:q ponunt quod amarum est dulce, & quod dulce est amarum: omnino liber, prorsus securus,penitus alienus.

Cap. 2. Pro.17. Obijciunt iterum simile huic solita cæ citate. Vobis,inquiunt,dicit scriptura, Qui iudicat iustum iniustum,iniustum uero iustum,execrabilis est apud deum. Cur non execratio potius in illo cadit, qui uniuersum orbem terrarum Christianum donare ausi sunt inauditū,in quo tam ingēti hominū numero sine ulla dubitatione fuerūt & sunt ab eorū criminibus innocētes? Hoc ergo mō qđ iustū est iniustū iudicarūt,cū Optatū Gildonianum decennalem totius Aphricæ gemitū,tāquā sacerdotē atq. collegā honorātes in cōmunione tenuerunt. Aut si eū corde improbabāt,sed p pace tolerabāt,discāt nullius pacifici patientiā malo nō cōsentiētē,ab ullis malis posse macularī,atq. ita sentiāt in qua p̄ditione iaceāt, qui p p falsa siue uera,nō.n.hoc q̄rūt, nec crimina Aphrorū,vnitatē spūs in uinculo F
pacis nō seruāt,cū orbe terrarū inauditum dānant. Qđ si dicerēt,nescimus an sint p Ephe.4.
totgētes terrarū trasmarinarū boni Chri ani,impudentissime dicerēt,Deus.n.perhi bet testimoniū frumētis suis, q per totum agrum seminatis,quānis cū zizanijs à diabolo super seminatis, tū usque ad messem Mat.13.
crescere mandauit. Vñ & si homines ipsos minus nouimus esse bonos, tū eos ideo no uimus,q a mētiri deum non potuisse, fide certissima retinemus. Cum ergo sacrilega impudentia dicat, nescimus vtrum sint in cætero orbe terrarum boni Christiani, videant qua insania dicere audeant. Quotidie enim non dubitant dicere, scimus ibi non esse Christianos. Aliud est utique nescimus an sint: aliud, scimus q non sunt: utrunq. & infidele & impium est. Sed si detestandus est q dicit, nescio an uera dixerit deus: q s est ille q dicit, scio q nō uera dixerit deus? Certe arbitror q neminē istorū offendere debeo, si Donato deū præposuero. Quātumlibet n.am et Donatum, plus timent deū. Postremo quantum ipsi amat Donatum, nos nouimus, quia solus des verax est, omnis autē homo mendax. Christus ergo q sup omnia deus est bñdictus in secula, & q verissime de seipso dixit, Ego sum via, ueritas & uita: cum seruieius ab eo q̄rerent utrum vellet eos ire & colligere zizania, Sinite, inquit, vtraq. crescere usque ad messem. Donatus autem dicit zizania quidem creuisse, frumenta vero esse diminuta. Eligant isti cui credant. Christus.i.veritas, dicit, ager est hic mundus. Donatus autem dicit, agrum dei in sola Aphrica remansisse. Eligant cui credāt. Christus, id est, ueritas, dicit, in tēpore messis dicā messoribus, Colligite primum zizania: & exponit dicens, Messis est finis seculi. Donatus autē dicit per præsionē partis suæ ante messem à frumentis zizania separari. Eligant cui credant. Christu .i. veritas dicit, Messores sunt angeli. Donatus autem dicit se atque collegas suos hoc fecisse ante messem, qđ ille dixit, angelos in messe facturos. Eligāt cui credant. Certe Christianos se dicunt, Chm̄ eis Donatū-
G que præponimus. Si uerba dant Chō, cor
Ps.115. Rom.9. Ioā.14. Mat.13 Donatistarum confutatio. āt Donato, qd sint cōsiderent. Ego parco, nō inuehor, nō aggero, dolorem nostrum melius premo q promo. Si autem dicunt se Chri-

H se Christo dare cor suum, Christo ergo cre
Mat.13. dant dicenti, q per totum mundum & filij regni crescant, & filij maligni: non Donato dicenti, q per totū mundum filij maligni tantummodo creuerint, filij aūt boni vsq; ad solā Aphricam diminuti sint. Quòd si Christo credunt, non iā dicimus cū Ecclesijs orbis terrarū, sed cū ipso Euangelio pacē habeant, qđ ab igne se conseruare iactitant, quia factis non probant.

Cap. 3. Esa. 59. Iā illud quo pertinet qđ idē Parmenianus ex Propheta Esaia nobis obijciendum putauit, Nunquid non valet manus dñi saluos facere, aut aggrauauit aurem ne exaudiat? Sed delicta vestra distinguunt inter mediū vestrū & dei, & pp peccata vestra auertit faciē à vobis ne misereatur, Manus .n. vestræ sanguine coinquinatæ sunt, & digiti vestri in peccatis: labia aūt vestra locuta sunt iniquitatē, & lingua vestra iniustitiā meditatur. Nemo loquitur iusta, non est iudiciū verū. Confidunt in vanis, & loquunt mala, quia parturiunt dolorē & pariunt iniquitatē. Oua aspidū eruperunt, & telā araneæ texuerunt: & qui erat de ouis illis man
I ducaturus, conterens inuenit olidum, & in ipso basiliscum. Tela ergo eorū non erit ad vestiendum, neq; se operient de operibus suis. Opera.n. illorum opera iniquitatis, pedes aūt eorum ad nequitiā currunt, veloces ad effundēdum sanguinem, & cogitationes eorum cogitationes insipientium. Cōtritio & infœlicitas in vijs eorū, & viam pacis nō cognouerunt. Quos isto loco scriptura de-
Matt.3. scribit, vbicunq; fuerint inter bonos, nō ob sunt bonis, sicut non obest palea frumentis, donec veniat dñs areæ, ferens ventilabrum in manu sua vt mundet aream suam, frumē ta recondat in horreum suum, paleas vero comburat igni inextinguibili. Sicut nō obfuit bonis tanta multitudo sceleratorū, qui
Ezec.9. per Ezechielem Prophetam dicti sunt, illis videlicet qui gemebant & merebant facinora populi quæ fiebant in medio eorum. Vnde quia eos corrigere non poterant, nec ab vnitate populi dei se vllo modo separare uolebant, pro merito innocentissimæ tolerantiæ suæ signari meruerunt, & in illorū perditorum vastatione atq; interitu liberari. Verūtamē isti qui hæc catholicis obijciūt: cur non sese respiciunt, quorū cateruæ gregum furiosorum huc atq; illuc armatæ ferro ac fustibus volitant: & tam crebris vbi potuerint stragibus, nequaquā tñ tanta immanitate satiantur, vbi per busta cadauerū eorum cum fœminis, quæ cum illis passim K
commixtæ contra ordinem rerum diuinarum & humanarum diebus ac noctibus euagantur, tanta feruet ebrietas, vt inde insaniā quotidianam, non solum alios insectandi, sed ēt seipsos præcipitandi cōcipiant? Horū Esa.59.
pedes ad malum non currunt, nec veloces sunt ad effundendū sanguinē? Ab istis non recedit iudicium qui sibi ēt iniustissimas licentias inordinatæ potestatis vsurpāt? Istis nō fiunt lux tenebræ, dū non valent sustinere lumen in falso martyrio? Nōne in media nocte ambulant ēt per diem: quandoquidem dicit Apostolus, Qui inebriantur, nocte sunt ebrij: Nonne isti palpant in meridie quasi in media nocte? Quod quidem omnium hæreticorum est, qui rē manifestissimam in lucē omnium gentium constitutā videre non possunt, extra cuius vnitatem quicquid operantur, quāuis magna solertia & diligentia fieri videatur, tū illis nihil p-
dest aduersus iram dei, quos nec aranearū telæ possunt defendere à frigore. Quid ergo de hoc prophetico capitulo ponunt, qđ Esa.59.
in ipsos retorqueri non possint, nisi forte de ouis aspidum quorum multo ante memine rat dictator illius sententiæ plenarij concili- L
lij trecentorum decem, qui cum vniuersis prouincijs Apricæ conuenerunt? Hoc certe si viueret Parmenianus non diceret, nec ex Esaia Propheta poneret aduersum nos. Oua aspidum eruperent. Respiceret enim adiunctum collegio suo Felicianum Mustiacanum & Prætextatum Assuritanum, quos ex numero damnatorum quasi bono pacis, non tū Christi, sed Donati, velut integros denuo receperunt, qui & erāt oua aspidum & eruperant. Sic.n. eos describunt trecenti decem plenarij concilij ore veridico, sicut eorum ēt proconsularibus gestis scripta allegata testantur. Hęc enim eorum certe verba concilij sunt. Licet enim viperei seminis noxios partus venenati veteraluus diu texerit, & concepti sceleris coagula in aspidum mēbra tardo se calore uaporauerint, tū conceptum uirus euanescente vmbraculo celari non poterit, nam & si sero publicum facinus & parricidium suum fota, fœtum scelerum pepererunt. Hæc oua aspidum eruperant, iamq; horribilia & male olentia, cum venenosis fœtibus erant ab eorum communione proiecta. Sed erat intus Optatus basiliscus qui nutu quodam regali, quo inter ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mpētes excellere dicitur, ēt proiectas aſpides reuocaret. Aut ſi hæc pro pace nō obſunt, quid catholicis obijciunt quos conuincere nequiuerunt, cum ipſi receperint quos ore proprio damnauerant? Si hæc, inquam, pro pace non obſunt Chriſti, obſunt tñ pro pace Donati, cui multū faueē in iniuriā pacis Chriſti, pro quo ſacrilegio quicquid corpo ralibus moleſtijs patiunt, admonitio dei eſt cauendæ dānationis æternę. Nam ipſi vere ſanguinē non ſolum corporaliter p furias Circumcellionum, ſed ēt ſpiritaliter fundunt, qui orbē terrarū ſi poſſunt rebaptizare conantur. Aut ſi ſolus ille ſanguinē fundit, qui carnē mortalē vel vulnerat vel vulneratā perimit: ille aūt non fundit qui ſeductas animas ſacrilegio ſchiſmatis occidit, quare in ſchiſmaticos ſuos Maximinianiſtas per eandē plenarij concilij ſui ſententiam talia dixerunt, Veloces pedes eorū ad effundendum ſanguinē: cum ab eis conſtet corporaliter neminē occiſum, neminē vulneratum? Inſuper eos ab iſtis multa perpeſſos, cum de baſilicis per iudiciarias poteſtates excluderētur, qualia ante ſeparationem Maximinianiſtarum, cū in vnū pariter eſſent, multa fecerunt eis, qui priora ex parte Conati ſchiſmata fecerant. Cui. n. vnquam A ſchiſmatico ſuo pepercerunt, qui ſibi ab orbe terrarū cuius ipſi ſchiſmatici ſunt, nimis impudenter parci volunt, cum à ſola ipſa vera vnitate iuſtiſsime ſchiſmata puniantur, ſi eo modo iſta punienda ſunt?

Cap. 4. Eccleſia ſtici. 10. Et illud quod ſcriptum eſt, Secundū principē populi, ſic & miniſtri ipſius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes. Si intelligerēt quo pertinet, nec nobis talia obijcerent, nec ipſi vana iactantia ſuperbirent. Nos enim vt hominū ſpem quæ in ſolo deo tuta rectęq; ſecura eſt, nō in hominibus collocemus, qm̄ ſcriptum meminimus: Maledictus qui ſpē ſuā ponit in homine: non intelligimus hoc loco principem populi & rectorem ciuitatis Epm ſignificari. Non ideo q̄a non poſſumus innumerabiles ſanctos in catholica fide Epiſcopos intueri, ſed ne cuiuſ quā, vt dixi, ſpes hominis collocetur in homine, & ſi forte ei contingat in ea viuere ciuitate, vbi non ſit bonus Eps, arbitretur impune ſe malū fieri, vſurpans ad defenſionē ſuam, tā peruerſe iſtā ſcripturā q̄ peruerſe ab iſtis intelligitur, & dicens ideo ſe bonū eſſe non poſſe, quia ſecundum principē populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes. Contradicitur enim huic errori, veritatis ore dicētis, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, noli te facere, dicunt. n. & non faciunt. Habētes itaq; plebes tales Epos, qui bona dicunt ex cathedra Moyſi, & ea quæ dicunt non faciunt ex peſtilentia ſua, ſi illi faciunt ea bona q̄ dicunt, & non faciunt ea mala quæ faciunt, ſicut præcepit dñs, nonne ſatis indicāt non ita eſſe intelligendū principē populi & rectorem ciuitatis qūo iſti intelligunt? Poſſunt. n. eſſe populi boni vbi fuerint Epiſcopi mali, ſicut potuit eſſe populus malus, vbi fuit Moyſes princeps & rector bonus. Errantes enim in verbis ſanctarum ſcripturarum, & ſicut dicit Apoſtolus, Non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, ipſi potius ſecundum peruerſitatem intellectus ſui magnas patiuntur anguſtias, cum eis dicitur, Ergo qualis fuit Optatus, talis fuit plebs Thamugadenſis, & ſi cō munione ſacramentorum, ſicut dicitis contaminantur, & illi qui facta mala improbāt, & illi qui etiam ea pro pace tolerant vnitatis: tales eſtis & vos oēs, qui & illi collegæ & illi plebi communicaſtis, cum illum tota Aphrica Gildonis ſatellitē manifeſto gemitu declamaret. Quem ppea ſæpe nomino, quia ita manifeſtus apparuit, vt vbicunque fuerit nominatus, nullus ſe ignorare reſpō deat. Nam ipſi reſpiciant & recordentur, quàm multos inter ſe ſimiles habeant, quorum par malitia eſt, ſed impar notitia, & ali qñ veniant ad veram ſententiam iſtorum verborum, & intelligant vnum principem dñm noſtrum Ieſum Chm̄, cuius miniſtri ſunt boni, & ipſum rectorem ciuitatis illius Hieruſalem, quæ eſt mater noſtra in cœlis æterna, cuius rectoris dignitati congruunt habitantes non ad æqualitatem, ſed pro modo ſuo, quia dictum eſt eis, Sancti eritis qm̄ & ego ſanctus ſum: ſecundum quandam ſcilicet imaginis ſimilitudinem, in qua transformamur de gloria in gloriam tanquam ad domini ſpiritum, munere illius qui nos facit conformes imaginis filij ſui. Eſt & alterius mali populi diabolus princeps, & rector eius ciuitatis quæ myſtice Babylonia dicitur, quem principem & rectorem tenebrarum harum, id eſt, peccatorum, ipſum & angelus eius Apoſtolus appellat: & illius miniſtri ſimiles ei ſunt, qui transfigurant ſe in miniſtros iuſtitiæ ſicut ille in angelum lucis, & inhabitantes rectori peſſimo in

mo in factis ſimilibus congruunt. Sed D iſtorum populorum atque ciuitatum tunc erit aperta ſeparatio, cùm iſta meſis fuerit ventilata, qd̄ donec fiat omnia tolerat dilectio frumentorum, ne dum grana paleam præpropere fugiunt, a conſortibus granis impie ſeparentur.

Cap. 5. Eſa. 66. 1. q. 1. c. p Eſaiā. Quid igitur iam valet ad cauſam quod iſti nobis obijciunt, q̄a de malis ſacrificatoribus Dñs per Eſaiam Prophetā dicit, Facinoroſus qui ſacrificat mihi vitulum quaſi qui canem occidat, & qui ſimilaginē quaſi ſanguinem porcinū, & qui offert thus quaſi qui benedicat idolo. Hæc omnia multò congruentius de illis dicuntur, qui contra Eccleſiam Dei toto ſicut promiſſa eſt orbe diffuſam, altare ſui ſchiſmatis erexerūt, qd̄ eos ſacrilegium omnes inuoluit, & q̄libet vbilibet offert ſacrificiū tale corde vel factis hæc vt audire mereat, pernicię ſibi infert, non illis bonis qui accipiunt ab eis ſacramenta eadem, qui ſecd̄m Prophetā Ezechielem gemunt & mœrent pctā, quæ fiūt in medio eorum, q̄is non ſe inde corporaliter ſeparent. Vnicuiq; n. Deus retribuit ſecd̄m cor ſuum. Nā ſi primis tpibus nō ob fuerunt mali ſacerdotes, vel collegis bonis, ſicut fuit Zacharias: vel popularibus, ſicut Matt. 23 fuit Mathanael, in quo dolus non erat: quā Ioan. 1. to magis nihil obeſt in vnitate Chriſtiana E Eps malus vel coepiſcopis vel laicis bonis, cum iam ille ſacerdos in æternum ſecundū ordinem Melchiſedech & pontifex noſter, Pſ. 109. ſedens ad dexteram Patris, interpellat pro Rom. 8. nobis, qui traditus eſt pp delicta noſtra, & Rom. 4. reſurrexerit pp iuſtificationem noſtram? Nec illud bonis obeſt, ſed offerentibus malis, qd̄ veriſime dictum eſt, Dona iniquorum non probat altiſſimus. Non. n. dixit, Eccleſiaſtici. 34. Dona eorum qui pro pace iniquos tolerāt non ꝓbat altiſſimus: cum tñ nec iſti ea quę obiecerunt probare potuerint eo tempore quo ſchiſma fecerunt, alioquin illis excluſis, iſtos hæreditas Chriſti toto orbe diffuſa in communione catholica retineret.

Cap. 6. Prouer. 15. Rom. 4. 1. Tim. 2. Sacrificia, inquit, impiorū execratio eſt Dño, Etenim non inique offerunt illa. Iam ſuprà reſponſum eſt, quia non eſt iniquus Chriſtus, qui pro nobis ſeipſum obtulit, & nr̄ in cœlo mediator eſt, quo ſuā Eccleſiam gubernante bonis mali non oberūt, qui vel ignorātur vel pro pace tolerant, donec ipſe Matt. 13. & 3. veniat ac ſeparet pmiſis meſſoribus a meſſe zizania, & ventilabro paleas a frumētis; quanq̄ iſti qd̄ ſæpe dicendum eſt, falſa crimina obiecerint, quæ ēt ſi vera eſſent, bonorum charitati pro vnitate in vnitate omnia toleranti nihil nocerent, ſi ea forte ēt cognita iudicibus Eccleſiaſticis perſuaderi non poſſent. Sacrificia ergo impiorum eiſipſis F oberunt qui offerūt impie. Nam vnū atq; idem ſacrificium pp nomen Dñi qd̄ inuocatur, & ſemp ſanctū eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. Qui 1. Co. 11 enim māducat & bibit indigne iudiciū ſibi manducat & bibit. Non ait alijs, ſed ſibi. Qui ergo manducat digne & bibit, gratiā ſibi manducat & bibit. Illi ergo videant, vtrum digne māducent, qui inter tam multos parentes & filios, maritos & vxores: inter tam multos, qd̄ eſt patentiſsimū, Dei hæredes, & cohæredes Chriſti toto orbe diffuſos, nephario ſchiſmate diuiſerunt, cum poſſent vtique ſi boni eſſent, & vere malos arguerent, fructuoſe tolerare pro pace Chriſti, quæ pernicioſe tolerant pro parte Donati.

In Exodo, inq̄unt, ſcriptū eſt, Sacerdotes qui accedunt ad Dñm Deum ſanctifi- Cap. 7. Exo. 19. & 30. ficeut, ne forte derelinquat eos Dñs. Et ite rum, Cū miniſtri ad altare accēdunt, non Leuit. 21 adducant in ſe delictū, ne morianē. Et illud in Leuitico, Homo qui habuerit maculā & G iſta teſtimonia proponunt. Dicāt ergo mihi, cui ſancto ſecd̄m ſalutem ſpiritalem obfuerit, vel in ſacerdotibus, vel inter populū conſtituto, malus aut maculatus ſacerdos? Vbi erat Moyſes & Aaron, ibi murmuratores ſacrilegi, quos Deus a facie ſua ſemp pdere minabaē. Vbi erat Caiphas & cæteri tales, ibi Zacharias, ibi Symeō & cæteri boni: vbi Saul, ibi Dauid: vbi Hieremias, vbi Eſaias, vbi Daniel, vbi Ezechiel, ibi ſacerdo Galat. 6. tes mali & populi mali: ſed ſarcinā ſuā vnuſ quiſque portabat. Omitto dicere quā ſcelerata ſupbia dicant, neminē eſſe inter collegas ſuos vel ſeipſos cum aliqua macula & vitio, non membrorū, ſed qd̄ peius eſt morum. Qd̄ vbi agere cū eis cœperimus, reſpondebūt, intereſſe qualis macula & qualę vitiū ſit quæ ſic ſcriptura diſcreuerit quæ ait, Homo qui habuerit maculam aut vitium, non accedat dona offerre Deo. Nullam ne maculam habuit & vitium, non dico Optatus, ſed ipſe Parmenianus, aut ipſe Donatus? Sed tanto iſti amore hominū cæci ſūt, & corde impudico adulteros mētis ſuæ, vni legitimo viro coæquare nō dubitant,

bitant, vt quod de solo Dño Iesu Christo
Hier. 9 dici potuit, ét in Donato perfectum fuisse
H contendant. Quis dabit oculis meis fontẽ
lachrymarum? Quis congruus huic sce-
leri gemitus concusso pectore exprimetur?
Sed iterum attendant, vtrum saltem Opta-
tus habuerit aliquam maculã aut aliquod
vitium. Non vsqueadeo cæci sunt, vt istius
vitã omnino immaculatã, & omnino vitio
carentẽ fuisse rñdeant. Cur ergo accedebat
dona offerre Deo, & ab eo cæteri coniũctis
manibus accipiebant, qđ maculosus & vi-
tiosus obtulerat? Attendant in cæteris col
legis suis vtrum nulla sit macula ebrietas.
Sed prius legant quibus sceleratis ebriosos
Gala. 5. adiunxerit Apostolus. Vtrũ auaritia nulla
sit macula, quã idem Apostolus sic detesta-
tur, vt idolorũ cõparet seruituti? Qui autẽ
rectissime sapiunt, intelligunt quẽlibet ho-
minum, q̃is iam pro consortio societatis
humanæ non absurde dici possit iustissime
viuere, non tñ posse esse sine aliquo vitio,
Galat. 5. q̃diu caro concupiscit aduersus spũm, spũs
1. Ioã. 3 aũt aduersus carnem. Et qui natus est ex
1. Ioã. 1. Deo, non peccat. Et si dixerimus qa pctm
Rñdet nõ habemus nosmetipsos seducimus, & ve
tacitæ q̃- ritas in nobis non est. Quãuis. n. inquantũ
stioni. ex Deo nati sumus non peccemus: inest tñ
I adhuc ét q̃ ex Adam nati sumus, qa non-
1. Co. 25 dũ absorpta est mors in victoria, qđ etiam
in corporum resurrectione promittitur, vt
omnino beati & immaculati & incorrupti
1. Ioã. 3. simus, qui iam scđm fidẽ filij Dei sumus,
sed scđm spẽm nondum apparuit qđ erim-
mus. Nondum. n. re, sed spe salui facti su-
Rom. 8. mus. Spes aũt quæ videt non est spes: quod
enim videt quis, non sperat. Si aũt qđ non
videmus speramus, per patientiam expe-
ctamus. Quãdiu aũt expectamus per pa-
tientiam corpis nri redemptionem, nõ au-
deamus dicere carere nos omni vitio, ne
ipsa superbia sit immanissimum vitium. Cui-
gilemus igit aliq̃, atq; videamus in sacer-
dotibus illius tpis, cum corporalia vitia vi-
tabantur, illũ pfigurari qui cũ esset Deus,
factus est pp nos homo, solus verus agnus
Heb. 9. immaculatus & sacerdos sine vitio. Ideoq;
& tunc sacerdos solus intrabat in sancta sã-
ctorum, populus aũt stabat foris; sicut nũc
ille sacerdos post resurrectionem suam in-
trauit in secreta cœlorum, vt ad dexteram
Rom. 8. Patris interpellet pro nobis. Populus autẽ
cuius ille sacerdos est, adhuc foris gemit.
Nam cum Eps solus intus est, populus &
orat cum illo, & quasi subscribens ad eius
verba respondet, amen. Vsqueadeo tunc qñ K
sine vlla macula & sine vllo vitio, quia nõ
poterant animi sacerdotum, corpora quæ re
bantur, solus ille Pontifex noster præfigu-
rabatur, non isti superbi & impij, qui for-
nicantem animam non zelant spõso, sed ei
audent se ostentare pro sponso.

In Euangelio, inquit, scriptum est, Deus
peccatores non audit, sed si quis Deũ colit, Cap. 8.
& voluntatem eius facit, hũc audit. Et hæc Ioan. 9.
absoluta responsio est. Si. n. duo simul orẽt,
vnus peccator, & alter qui Deum colit &
voluntatem eius facit, nimirum illũ audit,
& illũ non audit. Quid ergo sibi vult hoc
testimonium, vel quo pro se arbitrant esse
proferendum, vel cum his verbis maxime
securi fiant inter malos boni, nec vlla causa
corpalis separationis existat, vt nephario
schismate homines etiam a bonis per talem
discordiam separentur, quandoquidem pñt
& mali inter bonos exaudiri ꝓpter fidem
suam? Deus. n. qui cordis inspector nõ est,
non errat vt aliũ pro alio vel exaudiat vel
repellat. An propterea dicunt hoc, vt intel
ligatur malus Eps non exaudiri cũ pro po
pulo rogat? Quod & si ita esset, non ideo
tamen populus si bonus atq; fidelis est, sol-
licitus esse deberet. Securos. n. illos facit il- L
la scriptura quæ ait: Fratres, hoc scribo vo- 1. Ioã. 2.
bis vt non peccetis, Et si quis peccauerit,
aduocatum habemus apud Patrem Iesum
Christum, & ipse est propitiatio pro pecca
tis nostris. Hoc q̃ veraci & pia humilitate
dictum sit audiant, si habent aures vnde au
diant, Ioannes enim dixit, Hoc scribo vo-
bis vt non peccetis. Si itaque sequeretur, &
diceret: Et si quis peccauerit, aduocatum
habetis apud Patrem Iesum Christũ iu-
stum, & ipse est ꝓpitiacio pro peccatis ve-
stris: seipsum a peccãtibus quasi segregasse
videretur, vt iam non ei opus esset propi-
tiatione, quæ fit per mediatorem sedentem Rom. 2.
ad dexteram Patris, & interpellantem pro
nobis. Quod vtique non solum superbe,
sed etiam falsò diceret. Si vero ita diceret,
hoc scripsi vobis vt non peccetis, & si quis
peccauerit, mediatorem me habetis apud
Patrem, ego exoro pro peccatis vestris.
sicut Parmenianus quodam loco mediato-
rem posuit Episcopum inter populum &
Deum, quis eum ferret bonorum atque
fidelium Christianorum? Quis sicut A-
postolum Christi, & non sicut Antichri-
stum

stum intueretur? Et tamẽ lacus detriti fu-
mosam aquã, istorum superbiam ferunt, &
spũm sanctũ continere non possunt, vt ser-
uent vnitatem spũs in vinculo pacis, & in
omnibus oronibus suis de vno mediatore
securi sint. Homines. n. omnes Christiani
Ephe. 4. inuicem se cõmendant oronibus suis. Pro
M quo aũt nullus interpellat, sed ipse ꝓ omni
bus, hic vnus verusque mediator est, cuius
typus qm̃ præfigurabatur in sacerdote ve-
teris testamenti, nullus illic inuenit orasse
Heb. 9. ꝓ sacerdote. Paulus aũt Apostolus quanq̃
sub capite præcipuũ membrũ, sed tamẽ qa
membrum est corpis Chri, & nouerat nõ
per figuram in interiora veli ad sancta san
ctorum, sed per expressam & firmam veri-
tatẽ in interiora cœli ad sanctitatem, non
imaginariam, sed æternã, pro nobis intrasse
maximũ & verisimum sacerdotem Eccle-
siæ, se oronibus fideliũ & ipse commendat.
1. Co. 12 Nec mediatorẽ se facit inter populum &
Deum, sed rogat vt pro se orent inuicẽ om
nia membra corpis Christi, qm̃ pro inuicẽ
sollicita sunt membra, & si patitur vnum
membrũ; compatiuntur omnia mẽbra: & si
glorificatur vnum membrum, congaudent
omnia mẽbra, ac si oratio pro inuicem mẽ
brorum omnium adhuc in terra laboran-
tium, ascendat ad caput qđ pcesit in cœlũ,
A in quo est propitiatio pro peccatis nostris.
Nam si esset mediator Paulus, essent vtiq;
& cæteri coapostoli eius, ac sic multi me-
diatores essent, nec ipsius Paulo constaret
1. Tim. 2 ratio qua dixerat, Vnus. n. Deus, vnus me-
diator Dei & hominũ hõ Christus Iesus,
in quo & nos vnũ sumus, si seruemus vni-
Ephe. 4. tatem spũs in vinculo pacis. Nec propter
malos bonos deseramus, sed ꝓ bonos ma-
los sufferamus, ne cũ defendere volumus
qđ temeraria præsumptione relinquimus,
incognitos cogamur maiori scelere dãnare
inauditos, cum etiã certum sit, quia pctõres
Deus audit, qđ quidem inuenit in scriptu-
Nu. 23. ris. Balaã propheta non de populo Israel,
sed alienigena cõductus ab inimico, vt po-
pulo Dei malediceret, conuersus a Dño ad
benedicendũ est: cuius verba omnia bene
imprecantis audiuimus & legimus, & cum
aliud haberet in voto, verba tñ precãtis &
bona sũt, & pro populo exaudiunt a Dño.
Vnde non mirũ est si verba bona quæ pro
populo dicunt in precibus, ét si à malis di
cantur Epis, & exaudiri tamẽ, nõ pro per-
uersitate præpositorum, sed pro deuotione
populorum. Veruntamen qđ scriptum est Ioan. 9
in Euangelio, Deus peccatores non audit, B
sed si quis Deum colit, & voluntatem eius
fecerit, ipsum exaudit: nõ a Dño dictũ est,
sed ab illo qui oculos corporis iam quidem
restitutos habebat, sed ei oculi cordis non-
dum patebant, vnde ipsum Dñm adhuc ꝓ-
phetam putabat, Nam eum postea cogni- Luc. 18.
tum Dei filium adorauit. Ipse autem Dñs
cum in vno templo orarent pharisæus &
publicanus, publicanum confitentẽ peccata
sua magis iustificatum dicit, q̃ pharisæum
iactantem merita sua, cui similes isti sunt.
Quanquã enim iustificatus destiterit esse
peccator, tñ vt iustificaretur peccator ora-
bat, & peccator confitebatur, & exauditus
iustificatus est, vt desineret esse peccator.
Non vtique desineret esse peccator, nisi
prius exaudiretur peccator. Quamobrem
non quidem omnem peccatorem exaudiri,
sed tamen non oẽm peccatorem non exau
diri veritas testis est.

Obijciũt & quod dicitur in Psalmo, Pec Cap. 9.
catori aũt dixit Deus, vt quid exponis iusti Psal. 49.
ficationes meas, & assumis testm̃ meũ per
os tuum? Tu vero odisti disciplinam, &
proiecisti sermones meos retrorsum. Si vi-
debas furem currebas cum eo, & cum adul
teris portionem tuã ponebas. Os tuũ abun C
dauit malitia, & lingua tua cõcinnabat do-
los. Sedens aduersus fratrem tuum loqueba
ris, & aduersus filium matris tuæ ponebas
scãdalum. Sed aperiant aliqñ aures cordis,
& desinant esse non intelligẽtes, neq; quæ
loquuntur, neq; de quibus affirmant. Attẽ
dunt. n. dictum peccatori, vt quid exponis
iustificationes meas, & assumis testamentũ
meum per os tuum: & non intelligunt ad
hoc dictum, vt sciat sibi nihil prodesse ver-
ba quæ ore pronunciat, si quod dicat ipse
non facit, veruntamen alijs prodesse, quæ
etiam per malos audiunt, & faciunt, quod Matt. 23
ipse Dominus docet in Euangelio, dicens
de pharisæis, Super cathedram Moysi se-
dent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt,
facere nolite: dicunt enim & non faciunt.
Atque vtinam vellent in his verbis, quæ
de psalmo meminerunt, se tanquam in spe-
culo intueri. Quomodo non proijciũt ser-
mones Dei retrorsum, qui populis pronun
ciant pacem, & non amant pacem? Quo nõ
odio hũt disciplinam qui damnare audent
orbem inauditũ, & cum pro merito immò
longe merito, pro tanti furoris audacia,

secundum diuinæ misericordiæ disciplinam
pales molestias patiuntur, non peccata sua
puniri confitentur, sed merita coronari glo
riantur? Eos sanè cum fure cucurrisse nō di
D co: quia fure peior est raptor, qđ esse vndiq;
clamabatur Optatus. An non cum mœchis
particulā suā ponunt, qui greges ebrios san
ctimonialium suarū cū gregibus ebrijs Cir
cumcellionum, die noctuq; permixtos vaga
ri turpiter sinunt? An non sedentes aduer
sus fratres suos detrahunt, qui pp quosdam
quos conuincere nō potuerunt, in hæredi
tate Christi toto terrarū orbe diffusa con
tendunt non esse Christianos? Atq; ita ad
uersus filium matris suæ: id est, paruulum
adhuc in fide & sacramētorū lacte nutrien
dum, pernicioſissimum scādalum ponunt,
dū nescies adhuc sequi deū patrē, infirmus
sequitur hominē, & simulata atq; adumbra
ta specie veritatis illectus, ab vnitatis com
page, crudeli laceratione diuellitur. Sed si
eis qui mala non faciunt, in eadē parte ma
lefacta displicent cæterorum, nec obesse sibi
aliena scelera credunt, quæ in medio sui fie
ri gemunt & mœrent, cur in crimine sacri
legi schismatis pernicioſe tolerant, quos tru
ctuoſe tolerare in vnitatis integritate po
tuerunt? Possunt.n. dicere, si tñ iam ipsis re
bus expergefacti euigilāt aliqñ, possunt, in
quā, dicere mala singulorū cæteris nō obes
se, qui nec approbant nec faciunt talia, non
aūt singulorum malū esse schismatis sacri
E legium, sed ad eos oēs pertinere, qui catholi
cæ non cōmunicāt vnitati facillime possunt
cōuinci, & si difficile confiteri. Qua.n. cau
sa in eorum communione ad alios nō perti
nent crimina aliorū, ea causa schisma crimē
est omniū, quia cū se inter ipsos suos aliorū
sceleribus maculari non posse iā dicunt, si
mul fateantur necesse est nō se habuisse cau
sam cur ab vnitate discederent, vbi eos non
possunt aliorum scelera maculare, & ppea
scelere schismatis apertissimo tanquā vno
mortifero vinculo pariter colligantur.

Cap. 10. At.n. prophetauit Hieremias. Quid p-
Hiere. 2. phetauit Hieremias? Non habere, inquit,
verū baptismum eos qui relinquunt deum.
Ait.n. Expectauit cœlum super istud, & ex
hotruit multo vehementius dicit dñs, qñ
duo nequam fecit populus iste. Me dereli
querunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt
Hier. 15 sibi lacus detritos qui non possunt aquam
Ecclesia portare. Et iterū, Facta est plebs mea mihi
stici. 34. sicut aqua mendax, non habens fidem. Et
illud quod scriptum est, Qui baptizatur à Ps. 140.
mortuo, & iterum tangit mortuū, quid p- F
dest lauatio eius? Et illud in Psalmo, Oleū Ecclesia
aūt peccatoris non impinguet caput meū. stes. 10.
Et iterum alibi, muscæ morituræ extermi- Sapiē. 1.
nant oleū suauitatis. Et alibi, Spiritus.n. san
ctus disciplinæ effugiet fictū, & auferet se à
cogitationibus q̄ sunt sine intellectu. Hæc
omnia si eo modo intelligenda sunt, quo ab
istis intelliguntur, nec nobis nec ipsis con
quadrat ratio veritatis. Si autem modo do
cuero intelligenda, illi soli sua prauitate tur
bantur. Sed vt non turbentur, ad catholicū
refugiant intellectum, quia non inueniunt
exitum responsionis, dum irretiuntur crimi
ne schismatis. Habent certe ēt ipsi, non di
cā tales, sed quos vel fatentur, vel insanissi
me negant, derelinquentes deū qui est fons
aquæ viuæ, hoc est iniq; viuentes. Neq; n.
pedibus, ac nō corde relinquitur deus. Ha
bent & mēdaces, & nō habentes fidē, aliud
profitentes & aliter cōuersantes: habent ēt
mortuos. Si.n. sexui delicatiori & infirmio
ri delitias nō concedit Apostolus dicēs, Vi
dua quæ in delitijs agit viuens mortua est: 1. Tim. 5
q̄rant vtrū nulli apud se viri & qđ amplius
est, præpositi vel ministri viuāt in delitijs,
atq; si ita audent, renuncient se non habere
mortuos, & meliores esse q̄ illa Ecclesia, cu
ius angelo in figura præpositorum vel ani- Apo. 20
marū dicitur, q̄ non viuat, sed mortuus sit,
& tñ inter septē Ecclesias numeratur, & ei G
non diuisę à cōpage corporis Christi agen
ti, sed in vnitate perseueranti præcepta vitę
insinuantur. Omitto quod in concilio suo
aduersum Maximinianistas dixerunt, Ae- Exo. 14.
gyptiorum ad modū exemplo, pereuntium
funeribus plena sunt littora. De quorū nu
mero mortuorū nunc intus est Felicianus,
qui adhuc mortuus baptizat. Aut si iam re
uixit, habet secum illos quos mortuos in
schismate baptizauit. Habent certe peccato
res. Nam si interrogentur quicunq; sibi in
ipsis magni uidentur, ēt seipsos peccatores
non negant. Neque.n. non tundunt pectora
sua, aut cum id faciunt, simulando faciūt.
Quod si ita est, tunc certe infœliciter pec
cant, populos suos simulata humilitate fal
lentes, aut non dicunt in oratione domi
nica: Dimitte nobis debita nostra, sicut Matt. 6
& nos dimittimus debitoribus nostris.
Quod vtique non de illis peccatis dici
tur, quæ in baptismi regeneratione di
missa sunt, sed de ijs quæ quotidie de

sæculi

sæculi amarissimis fructibus humanæ vitæ
infirmitas contrahit, quibus curandis adhi
bentur medicamenta eleemosynarum, ieiu
niorum & orationum, vt in oratione esse di-
H catur quod in eleemosynis agitur. Nam &
pctm qđ in te alter admisit, dimittere, vt &
tibi tuū deus dimittat, magnum opus mise
ricordiæ est. Quod si homines ficte & non
veraciter dicunt, putantes se nō habere qđ
eis dimittat deus, idipsum est inexpiabile sa
crilegium, eaipsa impia est & væsana super
bia, quod est certe immane peccatum. Nā
& de morituris muscis quid dicam, qm in
eis non morituros adhuc, sed iam mortuos
multipliciter inueniri, siue fateantur, siue cō
uincantur ostendimus? Fictos vero quos fu
git spiritussanctus disciplinæ, & sine intelle
ctu perdite viuentes q̄ multos inter se ha
beant, secundum ea quæ supra dicta sunt co
gitent. Nā & quicunq; ibi latent mali, qđ
vel eo certum est, quia sæpe proditi convi
ctiq; damnantur, non de recentibus tm fa
ctis, sed etiā de veteri consuetudine flagitio
rum, quia stultissima fictione diu cælari nō
potuerunt, vtiq; magis ficti sunt dum se bo
nos fingendo decipiunt. Si ergo sic sunt ista
intelligenda vt isti intelligunt, qūo eis ra
tio subsistere poterit, cur apud eos qui male
viuendo derelinquunt deum, siue lateant,
siue noti sint: non fuerint lacus detriti, qui
I continere non valent aquas? Et si in hoc lo
co sacramentum baptismi intelligēdum est,
cur mendaces & infideles eorum ministri,
non aquam veracem, sed mendacem vel da
re vel habere credūtur: quid ab illorū mor
tuis qui baptizantur proficit lauatio eorū?
Cur peccatores impinguant oleo capita alie
na? Quid ibi muscæ morituræ vel mortuæ
meruerunt, vt non exterminent oleum sua
uitatis? Quo priuilegio muniuntur, qui-
cunq; ibi ficti sunt: id est, qui iustitiæ pelle
obtegunt lupum, vt non eos fugiat spiritus
sanctus disciplinæ? Aut si eos fugit spiritus
sanctus, qūo p eos baptizatis datur? Hic.n.
dici non potest quod solent ineptissime &
impudentissime dicere, tunc postea à malo
baptizari quenquam, si lateat malitia bapti
zantis. Qui.n. fictus est, tanto magis fictus
est, quanto magis latet. Ab hoc ergo cum
se auferet spiritussanctus, quæ spes erit bap
tizati, si baptizantis hominis meritum in
illa dei gratia cogitandum est? Hic omnino
quid respondeant non inueniunt, qui malos
apertos habere se negant in quo quidē aper
tissime conuincuntur. Sed quid ad nos? Sa
tis est nobis ad necessarium articulum cau
sæ, q̄ fictos bonos: id est, occultos malos a
pud se esse negare non possunt. Per multos
enim redarguuntur, qui cum ibi perditis &
sceleratis moribus viuerent, & per ipsam fi- K
ctionem diu latuissent, aliqñ proditi, expul
si sunt. Dicamus ergo, Si nolunt ibi adhuc
esse aliquos tales, illi certe qui eiecti sunt in
eadem fictione laterent, & eos fugeret spiri
tussanctus, de quo scriptum est, Spiritus.n.
sanctus disciplinæ effugiet fictum: qūo ba- Sap. 1.
ptizare potuerunt? Cur nō recensentur sal
tem qui viuunt vt accipiant baptismū, quē
vtiq; a fictis quos deseruit spiritussanctus
accipere nequiuerunt? Si aūt dicunt, Spiri
tus quidem sanctus daturis fingentibus de
erat iustificandis, sed accepturis credentibus
aderat abluendis per ineffabilem efficaciam
potentiæ suæ vtrunq; valens facere, illos fu
gere, istos fouere: illos culpare, istos munda
re: q̄ pro se quæstionem soluant, simul cer
nant solutam esse pro nobis. Quod aūt in- i. q. 1. cā.
telligimus in hac sententia sanctæ scripturæ, omnia,
q̄ certe ipsi non intelligentes, & quasi pro & ca. per
suis partibus proponentes, ad seipsos con- Esaiam.
uincendo ingerunt nobis, hoc pene in om
nibus talibus quæstionibus intelligendum
admonemus, scilicet quia omnia sacramen
ta cum obsint indigne tractantibus: prosunt
tū per eos digne sumentibus, sicut & verbū
dei testatur: vnde dictum est, Quæ dicunt L
facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Nā Mat. 23.
effodere lacus detritos qui continere nō va
lent aquas, quis me prohibet sic intelligen
dum esse, conuerti ad voluntatem terrenā,
vt non possint sustinere spiritum sanctum,
quem nomine aquæ in Euangelio significa
ri, quis qūo Christianus ignorat? Itē aquæ
mendax non habens fidem, poterit intelligi,
non falsum baptisma, sed populus mendax
& infidelis, non annumeratus veracibus &
fidelibus, sed his solis qui mendaces & infi
deles sunt. Nam populum significati aliqñ
vocabulo aquarum, legant Apocalypsim, &
calumnientur sibi prius potius q̄ nobis. Sic
enim dicitur Ioanni, Aquas quas vidisti, su Apo. 17
per quas sedet meretrix illa, populi & tri
bus sunt, & gentes & linguæ. Et illud quod
scriptum est, Qui baptizatur à mortuo: & Ecclesia
iterum tangit mortuum, quid proficit laua stici. 34.
tio eius? Vt interim differam diligentiorem
istorum verborū inquisitionem, tutissime
accipio Paganorū baptismata esse denota-

ta qui homines & à iustitia, & ab ista vita mortuos colunt, in quorum nomine baptizantur. Quanuis.n.& ipsi sacerdotes p impietatē mortui dicantur: non tñ pp eos sic
M intelligitur, sed pp mortuos deos eorum, in
Hier.10 quorū significatione dicitur, Dñs deus noster deus viuus. Quapp etsi apud Christia nos sunt aliqui præpositi vel ministri, qui per impietatem & iniquitatem suam mortui sunt, viuit tñ ille de quo dictum est in
Ioan. 1. Euangelio, Hic est qui baptizat: quia sic vt
Rom.6. dicit Apostolus, Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Oleum vero peccatoris aper tissime Psalmus indicat, quemadmodum
Ps. 140. intelligendum sit. Ait.n.emendabit me iustus in misericordia & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meū.
Apoc.3. Vnde manifestum est, oleo peccatoris blādi tias adulatoris esse significatas, quibus repudiatis & detestatis eligit à iusto emendari & argui, quia hoc iustus non fallaci lenitate adulationis, sed veraci asperitate obiurgationis faciens, multo magis misericorditer facit. Vnde est & illud in Apocalypsi, Ego quos amo, arguo & castigo. Et illud apud
Pro.27. Salomonem, Meliora sunt vulnera amici, q̄ voluntaria oscula inimici: & multa reperiūtur huiusmodi. Oleum vero suauitatis, scilicet bonum odorem, id est bonam famam Christianorum, illi exterminant qui male victuri, & ad mortem suarum iniquitatum
A redituri, magna multitudine irruunt, vt eis per baptismum peccata donentur, & ad ea denuo reuertantur. Nam pp numerositatem muscis arbitor esse comparatos. Sed hi
Eccl. 10 exterminant oleum suauitatis, qm̄ nō ipsam dei gratiam, sed hominum mores intuentur. Et qm̄ sicut grana inter paleas nō vñr: ita pie viuentes inter iniquorum turbas nō facile apparent, carnaliter offensi à percipienda salute sempiterna, siue trahuntur, siue omnino resiliunt. Esse āt bonum odorē in bona fama recte viuentium Christianorum, Apostolus docet dicens, Christi bo-
2.Co.2. rum, Apostolus docet dicens, Christi bo-
Esa. 52. nus odor sumus deo in omni loco. Contra
Rom.2. illi quibus dicitur, Nomen.n.dei per vos blasphematur in gentibus: vtiq; oleum suauitatis exterminant. Sic ergo habent ista alios synceriores intellectus, quos si qui sequantur, et ipsi ab earum qōnum expediuntur angustijs. Illorū aūt intellectus si à nobis nō confirmetur, ipsos solos: si vero à nobis confirmetur, vtrosq; nostrum implicat.

Quid opus est iam plura discutere, nisi Cap.11.
forte illud mouebit, quia cum probare Parmenianus vellet, carnales homines nō posse spiritales filios procreare, addidit ex Euā gelio testimonium, Quod natū est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spi B
ritus est? Quasi nos dicamus per seipsum Ioan. 3.
quemlibet hominē spiritales filios generare, & non per Euangelium: in cuius prædicatione spiritus sanctus operatur, ad gignendos filios non posse sufficere, cum spiritus sanctus fictum ministrū fugiat, sicut supra diximus. Ideoq; Apostolus cū talibus filijs 1.Co.4.
loqueretur, si dixisset, Ego vos genui: & nō addidisset, in Christo Iesu per Euangeliū: nullo modo se quisquā fidelium de illo natum religiose fateretur. Euangelium autem Mat.10.
fur quoq; Iudas sine detrimento fidelium prædicauit. Fictos igitur eorum.i. occultos malos, sicut ipsi quoq; concedunt, cum eos fugiat spiritus sanctus, per eorum tñ ministerium gigni spiritales filios adstruāt. Sed quis ferat tantam dementiam, vt cum forte carnalem vocet hominem de coniuge filios procreantem, spiritalem appellet adulterū? Absit, inquit, vt hoc sentiam. Nam qūo adulter latens, cum apud eos præpositus esset, spiritales potuit filios procreare, si carnales hoc facere non possent? An forte tunc p manus eius vel Christus vel spiritus sanctus vel angelus baptizauit? Si ergo tunc homo baptizat, cum baptizator manifestus est bo- C
nus: cum vero baptizator latet malus, tunc dominus baptizat, aut angelus, & vnusquisque talis spiritu taliter nascitur qualis fuerit à quo baptizatur: optent igitur qui desiderant baptizari, vt homines per quos baptizantur non sint manifesti boni, sed latentes mali, vt sic deo vel angelo baptizante sanctiores renasci mereantur. Hanc absurditatem sic se cogitent euitare per quemlibet hominem, vt cum quis Christi baptismate baptizatur, Christum baptizare fateā-tur, de quo solo dictum est, Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Nā illud ex Euange Ioan. 1.
lio, Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Ioā.20.
Hoc cum dixisset, insufflauit & dixit, Accipite spiritum sanctum, si cui dimiseritis peccata, dimittentur: & si cui retineueritis, retinebuntur: cōtra nos esset, vt cogeremur fateri ab hominibus hoc, nō per homines fieri, si posteaq̄ dixit, Et ego mitto vos: subiecisset continuo, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur: & si cui tenueritis, tenebūtur.

Cum

Cum vero interpositū est, Hoc cum dixisset, insufflauit, & ait illis, Accipite spiritum sanctum: & deinde illatū, per eos vel remissionem vel retentionem fieri peccatorum:
Mat.10. satis ostēditur, nō ipsos id agere, sed per eos
D vtiq; spiritum sanctū, sicut alio loco dicitur, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus qui in vobis est. Spiritus autem sanctus in Ecclesiæ præposito vel ministro sic ineſt, vt si fictus non est, operetur p eū spiritus sanctus, & ad eius mercedem in salutem sempiternam, & eorum regeneratio nem vel ædificationem, qui p eū siue conse
Sapiē.1. crant siue euāgelizant. Si aūt fictus est, qm̄ verissime scriptū est, Spiritus.n.sanctus disciplinæ effugiet fictum: deest quidē saluti eius, vt auferat se à cogitationibus q̄ sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum. Propter quod Apostolus ait, Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: si autem
1.Co.9. inuitus, dispensatio mihi credita est: id est, illis p̄dest quibus hoc dispenso, nō mihi qui fictus sum. Qui enim inuitus facit propter commoda gaudiaque carnalia, quæ si aliter habere posset, illud desereret, ipse vtique fictus est, ideoq; inuitus facit, sed eis prodest erga quos facit: se autem tantum à mercede salutis alienat, nō etiam illos priuat quibus cibaria dominicus etiam malus seruus impendit. Quia vero non erat talis Apostolus sed talis potius vt volens faceret, id est gra-
E tuitam gratiā pietate casti cordis erogaret, & mercedem aliorum per eum spiritus sanctus operatus est, quam sicut ipse dicit, reddet ei dominus in illum diem iustus iudex:
2.Ti. 4. illos vero qui Euangelium annunciabant non caste, qui non quidem aliud nisi veritatem, id est Christum, nō veritate cordis boni, sed per occasionem commodorum suorum annunciabant, Sinite, inquit, hos annūciare: & gaudet non vtique illis, sed eis qui per eos salui fiebant, tenentes præceptum
Mat. 23 Christi dicentis, Quæ dīt facite, quæ autē faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. De his etiam Apostolus ad Philippē
Phill.1. ses loquitur, Quidam quidem, inquit, per inuidiam & contentionem: quidam vero p bonam volūtatem Christum prædicat: quidam ex charitate, sciētes quoniam in defensione Euangelij positus sum: quidam vero & per contumaciam Christum annunciant non caste, existimantes tribulationem suscitari in uinculis meis. Quid enim dū omnimodo, siue occasione, siue veritate Christus annuncietur? & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Nunquid permitteret eos Christum prædicare, cū Euangelij veritatem nō
F veraci cordis castitate prædicarent? Nun quid de taliū prædicatione gauderet, nisi sciret quod illis quidem perniciosum esset, rē castam non caste annunciare: illis autem salubre, qui bona & vera p eos audientes proficerent ad salutē? Nā vbi non Xps qui veritas est, sed falsitas & mendacium prædicat,
Galu.1. apertissime prohibet ad Galatas dicens, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod
1.Ti. 1. accepistis, anathema sit. Itemq; ad Timotheū, Sicut rogaui te, inquit, vt sustineres Ephesi, cū irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent. Illos autē inuidiosos, contentiosos, contumaces, non castos, occasionē quærentes faciendæ suæ malæ voluntatis: quia sic eorum fictionem fugerat spiritus sanctus, vt eorum non desereret ministerium, quo p eos Christus prædicabatur, non solū non permittit vt faciant, sed & gaudet, quia faciūt. Hæc de scripturis sanctis documenta proferimus, vt appareat facile non esse quicquam grauius sacrilegio schismatis: quia p̄cidendæ vnitatis nulla est iusta necessitas, cum sibi nequaquam spiritaliter nocituros malos ideo tolerent boni, ne spiritaliter seiungantur à bonis, cum disciplinæ seueritatem consideratio custodiendæ pacis refrenat aut differt, quam tamen securitas exerit, cum apparet sine vulnere schismatis ad salubrē correctionem posse aliquid ecclesiastico iudicio vindicari. Dicimus enim magnum nomen domini esse cum eis qui eum metuunt, quanuis permixti sint turbis eorum qui eum nō
G
metuunt, vt illud quod Apostolus ait, No-
2.Ti. 2. uit dominus q̄ sunt eius: & recedat ab iniustitia omnis qui inuocat nomen domini. Si enim bono pacis, ne ante tps cum zizania colliguntur, eradicetur simul & triticum, ne cessitate cogitur quisquam esse inter iniustos, recedat ab iniustitia, & securus inuocet nomen domini. Similiter enim & ab iniustis recedit, & ab eis exit, atq; separat̄ interim corde, vt etiam corpore à talibus in fine separari mereatur.

Ca. 12.
Et illud quod scriptum est, Non est spe Ecclesia
ciosa laus in ore peccatoris. In ore quippe stici. 15.
fideliū specioſa est. Si autem vnicuique est os proprium, nec quisquā sine consensu cordis sui ex ore vulneratur alieno. Cū autem

prædica-

prædicatio peccatoris ore procedit,quæren
dum est cuiusmodi peccatorẽ hoc loco scri-
Luc.18. ptura significare voluit. Nã & Publicanus
qui iustificatus est magis q̃ ille Pharisæus
vtiq; peccatores erat. Si enim vera eius pec
cata non erant, falsa erat confessio peccato-
rum:si aũt vera erat confessio ꝓpter quam
H iustificari etiam meruit, proculdubio vera
erãt peccata.Hæc ẽt de oratione summi Da
nielis verissime dixerim,qui profecto vera
citer ait, Cum orarem & confiterer pecca-
Dani. 9. ta mea & populi mei.In cuius ergo ore pec
catoris laus speciosa nõ est,nisi maxime mẽ
dacis & ficti, quem spiritussanctus discipli-
næ fugit? Quem igitur fugit,cum tamen lo
quitur veritatem, non in eius ore speciosa
est,quia non ei tribuitur cuius particeps nõ
est, sicut speciosã non erat prophetia in ore
Ioã. 11. Caiphæ pontificis sacerdotum,qui nescivit
quid dixit,sed cum esset pontifex propheta
uit: sed tamen per ipsum speciosa laus est
dei in auribus audientium,& corde creden
tium.

Ca. 13. Ea Apostoli enim sentẽtia male vsurpata
velut insultare audet Parmẽianus eis quos
negat habere baptismum,& propterea dicit
1.Co.4. eos dare non posse. Quid enim,inquit,ha-
bes quod non accepisti? Quod vt omittam,
vnde & quare dicat Apostolus,quod ipsius
Epistolæ contextione declaratur, si hoc de
baptismo vult intelligi, & si ille dare non
potest qui non habet:ille autem non habet
quod non accepit, vt ei aliquo mõ suffragẽ
quod scriptum est, Quid enim habes quod
non accepisti?quæro vtrum,non habeat qđ
apud ipsos accepit.Si dixerit,habet: quæro
I vtrum amittat si ab eis recesserit.Si dicit,a-
mittat:baptizandus iterum est si redierit,vt
ei possit restitui quod amisit.Si aũt hoc non
fit,nec quisquam dicit esse faciendum, non
ergo amiserat.Porrò si accepit,& nõ eo ca-
ruit,habet vtique quod accepit.Et ideo non
ei potest dici scđm istorum intellectũ, qđ
habes quod non accepisti.Refert nunc ani-
mum ad ipsam originem schismatis, qualẽ-
libet existimẽt Cæcilianum: quem nos cre
dimus innocentem, & proculdubio in vni-
tate fidei baptizatus erat, nondum enim fa
cta erat ista diuisio. Ponamus sicut vtique
illi volunt,ꝙ ab vnitate ipse recesserit,non
amisit utique quod acceperat. Non enim
si rediret baptizaretur iterum,vt reciperet
quod amiserat. Porrò si eo quod acceperat
non caruerat,id vtique habebat.Si ergo nec
ipsi dici potuit ex istorũ prauo intellectu,
Quid enim habes quod non accepisti?multo
minus hoc idem dici potest ei, qui ꝑ Cæ
cilianum à domino accepit. Cur enim non
potuit homo qui non coniunctus est vobis,
id quod non habebat accipere per eum qui
non amisit,quando recessit à vobis? Quan
to ergo imprudentius dicitur orbi terrarũ, K
Quid n.habes quod non accepisti:vnde ip-
sius sacramenti cõnexio in Aphricã venit,
qui per nullius traditoris facinus potuit a-
mittere promissionẽ dei,aperta pollicitatio
ne dicentis ad Abraham, In semine tuo be Gen. 22
nedicentur omnes gentes: etiam si isti non
impij calũniatores fratrum,sed veri exami-
natores criminum fuissent? Nam illud qđ 1.q.1.c.
quidam eorum veritate conuicti dicere cœ qđ qui-
perant,baptismum quidem non amittit,qui dam.
recedit ab Ecclesia, sed ius tamen dandi a- 24.q.1.
mittit: multis modis apparet frustra & ina- ca.mira-
niter dici. Primo,quia nulla ostenditur cau mur. 4.
sa, cur ille qui ipsum baptismum amittere sen. dis.
non potest,ius dandi amittere possit. Vtrun 25. cap.
que enim sacramentum est,& quadam con- econtra
secratione vtrunq; homini datur,illud cum autem.
baptizatur, istud cũ ordinatur: ideoque in
catholica vtrunque non licet iterari. Nam
si quando ex ipsa parte venientes etiam præ
positi pro bono pacis correcto schismatis
errore susceptis sunt: & si visum est opus es-
se, vt eadem officia gererent quæ gerebant,
non sunt rursus ordinandi: sed sicut baptis-
mus in eis,ita ordinatio mãsit integra, quia
in præcisione fuerat vitium, quod vnitatis
pace correctum est, non in sacramentis,
quæ vbicunque sunt, ipsa vera sint. Et L
cum expedire hoc videatur Ecclesiæ, vt
propositi eorum venientes ad catholicam
societatem, honores suos ibi non adminis-
trent: non eis tamen ipsa ordinationis sa-
cramenta detrahuntur, sed manent su- 1.Co.14.
per eos. Ideoque non eis in populo manus
imponitur, ne non homini, sed ipsi sacra-
mento fiat iniuria. Et si quando ignoranter fit, nec animose defenditur factum, sed corrigitur cognitum, uenia facilis impetratur. Deus enim noster non est dissensionis deus, sed pacis: nec Eccle-
się eius sacramenta in eis qui ab Eccle- 1.q.1.c.
sia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt quod ꝙ
inimici sunt. Sicut autem habent in ba- dã.4.se.
ptismo quod per eos dari possit: sic in ordi di.25.c.
natione ius dandi,vtrũq; quidẽ ad pniciem econtra
suã quandiu charitatẽ non habent vnitatis. autem.

Sed

Sed tamen aliud est prorsus non habere,a-
liud perniciose habere, aliud salubriter ha-
bere. Quicquid non habetur, dandum est
cum opus est dari:quod vero perniciose ha
beturper correctionem depulsa pernicie a-
Laicus gendum est vt salubriter habeatur: quan-
in neces- quam etsi laicus aliqua pereuntis dederit
sitate ba necessitate compulsus,quod cum ipse acci-
ptizat. peret, dandum esse addidicit, nescio an pie
M quisquam dixerit esse repetendum. Nulla
enim cogente necessitate si fiat, alieni mu-
neris vsurpatione est:si autem necessitas vr
geat,aut nullum, aut veniale delictum est.
Sed & si nulla necessitate vsurpetur, & à
quolibet cuilibet detur,quod datum fuerit,
non potest dici non datum, quanuis recte
dici possit illicite datum. Illicitam ergo v-
surpationem corrigit reminiscentis & pœ-
nitentis affectus. Quod si non correxerit,
manebit ad pœnam vsurpatoris quod da-
tum est, vel eius qui illicite dedit, vel eius
qui illicite accepit, non tamen pro non da-
to habebitur. Neque vllo modo per deuo-
tum militem quod à priuatis vsurpatum
est,signum regale violabitur.Si enim aliqui
furtim & extraordinarie, non in monetis
publicis aurum vel argentum, sed æs percu
tiendo signauerint,cũ fuerit deprehensum,
nonne illis punitis, aut indulgentia libera-
tis,cognitum regale signum thesauris rega-
libus cogetur inferri? Aut si quisquam est,si
ue desertor, siue qui nunquam omnino mi-
litauit,qui nota militari priuatum aliquem
signet, nonne vbi fuerit deprehensus ille si-
gnatus, ꝙ desertore punietur,& eo grauius
quo probari potuerit nunquam omnino se
militasse,simul secum punito,si eum prodi-
A derit audacissimo signatore? Aut si forte il-
lum militiæ characterem in corpore suo,nõ
militans pauidus exhorruerit,& ad clemen
tiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa
& impetrata iam venia militare cœperit,
nunquid homine liberato atque correcto,
character ille repetitur,ac non potius agni-
De cõs. tus approbatur? An forte minus hærent sa
dis.4.ca. cramenta Christiana quàm corporalis hęc
Nullus nota, cum videamus nec apostatas carere
autem. baptismate, quibus vtique per pœnitẽtiam
redeuntibus non restituitur, & ideo amit-
ti non posse iudicatur? An ducenda de mi-
litia similitudo non fuit, cum & Apostolus
2.Ti.2. de agonisticis certaminibus clamet & a-
perte dicat, Nemo militans deo implicat se
negocijs secularibus: vt ei placeat cui se
probauit? Et hęc quidem alia quæstio est,
vtrum & ab ijs qui nunquam fuerũt Chri
stiani possit baptismus dari: nec aliquid te-
mere inde affirmandum est sine authorita-
te tanti concilij quantum tantæ rei sufficit.
De ijs vero qui ab Ecclesiæ vnitate separati 1.q.1.ea.
sunt,nulla iam quæstio est,quin & habeant quod q.
& dare possint,& quin perniciose habeant, dem.4.
pernicioseque tradant extra vinculũ pacis. se.d.25.
Hoc.n.iam in ipsa totius orbis vnitate di- c. ecõtra
scussum,consideratũ,perfectũ atq; firmatũ autem.
est. Sed si nos male facimus,ipsi explicent, B
quo sacramentũ baptizati non possit amit-
ti, & sacramentum ordinati possit amitti:
qm̃ dicunt,recedens ab Ecclesiæ baptismum
non amittit, ius dandi tñ amittit. Si enim
vtrunq; sacramentum est, quod nemo du-
bitat,cur illud non amittitur,& illud amitti
tur?Neutri sacramento iniuria faciẽda est.
Si sancta malos fugiunt,vtrunque fugiat: si
sancta in malis inuiolabiliter manent, vtrũ
que maneat. Si dixerint, baptismus in sola
vera Ecclesia recte datur:Respondetur eis,
Baptismus in sola vera Ecclesia recte habe-
tur. Cur non potest dari vbi non recte da-
tur, cum possit haberi vbi non recte habe-
tur?An quia non habere aliud est, aliud nõ
recte habere?Sic & non dare aliud est,aliud
non recte dare. Sicut non recte habent qui
ab vnitate discedunt, sed tamen habent, &
ideo redeunti non redditur, sic etiam non
recte dat qui ab vnitate discedit, sed tamen
dat. Et ideo quod ab eo accepit venienti ad
vnitatem non iteratur:illi autem quod non
recte datur, datum non esse contendunt.
Quod si aliquid quod non recte habetur,
haberi non posse contendant,nos vtrinque C
reclamamus & dicimus habere quidem,sed
non recte habere eum qui ab vnitate discef
serit. Si ergo volunt,vt audiat ille quod pa-
riter reclamamus,ipsi nos audiant reclamã
tes, dare quidem, sed non recte dare eum
qui ab vnitate discedit. Quapropter sicut 1.q.1.c.
redeunti non redditur quod foris habebat, quod q.
sic venienti non repetendum est, quod e- dem.
tiam foris accepit. Vnde consequenter intel
ligitur peruersitatem hominum esse corri-
gendam, sanctitatem autem sacramento-
rum in nullo peruerso esse violandam.
Constat enim eam in peruersis, & sceleratis hominibus, siue in eis qui intus sunt,siue in eis qui foris sunt, impollutam atque inuiolabilem permanere, & quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipsis est dicũ-

tur

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, cum illa impolluta permaneant, sed in bonis permanent ad præmium, in malis permanent ad iudicium. Nam & de spiritu qui nullo modo potest extingui, dictum est tũ,
1.Th.5. Spiritũ nolite extinguere: id est, quantum in vobis est nolite sic agere, tanquã conemini spiritum extinguere, aut tanquã spiritũ extinctum putetis, & nomen dei nullo modo pollui potest, & tũ dictũ est, filius & pater intrabant ad vnam puellam, vt polluerent nomen dei sui. Nec vllo modo isti expedire se possunt cum eis proponitur, cur sanctitas sacramenti & haberi & dari possit ab eo quem intus sceleratum iam deus damnauit, & tunc incipiat ab eo dari non posse, cũ ab hominibus damnatus fuerit, cum tñ nec tunc ea possit amittere. Postremo cur Felicianus quem cum Maximiniano trecẽti decem damnauerunt, qui & diu foris in sacrilegio, sicut ipsi in concilio suo pronunciauerunt, schismaticus fuit, nõ solũ ipsum baptismum, sed ẽt ius dandi non amisit? In honore q̃ppe suo sicut exierat, ita receptus est cũ his omnibus, quos ipse foris positus baptizauit, nullo eorum rebaptizato: quia si aliquem eorum quos foris baptizauerat, rebaptizandum esse censerẽt, iudicarent eum amisisse ius dandi cum foris esset, & ꝓpea consequens erat, vt ipsum quoq; iterum ordinarent, si illos iterum rebaptizarent. Sed cum ad pacem Christi reuocantur, calumniatores sunt: cum paci Donati consulunt, dissimulatores sunt. Quid est hoc aliud, q̃ quod eorũ Magister Ticonius de illis ait, quod volumus sanctum est?

Hemistichium. Cap. 14. Vt quid ergo Parmenianus inani iactãtia exultat & dicit, nunq̃ diuinæ legis censura patietur, vt viuificare quenq̃ mortuus
E possit, curare vulneratus, illuminare cæcus, vestire nudus, & mundare pollutus? Dominus enim suscitat mortuos, dñs curat vulneratos, dominus illuminat cæcos, dñs vestit nudos, dominus mundat pollutos. Quid sibi arrogat quæ hominis non sunt? Itane vi ui sunt apud eos qui non peccant, vt etiam viuificare posse dicantur, cum incrementũ
1.Co.3. dare nõ possint? Ego, inquit, Apostolus, plãtaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quando dat vitam mortuo, qui incrementum dare non potest viuo? Sicut enim pa-
Ioan. 5. ter suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Itane apud illos sani sunt, vt possint etiam curare non sanos? Quid aliud isti quàm se benedicendos pro domino opponũt? Sed ab eis nullo modo se ducuntur, qui nõ in homine, sed in deo sperantes cantant, Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, Qui ꝓpitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Si omnes languores ipse sanat, nullum relinquit quem Parmenianus sanare debet. Tan F
tane apud illos lumina sunt, vt illuminare etiam possint? Quod nec illi, quo in natis Mat.11.
mulierum maior surrexit nemo: Ioanni baptistę Ioannes Euangelista cõcedit, de quo Ioan. 1.
ait, Non erat ille lumen, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si omnem hominem illud lumen illuminat, nullum relinquit quẽ Parmenianus illuminare se dicat: quia & si sancti homines, vt Ioannes, secundum quendã modum dicuntur luminaria: aliud tamen sunt lumina illuminata, aliud lumen illuminans. Quod illud est de quo idem Ioannes Ibidem.
Baptista dicit, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Nudos autem quis vestit, nisi qui dicit, Proferte illi stolam primam: & qui corruptibile hoc induet incorruptio Luc.15.
nem, & mortale hoc induet immortalitatẽ? 1.Co.15.
Et hoc quisquam diuino indumento aliquẽ vestire dicitur, cui magnum est si vestri ipse mereatur. Iam porro emundare pollutũ se audeat dicere, si prius audet se dicere non esse pollutum. Mundati enim sumus per gratiam dei, sed nec tunc quidem mundabimus aliquem, cum fuerit perfecta nostra G
mundatio: quanto minus modo, cum cor- Sap.9.
pus quod corrumpitur aggrauat animam? Pro.20.
Quis enim castum glorietur se habere cor, aut quis glorietur mundum se esse à peccato? Mundare quippe atque sanare in spiritalibus rebus tantundem valet. Sicut autem spe salui facti sumus, ita spe mundati sumus in perfecta salute & in perfecta mundicia. Quomodo ergo sanare, & mundare iam possumus, qui nec tunc poterimus, cum omnino salui & mundi fuerimus? Sed deus, inquit, hoc per hominem facit. Facit sanè, sed Mat.10.
fecit & per Iudam, quem ad Euangelium prædicandum cum cæteris misit. Fecit & per Pharisæos in eis, qui bona quæ per eos audiebant ipsi faciebant, cum illi non facerent quæ dicebant. Postremo cur iniqui & scelerati eorum, siue cum latent, siue cum

pro

pro pace Donati tolerantur, viuificant, curant, illuminant, mundant? An ipsi nõ sunt mortui, vulnerati, cæci, polluti? An ideo nõ
Mat.15. apud eos cæci cæcos ducentes simul in foueam cadunt, quia non ipsos, sed deum quẽ prædicant illi audiendo & obtemperando sectantur? Ita sane, sed tunc prædicant deũ, si cum Christo colligunt. Quicunque ve-
H ro cum illo non colligunt, spargunt: Donatum prædicando, non deum, cæci cæcos sequendo simul in foueam cadunt. Sed de
Lucę. 1. De baptismo c.1.i pri. quæstione baptismi latius aliquid domino adiuuante tractabimus, cum de omnibus testimonijs sanctarum scripturarum quæ nobis obijcienda credidit. Parmeniano respondemus. Qui vere ipse adęquat proximos sibi euersione iniquitatis, qui eis tam malũ propinauit errorem, vt non pro pace, sed pro diuisione & discessione non solum loquatur ipse, sed etiam diuinos libros loqui persuadeat.

Cap. 15 Sed inter multa miror hominem, cum ageret non posse haberi baptismum nisi acceptum, nec posse accipi sine dante, interpo
Ioan. 3. suisse ex Euangelio testimonium. Non potest, inquit, accipere homo quicquam, nisi fuerit illi datum de cœlo. Posset enim aliquis eorum verborum insciius, cum cœpisset iste dicere, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi: antequam dixisset de cœlo, putare illum dicturum à Donato fuisse, aut à Parmeniano, aut ab aliquo de parte Donati, aut omnino ab ipsa parte Donati. Agnosco Euangelium, & illic scriptum esse recenseo, Nõ potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de cœlo. Sed nunquid Donatus est cœlũ? Nũ-
I quid Parmenianus est cœlum? Nunquid pars ipsa Donati? Illa vero non est cœlum, non est in cœlo. Qui enim ait, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit illi datum de cœlo: nunquid diceret, nisi datum fuerit illi de sole, aut de luna, aut de stellis, quæ tamen in cœlo sunt? Quanto minus diceret, nisi datum fuerit illi de parte Donati, quæ non solum non est cœlum, nec est in cœlo, sed nec in regno vult esse cœlorũ. Nec illud proculdubio diceret, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de Ecclesia: ipsa enim Ecclesia de cœlo accipit. Si autem diceret, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei ab homine iusto, irruerent quidem iusti isti frontosi, & se iustos esse proclamarent, vt ab eis acciperet qui vellet accipere: nec nos quæstionem faceremus, vtrum iusti essent an non, sed inter eos esse vel latentes iniustos facile ostenderemus ex quibusdam proditis & exclusis, nec tamen eos non improbaremus, nec diceremus non datum vel nõ acceptum, quod datum & acceptum esset à talibus. Sed & hoc falso diceretur, Non potest homo accipere quicquam nisi datum fuerit ei ab homine iusto. Ipse enim iustus K
à quo alter accipit, quæro à quo acceperit. Si & ipse à iusto homine, & de illo vtique quæro, donec ab ipso capite ordinis humani ad aliquem perueniam, qui non ab homine acceperit: atque ita falsum esse doceam, quia non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei ab homine datum. Quid autẽ agunt isti nescientes Euangelicum testimonium: nisi vt homines commoneantur simul vt aliquando euigilent, atq; aduertant vere non homines esse attendendos, cum sanctum aliquid homo accipere desiderat: sed illum solum qui de cœlo dat homini, quia non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo? Quid si dixerint, de cœlo quidem accipit, non de homine, sed tamen per hominem, quæro per qualem. Si per iustum tantum: non habent illi qui apud eosipsos per latentes iniquissimos acceperunt. Si & per iniustum: quæ causa ergo est vt aliquem rebaptizent? Si per iniustum non nisi latentem non habent quos baptizauit manifestus satelles Gildonis Optatus. Si & per iniustum etiam manifestũ, qui tamen nondum damnatus, & ab Ecclesiæ communione proiectus sit: non habent illi quos Felicianus Musticanus, cum ab eorum communione foris esset, in Maximiniani schismate baptizauit, quos tamen nũc L
cum illo regressos nemo rebaptizabat. Postremo si homo quamuis de cœlo, non tamen nisi per hominem potest accipere quicquam: quæro ipse Ioannes Baptista, qui hęc Ioan. 3.
dicebat, p̃quem hominem acceperat, quod vtique de cœlo acceperat, & non inuenitur? Posse tamen hominem non interposito homine diuinitus aliquid accipere, atq; ita à se testimonijs prolatis, mala causa conuincitur, quia & si dicat filius accepisse se à patre, & spiritum sanctum de suo accipere, nõ quasi gradatim, sed sicut ipse exposuit dicens. Quia omnia quæ habet pater, mea Ioan.16.
sunt, ideo dixi, de meo accipiet. Exemplo suo Ioannes ipse testatur, & tot sancti antequam

quam dei filius homo fieret,& posteaquam
resurrexit & ascendit in cœlum:centum vi-
ginti homines qui simul congregati erant,
quos nullo homine in terra manum impo-
nente, de cœlo veniens spiritussanctus im-
Acto.1. pleuit,& constituto iã ordine ecclesiæ,Cen
Act.10. turionem Cornelium ante ipsum baptis-
mum, ante impositionem manus, cum eis
qui secum erant eodem spiritusancto reple
tum, Petrus ipse miratus est. Nemo ergo
M accipit sine dante, sed quod pertinet ad ba-
ptismi sanctitatem:adest deus qui det,& ho-
mo qui accipiat, siue per seipsum donante
deo, siue per angelum, siue per hominem
sanctum, sicut per Petrum, siue per Ioan-
nem,siue per hominem iniquum, sicut per
tam multos vel latentes vel manifestos,
quos ante tempus de messe colligare serui
patrisamilias prohibentur,& quos velut pa
leam frumenta dominica, vsque ad tempus
ventilationis corde interim separati,non te
meritate corporaliter deserunt, sed pietate
spiritaliter ferunt.

Cao.16. Qui,inquit,male credidit,consequi non
potest baptismi sacramentum, quia scriptũ
Ecclesia est,Peruersum non potes adornare. Quid?
stes.1. si ergo apud eos quispiam baptizatus fue-
rit,verbi gratia,qui putauerit Christum ex
eo esse cœpisse, ex quo secundum carnem
de virgine Maria natus est: postea veritatis
sermone commonitus,cum comperisset ip-
Ioan. 1. sum esse de quo Ioannes ait, In principio
erat verbum,& verbum erat apud deum,&
deus erat verbum,de quo consequẽter ait,
Verbum caro factum est,& habitauit in no
bis:fateretur eis suum pristinum errorem,
atque in eo se fuisse cum baptizaretur soli-
citus indicaret, iuberent eum denuo bapti-
A zari? Nunquam vtique facerent,sed homi-
nis imperitam simplicitatem carnali opinio
ne prius deprauatum,veritatis ratione cor-
rectam gratularentur:aut si etiam talis per-
uersitas pertinaciter ei defendenda videre-
tur,& diu reluctatus neq; correctus, etiam
de Ecclesia pelleretur,& postea cognita ve-
ritate remearet,pœnitentia vtique curandũ
esse censerent, non iteratione baptismatis
vulnerandum,quanuis hoc in corde se ha-
buisse fateretur illo tempore, quo apud ip-
sos fuerat baptizatus. Peruersum ergo non
potes adornare,quia non ei ad ornatum va-
leret sacramentum quod acceperat, si in fi-
de peruersa persisteret,sed potius ad suppli
cium: cum tamen ipsum sacramentum per
se etiam in peruerso quem non ornabat,sed
iudicabat,integrum pmaneret: & ideo nul-
lo modo esset illius sacramenti violãda san
ctitas,etiam cum esset illius hominis corri-
genda peruersitas.

Audet etiam Parmenianus nobis exẽpla Cap.17.
diuina proponer, quibus se arbitratur o-
stendere quærẽdum esse hominem sanctũ,
à quo accipi debeat sacramentũ. Ipse, in-
quit, dei filius, ipse dñs Iesus Christus, à B
quo principiũ spiritualis baptismi exortũ
est, cum secundum voluntatem patris ba-
ptizandus esset,vtrumne ad Pharisæos per-
fidos atque prophanos,an ad sanctissimum
Ioannem venisse monstratur? At si hoc exẽ
plo inuitamur ad accipiendum baptisma,in
feriorem nobis à quo baptizemur debe-
mus inquirere, qñqdẽ domiuus ab eo ba-
ptizatus est, qui se ab ipso domino baptiza-
ri debere prædixerat, & qui se indignum
corrigiam calciamenti eius soluere testaba- Matt. 3.
tur. Quinimo vt intermittam inquirere di
ligentius, cur ipse saluator noster baptizari
voluerit,quia certe aliqua causa voluit: ꝓ-
terea fortasse cum se posset tingere: qui e-
tiam suum baptizatorem poterat baptizare,
voluit dominus à seruo:& ille per quem fa-
cta sunt omnia, ab illo qui factus est inter
omnia baptizari, vt & doceret humilitatẽ,
& ostenderet non interesse quis à quo bapti
zaretur, dum eo baptismo quo baptizan-
dus est baptizaretur. Nec à Pharisæis de-
dignaretẽ ille baptizari, si haberẽt huiusmo
di baptismum Pharisæi, à quo ille certi sa-
cramenti gratia voluit baptizari. Nam &
cum circuncidendus esset, nunquid Ioan-
nes quæsitus est? Hoc enim à Iudæis fieri C
iam solebat. Et cum pro illo esset offeren-
dum legale sacrificium, nũquid deuitatum
est illud templum quod ab eo vocatur spe-
lunca latronum, quo certe & boni intra-
bant & mali? Nec bonis oberant mali,quo-
niam dominus qui ait, Sancti estote, quia Leui.19
ego sanctus sum: ita inuiolabiliter facit san-
ctos suos versari inter malos, si custodiunt
eam quam accipiunt sanctitatem: quemad-
modum ipse dominus Iesus nulla contagio
ne malignitatis in Iudæorum gente pollu-
tus est, neq; cum illa prima sacramenta se-
cundum perfectam humilitatis viam factus
sub lege susceptit, neque cum postea discipu
lis electis cum suo traditore vsque ad extre
mum osculum vixit. Eius enim exẽplo,nõ
solum non facientes mala, sed etiam non
consuetu-

consuetudines illi malitiæ,inter paleam fru
menta secutura sunt,quia neq; talia faciũt,
neque consentiunt facientibus, etiã si in ea-
dem segete vsque ad messem:in eadem area
Mat.15. vsque ad ventilationem: intra eadem retia
vsque ad separationem,quæ in littore futu-
ra est,boni tolerent malos. Sed isti sunt ve
rè cæci duces cæcorum, qui & numero
suorum tam multos malos vident, &
viam pacis non vident,& vt se non ad susti
nendum inuicem propter vnitatis vincu-
lum, sed ad diuidendum abinuicẽ propter
schismatis sacrilegium sequantur homines,
D persuadent.

Ca. 18. Aut enim dictum est per Prophetam re
2.Pa.19 gi Iosaphat. O rex Iosaphat, si peccatorem
tu adiuuas,aut eum quem dominus odit tu
diligis, propterea fuit super te ira domini.
Quis enim vestrum dicit peccatorem adiu
uandum,ad hoc vtiq; in quo peccare vult,
sicut ipse Achab quando adiuuit Iosaphat,
eundo cum illo in prælium,cũ ille Micheæ
Prophetæ veracia verba contẽneret? Et tñ
nec sic obfuit innocẽtiæ regis Iosaphat pes-
simum meritum regis Achab,quia illũ do-
minus ad se clamantem à periculo bellico
liberauit, illum autem sacrilegum contem-
ptorem in manus hostium venire permisit.
Et si quid Iosaphat periculi expertus est,
quod ei Propheta indicat ab ira dei fuisse,
non alieno meruerat peccato,sed suo, quia
sicut ei dictum est,peccãtem adiuuabat, sed
apud deum cætera eius bona facta prẽualue
runt:Sic enim dicitur ei, Peccatorem adiu-
uisti,& ei contra dominum amicus es,& in
hoc super te ira à facie dei:Sermones dei bo
ni in vniuersis sunt tecum,quoniam abstu-
listi lucos de terra,& parasti cor tuũ ad re-
E quirendum deum. Qui autem versatur in
Phili.2. Ecclesia dei,vbi sunt & illi qui sua quærũt,
non quæ Iesu Christi, qui per inuidiam &
Phili.1. contentionem Christũ annunciant, non ca
ste:& dicit,siue per occasionem,siue per ve-
ritatem Christus annũcietur, & in hoc gau
debo:impollutus inter eos atq; integer per-
manet,quia non eis ad sua quærenda cõsen-
c tit,cum hoc culpet atque reprehendat, ne
eos ad peccandum,sed ad hoc adiuuat,& vn
de Christus latius prædicetur,& ab his qui
audiunt & faciunt, per eos qui quod dicũt
non faciunt,Christo credat,in Christo spe
ret,Christus diligat. Talibus.n.ꝓcipit idẽ
Apostolus dicens,Nolite iungi cũ infideli-
2.Co.6. bus. Quæ.n.participatio iustitiæ cum ini-
quitate? Quæ cõmunicatio est luci ad tene
bras? Quæ autem conuentio Christi ad Be
lial? Aut q̃ pars fideli cum infidelibus? Qui
autem cõsensus tẽplo dei cum simulachris? Leu.26.
Vos.n.templum dei viui estis. Dicit enim,
quia inhabitabo in eis,& ambulabo, & ero
illorum deus, & ipsi erunt mihi popul us.
Propter quod exi e de medio eorũ dicit do
minus:& immundum ne tetigeritis: & ego F
recipiam vos,& ero vobis in patrẽ, & vos
eritis mihi in filios & filias, dicit dominus
omnipotens. Quæ verba isti carnaliter sen
tiẽtes, per tot diuisiones seipsos minutatim
in ipsa vna Aphrica cõciderunt. Non.n.in
telligunt neminem coniungi cum fidelibus,
nisi qui facit peccatum Paganorum, vel ta-
lia facientibus fauet: nec quenquã fieri par-
ticipem iniquitatis, nisi qui iniqua vel agit
vel approbat. Quis autem communicat te-
nebris,nisi qui per tenebras cõsensionis suæ Phili.2.
dimisso Christo sequitur Balial? Quis po-
nit cum infidelibus partem suam, nisi qui
eius infidelitatis sit particeps? Ita enim tem
plum dei esse desinit, nec se aliter simula-
chris adiungit. Qui autem sunt tem-
plum dei viui, & in medio nationis tor-
tuosæ ac peruersæ apparent sicut lumina-
ria in mundo verbum vitæ habentes, nihil
eos quod pre vnitate tolerant inficit,nec an
gustiantur, quia in illis habitat & deambu-
lat deus,& exeunt de medio malorum,atq;
separantur interim corde, ne forte cum id
facere per seditionẽ schismatis uolũt, prius
à bonis spiritaliter,quam à malis corpora-
liter separentur.

Quod ergo scriptum est deum dixisse, Ca. 19.
Eos qui me clarificãt clarificabo, & qui me 1.Re.2.
spernit spernetur: ipsi maxime nolunt in-
tueri. Quomodo enim clarificãt deum,qui G
dicunt ꝓ orbem terrarũ impleri non posse Gen.12.
eius promissa, q̃ promisit patribus nostris, 26.et 28
Abrahæ, Isaac & Iacob, q̃ ꝓ Prophetas tan
to antè ꝓnunciãs exhibuit ꝓ vnicum suũ, Rom.1,
qui factus est ei ex semine Dauid secundũ
carnem,vt in illo, id est in semine Abrahæ Mat.13.
benedicerentur omnes gentes, qui dicunt
ipsum dei filium frustra dixisse, Sinite
vtraque crescere vsque ad messem: quasi
si falsus fuerit, aut ipse fefellerit, cum so-
la zizania per mundum creuerint: frumẽta
vero præter partem Donati, in toto terra-
rum orbe defecerint, quomodo ista sentien
tes glorificant deum cum scriptum sit,
In latitudine gentis gloria regis, in dimi- Pro.14.
nutio-

nutione autem populi contritio principis? Aut quando non ſpernũt deum qui baptiſmũm eius in eis quorum cauſam nõ audierunt, & de quibus nullo modo iudicare potuerunt, incredibili temeritate impietatis exufflant, & ſibi audent arrogare quod dei eſt, à ſe damnatos in honoribus integris ꝓ Donati pace recipiunt, & à ſe inauditos cõtra pacem dñi deteſtantur, baptiſma in illis terrarum partibus per Apoſtolos traditũ periiſſe contendunt, & per Felicianũ apud Maximinianiſtas traditum non periiſſe cõtendunt? Iam verò quo catholici non clarificant deum, qui promiſſa eius nullis hominum ſceleribus quo minus implerentur, impediri poſſe confidũt, qui ſacramẽta eius tam debita veneratione proſequuntur, vt ea ſi etiam ab indignis tractata fuerint illis ſua peruerſitate damnatis, illa intemerata ſanctitate permanere demonſtretur.

H 1.p.1. c. qđ q dã.

Ca. 20. Iterum, inquiunt, ſcriptũ eſt, Nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis autem redarguite. Quæ enim fiunt ab ipſis latenter, turpe eſt & dicere. Iam ipſa verba quemadmodum intelligenda ſint diximus, quia non communicare, eſt nõ cõſentire, quod propter Eccleſiæ diſciplinam parum eſt, niſi etiam redarguantur vt corrigi poſſint. Sed hęc ſalua pace faciẽda ſunt, & quantum admittit officium conſeruãdæ vnitatis, ne ſimul eradicetur triticum.

Ephe. 5.

Ca. 21. Ite tum ad Timotheum idẽ Apoſtolus, Ne, inquit, cõmunicaueris peccatis alienis, teipſum caſtum cuſtodi. Docuit ex ſequenti, quemadmodum quod prius dixit intelligendum ſit: qui enim ſeipſum caſtum cuſtodit, non communicat peccatis alienis. Si.n. communicat, conſentit: ſi conſentit, corrumpitur: ſi corrumpitur, caſtum ſe non ſeruat. Sed ſanè tandem aliquando euigilauit Parmenianus, & attẽdit quid diceret Ticonius, ſed fruſtra. ſtatim quippe amore ſententiæ ſiue contra veritatem oculum clauſit. Ait enim. Nunquid frater chariſsime, non polluunt alios aliena peccata? Et hoc eſt facinoroſis non communicare, licet cũ ipſis conuenias, eorũ facta non facere: & tamen non totum dixit, Parum eſt enim eorum facta non facere, niſi diſpliceant: parum eſt vt dipliceant, niſi redarguantur. Aliud enim eſt non facere, aliud non communicare, id eſt, non conſentire facientibus, aliud etiam redarguere. Cur ergo vbi videre cęperat, ſtatim ſe auertit, & vſque in finem noluit peruenire, & vix trientem de toto poſuit? An ſicut de populo fecerunt, & ſententiam veritatis præcidendam putauit? Nos dicimus ꝙ qui non facit malum, nec facienti cõſentit, & facientem arguit, firmus atq; integer inter iniquos tanquam frumentum inter paleas conuerſatur. Ille autem tantum modo ait, eorum facta non facere: & tertiam tamẽ de tota ſententia particulam quemadmodũ refellat videamus. Quod contra legem eſt diuinam, inquit, nullus qui legem veneratur, ignorat. Adhuc iſta verba communiter dici poſſunt, Poteſt enim & alius dicere qđ ſecundum legem eſt diuinam, nullus qui legem veneratur ignorat: ſed opus eſt probare, non dicere. Attendamus ergo quemadmodũ probet. Quid enim prodeſt, inquit, innocentiam cuſtodiſſe, ſi cum reis mixtus eſt & obnoxijs? Sanè ſi ita eſt, innocentiam cuſtodiſſe non prodeſt, ſed innocẽtia cuſtodita non eſt. Mixtus enim reis & obnoxijs niſi per conſcientiæ maculatam conſenſionem nullus recte dici poteſt, Qui verò implet quod ſcriptum eſt, Iuſto nihil placet iniquum: vbilibet eum verſari quælibet neceſsitas cogat, miſceri iniquitatibus non poteſt. Vel quomodo, inquit, incorruptus poteris permanere, ſi corruptis ſociaris? Ita planè ſi ſociatur quis malis: id eſt, ſi mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: ſi autem neutrum facit, nullo modo ſociatur. Porrò ſi addat tertium, vt non ſi in vindicãdo piger, ſed vel corripiat iuſtus in miſericordia & arguat, vel etiam ſi eam perſonam gerit, & ratio conſeruãdæ pacis admittit, coram omnibus peccãtes arguat vt cæteri timeant: remoueat etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipſa cõmunione ſacramentorum, & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio perſequendi, pleniſsimum officium non ſolum caſtiſsimæ innocentiæ, ſed etiam diligentiſsimæ ſeueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo ſemper retenta, incorruptum caſtumque cuſtodiunt, vt nec faciat malum, nec approbet factum. Sed tñ videamus vnde iſte doceat quod affirmat, cum ſcriptum ſit, Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

I pitur: ſi corrumpitur, caſtum ſe non ſeruat.

L

1.Co.5.

Ca. 22. Dixit hoc Parmenianus atque abijt. Nec ei nunc oſtendi poteſt in parte Donati, non ſolum modicum ferméti, ſed multũ veneni ex illis ouis aſpidum ruptis & præualidis iam ſerpẽtibus pro Primiano damnatis,

natis, & ad Primianum tertium reuocatis. Sed correcti ſunt, inquit, Deo gratias. Si uerum eſt, non inuideo, atq; vtinam id perfecte fiat. Si.n. à Maximinianiſtis redire ad partem Donati nonnullis correctionis eſt modus, quanto verior perfectiorque correctio eſt, ab ipſa parte Donati ad vnitatem catholicam remeare? Et Ticonius quidem multa dixit, quæ illis temporibus, & ſicut interior nouerat, quàm nõ modico ſed multo fermento totam ſuam maſſam nollent fateri corruptam, qui totum orbem terrarum peccatis Aphrorum fermentatum eſſe criminarentur. Sed ego iſtos miror, ſi adhuc eis placet hæc Apoſtolica Optatum Gildonianum velle defendere, vt nec modicũ fermenti eum fuiſſe contendant. Quod ſi vel hoc concedunt, q̃ magnam putant eſſe maſſam ſuam, vt non potuerit tota corrumpi? Aut ſi in eis ſolis tota corrupta eſt, quibus placet Optatus, experti diſcant intelligere quod legunt quia ineſt tota maſſa ad quos pertinet, quod dicitur totum, ſiue bonũ ſiue malum, ad eos pertinet qui conſentiunt: ad eos aũt qui non conſentiunt, omnino non pertinet, & ideo in diſciplina eccleſiaſtica corrigendum eſt, ne ad multos, perſuadendo perueniat: quod vbi fieri permittit ratio pacis, & non fit, ipſa negligentia culpã trahit, & in periculo conſentiendi eſt per deſidiam corrigendi.

M nianum

Cap. 23. Ex qua regula & illud intuendum eſt, quod conſequenter opponit, dicens eſſe ſcriptum, Sic vobis legitimum æternum in ꝓgenies veſtras diuidere in medio ſanctorum & irreligioſorum, & in medio mundorum & immundorum. Tanto enim quiſq; melius hoc facit, quanto magis in Eccleſia proficit, Cum enim creuiſſet herba & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Et quanuis inter vtrunque iam ſerui patrisfamilias cognitione diuiderent atq; diſtinguerent, iubentur tamen ea ſinere creſcere, & hoc vſq; ad meſſem. Sed hæc hactenus. Ea.n. quæ reſtãt, aliquanto diligentius ab alio exordio conſideranda atq; tractãda ſunt.

A

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI,
contra Parmenianum,

LIBER TERTIVS.

Cap. 1. Cum omnis pia ratio & modus eccleſiaſticę diſciplinæ vnitatem ſpiritus in vinculo pacis maxime debeat in tueri, quod Apoſtolus ſuferendo inuicem præcipit Ephe.4. cuſtodiri, & quo non cuſtodito medicinæ vindicta non tantum ſuperflua: ſed etiam pernicioſa, & propterea iam nec medicina eſſe conuincitur, illi filij mali qui non odio iniquitatum alienarum, ſed ſtudio contentionum ſuarum infirmas plebes iactantia ſui nominis irretitas, vel totas trahere, vel certe diuidere affectant, ſuperbia tumidi, peruicacia væſani, calumnijs inſidioſi, ſeditionibus turbulenti, ne luce veritatis carere oſtendantur, vmbram rigidæ ſeueritatis obtendunt, & quæ in ſcripturis ſanctis ſalua dilectionis ſynceritate & cuſtodita pacis vnitate, ad corrigenda fraterna vitia moderatori curatione fieri præcepta ſunt, ad ſacrilegium ſchiſmatis, & ad occaſionem præciſionis vſurpant dicentes, Ecce ait Apoſtolus, Auferte malum ex vobiſipſis. Quod malum vtique ſi integris, inquiunt, non obeſſet, nec iuberetur auferri. Interim videamus ne forte non fruſtra non dixerit Apoſtolus, Auferte malos à congregatione veſtra: ſed auferte malum ex vobiſipſis: qa cum quiſq; impeditur ab eccleſiæ congregatione malos homines ſeparare, ſi ex ſeipſo auferat malum, nõ eis corde miſcetur, atq; ita ſpiritaliter non ſolum cõiungitur bonis, ſed ét ſeparatur à malis. Sic enim in hoc loco ad Timotheum cum dixiſſet, Neq; communicaueris peccatis alienis: tanquam ille diceret, fieri poſſe vt aliquis malos ab Eccleſiæ congregatione ſeparare non poſſet, & ideo tolerare cogeretur, tanquã conſilium dans, quemadmodum peccatis eorũ non cõmunicaret, Teipſum, inquit, caſtum cuſtodi, Nam malis malus miſceri poteſt, bonus aũt nullo modo, quanuis cum eis in vna cõgregatione uerſet. Ita & hic ad Corinthios cum dixiſſet, Quo.n.mihi de his qui foris ſunt iudicare, Nonne de his qui intus ſunt iudicatis, Ne forte turbarentur aliqua malorum numeroſitate, ſic de permixtis fru-

1.Co.5. 2. Retr. cap. 17. 1.Tim.5 C 2.Co.5.

mentis, vt sine illorum vexatione colligi separariq; non possent, Auferte, inqt, malum ex vobis, vt si forte nõ possent auferre malos a congregatione sua, auferendo malum ex seipsis. id est, non cum eis peccando, nec eis ad peccandum consentiendo aut fauendo, integerrimi inter eos & incorruptissimi versarentur, quia per malum suũ malis quisq; consentit. Si autem ex seipso auferat malum, alieno malo nõ est vnde cõtentiat. Quapropter quisquis ẽt contempserit Ecclesiæ Dei disciplinam, vt malos cũ quibus non peccat, & quibus nõ fauet, desistat monere, corrigere, arguere: si etiã talem gerit personã, & pax Ecclesiæ patitur, vt etiam a sacramentorum participatione quemptam possit separare, non alieno malo peecat sed suo. Ipsa quippe in tanta re negligẽtia grauе malum est, & ideo sicut Apostolus ad-
D 11.Co.5. monet, si auferat malum a seipso, non solũ auferat audaciam committendi, aut pestilentiam consentiendi, sed ẽt pigritiam corrigẽdi, & negligentiam vindicãdi, adhibita prudentia & obediẽtia in eo qđ præcipit Dñs, ne frumenta lædantur. Ea quippe intẽtione quisquis inter triticum & zizania tolerauerit, auferendo a seipso malum, non eis communicat, & ea distinguit, ac iudicat interim ad diem. Non. n. nouit quid eras futurũ sit: & ideo dilectione seruata, non sine spe correctionis vindicandũ est, quicquid corrigi vel vindicari necessaria seueritas postulat. Quod vt satis appareat, totũ ipsius epistolæ Apostolicæ locũ diligentius tractemus.
Quid vultis, inquit? In virga veniam ad
1.Co.4. vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Iam hic apparet eum loqui de vindicta, ad cuius significationem virgam nominauit. Nunquid tñ & virga sine charitate est, quia ita contexuit, In virga veniam ad vos, an in charitate? Sed qđ sequitur, Spiritu mãsuetudinis: admonet intelligi, quia & virga charitatẽ habet. Sed aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis. Vna quidem charitas est, sed diuersa in
E 1.Co.5. diuersis operatur. Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec in gẽtibus, ita vt vxorem patris sui qs habeat. De tam immani facto videamus quemadmodum eos sæuire perceperit, Et vos, inquit, inflati estis, & non potius luctũ habuistis vt tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Quare luctum potius & nõ iram, nisi quia si patitur vnum mem-

brum, compatiuntur omnia mẽbra, & non 1.Co.12
luctũ quia tollebatur, sed luctum, inquit, vt tolleretur: id est, vt lugentium dolor ad Deum ascenderet, & ipse tolleret hoc opus de medio eorũ, sicut ipse sciret, ne forte illi per humanam imperitiam eradicarent simul & triticum? Cum ergo ad talem vindictam necessitas cogit, humilitas lugentiũ debet impetrare misericordiam, quam repellit superba, nec illius ipsius qui de medio fratrum tollitur debet negligi salus: sed ita agendum est, vt ei talis vindicta sit vtilis, & agendum voto & precibus, si corrigi obiurgationibus non potest. Ideoque quod sequitur & dicit, Ego quidem absens 1.Co.5.
F corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui quasi præsens eum qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi cõgregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. Quid ergo agebat Apostolus, nisi vt per interitũ carnis saluti spiritali consuleret, vt siue aliqua pœna vel morte corporali, sicut Ananias & Act.5.
vxor eius ante pedes Apostoli Petri cecidit: siue per pœnitentiam, quoniam Satanę traditus erat, interimeret in se sceleratam carnis concupiscentiã? Quia ipse item Coloss.3
dicit, Mortificate membra vestra quæ sunt Rom.8.
super terram: inter quæ & fornicationem commemorat. Et iterum, Si enim secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: non tamen supernã ab eo separat charitatem, quem de superna congregatione præcipit separari. Hoc enim apertius ad Thessalonicenses dicit, Si quis autem non 2.Thes.
obaudit verbo nostro per epistolam, hunc 3.
notate, & non commisceamini cum illo, vt erubescat. Et non inimicum eum æstimetis, sed corripite vt fratrem. Audiant isti aliquando, & intelligant quemadmodum satagat charitas apostolica, vt sufferentes inuicem studeamus conseruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam & hic G
cum dixisset, Et non vt inimicum eum Ephe.4
existimetis, sed corripite vt fratrem: tanquam ostendens cur hoc dixerit, continuo subiunxit, Ipse autem Deus pacis det 1.Co.
vobis pacem semper in omni bono. Ita & de isto qui vxorem patris sui habuit, luctum potius indicit, & pacificam charitatem vbiq; commẽdat, sicut & de ipso ait,

Ne

Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me deus & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immunditia, & luxuria, & fornicatione
2.Co.13 quam gesserunt. Et paulopost ait, Prædixi & prædico sicut præsens secundo, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quia si venero iterum, non parcã. Ideo lugendo indicabat, vt dei misericordia sine corruptione vinculi pacis, vbi salus tota consistit, contereret peccantes atq; corrigeret, sicut de isto ipso qui cum patris vxore fuerat fornicatus, fecisse intelligitur. Nam non inuenitur de quo alio significet in secunda epistola ad eosdem Corinthios
2.Co.2. cum ait, Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis p multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis dile
H ctionem q̃ habeo abũdantius in vos. Si qs autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem vos. Sufficit ei hęc correctio quæ fit à multis, ita vt è contrario vos donetis & consolemini, ne quando maiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in eum charitatem. Ad hoc enim scripsi vt cognoscam probationem vestram, si in omnibus obaudientes estis. Si cui autem aliqd donaueritis, & ego: Nam & ego si cui dona ui propter in persona Christi, vt non possideamus un à Satana. Non. n. ignoramus mentes eius. Quid moderatius, quid diligẽtius, quid solicitudine pia, & paterna ac materna charitate plenius fieri aut dici potest? Sicut peccãti adhibet damnationem, sic correcto atq; contrementi atque humilianti in pœnitentia cor suum, vult reddere consolationem, ne maiori, inquit, tristitia absorbeatur. Sed quid illud quo conclusit istam sententiam, Vt non possideamur à Satana? Nõ enim, inquit, ignoramus mentes eius. Ipse est enim qui per imaginem quasi iustæ seueritatis crudelem sæuitiam persuadet, nihil
I aliud appetens venenosissima versutia sua, nisi vt corrumpat atq; dirumpat vinculum pacis & charitatis, quo conseruato inter Christianos, vires eius omnes inualidę fiũt ad nocendum, & muscipulæ insidiarum cõmuniuntur, & cõsilia euersionis euanescũt.
Cap. 11 Sed & si de aliquo alio in secunda ad Corinthios epistola locutus est Apostolus, & ibi tamen significauit quanta charitate in quenque habeat ecclesiastica vindicta procedere. Hoc est illud quod isti non intelligentes inter calumnias suas solent habere præcipuum, Emendabit me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem pec Psa.140
catoris non impinguet caput meum. Quia vero isti non in misericordia, emendare noluerunt, & Cæciliani innocentem sæuis suspitionibus infectati sunt, & Optati Gildoniani potentiam fallacis oleo adulationis vnxerunt. Nam si propter vinculum pacis iniquitatem Optati gementes lugentesq; tolerarent, non vtiq; pacem Christianam atque catholicam in orbe terrarum, sanctamque vnitatem dirumperent, aut certe à maioribus suis nefaria cæcitate diruptam ita dolerent, vt saltẽ apud se experti, quàm multos malos pro pace Donati ferre cogantur, impacatas illorum calumnias pace suę correctionis extinguerent. Sed & ad illius pri- K
mæ ad Corinthios epistolæ consequentia 1.Co.5.
redeamus. Cum dixisset Apostolus, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu: etiã atque etiam commendans humilitate lugẽtium hoc debere fieri non superbia sæuientium, continuo subiecit. Non bona gloriatio vestra, vel per exprobrationem pronunciationis. Bona gloriatio vestra, Sic. n. nonnulli & maxime Latini codices habent, tamen eadem in vtroq; sententia teneatur. Non enim metuendum est, ne quis intelligat laudando eum dixisse, Bona gloriatio vestra: cum & superius dixerit, Inflati estis, & non potius luctum habuistis. Et hic continuo subiungit. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Quid ad ipsam inanis gloriationis corruptionem congruentius referri potest? Superbia quippe velut ex vetustate primi hominis qui superbia lapsus est, quasi fermentata & corrupta mente facit elatos in vnam consperſionem, qui sibimet in eam simili ia
ctantiæ vnitate consentiunt. Et gloriari quidem non de peccatis suis, sed super alterius peccata, tanquam ex comparatione innocentiæ suæ modicum videtur fermen- L
tum, quia de suis etiam iniquitatibus gloriari multum fermentum est. Sed & illud modicum totam massam corrumpit. Cadit enim superbus merito superbiæ suę, & incipit etiam peccata sua defendendo velle gloriari. Quod præuidẽs idem Apostolus ait, Quapp qui se putat stare, videat ne cadat. 1.Co.10
Et iterum, Si præoccupatus fuerit hõ in ali Galat.6.
quo delicto, vos q spiritales estis, instruite

huiusmodi in spiritu mansuetudinis,intendens teipsum,ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē
Ioā.13. Christi. Quid est lex Christi,nisi, Man-
Ioā.14. datum nouum do vobis vt diligatis inuicē? Quid est lex Christi,nisi,Pacem meam do vobis,pacem relinquo vobis? Quod ergo hic dixit, Inuicem onera vestra portate,& sic adimplebitis legē Christi: hoc alio ait,
Galat.6 Sufferentes inuicem in dilectione, studētes
Ephes.4 seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam & in illo Pharisæo modicum fermētum esse videbatur,quia pctōrem non solū non dolebat, sed super eius peccata de suis
Luc.18. se meritis extollebat.Sed descendit ille cōfitens peccata sua, iustificatus magis quā ille Pharisæus iactās merita sua: qm qui se exal
M tat humiliabitur, & qui se humiliat exalta-
1.Co.5. bitur. Sequitur ergo Apostolus & dicit. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consperſio,sicut estis azimi. Quid est, vt sitis:& quid est,sicut estis: nisi quia erāt ibi tales,erant ibi non tales,quos vt tales essēt, exemplo talium commonebat? Tamē oēs in vno tanquā cosdem admonet, ne illi qa tales erant desperarent: de his quia nondū tales erant, & eos ad compagem sui corporis non pertinere arbitrarentur, tanq eosdem admonet cum dicit, vt sitis sicut estis. Nouerant enim & illi qui iam sic erant: & admonente Apostolo magis magisq; nosse debebāt sufferre illos qui nondū sic erant,
Ephes.4 vt sufferendo inuicem in dilectione seruaGalat.6. rent vnitatem spūs in vinculo pacis, & in-
Philip.2 uicem onera sua portantes,implerent vtiq; legem Christi,qua Dns noster Iesus Chs ad docendam humilitatis viā,vsq; ad mortem crucis humiliari dignatus est, & tanq medicus ægrotantes, ita cū dilectione per-
Matth.9 tulit peccantes,de quibus dixerat, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, Statimq; principale proposuit exemplum di-
1.Co.5. cens, Etenim Pascha nostrum immolatus
A est Christus, vt tantæ humilitatis exēplo discerent expurgare vetus fermentū:id est, quicquid in eis superbiæ de veteri homine remansisset. Itaq;,inquit,diem festum celebremus,non vtiq; vnam diem,sed totā vitam,non in fermento veteri,neq; in fermento malitiæ & malignitatis,sed in azimis synceritatis & veritatis. Malitia quippe est & malignitas velut de alieno peccato gloriari: quasi tunc debeat de iustitia sua quisque gaudere,cum alium iustum esse non cōsperit. Synceritas autem & veritas est,& sic proficit aliquis meminisse quid fuerit, & multo magis misereri lapsorum: quandoquidē ipse erectus est a lapsu suo per Christi misericordiam,qui sine vllo suo peccato se pro peccatoribus humiliauit. Sed ne pnicioſe relinquantur, & quasi dissimulāter negligantur aliena peccata,qd non est minoris crudelitatis q illud superbiæ, sequit
& dicit, Scripsi vobis in epistola,non com- 1.Co.5
misceri fornicarijs: non fornicarijs huius mundi,aut auaris,aut raptoribus,aut idolis seruiētibus,alioquin debueratis de hoc mū do exijsse.Opus.n.vestrum in hoc mundo illud est, vt peccatores Christo ad salutem lucremini. Quod fieri non poterit,si eorū colloquia conuictumq; fugiatis. Nunc autem, inquit, scripsi vobis non commisceri.
Si qs frater nominatur,& est inter vos aut B
fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus,aut ebriosus,aut rapax, cum eiusmodi nec cibum quidē simul sumere. Quo.n.mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autē qui foris sunt Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Ecce quēadmodū ad hanc sententiā venit Apostolus, cuius vltimam particulam ponendam credidit Parmenianus, dicens esse scriptum. Auferte malum ex vobisipsis. Qd, inquit, vtiq; si bonis & integris non noceret, non iuberetur auferri. Quæ aūt superius dicta sunt,vnde ad hoc ventū est ptermisit,q̄bus vtiq; ad id quod psuadere cupiebat,separationem a malis fieri corporaliter oportere, poterat adiuuari, dicente Apostolo, Cum hmōi nec cibum simul sumere. Cur ergo non commemorauit, quod eius intentionē maxime adiuuare posse videbatur? Cum.n. vehementer instet vt a male viuētibus corporalem separationem faciendam esse persuadeat, cur non adhibet testimoniū Apostoli dicētis, Si quis frater nominatur & est fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus,aut ebriosus,aut rapax, cum C
eiusmodi,nec cibum simul sumere:nisi quia vidit, si hoc diceret, posse sibi responderi, Ita ne vos & fornicatores & idolis seruientes aut non habetis, aut eos ignoratis? Nullum ne auarum,aut maledicum,aut ebriosum, aut rapacem inter vos videtis & nostis? Cur ergo cum talibus contra præceptum Apostoli, non solum cibum mensæ vestræ sumitis, sed etiam cœnam mensæ

dominicæ cōmunicatis? Hoc ergo Parmenianus quantum arbitror euitare conatus est,ne sibi responderetur,vt id non poneret qd pro eius causa ualidissime sonare videretur. Nā hoc Epistolæ Apostolicæ capitulum si consuluisset,& ei non occurrisset,nō ex eius vltima parte poneret, Auferte malum ex vobisipsis. Sed nunc quia hoc diximus,fortasse illi audebunt negare haberi inter se auaros, aut maledicos,aut ebriosos, aut rapaces,& ipsum Optatum qui vniuersæ Aphricæ notissimus fuit, quem tamdiu pertulerunt quandiu timuerunt,fortasse defendere conabuntur.Dicant ergo si pōt, melioré se atq; purgatioré habere nunc Ecclesiam,q erat ipsa vnitas beatissimi Cypriani
D tēporibus,qui collegas suos,à quibus tamē nulla corporali disiunctione separatus est, nullum eorū nominatim appellans,sed prudenter ac sobrie saluberrimæ mordacitatis inferens medicinam, his verbis grauiter arguit,quia esurientibus in Ecclesia fratribus habere argentum largiter vellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, vsuris multiplicantibus fœnus augerent. Et vt apertiſsi me ostenderet de his se dicere,cū quibus in vnius Ecclesiæ communione viuebat, consequenter annexuit, quid non homine perpeti tales pro peccatis hmōi mererēmur. Non enim ait mererentur:sed,mereremur. Quod nullo modo dixisset,cum talis vtiq; ipse non esset, nisi manifestare vellet eorū facta gemere, qui ei non solum in Ecclesiæ vnitate,sed etiam collegij consortio iungerentur,quanuis ab eis vita,moribus,corde, proposito discreparet. Dicant ergo isti meliorem nunc esse Ecclesiam suam, & non se habere tales, quales habuit in ipsa vanitate Cyprianus. Credant eis qui volunt,& aduersus ea mala, quæ de moribus eorum in faciem simulantium fuerint, oculos claudant. Ergo eos ad illa priora vnitatis tempora reuocabo,& ab eis quæram,vtrum qñ
E ille vir tantus Episcopus Carthaginēsis Ecclesiæ Cyprianus de tam malo collegio,testimonio liberæ vocis vsque ad ea scripta, quæ posteris etiam proderentur ingemuit, erat Ecclesia Christi, an non erat. Si erat, quæro quemadmodum Cyprianus & cæte
1.Co.5. ri similes eius, implebant quod præcepit Apostolus,Si quis frater nominatur, & ē aut fornicator,aut auarus, aut idolis seruiens, maledicus,aut ebriosus,aut rapax,cum eiusmodi nec cibum simul sumere: quando cū his auaris & rapacibus, qui esurientibus in Ecclesia fratribus, habere argentū largiter vellent,fundos insidiosis fraudibus raperēt, vsuris multiplicantibus fœnus augerent,panem domini manducabant & calicem bibebant. An forte parua sunt ista crimina & parui æstimanda? Solēt enim isti etiam hoc dicere, pensantes ea non in statera æqua diuinarum scripturarum,sed in statera dolosa consuetudinum suarū. Quicquid enim sceleris & iniquitatis inebriat multitudinem, amittit examinis veritatē.Sed ideo sunt tan quam syncerissimum speculum proposita hominibus oracula cœlestium paginarum: vt ibi quisque videat quodlibet peccatum quantum sit,quod forte magnum est,& male viuentium cæco more contemnitur. Potuitne grauius diuinis eloquijs accusari auaritia, quàm vt idololatriæ demonstrarē æqualis,& eius nomine appellarē, dicente Apostolo,Et auaritia,quæ est idolorum ser
P uitus? Potuitne maiori pena digna iudicari, Gala. 3.
quàm vt inter illa crimina poneretur,quibus obsessi regnum dei non possidebunt? Aperiantur oculi cordis, ne frustra pateant oculi corporis, & legant prædica- Gala. 5.
torem liberum veritatis in eadem ipsa prima ad Corinthios Epistola scribentem, Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque 1.Co.6.
molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque ebriosi, neque maledici,neque rapaces,regnum dei possidebūt. Cyp. in epistō.
Quomodo ergo Cyprianus & alia frumen de lapsis.
ta dominica in illa tunc vnitatis Ecclesia cum auaris & rapacibus, cum his qui regnum dei non possidebunt, non laicis vel quibuscunque clericis, sed & ipsis Episcopis panem domini manducabant, & calicē domini bibebant,cum idem Apostolus pre
G cipiat non eis commiscri, & clamet cū eiusmodi nec cibum sumere? An quia non poterant ab eis corporaliter separari,ne similiter eradicaretur & triticum sufficiebat eis à talibus corde seiungi, vita moribusq; distin gui, ppter compensationē custodiēdæ pacis & vnitatis,p p salutem infirmorū & tāquā lactentiū frumentorū, ne mēbra corporis Christi p sacrilega schismata laniarēt? Sed ecce ego nō vrgeo quēquā illorū sic intelligere, ipsi explicēt quemadmodum esse potuerit illa tunc Ecclesia gloriosa sine macula & ruga, vbi esurientibus in Ecclesia fra- Ephe. 5.
tribus habere largiter argentum volebant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi fundos insidiosis fraudibus rapiebant, vbi vsuris multiplicantibus fœnus augebãt, vbi tantis erant inuoluti iniquitatibus, vt per illas regnum dei non possiderẽt. Quod si gloriosa Ecclesia sine macula aut ruga in eis solis computabatur, qui mœrebant & gemebant illas iniquitates, quæ fiebant in me
Ezech.9 dio eorũ, immo ẽt scdm sancti Ezechielis prophetiam, tales proprio signo signari meruerunt, vt à vastatione & perditione iniquorum tutissimi euaderent: desinant calũniari bonis, non operantibus mala per morbidam cupiditatem, sed tolerantibus pp pacificam charitatem, quibus dictum est, Beati pacifici, qm̃ filij dei vocabuntur. Nam
Matt. 3. H ppea spiritussanctus per memoratum Ezechielem Prophetam tali verbo designauit malos quos in vnitate tolerant boni, vt eos in medio bonorum diceret constitutos, qa nisi bonos diceret in medio malorum, illi quasi extrinsecus & forinsecus esse viderentur. Gemunt, inquit, & mœrent iniquitates
Ezech.9 populi mei, quæ fiunt in medio eorum: vt illos iniquos non solum non exclusos, sed ẽt inclusos cogitaremus. Si vero iam tunc non erat Ecclesia, quis Cyprianus & quicunque cum eo auaros illos rapacesque nouerant, quales ipsi non erant, quanuis eos grauissimis gemitibus & præclarissimis vocibus ac cusarent, vnam tm̃ cum eis intrantes Ecclesiam, & in vna cõgregatione paria sacra tractantes, per huiusmodi communionem paris sortis effecti sunt quia non obtemperauerunt Apostolo iubenti, vt cum huiusmodi nec cibum quidem simul sumerent: &, Auferte malum ex vobisipsis: quid adhuc laboramus? Quid se ipsi iactant quòd habeant aliquam Ecclesiam, si iam illis temporibus esse destiterit? Dicãt vnde natus est Maiorinus aut Donatus, vt p eos nasceret Parmenianus atq; Primianus. Quid.n. eis prodest q̃ auaros & rapaces, cum quibus cibum sumi vetat Apostolus, modo se
I vel non habere in congregatione sua, vel incognitos sibi esse mentiuntur: quãdoquidem fuerunt tales in illa vnitatis Ecclesia, vnde illi exortos se sic iactitant, vt eam in sua sola societate, id est, in communione Donati remansisse persuadere conentur. Si.n. dicunt per talium communionem perire Ecclesiam, cur eam non dicunt iam Cypriani perisse temporibus? ac si & per seipsos vnde existerent non inuenientes, dicere desinant apud se Ecclesiam remansisse, quã totam prioribus perijsse temporibus dicũt. Si autem in bonis quibus talia displicẽt sem per mansit, & manet & manebit Ecclesia, discant isti aliquando non sic intelligere quod ait Apostolus, Auferte malum ex vobisipsis: vt per schismata conantes colligere zizania, eradicent simul & triticum. Quæ omnia ita disputamus, vt meminerint qui hæc legunt vel audiunt, nõ eos potuisse vnquam demonstrare, siue illo tempore cum recentissima hæresis erat, siue nunc cum multo firmiore innocentiæ conscientia sibi totus orbis iu catholica Ecclesia Christiana pace connectitur. Cæcilianum vel eos qui ei concorditer inhærebant fuisse zizania Sed vt securus vnusquisq; in sanctæ Ecclesiæ vnitate permaneat, & eiusdem vnitatis desertores ne cum eis pereat non sequa- K
tur, hoc dicimus. quia si fuissent illi zizania, tolerari potius vsq; ad messem, quàm pernicie schismatis eradicatis frumentis separari debuerunt. Sed dicet aliquis, Quomodo præcipienti Apostolo poterimus obedire, qui vetat cum eiusmodi cibum simul sumere? Si enim solam cordis separationem ab eis faciendam esse præciperet, non diceret, Scripsi vobis in epistola non commiscerifornicarijs: non vtique fornicarijs huius mundi, id est, eis qui Christiani non essent, de quibus postea dicit, Quo enim mihi de 1.Cor.
his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. Cum ergo de tali separatione præcipiat, quæ non fit ab eis malis qui Christiani non sunt, sed ab eis qui Christiani sunt: cordis autem separatio ab omnibus malis facienda est: ac per hoc & ab eis & ab alijs malis qui nõ sunt Christiani, oportet nos corde separari: quid restat nisi, vt intelligamus nobis id per Apostolum iuberi, vt quibuslibet malis Christianis quales ipse designat, nec tali coniunctione misceamus, quali coniunctione
panis, in ipsius vitæ humanæ societate mi- L
scemur? Et ideo alio loco dicit, Si quis 1.Co.
vos vocauerit ex infidelibus & volueritis ire, omnia quæ apponuntur vobis manducate, nihil interrogantes. hic autem cum eiusmodi nec cibum quidem sumere permittit cum infidelibus: id est, cum eis qui nondum Chrstum crediderunt, dicit manducandum esse quæ apposuerint, de quibus quoniam foris sunt deus iudicabit: cum his autem qui intus sunt, id est, si quis

est, si quis frater nominatur, & est fornicator aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, vetat ẽt sumere cibũ Persuadet ergo ante tps messis a frumentis zizania separari. Quod si
23. q. 4. facere noluerimus, qm̃ Dns prohibet, tolCũ qsq; raturi ea sumus, & in sola cũ eius voluntatis & cordis separatione perseuerari: ac per hoc ẽt cibum sumere cum talibus quidem prohibet Apostolus. In hac velut angustia quæstionis non aliquid nouum aut insolitum dicã, sed quod sanitas obseruat Ecclesiæ, vt cum quisq; fratrum: id est, Christianorum intus in Ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur, fiat
M hoc vbi periculum schismatis nullum est,
2.Thess. atq; id cum ea dilectione, de qua ipse alibi
3. præcipit dicens, vt inimicum non eum existimetis, sed corripite vt fratrem. Nõ enim estis ad eradicandum, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouerit, neq; pœnitendo correxerit, ipse foras exiet, & per propriã voluntatẽ ab Ecclesiæ vnitate dirimetur: Nam & ipse Dns cum seruis volẽtibus zizania colligere, dixit, Sinite vtraq; crescere
Matt.13 vsque ad messem: p̃misit causam dicens, ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cũ metus iste nõ subest, sed omnino de frumẽtorum certa stabilitate certa securitas manet: id est, qm̃ ita cuiusq; crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior confirmatio charitatis. Tũc aũt hoc sine labe pacis & vnitatis, & sine læsione frumentorum fieri potest, cum cõgregationis Ecclesiæ multitudo ab eo crimine quo anathematizaẽ, aliena est. Tunc enim adiuuat præpositũ potius cor-
A ripientem, q̃ criminosum resistentem. Tũc se ab eius coniunctione salubriter continet, vt nec cibum quisquam cum eo sumat, non rabie inimica, sed coertione fraterna. Tunc etiam ille & timore percutitur, & pudore sanatur, cũ ab vniuersa Ecclesia se anathematizatum videns, sociam turbam cũ qua in delicto suo gaudeat, & bonis insultet, nõ
1.Cor.5. potest inuenire. Ad hoc enim & ipse Apostolus ait, Si quis frater nominatur. In eo quippe q̃ ait, si quis: nihil aliud videtur si gnificare voluisse, nisi eum posse tali modo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est, inter eos, quos peccatorũ similiũ pestilentia non corrumpit. In eo vero qd̃ ait, nominatur: hoc nimirum intelligi voluit, parum esse vt sit quisq; talis, nisi etiam nominetur, id est famosus appareat, vt possit omnibus dignissima videri, quæ in eum fuerit anathematis prolata sententia. Ita enim & salua pace corrigitur, & non interfectorie percutitur, & medicinaliter vritur. Propterea & de illo dixit quem tali medici
23. q. 5. na sanari voluerat, Satis huic est correptio c. nõ põt
B quæ fit a multis. Neque enim potest esse salubris a multis correptio, nisi cũ ille corripitur qui non habet sociam multitudinẽ. Cum verò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat q̃ dolor & gemitus, vt per illud signum quod Ezechieli Ezech.9
sancto reuelatur, illæsi euadere ab illorum vastatione mereantur. Ad eum enim qui errare non potest clamant, Ne perdas cum Psal.25
impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitã meam, Ne cum voluerint colligere zizania, eradicẽt simul & triticũ: nec per diligentiam segetem dominicã purgent, sed per temeritatem potius inter purgamenta numerentur. Ideoq; idem Apostolus, cum iam multos comperisset, & immũda luxuria & fornicationibus inquinatos ad eosdem Corinthios in secunda Epistola scribens, non itidem præcipit vt cum talibus nec cibum sumerent. Multi enim erant, nec dici de his poterat, si quis frater nominatur fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut aliquid tale, cum eiusmodi, nec cibũ quidem simul sumere: sed ait,
Ne iterum cum venero ad vos, humiliet 2.Co.12
me Deus, & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & luxuria & fornicatione quam gesserunt: per luctum suum potius eos Diuino flagello coercendos minans, quam per illam correptionem, vt cæteri ab eorum coniunctione se
C contineant. Consequenter enim dicit, Ecce tertio hoc veniam ad vos, vt in o- 2.Co.13
re duorum vel trium testium stet omne verbum. Prædixi & prædico, sicut Deut.17
præsens i secundo, & nunc absens ijs qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quia si venero iterum, non parcam, quia probationem quæritis eius qui in me loquitur Christus. Quid aliud dixit hic, non par-

eam: nisi quod superius ait, Et lugeam multos: vt luctus eius impetraret flagellum à dño quo illi corriperentur, qui iam pp multitudinem non poterant ita corripi, vt ab eorum coniunctione se cæteri continerent, & eos erubescere facerent, sicut faciendum est, si quis frater in aliquo cæteris dissimili crimine nominantur? Et reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria é: nam consilia separationis & inania sunt & pernicioſa atq; sacrilega, quia & impia & superba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, q̃ corrigant animosos malos. Sicut. n. ille fidelissimis testis auaritiæ collegarũ, cum ea mala tribulationum quæ patiebatur illo tempore Ecclesia censuræ diuinæ & disciplinæ tribueret, commemoratis quos noue rat Eporum pessimis moribus, qui esurientibus fratribus habere argentũ largiter vellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, vsuris multiplicantibus fœnus augerent, quid non, inquit, perpeti tales pro peccatis huiusmodi mereremur? Et deinde adhibet testimonium de Psalmis dicens, cum iam prídem monuerit & dixerit censura diuina, Si dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorũ, Misericordiam aũt meam non dispergã ab eis. Misericorditer igitur corripiat homo quod potest: quod aũt non potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat atq; lugeat, donec aut ille desuper emendet & corrigat, aut vsq; ad messem differat eradicare zizania, & paleam ventilare: vt tũ securi de salute sua, bonæ spei Christiani inter desperatos, quos corripere non valent in vnitate versen̄, auferant malũ à seipsis. i. vt in ipsis nõ inueniatur quod in moribus aliorũ eis displicet. Cum. n. dixisset Apostolus, Quid enim mihi de ijs q̃ foris sunt, iudicare: nõ ne de ijs qui intus sunt vos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit: tanquã illi responderent, quid agimus, cum improborum multitudine premimur, vt iudiciũ nostrum in aliqua coertione non possimus exercere, Auferte, inquit, malum ex vobisipsis: id est, si non potest is auferre malos ex medio vestrum, ipsum malum auferte ex vobisipsis: vt per correptionem separationis de congregatione fratrum malus quisq; auferendus sit: studio tũ sanandi, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit. Et quis adhibẽdus sit modus temporaq; seruanda, ne pax Ecclesiæ violetur, in qua maxime tritico parcendum est, ne simul cũ zizanijs eradicetur, quod in præsentia visum est necessarium, differuimus. Hoc qui diligenter cogitet, nec in conuersatione vnitatis negligit disciplinæ seueritatem, nec immoderatione coertionis dirumpit vinculũ societatis. Nam hocipsum quod ait Apostolus, Cum eiusmodi nec cibum simul sumere: q̃ multi boni Christiani faciũt de ijs de quibus familiarius curam gerunt, vt a quorum consortio se potuerint separare, quos tali correptione posse corrigi sentiunt, vel quos omnino corrigi posse desperant, ne alios colloquiorum malorum contagione corrumpant, non dubitant facere. Facit hoc bene, id est, humili charitate ac benigna seueritate, qui sic præest fratribus, vt eorum seruum se esse meminerit, sicut habẽt ipsius domini & præceptum & exemplum. Tunc enim fit sine typho elationis in hominem, & cum luctu deprecationis ad deum. Sed q̃ facile de gradu clericorum quisq; ab Epo, vel de numero pauperum quos pascit Ecclesia, vel de ipsa congregatione laicorum, siue ab Episcopo, siue à clero vel quocunque præposito, cui est potestas, eximitur, ita vt cum eiusmodi à cæteris, quibus hoc præcipi potest, nec cibus sumatur: tam facile malorum multitudo in quolibet ordine Ecclesiæ non potest à bonorum commixtione separari & expelli. Nam & in domibus suis quique boni fideles ita disciplinam suorum moderantur, & regunt, vt ibi quoq; obtemperent Apostolo præcipienti, cum eiusmodi nec cibũ sumere: cum & de filijs suis & de domo pacis hoc faciunt vel fieri iubent: cũ eos vident ita viuere, vt hoc eis esse faciendum ipsa quam hũt in eos charitas suggerat. Turba aũt iniquorum cum facultas est in populis promendi sermonem generali obiurgatione ferienda est, & maxime si occasionem atq; opportunitatem præbuerit aliquod domini flagellum desuper, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. Tunc enim aures humiles præbet emendantis sermoni calamitas auditorum, faciliusq; in gemitum confitendi quàm in murmura resistendi afflicta corda compellit, sicut tunc bea-

Pſal. 88.

1. Cor. 5.

23. q. 4. c. Non potest.

2. Retr. cap. 17.

tunc beatus Cyprianus de collegis suis fortasse illa non diceret, nisi eum desuper diuina seueritas adiuuaret. Eo quippe tempore illa dicebat tam molesto, tam calamitoso, atque luctuoso, vt illi nõ solum succẽsere nõ auderent, sed etiam vix à succensentibus veniam se posse impetrare sentirent: quãquã & si nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, vtiliter corripitur in multitudine multitudo. Nam sicut separata sæuire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consueuit. Quamobrem & illud præceptum Apostoli nullo modo negligendum est, cum fine periculo violandæ pacis fieri potest: quia nec ipse aliter fieri voluit, vt à congregatione bonorum separetur malus: & eiusdem illud præcipue attendendum est, vt sufferentes inuicem studeamus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Item domino in Euangelio dicenti, in illo obtemperare debemus, vbi ait, Si neque Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: & in illo vbi prohibuit colligi zizania, ne simul eradicetur & triticum. Potest enim vtrunq; custodiri ab eis, quibus dictum est, Beati pacifici, q̃m filij dei vocabuntur. Sed iã cætera, quæ Parmenianus posuit, testimonia studeamus videre. Inter omnia, quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit, quàm in eo quòd ausus est etiam illud Hieremiæ Prophetæ ponere, vnde persuaderet cæteris hominibus communionem Donati starum, non solum Ecclesiam veram esse, sed etiam talem iam hoc tẽpore, qualis post vltimam ventilationem Ecclesia sancta futura est. Cui sacrilegæ præsumptioni, & nephandæ elationi quid addi possit ignoro. Et cum multis quidem locis sermonũ suorum nihil aliud quàm præsumere intelligãtur, aliquando tamen verecundantur, cum eos veritas vrgere cœperit, quando interrogantur, vtrum non habeant, vel vtrum non sint ipsi peccatores: veruntamen in hoc prophetico testimonio impiam vanitatem suam, & nimiam peruersitatem apertissime prodiderunt. Cum enim Hieremias sanctus vellet ostendere bonis & malis, etiam si ad tempus sit congregationis vna societas, longe tamen disparia esse momenta morum, finemq̃ meritorum: quid paleis, inquit, ad triticum? Parmenianus autem cum vellet Ticonium refellere dicentem, malos à bonis in vnitate interim pro pace tolerandos, & in fine vltimi iudicij separãdos, posuit hoc Hieremię testimoniũ, quo peruersus atque errans peruersos & errantes ad turbulentissimas & sceleratissimas seditiones inflammet, vt quisquis inflãmata mente carnis suæ videtur sibi aliquid esse, cum nihil sit: se ac similes sui tanquam grana purgatissima existimans, ad Ecclesiæ cõgregationem, in qua necesse est, vt ij qui ad vitam æternã pertinent, eos qui ad ignẽ æternum pertinent, vsque ad certum finem tanquam frumenta paleam suam tolerent, iam sibi accedendum esse non putent. Nullus alius status de area Christi leuissimam paleam ante tempus ventilationis excusit: nulla alia præsumptione sacrilega schismata quæcunque vbicunque sunt, fecit.

Admonet, inq̃t Hieremias sanctissimus, infructuosas & steriles peccantium turbas ab honorata fruge iustorum discerni, dicẽs. Quid paleis ad triticum? O tuba furoris, ò vox execrabilis pestilentiæ, nunquid forte sic errat genus humanum, vt non agnoscat vẽtilatorem Parmenianum? An & ipse dat locum Donato, & ad purgatam per eũ massam se venisse gloriatur? Nam ille ante se Maiorinum nescio vtrum dignetur agnoscere, an isti tres tanquã tria cornua cuiusdam ventilabri in manu domini fuerunt, per quos messis totius orbis mundaretur: Aphrica electa est, vbi purgata massa consisteret: cæteram aũt omnem terram palea seperata vestiret? Vnde ergo tanti greges Circumcellionũ? Vnde tantæ turbę conuiuarũ, ebriosorũ, & innuptarum, sed non incorruptarum, innumerabilia stupra fęminarum? Vnde tanta turba raptorum, auarorum, fœneratorum? Vnde tam multi per suas quiq; regiones notissimi, tantundem volẽtes, sed non tantum valentes Optati? Quid ad hæc respondebunt? Non sunt ista? An & hoc triticum est? Væ impudentissimæ negationi, si apud se ista non esse: væ, sceleratissimæ peruersitati, si frumenta se esse responderint. Postremo massam purgati tritici post tantæ authoritatis trientem, id est, Maiorinũ, Donatum, Parmenianum, etiam Primianus iterum ausus est ventilare, vt Maximianistas de sua communione separaret. An forte frumenta proiecit? Quid est ergo ipse cum suis, qui talia proiecerunt? Au ita ista frumẽta purgata sunt, vt seinuicem non agnoscant, & seinuicem damnando ventilare conentur? Potuitne palea baptizare

Hier. 23.

Gela. 6.

Cap. 3.

Hier. 23.

zare conentur? Potuit ne palea baptizare frumenta? Si potuit,cur ergo dicunt, quid paleis ad triticum?Si autem non potuit,cur Felicianus cum inter paleas Maximinianistarum foras volasset,quotquot ille baptizauit, cum eo rursus ad massam illam purgatissimam redierunt,& omnes intus eos nũc habent,& sibi non dicunt,quid paleis ad triticum? Iam ergo cuigilent aliquando,& intelligant quemadmodum Propheta dixerit, Quid paleis ad triticum? Vbi enim dicatur considerent,si eis ineſt qualiscunq; sensus humanus. Nunquid in agro dici potest, quid paleis ad triticum,quando eadem radice portantur? Nunquid in area,vbi pariter triturantur? Sed vtique in horreo,quid paleis ad triticum? Veniet ille paterfamilias ferens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam vero comburet igne inextinguibili. Nam per aliam similitudinem omne triticum ouium nomine, & omnis palea hædorum nomine significatur,quæ duorũ pecorum genera interim permixta sub vno pastore pascuntur. Sed veniet,inquit,filius hominis cum angelis suis,& congregabuntur ante eum omnes gentes,& separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor separat oues ab hœdis: & oues quidem ponet ad dexteram, hœdos:aũt ad sinistram. Et dicet ijs qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratũ est ab initio mundi: Illis aũt qui ad sinistrã sunt dicet,Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tũc ergo implebitur prophetia, quid paleis ad triticum,quando hędis & ouibus nõ potest pascua esse communis. Si possunt pisces boni cũ piscibus malis intra illam sagenã cui dixit dominus, Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare,dicere, recedite à nobis,aut recedemus à vobis, donec omnes educantur ad littus,& per angelos boni mittantur in vasa,mali aũt proijciantur foras: potest hoc tempore impleri quod dictũ est, quid paleis ad triticũ. Sed qui congregationem suam iam frumentum purgatum putant, à commixtione frumenti & paleæ tanquam pura palea volauerunt: & qui se sub vno pastore non adhuc cum hædis pascere sentiũt,luporum insidijs de grege dñi separati sunt:& qui cũ malis piscibus se congregatos esse non putant,nõ solũ mali pisces sunt, sed etiã vnitatis retia dirupe-

Matt. 3. M

Ibidem.

Mat. 25.

Mat. 13.

A

runt. Quod si iam hoc tempore intelligãmus fieri quod Hieremias ait, quid paleis ad triticum: nihil aliud recte intelligere possumus, nisi ꝙ in vna quidem cõgregatione sunt,donec in fine ventilationis etiam corporaliter separentur. Sed tamen tritici sursum cor est,paleæ vero deorsum. Palea qppe sua q̃rit,non q̃ Iesu Xp̃i: triticũ aũt thesaurizat thesaurum in cœlo, quia vbi est thesaurus eius,ibi & cor eius est. Phili. 2. Matt. 6.

Sic etiam verba Esaiæ intelligenda sunt, quæ ille similiter non intelligens, ad eandẽ sui erroris sententiam detorquere conatur. Quid enim ait Esaias? Recedite recedite, exite inde, & immundum nolite tangere: exite de medio eius, & separamini qui fertis vasa domini. Nunquid eadem toties repetenda sunt, quoties fit separatio cordis à malis? Immundum enim non tangit,qui ad peccatum nulli consentit. Exit autem inde vt salua sit eius causa apud deum, sic etiam disciplinam corripiendi & arguendi salua pace non negligat. Nam qui vult corporaliter quasi manifestos malos deserere, spiritaliter deserit latentes bonos,quos inexpertos & incognitos cogitur accusare, dum separationem suã conatur defendere. Sed isti respondeant,Si mundus est Felicianus, cur exijt de medio eorum? Si vero immundus, cur modo tangit mundum? Quod si tunc immundus fuit cum foris esset, quos illic baptizauit immundi sunt, quia immundũ tetigerunt. An omnes cum illo remeando mundati sunt? Possunt ergo isti mundati foris baptizare, quos in sua communione nõ baptizauerunt? Cur ergo alios rebaptizãt? An à trecentis decem Bagaij considentibus damnari aliqua forte meruerunt dignatione, & ideo de toto orbe quisquis ad eos venerit rebaptizatur, quia non meruit totus orbis istam dignationem vt Bagaiensi concilio damnaretur? Ergo à Maximiniano & à cæteris socijs eius ad Primiani communionem non redeuntibus quicunque baptizati fuerint,rebaptizantur. An parcitur eis? Si rebaptizantur,violatur dignatio Bagaiẽsis. In ea quippe etiam istorũ baptizatores damnati sunt. Si autem parcitur eis,rogandi sunt isti,vt sursum ad oppidum Bagaiense conueniant, & si forte ille numerus trecentorum decem iam consecratus est, totidem conueniant, & illic sententiam contra totum orbem proferant, sicut aduersus Maximinianistas protulerunt, vt cum

Cap. 4. Esai. 52.

B

C

vt cum voluerint aliquem rebaptizare ex aliqua parte orbis venientem, pari priuilegio se defendẽt,asserentes sibi ita parci oportere, sicut ei parcitur quem Maximinianista baptizat,quia non solum Maximiniani stæ, sed etiam totus orbis meruit concilio Bagaiensi damnari. Deinde seipsos à tã magna inuidia,à morte tam magna & tam mirabili liberabunt,vt cum cœperint iam non rebaptizare in Ecclesia baptizatos,quæ per omnes terras est constitutra,si quis ei moue rit quæstionem, cur iam non faciant quod ante faciebant,respondeant. Quando ista faciebamus, nondum Bagaiensi concilio totum orbem terrarum damnaueramus: nũc autem rogati misericorditer concessimus, vt eos tali concilio damnaremus,quali Maximianistas damnauimus, quorum baptismum non repetimus. Quid ergo magnum est, quid difficile præstare omnibus gentibus tantam dignationem damnationis? An iterare baptismum orbis terrarum licet, & iterare damnationem orbis terrarum non licet? Etiam hinc securi sint, non inueniemus quo concilio tot gentes prouinciasq; damnauerint. Quosdam paucos in Aphrica damnauerunt,a quibus totius orbis iudicio superati sunt, nec ausi sunt postea damnare iudices apud quos supati sunt. Quid enim esset impudẽtius,qd insanius? Multo minus dãnare potuerunt etiam in cæteris terrarum partibus constitutos, qui magis talibus iudicibus ecclesiasticis credere quã victis litigatoribus maluerunt,& tamẽ Maximianistarum quos trecenti decem Donatistæ Bagaiensi concilio damnauerunt, baptismus agnoscitur,acceptatur, admittitur. Orbis autem terrarum per quem hæreditas Christi sic exhibita est,vt promissa est, in qua & ipsi ante paucos annos fuerunt, quem nullo iure dãnare potuerunt,& nulla saltem concilij peruersitate damnarunt, baptismus improbatur,exsufflatur,iteratur.

Ironia.

O sancta damnatio, q̃ Maximianistæ meruerunt, & laboriosa innocentia gentium, quæ apud illos propterea Christianum nomen amisit, quia talem damnationis locum inuenire non potuit. Si autem illi soli à Maximinianistis venientes non rebaptizãtur, qui cum suis baptizatoribus redeunt, sicut hi qui cum Pretexato & Feliciano redierunt,primo videatur quemadmodum eiusdem schismatis baptismum extra eorũ communionem foris æqualiter datum in alijs exsufflent,in parte violent. Ita enim vbi violant, rei sunt: vbi autem confirmant,reatus sui testes inueniuntur. Si enim postea sic confirmarent vt iam violare desinerent, nõ discrepatio sed correctio diceretur. Cũ autem in quibusdam improbant quod in alijs approbant, in his accusantur, in illis contra se testimonium dicunt: quæro quare non baptizes eos quos Felicianus in Maximiniani schismate baptizauit:quia Christi baptismum acceperunt, An quia Feliciani? Si quia Feliciani, apud Maximinianistas eum dedit damnatus,foris extra communionem vestram dedit eum, hoc est,illud baptisma quod & Saluij Membresitani & aliorum talium: Si autem quia Christi,plus apud te valet pro baptismo Christi Felicianus in Musticanis, quam ipse Christus in omnibus terris: plus apud te valet pro baptismo Christi sedens ad latus tuum & dãnatus à te,quàm ille sedens ad dexteram patris & crucifixus pro te. Parcitur in paucissimis baptismo Christi,ne Felicianus offendatur:& non parcitur, ne ipse Christus in tot gentium milibus exsuffletur? Sed incredilis est cæcitas hominum, & omnino nescio quemadmodum credi posset esse in hominibus tanta peruersitas, nisi experimento verborum suorum factorumque patesceret vsqueadeo se clausos habere cordis oculos, vt commemorent sanctæ scripturæ testimonia, nec intueantur in factis Prophetarum, quemadmodum intelligenda sint verba Prophetarũ. Dixi: Hieremias, Quid paleis ad triticum: vt ipse recederet à paleis populi sui, in quas illa tanta & vera dicebat? Dixit Esaias, Recedite, recedite exite inde,& immundum nolite tangere. Sed cur ipse in illo populo immunditiam quam graiter arguebat,in vna cum eis congregatione tangebat? Legant quanta in malos populi sui, & quàm vehementer ac veraciter dixerit,à quibus se tamen nulla corporali direptione separauerit. Dixit Dauid, Non sedi cum concilio vanitatis, & cum facinorosis non introibo: Odio habui curiam nequisimorum, & cum impijs non sedebo. Legant quales in se temporibus suis in illo populo tolerauit, qui vnctionis mystico sacramento tantum honorem detulit, vt id nec in sceleratissimo Saule contemneret, immo tantum veneraretur, vt amplius omnino non posset. Nonne si eorum verba factis eorum obiecerimus, respondeant nobis,

D

E

F

Hier. 23

Esa. 52.

Psal. 25.

G

1. Re. 24

bis, nos plane cum talibus nullum habuimus in corde consortium, nec tangebamus immundum, vbi potest coinquinari contactus: id est, confessione atq; placito conscientiæ recedebamus, & exibamus ab eis, qui nõ solum talia non faciebamus, sed nec facientibus tacebamus. Isti autem seditiosi & insani, qui defensiones præcisionis suæ quærũt ex oraculis Prophetarum, superest vt impietate væsana de verbis propheticis mores arguãt Prophetarum. An hoc dicturi sunt q illis temporibus recedere iustis à malo populo non licebat, istis vero temporibus licet? Quid dici peruersius potest, illo tempore non potuisse bonos à malis corporaliter separari, quando multa sacramenta corporaliter obseruari videbantur: nunc autem necessariam esse corporalem separationem, quãdo iam illa spiritaliter obseruant? Vę cæcis ducentibus & cæcis sequentibus,

H Itane non timent ista dicentes, nec forte p
Mat.15. tantam latitudinem orbis terrarum qua fides Christi nomenq; diffusum est antequã se isti separarent in aliqua parte terrarum ab Aphricanis regionibus remotissima, iã hoc iusti fecerint, & adhuc isti in immundi tiæ, quàm illi fugerant, contagione viuebãt? Quis enim eos cauet, quis eos securos facit, si huiusmodi à malis separatio facienda est? An antequam ab istis fieret, nunquam factam fuisse tam longe, vt Aphricam omnino nescirent, sicut in extremis illarum partium terris pars Donati prorsus ignota est? Fortasse dicent obesse sibi non potuisse quod ignorabant. Sic ergo & illis terris obesse non potest quod gestum in Aphrica ignorant, etiam si vera isti dicerent, quæ de Aphrorum criminibus mentiuntur. Sic autem dicunt latere se non potuisse si fieret, modo dicant per omnes orbis terræ partes, quod schisma factum sit. Nimium est quod interrogo. In ipsa Aphrica dicunt Donatistæ Carthaginenses, vel quicunque sunt in ciuitate Carthaginis, quot partes per Numidiam & Mauritaniam facti sint de ipsa parte Donati, quarum omnium causas vti-

I que nosse deberent, ne forte iusti aliqui in regionibus illis malorum suorum societatem congregationemq; vitauerint, & exierint inde, ne immundum tangerent, ne cũ facinorosis introirent, ne forte isti iam ante aliquot annos in aliquo angulo Numidiæ vel Mauritaniæ separantibus se frumẽtis palea remanserint & nesciunt. Sed vnde securi sunt, nisi quia certum habent bonos esse non potuisse, qui se ab vnitate communionis Donati, quæ per totam Aphricam diffunditur, segregarunt? Quia si malos alios in sua vicinitate patiebantur, quos ostendere cæteris non valebant, eos tolerare potius debuerunt, quàm diuidere se à tot innocentibus, quibus persuaderi non poterant aliena peccata, etiam si ea ipsi optime nossent. Cur ergo hæc innocentia non tribuitur orbi terrarum in tanta multitudine gentium, quacunque Christi hæreditas patet, vt certa atque secura sit, eo quo se bonos dicunt, & se ab omnis terræ vnitate seiungunt, eoipso demonstrante quales sint? Sibi enim iusti videntur, & spernunt cæteros, & ideo non cantant canticum nouum, quia de superbia veteris hominis extolluntur. Ab ea quippe communione separantur cui dictum est, Cantate domino canticum Psal.59.
K nouum, cantate domino omnis terra. Qui si vere iusti essent, & humiles essent: Si autẽ humiles essent, etiam si vere malos in suæ vicinitatis congregatione paterentur, quos ab vnitate Christi expellere non valerent, charitate Christi tolerare diligerent. Quomodo autem possunt de ijs ipsis, quos in sua vicinitate malos arguunt, iustum habere iudicium, cum temeraria cæcitate tam lõge à se positos ignotissimos criminantur? Vtrũ enim vel ciues suos vel vicinos quos arguunt, malos esse nouerint, incertum est orbi terrarum. Quia verbo ab eis quorum vitam longe positorum nosse non possunt, temeraria cæcitate separantur, certum est orbi terrarum. Et quia cum laude patientiæ mali tolerantur, ne ignoti boni damnentur, certum est orbi terrarum. Quapropter securus iudicat orbis terrarum bonos non esse, qui se diuidũt ab orbe terrarum in qua cunque parte terrarum. Postremo si Prophetæ posteros monuerunt vt se ante tempus vltimæ ventilationis à paleis corporaliter separarent, & tali separatione cauerunt tangere immundum, & cum facinorosis nõ introirent, cur hoc nõ fecit Apostolus Paulus? An palea non erant qui non ex veritate, sed ex inuidia Christum annunciabant? Philip.1.
L An immundi non erant qui non caste Euã gelium prædicabant? Hos in illis temporibus Ecclesiæ fuisse testatur, cuius excellentissimam charitatem omnia tolerantem, etiam posteriores imitati sunt. An immunditia, an etiam auaritia? Quam Cyprianus corde

corde non tetigit, & tamen inter auaros collegas pacatissime vixit. Non.n.obsorduerat aduersus verba Psalmorum, vt sederet in conuenticulo vanitatis, & cum facinorosis introiret: odio non haberet curiam malignorum, & cum impijs sederet. An non erat conuenticulum vanitatis in eis, qui esurientibus in Ecclesia fratribus largissimo argento nitere cupiebant? An non erant facinorosi, qui fundos infidiose fratribus rapiebant? An nequissimi & impij non erant, qui vsuris multiplicantibus fœnus augebant? Ille vero lauabat manus suas cum innocentibus, & circundabat altare domini. Ideo quippe tolerabat nocentis, ne desereret innocentes, cum quibus manus lauabat,
Pſal.25.
2.Ti.2. quia diligebat speciem domus dñi, quæ species in vasis honorabilibus fuit. In magna aũt domo non solum vasa sunt aurea & ar-
M gentea, sed & lignea & fictilia. Et illa quidẽ sunt in honorem, illa vero in contumeliam. Et mundabat semetipsum ab hmõi, vt esset etiam vas in honorem sanctificatum, vtile dño ad omne opus bonum paratũ, nec pp vasa quæ erant in contumeliam se à magna domo separabat, sed eos in vnitate illius domus arguens tolerabat, à quibus se non imitando seruabat.

Cap. 5. Sed nouit ponere Parmenianus verba
Psa. 25. Prophetæ dicentis, Non sedi cum concilio vanitatis, & cum facinorosis non introibo, odio habui curiam malignorũ. Lauabo cũ innocentibus manus meas, & circundabo altare dñi, Vt audiam voces laudis, & enarrẽ omnia mirabilia tua. Domine dilexi speciem domus tuæ, & locum tabernaculi claritatis tuæ. Ne simul perdideris cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam, In quorum manibus delicta sunt, dextera eorum impleta est muneribus. Nouit hoc ponere Parmenianus, & non curat aduertere quemadmodum his sine vllo diuisionis nepharię sacrilegio seruiatur. Species enim domus & locus tabernaculi claritas dei in vasis est, vt dixi, non in omnibus, quæ tamen in vna domo magna sunt, sed in ijs quæ sunt in honore sanctificata, dño vtilia, ad oẽ opus bonũ semp
A parata. In his quisquis dilexerit speciem domus dei, & locũ tabernaculi claritatis eius, tolerat ea quæ sunt in contumelia, nec pp hoc relinquit domũ, ne fiat ipse non vas in contumeliã, quod sũ in domo toleratur, sed stercus quod de domo proijcitur, & pptes ipsam tẽporalem cum malis in vna domo congregationem orat dicens, Ne simul perdideris cum peccatoribus animam meã, & cum viris sanguinum vitam meam: In quorum manibus delicta sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Hoc vtiq; orat, ne simul pereat cum ijs, cum quibus eum simul viuere charitas omnia tolerans hortatur, cuius sacrificium præmisit dicens, Dñe dilexi speciem domus tuæ, & locum tabernaculi claritatis tuæ. Quia enim dilexi speciem domus tuæ, & propter ipsam dilectionem tolero vasa quæ sunt in contumeliam, quia cha- 1.Co.13
ritas omnia tolerat, ne simul cum eis perdideris animam meam. Nõne apparet in his verbis vox illorum qui per Ezechielẽ pro Ezec.9.
phetati sunt gemere & mœrere ob iniquitates populi quæ fiebant in medio eorum? Et quia erant vasa in honorem, proprium signum accipere meruerunt, & cum illi omnes inciperent vastari atq; deleri, deus non perderet cum peccatoribus animas eorum.
Isti autem sunt infœlices, qui se ab omni ma B
lorum congregatione tanquam triticum à paleis purgatum esse præsumunt. Per istam enim vanitatem præiudicauerunt sibi, vt in populis quibus præsunt iniquissimas & flagitiosissimas turbas non audeant corripere vt corrigantur, ne per hoc cogantur confiteri quia mali sunt, & dicatur eis. Certe tritico purgato loquimini. Cur per has voces tãtam commixturam esse fatemini? Et ideo quia iusti non sunt, non emendant, & arguunt in misericordia, sed oleo adulationis impinguant capita eorum, quibus ipsi capita esse volunt, quoniã sub vno capite quod in cœlo est in vnitate corporis, quod per totam terram est, esse nolunt, vt merito plebibus eorum dicatur, Qui vos fœlices di- Esa.3.
cunt, in errorem vos mittunt, & conturbant semitas pedum vestrorum. Qui ergo non vult sedere in concilio vanitatis, non euanescat typo superbiæ, quærens conuenticula iustorum totius orbis vnitate separata, quæ non potest inuenire. Iusti autem Matt. 5.
sunt per vniuersam ciuitatem, quæ abscondi non potest, quia supra montem constituta est. Montem illum dico Danielis, in quo Dan. 2.
lapis ille præcisus sine manibus creuit, & impleuit vniuersam terram. Per totam igi- C
tur istam ciuitatem toto orbe diffusam, iusti gemunt & mœrent ob iniquitates quæ sunt in medio eorũ. Nõ ergo qrat qs separatos iustos, sed cũ ipsis potius in malorum

temporali

temporali commixtione cõcorditer gemit.
Non enim ſedebit in conuenticulo vanita-
Philip.3 tis,quia ibi ſedebit vbi conuerſatur. Audiet
autem dicentem Apoſtolum, Noſtra autẽ
conuerſatio in cœlis eſt. Ibi cum facinoro-
ſis non erit,ibi curiam nequiſsimorum non
patietur,ibi cum impijs non ſedebit. In ta-
li ſpe habitabit,vt ad rem cuius habet ſpem
peruenire aliquando mereatur. Non.n.iã
reſurreximus ſicut Chriſtus, aut iam cum
illo ſedemus in cœleſtibus,& tamen quia ta
lem ſpem nobis dedit, & per ipſam ſpem iã
Coloſ.3 quodammodo ibi conuerſamur,dicit Apo-
ſtolus,Si autem reſurrexiſtis cum Chriſto,
quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt
in dextera dei ſedens,quæ ſurſum ſunt ſapi
te, non quæ ſuper terram: Mortui.n.eſtis,
& vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in
deo. In illa vita noſtra quæ abſcondita eſt
cum Chriſto in deo, non ſedemus in conuẽ
ticulo vanitatis,quia ſicut dicit Apoſtolus,
Eghe.2. Simul nos excitauit, & ſimul nos ſedere fe-
cit in cœleſtibus,,ſed in ſpe,nondum in re.
D Spes autem quæ videtur nõ eſt ſpes. Quod
Rom.8. enim quis videt, quid ſperat? Si autem qđ
non videmus,ſperamus,per patientiam ex-
pectamus. Quam patientiam iſti miſeri ꝓ
diderunt, & feſtinantes ſe ante tempus ve-
lut à palea ſeparare, ſeipſos leuiſsimam pa-
leam vento ablatam de area demonſtrarũt.
Pro.1. Quod ergo ait ſapientia teneamus,Qui au
tem me audierit habitabit in ſpe, & ſilebit
1.Ioã.8. ſine timore ab omni malignitate. Dum er-
go habitamus in ſpe, cogitemus, non quod
ſumus ſed quod erimus: quia filij quidem
dei ſumus, ſed nondum apparuit quod eri-
mus: quia cũ apparuerit ſimiles ei erimus,
quoniam videbimus eum ſicuti eſt. In tali
ſpe habitantes, quia hæc habitatio non ha-
bet malos,nec conuenticula vanitatis,nec fa
cinoroſis,nec iniquos,nec impios patimur,
& eos tamen non in ſpe quæ non videtur,
patimur in congregatione catholica toto
orbe diffuſa, donec tranſeat iniquitas, do-
nec tempore meſsis zizania colligantur,do
Mat.13. nec vltimo ventilabro à frumento palea ſe-
Matt. 3. paretur,donec piſces boni à piſcibus malis,
Matt.13 cum quibus intra eadem retia congregati
Matt.25 ſunt,in littore eligantur,donec hædi ab oui
E bus,cum quibus ſub vno paſtore in eiſdem
paſcuis tandiu pauerunt, in vltimo ad ſini-
ſtram ſegregentur. Nulla eſt igitur ſecuri-
Matth.5 tas vnitatis niſi ex promiſsis dei Eccleſia de
clarata,quæ ſuper montem, vt dictũ eſt,cõ
ſtituta abſcondi non poteſt: & ideo neceſſe
eſt ut omnibus terrarum partibus nota ſit.
Inconcuſſum igitur firmumque teneamus
nullos bonos ab ea ſe poſſe diuidere. id eſt,
nullos bonos etiam ſi cognitos ſibi malos
patiantur, vbicunq; verſantur propter eos
ſe à longe poſitis & incognitis bonis teme-
rario ſchiſmatis ſacrilegio ſeparare, & in
quacunque parte terrarum vel facta ſunt
iſta,vel fiunt,vel futura ſunt, cæteris terra-
rum partibus longe poſitis, & vtrum facta
ſint,vel cur facta ſint ignorantibus,& tamẽ
cum orbe terrarũ in vnitatis vinculo per-
manentibus,eaipſa ſit firma ſecuritas, non
hoc potuiſſe facere, niſi aut ſuperbiæ tumo-
re furioſos,aut inuidentiæ liuore væſanos,
aut ſeculari cõmoditate corruptos,aut car-
nali tumore peruerſos. Quibus omnibus
cauſis efficitur, vt vel boni falſis criminib.
infamentur, vel temere de bonis falſa credã
tur,vel etiã mali pro vnitatis vinculo tole-
rati nihil obſunt bonis, dirupta bonorũ pa-
ce peruerſiſsime fugiantur cum vexationi
frumentorum non parcitur, vſurpantibus
ſibi hominibus ante meſſem, quod angeli L
in meſſe facturi ſunt.

Quæ cũ ita ſint, audent ſacrilega ſchiſ- Cap.6
mata uel hæreſes impiæ,ſi quando in flagel
lo vt ſe corrigant admonentur,pœnas furo
ris ſui etiã inter martyria deputare. Quod
exiſtimans etiã Parmenianus, in fine Epi-
ſtolæ ſuæ exhortatur Ticonium, vt in par-
te Donati permaneat & perſecutiones per-
ferat, dicens non ſe debere voluntate coniungi eis quibus perſecutione cogente non
iuncti ſunt,adhibẽs ẽt teſtimonium ſcriptu
ræ dicentis,Væ his qui perdiderunt ſuſtinẽ Eccleſti
tiam,& diuerterunt in vias prauas. Et quid ſtici 2.
facient cũ inſpicere cœperit eos dñs more
ſuo cuncta de diuinis libris aduerſus ſeip-
ſos proponentes? Qui.n.ſuſtinentiam per-
diderunt, niſi qui eos de criminibus q̃ obij-
ciebant conuincere nequiuerũt,quos ,ꝑ pa-
ce Chri tolerare noluerunt, vt ſero poſtea
cogitantes,ipſam partẽ ſuã nõ eſſe per mul-
tas particulas diuidendam, ẽt ſibi manifeſtiſ
ſimos ſacrilegos quos ipſi damnarũt rurſus
receptos, pro falſa Donati parte tolerarũt?
Et nũc iam tandem aliquando cognoſcant
& corrigant ſe,qui ſe impie feciſſe ex eo ſal
tẽ qđ à Maximiniano paſsi ſunt didicerũt.
Sed ſi licet erubeſcant manifeſtiſsimis rõni G
bus corrigi,quia imperatorũ iuſsionibus re
ſtiterunt, ne illa, quę ſe conquerunt fuiſſe
per-

perpeſſos,correcti perdidiſſe videãtur,qua
ſi non melius perdunt illa q̃ pereunt. Sim.
habent aliquã umbrã, quãuis falſam atque
fallacem, tñ nonnullam imaginem fortitu-
dinis, iubenti non cedere imperatori,cuius
vel humanæ laudis illecebra ẽ, apertiſsime
contradicere ueritati: cur clauſis illecebra
eſt,apertiſsime ſcripturis teſtimonia profe-
runt,quæ intellecta atque prolata contra ſe
repudiant? quæ ſi ſecundum eorum intelle
ctum recipiantur, nihilominus eos de ſua
peruerſitate conuincunt. Nõne ſcriptũ eſt,
Non contradicas vllo modo ueritati? Cui
Eccleſia autem niſi ueritati contradicitur,cum ẽt re
ſtici. 4. gi ex ueritate aliquid iubenti reſiſtitur? Sed
rex homo qui minatur uel qui uindicat, ad
tps moleſtus eſt: non ſic ille rex qui ẽt ueri-
tas dicitur, qui nunc quoq; filiis ꝑ Prophe-
Hiere.2 tã clamat,Sine cauſa percuſsi filios ueſtros,
diſciplinam non receperũt. Qui propterea
per humanas poteſtates nunc miſericordi-
ter admonet, ne in fine ſic uindicet ut non
H ſe poſsint ſuperbi de ſua damnatione iacta-
re. Sub uindicta enim regum poteſt homi-
num ꝓtinacia falſo nomine uirtutis uelle
laudari,æternis aũt ignibus cõcremari,nec
erit,nec uocabitur fortitudo. Non.n.erunt
in die illa qui caput vngant oleo adulatio-
nis, aut varia decepti fallacia corõatos ſom
nient damnatos,dicentes,euge,euge:& iurã
tes,ꝑ canos eorũ, qui caput ſanũ nõ habue
runt, & ꝑ cõpages eorum qui viã pacis nõ
agnouerunt. Quales turbas iſti auertentes
à Chriſti vnitate, & ad ſuum nomen cõuer
tere cupiẽtes, interim temporalia ſupplicia
ſchiſmatis ſui conferre audent paſsionibus
martyrum, vt eis pœnarum ſuarum natali
tia celebrentur magno conuentu hominum
furioſorum, quorum è numero illi ſunt, q
etiam nulla perſequente ſeipſos vltro per
montium abrupta præcipitant,vt malam vi
tam peiore morte conſumment. Non erunt
in die illa ſtultæ plebes quibus dicant, nos
ſumus iuſti qui patimur perſecutionem, &
cæcis uendatur reprobus lapis pro gemma
preciosa: id eſt,carnalis duritia pro ſpirita-
li patientia. Non erunt qui nomina princi-
pum furoris ſui recitent ad altaria, vel quæ
ab unitate Chriſti diuiſerunt, vel quæ ſub
nomine Chriſti contra Eccleſiã erexerũt.
I Hæc enim ſunt precia quæ iſti vt accipiãt,
dum volunt habere quod vendant, excitãt
aduerſum ſe poteſtatum ſeueritatem per
animoſam peruerſitatem, ne alli qui ab eis
ſeducuntur,& eos propterea iuſtos putant,
quia pœnas iniquitatis exoluunt, redeant
ad cor, & conſiderent quare & quæ ſe pati
gloriantur. Quantum enim erat vt paulum
aduerterent talia dicere Parmenianum Ti
conio de perferendis perſecutionibus & glo
ria tolerantiæ, qualia dicũt oẽs hæretici,de
quibus coercendis vel puniẽdis, ſimilia re-
gum iuſſa proferuntur, qualia certe Mem-
breſitanis ſuis dicit etiã Saluius, cui tantas
Abitinenſes plagas & contumelias intule-
runt, ꝑ quos iſti meruerant vt de Eccleſia
pellerentur,vt eius ceruici ẽt mortuorũ ca
num cadauera colligarent, vt poſtremo cũ
illo ad turpes voces cantationesq; ſaltarẽt.
Quem ſermonem poſteaquã tanta perpeſ-
ſus eſt, eũ putamus habuiſſe cũ ſuis, quos
miſeros decepit vt alteram ſibi baſilicam fa
bricarent. Quãta dixit de iuſtitia pro qua
talia ꝑpeti meruit, ideo ſe ſanctum perſua-
dens,quia paſſus eſt:ideo illos iniquiſsimos,
quia fecerunt. Tuſcorũ tyrannorum com- K
memoratur antiqua crudelitas,qui mortua
viuis,ſed humana humanis corpora coniũ-
gebant,canina vero humanis,& hæc epiſco
palibus membris, neſcio vtrum quiſquã ſe
vel audiſſe vnquam vel legiſſe commemo-
rat. Notum eſt omnibus nugaces & turpes
ſaltationes ab Epiſcopis ſolere compeſci.
Quis vnquã meminit ab hominibus quos
in auxilium Epiſcopi petierunt, cum Epi-
ſcopis eſſe ſaltatum? An forte Saluius tunc
non erat Epiſcopus,quando damnatio eius
in Bagaienſis concilij ſententia recitata eſt?
Quod ſi & ipſe poſtea reconciliaretur Pri-
miano, ſicut ei reconciliatus eſt Felicia-
nus, eiuſdem plenarij concilij veridico
ore damnatus, ſicut ibi eorum verba re-
citantur, tunc eſſet Epiſcopus. An for-
te iam non admittetur, quia quaſi ſa-
crilegium ſchiſmatis quem coinquinauerit,
poteſt mundari, ſicut Felicianus: quem ve
rò canes mortui collo ſuſpenſi immundum
fecunt, non poteſt expiari? Vellem ſci-
re quid ad hæc dicant, tam manifeſta,
tam publica, tam recentia, qui nobis anti-
quas calumnias ſuas quaſi crimina noſtra
obijciunt. Quiſquis eorum arbitratur me
falſa iactare, quid magnum eſt, quid diffici- L
le,vt animæ ſuæ curam gerens pergat Mẽ-
breſam, quærat an facta ſint iſta, & defen-
dant ſi poteſt. Si enim dicit iſta recte ſchiſ-
matis cauſa fieri, quos trecenti & decem
Donatiſtæ Epiſcopi dãnauerunt, non mur-
murent

murent quando aliqua patiuntur, quanuis passi sunt quos ab vnitate Christi schisma fecisse, non trecentorum & decem, sed totius orbis authoritate conuincimus. Si autem dicit leuia eē quæ passus ē Saluius, quæro vtrum si aliquem Donatistarum Episcoporum saltare cogeret Imperator, & nolenti facere, bestias ignesque minaretur, non mallet illa perpeti quàm illud admittere: & cum passus esset, vtrum non eum isti inter martyres recitarent? Grauiora ergo passus est Saluius cum quo saltatum est, quàm si uiuus arsisset. Nam si cuiquam eorum hæc duo proponerentur, vtrum mallet non ipse saltare sed saltari secum, quàm viuum incendi, quid eum electurum esse respondeant? Si autem dicit nihil aliud impetrasse à proconsule Primianistas, nisi vt per Abitinenses Saluius de basilica pelleretur, illos autem sua sponte fecisse quicquid ei postea crudeliter turpiterque fecerunt: cur non sibi dicit sic etiam posse catholicos nihil aliud ab imperatoribus petere, nisi vt isti
M de basilicis quas nomine sacrilego retinent excludantur? Illos autem sua sponte regia potestate & honestate seruata, in sacrilegos multo mitius quàm Abitinenses nulla imperiali lege, nulla iudiciaria iussione, in Mē bresitanum Saluium vindicarunt. Quibus rebus consideratis, prius quid faciant, & postea quid patiantur aduertant, ne cum aduersus facta sua oculos claudunt, & ad pœnas oculos suos aperiunt, & hic frustra temporalia patiantur, & in vltimo iudicio dei etiā pro hoc ipso quòd frustra eos talibus molestijs vt emendaret admonuit, æterno supplicio puniantur. Non vetera replico, vbi fallunt quos possunt: breuiter dico, præsentia ingero, digito ostendo. Damnati Maximinianistæ recipiunt, ignotę gentes arguuntur. Maximinianistarum baptismus acceptatur, orbis terrarum baptismus exufluatur. Ecce Assuritani, ecce Musticani, ecce non longe mortuus Prætextatus, ecce ad huc viuus Felicianus, ecce nomina eorum inter damnatos Bagaiensi concilio gestis proconsularibus allegata, talibus recentibus & præsentibus factis, quales ab initio fruerint, satis indicant. Si quid pro huiusmodi aduersitatibus & iniquitatibus patiuntur, si nolunt corrigi, saltem non audeant gloriari.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS CONTRA LIteras Petiliani Cirthensis Episcopi Donatistæ. Lib. I.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS ad nostrę dispensationis curam pertinētibus, Augustinus in domino Salutem.

NOstis nos sæpe voluisse Donatistarum hæreticorum sacrilegum errorem in notitiam manifestam, non tam ex nostro, quam ex ipsorum opere produce re atque con iincere: Vnde factum est, vt ad nonnullos etiam primates eorum literas daremus, non quidem cōmunicatorias, quibus se iam in præteritum indignos à catholica Ecclesia dissentiendo fecerunt, nec tamen contumelioſas, sed pacifitas, vt nobiscum quæstione discussa, quæ illos ab orbis terrarum sancta communione dirupti, consiederata veritate corrigi vellent: nec maiorum suorū animosam peruersitatē pertinacia stultiore defenderēt, sed ad fructum charitatis radici catholicæ redderentur. Sed quoniam scriptum est, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, ita illi respuerunt literas meas, sicut ipsam pacem, cui per eas consulebatur, oderunt. Nunc vero cum essem in ecclesia Constantinienſi, B Absentio præsente & collega meo Fortunatu eius Episcopo, obtulerunt mihi fratres Epistolam, quam ad suos presbyteros schismatis eiusdem Episcopū dedisse dicebant, sicut earundem quoque literarum prætendebat inscriptio. Quam cum legissem, ita miratus sum, quod primis verbis suis totā partis suæ communionem radicitus amputauit, vt nollem credere illius hominis esse literas, quem solet fama prædicare, quòd inter eos doctrina atque facundia maximę præcellat. Sed quia me legente aderant quidam qui eius sermonis cultum ornatūque cognoscerent, mihi persuadere cœperunt omnino illud esse eius eloquium. Ego tamen cuiuslibet esset, refellendum putaui, ne quisquis ea scripsit, aliquid sibi apud imperitos aduersus catholicam scripsisse videretur. Hoc ergo ille primum in Epistola sua posuit, dicens, quòd eis obijciamus bis baptisma, qui sub nomine baptismi animas

mas nostras reo lauacro polluimus. Quid
C autem prodest omnia eius cōtumelioſa verba retexere? Nam qm̄ aliud est documenta firmare, aliud maledicta refellendo tractare: illud potius attendamus, quo pacto demonstrare voluerit nos baptismum non habere, & ideo se non repetere quod iam erat, sed dare quod non erit. Ait enim, Conscientia nanq; dantis attenditur, qui abluat accipientis. Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculoſa sit? Qūo poterit accipientis abluere conscientiam, si, quemadmodum dicit, conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis? Si enim dixerit ad accipientem non pertinere quicquid mali latuerit in conscientia dantis, ad hoc valebit fortasse illa ignorantia, vt de conscientia baptizatoris sui non posit nesciens maculari. Suffi
Cap. 2. ciat ergo vt alterius conscientia maculoſa cum ignoratur non maculet, nunquid autē etiam abluere potest?

Vnde igitur abluendus est qui accipit baptismum, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignoret, præsertim cum addat & dicat, Nam qui fidem a perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum? Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat, quid eum accepturum esse arbitra
D ris, vtrum fidem an reatum? Si dixeris fidem, concedes posse fieri, vt a perfido quisque fidem percipiat, non reatum: & falsum erit illud quod dictum est, Qui fidē à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum, Inuenimus enim fieri posse, vt etiam a perfido fidem quis percipiat, si perfidiam dantis ignoret. Non enim ait, Qui fidem a perfido manifesto vel cognito sumpserit: sed, qui fidem, inquit, a perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum: quod vtiq; falsum est, qnando quis a latente perfido baptizatur. Si autem dixerit, etiam cum baptizator perfidus latet, non ab eo fidem percipit, sed reatum: rebaptizent ergo illos, quos ab eis baptizatos esse constiterit, qui diu apud ipsos cum scelerati latuerunt, & postea proditi conuictiq;, damnati sunt.

Cap. 3. Eo quippe tempore quo latebant quoscunq; baptizauerunt, non eis potuerunt fidem tradere, sed reatum, si quisquis fidem a perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum: Ergo baptizentur a bonis vt possint fidem percipere, non reatum. Sed quomodo & de istis securi erunt, si conscientia dantis attenditur quæ latet oculos acceptu- E
ri? Ita secundum eorum sententiam fit salus illa spiritalis incerta, dum contra scripturas sanctas, quæ dicunt, Bonum est confidere in domino, quàm confidere in homi- Psal. 117
ne: Et maledictus omnis qui spem suam po- Hier. 17.
nit in homine: spem baptizandorum auferunt à domino deo, & in homine ponendā esse persuadent. Vnde fit omnino vt non incerta, sed prorsus nulla sit salus, Quia do- Psa. 3. &
mini est salus: Et vana salus hominis. Itaq; 59.
quisquis in homine spem posuerit, etiam quem iustum & innocentem nouit, maledictus est. Vnde & Apostolus Paulus, eos qui dicebāt se Pauli esse, obiurgat & dicit. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?

Quapropter si errant illi, & nisi corri- Cap. 4.
gerentur perirent, qui volebant esse Pauli, quæ tandem spes eorum qui quærant esse Donati? Id enim agunt isti, vt origo, radix & caput baptizari non nisi ille sit à quo baptizatur: Ita fit, vt quoniam plerunque qualis sit baptizator, incertum est, incerta origine, incerta radice, incerto capite, spes etiam hominis incerta sit. Et cum fieri possit, ita esse conscientiam dantis, ut scelerata atque maculoſa sit, & hoc ignoret acceptu- F
rus, consequenter fit, vt scelerata origine, scelerata radice, scelerato capite, spes quoque baptizati vana & inanis existat. Quippe cum iste in epistola sua ponat & dicat, Omnis enim res origine & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est. Cūque originem & radicem & caput baptizati, hominem à quo baptizatur velit intelligi, quid pdest misero baptizato, quòd ignorat quàm malus sit baptizator eius? Ignorat enim se malum habere caput, aut omnino se esse sine capite. Tamen quæ spes est illi cui siue scienti siue nescienti, caput pessimū aut nullum est? Nunquid ipsa ignorantia fit ei caput, sui suus baptizator vel malum caput vel nullum est? At hoc quisquis putauerit, vere sine capite est. Nos ergo quærimus: quia dixit iste, Qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum: statimque connexuit, dicens, Omnis enim res origine & radice consistit, & si caput nō habet aliquid, nihil est.

Quærimus itaque nos, cum ille bapti- Cap. 5.
zator perfidus latet, & si tunc ille quem baptizat fidem percipit non reatum, si tunc ei non est baptizator eius origo & radix &

Universidad de Deusto
Biblioteca

caput,quis est à quo accipit fidem ? Vbi est origo de qua oritur, vbi radix vnde germinat, vbi caput vnde incipit? An forte cũ baptizante perfidum ille qui baptizatur ignorat,tunc Christus dat fidem, tunc Chr̃s est origo & radix & caput ? O humana temeritas & superbia. Cur nõ finis potius vt semper Christus det fidẽ,Chr̃ianum dando facturus? Cur non finis vt semp sit Christus origo Christiani,in Christo radicem Christianus figat,Chr̃s Christiani sit caput? Neque.n.ẽt cum per sctũ & fidelem dispensatorem gratia spiritalis credentibus imperti tur,dispẽsator ipse iustificat,ac nõ ille vnus de quo dictum est,q̃ iustificati mpium. Ait
Rom.4. vero Apostolus, Paulus caput est & origo eorũ quos plantauerat:aut Apollo radix est eorum quos rigauerat,ac non ille qui eis in
2. Co.3. credendo fidem dederat: cum idẽ dicat,Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incremen tum dedit? Itaq; neq; qui plantat est aliqd, neq; qui rigat,sed qui incrementũ dat deus.
H Nec radix eorũ erat ipse,sed potius qui ait,
Ioã. 15. Ego sum vitis,vos estis sarmenta. Caput ẽt eorum qũo esse poterat,cum dicat, nos multos vnũ eẽ corpus in Chr̃o,ipsumq; Chr̃m caput esse vniuersi corporis, pluribus locis
Cap. 6. apertissime prædicet.

Quapp siue à fideli, siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat,spes ei omnis in Christo sit,ne sit maledictus qui spẽ suam ponit in homine: alioquin si talis quisq; in gr̃a spiritali renascitur,qualis est ille à quo baptizat, & cum manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidẽ,ipse origo & radix caputq; nascentis est: cũ autem latet perfidus baptizator, tunc quisq; à Christo percipit fidẽ, tũc à Christo ducit originẽ,tunc in Christo radicatur,tunc Chr̃o capite gloriatur:laborãdũ est omnibus qui baptizantur vt baptizatores pfidos habeant & ignorent eos. Quãlibet tñ bonos habuerint, Christus est vtiq; incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Quod si dementissimũ est credere, semper in.Chr̃s iustificat impiũ,faciendo ex impio
Rom. 4. Chr̃ianum,semper à Christo percipitur fides, semper est origo regeneratorum & ca-
I put ecclesiæ.

Cap.7. Quid habẽt ponderis illa verba quæ vani lectores non attendunt quid intus habeant,sed tñ quemadmodũ sonent? Qui ãt non aure sola excipit voces,sed & mẽte sen tentias intueatur,cum audierit, Cõscientia dantis attenditur,qui abluat accipientis:respondebit,Sæpe mihi ignota est humana cõscientia, sed certus sum de Christi misericordia. Cum audierit, Qui fidẽ à perfido sumpserit,non fidem percipit,sed reatum : rñdebit,Non est perfidus Christus, à quo fidẽ percipio,non reatum. Cũ audierit,Omnis res enim origine & radice,consistit:& si caput non habet aliquid,nihil est: rñdebit, Origo mea Christus est, radix mea Chr̃s est,caput meũ Christus ẽ,Cũ audierit,Nec quicquã bene regenerat, nisi bono semine regeneretur: rñdebit,Semen quo regeneror verbũ dei est, qđ obaudienter audire summonitus, ẽt si ille per quẽ audio quæ mihi dicit ipse non facit,dicente dño, & me securũ faciente,Quæ dicunt,facite: quæ faciũt, facere nolite:dicunt.n.& non faciunt. Cum Mat.23
audierit, Quę põt esse peruersitas,vt q suis criminibus reus est,alium faciat innocẽtẽ : Rom.4
rñdebit,Me innocentem non facit, nisi qui mortuus est pp delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrã. Non.n. in ministrum per quem baptizator credo, K
sed in eum qui iustificat impium, vt detur mihi fides ad iustitiam. Matt.7.

Cũ audierit, Arbor bona,bonos fructus Cap. 8.
facit:arbor mala,malos fructus facit: Nunq̃d colligũt de spinis uuas? Et omnis bonus Mat.12.
homo de thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de thesauro cordis sui profert mala:rñdebit, Hoc ergo bonus fructus est,vt arbor bona sim,hoc est bonus hõ,vt prębeã fructũ bonũ,hoc est opa bona: Hoc
ãt nõ qui plantat & qui rigat mihi dabit,sed 1.Co.3
qui incrementũ dat deus. Nã si arbor bona bonus baptizator est, vt fructus eius bonus sit ille quẽ baptizauerit:quisquis ab homine malo ẽt nõ manifesto fuerit baptizatus,bonus esse nõ poterit. De mala quippe arbore exortus ẽ. Aliud est.n.arbor bona,aliud arbor occulta,sed tñ mala. Aut si cum occulta est arbor mala,quicunq; fuerit ab illa baptizatus,non de illa,sed de Chr̃o nascitur, sanctius iustificãtur qui baptizant ab occul Eccl.34
tis malis,q̃ q baptizant à manifestis bonis. Cap.9.

Item cum audierit, Qui baptizatur à L
mortuo,non ei prodest lauatio eius: respon Rom.6
debit, Viuit Christus,iam non moritur,& Ioan.1
mors ei vltra non dñabitur.de quo dictum est, Ipse est qui baptizat in spiritusancto. Baptizantur autem à mortuis, qui baptizantur in idolorum templis: Non enim &
ipsi à sa-

ipsi a sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationem q̃ putant, sed a Dijs. Qui qm̃ homines fuerunt, ita modo sunt, vt neq; sup terras,neq; in requie cœli sint, vere ipsi a mortuis baptizant,& si quo alio modo ista Sãctæ scripturæ verba veraciter quæri, ac salubriter discuti & intelligi pñt. Nam si hoc loco mortuum intellexero pectorẽ baptizatorem, eadẽ illa cõsequetur absurditas,vt quisq; ẽt a latente impio fuerit baptizatus,tanquã a mortuo baptizatus inaniter locus sit. Non.n.ait, Qui baptizatus a mortuo manifesto:sed absolute dicit,a mortuo: Ac si mortuũ quẽq; tunc putant, cum eum pctõrem sciunt:viuere autẽ, ẽt si sceleratus in eorum cõione astutissime lateat:primò execrabili supbia sibi plus arro
M gant q̃ Deo tribuunt, vt cum eius peccator notus est,mortuus appellet:cum autẽ Deo notus est,viuus existimet. Deinde si pctõr ille dicendus est mortuus,q̃ est hominibus cognitus, de Optato quid rñsuri sunt, quẽ sceleratum longo tpe sibi notum damnare timuerunt ? Cur qui ab illo baptizati sũt, non dicunt a mortuo baptizati ? An ideo
1.Reg.17 viuebat,q̃ fides illi comes erat? Qđ facere
Cap.10. & eleganter a nescio quo primario collega
Eccl.34. suo dictum solẽt etiam ipsi iactare atq; laudare, non intelligentes exitũ Goliæ superbissimi, suo sibi gladio caput auferri.

Postremo si neque occultum sceleratum neq; manifestũ,qui tñ ab eis nondum damnatus sit,volunt appellare mortuum,sed & manifestum & damnatum, vt quisquis ab eo baptizatur, ipse a mortuo baptizetur,& nihil ei profit lauacrum eius: quid dicturi sunt de ijs quos plenarij consilij sui ore veridico cũ Maximiano & cæteris eius ordinatoribus dãnauerunt,Felicianũ dico Musticanum,& Prætexatum Assuritanum, de q̃bus interim loquor, qui numerant inter duodecim Maximiniani ordinatores,& erectores altaris contra eorum altare,cui Primianus assistit? Isti certe ab eis inter mortuos deputantur. Testis est illius concilij, eorum videlicet pclara sententia quæ quõ-
A dam q̃n apud eos decernenda recitata est, ore latissimo acclamauerunt: nũc autem si forte eis a nobis recitata fuerit,obmutescũt, cum potius deberent primò gaudere disertam,ne postea plangerent diffamatam. Ibi quippe de Maximinianistis a cõsortio suæ cõionis exclusis ita dicunt,q̃ veridica vnda in asperos scopulos nõnullorum naufraga proiecta sunt membra, & Aegyptiorũ ad- Exo.1
modum exemplo pereũtium funeribus plena sunt littora, quibus in ipsa morte maior est pœna,q̃ post extortam aquis vltricibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturam. Ita quidem isti insultant schismaticis suis: vt eos & mortuos & insepultos vocent:sed certe optare debuerant vt lepelirentur, ne de multitudine iacentium in littore cadauerum insepultorũ Gildonianus Optatus incedens cũ agmine militari, tanq̃ rapidus fluctus vltra prosiliens, Felicianum & Prę texatum introrsus postea resorberet.

A quibus quæro, vtrum ad eorum pela- Cap.11.
gus commeando reuixerunt, an adhuc ibi mortui manẽt? Si.n.nihilominus cadauera sunt, nec aliquo modo prodest eis lauacrũ, qui ab istis mortuis baptizantur. Si autem reuixerunt, qũo prodest lauacrũ illis,quos cum exanimes iacerent,foris antea baptizarent,si eo modo quo putant intelligendum
B est, Qui baptizatur a mortuo,quid ei pro- Eccli.34
dest lauacrum eius ? Eos.n. quos Prætexatus & Felicianus, cũ adhuc Maximiniano communicarent,baptizauerunt,nũc secum non rebaptizatos cum eisdẽ baptizatoribus suis, hoc est Feliciano & Prætexato intus habent permixtos cõioni suæ,cuius facti occasione,si non suæ pertinaciæ principatum fauerent, sed spiritalis suæ salutis tam certum exitum cogitarent, euigilare vtiq; deberent,& animi sanitate recepta in pace catholica respirare, si tumore superbiæ posito,& pertinaciæ furore superato,vellẽt attendere quàm immani sacrilegio trãsmarinarum Ecclesiarum, quas primæuas sitas ex sanctis libris accepimus, baptismus exeeretur, & Maximinianistarum, quos ore
C pprio dãnauerunt,baptismus recipiatur.

Ipsi vero fratres nr̃i memoratarum Ec- Cap.12.
clesiarum filij, quid ante tot annos in Aphrica gestum sit,& tunc nescierũt & modo nesciunt,vnde illos crimina quæ ab eorum parte Aphris obiecta sunt, etiã si vera essent ignorantes, contaminare non possent : Isti autem palam separati atque diuisi, cum Primiani ordinationi etiam interfuisse dicantur, Primianum damnauerũt, alium Episcopũ contra Primianum ordinauerunt,extra Primianum baptizauerũt, post Primianum rebaptizauerũt. Cumq; suis foris a se baptizatis, & intus a nullo rebaptizatis, ad Primianum redierunt: si tanta Maximinianstarum coniunctio Do-

natistas non maculat, & quo Aphrorum fama potuit maculare peregrinos? Si in pacis osculo sine crimine coeunt labia, quæ se inuicē damnauerunt, cur in Ecclesijs valde eorum iudicio remotissimis trans mare ab eis quisq; damnatus, non vt fidelis catholicus osculatur, sed vt Paganus impius exufflatur? Quod si pacem receptis Maximianistis pro sua vnitate fecerunt, ecce nō reprehendimus, nisi ꝙ suo se iudicio iugulāt, vt cum pro vnitate cōfusionis suæ a se rursus concisa recolligant, ipsam concisionem suam veræ vnitati resarcire cōtemnant.

Cap.13. Si pro vnitate partis Donati in nephario schismate baptizatos nemo rebaptizat, & rei tanti sceleris, vt eos in concilio suo anti-
Num.16 quis illis authoribus schismatis, quos viuos terra absorbuit, compararent, aut separati non puniuntur, aut damnati in integrū restituuntur, cur non pro vnitate Christi,
Psal.71. quæ toto terrarum orbe diffusa est, de quo
D prædictum est ꝙ dominabatur a mari vsq; ad mare, & a flumine vsq; ad terminos orbis terræ: & qđ prædictum est, videtur ac probatur impleri: cur ergo nō pro ista vnitate vera & plenaria pax illius hæreditatis
Psal.2. agnoscitur, quæ de cōibus codicibus personat. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? Pro Donati vnitate non coguntur reuocare qđ dispersērunt, sed admonentur exaudire qđ clamant scripturæ. Cur non intelligunt id secum actum misericordia Dei, vt quoniā Catholicam Ecclesiā falsis criminibus accusabant, quorum quasi cont agione nimia sanctitatem suam contaminare volebant, vera & maxima crimina plenarij consilij sui veridico, sicut dicunt, ore damnata rursus recipere per Optati Gildoniani regnum, & sibi sociare cogerentur? Iam tandē sentiant quemadmodum veris suorum sceleribus impleantur, qui in fratres suos falsa cōfingunt, quæ si etiam vera dixissent, iam tandem sentire deberent, quāta sint pro pace toleranda, & pro pace Christi redire ad Ecclesiam, quæ non damnauit incognita, si pro pace Donati placuit reuocare damnata.

Cap.14. Itaque nobis fratres hoc vnum quod de Maximianistis apud eos factum est, ad eos
E admonendos corrigendosque sufficiat, non vetera arcana discutimus, non antiqua armaria ventilamus, non ad longinquas terras nostram probationem trāsmittimus, sed sequest ramus omnia nostrorum documēta maiorum, deferimus testimonia toto terrarum orbe clamantia.

Ecce Mustican a & Assuritana ciuitates Cap.15. supersunt alijs adhuc in hac vita & in hac prouincia, qui se disiunxerunt & a quibus disiuncti sunt, qui altare erexerunt & cōtra quos erexerunt, qui dānauerunt & qui dānati sunt, receperunt, & qui recepti sūt, qui foris baptizati sunt, & intus rebaptizati nō sunt: si hæc pro vnitate maculant maculati comprimant vocem: si hæc pro vnitate non maculant, correcti auferant litem.

Iam verba epistolæ suæ ille ipse qui scri- Cap.16. Ecclesiastici.14
psit irrideat, qui vsurpato indocte ac mēdaciter testimonio, quo scriptū cōmemorat: Qui baptizatur a mortuo, qđ ei ꝓdest lauatio eius: Conat nobis ostēdere, quatenus traditor vita mortuus habeatur. Et adiungit, dicens, Mortuus est ille q̄ baptismo vero nasci non meruit: Mortuus est ille similiter, qui iuxta baptismū genitus mixtus est traditori. Si ergo Maximianistæ mortui nō sunt, cur in plenario concilio suo dicunt, ꝙ Aegyptiorū exemplo pereuntiū funeribus plena sunt littora? Si aūt mortui sūt, vnde viuit baptisma qđ dederūt? Deinde si Ma F
ximinianus mortuus nō est, quare post illū rebaptizat? Si aūt mortuus est, quare cum illo non est mortuus Felicianus Musticanus ordinator eius, & cum nescio quo traditore Aphro collega mori potuit transmarinus, aut si & ipse mortuus est, vnde cū illo apud te viuunt intus nō rebaptizati, qui ab illo mortuo foris sunt baptizati?

Deinde subiunxit, Ambo vitā baptismi Cap.17.
non habent, & qui nunq̄ penitus habuit, & qui habuit, & amisit. Nunq̄ ergo habuit, quē Maximianista Felicianus aut Prætexatus foris baptizauerunt, ipsi aūt qđ habuerunt amiserūt. Qā ergo isti cū suis recepti sunt, qs dedit eos quos baptizarūt qđ non hēbant: & quis ipsis reddidit qđ amiserāt? Si aūt formā baptismi secū abstulerūt, ipsam aūt virtutē baptismi ꝓ malū schisma nō amiserūt, cur ipam formā, quæ semꝑ & vbiq; sctā est, exufflas in catholicis quos nō audisti, & in Maximianistis amplecteris quos punisti? Quicqd aūt de Iuda traditore criminose sibi dicere visus est, ad nos qđ ꝑtinet, qui neq; ab eis ꝓbamur traditores, neq; si aliquorū ante nos in nostra cōione G
defunctorū traditio ꝓbaretur, nec ipsa nos improbata & displicens nobis aliqua ex parte macularet. Si enim ipsi damnatis a se criminibus

criminibus & receptis non maculantur, quāto minus nos auditis & improbatis maculari poterimus? Quantumlibet ergo in traditores inuehatur, totidem verbis eos & à me deputet accusari.

Cap.18. Sed sane distinguo, quia ille apud me arguit eū, quē iā olim defunctum mea cognitio non iudicauit, ego eius lateri cohærentē ostendo, q̄ à se damnatū vel certe sacrilego schismate separatū, sine vlla honoris eius diminutione suscepit. Nequisimus, inquit, traditor nobis legē seruantibus ꝓsecutor & carnifex extitisti. Si legē seruauerunt Maximinianistæ, cū à te separati sunt, sic & tu seruator legis, cum ab Ecclesia, q̄ in toto orbe diffusa ē, separatus es. Quod si de nr̄is agis, cito respondeo: si aliquid iniq; passi estis, nō ptinere ad eos qui talia facientes q̄uis improbent, pro pace tamē vnitatis laudabiliter tolerāt. Quapp nō habes qđ obijcias frumentis dominicis paleam vsq; ad ventilationem vltimā sustinentibus, à quibus tu
H nunq̄ recessisses, nisi leuior palea vento tētationis, & ante aduentū ventilatoris auolasses. Sed vt ab hoc vno exēplo, qđ ad istorū ora claudēda, & eos si sapiāt corrigēdos, si aūt in puersitate maneant, cōfundendos, in eorū facies refudit dns, non recedā. Si iustiores sunt qui patiuntur ꝓsecutionē q̄ illi qui faciunt, ijdē Maximinianistæ iustiores sunt, quorū & basilica funditus euersa est, & militari Optati comitatu grauiter agitati sunt, & iussiones proconsulis ad oēs eos de basilicis excludendos, à Primianistis impetratæ manifeste sunt. Quapp si imperatoribus eorum communionē detestantibus ad persequendos Maximinianistas tanta sunt ausi, quid facerent, si eis per regū communionem aliquid efficere liceret? Si autē vt prauos corrigerent ista fecerunt, & quid mirant si catholici imperatores maiore potestate vrgendos corrigēdosq; decernūt eos qui totū orbem Christianum rebaptizare conantur, cū causam dissentiendi non habeant: qn̄quidem malos ēt si vera crimina
I pati Christianis potestatibus orbis terrarū hostes Christianæ vnitatis diffusæ toto orbe terrarū. Iam igitur si correctio pigra est, saltē asit pudor, ne ijdē ipsi cū ea q̄ scribūt legere cœperint, risus eos vincat, dum in se non agnoscunt quod videri volunt in alijs, & in se agnoscunt quod alijs obijciunt.

Quid igitur sibi vult ꝙ iste in epistola Cap.19.
sua posuit dicētē dn̄m Iudęis, Ideoq; mitto Mat.23
ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis? Nam si seipsos intelligi volunt sapientes & scribas & Prophetas, nos aūt tanq̄ ꝓsecutores sapientium & Prophetarū, quare nobiscū loqui nolunt, cū ad nos missi sint? Deniq; iste qui illā scripsit epistolā, cui mō respondemus, si vrgeatur à nobis, vt ei propria manu subscribens suam esse fateatur, forte non faciat: vsqueadeo timent ne vlla eorū verba teneamus. Nā cum eiusdem epistolæ posteriorem partem aliquo modo vel lemus accipere, quia totam describere à quibus nobis data est nequiuerūt, nullus à quo petita est eā dare voluit, postea q̄ cognouerunt nos ei parti ad q̄ peruenimus respōdere. Itaque cum legant quemadmodum dns Prophetæ dicat, Exclama vehementer, non K
est quod parcas, & scribe stylo meo peccata Esa.58.
eorum: isti Prophetæ veri qui missi sunt ad nos, nihil sic timent, sed cauent ne à nobis eorum clamor audiatur, quod vtiq; si vera de nobis dicerent non timerent, non immerito sicut in Psalmo scriptum est, Oppila- Psal.68.
tum est os loquentium iniqua. Si enim propterea baptismum nostrum non suscipiunt, quia nos sumus progenies viperarum, sicut
Mat.23. iste in Epistola sua posuit: cur Maximinianensium susceperunt, de quibus concilium eorum sic loquitur, ꝙ viperei seminis noxios partus venerati veteri aluus diu texerit, & concepti sceleris vnda coagula in aspidū membra tardo se calore vaporarunt? Non- Psal.13.
ne de ipsis etiam in eodem cōcilio cōsequēter dictum est, ꝙ venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenū est, veloces pedes eorum ad effundēdū sanguinē, cōtritio & infœlicitas in vijs eorū, & viā pacis non cognouerūt, & tū & ipsos in honore integro, & ab eis foris baptizatos intus nunc habent?

Quapropter hæc omnia de progenie vi- Cap.20.
perarum, & de veneno aspidū sub labijs eorum, & talia quæ dicta sunt in eos q̄ viā pacis non cognouerūt, si vere isti vellēt dicere, ipsi potius sunt, quādo eorū baptismū in L
quo ꝙ consilij sententiam ista dixerunt, ꝑp pacem Donati receperūt, & baptismum Ecclesiæ Xpi toto orbe diffusæ, vnde in Aphricam ipsa pax venit, ad sacrilegam iniuriam

pacis Christi repudiant. Qui ergo sunt po
Matt. 7. tius pseudoprophetæ,qui veniunt in vestimentis ouium,intus aũt sunt lupi rapaces: verum ij,qui vel nesciunt in catholica malos,& eis innocenter communicant: vel eos quos de arca dñica priusq; ventilator aduenìat segregare non possunt,pro pace tolerãt vnitatis? An ij q ea quæ in catholica reprehendunt,in schismate faciunt, & qui in vnitate toleranda ea quæ incerta fugere se fingunt in pcisione manifesta & à scipsis damnata recipiunt?

Deniq; ita dictũ est, & hoc & ipse cõme
Cap. 21 morauit, Ex fructibus eorum cognoscetis
Matt. 7. eos. Ergo fructus consideremus quos obijcis,traditionẽ hãc ipsam multo probabilius eis ipsis obijcimus. Et ne per multa curramus, in eadem Constantiensi ciuitate Syluanum Episcopum maiores vestri in ipso exordio sui schismatis ordinauerũt. Iste cũ adhuc esset subdiaconus,manifestissimus traditor municipalibus gestis expressus ẽ. Sed & uos aduersus maiores nros aliqua docu-
M menta ꝓtertis:æqua cõditio postulatur, vt aut vtraq; vera,aut falsa esse credamus. Si vtraq; vera sunt, vos estis sine dubio schismatis rei, qui ꝓp falsa crimina traditorũ immani separationis crimine maculamini. Quod si à nobis aliqua & à vobis nulla, vel à nobis vera & à vobis falsa proferuntur,non est discutiendũ quin penitus vestra ora claudãtur.

Cap. 22 Quod si vos vera & sancta Chri Eccle
sia cõuinceret atq; superaret,ẽt si nos nulla vel falsa, vos ãt aliqua & vera traditionis documenta teneretis, quid iã vobis restat, nisi vt si vultis pacẽ diligatis: si aũt non vultis,saltẽ obmutescatis? Etenim quæcunque modo proferetis,facillime & verissime dicerem, tunc Ecclesiæ plenariæ & catholicæ vnitati, iam per tot gentes diffusæ atq; firmatæ vos ea firmare debuisse, vt uos intus essetis,illi aũt quos conuinceritis pellerent foras. Quod si conati estis facere,proculdubio probare non potuistis, & victi vel irati vos ab innocẽtibus qui dãnare incerta non
A possent,immani sacrilegio separastis. Si aũt nec conati estis id agere,nimis execrabili & impia cæcitate vos a frumẽtis Christi quæ totũ agrum,id est,totum mundũ vsq; ad fi-
Mat. 13. nem crescunt, paucis in Aphrica zizanijs offensi concidistis.

Postremo testamentũ a quibusdã perse- Cap. 23
cutionis tpe flãmis traditũ perhibetur,nũc vndecunq; prolatum est,recitetur. Certe in exordio promissionum testatoris id inuenit Abrahæ dictum, In semine tuo bñdicentur oẽs gentes: & hoc quid sit,verax interpretatur Apostolus, In semine,inquit tuo, quod Gen. 2
est Chrs: Nullius traditio fidẽ dei euacuauit: Cõmunicare omnibus gentibus,& tunc Galat. 3
vos testamentum a pernicie flammarũ cõseruasse gloriamini. Si aũt non vultis,quæ pars potius credenda est, quod testamento insiterit exurendo,nisi quæ non vult consentire prolato? Quanto.n.certius sine aliqua temeritate sacrilega ille traditorib. successisse iudicatur, qui nunc lingua testm̃ ꝓsequitur,quod illi flãma persecuti perhibentur? Obijcitis persecutionem: rñdent vobis frumenta dñica,aut iuste factum est, aut palea vestra fecit. Quid ad hæc dicitis? Obijcitis ꝙ baptismum non habeamus: rñdent uo
B bis eadem frumenta dñica,formam sacramẽti ẽt intus quibusdam nihil prodesse, sicut Act. 8
Simoni Mago baptizato non proderat,multo magis nihil prodesse ijs qui foris sunt: inesse illis decentibus hinc probatur, quod redeuntibus non restituitur. Nunquam igitur nisi impudentissime poteris aduersus Matt.
ista frumenta clamare,& dicere pseudoprophetas vestitos pellibus ouium, intus autẽ lupos rapaces: quandoquidem malos in vnitate catholica vel non nouerunt, vel pro vnitate tolerant quos nouerunt.

Vestros autem fructus si consideremus, Cap.
omitto tyrannicas in ciuitatibus, & maxime in fundis alienis dominationes, omitto furorem Circumcellionum, & præcipitatorum vltro cadauerum, cultus sacrilegos, & prophanas bacchationes ebrietatum, & sub vno Optato Gildoniano decennalem totius Aphricæ gemitum: omitto ista, quia sunt in nobis quidam qui hæc sibi displicere ac semper displicuisse proclamant, sed ea se dicunt quia comprimere non possunt, ꝙ pace tolerare: vbi se iudicio suo condẽnant, quia si amarent pacẽ, non discinderent vnitatem. Nam quæ tanta dementia est pacem in ipsa pace velle relinquere,& eã in dissensione velle retinere? Itaque propter eos qui mala eiusdem partis Donati quæ omnes vident & reprehendunt,fingunt se non vide-
C re, vsqueadeo vt etiam de ipso Optato dicant. Quid fecit? Quis eum accusauit? Quis

Quis cõuicit? Ego nescio,nõ vidi,nõ audiui. Propter hos ergo q se manifesta ignora
Psal. 13. re cõfingũt, exorti sunt Maximinianistæ, in qbus eis oculi pateãt & ora claudantur, aperte se separãt, apte altare contra altare erigunt, apte in cõsilio sacrilegi & viperæ,
Num. 16 & veloces ad effundendũ sanguinẽ, & Dathan & Abirõ & Chore cõparãdi appellantur & asperis verbis detestati dãnant, apte recipiunt rursus in honoribus suis cũ bap-
Matth. 7 tizatis suis. Hi sunt fructus eorũ pro Donati pace ista facientiũ, vt pelle ouina se cõtegant,& Christi pacẽ in toto orbe terrarũ recusantium, vt intus sint lupi rapaces.

Cap. 25. Nihil me ptermisisse arbitror eorũ quæ iste Epistola sua posuit dũtaxat quæ in ea parte ad quã peruenimus potui reperire: prodant ẽt reliquam partẽ, ne forte ibi sit aliquid quod refelli non possit. Hæc autem quæ Domino adiuuãte respõdimus, admoneo charitatem vestrã, vt non solũ petẽti-
D bus detis, sed etiam non petentibus ingeratis. Respondeant si quid volunt: & si nobis noluut,saltem ad suos literas mittãt, quæ tũ nobis occultari non iubeant. Quod si faciunt apertissime fructus suos ꝓdunt, quibus lupi rapaces induti pellibus ouium demonstrentur, qui occulte insidiantẽ ouibus nris,& aperte pastoribus rñdere formidant. Nos eis tantummodo schismatis crimen obijcimus, quo penitus oẽs inuoluti sunt, non quorundam eorũ crimina q̃ sibi quidam eorũ displicere rñdent. Ipsi vero si nobis aliena crimina non obijciant, non habent qđ obijciant, & ideo se ab scelere schismatis defendere omnino non pñt, quia siue ꝓp falsa & a se conficta, siue ẽt ꝓp vera, sed tñ paleæ crimina se ab area dominica & ab innocentia frumentorũ toto orbe crescentiũ, nepharia direptione separarunt.

Nisi forte expectatis a me vt ẽt de Ma-
Cap. 26. nichæo quæ interposuit refellãtur. Qua in re nobis non displicet, nisi quia pestilentiosissimũ & pernicios issimum errorem. i. Manichæorum hæresim omnino leuissima & prope nulla reprehensione culpauit: quem veritas fortissimis documentis catholica expugnat. Hæreditas.n. Chri in omnibus gentibus cõstituta, aduersus oẽs exhæredatas hæreses tuta est. sed sicut ait Dominus,
E Quomodo potest Satanas Satanam eijce-
Mar. 3. re: ita Manichæorum errorem quomodo potest Donatistarum error euertere?

Cap. 27. Quapropter charissimi,quanquã multis modis conuictus error iste superetur, nec vlla qualicunq; ratione, sed sola impudentia pertinaci resistere audeat veritati, tamẽ ne memoriam vram documentorũ oneret multitudo, hoc vnum Maximianistatũ factum tenete, hoc in eorum frontem configite, hoc eis ad comprimendas dolosas linguas & ora coarctate, hoc tanquam tridenti telo velut tricipitem bestiam eorum calumniam trucidate: traditionem obijciũt, persecutionem obijciunt, falsum baptisma obijciunt, de solis Maximinianistis ad omnia rñdete. Quòd.n.maiores eorũ tradiderunt sanctos codices flãmis, occultum esse arbitrantur: sed cum sacrilegio schismatis inquinatos in suis honoribus receperunt, hoc certe occultare non possunt. Item pse-
cutiones violentissimas, quas quibus libet vbi potuerint faciunt, occultas esse arbitrantur, sed cum spiritalis ꝓsecutio ꝓsecutionẽ supet corporalẽ, Maximianistas quos ipsi corpaliter pscuti sunt, & de quibus ipsi dixerunt, Veloces pedes eorum ad effundẽ Psal. 13.
dum sanguinem: in suis honoribus recepe- F
runt: hoc certe occultare non possunt.

Postremo baptismi q̃stionem, qua mise- Cap. 28.
ros fallunt, occultam esse arbitrant: sed cũ dicant baptismũ nõ habere quotquot præter cõionem vnius Ecclesiæ baptizantur, Maximinianistas cum eis quos extra istorum cõionem in schismate baptizarunt, in suis honoribus receperunt: hoc certe occultare non pñt. At hęc, inquiunt, pro pace Rom. 11.
non maculant, & bonum est rigorem seueritatis ad misericordiam flectere, vt denuo rami fracti inserantur. Ita ergo tota causa concluditur victa in illis, inuicta pro nobis, quia si nomen pacis ad tolerandos in schismate malos in qualemcũq; vmbrã defensionis assumit, proculdubio cũ horren
do scelere,& sine vlla defensione per vnitatem orbis terrarum vera pax ipsa violat.

Hæc fratres cum impigra mansuetudi- Cap. 29.
ne agenda & prædicanda retinere, diligite homines, interficite errores: sine superbia de veritate præsumite, sine fœuitia pro veritate certate: Orate pro eis quos redargui
tis atq; conuincitis. Pro talibus enim Pro Psal. 87
pheta Deum deprecatur, dicens, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Quod quidẽ iam fecit Do- G
minus, vt eorũ facies ignominia Maximianistarum apertissime impleret, superest vt norint salubriter erubescere: Ita enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomen domini quærere poterũt,à quo pernicioſiſsime auerſi ſunt, dum pro eo ſuum nomen extollunt. Viuatis & perſeueretis in Chriſto,& multiplicemini, atque abundetis in charitate dei & in inuicem & in omnes dilectiſsimi fratres.

D. AVRELII AVGVSTINI CONTRA PETILIANVM & partem Epiſtolæ illius primam, Liber Primus finitus.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra totam Epiſtolam ipſius Petiliani, Liber Secũdus.

Capu. 1 PRimis partibus Epiſtolæ Petiliani, quas tantummodo inueneramus, ſatis nos reſpondiſſe meminerunt, qui ea legere vel audire potuerunt. Sed quia poſtea tota eſt à fratribus inuenta atque deſcripta, H miſſaq; nobis vt vniuerſæ reſpondeamus, nõ erat defugiendũ hoc officium ſtyli noſtri, non quia ille nouũ aliquid dicit, cui nõ iam multis modis & ſæpe reſponſum eſt, ſed propter tardiores fratres qui ea quæ alicubi legerunt, ad omnia paria referre, nõ poſſunt: ita morem geram eis qui me omnino ad ſingula reſpondere compellunt, vt quaſi alternis ſermonibus in præſentia diſſeramus: verba ex Epiſtola eius ponam ſub eius nomine, & reſponſionem reddam ſub meo nomine, tanquã cũ ageremus, à notarijs excepta ſint. Ita nemo erit qui me aliq̃d prætermiſiſſe, aut pp indiſcretas perſonas ſe non potuiſſe intelligere conqueratur, ſimul etiã vt idẽ ipſi Donatiſtæ, qui coram nobiſcum differere nolũt, p literas quas ſuis ædiderunt, ita nõ effugiant reſpõdentẽ ſibi ad ſingula veritatem, tanquã nobiſcum facie ad faciẽ colloquãtur. Ab ipſo exordio Epiſtolæ ſuæ Petilianus dixit, Petilianus Epũs dilectiſsimis fratribus, compresbyteris & diaconibus miniſtris per diœceſim nobi I ſcum conſtitutis in ſancto Euangelio: Gratia vobis & pax à deo patre noſtro & dño Ieſu Xpo. A V G. reſpõdit, Agnoſco Apoſtolicam ſaluratiõnẽ, videris quid dicas, vnde tñ didiceris quod dicis aduerte. Sic ſaluat Paulus Romanos, ſic Corinthios, ſic Galatas, ſic Epheſios Coloſſenſes, Philippẽſes, Theſſalonicẽſes. Quæ igitur dementia eſt cum his Eccleſijs nolle communicare pacis ſalutem, in quarum Epiſtolis didiciſti paci ficam ſalutationem?

Petilianus dixit, Bis baptiſma nobis obij Cap. 2.
ciunt hi qui ſub nomine baptiſmi animas ſuas reo lauacro polluerũt, quibus equidem obſcœnis ſordes cũctę mũdiores ſunt, quos puerſa munditia aqua ſua contigit inquinare. A V G. reſpõdit, Nec aqua noſtra inq-namur, nec veſtra mundamur: ſed aqua baptiſmi, In nomine patris & filij & ſpiritus-ſancti, cum datur alicui, nec noſtra nec veſtra eſt, ſed illius de quo Ioãni dictum eſt, Ioan. 1.
Super quem videris ſpiritum ſicut columbam deſcendentem & manentem ſuper eũ, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.

Petilianus dixit, Conſcientia nanque dã Cap. 3.
tis attenditur, qui abluat accipientis. A V G V. reſpondit, De conſcientia ergo Chriſti ſecuri ſumus: Nam ſi quemlibet hominem ponas, incerta erit accipientis mundatio, quia incerta conſcientia eſt abluentis. K

Petilianus dixit, Nam qui fidem à per- Capu. 4.
fido ſumpſerit, non fidem percipit ſed reatum. A V G. reſpondit: Non eſt perfidus Chriſtus à quo fidelis homo fidem percipit, non reatum. Credit quippe in eum qui Rom. 4.
iuſtificat impium, vt deputetur fides eius ad iuſtitiam.

Petilianus dixit: Omnis enim res origi- Capu. 5.
ne & radice conſiſtit, & ſi caput non habet aliquid, nihil eſt: nec quicquam bene regenerat niſi bono ſemine regeneretur. A V G V. reſpondit, Quid te pro Chriſto vis opponere, ſub quo te non vis ponere? Ille eſt origo & radix caputq; naſcentis, de quo non timemus ſicut de homine quolibet, ne forte ſit fictus & peſsimus, & de origine peſſima oriamur, de peſsima radice ſurgamus, peſsimo capiti conformemur. Quis enim homo de homine ſecurus ſit, cum ſcriptum ſit, Maledictus omnis qui ſpem ſuam Hier. 17.
ponit in homine? Semen autem quo regeneramur, verbum dei eſt: id eſt, Euangeliũ. Lucæ. 8.
Vnde Apoſtolus dicit, In Chriſto enim Ieſu per Euangelium ego vos genui. Qui ta- 1. Co. 4.
men etiam non caſte annunciantes, Euange L
lium annunciare permittit, & in hoc gaudet: quia & ſi non caſte annunciabant, ſua
A quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, caſtum Philip. 1.
Matt. 8. paratur, ſicut alio loco diſcipulo manifeſtãs Euangelio proteſtante, ait diſcipulus eius, dñe pmitte mihi ſepelire patrẽ meũ. Ait illi Ieſus, Sequere me, ſine mortuos vt mortuos ſuos ſepeliant. Pater diſcipuli nõ erat baptizatus, Paganum Paganis addixit, niſi hoc de infidelibus dixerit, mortuus mortuũ nõ põt ſepelire. Mortuus igit quidẽ nõ aliq̃ morte, ſed vita ſua percuſſus: nam qui ſic viuit vt reus ſit, vita mortua cruciat. A mortuo igitur baptizari, hoc eſt mortem ſumpſiſſe, non vitã: agendum nobis & dicendum eſt, quatenus traditor vita mortuus habeatur: mortuus eſt ille qui baptiſmo vero naſci non meruit, mortuus eſt ille ſimiliter q iuxta baptiſmum genitus mixtus eſt traditori: ambo vitam baptiſmi non hũt, & qui nũquã penitus habuit, & qui habuit & amiſit. Dicit.n. dñs dñs Ieſus Chriſtus, Aduc- Mat. 12.
niẽt in eũ ſeptem ſpiritus nequiores, & erit homo ille deterior priore. AVG. rñdit, Diligentius quære quomodo dictũ & qũo intelligẽdum ſit teſtimonium quod de ſcriptura poſuiſti: Nam quia mortui ſolent my B
ſticè appellari omnes iniqui, manifeſtũ eſt: ſed Chriſtus cuius eſt baptiſma verum, qđ propter hominis vitia dicitis falſum, viuit ſedẽs ad dexteram patris, & nec ipſa carnis infirmitate iam morietur, & mors ei vltrà Ram. 6.
non dominabitur, cuius baptiſmo qui baptizatur, non à mortuo baptizatur, & ſi forte miniſtri operarij diaboli, ſua quærentes, nõ quæ Ieſu Chriſti, & Euangelium non caſte Phili. 2.
annunciantes, & Chriſtum per contentio- &. 1.
nam & inuidiam prædicantes, propter iniquitates ſuas mortui ſunt appellandi, ſacramẽtum tñ dei viui nec in mortuo moritur. Mortuus.n. erat Simõ ille à Philippo in Sa Acto. 8.
maria baptizatus, qui donum dei volebat pecunia comparare, ſed viuebat ad eius pœnam baptiſma quod habebat. Quàm ſit autem falſum quod dicis, ambo vitam baptiſmi non hũt, & qui nunquam pœnitus habuit, & qui habuit & amiſit, hinc licet aduertas: qp q baptizati apoſtatãt, & p pœnitẽtiã redeũt, nõ eis reddit baptiſmus, quẽ ſi amitterẽt, redderet. Mortui ſanè veſtri qũo baptizãt ſecm ſenſum veſtrum? an mortui nõ ſunt vt cętera taceã, & dicã qđ omnibus C
notũ atq; quotidianũ eſt, ebrioſi, cũ de vidua dicat Apoſtolus, Quæ autẽ in delitijs 1. Ti. 5.
agit, viuens mortua eſt. Deinde in illo cõcilio veſtro quo Maximinianum cum ſuis authoribus vel ſuis miniſtris dãnaſtis, excidit tibi q̃ eloquenter dixeritis Aegyptiorũ ad Exo. 14.
modum exemplo pereuntiũ funeribus plena ſunt

na sunt littora, quibus in ipsa morte maior est pœna q̃ post extortam aquis vltricibus animam, nec ipsam inuenerũt sepulturam? & tamen vnus eorum Felicianus vtrum reuixerit, vos videritis. Secũ tamen apud uos intus habet, quos foris mortuus baptizauit. Sicut ergo à viuo baptizat q̃ viui Christi baptismo induitur, sic à mortuo baptizatur qui mortui. Saturni vel cuiuslibet alterius baptismo inuoluitur, vt interim cito dicamus qũo verba q̃ posuisti sine cuiusquã nostrum angustia possint intelligi, nã sicut accipiuntur à nobis, non vos explicare, sed nos vobiscum implicare contenditis.

Cap. 8. Petilianus dixit, Agendum, inquã, nobis dicendum q̃; est, quatenus perfidus traditor vita mortuus habeatur. Iudas Apostolus fuit cum traderet Christum: Idemq̃; honore Apostoli perdito spiritaliter mortuus ẽ, suo postea laqueo moriturus, sicut scriptũ

Mat.27. est, Pœnitet me, inquit, quia tradidi sanguinem iustum, & abijt & laqueo se suspendit. Laqueo traditor perijt, laqueũ talibus de-

Ioã. 17. reliquit: De quo dominus Christus clama-
D uit ad patrem, Pater quos dedisti mihi, oẽs seruaui, & ex illis nullus perijt nisi filius perditionis, vt impleretur scriptura. Olim nanq; Dauid sic in eũ sentẽtiã dixerat qui

Ps. 108. esset Xp̃s p̃fidis traditurus, Ep̃atũ eius accipiat alter: sit vxor eius vidua, et filij eius orphani. Ecce quãtus est spũs p̃phetarum vt cũcta futura pro p̃sentibus viderit, vt ante plurima secula nasciturus traditor dãnaretur. Denique vt dicta sentẽtia complere-

Acto. 1. tur, Ep̃atum eius Apostoli perditi sanctus Matthias accepit, nemo hinc stolidus, nemo p̃fidus disputet, triumphũ Matthias, nõ iniuriam retulit, qui de dñi Xp̃i victoria spolium retulit p̃ditoris. Hoc igitur facto Ep̃atum tibi quid vẽdicas hæres nequioris traditoris? Iudas Christũ carnalem tradidit,

Mat.26. tu spiritalem, furens Euangelium sanctum flammis sacrilegis tradidisti. Iudas legislatorẽ tradidit p̃fidis, tu quasi eius reliquias legem dei perdendã hominibus tradidisti: qui si legem diligeres, vt iuuenes Machabæi, pro dei legibus necareris. Si nec dici ho-
E minũ põt quos moriẽdo pro domino perficit immortales, quorũ vnus. s. fratrũ tyran-

2.Ma.7. no sacrilego hac fidei voce respõdit, Tu q̃dem scelerate & impie de præsenti vita nos perdis: res aũt mundi qui regnat in æternũ, & regni eius non erit finis, mortuos nos p̃ suis sanctis legibus, in æternæ vitæ conser-

uationẽ resuscitabit. Si hominis mortui testamentũ flammis incenderes, nonne falsarius punireris? Quid de te ergo futurum est, qui sanctissimam legẽ dei iudicis incendisti? Iudã facti vel in morte pœnituit: te non modo non pœnitet, verumetiam nequissimus traditor nobis legem seruantibus persecutor & carnifex existis. AVG. respondit, Vide quid interfit inter vestras maledicas voces & nostras veridicas assertiones. Attende paululũ. Ecce exaggerasti crimen traditionis, & inuidiosissimis verbis velut captiosus inuentor, Iudæ nos p̃ditori comparasti. Ad hoc tibi ego tũ breuissime rñdeo: Non feci quod dicis, non tradidi, falsa objcis, nunquã id probabis: Nonne omnis iste verborum ingentiũ fumus repente dilabitur? An forte p̃bare conaberis? Hoc er F go prius faceres, & deinde in nos tanquam in conuictos quo velles cumulo inuectionis insurgeres. Ecce vna vanitas, audi altrã. Tuipse cũ de p̃dicta Iudæ dãnatione loquereris, dixisti, Ecce quantus est spiritus Prophetarũ, cũcta futura pro præsentibus viderit, vt ante plurima secula nasciturus traditor damnaretur: & non vidisti in eadẽ prophetia stabili & certa & inconcussa veritate qua p̃dictum est q̃ vnus discipulus traditurus esset Christum, prædictum etiã q̃ totus mundus esset crediturus in Christũ. Cur attendisti in prophetia hominem qui tradidit Christum, & non ibi attendisti orbem pro quo est traditus Christus? Quis tradidit Christum? Iudas. Quibus eum tradidit? Iudæis. Quid ei fecerũt Iudæi? Fode Psal.21
runt, inquit, manus meas & pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerũt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimẽtum meũ miserunt sortem. Quantum sit ergo quod tanto precio emptum est, in Psalmo ipso paulopost lege. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium: Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Quis autem potest ad commemoranda cætera de orbe crediturο innumerabilia prophetica documenta sufficere? Sed tu laudas prophetiam quia vides in ea hominem, qui vendidit Christum: nec in ea vides possessionem, quam emit venditus Christus. G
Ecce altera vanitas, Audi tertiam. Inter multa tuæ inuectionis verba dixisti, Si hominis

minis mortui testamentum flammis incenderes, nonne falsarius punireris? Quid de te ergo futurum est, qui sanctissimam legẽ dei iudicis incendisti? Hæc dicens non attẽdisti, quod te vtiq; mouere deberet, quomõ fieri posset vt nos testamentum incenderemus, & in ea hæreditate consisteremus quæ illo testamento conscripta est: vos autem mirum est testamentum seruasse, & hæreditatem perdidisse. Nonne in eo testamẽto scri

Psal. 2. ptum est, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuã terminos terræ? Huic hæreditati communica, & objce mihi de testamento quod velis. Nam quæ dementia est ideo testamentum tradere te voluisse flammis, vt contra verba litiges testatoris? Nos autẽ cum habeamus in manibus gesta Ecclesiastica & municipalia in quibus ligamus eos qui contra Cæcilianum alterum Ep̃m ordinauerunt, & potius fuisse diuinorum codicũ traditores, non tũ insultamus, non inuehimur in vos, nec sanctarũ paginarum cineres in ve-
H stris manibus plangimus, nec Machabæorum flagrantia tormenta sacrilegio vestri tumoris opponimus dicentes vestra potius membra q̃ dei eloquia ignibus tradideritis. Nolumus enim esse vani vt alienis cõmissis, quæ aut ignoratis aut improbatis, vobis inanem strepitum concitemus. Quòd aũt vos à totius orbis communione separatos videmus, quod scelus & maximum & manifestum, & omnium vestrum est, si exaggerare velim, tempus me citius q̃ verba deficient. Et hoc tu si defendere velis ea es objecturus orbi terrarum, quæ si obijcienda sunt, admones vnde amplius accuseris: si objcienda non sunt, nõ defenderis. Vt quid ergo inflaris aduersus me de traditione, quæ nec mea est, nec tua? Si manet illud pactũ, vobis objcimus aliena: si autem nõ manet, tua potius est quàm mea: quanq̃ & manente illo pacto arbitror me iustissime dicere,

Matt.27 vt ille iudicet socius eius qui tradidit xp̃m, qui cum toto orbe se non tradidit xp̃o. Er-

Gala. 3. go, inquit Apostolus, Abrahæ semen estis

Rom.8. secdm promissionem hæredes. Et iterũ dicit, Hæredes quidem dei, cohæredes autem xp̃i. Idẽq̃; semen Abrahæ ad oẽs gentes pti

Gen.22 nere demonstrat ex illo quod Abrahæ dictum est, In semine tuo bñdicentur omnes
I gentes. Quapp puto iustum esse qd postulo, vt testamentũ dei quod iã olim apertum est, aliquantũ aduertamus, & quẽ non inue-

nerimus traditi cohæredem, ipsum iudicemus traditoris hæredem: Ille pertineat ad Christi venditorem, qui xp̃m negat orbis redemptorem. Nempe qñ se post resurrectionem discipulis demonstrauit, & palpanda membra dubitantibus præbuit, hoc illis ait, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die & Luc.24.
prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorũ p oẽs gentes incipiẽtibus ab Hierusalem. Ecce à qua hæreditate vos alienatis: Ecce cui hæredi resistitis. Itane vero parceret Christo in terra ambulanti, qui contradicit in cœlo sedenti? Adhuc non intelligitis, qm̃ quicquid nobis objcitis sermoni eius objcitis. Promittitur Christianus orbis, & creditur, impletur, & contradicitur. Cogitate obsecro quid pati pro tanta impietate debuistis, & tamen si quid passi estis nescio, non vidi, non feci: tu hodie qui non pateris vim persecutionis meæ, redde mihi rationẽ separationis tuæ. Sed iterum ac sæpe dicturus es quæ si non p̃bas, ad neminẽ pertinent: si aũt probas, ad me non pertinent. K

Petilianus dixit, His ergo criminibus se Cap. 6
ptus, esse verus Eps non potes. AVG rñdit, Quibus criminibus? Quid docuisti? q̃d ostendisti? Et si ostendisses crimina nescio quorum, quid hoc ad semen Abrahæ, in quo benedicentur omnes gentes? Gen.22

Petilianus dixit, Si Apostoli persecuti Cap. 10
sunt aliquẽ, aut aliquẽ tradidit xp̃s? AVG. 23. q. 4.
respondit, Possem quidem dicere ipsum sa ca. Qui
tanam omnibus malis hominibus esse peio peccat.
rem, cui tamen tradidit Apostolus hominẽ 1.Co.5.
in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in 1.Ti. 1.
die domini Iesu. Itemq̃; alios, de quibus di Ioan. 2.
cit, Quos tradidi satanæ vt discãt non blasphemare. Et dñs xp̃s flagellatos expulit de tẽplo improbos mercatores, vbi ẽt cõnexũ est testimoniũ scripturæ dicẽtis, Zelus domus tuę comedit me. Ecce inuenimus Apo Psa. 68.
stolũ traditorẽ, xp̃m persecutorem. Possem ista dicere, & te in non paruos æstus mittere, vt non querelas eorũ qui patiuntur, sed animum eorum qui faciunt quærere cogereris: Sed hic noli laborare, non ea dico, sed dico ad semen Abrahæ, quod est in omnibus gentibus, non pertinere, si quid non recte vobis factum est, fortasse à palea dñicæ segẽtis, q̃ nihilominus est in omnibus gẽtibus, Vos ergo reddite rationẽ separationis L
vr̃æ: Sed prius attẽdite quales habeatis quos

vobis

vobis obijci non vultis, & videte q̃ inique faciatis, cum aliena facta nobis abijcitis, & si ea quæ dicitis probaretis. Ita nulla erit ratio separationis vestræ.

Cap.11. Petilianus dixit, At.n. aliqui dicent, Filij nõ sumus traditoris: Eius est aliqs filius cuius facta sectat. Hi.n. certissimi filij sunt, ij demq; parẽtibus similes, quos nõ ista caro nec sanguis, sed mores & facta parẽtibus cõ similes genuerũt. AVG. rñdit, Pauloante nihil contra nos dicebas, nunc & iam cœpisti dicere & pro nobis. Hæc.n. propositio tua in eo te tenet, vt si nos hodie cũ quibus agis non conuiceris traditores & homicidas, etsi quid aliud criminaris, quicquid tale ostenderis in eis qui nos tpe præcesserunt, omnino nobis obesse non possit. Quorum.n. dissimilia facta habemus, eorum filij esse non possumus. Et vide quò te commiseris: si aliquem forte etiã nostræ ætatis hominem, & nobiscum viuentem, de aliquo tali reatu forte conuiceris, nullo modo præiudicat omnibus gentibus q̃ in semine Abrahæ bñdicun
M tur, à quibus tu te separando sacrilegus inueniris: ita quod fieri non potest, nisi oẽs q̃ vbiq; sunt noueris, omniumq; mores & facta non solum didiceris, sed ẽt demonstraueris, & tam mala esse q̃ dicis, non habes cur obijcias orbi terrarũ, qui est in sanctis, nescio quos parentes quibus eos probas esse consimiles. Nec te aliquid adiuuabit, si etiã demõstrare potueris eos qui tales nõ sunt, cum eis qui tales sunt sumere sacramenta communia. Primò quia vosipsos respicere debetis, cum quibus ea celebretis, quibus detis, quibus sumatis, & vobis eos obijci nolitis. Deinde si filij sunt Iudæ, qui diabolus inter Apostolos fuit, quicũq; facta eius imi
Ioan. 6. tantur: cur nõ filios Apostolorũ, dicamus, qui non facta sua cum talibus, sed dñi sacra
Ioã. 13. menta communicant sicut dñicam cœnam cum illo traditore sumpserunt? Ideo nobis lõge dissimiles, q̃ hominibus vnitatem seruantibus, hoc obijcitis, quod conscissã vnitate vos facitis?

Cap.12. Petilianus dixit, De seipso Iudæis dicit
Ioã. 20. dominus Christus, Si non facio facta patris mei, nolite mihi credere. AVG. respondit, Iam supra respondi hoc, & verum est, & pro nobis contra vos est.

Cap.13 Petilianus dixit, Falsidicos & mendaces
Ioan. 8. sic identidem obiurgat, Filij diaboli estis, &
A ab initio.n. ille accusator fuit, & in veritate nõ stetit. AVG. rñdit, Nõ solemus legere, ille accusator fuit: sed, ille homicida fuit. Quærimus aũt vñ fuerit diabolus homicida ab initio, & inuenimus, q̃ primum hominẽ occiderit, non gladiũ stringendo, aut aliquâ vim corporaliter infligẽdo, sed psuadendo pctm̃, & à paradisi fœlicitate deiiciendo. Quod tũc paradisus, hoc nũc Ecclesia. Diaboli ergo filij sunt, qui homines ab Ecclesia seducẽdo interficiũt. Sicut aũt p verba dei nouimus vbi sit plantatus paradisus, sic p verba Xp̃i vbi sit Ecclesia, didicimus, Luc.24
Per oẽs, inquit, gentes incipiens ab Hierusalẽ. Ab isto vniuerso ad partem quamlibet quisquis separat hominem, ille diaboli filius & homicida conuincit. Sed & verbum q̃d ipse posuisti, vt de diabolo diceres, Ille accusator fuit, & in veritate non stetit, vide in quos conueniat. Accusatis.n. orbẽ terrarũ criminibus aliorũ, quos ẽt ipsos accusare potius q̃ conuincere potuistis, & in veritate Christi non stetistis. Ille enim dicit, Ecclesiam per omnes gentes incipientem ab Hierusalem: vos autem in parte Donati.

Petilianus dixit, Tertio quoq; similiter Cap.14
persecutorum dementiam hoc nomine ap- Mat.23.
pellat, Progenies viperarum, quomodo fu- B
gietis iudicium gehennæ? Ideoq; mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & flagellabitis in synagogis vestris, donec veniat sup vos omnis sanguis iustus, quẽ effudistis in terrã sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Nunquid vere carnales sunt filij viperarum, ac non magis mẽte serpentes & linguæ malitia, tactuq; mortifero & spiritu veneni flagellantes? Vere viperæ facti sunt, qui insontibus populis mortes morsibus vomuerunt. AVG. rñdit, Hæc si dicã de talibus esse dicta, quales vos estis, rñ detis, proba. Quid.n. tu probasti? Aut si eo putas probari dñr, non opus est eadẽ repetere. Recita illa ipsa tibi, & à vobis in vos: Ecce & ego probaui, si hoc est probare, & tñ disce quid sit probare: Neque.n. extrinsecus quæro documenta, vt vos viperas probem. Ecce idipsum vipereum est, non habere in ore firmamentum veritatis, sed venenum maledictionis, sicut scriptum est, Ve- Psa.13
nenum aspidum sub labijs eorum. Et hoc C
quia passim à quolibet in quẽlibet dici põt, quasi quæreretur, quorũ, cõtinuo subiecit. Quorum os maledictione & amaritudine plenũ ẽ. Cũ ergo talia dicitis in homines p totum

totum mundum dispersos, & quos omnino ignoratis, quorum etiam multi nec Cæciliani, nec Donati nomen audierunt, nec auditis, in silentio respondentes, Non ad nos pertinet quicquid dicitis, non vidimus, non fecimus, quid loquamini penitus ignoramus. Vos qui nihil aliud vultis q̃ dicere q̃d probare omnino nõ potestis, q̃d aliud q̃ os vestrum maledictione & amaritudine plenum est? Iam videte vtrum vos posìtis oũ dere non esse viperas, nisi ostenderitis oẽs Christianos omniũ gentiũ traditores esse, & homicidas, & nõ esse Xp̃ianos, Immo vero ẽt si potestis singulorũ hominũ per totũ orbem diffusorũ vitas & facta nosse & oñdere: tñ antequam id faciatis, & temere iactatis, os vestrum vipereum est, os vestrũ maledictione & amaritudine plenum est. Ostendite iam si potestis, quem Prophetã, quem sapientem, quem scribã occiderimus & crucifixerimus, & flagellauerimus in synagogis nostris. Attendite quanto labore impenso, nullo modo probastis, q̃ Donatus & Marculus Prophetæ fuerunt, aut sapien-
D tes scribæ, quia non fuerunt. Quod etsi potestis, quid faciatis vt ostendatis à nobis occisos, quos nec nosipsi nouimus, quanto minus orbis terrarum, cui venenoso ore male dicitis? Aut vnde potestis ostendere animũ nos habere consimilem interfectoribus eorum, quos nec saltem ab aliquibus interfectos potestis ostendere? Attendite hæc omnia, videte vtrum aliquid horum vel de orbe terrarum probare possitis: cui tamen maledicere non quiescitis: In vobis vera oñditis, quæ de illo falsa iactatis. Porrò si nos velimus probare vos esse interfectores Prophetarum, nimis longum sit vt per loca singula colligamus, quas furiosi principes Circuncellionum & ipsæ cateruæ vinolentorũ atque insanorum iuuenũ ædiderint ab initio schismatis vestri, sed & omnino ædere non desistant strages de proximo agro. Proferantur eloquia diuina quæ versantur in manibus & nostris & vestris, eos teneamus interfectores Prophetarum, quos contradictores inuenerimus linguis Prophetarum. Quid doctius dici potest? quid citius ostendi potest? Mitius ageretis traijciendo ferrũ per viscera Prophetarum quàm q̃ lingua interficere conamini verba Prophetarum. Dicit Propheta, Commemorabuntur &
E conuertentur ad dominum vniuersi fines
Psal.21. terræ. Ecce agitur, ecce impletur. Vos autẽ non solum contra id quod dicitur, aures incredulus clauditis, sed etiam contra id quod iam geritur, linguas furiosas exeritis. Audiuit Abraham dictum, In semine tuo benedi Gen.22
centur omnes gentes: & credidit, & reputa- Rom.4.
tum est ad iustitiam. Vos videtis factum, & reclamatis: & non vultis deputari vobis ad iustitiam, q̃ recte deputaretur, etiam si non dum factum, sed tantummodo dictum non crederetis. Immo non solum non vultis vobis deputari ad iustitiam, sed etiam si quid pro hac impietate patimini, deputari vultis vobis ad iustitiam. Aut si non sunt istæ persecutiones Prophetarum, quia non fiũt ferro, sed verbo: quæ fuit causa, vt diuinitus diceretur, Filij hominum dentes eorum ar- Psal.56.
ma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus? Sed quando colligam ex Prophetis omnibus omnia testimonia Ecclesiæ toto orbe diffusæ, quæ omnia contradicendo interficere & extinguere conamini. Sed ligati estis, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Psal.18.
Veruntamen vnum illud commemorabo ex ore domini, qui testis est testium. Oportebat, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt F
in lege & Prophetis & Psalmis de me. Luc.24.
Quæ sint hæc, ipse indicet. Tunc aperuit illis sensum, inquit, vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportet Christum pati & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorũ per oẽs gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ecce quid scriptũ est in lege & Prophetis & Psalmis de domino. Ecce quid de se, & de Ecclesia ipse dominus aperuit, se ostendens, illã promittens. Vos autem instanter, manifestis testimonijs resistentes, & ea quia delere non potestis, deprauare conantes: quid faceretis, si inueniretis membra Prophetarum, qui sic sæuitis in eloquia Prophetarũ, vt nec dominum audiatis impletorem, manifestatorem, expositorem Prophetarum? Nam quantum potestis, etiam ipsum cẽdi tis, quando ipsi non creditis.

Petilianus dixit, De vobis quoque Da- Cap.15.
uid persecutoribus hæc dicit, Sepulchrum Psal.13.
patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendũ sanguinẽ. Cõtritio & infœlicitas G
in vijs eorũ, & viã pacis nõ cognouerũt, nõ
est timor

est timor dei ante oculos eorũ, Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatẽ, qui deuorant plebẽ meam, sicut cibũ panis? AVG. respondit, Sepulchrũ patens est gutur eorum: vnde mendaciorum mortes exSap. 1. halant. Os enim quod mentitur, occidit animam. Si autem, nihil est verius q̃ id quod Luc. 14. dixit Christus, Ecclesiam suam per omnes gentes incipiẽtem ab Hierusalem: nihil est mendacius q̃ id quod dicitis, in parte Donati. Linguæ autem dolosæ sunt eorũ, qui cũ facta sua nouerint, non solum iustos se dicunt esse homines, sed etiam iustificatores Rom. 4. hominum, quod de vno dictum est, Qui iu Rom. 3. stificat impium: & ꝙ sit iustus & iustificãs. Nam de veneno aspidum, & oris maledictione & amaritudine pleno, satis diximus. Veloces pedes autem ad effundendum sanguinem, etiam Maximinianistas habere dixistis, testis est plenarij vestri concilij sententia, totiens gestis procõsularibus & municipalibus allegata. Illi autem neminem quantum audimus, corporaliter occiderunt. Intellexistis ergo etiam spiritali cæde H animarum sanguinem fundi gladio schismatis, quod in Maximiniano damnastis? Videte ergo si non sint pedes vestri veloces ad effundẽdum sanguinem, cum præciditis homines ab vnitate orbis terrarum, si & hoc in Maximinianistis recte dixistis, quia præciderunt aliquos à parte Donati. Itane nos viam pacis non cognouimus, qui studemus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis? Et vos eam nostis, qui sermoni quem Xps habuit post resurrectionem cum discipulis suis, tam pacifico, vt inde inciperet dicens, Ioa. 20. Pax vobis: tamen ita resistitis, vt nihil aliud quàm hoc ei dicere conuincamini, tu quod dixisti de vnitate omnium gentium falsum est: nos quod dicimus de crimine omnium gentium, verum est? Qui dicerent ista, si esset timor dei ante oculos eorum? Videte ita que si non ista quotidie dicẽdo plebem dei diffusam toto orbe terrarum, tanquam cibum panis dentibus finire conamini.

Cap. 16. Matt. 7. Petilianus dixit, Monet etiam dominus Christus, Cauete à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. AVG. respondit, Si abs te quærã, quibus nos fructibus lupos esse rapaces cognoscatis, dicturus es crimina aliena, nec in eis quorum esse dicuntur vnquam probata. Si aũt tu à me quæras, quibus fructibus vos potius esse lupos rapaces cognoscamus, obijcio schismatis crimen, quod tu I negabis, ego aũt statim probabo: Neque. n. communicas omnibus gentibus, & illis Ecclesijs Apostolico labore fundatis. Hic dicturus es, Non communico traditoribus & homicidis. Rñdet tibi semen Abrahæ, Hęc sunt illa crimina, vel non vera, vel nõ mea. Sed hæc interim sepono, tu oñde Ecclesiã. Iam vox illa mihi sonabit, quam in pseudoprophetis vitandam dñs monuit oñdentibus partes, & ab vniuerso alienare conanti bus: Ecce hic est Xps, ecce illic: sed vsqueMat. 24 deo putas veras oues Xpi cor non hre, quibus dictũ est, Nolite credere: vt lupum audiant dicentẽ, Ecce hic est Xps: & pastorem non audiant dicentem, Per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Luc. 24

Petilianus dixit, Sic sic improbe psecutor, quocunq; te velamine bonitatis obtexeris, quocuuq; nomine pacis bellum oscu lis geras, quolibet vnitatis vocabulo homi num genus illicias, qui hactenus fallis ac decipis, vere diaboli filius es, dũ moribus indicas patrem. AVG. rñdit, Hæc à nobis in vos dicta esse reputa, & vt noueris in quos potius conueniant, quæ superius dixi commemorata. K

Petilianus dixit, Nec adeo mirũ quod ti Cap. 1 bi nomen Episcopi illicite assumis: Hæc est vera diaboli consuetudo, ita demum decipere si sibimet vendicet vocabulũ sanctitatis, Apostolo prædicante, Nec mirum est, 2. Cor inquit, qm̃ ipse satanas transfigurat se velut angelum lucis, & ministros suos quasi ministros iustitiæ. Nec mirũ est ergo ꝙ te falsum Epm̃ vocas: Nã & illi angeli pditi, amatores virginũ mũdanarũ, q̃ carne corrũ pẽdo corrupti sunt, licet diuinis exuti virtutibus angeli esse desierint, nomen tũ retinẽt angelorũ, sesq̃; semẽ ꝑ angelos putãt, q di uina soluti militia in exercitũ diaboli similes trãsierũt, deo magno clamãte, Nõ ꝑma Gene. nebit spũs meus in hominibus istis in æternũ, qm̃ caro sunt. Quibus reis ac vobis dicet dñs Christus, Ite in ignẽ æternũ, quem Mat. 1 parauit pater meus diabolo & angelis eius. Si angeli mali non essent, diabolus angelos nõ haberet, quos & sanctus Apostolus in il 1. Cor lo iudicio resurgendi à sanctis hominibus dicit esse dãnandos. Nescitis qm̃ angelos iudicabimus? Si veri angeli essent, iudiciũ in angelos dei homines nõ haberẽt. Sic quoq; Apostoli sexaginta, qui cũ dño Xpo duodecim de-

cim derelictis à fide apostatæ recesserũt, in L tm̃ hominibus miseris adhuc putant Apo Ioan. 6. stoli, vt ex his Manichæus & cæteri multis diabolicis sectis multas animas implicent, quas vt caperent perdiderunt. Nam profecto perditus Manichæus, si tamen non in illis sexaginta fuit ponendus est, si nomẽ eius inter duodecim Apostolos continetur, aut in locũ Iudæ traditoris subrogato Matthia, voce Christi ordinatus est tertiusdecimus Paulus, qui sese Apostolũ nouissimum memorat, ne, quisquis esset posterior, Apostolus crederet. Sic. n. dixit, Ego sum minimus 1. Co. 15. Apostolorũ, qui nõ sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiã dei. Nec hic vobis blandiamini, Iudæus hæc fecerat, licet & vos nobis perniciem vt Pagani faciatis. bellum nanque illicite gerimus, quibus non licet repugnare. Vos enim cupitis viuere nobis occisis, uobis vero victoria est fugere vel occidi. AVG. rñdit, Videris quemadmodum testimonia scripturarũ posueris, vel quomodo intellexeris, nihil adrem, de qua nunc agitur. Ad hoc enim certe ista omnia dixisti, vt probares esse falsos Episcopos sicut falsi sunt angeli & falsi Apostoli. Nouimus & nos esse falsos angelos & falsos Apostolos & falsos Episcopos, & si M cut dicit verus Apostolus, falsos fratres. Sed cũ ab vtrisque aduersus inuicẽ possint ista iactari, ꝓbare aliq̃d opus est, nõ inaniter loqui, In quos tũ cõueniat crimẽ fallaciæ, recole q̃ supra diximus, & inuenies, ne tædio simus legentibus eadem sæpius repetendo. Et tamẽ q̃d hoc ad Ecclesiã toto orbe terrarũ diffusam, siue qđ de palea eius, q̃ cum illa per totum mundũ est, potueris dicere, siue quod de Manichæo dixisti, vel de cæteris diabolicis sectis? Si enim ad triticum non pertinet quicquid etiam de palea dicitur, quæ adhuc cum illo est, quanto minus pertinent ad membra Christi toto orbe diffusa, tam olim & tam aperte separata Ca. 19. portenta.

Petilianus dixit, Iubet nobis dñs Chrs, Mat. 10 Cum vos persecuti fuerint homines in ciuitate ista, fugite in alteram. Quod si in ea vos persequentur, fugite in aliam. Amen dico vobis: non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis. Si de Iudæis & Paganis nobis ꝓmonet, tu qui Christianũ te memoras, dira facta gẽtiliũ nõ debes imitari. An sic deo seruitis vt vris manibus occidamur? Erratis erratis si hoc credi-

tis miseri: Nã non habet deus carnifices sacerdotes. AVG. rñdit, Fugere de ciuitate A in ciuitatẽ à facie psecutionis, non hæreticis vel schismaticis pceptũ siue permissum est, quod estis vos, sed prædicatoribus Euãgelij, cui resistitis vos. Quod & facile probamus: nũc certe in ciuitatibus nris estis, & nemo vos psequit. Prodeundũ ergo vobis est & reddenda ratio separationis vestræ: Neq; n. sicut excusat infirmitas carnis, qũ cedit violentiæ persecutionis, sic debet & veritas cedere falsitati. Proinde si persecutionem patimini, quare non dimittitis ciuitates in quibus estis, vt impleatis qđ de Euãgelio commemoratis? Si autem non patimini persecutionem, quare nobis rñdere non vultis? Aut si timetis fortè ne cum responderitis persecutionem patiamini, quomodo ergo imitamini eos prædicatores, quibus dictum est, Ecce mitto vos sicut oues in me- Mat. 10 dio luporum? Quibus item dictũ est, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animã autem non possunt occidere. Et quomodo non facitis contra præceptum Petri Apo- 1. Pe. 3. stoli, qui ait, Parati semper ad rñsionẽ omni poscenti vos de fide & spe vestra. Postre 33. q. 4. mo quare per violentissimas turbas etiam ca. Qui vltro improbi estis Ecclesijs catholicis, vbi B poteritis aduertere quod innumerabilibus exemplis res ipsa indicat? Sed dicitis vos loca vestra defendere, & resistitis fustibus & cædibus quibuscunque potueritis. Quare ibi non audistis vocem domini dicentis, Matt. 5. Ego autem dico vobis non resistere malo? Aut si fieri potest, vt aliquãdo recte ꝑ vim corporalem resistatur violẽtis, nec ideo ꝓcptũ violetur, quod audimus à domino, Ego autem dico vobis non resistere malo. Cur non etiam hoc fieri potest, vt per ordinatas & legitimas potestates de sedibus, quæ illicite vsurpantur, vel ad iniuriam dei retinentur, pius expellat impium, & iustus iniustum? Neque enim eo modo persecutionẽ passi sunt Pseudoprophetæ ab Helia, quomodo ipse Helias à rege nequissimo. Aut qa flagellatus est dominus à psecutoribus, propterea passionibus comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo vt nihil aliud requirendum esse fateamini, nisi vtrum iuste an impie vos separaueritis à communione orbis terrarum. Nam si hoc inuentum fuerit, quòd impie feceritis, non miremini si nõ desunt ministri deo ꝑ quos flagellamini: qa pseculione

tione patimini, nõ a nobis, sed sicut scriptũ
C est, ab ipsis factis vestris.

Ca. 20. Petilianus dixit, Clamat rursus de cœlo
Acto. 9. dominus Christus ad Paulum. Saule Saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Saulus tunc dictus est, vt ei postmodum baptisma componeret nomen. Vobis ergo nõ durũ est Christum totiens persequi, qui in sacerdotibus suis domino ipso clamãte, Ne tetigeritis Christos meos, sanctorum computate tot funera, & viuacem Christũ totiens occidistis? Postremo si sacrilegus non sis, sanctus esse nõ potes homicida. AVG. rñdit, Defendite vos ipsos à psecutione quã passi sunt à vestris, qui cum Maximiniano se à vobis separauerũt, & illic inuenietis defensionem vestrã. Si enim dicitis non vos fecisse, gesta procõsularia & municipalia recitamus. Si dicitis recte vos illis fecisse, cur ipsi talia pati non vultis? Si dicitis, sed nos schisma non fecimus: Hoc ergo quęratur, & antequã cõstet an ita sit, nemo persecutores accuset. Si etiã dicitis, schismaticos persecutionem pati nõ debuisse: q̃ro vtrũ & de basilicis, in quibus insidiantur ad seducendos infirmos, expelli per ordinatas potestates non debeant. Si
D dicitis, nec hoc debere, reddite prius Maximinianistis basilicas, & sic nobiscum agite. Si dicitis debere quæri etiam quid pati debeant à potestatibus ordinatis, qui eis resistendo dei ordinationi resistunt. Sed Vnde
Ro. 13. aperte Apostolus dicit, Non enim sine cã gladium portat, vindex est enim in iram ei qui male agit. Quòd si omnino diligenter veritate tractata hoc inuentũ fuerit, vt nec per iudicia publica schismatici aliquid pati debeant, nec de locis insidiarum & fallaciarum suarum pelli, & dixeri is vobis displicere, q̃ Maximinianistæ à quibusdam vestris ista perpessi sunt, cur non liberius de toto agro domini, id est, de toto mundo clamant frumenta dominica, nec ad nos pertinẽt q̃ zizania, vel quod palea nostra committit, quia displicet nobis. Si vobis sufficere ad purgationem fatemini, quoniam quicquid mali fit à vestris, displicet vobis: quare vos er-
Gala. 6. go separastis? Hinc enim vos accusat ipsa vestra defensio. Si enim propterea vos ab iniquis partibus Donati non separatis, quia vnusquisque sarcinam suam portat: cur ab iniquis orbis terrarum quos putatis aut fingitis, uos separastis? An vt sarcinam schismatis oẽs pariter portaretis? Et cũ q̃rimus à vobis, quos vestrum à nostris probetis occisos, nullam quidem legem ab imperatoribus datam vt occideremini recolo. Illi aũt E de quibus maximam inuidiam facere soletis, Marculus & donatus, vt moderatius dixerim, incertũ est vtrũ seipsi p̃cipitauerint, sicut vestra doctrina non cessat quotidianis exemplis: an vero alicuius potestatis iussu præcipitati sint. Si enim incredibile est magistros Circũcellionum solitas mortes sibimet intulisse, quanto incredibilibus potestates Romanas insolita supplicia iubere potuisse? Itaque de hac re quam nimis inuidiosam putatis, si verum est quod dicitis, quod hoc pertinet ad dominicum triticum? Palea quæ foras volauit, paleam q̃ intus remansit accuset: Nõ.n. tota poterit nisi ventilabro vltimo separari. Si aũt falsum est, quid mirum si palea tanquã leui flatu dissensionis ablata, etiã dñicum triticum falsis insectet criminationibus? Quapropter de omnibus talibus inuidiosis criminibus hoc vobis frumentũ Chri, q̃d per agrũ, id est, per totum mundũ cum zizanijs crescere iussum est, libera & secura voce rñdet. Si non probatis q̃d dicitis, ad neminem pertinet: si aũt probatis, ad me non pertinet. Ex quo fit vt qui cunq; se ab ista vnitate frumenti pp̃ zizaniorum vel paleæ crimina, separauit, pp̃ ipsum dissensionis & schismatis malum, ne ab F ipso crimine homicidij se possit defendere, dicente scriptura, Qui odit fratrem suum
1.Ioã. 3. homicida est.

Petilianus dixit, Ergo, vt diximus, domi Ca.
nus Christus clamauit ad Paulum. Saule Acto
Saule, quid me p̃sequeris? durũ est tibi contra stimulum calcitrare. Dixit aũt Paulus, Quis es Dñe? Eiq̃ respõsum est, Ego Xp̃s Nazarenus, quẽ tu p̃sequeris. Et ille
Ioã. 14. tremẽs ac stupẽs dixit, Dñe q̃d me vis facere? Et dñs ad illũ, Surge & intra in ciuitatẽ, & dicẽt tibi q̃d te oporteat facere. Et inter positis, Surrexit aũt Saulus de terra, apertis oculis nihil videbat. O vltrix furoris cæcitas, oculorũ p̃sequentis lumẽ obnubilis, solo baptismo recessura. Videamus ergo in ciuitate quicquid gesserit. Introijt, inquit, Ananias ad Saulũ, & cũ imposuisset ei manus, ait, Saule frater, dñs misit me Iesus qui visus est tibi in via qua veniebas, vt videas & implearis spũsancto. Cõfestim ceciderũt ab oculis eius tanquã squamæ, & visum recepit, & surgẽs baptizatos est. Cũ igit̃ Paulus à crimine p̃sequẽdi baptismo liberatus, oculos

oculos sumpserit innocẽtes, cur nõ vis per-
G secutor & traditor cæcus falso baptismate ab ijs quos insequeris baptizari? AVG. respondit, Nec persecutorem nec traditorẽ probas, quẽ uis denuo baptizare. Et si probas aliquem, non est tamen denuo baptizandus persecutor & traditor, si iã Christi baptismo baptizatus est. Paulum quippe propterea baptizari oportuit, qui nunquam tali baptismo tinctus fuit. Itaque nihil habet simile ad causam quam nobiscum agitis, q̃d de Paulo interponere voluisti. Sed si hoc non interposuisses, querili declamationi locum non inuenisses, vbi diceres, O vltrix furoris cęcitas, solo baptismo recessura. Quanto enim fortius in vos exclamandum est, O vltrix furoris cæcitas: quæ non Paulo comparata sed Simoni, nec accepto baptismo recedit à vobis? Nam si persecutores ab eis quos persequuntur baptizandi sunt, Primianus à Maximinianistis baptizatur, quos instantissime persecutus est.

Ca. 22. Petilianus dixit, At enim constanter op
Ioã. 13. ponitis, dixit Apostolis Christus, Qui semel lotus est, non habet causam nisi pedes lauãdi, sed est mũdus totus. Si verba ista plene discutias, subsequẽtis obtineribus. Sic nã
H que locutus est, dicẽs, Qui semel lotus est, non habet causam nisi pedes lauãdi, sed est, mundus totus: Et vos mundi estis, sed non omnes. Hoc autem dixit propter Iudã qui eũ fuerat traditurus. Quisq̃s ergo traditor
Ioã. 15. fact⁹ es, baptismũ p̃didisti. Deniq; postquã ipse dãnatus est traditor Christi, Apostolos vndecim sic plenius confirmauit, Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis, manete in me & ego
Ioã. 14. in vobis. Et iterum his vndecim dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. Cum hęc ergo damnato, vt diximus traditore, Apostolis vndecim dicta sunt, vos quoque traditores similiter pacem & baptismum non habetis. AVG. reponit, Si ergo perdidit baptismum traditor, quisquis à uobis baptizatus postea traditor factus fuerit, si ad uos redire voluerit, denuo baptizetur: quod si non facitis, satis uosipsi iudicatis falsum esse quod dictum est, Si quis ergo traditor factus est, baptismum perdidisti. Si enim perdidit, redeat & recipiat: si autem redit & non recipit, non perdiderat. Deinde si propterea dictum est Apostolis, Iam vos mundi estis: &, Pacem meam do vobis: quia iam inde discesserat traditor: non erat ergo munda & pacifica cœna illa tanti sacramenti, qñ priusquã il- I
le exiret omnibus dedit. Quod si clausis oculis dicere audetis, quid faciamus nisi potius nũc exclamemus, O vltrix furoris cæcitas eorum qui volunt esse legis doctores, sicut dicit Apostolus, non intelligentes ne- v.Ti. 1.
que quæ loquuntur, neq; de quibus affirmãt? Nisi tamen pertinaciæ cæcitas impediret, non erat difficilis intellectus, vt videres nõ dixisse dominum præsente Iuda, nondum mũdi estis: sed, iam mundi estis vos: addidit aũt, non omnes: quia ibi erat qui mundus non erat, qui tñ si præsentia sua cæteros polluereret, non eis diceretur, Iã uos mũdi estis: sed diceretur vt dixi, nondum mũdi estis. Postquam vero ille discessit, dixit eis, Iam vos mundi estis: nec addidit, sed nõ omnes: quia iam discesserat, quo etiam præsente, sicut eis dictum est, mundi erat, sed non omnes, quia erat illic vnus immundus. Quapropter his verbis magis dominus declarauit in vno cœtu hominum eadem sacra sumentiũ, aliquorum immunditiam mundis I.q.1.c.
obesse non posse. Certe si putatis apud nos Dõinus
eẽ similes Iudæ, hęc verba nobis dicite, Mũdi estis, sed non omnes: Non autem hoc dicitis, sed dicitis propter quosdam immundos, immundi estis omnes. Hoc discipulis dominus Iuda pręsente non dixit: & ideo qui hoc dicit, non dicit à bono magistro quod dicit.

K

Petilianus dixit, Quod si nos bis baptis- Ca. 23.
mum facere dicitis, immo vos facitis q occiditis baptizatos, nõ quia baptizatis hoc dicimus, sed quia vnumquemq; dũ occiditis, sanguine suo facitis baptizari. Etenim baptismum aquæ uel spiritus extorto sanguine martyris quasi factum est geminum. Si autem ipse nanq; saluator baptizatus primitus à Ioanne baptizandũ sese professus est iterum, non iam aqua nec spiritu, sed sanguinis baptismo, cruce pssionis: sicut scriptum est, Accesserunt ad eum duo discipuli filij Zebedei dicentes, Dñe cum veneris Mar.10.
in regnum tuũ, fac nos sedere vnũ ad dexterã tuã, & alterũ ad sinistram tuã. Rñdit eis Iesus, Difficilem rẽ petitis, Nũquid calicẽ quẽ ego bibiturus sum, potestis bibere: & baptismo quo ego baptizor baptizari? Dixerũt illi, Possumus. Et ait illis, Calicẽ qui dẽ quẽ ego bibiturus sum bibere potestis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini: & cætera. Si hæc duo sunt baptismata,

Universidad de Deusto Biblioteca

vestra nos laudatis inuidia, profitemur. Cũ
.n. nostra corpora occiditis, bis baptismum
facimus, sed baptismo nro & sanguine bapti
zamur, vt Chrs. Erubescite erubescite per-
L secutores, similes Christo martyres facitis,
quos post aquã veri baptismi sanguis bapti
sta pfundit. AVG. rñdit, Primo cito rñde-
mus, qa non vos occidimus, sed ipsi nosme-
ipsos vera morte occiditis, cũ vos ab vnita
tis viua radice pciditis. Deinde si oẽs qui
occiduntur sanguine suo baptizãtur oẽs la-
trones, iniqui, impij, sceleratí qui dãnati fe-
riuntur, martyres habendi sunt, qa suo san
guine baptizantur. Si aũt non baptizantur
sanguine suo nisi qui occiduntur pp iusti-
Matt. 5. tiam, quia ipsorum est regnum cœlorum: vi
distis prius esse quærendum pp quid pati-
mini, & postea quid patiamini. Quid ergo
buccæ inflantur antequã facta defendãtur?
Quid perstrepit lingua antequã probetur
vita? Si schisma feciſti, impius es: si impius
es, vt sacrilegus morieris cũ pro impietate
puniris: si vt sacrilegus morieris, quo tuo
sanguine baptizaris? An dicis, Nõ feci schis
ma. Hoc ergo qramus, Quid antè clamas q̃
pbas? An dicis, & si sacrilegus sum, à te oc-
cidi non debeo. Alia q̃stio est de attrocitate
facti mei, quod nũquã veraciter demõstras,
M alia de baptismo sanguinis tui vnde te men
daciter iactas Nam neq; occidi te, nec pro-
bas te ab aliquo occidi: nec si probes, ad me
pertinet. Quicunq; te occiderit, siue secun-
dum potestatẽ legitime à dño datam iuste
fecerit, siue sicut messis dominicæ palea cu-
piditate aliqua mala scelus admiserit, sicut
ad te non pertinet, qui recentibus tempori-
bus cum intolerabili potentatu etiam mili-
tibus ibi comitantibus, non quia timebat ali
quem, sed vt ab omnibus timeretur viduas
oppressit, pupillos euertit, aliena patrimo-
nia prodidit, aliena matrimonia separauit,
res vendendas innocentum procurauit, ven
ditarum præcia cum dominis plaudentibus
diuisit. Ex me ista dicere videat, si non taci
to nomine agnoscitur de quo dicam. Quæ
si vera sunt, sicut ad vos ista non pertinet:
ita nec quicquid dicis, ad nos, etiam si vera
diceres. Si aũt falsa fama de illo collega ve-
ro, iusto & innocente mentita est, nullo mõ
etiam famæ credendum est, quæ de innocen
tibus tãquam de traditoribus codicum, vel
tanquam de interfectoribus hominum se-
minata est. Huc accedit, quia ego illum cõ
memoro, qui vobiscum vixit, cuius natali-
tia tanta celebratione frequentabatis, cui pa
cis osculum inter sacra copulabatis, in cuius
manibus eucharistiam ponebatis, cui vicis-
sim danti manus porrigebatis, cuius aures A
inter tantos Aphricæ gemitus surdas libera
voce offendere timebatis, quem nescio quis
vestrũ, quia vel ex obliquo vrbanissime te-
tigit, vt ei diceret qp Comitẽ haberet deũ,
ingenti laude ferebatur: Tu aũt illos nobis
obijcis, cũ quibus non vixi mus, quorum fa
ciẽ non vidimus, quorũ ætate vel pueri vel
fortasse nondum nati eramus Quæ est ista
tanta iniquitas, aut quę peruersitas, velle no
bis imponere sarcinas ignotorum, cum vos
portare nolitis amicorum? Clamat scriptu- Psal.
ra diuina, Videbas furem & currebas cũ eo.
Si te non contaminabit quẽ vidisti, cur mi
hi obijcis videre quem non potui? An dicis
non cum eo concurri, quia facta eius displi
cebant mihi? Sed nempe ad altare accedebas
cum eo. Age tã vt te defendas, discerne ista,
& dic aliud esse concurrere in peccatum, si- Dan.
cut concurrerunt duo seniores castitati Su
sannæ insidiantes, aliud cum fure accipere
domini sacramentum, sicut Apostoli cum
Iuda ẽt primum illam cœnam acceperunt.
Faueo defensioni. Sed cur nõ attẽdis quãto
facilius in hac tua defensione absolueris gen
tes & terminos terræ, qua hæreditas Chri
diffunditur? Si .n. potuistis furem videre, & B
cum fure viso sacramento communicare,
cũ peccatum non cõmunicare, quãto minus
potuerũt remotissimæ nationes cũ Aphris
traditoribus vel persecutoribus, ẽt si vera
diceretis, & ostenderetis, malefacta habere
cõmunia, quãuis cũ eis tenerẽt sacramenta
cõmunia? An dicis, ego vidi illum Epm, su
rem vero illum non vidi. Dic, qđ vis, etiã
huic faueo defensioni, & in hac absolutus
est à vestris criminationibus orbis terrarũ.
Si .n. vobis licuit cogniti hominis ignorare
vitam, cui noti mundo ignotos ignorare nõ
sinitur? Nisi forte Donatistis licet nescire
quod scire nolunt, gentibus non licet scire
quod scire non possunt. An dicis, aliud est
furtum, aliud traditio vel persecutio. Cõce
do aliud esse, nec modo laborandũ est quid
interfit ostendere. Attende compendium. Si
te ille non fecit furẽ, quia tibi nõ placet fur
tũ: quis põt facere traditores aut homicidas
eos quibus displicet siue traditio siue homi-
cidiũ? Prius igit confitere te esse quicquid
mali fuit Optatus quẽ noueras: & vel sic mi
hi obijce quicquid mali fuerunt, quos ego
non

C non noueram. Nolo mihi dicas, illa magna
sunt, ista parua. Prius .n. oportet fatearis ip-
sa parua de te, non vt ego quoq; fatear, sed
vt vel sinã te dicere nescio, quæ magna de
me. Optatus quem noueras, fecit te furem,
quia collega tuus fuit, an non fecit? Respõ-
de vnum de duobus. Si dicis non fecit: qro
cur non fecit, quia nec ipse fur fuit, an qa
nescis? an quia tibi displicuit? Si quia nec
ipse fuit, multo magis illos de quibus nos
arguistis tales fuisse, quales dicis, credere
non debemus. Si .n. de Optato non est cre
dendum quod & Christiani & Pagani &
Iudæi, postremo & nostri & vestri dicunt,
quanto minus credendum est, quod vos de
aliquo dicitis? Si quia nescis, respondent
tibi oẽs gentes, multo magis nos nescimus
quicquid de illis obijcis nobis. Si quia tibi
displicuit, eadem tibi voce respondẽt, q̃is
nunq̃ probaueris, talia tamen displicẽt vo-
bis. Si aũt dicis, ecce me furem fecit, Opta-
tus ille quem noueram, quia collega meus
fuit, & cum illo ad altare accedere solebã,
cum ista cõmitteret, sed non curo, quia le-
ue est pctũ: te aũt illi traditorem homici-
dámq; fecerunt. Respondeo, non me con-
cedere vt ego quoque traditor & homicida
factus sim peccatis alienis, quia tu te alieno
pctõ furem factum esse confessus es: neque
enim iudicio nro, sed ore tuo fur factus es.
D Nos .n. dicimus vnũquemq; sarcinam suã
Galat. 6. portare, sicut Apostolus testis est: tu vero
non, quia furtum fecisti, vel furto consen-
sisti, sed quia id qđ alius fecit ad te ptinere
existimasti, sub sarcina Optati vltro tuos
humeros subdidisti. Nam sicut Apostolus
Rom. 14 ait cum de cibis loqueret, Scio & confido
in Domino Iesu, quia nihil cõe per ipsum,
sed ei qui existimat aliquid cõe esse illi cõe
est. Eadem regula dici potest aliena pcta ad
eos non pertinere quibus displicent: sed si
quis existimat ad se pertinere, pertinent ad
eum. Quapropter tu nos non tenes tradi-
tores nec homicidas, ẽt si aliquid tale pbes
de ijs, qui nobiscum sacramenta cõicant: te
autẽ etiam si tibi displiceat quicquid fecit
Optatus, furem tamen tenemus, nõ per ca
lumniam nostram, sed per sententiam tuã.
Et ne putes hoc leue esse, Apostolum lege
1. Co. 6. dicentem, Neq; fures regnum Dei possi-
debunt. Qui aũt regnũ Dei non possidebũ,
non erunt vtique ad dexteram inter illos,
Mat. 25. quibus dicetur, Venite benedicti Patris
mei, pcipite Regnum quod vobis paratum
est ab origine mundi. Si ibi non erunt, vbi
eruat nisi ad sinistrã? Inter illos ergo qui-
bus dicetur, Ite in ignem æternum, qui pa-
ratus est Diabolo & angelis eius. Frustra E
ergo te securum facis, leue putando pctũ,
qđ a regno Dei separat, & in ignem mittit
æternum. Quanto melius ad veram con- Galat. 6.
fessionem confugies & dices, Vnusquisque
nrm proprium onus portabit, & a tritico
palcam ventilabrum vltimum separabit.
Sed videlicet times ne statim tibi dicatur.
Cur ergo dum alijs aliena onera conami-
ni imponere, ausi vos estis ante vltimum
ventilabrum a totius mundi dominica se-
gete separare? Ita vos quibus displicẽt fa-
cta vestrorum, dum cauetis ne vobis obji-
ciatur schisma quod omnes feciſtis. etiam
peccatis vos implicatis, quæ vos non feci-
istis: & dum timet disertus Petilianus, ne
mihi liceat dicere, non me esse talem, qualẽ
fuisse putant Cæcilianũ, ipse cogitur dicere
esse se talem qualem fuisse nouit Optatũ.
An tu non es talis, qualem illum fuisse A-
phrica tota conclamat? Nec nos ergo tales
sumus quales illos quos nobis obijcitis, vel
error vester suspicatur, vel furor infamat,
vel veritas probat: multo minus talia sunt
per omnes gentes frumenta dominica, quæ
istorum nec nomen audierunt. Nulla igit F
causa est, cur tanto scelere separationis &
sacrilegio schismatis pereatis, & tũ si quid
pro hac tanta impietate diuino iudicio pa-
tiamini, etiam baptizari vos vestro sangui-
ne dicitis: vt parum sit, qp dimissi non com-
pungimini, nisi etiam puniti gloriemini.

Petilianus dixit, Aut .n. in eodem perdu- Cap. 24.
ratis. Qui semel lotus est, non habet cau- Ioan. 13
sam nisi pedes lauandi. Semel est qđ habet
authorẽ, semel ẽ qđ veritas firmat. AVG.
respondit, Baptismus in nomine patris & Matt. 28
filij & spiritus sancti Christum hẽt author-
em, non quemlibet hominem: & Christus
est veritas, non quilibet homo. Ioan. 14

Petilianus dixit, Nam cũ reus falsa com Cap. 25.
mittas, bis baptisma ego nõ facio, qđ semel
ipse nõ facis. AVG. rñdit, Nec reos nos
pbas, & si reus baptismo falso baptizat, nõ
hñt verũ baptismũ quotquot ab eis bapti-
zant, q apud vos nõ solũ manifesti, sed etiã
occulti iam rei sunt. Si .n. rem Dei dat qui
baptismum dat, cũ iam Deo reus est, quo
rem Dei dat si reus verum baptismum non
dat? Sed enim expectatis, vt & vobis reus
sit quasi quod daturus est vestrum sit.

Cap.xx. G Petilianus dixit, Nam si veris falsa permisceas, iisdem sæpe vestigijs verum falsitas imitatur. Sic sic hominem simulat naturæ pictura verum, quæ coloribus exprimit falsas facies veritatis: Sic sic speculi nitor vultum rapit, vt reuocet oculos intuentis: Sic sic offert proprios venientibus vultus, vt ipsa sibimet inuicem facies venientis occurrat: tantumq; valet immunda fallacia, vt ipsi se, qui præuident oculi, quasi in altero sese cognoscant: Ipsa quoq; vmbra cum steterit, imagines geminat magna ex parte, mendacio diuidens vnitatem. Nũquid ideo verum est, quia figura mentitur? Sed aliud est hominẽ pingere, aliud generare. Nam quis patri filios exoptanti falsos fingit infantes? aut quis picturæ mẽdacio veros hæredes expectet? Profecto dementis est animi, dimisso eo quod verum est amare picturam.

A V G. rñdit, Ita ne non erubescis ẽt si in homine fallacissimo fuerit, baptismum Christi fallitatem vocare? Absit quidem vt dñicum frumẽtum qđ per totũ agrũ. i. hunc mundum vsq; in messem. i. in finem seculi inter zizania crescere iussum est, vestris maledictis interijsse credatur. Veruntamen & in ipsis zizanijs, quæ vsq; in finẽ non colligi, sed tolerari præcepta sunt: & in H ipsa palea, quæ non nisi vltimo ventilabro tota separabitur: audet quisq; dicere falsum esse baptisma, qđ in nomine patris & filij & spiritussancti datur & sumitur? Quos testimonio grauidarum fœminarum conuictos vel collegas vel presbyteros vestros ab honore deponitis, quandoquidem ista exempla vbiq; non desunt, quæro antequã conuincerentur, vtrum fallaces fuerint an veraces. Respondebis vtiq; fallaces. Cur ergo verum baptismum & habebant & dabant? Cur in eis diuinam veritatem non corrũpebat humana fallacia? Nonne verissime scriptum est, Sanctus enim spiritus Sap.1. disciplinæ effugiet fictũ? Fictos ergo illos cum spiritussanctus fugeret, cur apud eos baptismi veritas erat, nisi quia spiritussanctus hominis fallaciam non veritatem sacramenti fugiebat? Porrò si & fallaces habent baptismum verum, qui hoc habẽt qđ veraces habent, vnde te oportet aduertere sermonem tuum potius esse pigmẽtis puerilibus coloratum: & ideo qui neglecto verbo vero fucis talibus delectatur, ipse amat pro veritate picturam.

Petilianus dixit, At.n.dicit Apostolus Paulus, Vnus Deus, vna fides, vnũ baptisma, vnum nos profitemur: Nam certum est eos, qui duo existimant insanire. A V G. rñdit, In nos ista dicitis? sed insaniendo nescitis. Illi.n.dicunt duo baptismata, qui aliud existimant habere iustos, aliud iniquos, cum neq; istorum, neq; illorum sit, sed sit Christi in vtrisque vnum, quãuis ipsi non sint vnũ, sed id qđ est vnũ isti habeant ad salutem, illi ad perniciem.

Petilianus dixit, Verum vt aliquid comparem, solem geminum videri furiosis, licet nubes cœrulea sæpe concurrat, eiusq; decolor facies splẽdore repercussa, dum radij solis ab eadẽ redeunt, quasi pprios radios emittere videat: Sic sic in fide baptismatis aliud est qrere imagines, aliud agnoscere veritatem. A V G. rñdit, Quid loqris qso? qñ nubes cœrulea radios solis percussa repercutit, nunq̃d furiosis quasi duo soles apparent, ac non omnibus qui intuent? Cur aũt furiosis ita vr, solis ipsis videtur. Sed si molestũ non est, qđ admoneo, vide potius ne forte talia dicere, & sic loqui furiosum sit. Nempe cũ hoc dicere voluisti, iustos habere veritatẽ baptismi, iniustos aũt imaginẽ: si ita est, audeo dicere imaginẽ fuisse in illo vro, cui nõ Deus, sed qdã Comes erat Deus: veritatẽ aũt vel in te vel in illo, q̃ hoc in eũ elegãter emisit, qñ ei dixit, cui Comes est Deus. Et discernite illos, quos vterque baptizauit, & in alijs approbate baptismũ K verum, ab alijs autem excludite imaginem & introducite veritatem.

Petilianus dixit, Sed vt hæc minora discurram: Nunquid ius dicit, qui nõ est curię magistratus, aut id quod dixerat ius est, cum priuati psona iura publica perturbet: an non magis reus non modo non pdest, sed cum eo qđ conficit falsarius obtinet? A V G. rñdit, Quid si iste priuatus atque falsarius legem imperatoris alicui det, nõne ille cui cõtulerit cum his qui hanc habẽt, & ipsam esse inuenerit, non attẽdit a quo acceperit, sed quid acceperit? Falsarius quippe quando ex sua falsitate dat, aliquid falsum est: quãdo aũt alienum verũ ab aliquo dat, etiam si a falsario detur, quanuis ille verax non sit, verum est tamen quod datur.

Petilianus dixit, Aut si quisq̃ carmina sacerdotis memoriter teneat, nũquid inde sacerdos est, q̃ ore sacrilego carmẽ publicat sacerdotis? A V G. rñdit, Ita istud dicis,

dicis, quasi modo q̃ramus quis sit verus sacerdos, & non quid sit verum baptisma. Vt enim sit quisque verus sacerdos, oportet vt non solo sacramento, sed iustitia quoq; induatur, sicut scriptũ est, Sacerdotis tui induantur iustitia. Qui aũt solo sacramento L Psal.131. sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas psecutor vnius & verissimi sacerdotis, quãuis ipse non sit verax, quod dat tamẽ verũ est, si non det suũ sed Dei: sicut de ipso Caiapha dictum est, Ioã. 11. & 28. Hoc aũt non a se dixit, sed eum esset pontifex prophetauit. Et tamẽ vt eo quoq; simili vtar, qđ ipse posuisti, si audias ab aliquo vel prophano precem sacerdotis verbis & mysterijs euangelicis confirmatam, nunquid ei potes dicere, nõ est vera, quãuis ipse non solum verus nõ sit, sed etiam nullus sacerdos sit, cum Apostolus Paulus quoddam testimonium verum esse dixerit Cretensis cuiusdam Prophetæ, qui inter Prophetas Dei non cõputabatur: ait enim, Dixit quidã ex ipsis proprius eorũ Propheta, Cretenses semp mendaces, malæ Ad Tit. 1. q. 1. c. Dñs. bestiæ, ventres pigri: testimoniũ hoc verũ est? Si ergo Apostolus, nescio cuius alienigenæ testimonio, quia verum comperit, ẽt ipse attestatus est, cur nos apud quemlibet inuenerimus qđ Christi est, & verum est, ẽt si ille apud quem inuenitur peruersus & fallax est, non discernimus vitium, qđ homo habet, & veritatem quam nõ suam sed Dei habet, & dicimus sacramentum hoc verum est: sicut ille ait, testimonium hoc M verum est? Nunquid ideo dicimus ẽt ipse homo verax est, quia dicimus sacramẽtum hoc verũ est? Sicut & Apostolus, nunquid ideo Prophetam illũ inter Prophetas Dei computauit, quia quod in eo verum inuenit, verum esse firmauit? Similiter idem Act. 17. Apostolus cum apud Athenas esset inter aras dæmonum, animaduertit aram quandam, in qua scriptũ erat, Ignoto Deo. Et hoc testimoniũ ad illos in Chro ędificãdos assũpsit, ita vt hoc cõmemoraret in sermone suo atq; subiũgeret, Quẽ vos ignorãtes colitis, hũc vobis nos annũciamus. Nunqd quia vel inter idolorũ aras vel a sacrilegis erectam aram illam reperit, propterea qđ in ea verum erat damnauit aut respuit: aut propter verum qđ in ea legerat, etiã sacrilegia paganorum sectanda esse persuasit? Consequenter ẽt cum ipsum ẽt dominum illis ignotum, sibi autem notum ẽt illorum notitiæ, sicut congruere iudicabat insinuare vellet, ait inter cætera, Et quidem non Act. 1 longè positum ab vno quoq; nostrum: In illo.n.viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam secundũ vos dixerunt. Nũquid ẽt hic, quia inuenit apud sacrilegos testimonia veritatis, aut propter ista illos approbauit, aut propter illos ista damnauit? Vos A 1. q. 1. c. autem necesse est vt semper errẽtis, quãdiu Dñs. propter hominũ vitia Dei sacramenta violatis, aut nos propter Dei sacramenta, quæ in nobis violare nolumus, etiam vri schismatis sacrilegium assumere putatis.

Petilianus dixit, Omnis.n.potestas ex Cap.31. Deo est, non in homine potestatis: sicut Rom.13. Pontio Pilato rñdit Dñs Iesus Chrs, Nõ Ioã.19. haberes in me ptãtem, nisi esset tibi desup Ioan.3. data. Et iterum dicente Ioãne, Nõ potest homo facere quicq̃, nisi ei fuerit datum de cœlo. Doce igitur traditor simulãdi mysteria quando acceperis ptãtem. A V G. rñdit, Tu doce potius vniuersos orbis terrarũ quò diffusa est hæreditas Chri & illa tot gentiũ multitudo, vbi Apostoli Ecclesias fundauerunt, quãdo baptizãdi amiserit ptãtem. Nunq̃ docebis. Nõ solũ qa eos calumniaris, non doces traditores: sed quia ẽt si docueris, non põt quorumlibet malorũ scelus, siue ignotorum, siue fallaciũ, siue vt zizania vel palea tolerandorum euertere promissa Dei, vt non in semine Abrahæ be Gen.22 nedicantur oẽs gentes, a quibus promissis B vos alienos facitis, qui cũ omnibus gẽtibus cõionem vnitatis habere non vultis.

Petilianus dixit, Licet.n.vnum sit baptismum, tribus est tamen gradibus consecratum. Cap.32. Dedit aquam Ioannes sine nomine Matt.3. trinitatis, sicut ipse professus est, dicẽs, Ego vos baptizo in aqua pœnitentiæ, alius veniet qui fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ipse vos baptizat in Spiritu sancto & igne. Dedit Spi- Ioã.20. ritum sanctum Christus, sicut scriptum est, Sibilauit in faciem eorum, & dixit, Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittẽtur eis, &c. Ipseq; Act.2. ignis paracletus crepitantibus flammis ardescens in Apostolos superuenit. O vera diuinitas, quæ accendere visa est, non ardere, sicut scriptum est, Factus est subito de cœlo sonus tanquam vi magna spũs ferretur, & replcuit totã domum vbi erãt Apostoli sedentes: Et visæ sunt distributæ linguę tanquam ignis, sedit aũt super vnum quęq; eorũ, & repleti sunt oẽs Spũ sancto,

& cœperunt loqui varijs linguis, sicut spiritus sanctus dabat eloquium eis. Tu vero persecutor vel aquam pœnitentiæ non habes, sed non Ioannis occisi sed occisoris Herodis retines potestatem. Tu igitur traditor
C spiritus sancti Xpi non habes, etenim morti Chris est traditus, non ad mortem tradidit Chris. Tibi ignis in spu apud inferos viuax est, qui ieunis apicibus æstuans, membra tua per seculum afflare valeat, non finire, sicut
Esa. 66. scriptum est de reorum in inferno supplicio, Ignis eorum non extinguetur. AVG. rndit, Tu ea ille maledicus conuiciator, non veridicus disputator. Nonne aliqn desinet talia dicere, quæ si non probas, ad neminem pertinent si autem probas, ad vnitatem orbis terrarum, quæ in sanctis tanq in frumentis est, omnino non pertinent. Si placeat & vobis pro maledictis maledicta rndere, possumus & nos diserte forte conuiciari, possumus & nos dicere, crepitantibus flamis: sed nullo modo mihi sonat diserte quod dicitur inepte. Possumus & nos dicere ieiunis apicibus æstuans, sed scriptorum nostrorum apices nolumus cum ab aliquo sano legantur, à succo grauitatis ieiunos iudicari, & spiritu in eis dum nullis sententijs vtilibus pascitur, superuacaneo laborare ieiunio. Ecce duo Circumcelliones vestros, non crepitantibus sed præcipitantibus flammis furoris ardere. Si respondeas, quid ad nos: cur & tu cum obiecteris quos volueris, non vicissim audias, & nos nescimus? Si respondeD ris non probaris: cur non tibi orbis terrarum respondeat vicissim, nec vos probatis? Paciscamur ergo si placet, vt nec tu nobis malos obijcias, quos putas nostros, nec vobis ego vestros: ita videbis hoc pacto tam iusto placito atq; firmato, nihil te habere quod obijcias semini Abrahæ in omnibus gentibus, atq; tibi ego plane inuenio magnum quod obijciam, cur vos ergo impie separastis à semine Abrahæ, quod est in omnibus gentibus? Hoc certe quemadmodu defendas non habes. Purgamus n. nos vtriq; à criminibus alienis. Hoc aut qđ omnibus gentibus quæ in semine Abrahæ bndicuntur non communicatis, & magnu crimen est, non quoru dam vestru m sed omnium. Et cum nosti & commemoras spm sanctum ita venisse, vt illi quos tunc impleuerat, linguis omnibus loqueretur, quid sibi volebat illud signum atq; prodigium? Cur non ita datur spiritus sanctus, vt nemo cui datur linguis omnibus loqui posit, nisi quia omnes gentes creditura s, ac sic in omnibus linguis futurum Euangelium, illud tunc miraculum portendebat, quod & in Psalmo tanto ante prædictu Psal.18.
est, Non sunt loquelæ neq; sermones, quo E rum non audiantur voces eorum? Hoc pp eos dictum est qui spiritu sancto accepto linguis erant omnibus locuturi. Sed quia idipsum in omnibus gentibus & linguis futurũ Euangelium & corpus Chri per totũ orbẽ terrarum linguis omnibus personaturum significabat, secutus ait, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hinc fit, vt Ecclesia vera neminem lateat. Vnde est illud quod in Euangelio ipse dicit, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Ideoq; in eodem Matt. 5.
Psalmo connectitur, In sole posuit taber n a Psal.18
culum suum: id est, in manifestatione: sicut in Regnorum libris legimus dictum, Qđ tu in occulto feciſti, patieris in sole. Et ipse 2. Reg.12
tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius: ecce habes aduentum domini in carne. Et occursus eius vsq; ad summum eius: ecce habes resurrectionem & ascensionem. Nec est qui se abscondat à calore eius: ecce habes aduentum spirituſsancti, quem in linguis igneis misit, Acto. 2
vt feruorem charitatis ostenderet, q̃ profecto non habet, qui cum Ecclesia quæ in omnibus linguis est, non seruat vnitatem spus Ephe.4
in vinculo pacis. Iam vero quod vnum qui dem baptismu esse dixisti, sed tñ tribus gra F
dibus consecratum, ipsaque tria sic personis singulis dispertitus es, vt aquam Ioanni, spiritum sanctu domino Iesu Christo, & ignẽ tertium paracleto desuper misso tribueris, quantus error sit, parúper aduerte. Eo quippe ductus es vt ita sentires, quia Ioannes Matt.3
ait, Ego quidem baptizo in aqua, qui autẽ post me venit maior me est, ipse vos baptizauit in spiritu sancto & igni. Nec cõsidera re voluisti, non tria tribus singillatim esse coaptata, aquam Ioanni, spiritum Christo, ignem paracleto, sed tria hæc ad vos potius pertinere, vnum ad Ioannem, & duo cætera ad dominũ. Neq;. n. dictum est, Ego quidem vos baptizo in aqua, qui autẽ post me venit maior me est, cuius non sum dignus calciamẽta portare, ipse vos baptizat in spũ sancto, qui autem post illum venturus est paracletus, ipse vos baptizat in igne. sed ego quidẽ, inquit, in aqua, qui aũt post me venit, in

nit, in spiritu sancto & igni: vnũ sibi tribuit, illi duo. Vides ergo quemadmodum te fefellit numerus. Adhuc attende, vnum dixisti baptismũ tribus gradibus consecratũ, aqua, spũ sancto & igni, & tres personas & singula posuisti, Ioannem ad aquam, Christũ ad
G ritum, paracletum ad ignem. Si ergo aqua Ioannis ad eundẽ pertinet, cuius vnitas cõmendatur, non debuerunt baptizari iubẽte Paulo Apostolo, quos compererat baptizatos à Ioanne. Iam. n. habebant aquam ad eundem, sicut dicis, baptismum pertinentẽ: restabat vt spiritum & ignem acciperent, quia defuerant Ioanni, vt compleretur baptismus tribus, vt asseris, gradibus consecratur. Cum vero authoritate apostolica iussi sunt baptizari, satis declaratum est aquam illam Ioannis non pertinere ad baptismum Christi, sed pro necessario tempore alterius dispensationis fuisse. Postremo quid tibi visum est cum probare voluisses spm sanctũ à Christo datum, & adhibuisses ex Euange lio testimonium, qp resurgẽs à mortuis, in-
Ioã. 20. sufflauit in faciem discipulorum dicens, Accipite spiritum sanctum: ad illum vltimum ignem, qui cum baptismo nominatus est in linguis igneis, quæ paracleto veniente demonstratæ sunt, velles ostẽdere? Dixisti. n. Ipsiq; ignis paracletus crepitantibus flammis ardescens in Apostolos superuenit: quasi alius sit spiritus sanctus, quẽ dedit insufflando in faciem discipulorum, & alius
H qui post eius ascensum in Apostolos superuenit. Nunqd ergo duo sunt spiritus sancti? Quis hoc nisi dementissimus dixerit? Ipse itaq; Christus eundẽ spiritum sctm dedit, siue insufflando in facies discipulorum, siue desuper eum die pentecostes citra sacri commendationem mittendo. Proinde nõ Christus spm sanctum dedit & ignẽ paracletus, vt quasi compleretur quod dictum erat in spiritu sancto & igni, sed idẽ ipse Christus spiritum sanctum dedit, quem in terra positus suo flatu, in cœlo autem positus linguis igneis demonstrauit. Namque vt noueris non tunc impletum esse quod dictum est, Ipse vos baptizat in spiritu sancto: quando eis sufflauit in faciem, vt iam nõ in spiritu, sed in igne baptizandi venturo paracleto viderentur, Reminiscere apertissimam scripturam, & vide quid eis dixerit quando ipse dominus ascendit in cœlum, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, quem recepturi estis non post multos hos dies ad pentecosten. Quid hoc testimonio clarius? Sedm autem sensum tuum dicere debuit Chris, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptiza Acto. 1.
ti estis spiritu sancto quando vobis in faciẽ sufflaui, & deinde baptizabimini in igne, I
quem accepturi estis non post multos hos dies: vt videlicet complerentur illi tres gradus, quibus dicis vnum baptismum consecratum. Ita fit, vt adhuc nescias quod sibi velit quod dictum est, Ipse vos baptizat in spiritu sancto & igni, & temere velis docere quod nescis.

Petilianus dixit, Sed vt plene discutiam Cap.33.
baptismum Trinitatis, dixit Apostolis suis Mat.28.
dns Chris, Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spũ sancti, docentes eas seruare omnia q̃cunq; mando vobis. Quẽ doces traditor? quem condemnas? Quẽ doces traditor? quem occidis? Postremo quem doces? An quem feceris homicidam? Quo igitur baptizas in nomine trinitatis? Patrem deum dicere non potes, nã cum dixerit dns Chris, beati pacifici, quia ipsi filij dei vocabuntur: tu qui pacem animi non habes, deũ non habes patrem. Quo autem in nomine filij baptizas, qui tradis ipsum, quem filium dei non vllis passionibus nec crucibus imitaris? Quo autem baptizas in nomine spiritus sancti, cum spiritus sanctus in illos Apostolos venerit, qui non fuerant traditores?
Cum igitur vobis deus genitor nõ sit, aqua Acto. 2.
baptismatis vere nascimini, nec o vestrum penitus natus est, nec patrem habetis impi,
nec matrem. Vos ergo huiusmodi dico non K
baptizare, etsi vt carnem Iudæi quasi baptizant milites vos lauetis. AVG. respondit, Certe proposueras plene discutere baptismum Trinitatis, & intentos nos multũ feceras, sed scilicet quod vobis facillimum est, quam cito te ad solita maledicta vertisti. Hoc reuera copiose facis, Proponis. n. tibi quos vis, in quos inueharis quantũ vis, in qua magna sermonis latitudine vno breuissimo verbo, quod dicitur, proba in arctissimas coarctaris angustias. Hoc enim tibi dicit semen Abrahæ, in quo cum oẽs gentes Gen.22.
benedicentur, non curant cum a te maledicuntur. Sed tamen quia de baptismo agis, quem tunc putas esse verum, cum in homine iusto est, falsum cum in homine iniquo est, ecce & ego secundam tuam regulam si discutiam baptismum Trinitatis, copiosius vt arbitror potero dicere, quòd non ha-

habeat deum patrẽ,cui comes est deus: nec Christum suum credat, nisi pro quo passus est:nec spiritumsanctum habeat, qui longe vario mõ linguis igneis miserabilẽ Aphricam incendit,qũo ergo hũt baptismum,aut qũo dant in nomine pris & filij & spiritus
L sancti? Certe iã aduertis posse i homine iniquo esse, vel ab homine iniquo dari baptismũ,nõ iniquũ sed iustũ & verũ,nõ quia illius est,sed qa dei est. Et ego tibi de isto nihil calúnior, qđ tu de nescio quibus orbis terrarũ facere nõ cessas, & qđ est intolerabilius,nec de ipsis aliq̃d probas. Illud vero nescio qũo tolerari possit,q̃ nõ solũ hoibus sanctis de hominibus iniquis calũniamini, sed ẽt ipsi sancto baptismati, quod in quolibet iniquo necesse est vt sanctum sit,crimẽ ex contagione peccatorum hominũ cõparatis,vt tale dicatis esse baptisma, qualis est ille à quo habeẽ vel datur vel sumitur. Porrò si talis sit homo,qualis fuerat ille,cũ quo accedit ad sancta,& talia fiunt ipsa sacramenta,quales fuerint homines in quibus sunt, sufficit sanctis hominibus ad solatium cum sancto baptismo communiter à vobis falsum crimen audire:vos tm̃ videte quemadmodum vestro ore damnemini, si & sobrij vestri ex contagione ebriosorum vestrorũ ebriosi sunt, & misericordes vestri ex raptorum contagione raptores sunt,& quicquid apud vos in malis hominibus inuenitur, hoc coguntur esse qui non sunt, & ipse baptismus in omnibus immundis vestris im-
M mundus est, & pro ipsius immunditiæ diuersitate diuersus est,si talis esse cogit̃,qualis est ille à quo habeẽ & datur. Hæc vtique falsa sunt, & ideo nobis nihil obsunt, cum ea dicitis in nos, nec respicitis vos:vobis autem obsunt,quia cum ea falsa dicitis,in nos non cadunt, sed quia ea vera putatis,in vos recidunt.

Petilianus dixit,Nã si illos Apostolis licuit baptizare, quos pœnitentiæ baptismo Ioannes abluerat,in his vos baptizare sacrilegos nõ licebit. AVG. rñdit,Vbi est ergo quod supra dixeras,nõ alium baptilmũ fuisse Ioannis,alium Christi, sed vnum baptismum tribus gradibus cõsecratum,quorum triũ graduum aquam Ioannes, spiritũ Christus,ignem paracletus dedit? Cur ergo aquam repetiuerũt Apostoli in eis, quibus iam Ioannes aquam dederat pertinentem ad vnum baptismum tribus gradibus consecratum? Cerụis certe quàm sit necessariũ, vt sciat quisque quod loquitur.

Petilianus dixit,Neq; n. spirituſſanctus Cap.3
in quemquam manus impositione pontificis poterit inseri, nisi aqua puræ conſciẽtiæ præcesserit generatrix. AVG. rñdit. In his paucis verbis tuis duo sunt errores. Et vnus quidẽ ad quæstionem, quæ inter nos discutitur,non valde pertinet, sed te imperitiæ coarguit. Nã in cẽtũ viginti homines A
sine cuiusquã manus impositione, in Cornelium vero Centurionem & eos qui cum Acto.8
illo erant, etiam priusquam baptizarentur Act.10
spirituſſanctus aduenit. Alter autem error in his verbis tuis totam causam vestram penitus perimit. Dicis enim aquam puræ conscientiæ præcedere oportere genitricem, vt spirituſſanctus consequatur. Proinde aut omnis aqua in nomine patris & filij & spirituſſancti consecrata puræ conscientiæ est, non propter eos à quibus ministratur, vel à quibus accipitur, sed propter illum qui hunc baptismum immaculatus instituit,aut si aquam puræ conscientiæ non facit nisi pura conscientia, & ministrantis hominis, & sumentis:quid agitis de eis, quos inuenitis ab eis baptizatos, qui nondum prodiți conscientiam maculosam gerebant: præsertim si inter istos baptizatos aliquis existat, qui se fateatur malam cum baptizarentur habuisse conscientiam, quòd per illam forte occasionem ad aliquod flagitium peruenire voluisset? Cum ergo vobis fuerit manifestatum, nec illum qui ministrauit, nec illum qui accedit baptismum puram habuisse conscientiam, denuo baptizandum esse censebitis? Nequaquam hoc dicturus, 1.q.1
nequaquam facturus es. Baptismi ergo puritas à puritate vel immunditia conscientiæ,siue dantis siue accipientis omnino distincta est. Aude ergo iam dicere puræ conscientiæ fuisse fraudatorem,raptorem, pupillorum, & viduarum oppressorem, coniugiorum separatorem, patrimoniorum alienorum proditorem, venditorem, diuisorem. Aude etiam dicere puræ conscientiæ fuisse illos, quos talibus temporibus defuisse difficile est: si qui forte non propter Christum,nec ꝓpter vitam æternã,sed ꝓp amicitias terrenas conciliandas, & cupiditates terrenas satiandas ab illo vt baptizarentur ambierunt. Porrò si hos puræ conscientiæ fuisse non audes dicere, si quos ex eo numero repereris baptizatos, da eis quam non acceperunt aquam puræ conscientiæ:

scientiæ:quod si non facias,desine aduersus nos iactare quod non nosti, ne cogaris aduersus nos respondere,quod nosti.

Ca. 36. Petilianus dixit. Qui vtique spirituſſantus in vos venire non potuit, quos non vel pœnitentiæ baptismus abluit, sed pœnitenda,quod verum est,aqua polluit traditoris. AVG. respondit,Traditores quidem non solum nos non probatis, sed nec patres vestri patres nostros ꝓbare potuerunt,qui ni
C si probati essent,non vtiq; patres nostri essent secundum tuã superiorem assertionẽ, quorum nõ essemus facta sectati: nec tamẽ propter eos à cõsortio diuelleremus vnitatis,& à semine Abrahæ,in quo benedicunt̃ Gen. 22
omnes gentes. Veruntamen si alia est aqua Christi,& alia est aqua traditoris,quia non fuit traditor Christus:cur non alia sit aqua Christi,& alia sit aqua raptoris, quia nec raptor vtique fuit Christus? Baptiza ergo tu post raptorem tuum,& baptizabo ego post traditorem,nec meum nec tuũ: aut si chartis prolatis credẽdum est, & meum & tuũ. si autem communioni orbis terrarum magis q̃ parti Donati,non meum,sed tuũ. Me
Gala,6. liore vero & saniore sententia, quia secundum Apostolicã vocem,vnusquisq; nostrũ proprium onus portabit: nec ille raptor vester est, quotquot non estis, raptores, nec quisquã traditor aut nr̃ aut vester est quot quot non sumus traditores: & ideo nos sumus catholici, qui secundũ istam sententiã non deserimus vnitatem:vos vero hæretici qui ꝓp quorũdam hominum crimina seu vera seu falsa, nõ vultis tenere cum Abrahæ semine charitatem.

Ca. 37. Petilianus dixit,Sed vt hæc ab Apostolis
D facta pluceant, eorũ actibus edocemur, si-
Acto.19 cut scriptũ est, Factũ est autẽ dum Apollo esset Corinthi, Paulus perambulatis superioribus partibus venit Ephesum. Et cum inuenissẽt quosdam discipulos,dixit illis, Si spiritumsanctũ accepistis credentes? At illi dixerunt,Sed neque si est spũsanctus audiuimus. Dixitq̃ Paulus,In quo ergo baptizati estis? Et rñderunt dicentes, Ioannis baptismo. Ait aũt Paulus,Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ, plebi dicens in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum Christum dominum nostrum. Quo audito,baptizati sunt in nomine dñi Iesu Christi. Et cũ imposuisset illis manus Paulus, venit spirituſſanctus super illos, loquebant autẽ uarijs linguis & prophetabant. Et erãt oẽs viri ferè duodecim. Si igitur illi sunt baptizati vt spm̃sanctum reciperent,cur nõ vos,si sanctum vultis spiritũ sumere,post vestra mendacia verã pcipitis nouitatẽ? Qui si male hoc facimus, quare nos quæritis? aut certe si crimen est, Paulum primitus condẽnate. Qui vtique Paulus quod iam fuerat abluit, nos aũt in vobis quod nondum est baptizamus, Non enim vos vt sæpe iam diximus vero baptismate tingitis,sed inani vocabulo falsi baptismatis infamatis. AVG. respondit, Paulũ E
non accusamus qui dedit hominibus baptismum Xp̃i,qui nõ habebãt baptismum Xp̃i, sed baptismum Ioannis,sed m ipsorũ rñsionem. Qui interrogãti, inquo baptizati essent,rñderunt, baptismo Ioannis,qui ad baptismũ Christi non pertinet, nec eius pars vlla vel gradus est, alioquin aut interabaẽ aq̃ baptismi Christi, aut si baptismus Xp̃i tũc per duas aquas perficiebaẽ, minus perfectus est modo, quia non datur illi quæ per Ioannem dabatur: Quodlibet autem horũ impiũ sacrilegũ ẽ opinari. Dedit ergo Paulus baptisma Chr̃i eis qui non baptismum Christi habebant,sed Ioannis. Cur autem illo tempore necessarius fuit baptismus Ioãnis, qui nunc iã necessarius nõ est, & alibi diximus, & nunc ad rẽ quæ inter nos agit̃ non pertinet,nisi tantummodo ut uideatur q̃ baptismus alius fuit, Chr̃i autem alius fuit ille baptismus in quo patres nostros di
cit Apostolus baptizatos in nube & in ma 1.Co.10.
ri, qñ per Moysen rubrum mare trãsierũt. Lex.n.& Prophetę vsque ad Ioannem Ba- Luc.16.
ptistã sacramenta habebant ꝓnunciantia rẽ futuram, nostri vero temporis sacramenta F
veniſſe contestantur, quod illa venturum esse prædicabant. Ioannes itaque omnium præcedentium proximus Chr̃i annunciator fuit. Et quia omnes superiorum temporum iusti & Prophetæ cupiebant videre completum, quod reuelante spiritu futurũ esse cernebant,vnde & ipse dominus dicit, Quoniam multi iusti & Prophetæ cupie- Mat. 13
runt videre quæ videtis & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt:pro Mat. 11
pterea Ioannes amplius quàm Propheta dictus est, & in natis mulierum non habuisse maiorem: quia prioribus iustis prænunciare tantum Christum concessum est:huic autem prænunciare absentem & videre præsentem, vt huic inueniatur patuisse quod illi cupierunt. Et ideo sacramentum

baptismi

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptiſmi eius adhuc ad ꝓnunciationẽ Chri pertinet,ſed planè nouiſsimam:quoniam vſ que ad illum fuerunt prænunciationes primi aduentus domini,cuius aduentus modo annunciationes ſunt,iã non prænunciationes.Sed dñs humiliatis viam docens, ſacra quæ hic inuenit,prænunciationis ſuæ ſuſcipere dignatus eſt,nõ ad ſuæ purgationis ad G iutorium, ſed ad noſtræ pietatis exemplum vt ſcilicet oſtenderet nobis quanta deuotione ſuſcipere debemus ea quæ illum iam ve niſſe teſtantur, quando ipſe ſuſcipere non dedignatus eſt,quæ illum venturum figurabant. Et Ioannes ergo quãuis proximus, & infra vnũ annum, coætaneus tamen cũ baptizaret venienti præibat Chro, propter
Mala. 3. hoc de illo dictum eſt,Ecce mitto angelum
Mat. 15. meum ante faciem tuã, qui præparabit viã
Matt. 3. tuam. Et ipſe prædicabat dicens. Venit fortior me poſt me. Sic ergo circunciſio octa-
Colo. 2. uæ diei, quæ patribus data eſt,prænũciabat iuſtificationem noſtram, vt expoliationem carnalium concupiſcentiarũ per ſurrectio nem domini,quæ poſt ſeptimum,id eſt,ſab bati diem,octauo die,id eſt,dominico facta eſt, qui dies tertius poſt ſepulturam eius occurrit. Eadem tamen prænunciantem circũ
Luc. 2. ciſionem carnis infans Chriſtus accepit. Et
Exo. 12. quemadmodum paſcha quod à Iudæis celebrabat in occiſione agni,prænunciabat domini paſsionem & tranſitum de hoc mundo ad patrem, & ipſum tamen paſcha quod erat in eadem prænunciatione, idem dominus cum diſcipulis ſuis celebrauit, quando
Mat.26. ei ſuggeſſerunt dicentes, Vbi vis paremus
Matt. 3. tibi paſcha? Sic & baptiſmum Ioannis, qui
Gen. 17. erat in proxima eius prænunciatione, etiã
H ipſe ſuſcepit. Sed ſicut aliud eſt carnis circunciſio Iudæorum, aliud autem quod octauo die baptizatorum nos celebramus,& aliud eſt paſcha quod adhuc illi de oue celebrant: aliud autem quod nos in corpore &
Exo.12. ſanguine domini accipimus: ſic alius fuit baptiſmus Ioannis,alius eſt baptiſmus Chri.
Acto. 9. Illis enim ventura iſta prænunciabuntur: iſtis completa illa prædicantur. Et quanuis illa Chriſtus acceperit, nobis tamen neceſſaria non ſunt, quia ipſum qui per hæc annunciabatus accepimus. Recenti autem aduentu domini quiſquis illa accepiſſet, opus ei erat,vt etiam hic imbueretur:quiſquis vero his imbutus eſſet, nõ opus erat vt retrorſus in illa cogeretur. Quapropter nolite de Ioannis baptiſmo caliginem facere, cuius cauſa & ratio ſiue iſta ſit quam expoſui, ſiue alia melior certiorq́ reddatur, illud tñ manifeſtum eſt,aliud fuiſſe baptiſmũ Ioannis,alium Chriſti: & illum Ioannis baptiſmum appellatum, quod & iuſtorum quos commemoraſti rñſio declarat, & ſermo ipſius domini,vbi ait Iudęis,Baptiſmus Ioan Mat.21
nis de cœlo eſt an ex hominibus? Iſte autẽ bapiſmus non dicitur Cæciliani nec Donati nec Auguſtini nec Petiliani, ſed baptiſmus Chriſti.Nã ſi impudentes nos putas: I
quia poſt nos neminem volumus baptizari, cum videamus poſt Ioannem fuiſſe homines baptizatos, qui vtique incomparabiliter maior eſt nobis, nunquid forte Ioannes & Optatus æquales ſunt? Ridiculum vr, & tamen puto q̃ non eos æquales, ſed maiorem credatis Optatum. Poſt Ioannem quippe Apoſtolus baptizauit, vos baptizare poſt Optatũ neminem audetis. An quia Optatus in vnitate veſtra fuit? Iã hoc quibus prærcordijs ſuſtineri poſsit ignoro, ſi amicus comitis, cui comes erat deus in vnitate dicitur fuiſſe, & amicus ſponſi præter
vnitatem. Quòd ſi Ioannes maxime in vni Ioan.3
tate fuit, & non ſolũ Optato,ſed omnibus vobis longe excellentior & maior fuit: & tamen poſt eũ Paulus Apoſtolus baptizauit,quare uos poſt Optatuñ non baptizatis,niſi forte in has anguſtias vos coarctat cæcitas ueſtra,ut dicatis Optatum dare potuiſſe ſp̃ſactum, Ioannem non potuiſſe? Quod ſi non dicitis,ne ab ipſis etiã inſanis ueſtra rideatur inſania, quid rñſuri eſtis, cur poſt Ioannem baptizandi fuerint homines, poſt Optatum autem baptizandus ſit, niſi quia illi baptiſmo Ioannis fuerãt baptizati: quicunque autem Chriſti baptiſ K
mo baptizantur,ſiue per Paulum baptizentur,ſiue per Optatũ, nihil diſtare inter iſtorum & illorum baptiſmum,cum tãtum diſtet inter Paulum & Optatum? Redite Eſa.1
ergo prꝛuaricatores ad cor, & nolite ex hominum moribus & factis diuina ſacramenta penſare. Illa enim per eum facta ſunt,cuius ſunt: ſed digne tractata afferũt præmium,indigne autem tractata iudiciũ. Et quanuis vnum non ſint qui dat ſacramentum digne & qui indigne tractauit: vnum eſt tamen illud ſiue digne ſiue indigne tractetur, non vt ipſum melius vel deterius fiat,ſed ad vitam mortemve tractantium. Illud ſanè quod dixiſti,quia in illis quos baptizauit poſt Ioannem Paulus, qꝺ iam

Acto.19 iam fuerat abluit,profecto non diceres ſi ali quantum conſiderares quid diceres. Si.n. abluendus fuit baptiſmus Ioannis, proculdubio ſordidus fuit. Quid ergo iam te vrgeam,recole aut lege & vide vnde hoc Ioã nes acceperit, reperies in quem effuderis iſtam blaſphemiam:quod cum repereris,ſaltem pectus tundatur,ſi lingua nõ frenatur. Iam vero quod eleganter vobis dicere videmini, ſi male hoc facimus quare nos quæriris? Nõne aliquando recordamini,quia nõ
L quæruntur niſi qui perierunt? An & hoc videre,ad ipſam perditionem pertinet? Poſſet.n.& illa ouis tam abſurde paſtori dicere,ſi male facio q̃ à grege aberro,quare me quæris? non intelligens quare ſe putat non eſſe quærendam,hanc eſſe vnã cauſam quare quæratur. Quis autem nos quærit, ſiue per ſcripturas ſuas, ſiue per linguas catholicas & pacificas, ſiue per flagella temporalium tribulationum,niſi ille qui iſtam miſericordiam nobis diſpenſat in omnibus?
Quærimus ergo vos vt inueniamus: tantum enim vos diligimus vt viuatis, quantum veſtrum errorem odimus vt intereat qui vos perdit. Atque vtinam ſic vos
quæramus vt etiam inueniamus, & de vnoquoque veſtrum gaudenter dicamus,
Mortuus erat & reuixit, perierat & inuen-
Luc.15. tus eſt.
Cap.38: Petilianus dixit, Si vos tenere catholicã dicitis,catholicos illud eſt quod Græce dicitur vnicum ſiue totum. Ecce in toto non eſtis,quia in partem ceſsiſtis. AVG.rñdit, Et ego quidem Græcæ linguæ perparum aſſecutus ſum,& propè nihil:non tamẽ impudenter me dico noſſe ὅλον non eſſe vnum, ſed totum,& καθόλου ſecundum totum, vnde catholica nomen accepit, dicente ipſo do
Acto.1. mino, Non eſt veſtrum ſcire tempora,quæ
M pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem ſpirituſſancti ſuperuenientem in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem & totam Iudæam & Samariam,& vſque in totam terram. Ecce vnde catholica vocatur. Sed ita clauſis oculis offenditis in nõtem, qui ex paruo lapide,ſecundum prophetiam
Dani.2. Danielis,creuit & impleuit vniuerſam terram, vt nobis dicatis, q̃ in partem ceſſerimus & in toto non ſimus,quorum communio vniuerſo orbi diffunditur, Sed quemadmodum ſi mihi diceres q̃ ego ſim Petilianus, non inuenirem quemadmodum te refellerem, niſi vt aut iocantem riderem, aut inſanientem dolerem:hoc mihi nunc faciendum eſſe video: ſed quia iocari te non credo,vides quid reſtat.

Cap.39 Petilianus dixit, Sed non eſt pars tenebrarum contra lucem, nec pars amaritudinis cum melle: nõ eſt pars vitæ cũ morte, nõ eſt pars innocẽtiæ cũ reatu: nõ eſt pars aquæ cum ſanguine, nec amurcæ cum oleo pars, licet ſit feculẽta cognatio, ſed cuncta reproba defluent. Ipſa eſt ſentina vitiorum 1.Ioã.2
dicente Ioanne. Ex nobis exierunt,ſed non A
ſunt de nobis. Nam ſi eſſent de nobis,per manſiſſent vtique nobiſcum. Non eſt aurũ cũ ſordibus ſuis, omnia precioſa purgãtur. Eccleſia
Scriptũ eſt nanq;, Sicut aurum probat for- ſtici.27.
nax,ita & iuſtos vexatio tribulationis. Nõ eſt pars crudelitas mãſuetudinis, nec religio ſacrilegij, nec pars Macarij penitus poteſt eſſe noſtra,q̃a ritus noſtri ſimilitudinẽ maculat. Acies nãq; inimica non pars eſt, quæ implet nomen hoſtile,quæ ſi vere pars dicitur, ſententiam congruã Salomonis incurret. Pereat pars eorũ de terra. AVG. reſpõdit,Hæc verba iactare & nihil proba- Mat.13.
re,q̃d eſt niſi delirare? Attendis zizania p
mundum, & triticũ non attendis,cum per totum vtraq; iuſſa ſint creſcere. Attendis ſemen maligni quod tẽpore meſsis ſeparabitur,& nõ attendis ſemen Abrahæ in quo Gen.22.
benedicuntur omnes gentes. Quaſi vero vos iam ſitis maſſa purgata,& mel ſyncerum & eliquatum oleũ, & aurum purum, nec ipſa ſpecies dealbati parietis. Vt enim Act.13.
de vitijs cæteris taceam, nunquid ebrioſi partem faciunt ſobriorum? aut deputantur auari in parte ſapientum? Si manſueti homines lucis vocabulum tenent, furor Cir- B
cumcellionum vbi niſi in tenebris deputabitur? Cur ergo per tales baptiſmus datus apud vos valet,& per quoslibet in orbe terrarum idem Chriſti baptiſmus non valet? Cernis nempe ad illud vos eſſe ab orbis terrarum communione ſeparatos, vt non quidem ſitis omnes ebrioſi, nec omnes auari, nec omnes vinolenti,ſed omnes hæretici, ac per hoc omnes impij, & omnes ſacrilegi. Quod autem vniuerſum orbem terrarum Chriſtiana ſocietate gaudentem Macarij partem vocatis, quis hoc ſano cerebro diceret? Sed quia vos de parte Donati eſſe dicimus, quæritis hominem, de cuius parte nos eſſe dicatis: & in magnis anguſtijs nominatis neſcio quem ſi forte in Aphrica cognitum, in alijs autẽ orbis partibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus ignotum. Quapropter ecce respõdet vobis vniuersum semen Abrahę de vniuersa terra. Macarium istũ de cuius parte nos dicitis, omnino non nouimus. Rñdete vicissim non vos nosse Donatum: sed & si partem Optati vos esse dicamus, quis vestrum potest dicere, nescire se Optatum, nisi forte facie, sicut nec Donatum? Sed gaudetis videlicet de nomine Donati, nunquid & de nomine Optati? Quid ergo vobis ꝓdest Donatus, cum vos omnes coinquinauerit Optatus? Quid vobis prodest sobrietas Donati, cum Circumcellionum ebrietate polluamini? Quid vobis prodest secundum vestram opinionem innocentia Donati, cum Optati rapacitate maculemini? Hic enim est error vester, vt amplius putetis valere iniquitatem hominis ad alium contaminãdum, quàm iustitiam hominis ad alium purificandum. Itaq; si duo pariter diuina sacramenta communicent, vnus iustus, alius iniquus, sed ita vt nec iste illius iniquitatẽ, nec ille huius imitetur iustitiam: non dicitis ex hoc fieri ambos iustos, sed ambos iniquos, ita vt & illud sanctũ quod pariter sumunt, immundum fiat, & amittat propriam sanctitatem. Vbi sibi inuenit tales aduocatos iniquitas, quibus delirãtibus ita victrix putetur, Vt quid ergo vobis plauditis de nomine Donati in tanto peruersitatis errore, vbi non Petilianus quidẽ esse meretur qđ Donatus, sed ipse Donatus esse cogitur, qđ Optatus? Dicat autem domus Israel, Pars mea dominus: dicat semen Abrahæ in omnibus gentibus, Dominus pars hæreditatis meæ. Nouit.n. quomodo dicat in Euangelio, gloriæ beati dei, Nam & vos per sacramentum quod in vobis est sicut Caiphas domini persecutor, nescientes prophetatis.

Quod enim Græce μακάριος Latine beatus ẽ, Ita plane de parte Macarij sumus. Quid enim est Christo beatius, cuius sumus, ad quem commemorantur & conuertuntur vniuersi fines terræ, & in cuius conspectu adorant vniuersæ patriæ gentium? Itaque maledictionem tuam vltimam in peruersum de Salomone vsurpatam, nõ timet pars huius Macarij, id est, huius beati, ne pereat de terra. Quod enim dictum est de impijs, hoc vos ad Christi hæreditatem conuertere conamini, & hoc esse factum nephanda impietate contenditis. Cum enim de impijs ille loqueretur, ait, Pereat pars eorum de terra. Cũ aũt vos dicitis illud quod scriptũ est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & cõmemorabũtur & cõuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: iam istam promissionem perijsse de terra, in Christi hæreditatem retorquere vultis, quod de sorte præ dictum est impiorum: sed manente atq; crescente Christi hæreditate, cum ista dicitis vos peritis, Non.n. vbiq; per sacramentum dei prophetatis, quandoquidem his per vestram insaniam male optatis. Sed plus valet prædictio Prophetarum, quàm maledictio Pseudoprophetarum.

Petilianus dixit, Paulus quoq; Apostolus clamat, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate? aut quæ societas luminis cum tenebris? Quæ aũt conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? AVG. respõdit, Verba Apostoli agnosco, sed quid te adiuuent omnino non video. Quis enim nostrum dicit esse participationem iustitiæ cum iniquitate, ẽt si iustus & iniquus, sicut Iudas & Petrus, pariter sacramenta cõmunicẽt? Ex vna quippe re sancta Iudas sibi sumebat iudicium, Petrus salutẽ: sicut tu si dissimilis eras cũ Optato sacramentũ sumebas, & raptor sicut ille non erat. An rapina iniquitas non est? Quis ita insaniat vt hoc dicat? Quæ ergo participatio iustitiæ tuę cum illius iniquitate, quando ad vnum accedebatis altare?

Petilianus dixit, Et iterũ docuit ne schismata nascerentur, Dico aũt vobis, qđ vnusquisq; vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego aũt Apollo, ego vero Cephæ, ego aũt Chri. Nũquid diuisus est Chs? Nunquid Paulus crucifixus est ꝓ vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? AVG. rñdit, Memẽ tote q hoc legitis, Petilianus ex Apostolo ista commemorat, quando enim crederetis sic eum pro nobis contra se dicere?

Petilianus dixit, Si rudibus, si iustis, Paulus hæc dixit, ego vobis iniustis hæc dico. Nunqd diuisus est Chs vt vos ab ecclesia scinderetis? AVG. rñdit, Vereor ne quisquã in hoc ope nostro scriptorẽ arbitretẽ errasse & illic feciſſe, Petilianus dixit: vbi debuit facere, Aug. respõdit: sed video quid egeris, quasi præoccupare voluisti ne nos ista diceremus, Sed quid fecisti nisi vt bis dicantur? Si ergo sic te delectat audire quæ sunt aduersus vos vt ea dicuntur, audi illa peto à me Petiliane: Nunquid diuisus est Christus vt vos ab ecclesia scinderetis?

Petilia-

Cap.34. Petilianus dixit, Nunquid pro vobis Iudas traditor laqueo suo mortuus est, aut eius vos moribus tingitis, cuius facta sectãtes raptis thesauris Ecclesiæ nos xpi hæredes potestatibus seculi venundatis. AVG. respõdit, Nõ pro nobis Iudas, sed xps mortuus est. Cui dicit Ecclesia toto orbe diffu-
Psal.118. sa, Rñdeam exprobrantibus mihi verbum, quoniã in verba tua superspe raui. Cum er-
Acto.1. go audiam verba domini dicentis, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in totam Iudæã & Samariã, & vlq; in totã terrã: Et per
Psal.18. G Prophetam, In oẽm terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ: malorũ cõmixtio corporalis me nulla ptur-
Psa.118. bat, sed noui dicere. Suscipe seruum tuũ in bonũ, non calũnientur me superbi. Non ergo curo vanũ calumniatorẽ, quia idoneum teneo promissorẽ. Si aũt de rebus vel locis ecclesiasticis quos tenebatis & non tenetis querimini, possunt & Iudæi se iustos dicere, & iniquitatẽ nobis obijcere, qa locũ in quo impie regnauerũt, modo xpiani possident. Quid ergo indignũ si ea quæ tenebãt hæretici, secundũ partẽ domini voluntatẽ catholici tenẽt? Ad omnes.n. similes, id est,
Matt.21 ad oẽs impios & iniquos illa vox dñi valet, Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti iustitiam. An frustra scriptũ
Psa.103. est, Labores impiorum iusti edẽt? Quapp magis mirari debetis, ꝙ adhuc tenetis aliquid, q̃ ꝙ aliquid amisistis. Sed neque hoc miremini, paulatim.n. cadit paries dealba-
Act.23. tus. Respicite tamen Maximinianistas, quę loca tenebant, & quibus inde agentibus & expugnantibus pulsi sint. Et si hoc pati iustitia est, & facere iniquitas, aude loqui si potes. Primo quia vos feciſtis, illi passi sunt: de
H inde quia secundum regulam iustitiæ huius tu inferior inueniris. Illi enim per iudices à catholicis imperatoribus expulsi sunt ex locis antiquis, tu autem nec per ipsorũ Imperatorum iussa de basilicis expelleris vnitatis. Vnde? nisi quia minoris meriti es, non solum cæteris collegis tuis, sed ẽt istis ipsis, quos cerce vt sacrilegos plenarij concilij vestri ore damnastis.

Cap. 44 Petilianus dixit, Nos enim vt scriptum
Gala. 3. est, baptismo nostro Christũ induimus tradidum, vos vestro contagio Iudam induitis traditorem. AVG. respõdit, Possem & ego dicere, vos vestro contagio Optatum induitis proditorem, raptorem, oppressorem, separatorem: sed absit vt cupiditas reddendi maledicti me prouocet ad aliquam falsitatem: nec vos enim illum induitis, nec nos istum. Itaq; si quis ad nos veniens in nomine Optati se baptizatum esse respondeat, & baptizetur in nomine Christi, & vos quotquot à nobis venientes baptizastis, si in nomine traditoris se baptizatos dixerant, non reprehendimus quod feciſtis: si autem in Christi nomine baptizati erant, nõ videtis quanto errore arbitremini varietate humanorum vitiorum diuina sacramenta variari, aut in te cuiusquam sordibus pollui. I

Petilianus dixit, Sed si istæ sunt partes, nihil nobis præiudicant nomina cum paucis. Duæ nanq; viæ sunt, vna angusta, qua pergimus: alia est impijs, qua peribunt, & tamen longe discernitur vocabuli æqualitas, ne via iustitiæ consortio nominis maculetur. AVG. respondit, Timuisti comparatã multitudini vestræ multitudinem orbis terrarum, & ad paucitatis laudem per angustã viam gradientem te conferre voluisti. Vtinam non ad eius laudem, sed ad ipsam viã te contulisses, profecto conspiceres eandem paucitatem in Ecclesia esse omnium gentium, sed paucos dici iustos in comparatione multorum iniquorum: sicut in comparatione paleæ possunt pauca grana dici vberrimæ segetis, quæ tamen per seipsa in massam redacta implent horreum. Nam sicut in tribulationibus amissorum locorum, sic etiam in paucitate, si in his putas esse iustitiam, te ipsi Maximinianistæ superabunt. Cap.25.

Petilianus dixit, Primo Psalmo Dauid beatos & impios separat, non partes scilicet faciens, sed ab omnibus impijs separans sanctitatem. Beatus vir qui non abijt in concilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Ad viam iustitiæ redeat, qui errauerat K vt periret. Et super cathedram pestilentiæ non sedit, cum ita commoneat ò miseri qui sedetis. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege domini meditabitur die ac nocte. Et erit velut lignum quod plantatum est circa decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non decidet, & omnia quæcunque fecerit prospera procedent. Non sic impij non sic, sed tanq̃ puluis quem proijcit ventus à facie terræ, implet oculos vt excæcet. Propterea nõ exurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Quoniam scit dominus vias iustorum, & iter impiorum periet. AVG. respondit, Quis non in scripturis di- Cap.46 Psal. 1.

ris discernat hæc duo genera hominum, sed vos maledicti paleæ crimina etiam frumentis objcitis,& cum sola palea sitis, solum frumentum vos esse iactatis. Prophetę autem veridici vtrunque hoc genus ante ventilationem quæ in die iudicij futura est,permixtum esse dicunt per totum mundum:id est, per totum agrum domini. Veruntamen admoneo vt istum primum Psalmum Græce legas,ita non audebis pro crimine objcere orbi terrarum partem Macarij,quia forte intelligeres cuius Macarij, si pars in omnibus sanctis,quæ per omnes gẽtes benedicuntur in semine Abrahę. Quod enim scriptum est Latine,Beatus vir. Grece habet μακάριος ἀνήρ. Ille autẽ Macarius qui vobis displicet,is malus fuit, nec in hac sorte est,nec huic sorti obest. Si autem bonus, opus suum probet, vt in seipso habeat
Gala. 6. gloriam & non in altero.
Cap. 47 Petilianus dixit,Nostri autem baptismatis laudes idem Psalmographus decãtauit, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit,in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquã refectionis educauit me, animam meam cõ
Psal.22. uertit. Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum:Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, si me inquit, persecutor occidat,non timebo mala, quoniam tu mecum es, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Inde vicit Go-
1.R.16. liam oleo chrismatis loricata. Parasti in cõspectu meo mensam,aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians perquam optimus, Et misericordia tua subsequetur me omnes dies vitæ meæ. Vt inhabitem in domo domini,in longitudine dierum. AVG. respon-
M dit, Iste Psalmus de his loquitur,qui bene
Acto.8. suscipiunt baptismum,& sancto sancte vtũtur. Non enim hæc verba ista etiam ad Simonem magum pertinent, qui tamen eundem sanctum baptismum accepit: & quia eo sancte vti noluit, non ideo illum inquinauit, aut repetendum talibus docuit, Sed quia Goliæ commemorationem fecisti, attende illum de ipso Golia Psalmum, & vide quia in cantico nouo depictus est: ibi enim dicitur, Deus canticum nouum cantabo tibi,in psalterio decem chordarum psallam tibi. Et vide vtrum ad hoc canticum pertineat,qui orbi terrarum communicat. Alibi enim dicitur,Cantate domino canti-
Psal.95. cum nouum,cantate domino omnis terra. Omnis ergo terra, in cuius vnitate non estis,cantat canticum nouum, & omnis terræ sunt quoque verba ista, Dominus pascit Psal.2
me,& nihil mihi deerit &c. Non sunt hæc verba zizaniorum, quanuis vsque ad messem in vna segete tolerentur. Nõ sunt ver Mat.1
ba paleæ sed tritici, quanuis eadem pluuia simulque nutriantur,eadem area simulque triturentur,donec vltimo ventilabro abinuicem segregentur. Quæ duo vtique com- Matt.
muniter vnum habent baptismum, quanuis non sint vnum. Sed & si pars vestra esset Ecclesia dei, certe fatereris istum Psalmum non ibi pertinere ad furiosas cateruas A
Circuncellionum. Aut si & ipsi per semitas iustitiæ deducuntur, quare negatis eos comites vestros esse, cum vobis objciuntur, quanuis plerunq; paucitate concisionis vestræ,non virga & baculus dei,sed fustes eorum consolentur,quibus vos & aduersus leges Romanas tutos ẽe arbitramini: in quas incurrere quid est aliud quam ambulare in medio vmbræ mortis? Sed non timet mala cum quo dominus est. Certe tamen non audebis dicere etiam istorum furiosorum esse verba, quæ in hoc Psalmo cantantur,& tamen habere eos baptismum,non solum cõfitemini,sed etiam profitemini. Non dicũt ergo ista nisi qui aqua sancta reficiuntur,sicut omnes iusti dei, non qui ea male vtendo subuertuntur, sicut magus ille à Philippo baptizatus, & tamen ipsa in vtrisq; vna Acto.
sancta est. Non dicunt ista nisi qui ad dexteram pertinebunt,sed tamen eadem pascua sub vno pastore & oues & hirci pascuntur, Matt.
donec vt debita recipiantur, segregentur. Non dicunt ista nisi qui de mensa domini vitam sumunt sicut Petrus,non iudicium sicut Iudas: & tamen ipsa vtrique fuit vna, sed non vtrique valuit ad vnum, quia ipsi non erant vnum. Non dicunt ista,nisi qui B
oleo sancto etiam in spiritu beatificantur,sicut Dauid, non qui in solo corpore consecrantur,sicut Saul: & tamen cum ambo vnum sumpsissent, non eis impar sacramentum,sed impar meritum fuit. Non dicunt ista nisi qui calicem domini in vitam ęternã mutata mente suscipiunt,non qui iudicium sibi manducant & bibunt, sicut Apostolus 1.Co.1
ait,& tamen vtrisque non vnus calix ille vnus est, inebrians ad capessenda cœlestia martyres, non ad funestanda præcipitia Circuncelliones. Memento ergo sacramentis dei nihil obesse mores malorum homi- 1.q.1.c.
num Domin.

num quo,illa vel omnino non sint,vel minus sancta sint,sed ipsis malis hominibus & hæc habeant ad testimoniũ donationis,non ad adiutorium sanitatis. Saltem quippe ipsa verba vltima Psalmi huius considerare debuisti, & propter eos qui baptismo accepto apostatant intelligere non ab omnibus qui
Psal.22. sanctũ baptisma accipiunt posse dici, Vt inhabitem in domo domini in lõgitudine dierum:& tamen siue permanentibus siue lapsis,cum ipsi non sint vnũ, baptismus unus
C est:& cum ipsi nõ vtriq; sancti sint, baptismus in vtrisq; sanctus est:quia & apostatæ si redeant, nõ quasi eũ amiserint baptizantur,sed quod in se permanenti iniuriam fecerint humiliantur.
Ca. 48. Petilianus dixit. At ne uos sanctos esse dicatis, primum id assero qa qui nõ fuerit innocens,nõ habet sanctitatem. AVG. respondit,Ostende nobis tribunal vbi sedisti, vt ante te staret orbis terrarum, & quibus oculis, non dico conscientias omnium, sed vel actus inspexisti & discussisti, ut eũ per-
2.Co.12 didisse innocentiam iudicares. Ille qui raptus est vsque in tertium cœlum,dicit, Sed
1.Co.4. neque ego meipsum dijudico, & tu de vniuersa terra qua hæreditas Christi dilatatur audes ferre sententiã? Deinde si satis absolutum tibi uidetur,quod dixisti, Qui non fue-
1.Re.10 rit innocens non habet sanctitatẽ. Quæro
1.q.1.c. si non habebat Saul sacramẽti sanctitatem,
Dñs quid in eo Dauid uenerabatur. Si autẽ habebat innocentiã, quare innocẽtẽ persequebatur? Nam eum propter sacrosanctam vnctionem & honorauit uiuum & uindicauit
1.Re.24 occisum. Et quia uel panniculum ex eius veste præscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem,non uitæ suæ,sed unctionis: nam hoc sine innocentia nemo
D potest, sed sacramẽti de quod & in malis hominibus sanctum est.
Ca. 49. Petilianus dixit, Nam si legẽ perfidi nostis, sine iniuria ipsius legis hæc dixerim, hanc & diabolus nouit. Nanq; dño deo in causa Iob iusti, quasi iustus ita de lege respondit,sicut scriptum est, Dixi dñs diabo-
Iob.2. lo,Respexisti in puerũ meũ Iob, quia nõ ẽ similis illi in terra,homo sine malitia,uerus dei cultor,abstinens se ab omni malo,perseuerans in simplicitate, tu autem petisti vt omnem remittius perderes sine causa. Et respondit diabolus & dixit dño,Corium pro corio, & omne quodcunq; habuerit homo pro anima sua dabit. Ecce legaliter loquitur qui nititur cõtra legẽ. Et iterũ dũm Christũ sermonibus suis sic ausus est attentare, Matt. 4.
sicut scriptũ est,Assumpsit diabolus Iesum in sanctã ciuitatẽ, & statuit eũ super pinnã tẽpli,& dixit ei,Mitte te deorsum. Scriptũ
est.n. Quia angelis suis mandauit de te, ut Psa. 90.
manibus tollãt te,ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait Iesus, Iterum scriptũ est. Non tentabis dũm deũ tuũ Nostis,inquã, Deu. 6.
sicut diabolus legem,qui in suis conatibus vincitur, & in actibus erubescit. AVG. respondit, Possem quidem quærere abs te, E
in qua lege scripta sunt uerba quæ diabolus dixit,cũ sanctũ virũ Iob apud deum criminaretur, si hoc mihi esset propositum demõstrare legẽ,quã dicis diabolũ nosse,teipsum nõ nosse: sed quia nõ inde inter nos qo est, hoc prætermitto. Si aũt conatus es ostendere diabolum legisperitũ, quasi nos dicamus omnes qui uerba legis nouerũt iustos esse. Quid ergo te adiuuet quod de diabolo cõmemorare voluisti,non video,nisi forte vt nobis ueniret in mẽtẽ,qũo ipsum diabolum vos imitamini. Sicut enim ille contra latorẽ legis proferebat uerba legis, sic & uos ex uerbis legis accusatis homines,quos ignoratis, vt dei promissis quæ in ipsa lege scripta sunt resistatis. Deinde vellem mihi diceres,Confessores illi uestri qñ seipsos præcipitant, cui dicant martyrium,utrum Christo, qui talia suggerentem diabolum repulit,an potius ipsi diabolo, qui talia Christo facienda suggesit? Duæ sunt maxime uiles atque vsitatæ mortes eorum,qui seipsos interimunt, laqueus & præcipitium. Tu certe dixisti in 23.q.5.
primis partibus huius Epistolæ, Laqueo c. Tu di
traditor perijt,laqueum talibus dereliquit: xisti.
hoc ad nos omnino non pertinet. Neque.n. F
ueneramur nomine martyrum eos qui sibi collũ ligauerunt. Quãto autem nos probabilius in uos dicimus, magister traditoris diabolus pcipitiũ Christo suadere voluit, & repulsus est. Quid ergo dicendi sunt,quibus hoc suasit & auditus est? Quid.n. nisi inimici Christi,amici autẽ diaboli, discipuli seductoris,condiscipuli traditoris: Spõtaneas.n. mortes ab vno magistro vtrique didicerunt,ille laqueum,isti præcipitium.
Petilianus dixit,Sed ut uestra singula de- Ca. 50.
struamus, si sacerdotes vos dicitis, sic a domino deo dictum est per Propheram, Vltimo domini super falsos sacerdotes. AVG. respondit, Quære potius qiud verum

rum dicas,non vnde male dicas, & quid do ceas,non quid obijcias.

Ca. 51. Petilianus dixit,Si cathedram vobis miseri vendicatis,vt superius diximus, habetis illam profecto quam Dauid propheta psalmographus pestilentiæ cathedram pronunciauit, vobis enim iuste relicta est, quia in ea sancti sedere non pñt. AVG. respõdit, Et hæc non vides non aliqua esse documenta, sed vana conuitia. Hoc enim est illud quod pauloante dixi, Verba legis dicitis, sed in quos dicatis non attenditis: sicut diabolus verba legis dicebat,sed cui diceret

G non agnoscebat:Ille caput nostrum sursum ascensurum, deorsum volebat deijcere:vos autem corpus eiusdem capitis,quod per totam terram diffusum est, ad exiguam partẽ vultis redigere. Certe ipse pauloante dixisti,nos legem nosse & legaliter loqui, sed in actibus erubescere. Dicis quidem ista nihil probans, sed & si de aliquibus probares, de his cæteris non præscriberes. Veruntamen si omnes per totum orbem tales essent, qua les uanissime criminaris,cathedra tibi quid fecit Ecclesię Romanę,in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet: vel Eccle siæ Hierosolimitanæ,in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica vnitate connectimur,& a quibus uos nephario furore separastis? Quare appellas cathedram pestilãtiæ:cathedrã Apostolicam?Si propter homines,quos putas legem loqui & non facere, nunquid dominus Iesus Christus propter Pharisæos, de quibus ait, Dicunt enim & non faciunt,cathedræ in qua sedebant vllam fecit iniuriã? Nonne illã cathedram Moysi commendauit,& illos seruato cathedræ honore redarguit? Ait enim Cathedram Moysi sedent,

H quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite:dicunt enim & non faciunt. Hæc si cogitaretis,non propter homines quos in famatis blasphemaretis cathedram Apostolicam cui non communicatis. Sed quid est aliud quàm nescire dicere, & tamen non posse nisi maledicere?

Ca. 52. Petilianus dixit, Si sacrificia vos facere iudicatis,de vobis quippe nequissimis deus ipse sic dicit, Facinorosus, inquit,sacrificat mihi vitulum, quasi canem occidat, & qui ponit similaginem, quasi sanguinem porcinum fundat, Scitote vestrum sacrificium, qui sanguinem humanum iam fudistis. Et iterum,Sacrificia eorũ quasi panis luctus omnis qui mãducabit ex illo inquinabitur. AVG. respondit,nos dicimus tale cuique sacrificium fieri,qualis accedit vt offerat, & qualis accedit vt sumat, & eos de sacrificijs talium manducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi sunt. Itaque si offerat deo malus,& accipiat inde bonus, tale cuique esse qualis quisq; fuerit, quia & illud scriptum est,Qmnia munda mundis. Per hanc sententiam veridicam & catholicam etiã vos Optati sacrificio non estis polluti,si facta eius displicebant vobis, Nam vtique panis illius panis luctus erat,sub cuius iniquitatibus Aphrica tota lugebat: sed I panem luctus omnibus vobis communem esse omnium vestrum malum schismaticis facit.Nam secundum concilij vestri sententiam Felicianus Musticanus humanum sanguinem fugit, Dixistis enim cum eos damnaretis, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Vide ergo quale sacrificiũ offerat,quem sacerdotem habetis cum eum sacrilegum damnaueritis,& si hoc vobis nihil obesse arbitramini,rogo vos,vnitas calũniarum vestrarum quid oberit orbi terrarum?

Petilianus dixit, Si precem domino facitis aut funditis orationem, nihil vobis penitus prodest, Vestras enim debiles preces cruenta vestra conscientia vacuat, quia dominus deus puram magis conscientiam q̃ preces exaudit, domino Christo dicente. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe,intrabit in regnum cœlorum,sed is qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est.Voluntas dei vtique bona est, nam ideo in sacra oratione sic petimus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: vt quia bona eius uoluntas est, nobis quæ bona sunt largiat. Vos ergo voluntatem dei non facitis, quia mala quotidie perpetratis. AVG. respondit,Ista omnia si & nos in vos dicamus,nõ ne qui nos audierit,insanos potius litigatores quàm Christianos disputatores, si ipse sanus est,iudicabit?Nõ ergo reddimus maledictum pro maledicto, Seruum enim domini nõ oportet litigare, sed esse mitem ad omnes,docibilem,in modestia corripiẽtem diuersa sentientes.Si ergo vobis obijcimus eos qui mala apud vos quotidie perpetrant, inepte litigamus, alios ex alijs accusantes. Si autem vos admonemus, vt sicut illa vobis non vultis obijci,sic nobis nõ obijciatis aliena, in modestia vos corripimus, si qui aliquando

aliqñ resipiscatis. Petilianus dixit,Si uero forte, qd nescio dæmonia pellitis,nec fidei uobis proderit, quia nec fidei uestræ, nec meritis cedunt ipsa dæmonia, sed in noie dñi Iesu Christi pelluntur. AVG. rñdit, Gratias deo, quia tandẽ confessus es posse ualere inuocatũ nomen Christi ad aliorũ salutem,etiam si a peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige cum Christi nomen inuocatur, nõ obesse aliorũ saluti aliena peccata. Nos autem quomodo inuocemus nomen Christi, nõ tuo iudicio nobis opus est, sed ipsius qui inuocatur a nobis. Solus. n.

L potest nosse quo corde inuocetur. Ex eius tñ uerbis certi sumus ab oibus gentibus eũ salubriter inuocari quæ benedicuntur in semine Abrahæ.

Ca. 55. Petilianus dixit,Et si prorsus virtutes & mirabilia faciatis, propter vestram nequitiam,nec sic uos dominus nouit,domino ip

Matt. 7. so dicente,Multi dicẽt mihi in die illo,Dñe dñe, in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo damonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus. Tunc dicam illis,quoniam non noui uos,Discedite à me operarij iniquitatis. AVG. respon dit, Agnoscimus verba domini. Hinc &

2.Co. 15 Apostolus ait,Si fidem habeam ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam,nihil sum. Hic ergo quærendum est quis habeat charitatem:inuenies non esse nisi eos qui diligunt vnitatem. Nam de exclusione dæmonum,& de potentia miraculorum,quoniam pleriq̃ talia nõ faciũt, & tamen ad regnum dei pertinent: pleriq; autem faciunt,& non pertinent:nec nostri, nec vestri debent gloriari, si qui forte ista possunt:quandoquidem nec Apostolos qui vere ista salubriter atque vtiliter poterãt, uoluit dominus gaudere de talibus quando

Luc. 10. eis ait, Nolite in hoc gaudere quod dæmonia uobis subiecta sint: gaudete autem

M quod nomina vestra scripta sunt in cœlo. Quapropter ista quæ ex Euangelio posuisti, & ego tibi possem dicere, si te viderem signorum virtutes operantem:& tu mihi, si me talia facientem videres. Non ergo uobis dicamus quæ possunt & ex alia parte dici & remotis ambagibus: quoniam Vbi sit ecclesia Christi,quærimus ipsum qui eam suo sanguine redemit,audiamus dicentem,Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam

Acto.1. Iudæam & Samariam, & vsque in totam terram. Huic ecclesiæ quæ per totam terrã diffunditur, quisquis non communicat cui non communicet vides, si cuius verba ista sint audis. Quid est autem dementius q̃ sacramentis domini communicare, & verbis Luc.13. domini non communicare? Hi vtiq; dicturi sunt. In nomine tuo manducauimus & bibimus:& audituri, Non noui uos:qui corpus eius & sanguinem in sacramento manducant & bibunt,& membra eius toto orbe diffusa in Euangelio non agnoscũt, & ideo cum eis in iudicio non computantur.

Petilianus dixit, Quoniam & si ut ipsi putatis,domini legem pure sequimini,de ipsa lege sanctissima legaliter disputemus. Dicit Apostolus Paulus, Bona est lex si quis ea legitime vtatur, Lex ergo quod dicit? 1.Ti. 1. Non occides. Quod semel fecit Cain par A ricida, vos fratres sępius occidistis. A V. Exo.20. respondit,Similes vobis esse nolumus,nam Gen. 4. non desunt quæ dicantur, sicut & tu ista dicis:& quæ sciantur,nam ista tu nescis: & q̃ ostendantur,nam tu ista non ostendis.

Petilianus dixit. Dictum est,Non mœ- Ca. 57. chaberis: unusquisq; vestrum si carnaliter Exo.20. castus sit, spiritaliter mœchus est, quia adulterat sanctitatem. A V G. respondit. Possunt hæc in quosdam veraciter dici, & nostros:qui si vtrisque nostrum displicent, nec nostri nec vestri sunt. Sed tu quod in quosdam dicis,& nec in ipsis probas,pro eo uis accipi ac si probaueris,non in aliquibus qui degenerant à semine Abrahæ, sed in omnibus gentibus quæ benedicuntur in semine Abrahæ.

Petilianus dixit,Dictũ est, Falsum testi- Ca. 58. monium non reddes:Cũ regibus seculi uos Exo.20. vestra tenere mentimini,nonne falsa cõflatis? AVG. rñdit,Si non sunt uestra quæ tenetis,nec illa erant vestra quæ à Maximi nianistis recepistis. Quod si propterea illa vestra erant,quia illi sacrilegum schisma fecerunt,non cõmunicando parti Donati: attende quę loca teneatis,& cuius hæreditate cõmunicetis, & cogitate nõ regibus seculi, B sed regi Chro quid rñdere possitis. De illo Psa. 71. dictũ est,Dominabit à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terra- Matt. 3. rum. Quo vtiq; flumine,nisi ubi baptizatus est,& vbi super eum columba descẽdit, magnum charitatis & unitatis indicium? Vos autem huic unitati non communicatis & adhuc loca vnitatis tenetis, & inuidiam nobis regibus seculi facitis, cum per iussa proconsulum de locis partis Donati schis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

maticos vestros expuleritis. Nō sunt hæc verba p inane volantia, homines viuunt, ciuitates testātur, gesta procōsularia & municipalia recitantur. Sileat aliqñ vox calumniosa obijciēs reges seculi vniuersæ terræ, per quorum proconsules non potuit parcere concisa concisæ. Cum ergo dicimus q̄ nostra teneatis, non ostendimur falsum testimoniū dicere, nisi nos ostendatis in ecclesia Chri non esse, quod quidem dicere non cessatis, sed ostendere nunquā valebitis: Immo vero cum hoc dicitis, non iam nobis, sed ipsi Christo falsi testimonij crimē obji-
Acto. 1. citis. Nos quippe in ecclesia sumus quæ ipsius testimonio prænunciata est, & vbi suis
C testibus attestatus est, dicens, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariā, & vsq; in totam terram. Vos autē falsos testes non solum hinc ostēdimus, q̄a huic veritati resistitis, sed etiam in ipso iudicio quo cum Maximiniani schismate conflixistis. Si secundum legē Christi agebatis, quanto congruentius secundum eam constituunt aliqui Christiani Imperatores, si possunt secūdum eam iudicare Pagani p-
Dist. 10. consules. Si autem in adiutorium etiam terc. in adiu reni imperij leges assumendas putastis, nō
torium · reprehendimus. Fecit hoc Paulus cum ad-
Act. 22. uersus iniuriosos ciuem Romanum se esse testatus est. Sed quæro quibus terrenis legibus sit statutum, vt Maximinianistæ locis pellantur: nullas omnino reperies, sed videlicet legibus quæ aduersus hæreticos, atque inter eos ēt aduersus vosipsos latæ sunt, illos expellere voluistis, aduersus infirmos tanquā potentiores prævaluistis. Vnde illi quia nihil potuerunt, innocentes se dicunt tanquā sub leones lupus, tū legibus aduersus vos latis profecto aduersus alios, nisi p falsum testimonium non vtemini. Si.n. veraces sunt illæ leges, cedite etiam vos locis quos tenetis: si autem fallaces sunt, cur per eas hos excluſi stis? quid quod & veraces
D sunt, & vos per illas alios nisi fallaciter non possetis expellere? Vt.n. eis seruirent iudices, hæreticos expellere voluerūt, vnde vos priores expellere debuerunt: sed vos catholicos esse dixistis, vt vobis parcerent leges, per quas alios premebatis, videtis quid vobis apud nosmetipsos videamini, illis tamē legibus non estis catholici. Cur ergo aut eas veraces falso testimonio fefelliſtis, aut eas fallaces ad opprimendos alios vsurpatis?

Petilianus dixit, Dictum est, Non cōcupisces rem proximi tui: vos nostra diripicis, vt pro vestris habeatis. A V G. respōdit, Et quæcunq; vnitas possidebat, nō nisi nostra sunt, qui non secundū calumnias hominū, sed secundū verba Christi, in quo bñdicuntur oēs gentes vniuersæ terræ, in vnitate consistimus, nec pp malos quos à frumētis dñicis ante iudicij ventilationē separare nō possumus, vos à societate tritici separamus. Et si qua iā concisi possidere cœpistis, quia vobis ablata nobis dñs dedit, non ideo concupiscimus aliena, quia illius imperio cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: vos enim his vtebamini ad pcissionē, nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo dei possent illi obijcere alienæ rei
E concupiscentiā, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea terra male vtebantur expulsi sunt, & ipsi Iudæi a quibus ablatū est regnum, scdm verba dñi, & datū est genti facienti iustitiam, possunt obijcere alienæ rei concupiscentiā, q̄a Ecclesia Chri possidet vbi persecutores Chri regnabant. Et post omnia, cum vobis ipsis dictum fuerit, res alienas concupiscitis, quia Maximinianistas de basilicis eiecistis, quid respondeatis non inuenitis.

Petilianus dixit, Qua igitur lege vos Xpianos ostēditis, cū legi cōtraria faciatis? A V G. rñdit, Litigare vis, non disputare.

Petilianus dixit, Dicit aūt dñs Christus, Qui fecerit & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorū: sic aūt vos miseros damnat, Qui resoluerit vnum ex his mandatis minimus, vocabitur in regno cœlorū. A V G. respondit, Vbi forte aliter dicis testimonia scripturarū q̄ fese habent, & ad rē quæ inter nos agitur non pertinet, non nimis curo, vbi autē impediunt quod tractamus, nisi veraciter proferantur, non te arbitror succensere debere, si quemadmodum scriptum sit commemoro. Ecce hoc q̄d modo posuisti, non ita scriptum est, sed ita potius, Qui soluerit vnum de mandatis istis
F minimis, & docuerit sic, minimus vocabitur in regno cœlorum: Qui autem fecerit & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Et continuo secutus ait. Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Alibi enim Pharisæos ostendit & arguit, quoniā dicunt & non faciunt. Hos ergo & his

hic significauit, cum diceret, Qui soluerit & sic docuerit. i. docuerit verbis, quod soluerit factis. Super quos abundare præcipit iustitiam nostram, vt faciamus, & sic docea-
Mat. 23. mus, & tamen nec ꝓpter illos Pharisæos, quibus nos non per prudentiā, sed per maleuolentiam comparatis, ꝓcepit Dominus deseri cathedram Moysi, in qua vtiq; figurabat suam, dicens, quippe illos sup cathedram Moysi sedentes, dicere & non facere: monet tamen populos facere, quæ dicunt, & non facere, quæ faciunt, ne cathedræ sanctitas deseratur, & propter pastores malos gregis vnitas diuidatur.

Cap. 62. Petilianus dixit, Et iterum, Omne pctm
1. Co. 6. quod peccauerit, extra corpus est. Qui autem peccauerit in Spiritu sancto, non ei re-
G Matt. 12 mittetur nec in hoc seculo, nec in futuro. A V G. respondit, Et hoc non ita scriptū
1. Co. 6. est, & vide quātum te fefellerit. Apostolus ad Corinthios scribens, ait, Omne peccatū quodcūque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat: hoc autem aliud est, & aliud illud qd
Matt. 12 Dominus in Euangelio dixit, Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus, qui autem peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei nec in hoc seculo neq; in futuro. Tu autem cœpisti ex Apostolo sententiam, & eam tanquam vna sit ex Euangelio terminasti, quod te nō credo fraude sed errore fecisse. Neutra enim ad rem pertinet, & cur hæc dixeris, & quoquo modo dixeris omnino non video: nisi forte quia cum superius dixisses, damnatos esse a Domino qui resoluerint vnū ex mandatis, considerasti q̄ multos habeatis, nō vnum, sed multa mandata soluētes: & ne tibi obijceretur, voluisti per transitum subinducere differentiam peccatorum, aliud esse soluere aliquod mandatum, vnde venia facilis posset accipi: aliud autem peccare in Spiritum sanctum, quod non remittetur neque
H in hoc seculo neq; in futuro. Timēs itaq; contagia peccatorum hoc tacere voluisti, & rursus timens profunditatem quæstionis excedentem vires tuas, hoc rursum pstringere voluisti, tanta trepidatione, vt quemadmodum solent aliqua perturbatione festinantes peruersē se vestire aut calceare, nolueris attendere vel quid ad quod pertineat, vel vbi & quemadmodum scriptum sit; Quale sit autem illud peccatum, quod non dimittetur neque in hoc seculo neque in futuro: vsqueadeo nescitis: vt cū in ipso nos esse credatis, remissionem tamen eius per vestrum nobis baptismū promittatis. Quod vnde fieri potest si tale peccatum est vt non dimittatur, neque in hoc seculo neque in futuro?

Petilianus dixit, Diuina ergo mandata, quibus rebus impletis dicit Dominus Ie- Matt. 5.
sus, Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnum cœlorum, vt vos persequendi malitia furoris diuinas exhalatis. A V G. respondit, Dicite ista potius Circumcellionibus vestris. Cap. 63

Petilianus dixit, Beati mansueti, qm ipsi possidebunt terram: Vos igitur mansueti Matt. 5.
cœlū & terram pariter perdidistis. A V G. respondit, Iterum atq; iterum audite Dominum dicentem, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam & vsque in totam terram. Cur ergo illi nō I perdiderunt terram & cœlum, qui vt non communicent vniuersæ terræ, contemnūt verba sedentis in cœlo? Nā de vestra mansuetudine nō tuæ voces, sed Circuncellionum fustes interrogentur. Dicturus es, Quid ad nos pertinet? quasi nos ista dicamus, nisi vt hoc respondeatis: Ideo enim ad vos pertinet schisma vestrum, quia pertinere ad vos peccatum non vultis alienū: nec tamen ob aliud vos a nobis separastis, nisi dum nobis obijcitis crimen alienum. Cap. 64.

Petilianus dixit, Beati qui lugēt, quoniā Cap. 65.
ipsi consolabuntur: vos nri carnifices lugē- Matt. 5.
tes facitis, non lugetis. A V G. respōdit, Considerate paululum q̄ multum & quantum luctum dederint Deo laudes amatorū Psal. 112.
vestrorum. Dicite iterum, quid ad nos? & ego iterū dicam, & tu qd dicis? qd ad nos? qd ad orbem terrarū? qd ad eos q̄ laudant Psal. 95.
nomen Dñi a solis ortu vsq; ad occasum? Gen. 22
quid ad oēm terrā q̄ cantat canticū nouū? qd ad semē Abrahæ, in quo bñdicunt oēs gentes? Ergo ideo ad vos ptinet sacrilegiū schismatis, quia ad nos non pertinent facta mala vestrorum: & hinc intelligitis nec ad orbem terrarū pertinere, etiam si ꝓbaretis facta eorū, ꝓpter quos inde vos separastis. K

Petilianus dixit, Beati qui esuriūt & si Cap. 6.
tiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabūtur: Matt. 5.
vobis hæc iustitia est vt nostrū sanguinem sitiatis. A V G. respondit, Quid tibi dicā tu homo, nisi quia calumnioſus es? Esurit quidē vos & sitit vnitas Christi: quæ vtinā vos absorbeat, hæretici non eritis.

Cap. 67 Petillianus dixit, Beati misericordes, qm̃
Matt. 5. ipsi misericordiam consequentur. Vos quãdo misericordes appellemini, cum pœnas iustis ingeritis: ad communionẽ nequissimã, dum animas inquinatis? AVG. rñdit, Nec vos iustos probatis, nec nos pœnas ingerere vel iniustis: Et tamen sicut est plerunque crudelis fallax adulatio, sic semper misericors iusta correptio. Nã vnde est illud qđ
Psa. 140. non intelligitis, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me? Hoc enim cum de asperitate misericordis correptionis dixisset, continuo subiunxit de lenitate perniciosæ adulationis, & ait, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Tu ergo attende, quò voceris & vnde reuoceris: Nam vnde nosti, quo in te animo sit quem sæuum putas? sed quomodolibet sit vnusq; L que sarcinam suam portat, & apud nos & apud vos: sed sarcinam schismatis quã omnes portatis, abijcite, vt sarcinas vestras bonas in vnitate portetis, & eos qui malas portant, si positis misericorditer emendetis: si nõ positis, pacifice tolleretis. Petilianus dixit. Beati qui puro sunt corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quando deum videbitis, qui immunda malitia cordis geritis cæcitatem? AVG. rñdit, Quare hoc dicis? An forte nos ignorata quæ homines dicunt obijcimus omnibus gentibus, & manifesta intelligere nolumus, quæ deus prædixit de omnibus gentibus? Hæc est magna cæcitas cordis, & si nec ipsam in vobis agnoscitis, hæc est maior cæcitas cordis.

Cap. 68. Petilianus dixit, Beati pacifici, qm̃ filij
Matt. 5. dei vocabũtur. Vos pacem scelere fingitis, & bello quæritis vnitatem. AVG. respondit, Non pacem scelere fingimus: sed pacem ex Euangelio prædicamus, cum quo si pacem habueritis, & nobiscum habebitis. Dominus resurgens, &
Luc. 24. se non solum oculis intuendum, sed etiam contrectandum manibus discipulorum præbens, inde cœpit, pax vobiscum inquit. Et quomodo esset tenenda pax ista, sequentibus verbis aperuit. Ibi enim Aperuit eis sensum vt intelligerent M scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptũ est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Cum his verbis pacem habete, & à nobis non dissentietis. Nam si bello quærimus vnitatem, non potuit laudari prælarius bellum nostrum, quandoquidem scriptum est, Diliges proximum tuum sicut te Mat. 22
ipsum. Et iterum scriptum est, Nemo vnquam carnem suam odio habuit: & tamen Ephe. 5
caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Quod si nemo carnẽ Galat. 5
suam odio habet, & tamen aduersus carnem suam concupiscit: ecce bello vnitas quæritur, vt corpus castigatum seruituti subijciatur. Quod autẽ spiritus facit aduersus car- 1. Co. 9
nem, non odio sed dilectione belligerãs, hoc spiritales faciunt aduersus carnales, vt qđ agunt erga se, agant & erga illos, quia diligunt proximos tanquam proximos, sed bellum spiritalium est illa in charitate correptio, gladius eorum sermo dei est. Ad tale bellum tuba Apostolica concitantur cum magno impetu personante, prædica ver- 2. Ti. 4
bum, insta opportune importune, argue, A
hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina. Ecce non agimus ferro, sed verbo, vos autem nec respondetis vera, & accusatis falsa, non corrigitis vestra, obijcitis aliena. Dicit Christus verum testimonium de orbe terrarũ, dicitis vos aduersus Christum falsum testimonium cõtra orbem terrarum. Nos autem si vobis potius quàm Christo crederemus, pacifici essemus: quia Christo potius quàm vobis credimus, pacẽ scelere fingimus. Et hæc cum dicatis atque faciatis, audetis insuper commemorare. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Mat. 5.

Petilianus dixit, Cum dicat Apostolus Cap. 4. Ephe.
Paulus, Obsecro vos fratres ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia sustinentes inuicẽ in charitate, solicite agentes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis. AVG. respondit, Hæc si non tantum diceretis, sed & audiretis, etiam cognita mala propter pacem sustineretis, non propter dissensionem incognita fingeretis: vel quia postea didicistis propter vnitatem Donati sustinere mala notissima & famosissima Optati. Quæ B
ista dementia est? Tolerantur cogniti ne concisio iterum concidatur, & infamantur incogniti, ne in ipsa integritate maneatur.

Petilianus dixit, Vobis dicit propheta Cap. Hier.
pax pax, & vbi est pax? AVG. respõdit, Tu nobis hoc dicis, non prophera: Tibi ergo respondemus, Si quæris vbi sit pax, aperi oculos & vide de quo dictum sit, Auferens bella vsque ad finem terræ. Si quæris vbi sit Psal.
pax,

Matt. 5. pax, aperi oculos ad illam ciuitatem, quæ
Dan. 2. non potest abscondi super montem constituta: Aperi oculos & ad ipsum montem, & eum tibi Daniel demonstrat ex paruo lapide crescentem & implentẽ vniuersam ter-
Hier. 8. ram. Tibi autem cum dixit Propheta, Pax pax, & non est pax: quid demonstrabis, an partem Donati ignotam innumerabilibus gentibus quibus notus est Christus? Non est ipsa, quæ non põt abscondi. & vnde nisi quia nõ est super illum montẽ constituta?
Ephe. 2. Ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque vnũ, non Donatus, qui fecit de vno duo.

Cap. 71. Petilianus dixit, Beati qui psecutionem
Matt. 5. patiuntur propter iustitiam, qm̃ ipsorũ est regnum cœlorum: Vos beati non estis, sed beatos martyres facitis, quorũ s. animabus cœli repleti sunt, corporũq; memoria terræ floruerunt. Vos ergo non colitis, sed facitis quos colamus. AVG. respondit, C Planè si non dictum esset, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, sed dictum esset, Beati qui seipsos præcipitãt, implerent cœlum martyres vestri, sanè de corporibus eorum multos terrarum flores videmus, sed sicut solet dici, flos cinis.

Cap. 72 Petilianus dixit, Cum ergo falsando mã
Mat. 23 data beati non sitis, vos diuinis sententijs Christus Dominus cõdemnat, Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines, vos. n. non intratis, neque introeũtes sinitis. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplicius quã vos. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc autem oportebat facere, & illa non omittere: Duces cæci liquantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis D Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis monumentis dealbeatis, quæ a foris apparẽt hominibus speciosa, intus aũt plena sunt ossibus mortuorũ & omni spurcitia: Sic & vos a foris quidem apparetis hominibus iusti, intus aũt pleni estis hypocrisi & iniquitate. AVG. rñdit, Dic mihi vtrũ aliquid dixeris qđ in vos vicissim ore maledico & contumelioso similiter dici non posit? Sed ex superioribus, quæ a me dicta sunt inueniet qui voluerit hæc in vos non

per vana conuitia, sed per vera testimonia posse dici. Veruntamen quia ex occasione Gen. 17.
prætermittendum non est: Certe antiquus populus Dei, circuncisionem pro baptismo habebat. Quæro ergo si quem fecissent isti, in quos tanta dicuntur, Pharisæi proselytum, qui si eos imitaretur, sicut dictum est, filius gehennæ fuisset duplo q̃ illi: vtrum si corrigeretur, & vellet imitari Symeonem, Zachariam, Nathanaelem, iterum ab eis circuncidendus iudicaretur? Quod si ridiculum est dicere, quamuis more atque ore vaniloquo talibus nos comparetis, quare post nos baptizatis? Quòd si vos tales estis quanto nos verius & melius post vos non baptizamus: sicut nec illi quos nominaui, post pessimos Pharisæos circuncidi debebant? Deinde cum tales federint super cathedram Moysi, cui Dominus honorẽ seruauit, quare vos propter eos quos isti siue iuste siue iniuste comparatis, cathedrã apostolicam blasphematis? E

Petilianus dixit, Sed nos christianos ista Cap. 73
non terrent, quod enim estis malefacturi, a Christo Domino habemus antẽ mándatum, Mitto, inquit, vos sicut oues in medio Matt. 10
luporum. Lupinam rabiem vos impletis, qui non aliter ecclesijs insidias facitis aut paratis, q̃ lupi ouilibus inhiantes, pernicie semper atq; impetu, suffectis sanguine faucibus iram anhelantem suspirant. AVG. respondit, Vellem in vos dicere istam sententiam, sed nollme istis verbis: nimis inepta vel potius insana sunt. Illud autem opus erat, vt certis aliquibus documentis, nõ vanissimis maledictis nos lupos esse ostenderetis, vos aũt oues. Nam cum & ego dixero, nos sumus oues, vos aũt lupi, ideo ne putes interesse aliqd, qa tu illa verbis turgidis dicis? sed attende vt ego probem qđ dico: Nẽpe Dñs, qđ velis nolis nosti, ait in Euangel. Quæ sunt oues meæ, vocẽ meam Ioan. 10
audiunt, & sequunt̃ me. Multæ sũt de diuersis rebus voces Dñi: verũ exempli gratia, si quispiã dubitaret, vtrũ in corpe idẽ Dñs resurrexerit, & recitarent̃ eius verba dicentis. Palpate & videte, quia spiritus carnem Luc. 24.
& ossa nõ habet sicut me videtis habere: si & his auditis ad credendum resuscitarum F
corpus eius nollet acquiescere, non vtiq; inter oues Domini deputaret̃, quia vocem eius auditam non sequebat̃. Sic & nũc quoniam quæstio est inter nos, vbi sit Ecclesia, cũ ex ipso Euãgelij loco, vbi post resur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectionem suũ corpus ẽt palpandum dubi
tantibus prębuit,disputantibus consequen-
tia verba recitamus, vbi futurã ecclesiæ la-
Ibidem. titudinem demonstrauit, dicens, Qm̃ sic
scriptum est,& sic oportebat Christũ pati,
& resurgere tertia die, & prædicari in no-
mine eius pœnitentiã & remissionem pec-
catorum in omnes gentes,incipientibus ab
Hierusalem. Et vos omnibus gentibus vbi
hæc completa sunt communicare nõ vul-
tis. Qũo estis oues huius pastoris cuius au
ditis vocibus non solum non obsequimini,
verumetiam repugnatis ? Et oues qui-
dem vos non esse hinc dicemus: esse aũt
lupos audite vnde doceamus. Iam enim
vbi sit Ecclesia verbis ipsius apparet,mani-
festũ est vbi sit ouile Christi. Ab hoc igitur
ouili certissimis verbis dñi demonstrato &
expresso,quicunque, non dico per falsa, sed
quod manifestum est, per incerta hominũ
crimina oues segregant, & ab vnitatis atq;
G charitatis vita ereptas & alienatas necant,
nonne ipsi sunt lupi rapaces ? At.n.& ipsi
dñm Christum laudant & prædicant. Hi
sunt ergo de quibus ipse ait, Induti pellibus
Matt. 7. ouium, intus autem sunt lupi rapaces : Ex
fructibus eorum cognoscetis eos. Ouina
pellis est in Christi laudibus, lupinus fru-
ctus in maledicis dentibus.

Petilianus dixit, O miseri traditores,im
Cap.74. pleri quidem scripturã sic decuit,sed in vo
bis hoc doleo q̃ partes malitiæ vos implere
meruistis. AVG. rñdit, Possem ego magis
dicere, O miseri traditores, si mihi place-
ret,immò si iustitia suaderet, omnibus vo-
bis obijcere quorundam facta vestrorum.
Quod ergo ad oẽs vos pertinet, ò miseri
hæretici, cætera iam verba tua ego dixe-
1. Co. 11. rim,scriptum est.n. Oportet & hæreses es-
se,vt probati manifesti fiant inter vos. Im-
pleri ergo scripturam sic oportuit: sed in
vobis hoc doleo, q̃ partes malitię implere
vos meruistis.

Cap.75. Petilianus dixit, Nobis autẽ dñs Chri-
stus contra vestra feralia patientiã simpli-
cẽ innocentiamq; mãdauit. Quid.n.dicit,
Ioan. 13 Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis in-
uicem sicut dilexi vos? In hoc.n.scient oẽs
quia mei discipuli estis, si dilectionem inui
H cem habueritis. AVG. respondit, Nisi hæc
verba longè à vestris moribus aliena in ser
monis vestri superficiem transferretis,qũo
vos ouina pelle tegeretis ?

Cap.76. Petilianus dixit, Paulus quoq; Apostolus cũ pſecutiones immensas ab omnibus gentibus pateretur, à falsis fratribus ptulit grauiores,sicut de se ipse testatur frequẽter afflictus: Periculis ex gentibus, periculis ex 2. Co. genere,periculis à falsis fratribus. Quique iterum dicit, Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Cũ igitur nos falsos fratres ap 1. Co. pellatis. Pauli magistri patiẽtiã sub nostris periculis imitamur. AVG. rñdit, Certe isti sunt falsi fratres, de quibus alio loco idem Apostolus ita conqueritur Timotheo prę-
dicans germanã synceritatẽ, Neminem,in-
quit, habeo vnanimẽ q̃ germane de vobis
solicitus sit,oẽs.n. sua q̃runt, non quæ Iesu
Christi. Vtiq. de his loquebatur qui tunc Phil.
qñ illã scribebat epistolã cũ illo erãt: Nõ
.n.oẽs qui erant vbicunque Christiani sua
q̃rebant, non q̃ Iesu Christi. De his ergo,
vt dixi, hæc ingemuit quos eo tpe cum ista
scriberet secum habebat. Quos.n.vel alios 2. Co.
tangit,cum alibi dicit, Foris pugnæ,intus ti 1
mores: nisi eos quos tanto vehementius,
quanto interius metuebat ? Si ergo velles
imitari Paulũ,intus esse falsorũ fratrũ tole
rator,non foris innocentium calumniator.

Petilianus dixit, Nã qualis fides in vo- Cap.
bis est q̃ non habet charitatem, Paulo ipso 1. Co.
dicente,Si linguis hominũ loquar,& ange-
lorũ scientiã habeã,charitatem aũt non ha-
beã,ita sum tanquã æramẽtũ tinniens, aut
cymbalũ cõcrepans. Aut si habuero ꝓphe-
tiã & nouerim omnia sacramenta & oẽm
scientiam, & si habuero oẽm fidem, ita vt
montes transferam, charitatẽ autẽ non ha-
beã, nihil sum. Et si distribuero oẽm sub-
stantiã meã pauperibus, & si tradidero cor
pus meũ vt ardeam, charitatem aũt nõ ha-
beã,nihil mihi prodest ? AVG. rñdit, Hoc
est quod pauloante dixi,pelle te ouina cõte
gi velle,vt si fieri põt prius te ouis morden
tem sentiat quàm præsentiat venientem.
Nonne ista est charitatis laus, quæ vestrã
calumniam solet lucidissima veritate cou-
incere ? An ideo arma ista nostra non e-
runt, quia vos ea præoccupare conamini ?
Prorsus hæc iacula viua sunt,vndecunque
iactentur agnoscantur quos perimant. Si à
vobis missa fuerunt,in nobis hærebunt: si à
nobis mittũtur in vos retorquẽtur. His.n. ꝟ
nos Apostolicis verbis cõmendãtibus emi-
nentiam charitatis vobis solemus ostẽdere,
qũo non prosit hominibus, quanuis in eis
sint vel sacramenta vel fides vbi charitas
non est, vt cum ad catholicã vnitatem ve-
nitis,

nitis, intelligatis quid vobis conferatur, &
quantũ sit quod minus habebatis. Charitas
enim Christiana nisi in vnitate ecclesiæ nõ
potest custodiri: atq; ita videatis sine illa ni-
hil vos esse,& si baptismũ & fidem teneatis
& per illam etiã montes transferre possitis.
Quod si hæc & vera sententia est, non in
nobis detestemur & exufflemus vel dei sa-
cramenta,q̃ nouimus vel ipsam fidẽ,sed te-
neamus charitatem sine qua & cum sacris
& cũ fide nihil sumus. Tenemus autẽ cha-
ritatem si amplectimur vnitatem: Ample-
ctimur autem vnitatem si eam non per ver
ba nostra in parte configimus, sed per ver-
ba Christi in vnitate cognoscimus.

Ca. 78. Petilianus dixit, Et iterum, Charitas.n.
1. Co. 13 magnanima est & benigna, charitas non ę-
mulatur,non agit perperam,non inflat,non
est ambitiosa,non quærit quæ sua sunt: uos
autem quæritis aliena: Non iritatur,nõ co-
gitat malum, non gaudet super iniquitate,
congaudet autem veritati. Omnia tolerat,
L omnia sustinet: Charitas nunquam excidit.
Hoc est breuiter dicere,nõ persequitur cha
ritas,non aduersum cæteras animas Impe-
ratores inflãmat,nõ aliena diripit, non etiã
homines quos spoliabat occidit. AVG. re
spondit, Quoties tibi dicturus sum, hæc si
non probatis,ad neminem pertinent: si aũt
probatis,ad nos non pertinent, sicut nec ad
uos,q̃ vestri quotidie cõmittunt per scelera
furiosorum,per luxurias vinolentorũ, per
cæcitatem pcipitatorũ,per tyrannidẽ rapto
rũ, quis nõ videat verũ esse quod clamo ?
Sed nũc si esset in te charitas,cõgauderet ve
1. Co. 13 ritati. Quàm.n.elegãter sub pelle ouina di
Matt. 7. citur, charitas omnia tolerat, omnia sustì-
net,vbi aũt ventum fuerit ad examen, lupi
ni dentes operiri non pũt. Cum enim chari
Eph. 4. tas te pp id quod dictũ est, Sustinẽtes inui-
cem in dilectione, studentes seruare vnita-
tem spiritus in vinculo pacis : etiam si qua
mala intus nosses, cogeret non eis quidem
consentire, sed tũ ea si prohibere non pote-
ras sustinere, ne propter malos ventilabro
M vltimo separandos, nunc à bonorum socie-
tate pacis vinculum abrumperes: foras ven
to leuitatis excusus,paleæ crimẽ obijcis tri-
tico, & quæ fingis de malis per contagionẽ
Mat. 13. valere,& in bonis affirmas. Et cum dñs di-
xerit, Ager est hic mundus, messis autem
est finis seculi, cum de frumentis & ziza-
nijs dixisset Sinite vtraque crescere vsque
ad messem: tu laboras verbis tuis, vt frumẽ-
ta iam per totum agrum defeciſſe,& ad exi-
guam particulam vestram remansisse credã
tur, dum vis vt habeatur Christus men-
dax, tu autem verax. & loqueris quidẽ cõ-
tra conscientiam tuam. neque enim vere q̃s
quam quoquo modo intuens Euangeliũ,
audet in animo suo dicere, per tot gentes in
quibus penè respondetur una uoce amen, et
cantatur halleluia, non esse Christianos: &
tamen ne pars Donati, quæ orbi terrarum
non cõicat, errare videatur, si quis tibi ange
lus de cœlo qui posset intueri vniuersum
orbem terrarum, diceret extra communio-
nem vestram, nusquam esse innocentes &
bonos, proculdubio gauderes super iniquì-
tate generis humani & uera te dixisse ante V
quam cognosceres gloriareris. Quomodo
est ergo in te charitas, q̃ uon gaudet super
iniquitate? Sed noli falli. Sunt per agrum. i.
per mundum vsque ad finam seculi crescẽ-
tia frumenta dominica. Christus hoc dixit,
Christus est veritas: Sit in te charitas,& con
gaudeat veritati. Contra Euangelium & si
angelus de cœlo euangelizauerit, anathe- A
ma sit. Gala. 1.

Petilianus dixit, Postremo quæ est tatio Ca. 79.
persequendo vos miseri interrogo, si puta-
tis forsitan vos aliqua legis authoritate pec-
care. AVG. rñdit, Qui peccat, non pec-
cat legis authoritate, sed cõtra legis authori
tatẽ. Quia vero interrogas q̃ sit ratio pse-
quendi, vicissim te interrogo, cuius sit uox
in Psalmo dicẽtis, Detrahentẽ secreto ꝓxi Ps. 100.
mo suo, hunc persequebar. Quære itaque
persecutionis vel causam vel modum,& no
li tanta imperitia generaliter malorum per-
secutores reprehendere.

Petilianus dixit, Ego vero contra respõ Ca. 80.
deo, Iesum Christum neminem persecutũ,
& cũ aliquę sectæ Apostolis eidẽ suggerẽti
bus displicerẽt: Ita.n.fidẽ venerat facere vt
nõ cogeret hoies: sed potius inuitaret, dicũt
illi Apostoli, Multi in nomine tuo manus
imponunt,& nobiscũ non sunt. Dixit Ie-
sus, Dimitte illos, si contra vos non sunt,
pro uobis sunt. AVG. respondit, Verũ
dicis, multo vberius te prolaturum de tuo,
quæ in scripturis non inueniuntur. Si enim
de scripturis sanctis velis testimonia profer B
re, nunquid ea quæ non inueneris profers ?
vestra autem mendacia q̃ multa sint, in ve-
stra potestate est. Vbi.n.scriptũ est quod po
suisti, vel quando aut à dño illud suggestũ
est, aut à dño illud responsum est, Multi in

nomine tuo manus imponunt & nobiscum non sunt? Nunquã filio dei quisquam discipulorũ dixit, vñ nec illud ab eo rñderi potuit, Dimittite illos, si contra vos non sunt, pro vobis sunt: sed est quoddam simile qđ reuera in Euangelio legimus de quodam suggestũ esse dño, qui dæmonia in eius nomine eijciebat, & cum discipulis eum non sequebatur, vbi dñs ait, Nolite prohibere. Qui contra vos non est, pro vobis est. Hoc autem ad sectas demonstrandas quibus perciſſe dñs videatur omnino nõ pertinet, sed si te nonnulla fefellit similitudo sententiæ, non est mẽdacium, error humanus est. Si autem imperitis scripturarum sanctarum nebulas falsitatis injcere voluisti, compungaris & confundaris & corrigaris. Est tñ quod de hoc ipso, de quo dño suggestum est nos agamus. Quomodo enim tunc præter communionem discipolorum valebat tamẽ plurimum sanctitas nominis Christi: sic præter ecclesiæ communionem valer sanctitas sacramenti. Neq; n. baptismus consecratur nisi in homine patris & filij & spiritussancti. Quis autem insanissimus dixerit, etiam præter ecclesiæ communionem nomen filij valere? Quid n. potest valere in homine sanando, non autem valere in baptismo consecrando? Sed planè preter ecclesiæ communionem & vnitatis sanctissimũ vinculũ, & charitatis supereminentissimum donum, nec ille à quo dęmonium ejcitur, nec ille qui baptizatur æternam vitã consequitur, sicut nec illi qui per cõmunionẽ sacramentorum intus videntur, & per iniquitatem morum foris intelliguntur. Quod aũt Christus etiã corporaliter fuerit persecutus eos, quos de templo expullit flagellando, iam supra diximus.

Marc. 9.

Ioan. 2.

Cap. 81. Philip. 1

Petilianus dixit, Sanctus vero Apostolus Paulus hæc dicit, Quoquo aũt modo, inquit, Chrs annũcietur. A V G. respõdit, Contra te loqueris, sed tñ quia pro veritate loqueris, si eam dilexeris, pro te sit quod loqueris. Quæro. n. abs te. de quibus hoc dixerit Apostolus Paulus? Recolamus hoc paululum si placet. Quidã inquit, per inuidiã & contentionem, quidam vero per bonã voluntatem Christum annunciant, quidã ex charitate: scientes quia in defensione Euangelij positus sum, quidam vero & per contumaciam Chrm annunciant nõ caste, existimantes tribulationem suscitari vinculis meis. Quid n.? Dum omni modo siue occasione siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Videmus istos rẽ quidẽ sanctã & castã & verã, non tñ caste annunciasse, sed per inuidiam & contentionem, sine charitate, sine castitate. Certe pauloante laudes charitatis aduersus nos dicere videbaris ex Apostoli testimonio, quia, Vbi charitas non est, quicquid fuerit nihil ꝓdest. Ecce in istis charitas nõ est, & tñ erat Christi prædicatio, de qua se gaudere sic dicit Apostolus. Neq; n. malo istorum gaudet, sed bono nominis Christi. In ipso quippe charitas erat, quæ non gaudet super iniquitate, congaudet aũt vnitati. Inuidia porrò, quæ in illis erat, diabolicum malum est. Hæc. n. & cecidit & deiecit. Hi ergo tam mali quos sic arguit Apostolus, in quibus erat tantum bonum, de quo gaudet Apostolus, vbi erant; intus an foris? Elige quod volueris. Si intus, ecce nouerat eos Paulus, & eum tñ non polluebant. sic vos non pollueretis in vnitate orbis terrarum, de quibus nescio quæ seu vera dicitis, seu falsa cõfingitis. Quare ergo vos separastis? quare sacrilegio scelerati schismatis peremistis? Si aũt foris erant, ecce & in eis qui foris sunt vtiq; ad vitã æternam, quia charitatẽ non habent, & vnitatẽ non tenent, ptinere non possunt: ineſt tñ sanctitas nominis Christi, quorũ prædicationem Apostolus ꝓp ipsam nominis sanctitatem, quanuis illos detestetur, gaudendo confirmat. Recte ergo ipsi nomini non facimus iniuriam, cum ad nos veniunt qui foris erant, sed ipsos corrigimus, illud honoramus. Vos itaq; videte q̃ nefarie in eis quorum facta sicut videtur arguitis, etiam sacramentorum nominis Christi, quod in eis sanctum est, exufflatis. Et tu quidem istos, quos cõmemorauit Apostolus, sicut verba tua indicãt, foris ab Ecclesia fuisse arbitraris: Ita cum times à catholicis pati ꝓsecutionẽ, de qua nobis loquẽdo facis inuidiã, confirmasti in hęreticis Chri nomen, cui baptizãdo facis iniuriam.

1. Cor. 13.

Petilianus dixit, Si igitur tanta potentia fidei non est aliquibus aduersata, qua tu ratione persequeris, vt cogas homines inquinari? A V G. respondit, Nec persequimur vos nisi quemadmodum persequitur veritas falsitatem, nec ad nos pertinet si q̃s vos aliter persecutus est, sicut nec ad vos quicquid nostri similiter faciunt, nec vos cogimus inquinari si suademus sanari.

Petilianus dixit, Quòd si cogi per legem aliquem vel ad bona licuisset, vosipsi miseri à nobis ad fidem purissimã cogi debuistis. Sed absit absit à nostra consciẽtia, vt ad nostrã fidẽ aliquẽ comppellamus.

A V G. respondit, Ad fidem quidẽ nullus est cogendus inuitus, sed ꝓ seueritatem, im-

23. q. 5. c. ad fidẽ

mo & ꝓ misericordiã dei tribulationũ flagellis solet pfidia castigari. Nunquid quia mores optimi libertate uoluntatis eligũtur, ideo mores pessimi nõ legis integritate puniunt? Sed tñ male viuendi vltrix disciplina præpostera est, nisi cũ præcedens bene viuẽdi doctrina contemnitur. Si quæ igitur aduersus vos leges constitutæ sunt, nõ ei bũfacere cogimini, sed male facere prohibemini. Nã bene facere nemo potest nisi ellegerit, nisi amauerit, ꝙ est in libera uoluntate. Timor aũt pœnarũ, & si nondum habet delectationẽ bonæ consciẽtiæ, saltẽ intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatã. Qui tñ aduersas leges constituerũt, quibus vestra cõprimatur audãcia, nonne hi de quibus dicit Apostolus, Quia non, sine causa gladiũ portãt, ministri enim dei sunt, vindices in iram ei q̃i male agit. Tota igitur quæstio est, vtrum uos non male agatis, quibus tanti schismatis sacrilegum objcit orbis terrarum, cuius quæstionis discussione neglecta, superflua loquimini, & eum viuatis vt latrões, mori uos iactatis vt martyres. Et quia vel ipsas leges uel inuidiam formidatis, vel ad resistendũ impares estis, non dico aduersus tot homines, sed aduersus tot gentes catholicas, etiam de mansuetudine gloriamini, ꝙ ad vestram partem neminem cogitis. Isto modo & melius cum pullos rapere territus non putuerit, columbum se nominat. Vbi enim potuistis & nõ feciſtis? Vnde ostenditis ꝙ plura faceretis si possetis. Quando Iulianus vobis, Christi invidens paci, basilicas reddidit unitatis, quæ strages à uobis factæ sunt, quando uobiscũ apertis templis suis etiam dæmones exultabant? Quis commemorare sufficiat bello Firmiano, quæ à uobis Rogatus Maurus pertulerit? Ipsa Mauritania Cæsariensis interrogetur, & tempora Gildoniani, quia vnus collega vester familiarissimus amicus eius fuit. Viderint Maximinianiste quæ sentirint, nam Felicianũ ipsum qui modo uobiscum est, si ad iusiurandum liceret prouocare, utrum ad communionem vestram nõ inuitum Optatus redire compulerit, moue re labia non auderet, præsertim si eius faciẽ populus Musticanus intueretur, quo teste illa tunc facta sunt. Sest isti, vt dixi, viderint quæ passi fuerint ab eis, cũ quibus Rogato talia fecerant: Ipsa catholica Ecclesia solida ta principibus catholicis imperantibus terra mariq; armatis turbis, ab Optato atrociter & hostiliter appugnata est. Quæ res coegit tũc primo aduersus vos allegari apud uicarium Seranum legem illam de decem libris auri, quas vestrum adhuc nullus pendit, & nos crudelitatis arguitis. Quid autẽ mansuetius sit quàm vt coercione damnorum tanta vestra scelera multarentur? Quis aũt possit enarrare omnia illa q̃ nulamicitia iudicum aut aliquarum potestatũ, quisq; vbi potuerit, in locis vestris propria dominatione cõmittas? Quis vestrum in plebibus vestris non aliquid tale vel à prioribus comperit, vel ipse expertus est? Nõne apud Hipponem vbi ego sum, nõ desunt q̃ meminerint Faustinum vestrum regni sui tempore præcepisse, quoniam catholicorũ ibi paucitas erat, ut nullus eis panem coqueret, ita vt cuiusquam diaconi nostri furnarius inquilinus domini sui panem incoctũ abiecerit, eiq̃ue nulla exilij lege damnato, communicationẽ non solũ in ciuitate Romana, sed etiam in patria sua: nec solũ in patria sua, sed etiam in domo sua negauerit? Quid nuper, quod ipse adhuc lugeo, nõne Crispinus vester Chalamensis cum emisset possessionem, & hoc emphyteuticã, non dubitauit in fundo catholicorum imperatorum, quorum legibus nec in ciuitatibus esse iussi estis, vno terroris impetu octoginta fermè animas miserabili gemitu musitante rebaptizando submergere? Quibus autẽ nisi talibus factis etiam ipsas de quibus cõquerimini leges, longè quidem infra meritũ sceleris uestri, sed tñ qualescunque ferri coegistis? An uero violentis incursibus Circũcellionum uestrorum, qui sub vestro principatu furiosis agminibus militant, non ex agris undique pelleremur, nisi uos obsides in ciuitatibus teneremus, qui quoquo modo ipsam faciem publicam & honestorum reprehensionem, & si non timore uel pudore ferre nolitis? Noli ergo dicere, absit absit: à nostra consciẽtia, vt ad nostram fidẽ aliquem compellamus. Facitis enim ubi potestis, ubi autem non facitis, non potestis, siue inuidiæ timore, siue resistentium multitudine.

Petilianus dixit, Dicit enim dominus Christus,

E. 23. q. 5. c. quidam.

Ca. 84. Ioã. 16.

Christus, Nemo venit ad me nisi quem pa
ter attraxerit. Cur aũt vos nõ liberũ arbi
triũ vnicuique sequi ꝓmittitis, cũ ipse dñs
deus liberũ arbitrium dederit hominibus,
viã tñ iustitiæ ostẽdens, ne quis forsitan ne
Eccle.15 scius deperiret? Dixit.n. Posui ante te bo
num & malum, posui ante te ignẽ & aquã,
qđ volueris elige. Ex quo vos arbitrio mi
seri, vobis non aquã, sed ignem potius elegi
stis: sed tñ, inquit, bonũ elige vt viuas: qui
non vis bonum eligere, viuere te nolle dam
nasti. AVG. respondit, Si tibi proponam
quæstionem quomodo deus pater attrahat
ad filium homines, quos in libero dimisit ar
bitrio, fortasis eam difficile soluturus es.
Quomodo enim attrahit, si dimittit vt qs
quod voluerit eligat: & tamẽ vtrunque ve
rum est, sed intellectu hoc penetrare pauci
valent. Sicut ergo fieri potest, vt quos in
libero dimisit arbitrio, attrahit tñ ad filium
pater: sic fieri potest vel ea, q̃ legum coertio
nibus admonentur, nõ auferant liberũ arbi
L trium. Quicquid.n.hõ durum & molestũ
patitur, admonetur vt cogitet quare patia
tur, vt si pro iustitia se pati perspexerit, idip
sum bonum eligat pro iustitia talia sustine
re. Si aũt viderit iniquitatem esse pro qua
patiẽ, se infructuosissime laborare atq; cru
ciari cõsiderans, mutet in melius uolũtatẽ,
simulq; careat & molestia sterili & ipsa ini
23. q. 5. c. ad fidẽ quitate. Multo itaq; grauius & pernicio
sius nocitura. & vos cum aliquid aduersus
vos reges constituunt admoneri uos credi
te, vt cogitetis quare ista patiamini. Si ꝓp
Matt. 5. iustitiã, reuera illi persecutores vestri sunt,
vos aũt beati qui persecutionẽ passi pro
pter iustitiã, possidebitis regnum cœlorum.
Si aũt ꝓp iniquitatẽ schismatis vestri, qd
illi nisi correctores vestri sunt, uos aũt sicut
cæci diuersorum scelerum rei, q̃ pœnas legi
bus pẽdũt, profecto infœlices & in hoc se
culo & in futuro? Nemo ergo vobis aufert
liberũ arbitriũ: sed uos diligenter attendite
quid potius eligatis, vtrum correcti viuere
in pace, an in malitia perseuerãtes, falsi mar
tyrij nomine uera supplicia sustinere. Sic
vos aũt alloquor, quasi vero aliquid dignũ
M vestra iniquitate patiamini, cũ tãta indigna
faciatis, & in tãta impunitate regnetis: ita fu
riosi, vt ꝓ dei laudes amplius q̃ buccina bel
lica terreatis: ita calumniosi, vt ẽt spõtanea
vestrorum præcipitia nostris persecutioni
bus imputetis. Dicit etiam quasi præceptor
benignissimus, qui nõ uis bonũ eligere, ui
uere te nolle dãnasti. Ita vero si crimina
tionibus vestris crederemus, benigne viue
remus: quia dei promissionibus credimus:
viuere nos nolle damnamus: Bene, vt arbi
tror, meminsti quid Apostoli dixerint Iu- Acto.
dæis, qñ Christũ ꝑdicare ꝓhibebantur: hoc
ergo & nos dicimus vt rũdeatis nobis, vtrũ
deo magis obediẽdũ sit an hominibus. Tra
ditores, thurificatores, persecutores, uerba
sunt hominum cõtra homines. In sola dile
ctione Donati remansit Christus: uerba
sunt hominum extollentium gloriam ho- Pro.
minis sub nomine Christi, vt gloria minua
tur ipsius Christi. Scriptum est enim. In la
ta gente gloria regis, in diminutione autem
populi contritio principis. hæc ergo verba
sunt hominum. At illa in Euangelio, Quia Luc.
oportebat Christum pati, & resurgere ter
tia die, & prædicare in nomine eius pœnitẽ
tiam & remissionem peccatorũ in omnes
gentes, incipientibus, ab Hierusalem: verba
sunt Christi cõmendantis gloriam, q̃ acce A
pit à parte in latitudine regni sui. Vtriq; au
ditis, hãc Ecclesiæ cõmunionẽ potius eligi
mus, & hominũ verbis Chri uerba ꝓponi
mus. Rogo qs est qui nos dicat mala elegis
se, nisi qui Christum dicit mala docuisse? Ca.
Petilianus dixit, Nunquid igitur cædẽ
uel schismaticis deus iussit inferri? Qui si
omnino præciperet, uos deberetis occidi ab
aliquibus Scythis ac Barbaris, non tamen
à Christianis. AVG. respondit, Vestri
Circuncelliones quiescant, & nolo nos de
Barbaris terreas: Vtrũ autẽ schismatici nos
simus an uos, nec ego nec tu, sed Christus
interrogetur ut iudicet Ecclesiam suam. Le Luc.
ge ergo Euangelium, & respondet tibi, In Acto.
Hierusalem & in totam Iudæam & Sama
riam usque in totam terram. Quisquis igi
tur in Ecclesia non inuenitur, iam non in Ca.
terrogetur, sed aut correctus conuertatur,
aut correptus non conqueratur.
Petilianus dixit, Neque.n.dominus deus Gen.
humano sanguine aliqñ lętatus est, cũ occi
sorẽ fratris Cain in uita carnificẽ uoluerit Pro.
permanere. AVG. respondit, Si occiso
ri fratris deus noluit inferri mortem, sed re
linqui carnifici uitam: uide ne forte hoc sit,
ꝙ cũ regis cor in manu dei sit, uñ multas
ad uos commonendos & corripiendos le
ges ipse constituit: nulla tamen lex regia B
uos iussit occidi, fortasse propterea, ut qui
cũq; uestrũ in pertinaci sacrilegi furoris au
ra ꝑsistũt, Cain parricidæ supplicio & uita car-

ta carnifice cruciẽtur. Legimus enim mul
tos à famulo dei Moyse misericorditer in
terfectos. Nam in eo ꝙ pro eorum nefario
Exo.32. sacrilegio sic est dominum deprecatus, vt di
ceret, Domine si dimittis illis peccatum, di
mitte: sin autem, dele me de libro tuo: ineffa
bilis eius charitas & misericordia satis appa
ret. Nunquid ergo subito crudelis effectus
est, cum de monte descendens tot milia iu
beret occidi? Considerate itaq; ne forte ma
iore iracũdia dei per tot leges aduersus vos
latas à nullo Imperatore iusi fueritis occi
di. An illi fratricidæ non vos comparandos
Mala. 1. putatis? Audite dominum per Prophetam
dicẽtem, Ab ortu solis vsq; ad occasum glo
rificatum est nomen meum in nationibus,
& in omni loco incensum admouebitur no
mini meo & hostia pura: Magnum nomen
meum in nationibus dicit dñs omnipotens.
Huic fraterno sacrificio, super quod respi
Psa.112. cit dominus inuidere vos per calumnias ve
C stras ostenditis: & si quando audieritis, A
Psal.49. solis ortu vsq; ad occasum laudari nomen
domini quod est viuum sacrificium, de quo
dictum est, Immola deo sacrificium laudis:
ita concidit vultus vester vt illius homici
dæ. Sed quia vniuersum orbem interimere
1.Ioan.3 non potestis, odio ipso rei tenemini, dicente
Ioanne, Qui odit fratrem suum homicida
est. Et vtinam innocens frater in vestro
rũ potius Circũcellionũ tela trucidãdus, q̃
in vestrã aquam rebaptizandus incurrat.
Cap.87. Petilianus dixit, Monemus vos ergo si
libenter audiatis, & si non libenter accipitis
admonemus, quia dominus Christus non
occidendi formam, sed moriendi Christia
nis instituit. Nam si ita repugnantes dilige
ret, nollet pro nobis occidi. AVG. respon
Matt. 4. dit, Vtinam formam eius sequerentur mar
tyres vestri, non se præcipitarent, quod ille
diabolo suggerente non fecit: vos autem cũ
maiores vestros etiam defunctos falso testi
monio persequimini, vbi accepistis hãc for
mam, ꝙ nos ignotorum criminibus macu
lare conamini, cum vestrorum malefacta
notissima vobis obesse nolitis: vbi accepistis
hanc formam? Sed nimium superbimus si
D de vobis succensemus, cum aduersus ipsum
dominum vos falsum testimonium dicere
videamus: Quandoquidem ipse Ecclesiam
suam omnes gẽtes & promisit & exhibuit,
& vos contradicitis. Hanc vero formam
nec ab ipsis Iudæis persecutoribus accepi
stis. Illi enim persecuti sunt carnem ambu-

lantis in terra, vos Euangelium sedentis in
cœlo. Quod Euangelium mitius pertulit
sæuientium regum flammas quàm vestras
patitur linguas: nam illis incendentibus vni
tas mansit, vobis loquentibus manere non
potuit: Quia verba domini exusta cupie
bant aboleri, non credebant posse lecta con
temni. Non ergo illi in Euangelio exerce
rent flammas suas, si eis contra Euãgelium
permitteretis linguas vestras. In illa perse
cutione Euangelium Christi ab alijs sæuiẽ
tibus quærebatur, ab aliis metuentibus pro
debatur, ab alijs sæuientibus incendebatur,
ab alijs diligentibus abscondebatur, nullis
contradicentibus oppugnabatur, sceleratio
res vobis persecutionis partes transacta gen
tium persecutione seruastis. Qui Christi
nomen persequebantur, Christo credide
runt, qui propter Christi nomen honoran
tur, Christo contradicunt.
Petilianus dixit, Ecce vobis plenissimũ Cap.88.
documentum, ꝙ Christiano non liceat in Mat.26.
pernicie aliena versari, disciplinæ autem hu
ius initium Petro est cõstitutum, sicut scri
ptum est, Percussit Petrus auriculam serui E
principis Iudæorum, & abscidit eam. Dixit
que illi Iesus, Petre reconde gladium tuum
in theca: Qui enim gladio vtit, gladio mo
rietur. AVG. rñdit, Cur ergo non tali vo
ce compescitis arma Circuncellionum? An
præter Euangelium vos loqui arbitremini,
si dixeritis, Qui fuste vsus fuerit, fuste mo
rietur? Date ergo veniam quia nec illos à
quibus Marculum præcipitatum esse que
rimini, potuerint ꝓhibere maiores nostri:
neque enim scriptum est in Euãgelio, Qui
aliquem præcipitauerit, præcipitio morie
tur. Atq; vtinam sicut illa vel falsa vel tran
sacta sunt, sic istorum lingua cessaret. Quã
quam fortasse irascimini, quòd legionibus
vestris, & non legibus, saltem verbis subtra
himus armaturam, quia eas solis sæuire fu
stibus dicimus. Vetus quippe ista eorum
malitia fuit, nunc autem nimium profece
runt: Nam inter vinolenta conuiuia,
& cum fœminis maritos non habentibus, liberam comitandi, vagandi, iocandi, bibendi, pernoctandi licentiam, non
solum fustes tornare, sed etiam ferrum vi
brare & fundas circumagere didicerunt. F
Sed cur eis non dicam quo animo dico, &
quo illi accipiant nouerit deus: Insani, gla
dius Petri quamuis adhuc carnali motu ani
mi, tñ pro Chri corpore in corpus ꝑsecuto

ris exer-

Colo.1. ris exertus est: vestra vero arma aduersus Christum diuisa sunt. Corpus vero cui ille caput est.i. Ecclesia eius per omnes gentes est. Ipse hoc dixit, & ascendit in cœlum, quo cum furor Iudæorū sequi non potuit,
23.q.3.c pro mē. & membra eius in corpore quod ascendens cōmēdauit, furor vester oppugnat. Pro istis membris aduersus vos sæuiunt & vobis resistunt quicunq; in catholica paruæ adhuc fidei, eo animo sunt, quo tūc Petrus fuit, cū ferrum pro Chri nomine strinxit: Sed multum interest inter vestram persecutionem & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum, quia seruientes principibus vestris aduersus Ecclesiam catholicam. i. aduersus Christi corpus armamini: Isti autē tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore. i. pro Ecclesia, etiam corporaliter pugnauit. Sed si ipsis dicitur q̄ q̄ sc̄ant, sicut Petro tunc dictum est, quanto magis vobis dicendum est, vt hæretico errore depositio ad ea membra pertineatis, pro q̄ bus illi sic dimicant? Sed læsi à talibus etiam
G nos odistis, & tanq̄ aures dexteras perdideritis, Christū sedentem ad patris dexteram non auditis. Sed quibus loquar, aut qū eis loquar, quibus nec horam inuenio, vinum etiam mane ructantibus, siue iam ebrijs, siue adhuc. Quinimo & minantur, non solū illi, sed de illis etiam Epi ipsorum parati ne gare ad se pertinere quod fecerint. Donet
Psa.119. nobis dominus canticum graduum, quo dicere possimus, Cum his qui oderunt pacē eram pacificus, cum loquebar illis debellabant me gratis. Dicit.n. hoc corpus Christi quod per totam terram, ab alijs hic, ab alijs alibi, & ab omnibus alijs atq; alijs vbicun-
Cap. 89 que sunt hæreticis oppugnatur.

Petilianus dixit, Ergo, inq̄, mortem pro fide subeundam constituit, quæ cuique pro communione faciēda. Christianitas. n. mortibus proficit: Nam nemo fidelissimus viue
Ioan.12 ret, si mors à fidelibus timeretur. Dicit. n. dūs Christus, Si granum tritici cadens in terram non moriatur, solum manet: si autē moriatur, multum fructum facit. AVG. re
spondit, Vellem scire quis primo de parte vestra se præcipitauerit. Valde quippe illud granum fertile fuit, vnde tanta seges præci-
H pitatorum cadauerum pullulauit. Sanè cū verborum domini memineritis, quia se dixit granum moriturum, & multum fructū facturum: quare ipsi fructui, quod per totū mundum veracissime prouenerit inuidetis, & ei zizaniorū vel paleæ crimina, vel quæ auditis vel quæ finxistis objcitis? Cap.

Petilianus dixit, Sed vos spinas atq; zizania, non semina spargitis, cum quibus vos in summo iudicio deceat concremari. Non maledicimus, sed omnis spinosa cōscientia, dei sententia sic tenetur. AVG. respondit, Saltem commemoratione zizaniorum si- Matt.
mul tibi & triticum veniret in mentem, q̄a vtraque per agrum iussa sunt crescere vsq; ad messem: vos autem oculum malcuolentiæ in zizanijs acriter figitis, & contra sententiam Christi ea sola per orbem terrarū, excepta Aphrica, creuisse contenditis? Cap.

Petilianus dixit, Vbi est quod dicit dominus Christus, Si acceperis alapam, præ- Matt.
para & aliam maxillam? Vbi est illud q̄ spu Ioan.
ta à facie passus est, qui sputo suo sanctissimo cæci oculos patefecit? Vbi est quod dicit Apostolus Paulus, Si quis vos in faciē cædit? Vbi est quod iterum dicit, In plagis supra modum, in mortibus frequenter, in carceribus abundantius? Quæ pertulit memorat, non quæ fecit. suffecerat fidei Christianæ à Judæis hæc fieri. Cur hæc miseri I
perpetratis? AVG. respondit, Itane vero vos accepta alapa præbetis alteram maxillam? Nō istam vobis famam furiosa vestra agmina per totam Aphricam cum terribili turpitudine passim vagantia compararunt. Exo.
Vtinam vobiscum pacisceremur homines, vt saltem secundum veterem legem, oculū pro oculo, dentem pro dente peteretis, non pro auditis verbis fustes erigeretis. Cap.

Petilianus dixit, Quid autem vobis est cum regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Quod vt breu 2.M
ter doceam Machabæos fratres rex perse- Dan.
cutus est. Rex quoque tres pueros, cum ip- Matt.
se sacrilegus esset, flammis nescius religiosis Dan.
addixit, Rex quæsiuit animam pueri Salua Dan.
toris. Rex iustissimum Danielem ferinis Mat.
morsibus, vt putabat, obiecit. Ipsumq; dūm Xp̄m iudex nequissimus regis occidit. Inde
est q̄d Apostolus clamat, Sapientiam loqui 1.C
mur inter perfectos: sapientiam non huius seculi, neq; principum huius mundi quæ euacuatur, sed loquimur dei sapientiam in sacramento, quæ fuit absc̄dita, q̄ cōstituit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit: Si enim cognouissent, non vtiq; dūm maiestatis crucifixissent. Sed de pristinis regibus pa
ganis hoc dictū sit. Vos aūt huius seculi im K
peratores,

peratores, quia christiani esse desiderāt, nō permittitis esse christianos, cum fuco & nebula vestri mendacij eosdē bona mente credentes, ad iniquitatem vram prorsus adducitis, vt armis suis contra hostes reipublicæ p̄paratis in christianos incurrant, putentq; se suasionibus vestris Deo osfm facere, si
Ioā. 16. nos quos odistis occidant, dicēte Domino Christo, Veniet, inquit, tps, vt qui vos occiderit, putet se Deo osfm facere. Nihil igit interest vobis male docentibus, vtrū reges orbis terrarum, pagani q̄d absit, an christiani esse desiderent, cū eosdem cōtra Christi familiam non cessatis armare. Nescitis aūt, aut potius non legistis, q̄ crimine hominē
1. Reg. occidentis, maius crimen est suasoris. Iezabel in mortem hominis iusti vel pauperis,
21. maritum suum excitauerat regem, pari tū supplicio vir & vxor ambo perierūt. Neq; enim vos aliter reges impellitis, q̄ vt sæpe subtilis suadela fœminea reges impulit in
Matt.14 reatum. Etenim per filiam vxor Herodis
Matt.27 impetrauit ac meruit in disco ad mensam
L caput Ioannis afferri. Pontium Pilatum Iudæi sic coegerunt, vt Christum Dominum cruci suffigeret, cuius sanguinem vindicem super se semper ac suos manere voluerūt. Ita vos igitur sanguine nostro peccātes obruitis: Non. n. & si iudex percutiat, nō vræ nos potius calumniæ ferierunt. Dicit enim
Psal.2. Prophēta Dauid ex Domini Christi persona, Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicās p̄ceptum eius. Dūs dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuā terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanq̄ vas figuli eos cōminues. Ipsos, id est reges, ne quasi ignari vel nescij p̄sequi cuperent christianos, his præceptis admonuit ne perirent, quæ illos p̄cepta, quia nesciūt, vtinam nos doceremus: aut certe vos illis sine dubio ostenderetis si velletis vt viuerent: vel certe quod tertium est, ipsos sibimet legere vestra malitia p̄misisset, primus Dauidicus Psalmus illis omnino suaderet, vt Christiani viuerent & regnarent, quos quidem male decepistis, dum vobis sese cōmittunt. Vos nanq; illis quæ mala sunt fingitis, & quæ bona sunt occultatis. Hoc tādem legant vel serius quod olim legere debuerunt. Quid. n. dicit, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinā nequando irascat Dominus, & pereatis de via iusta, Cū exarserit q̄ cito ira ipsius sup vos: beati oēs qui confidunt in eo? Imp̄atores, inquam, suasionibus premitis vt Pilatum, quem, vt diximus, Iudæi præsserunt, licet ipse clamauerit lauans publice manus, Li- Matt.27
ber sum a sanguine huius iusti: tamen qūo potuit a crimine mūdus esse qui fecit? Sed vt vetera taceam, in vestris exemplis aduertite Imp̄atores q̄ plures ac iudices vestros persecutionē nobis faciēdo perisse, vt relin
quam Neronem, qui primus est p̄secutus christianos Domitianum, similiter Nero- A
nis maximā partem, Traianum, Varium, Decium, Valerianum, Diocletianum: perijt etiam Maximinianus, qui dum thura prædicarent, incensis codicibus dominicis primus Marcellinus Episcopus Romanorum qui fuit, sed & Carthaginis Mensurius, & Cæcilianus ex ipsis sacrilegis flammis, vt fauillæ vel cineres remanserunt, thuris. n. conscientia omnes implicuit qui Mensurio consensistis. Perijt Macarius, perijt Vrsacius, cunctiq; comites vestri Dei pariter vindicta perierunt. Vrsacium nanque Barbarica pugna prostratum, sæuis vnguibus alites, canūq; auidi dentes morsibus discerpserunt. Nōne idem vestro impulsu percussor est, qui vt rex Achab, quē diximus a muliere persuasum, iustum pauperē occidit? Ita vos quosque iustos & pauperes, circa opem dixerim mundanā, nam gratia Dei in vobis non est, pauperem non definitis iugulare. Non enim si cum manu non Pro. 18.
facitis, non lingua carnifice hominē iugulatis. Scriptum est. n. Mors & vita in manibus linguæ, Oēs ergo qui occisi sūt, tu qui suasor es occidisti. Neq; n. manus carnifi-
cis nisi lingua tua feruescit, & ille dirus pe- B
ctoris calor in alienum sanguinem verbis tuis accenditur, sanguinem iustum sui vindicem diffusoris. AVG. rīdit, Huic loco tā copiose a te exaggerato atq; digesto vbi de regibus seculi aduersus nos inuidiose
loquimini

loquimini, si debite digneque respondeam, vereor ne me quoque crimineris regnum iracundiam in vos concitare voluisse: Quanquam cum more vestro vniuersaliter in omnes catholicos huius inuectionis impetu feraris, ne me vtique prætermittis: Curabo tamen ostendere si potuero te potius hoc feciſſe talia dicendo, quàm me talibus respondendo. Ac primum vide quemadmodum tibi tuipſe aduerseris: Ecce istum locum sic exorsus es, Quid autem vobis est cum regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? His verbis prohibes vtiq; nos ad reges seculi accedere. Et paulopost dicis, Ipsosque.i. reges, ne quasi ignari vel nescij persequi cuperet Christianos, his præceptis admonui ne perirent, q̃ illos præcepta quia nesciũt, vtinam nos doceremus: aut certe vos illis sine dubio ostenderetis si velletis vt viuerẽt. Quomodo igitur nos regum vis esse doctores? Et nostri quidem si qua eis amicitia est cum regi
C bus Christianis, si ea bene vtuntur nihil peccant: si qui vero inde extolluntur, multo leuius q̃ vos peccant. Vobis enim qui sic nos arguitis, quid fuit cum rege pagano, & quod est grauius, apostata & Christiani nominis hoste Iuliano, à quo vobis basilicis quasi vestras reddi deprecantes, hoc in eius laude posuistis, q̃ apud eum sola iustitia locum haberet? Quibus verbis, credo enim vos Latine intelligere, & idololatria Iuliani, & apostasia iustitia est appellata. Tenetur petitio, quam vestri maiores dederunt Constantio, quam impetrauerunt gesta, vbi allegauerunt, Euigilate & attendite inimico Christi, apostatæ, aduersario Christianorum, seruo dæmoniorum: talibus verbis ille ille vester ille Pontius supplicauit. Ite nunc & nobis dicite, quid vobis est cum regibus seculi, vt surdi surdis populis legatis, quod cum ipsis audire non vultis? Stipulam in oculo fratris tui vides, trabem in oculo tuo nõ vides? Quid inquies vobis est cum regibus seculi quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Hoc cum dixisses, enumerare conatus es, quos reges iusti senserint inimicos, nec consideraſti q̃ plures enumerari possint quos habuerint amicos. Pr̃ Abraham à rege diuinitus admonito ne attaminaret eius vxorem, & amicisi-
D me habitus est & munus accepit. Isaac filius eius regem similiter amicissimum expertus est Iacob in Aegyptum à rege honorabiliter exceptus, cum et benedicit. Quid loquar de filio eius Ioseph, qui post carceris tribulationem, quo velut igne sicut aurũ castitas eius probata est, magnis ab eo sublimatus honoribus: iurabat etiam per Pharaonis salutem, non tanquam typho elatus, sed benevolentiæ non ingratus? Regis filia Moysen adoptauit. Dauid ad alienigenam regis Israel compulsus iniquitate confugit. Helias ante currum pessimi regis, nõ illius imperio, sed suo cucurrit obsequio. Hæliseus hospitæ muliert si quid sibi forte à rege per eius intercessionem præstari vellet, etiam vltro offerendum putauit. Sed ad ipsa iam tempora veniam, q̃n captiuus dei populus habebatur: vbi vt mitius loquar, mira tibi irrepsit obliuio. Volens enim probare q̃ reges nũquam Christianitas nisi inuidos senserit, commemoraſti tres pueros & Danielem, q̃ passi sunt a persequentibus regibus: nec rebus, modo victis, sed planè ipsis admoneri potuisti, quales ipse rex post innocentium flãmarum miraculum, siue in eo laudando atq; prædicando, siue in ipsis pueris honorandis extiterit, qualem rex habuerit Danielem, & non recusantẽ quibus muneribus exornauerit, cum ille honorem debitum reddens regiæ potestati, quod satis in verbis eius appareat, donum dei quo præditus erat indicando, interpretãdo eius somnium non subtraxit. Vnde cum ab inuidis sancto viro sacrilega væsania calumniantibus, inuitus eum rex in lacum leonum mittere cogeretur, quanquam tristis id fecerit: præsumpsit eum tamen per auxilium domini sui saluum futurum. Itaq; cum ille refrenata diuinitus leonum rabie vixisset illæsus, solicita & amica voce regis ipsius sibi p̃missa, & ipse cũ benedictione de lacu rũdit, Rex in seculum viue. Cur istas regũ cũ sanctis amicitias, cum sermo tuus ibidem versaretur, cũ istorũ famulorũ dei in quibus hęc acta sunt, tu ipse cõmemorares exẽpla, vel nõ vidisti vel videre noluisti, vel q̃d nescio quemadmodum excuses, visa notaq; tacuisti? Quod si te sicut causæ pessimæ defensorem studium falsitatis astruere non impediret, & te nolentem vel nescientem à luce veritatis auerteret, profecto reges quosdam bonos, quosdam autem malos, & alios sanctorum amicos, alios inimicos, sine vlla difficultate recoleres. Et miramur q̃ se Circũcelliones vri sic p̃cipitãt. Quis post te currebat

Matt. 7.
Gen. 20
Gen. 26
Dan.
E
F

rebat obsecro? te quis Macarius, quis miles insequebatur? Nempe in abruptũ falsitatis huius nullus nr̃m te impulit. Cur ergo clausis oculis sic istic es p̃ceps, vt cum dixisses, quid aũt vobis est cũ regibus seculi nõ adiungeres, quod sæpe Christianitas inuidos sensit: sed nõ dubitares dicere, quos nũquã Christianitas nisi inuidos sensit? Itane vero nec ipse cogitasti, nec eos qui scripta tua legerent, cogitaturos putasti tot regum exempla tibi reclamãtia, nescit quid loquaẽ? An qa illi quos cõmemoraui, veterũ tẽporum fuerũt, ideo tibi eos nihil aduersari arbitraris, qa nõ dixisti, quos nũquã iustitia nisi inuidos sensit: sed dixisti, quos nũquã Christianitas nisi inuidos sensit: ex illo fortasis tpe volens eos intelligi iustis inuidere, ex quo Chr̃iani appellari cœperũt? Quid ergo tibi volũt exẽpla veterũ tẽporũ, quibus qd̃ imprudenter dixisti, imprudentius docere voluisti? Nũq̃d.n. Machabæi vel tres pueri vel Daniel, nõ antequã Chr̃s in terra nascereẽ, vel egerũt illa vel ptulerunt? Deinde cur, vt pauloante cõmemoraui, Iu-
G liano Chr̃ianitatis inuido supplicastis? cur ab eo basilicas petistis? cur apud eũ solã iustitiam locũ habere dixistis? Si Christianitatis inuidus hæc audit, quid sunt à quibus hæc audit? At vero Cõstantinus nequaquã Chr̃iani nominis inuidus, sed plane Chriano nomine gloriosus, memor spei quam gerebat in Christo, pro cius vnitate iustissime iudicans, acceptari à uobis nec ad se appellãtibus meruit, ambo iam Christianis tẽporibus, sed nõ fuerunt ambo Christiani. Quod si ambo Christianitatis inuidi, cur ad vnũ eorum sic appellastis, alteri eorum sic supplicastis? Si aũt quod verum est petẽtibus tum maioribus vestris episcopale iudicium dederat Constantinus, & apud Romam & apud Arelatum, quorum primum apud eum accusastis, ab altero ad eum appellastis. Si ergo quod verum est vnus eorum in Christum crediderat, alter à Christo apostataverat, cur Christianus consulẽs vnitati contemnitur, & apostata fauens diuisioni laudatur? Constantinus vobis basilicas iussit auferri, Iulianus restitui. Quid horũ Christianæ paci cõueniat vultis nosse? Illud fecit qui crediderat in Christum, hoc fecit qui dimiserat Christũ. O quàm
H ita supplicaretur, sed hoc quid ad nos pertinet? Qd̃ si diceres, & in his quidem verbis tuis catholica vinceret fides, ad cuius sanctos tot orbe diffusos multo minus pertinet quicquid dicitis de quibus vultis sicut vultis. Sed nõ potest dicere male factum vt supplicaretur, oppilat fauces, premit linguã domestica authoritas, Pontius fecit, Põtius supplicauit, Pontius apostataram iustissimũ dixit, Pontius apud apostatam solam iustitiam locum habere prædicauit. His verbis sibi pontium supplicasse in eodem rescripto suo nominatim sine ambage ipse Iulianus expresit. Extant allegationes vestræ, non hęc incerta fama, sed publica monimẽta testantur. An forte quia contra vnitatẽ Christi, petitioni vestræ aliquid concesit apostata, verum putas esse quod dictum est, apud eum solum locum habere iustitiam? Quia vero imperatores Christiani quod valere arbitrantur ad Christi vnitatem, contra uestram statuunt voluntatem, Christianitatis inuidi appellantur? Sic desipiant hæretici.

Et vbi, inquies, impletũ est quid dominus ait, Veniet tempus vt qui uos occiderit, putet se deo officiũ facere? Neq; hoc de Paganis dici potuit, qui non propter deũ, sed q̃p idola Christianos p̃sequebant̃. Non uidetis si hoc de his imperatoribus dictum est qui gaudent de nomine Christiano, hoc eos vtiq; p̃cipue esse iussuros vt occideremini, quod nunquam omnino iusserũt? Sed vestri hostili more legibus repugnando pœnas debitas luũt, & volũtarias mortes suas dum nobis inuidiosas putant, sibi perniciosas non putant. Quod si de regibus nomen Christi honorãtibus illud à domino dictũ esse arbitrantur, quærant quid catholica in Oriente perpessa sit, quando Valens imperabat Arrianus. Ecce haberem quod intelligerem impletum esse, quod dñs ait, Veniet tempus vt qui vos occiderit, putet se officium deo facere: nec sibi ad famæ gloriã assumerent hæretici, si quis aduersus eorum errorem imperatores catholici p̃cepissent. Veruntamen tps illud post ascensionem domini cõpletũ esse reminiscimur sancta scriptura huius rei testis omnibus nota est, Iudæi putabant se officium deo facere, cũ Apostolos occidebant. Inter hos qui officium deo arbitrabãt̃ se exhibere, ẽt Saluus nr̃, nõ dũ noster, fuit: ita vt hoc inter laudes suas præteritas & obliuiscendas enumeret. He
braeus, inquit, ex Hebræis, secũdum legem
Pharisæus, secundum æmulationem perse-
quens Ecclesiam. Ecce qui putabat offi-
cium

Ioã. 16.
I
Phil. 3.
K

cium se deo facere,cũ faciebat quod mox ip
I. 1. 18. se perpessus est. Nam quadraginta Iudæi
Act. 23. coniurauerant vt interficerent eum,qñ fecit hoc tribuno innotescere,vt eorum insidias armato milite septus euaderet, sed nõdum erat qui ei diceret, Quid tibi est,non cum regibus,sed cum tribunis armisque regalibus? Non erat qui ei diceret,Audes per milites quærere tuitionem, cum dominus tuus per eos ductus sit ad passionem? Nondum erãt ista deliramenta, sed contra hæc futura iam tunc illa parabantur exempla. Quinetiam terribiliter proponere ausus es & diceret, Sed vt cætera taceam,in vestris exẽplis aduertite Imperatores q̃ plures ac iudices vestros persecutionem nobis faciendo perijsse. Hoc in epistola tua cũ legissem intentissime expectabam quid dicturus & quos enumeraturus esses,cũ ecce mihi quasi relinquendo cœpisti commemorare Neronem, Domitianum, Traianum, Varium, Decium, Valerianum, Diocletianum, Maximianum. Fateor plures esse,sed tu prorsus contra quos loquaris oblitus es. Nonne isti
L omnes Pagani erant, vniuersaliter Christianũ nomẽ pro suis idolis persecuti sunt? Euigila ergo, nã isti communionis nostræ non fuerunt, vnitatem ipsam vel vnde nos sicut vos putatis, vel vnde nos sicut Christus docet ex istis totam persequebantur. Tu autem proposueras ostendere nostros imperatores ac iudices persecutionem vobis faciẽdo perijsse,ac nos tu exigis vt istos computemus,quia relinquens eos commemorasti dicens, Vt relinquam Neronem: & sub ista relictione per cæteros cocurristi. Quid opus fuit ergo vt commemorarẽtur ad rem non pertinentes? Sed quid ad me? Iam istos tecum relinquo:nunc saltem procedãt illi quos promisisti quam plures. Nisi forte propterea non inueniuntur,quia eos perijsse dixisti. Sequeris enim,& Epilcopus nominas, quos de traditione codicum soletis arguere. De quibus & nos solemus respondere,aut non probatis,& ad neminẽ pertinet:aut probatis, & ad nos non pertinet. Suam enim sarcinam portauerunt, vel bonam vel malam. Et bonam quidem credimus,sed qualemlibet,tamen suam: sicut ve-
Gala. 6. stri mali,nec ipsi vestram, nec vos ipsorũ, sed vestrum omnium communis pessima sarcina schisma est. Hoc sæpe iam diximus.
M Exhibe igitur non Episcoporum nomina, sed imperatorum ac iudicium nostrorum, qui uos persequendo perierunt. Hoc enim proposueras,hoc promiseras,ad hoc nos intentissimos feceras. Audi, inquit, Perijt Macarius,perijt Vrsa cuius, cũctique comites uestri,dei pariter vindicta perierunt. Duos solos commemorasti,quorum uenter imperator fuit. Cui hoc placeat quæso te,tibi ipsi nonne displicet? Promittis quàm plures imperatores ac iudices nostros te commemoraturũ,qui vos persequendo perierunt, & tacitis imperatoribus nominas duos vel iudices vel comites. Illud enim quod adiũgis, Cunctique comites vestri, de pariter vindicta perierunt:ad rem non pertinet. Hoc quippe modo iamdudum locum istũ finire potuisti,vt omnino neminem nominares. Cur ergo imperatores nostros:id est, nostræ communionis non commemorasti? An timuisti ne reus manifestatis accusareris? Vbi est Circũcellionica fortitudo? Deinde quid ais de illis quos tot superis nominasti, qui rectius tibi possunt dicere quid nos q̃rebas? Causam enim tuam nihil adiuuerunt, & tamen nominati sunt. Deinde qualis es qui eos quos perijsse commemoras nomina re formidas? Saltem ipsos iudices vel comites quod uideris non timuisse,plures nominares. Remansisti autem ad Marcarium & A
Arsacium. Itane quàm plures illi, duo isti sunt? An quod pueri didicimus sapis? Si.n. quæras ex me,duo quis numerus sit, singularis an pluralis: quid esse respondeam nisi pluralem? sed adhuc etiam non desit quod dicam,è duobus video Marcarium, Neque enim dixisti quomodo perierit. An forte quisquis uos persequitur, nisi in hac terra fuerit immortalis, quando mortuus fuerit, propter vos mortuus existimabitur? Quid si non tam longo imperio Constantinus,& tam longa fœlicitate vixisset,qui primus adversus vestrum errorem multa constituit: & quid si non Iulianus tam cito abreptus esset è vita,qui vobis basilicas dedit,quando ista garriendi finem faceretis,cum & modo tacere nolitis? Nec tamen dicimus nos ideo citò mortuum Iulianum quia vobis basilicas dedit. Possumus enim esse in his pariter copiosi, sed nolumus esse pariter vani. Proinde vt dicere cœperã, ex illis duobus cerno Macarium. Cum enim duos proposuisses,ipsum & Vrsacium, repetisti nomẽ Vrsacij vt nobis ostenderes quam mortem meruerit,& dixisti, Vrsacium nanque barbarica pugna prostratum, sæuis unguibue

alites

Balites canũq; auidi dẽtes morsibus discerpserunt. Vnde satis apparet cum de Macario maiorem inuidiam facere soleatis, ita vt nos Macarianos, non Vrsacianos appelletis,multo maxime te de illo fuisse dicturum,si de morte eius aliquid tale dicere potuisses. Ex his itaque duobus vbi pluralem numerũ posuisti,seiuncto Macario, remanet Vrsacius nomen proprium numeri singularis. Vbi est igitur q̃ plurium illorum tam minax & tremenda promissio? Iam illud q̃ ridiculũ sit: qui quoquo modo loqui nouerunt, quantum opinor intelligũt, quod cum dixisses, Perijt Macarius,perijt Vrsacius, cunctiq; comites vestri, Dei pariter vindicta perierũt: tanq̃ exigentibus vt probares,quia reuera nihil aliud vel auditor vel lector exigeret,statim cõnexuisti magnum documentum, quo probares cũctos comites nostros Dei vindicta pariter corruisse. Vrsacium nanq; Barbarica,inquis, pugna prostratum, sæuis vnguibus alites,canumq; auidi dẽtes morsibus discerpserunt. Hoc modo põt alius similiter nesciens quid loquatur dicere, omnes Epos vestros Dei vindicta in carcere defecisse. Et cum ab eo fuerit flagitatum, vnde hoc
C probet, adiunget statim, Optatus nanq; de satellitio Gildonis accusatus,tali genere mortis extinctus est. Has nugas audire & discutere & refellere cogimur:tũ timemus infirmis ne tardiore intellectu in vestros laqueos celeriter currant. Istum aũt Vrsaciũ si forte bene vixit, & vere ita mortuus
Gene. 9. est, consolabitur promissio Dei dicentis, Sanguinem animarũ vestrarum exquirã, de manibus omniũ bestiarum. Quod autẽ nobis calumniamini,dicẽtes,a nobis in vos ad iracundiam reges seculi concitari, dum eos non docemus diuinam scripturam, sed potius malitiam nostram suggerimus, non puto vos vsque adeo surdos esse aduersus ipsa sanctorum codicum eloquia vt nõ potius timeatis ne nouerint ea, sed velitis nolitis,intrant Ecclesiã,& si nos tacemus, lectoribus admouent aurem: atq; vt de cæteris taceam,istum ipsum plerunq; Psalmũ quem tu commemorasti,intentissime accipiunt. Dixisti.n.q̃ eos non doceamus,nec eos volentes sinamus vt nouerint qđ scriptum est, Et nunc reges intelligite, erudi-
Psal. 2. mini qui iudicatis terram: Seruite Dño in timore,& exultate ei cũ tremore: Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus &c. Credite & ista cantari,& illos audire:sed vtiq; audiunt & illud supe D
rius in eodem Psalmo,qđ tu nisi fallor, ꝓpterea præterire voluisti,ne timuisse anteI Psal. 2. ligereris. Audiunt ergo & illud, Dominus dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te. Pete a me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuã,& possessionem tuã terminos terræ. Quo audito vtiq; mirantur esse aliquos, qui huic hæreditati Christi contradicunt, & eam ad exiguam partem terræ redigere conantur, mirantesq; fortasse q̃runt ꝓpter id qđ in sequentibus audiunt. Seruite Domino in timore: in quo illi seruire possint inquantum reges sunt, Oẽs.n. homines seruire Deo debẽt, aliter cõ uni conditione qua homines sunt: aliter diuersis donis,qđ ille aliud agit in rebus humanis,ille aliud. Non.n. auferẽda idola de terra, qđ tanto ante futurũ prædictũ est, posset quisq̃ iubere priuatus. Habent ergo reges excepta generis humani societate eoipso quo reges sunt, vnde sic Dño seruiant, qũo non possunt qui reges non sunt. Ista ergo cum cogitant, audiunt & illud quod de tribus pueris ipse commemorasti,& audiunt solemnitate mirabili. Tunc.n eadem scriptura maxime in Ecclesia cantatur, qñ E
ipsa festiuitas feruentiores facit, etiam eos qui cætero anno pigriores sunt. Quid ergo putatis animi habere Christianos imperatores,cum audiũt tres pueros missos in caminum ignis ardentis, quia regi ad iniquitatem adorandi simulachra consentire noluerunt:nisi vt cogitent piam libertatẽ sanctorum nec regia ptãte,nec pœnæ inimanitate posse superari,gaudeantq; se non esse ex numero taliũ regũ, qui contẽptores idolorũ quasi sacrilegos puniebant? Porrò autẽ cum in sequentibus audiunt eundẽ regem, non solum puerorũ, sed & flãmarum Deo seruientium tanto miraculo territũ, etiam ipm cepisse Deo seruire in timore,& exultare cũ tremore, & apprehendisse disciplinam:nonne intelligunt ideo ista esse cõscripta,& tanta celebritate recitari,vt & seruis Dei ne ad sacrilegium regibus cedãt, & ipsis regibus vt ad religionem Deo credant proponuntur exempla? Volentes ergo & isti ex ipsius admonitione Psalmi,quem tu quoq; inseruisti scripturis tuis, intelligere & erudiri, & seruire Domino in timore, & exultare cũ tremore, & apphẽdere disciplinã q̃ intente audiũt,quid ille rex postea F

dixerit dixit.n.præpositurũ se decretũ om-
Danie.3 nibus populis qubius imperabat,vt quicun
que dixissent blasphemiam in deum Sidrac,
Misaac,& Abdenago,interirent, & domus
eorum dispergerentur. Et si hoc eum decre
uisse cognoscunt, ne blasphemaretur deus
temperator ignium, & liberator triũ pue-
rorum, profecto cogitant quid decernere
debeant in regno suo, ne in suis fidelibus
idem ipse deus exuffletur remissor peccato-
rũ,& liberator iam totius orbis terrarũ.Vi
de itaq; cum aduersus vos aliquid pro vni-
tate catholica reges Christiani constituũt,
ne forte in labijs vestris tanquã scriptura-
rum diuinarũ imperitos eos arguatis,in cor
de autem vestro satis doctos esse doleatis.
Quis.n.ferat istam vestrã sacrilegã odio
samq; fallaciam in ipso vno Daniele regem
Danie.6 accusare,quia in lacum leonum missus est,
& regem non laudare, quia sublimiter ho-
noratus est,cũ etiã qñ missus est, magis eũ
saluũ futurum, q̃ moriturum ipse rex cre-
deret,& de illo solicitus non cœnaret? De-
inde audetis dicere Christianis,quid vobis
Danie.2 est cum regibus seculi, quia Daniel à rege
persecutionem passus est: & non respicere
G ipsum Danielem somnia regibus fideliter
interpretantem, dũm regem appellantem,
munera & honores accipientem? Itemq;
in eisdem tribus pueris, q̃ recusantes ado-
Danie.3 rare statuam in flammis missi sunt,inuidiæ
flammas de regibus excitare:quòd autem à
rege sic prædicati & sic honorati sunt tace-
re & abscondere? Ecce rex fuerat persecu-
tus, cum obiecit leonibus Danielem: quid
Danie.6 cum eo saluo recepto gaudens & gratulans
inimicos eius dilaniandos & consumendos
eisdem leonibus misit,fuit persecutor an nõ
fuit?Volo respõdeas.Si enim fuit,cui ei Da-
niel ipse non restitit, cum præsertim tanta
familiaritate facillime potuisset: & nobis
dicitis vt reges ab hominum persecutione
reuocemus?Si autem propterea persecutor
non fuit, quia scelus in sanctum virum cõ-
missum iustissime vindicauit, quomodo
vindicandum est à regibus,quòd Christi sa
cramenta exufflantur, si Prophetæ mẽbra,
quia in periculum missa sunt, sic vindicari
meruerunt? Item concedo & manifestum
est persecutorem fuisse regẽ,cum tres pue-
ros quòd simulachrum adorare noluerunt,
misit in flammam: sed quæro vtrum fue-
rit persecutor, cum illud decretum propo-
suit vt interirent & domus eorum vastarẽ-
tur,qui blasphemarent vnum deum verũ.
Si.n.persecutor fuit, cur ad verba persecu-
toris rñdetis,amen?Si aũt non fuit, cur eos H
persecutores dicitis qui vos à blasphemiæ
furore deterrent? Si.n.cogunt vos supplica
re idolo,illi sunt similes impio regi,vos tri-
bus pueris, Si autem prohibent repugnare
Christo,vos estis impij,si hoc faciti.Quid
sint autem illi si terribiliter hoc vetant,ego
non dico:tu inueni aliud quod dicas,si pios
imperatores non vis dicere.Si hęc exempla
de Daniele & tribus pueris ego commemo
rassem, fortasse resisteres, & in hæc nostra
tempora ex illis temporibus sumi non de-
buisse clamares.Deo gratias,quia ea ipse po
suisti ad id quidem quod volebas,sed vides
ea potius valuisse ad id quod nolebas: An
non est ista vestra fallacia, sed error huma-
nus est? Vtinam ita sit: emenda ergo,ne ti-
meas,non inde eris minor, immò vero ma-
ioris ingenij est animositatis flammas con-
fitendo extinguere, quàm falsitatis nebulas
intelligendo vitare.

Petilianus dixit, Vbi lex Dei, vbi Chri- Cap.
stianitas vestra est,si cædes & mortes facitis
ac iubetis? A V G.rũdit,Ad hoc vide quid
dicant cohæredes Christi per totum orbẽ
terrarũ, Cædes & mortes nec facimus nec
iubemus, & ista facientibus multò sceleratius sæuitis, qui hæc in hominum mẽtibus
contra vitam æternam committitis. I

Petilianus dixit, Si amicos nos vultis, Cap.
quare inuitos attrahitis?Si aũt inimicos fin
gitis,cur occiditis inimicos? A V G. rũdit,
Nec inuitos attrahimus, nec occidimus ini
micos,sed quæcunq; vobiscũ agimus, quã-
quam vobis agamus inuitis,ex charitate tñ
agimus,vt volentes vos corrigatis,correcti
que viuatis,nã nemo viuit inuitus, & tamẽ
puer & hoc volens discat, inuitus vapulat,
& hoc plerunq; ab homine charissimo. Et
hæc quidẽ vobis reges dicerent si ferirent,
Aliter.n.eorum potestas diuinitus ordinata
est:sed cum & isti non feriunt,vos clamatis.

Petilianus dixit,Quæ aũt ratio est,quę- Cap.
ve inconstantia vanitatis,quòd cum nos fal
so vocabulo dicatis hæreticos, communio-
nẽ nostrã magnopere cupiatis? A V G.re-
spondit, Si hæreticorum communionem
magnopere cuperemus, corrigi vos ab hæ-
retico errore nollemus: cum autem hoc vo
biscum agamus ne sitis hæretici, quomo-
do hæreticorum communionem magno-
K pere cupimus? Dissensio quippe vos & di-
uisio facit hæreticos: pax vero & vnitas,
facit catholicos. Cũ ergo inde huc venitis,
desinitis esse quod odimus, & incipitis esse
quod amamus.

Petilianus dixit, Eligite tandem de duo-
bus alterum,quid dicatis.Si innocentia vo-
bis ẽ,cur nos ferro sectamini?aut si reos nos
dicitis,quid nos q̃ritis innocentes? AVG.
respondit, O acutissimam complexionẽ,an
potius inepti sim â loquacitatem. Nõne ibi
proponi solet vt eligatur alterũ de duobus
quid respondeatur, vbi vtrunque non põt
eligi? Nam si mihi proponeres vt eligerem
alterum de duobus,quid dicerem, vtrũ in-
nocentes an nocentes simus, vel rursus ex
alijs duobus, siue ex istis, non possem nisi
vnum eligere quod dicerem. Nunc propo-
nis hæc duo,vtrum nos innocentes simus,
an uos rei sitis,& vis vt vnũ ex his duobus
eligam,vt respondeam. At ego nolo vnum
dicere,quia vtrunque dico, & nos innocen
tes,& uos reos. Nos esse innocẽtes dicimus
à falsis & calumniosis criminationibus ve-
stris,quicunque in catholica possumus sal-
na cõsciẽtia dicere, nec sanctos codices nos
tradidisse,nec idolorũ supplicationibus cõ-
sensisse,nec quẽquam occidisse, vel si quid
L aliud mali soletis obijcere, nec eos qui for-
te,quod quidem nec de ipsis probastis, ista
Gala. 6. fecerunt,contra nos regnum cœlorum, sed
cõtra seipsos clausisse:quia unusquisque no
strum sarcinam suã portat. Ecce habes vnũ.
Et vos omnes nocentes & sceleratos esse,
non alios aliorũ criminibus quæ apud vos
à quibusdã cõmittuntur, & à quibusdam re-
prehendunt, sed crimine schismatis, à quo
immanissimo sacrilegio nemo vestrũ se po
test dicere immunẽ,quãdiu non cõmunicat
vnitati omnium gentiũ, nisi cogatur dice-
re de Ecclesia,quæ per omnes gẽtes diffun-
ditur, incipiens ab Hierusalem, Christum
fuisse mentitum. Ecce habes alterum. Ec
ce reddidi tibi duo, quorum tu volebas
vt vnum diceremus tibi. Vtique atten-
dere debuisti vtrunque à nobis posse di-
ci, saltem si hoc volebas rogare nos, vt
vnum diceremus,cum videres quia vtrun-
que possemus. Sed si innocentia vobis est,
inq̃s, cur nos ferro sectamini? Aut si reos
nos,inquis,dicitis, quid nos quæritis inno-
centes? Respicite paululũ cateruas vestras,
quæ non antiquo more parentum suorum
solis fustibus armantur, sed & secures &
lanceas & gladios addiderunt: & agnoscite
quorum potius vox esse debeat, quid nos M
ferro sectamini,aut si reos nos,inq̃s,dicitis,
quid nos quæritis innocentes? Hic breui-
ter rũdeo, Ideo q̃rimini rei ab innocẽtibus,
vt desinatis esse rei,& incipiatis esse innocẽ
tes. Ecce vtrunq; elegi nẽm, & ad vestrum
vtrunq; rũdi: modo tu elige vnum de duo-
bus, Innocentes estis an nocentes? Neque
potes utrunq; dicere, sed dic vtrunq; si hoc
placet. Certe enim non potestis in eadẽ cã
esse innocentes in qua estis nocentes. Si er-
go innocentes estis, nolite mirari quòd pa-
cem quęrimini à fratribus:si autem noce-
ntes,nolite mirari quòd ad pœnam quærimi
ni à regibus. Sed quia horum duorum al-
terum uobis vsurpatis, alterum à nobis au-
ditis: vsurpatis enim vobis innocentiam, à
nobis autem auditis quòd impie viuatis,ac-
cipite iterum de vtroque quid dicam.Si in-
nocentes estis,quare Christi testimonio cõ
tradicitis?Si autem nocentes, quare ad eius
misericordiã non confugitis?Nam & testi
monium eius est de orbis vnitate,et eius mi
sericordia in fraterna charitate.

Petilianus dixit, Postremo vt sæpe iam Ca. 97.
diximus,qualis est vestra præsumptio vt de
regibus præsumatis dicente Dauid,Bonum
est sperare in domino,quàm sperare in ho Ps.117.
mine:Bonum est sperare in domino, quam A
sperare in principibus? AVG. respondit,
Nos non speramus in homine, sed quantũ
possumus homines admonemus, ut in do-
mino sperẽt:nec speramus in principibus,
sed quantum possumus principes admo-
nemus ut in domino sperent: & si aliquid
à principibus pro vtilitate Ecclesiæ peti-
mus, non in eis tamen speramus. Neque Act.24.
enim & Apostolus in illo tribuno sperauit
tanquam in principe, a quo sibi egit vt de-
ductores darentur armati:aut in ipsis arma
tis tanquam in hominibus, quorũ multitu-
dine septus euasit insidias ꝓditorũ. Sed nec
vosipsos, q̃ ab Imperatore basilicæ vobis
vt redderentur petistis,arguimus,tanquam
in Iuliano principe speraueritis: sed argui-
mus, q̃ de Christi testimonio desperaueri-
tis,à cuius vnitate ipsas basilicas separastis:
eas.n.iubente inimico Christi accepistis,in
quibus iussa Christi contemneretis, dum
ualidum & verũ vobis videtur quod Iulia-
nus constituit, dicens hoc quoq; supplican-
tibus Rogatiano,Põtio, Cassiano,& cæte-
ris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris Episcopis, sed & clericis: accedit ad cumulum, vt abolitis quæ aduersus eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquum
B statum cuncta reuocentur, inualidum autē & falsum quod Christus constituit, dicens,
Luc. 24. Eritis mihi testes in Hierusalem & in totā Iudæam & Samariam, & vsque in totā terram. Obsecramus vos, corrigimini, redite ad hanc euidentissimam totius orbis vnitatem, vt nō verbis apostatæ Iuliani, sed verbis saluatoris Christi, in antiquum statum cuncta reuocentur. Miseremini animæ vestræ, non iam Constantinum & Iulianum comparamus, vt q̄ sint impares demōstremus: non dicimus, si vos non speraſtis in homine & in principe, cum homini imperatori Pagano & apostatæ dixistis, q̄ apud eum sola iustitia locū haberet, quibus precibus & rescripto, sicut ibi scriptū est, sicut allegationis gesta testantur, pars Donati uniuersaliter vsa est: multo minus nos criminari à vobis debemus, tāquam speremus in homine & in principe, si quid à Constātino vel à cæteris Christianis imperatoribus nulla sacrilega adulatione petiuimus. Aut si quid ipsi non petentibus nobis, memores rationis quam dūo reddituri sunt, sub cuius verbis tremunt cum audiūt quæ ipse commemoraſti, Et nunc reges intelligite, &c. & alia multa vltro pro Ecclesiæ catholicæ vnitate constituunt. Sed taceo de
C Constantino, Christum & Iulianum vobis opponimus: parum dico Deum & hominem, filium Dei & filium gehennæ, Saluatorem animarum nostrarum, & interfectorem animæ suæ. Cur in basilicis possidēdis Iuliani rescriptum tenetis, & in Ecclesiæ pace amplectenda Christi Euangelium non tenetis? Clamamus & nos quæ perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. Antiquius est Euāgeliū Christi q̄ rescriptum Iuliani. Antiquior est vnitas Christi, q̄ pars Donati. Antiquiores sunt Ecclesiæ preces ad dominum pro vnitate Christi, q̄ Rogationi & Pontij & Cassiani ad Iulianum pro parte Donati. An perperam geritur cum reges prohibent diuisionem, & non perperam geritur cum ad defendendam Ecclesiam Christi testimonio reges seruiunt, & nō perperam geritur cum ad negandam Ecclesiam Christi testimonio Episcopi contradicunt? Obsecramus ergo ut non contra Euangelium, sed secundum Euangelium etiam uerba ipsius Iuliani cui sic supplicaſtis audiantur, & ea quæ perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. D Cap.

Petilianus dixit, Vos vos miseros appello, qui persecutionum metu perterriti, dū uestras diuitias non animas quæritis, non tam fidem perfidam traditorum diligitis, quam contra ipsorum malitiam, quorum uobis patrocinia comparaſti: non aliter q̄ ut naufragi in fluctibus fluctus subeunt ruituros, sicq; in magno uitæ periculo appetunt quod timetur: uelut tyrannicus furor ut neminem metuat, uult cum suo periculo uel timeri. sic sic ad artē malitiæ confugitis, innocentium damna uel pœnas sine
E uestra formidine spectaturi. Si hoc est vitare periculum fugere sub ruinam: necnon etiam damnabilis fides est, fidē latroni seruare. Postremo dementis lucri commercium est, uestras animas perdere ne diuitias amittatis. Dicit enim Dominus Christus, Si omnem mundum lucrifacias, & ani Mat.
mam tuam perdas, quam dabis commutationem pro anima tua? AVG. respondit, Vtilis esset ista exhortatio, fateor, si ea quisquam in bona causa vteretur: Omnino bene deterruiſti homines diuitias præponere animæ suæ. Sed vos qui hæc audiſtis, & nos paululum audite: hoc enim & nos dicimus. Sed attendite quemadmodum si uobis minantur reges auferre diuitias, quia Iudæi secūdum carnem nō estis, aut quia idola vel dęmonia non colitis, aut quia in nullas hæreses transferimini: sed in
E vnitate catholica permanetis, eligite potius perire diuitias uestras, ne ipſi pereatis, sed nec aliud quicquam, nec ipsam temporalem vitam saluti æternæ, quæ in Christo est præferatis. Si autem reges vobis propterea damna vel damnationem minantur, quia estis hæretici, terrent vos illi non crudeliter sed misericorditer: vos autem non fortiter, sed pertinaciter non timetis. Audite ergo Petrum dicentem, Quæ 1. Pet.
autem gloria est si peccantes pœnas patimini, vt neque hic habeatis terrena solatia, nec in futuro seculo vitam æternam, sed & hic anguſtias infœlicium, & ibi gehennas hæreticorum? Vides ergo tu frater, cum quo mihi nunc res est, prius te debere ostendere vtrum teneas veritatem, & tunc exhortari homines, vt pro ea tenenda parati sint carere omnibus, quæ temporaliter tenent: cum hoc non ostendas, q̄a non

potes, nō quia ingenium deest, sed quia mala causa est, cur festinas exhortationibus tuis facere homines & mendaces & imperitos & egentes & errantes & pannosos & cō
F tētiosos & famelicos & hæreticos, & in hoc seculo bona tpalia perdentes, & in Chri iudicio mala æterna inuenientes? Cautus autem filius, qui timendo flagellū patris recedit à cubili serpentis, nec vapulat nec perit, Qui autem dolores disciplinæ pro sua pernicioſa voluntate contemnit, & vapulat & perit. Iam non intelligis vir diserte, q̄m qui pro pace Christi omnibus terrenis caruerit, deum habet: qui autem pro parte Donati vel paucos nummos perdiderit, cor non habet.

Cap. 99 Petilianus dixit, Nos autē pauperes spi-
Matt. 5. ritu, non diuitias amamus, sed diuitias for-
1. Co. 6. midamus. Nos nihil habētes & omnia possidentes, censum animam credimus, nostris
que pœnis & sanguine æternas diuitias cœli mercatur, sicut idem dñs dicit, Qui per
Mat. 19. diderit substantiam suam, centuplum recipiet eam. AVG. rūdit, Et hoc ad rem perti
net cōmonere quemadmodū scriptum est, Nam vbi nihil impedit intentionem meā, si quid in scripturis fallis aut falleris nihil curo. Non ergo ita scriptum est, Qui perdiderit substantiam suam: sed, qui perdiderit animam suam propter me. De substan-
G tia vero non scriptum est, Qui perdiderit: sed, qui dimiserit: nec solum substantiam pecunię: sed, & multa alia. Tu autem interim non perdidisti substantiam tuā: vtrum vero dimiseris q̄ sic de paupertate gloriaris, nescio: si forte scit hoc collega meus Fortunatus, quia in eadem ciuitate estis, nunquā mihi indicauit, quia nunq̄ quæsieram. Veruntamen etiam si hoc feciſti, tuipse contra
1. Co. 13 te in hac ipsa tua epistola commemoraſti apostolicum testimonium, Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeā, nihil mihi prodest. Si.n haberetis charitatem, non objceretis ignaro & incogni-
co vobis orbi terrarum, nec ipsa saltem ꝓbata crimina fratrum. Si haberetis charitatem, non in vestris calumnijs fingeretis, sed in verbis domini manifestissime expressam vsque in totam terram cognoscere tis vnitatem. Si autem hoc non feciſti, quid gloriatis quasi feceris? Itane vero diuitias formi-
2. Co. 6. datis, vt nihil habentes omnia possideatis? Dic ista collegę tuo Crispino, q̄ modo iux-

ta Hipponem nostram comparauit fundū vbi mergeret homines in profundū. Vnde hoc & ego nimirum noui, tu forte nescis, &
H ideo securus clamas, diuitias formidamus. Vnde miror q̄ ista vox tua ad nos peruenire t, ipsum transilijt. Inter Constantinam quippe vbi tu es, & Hipponē vbi ego sum Chalama vbi ille est vicinior quidem nobis, sed tamen interposita est. Miror ergo quomodo ille non prior excepit hanc vocē, & repercussit ne transiret ad nos & aduersus te diuitiarum laudes multo copiosius recitauit. Non solum.non formidat ille diuitias, sed & amat, & certe de cætero priusq̄ ædas, recita illi talia, si non emendauerit, respondemus, tu autem si verum est q̄ pauper sis, ibi habes fratrem meum Fortunatū, facilius ide placere poteris illi collegæ meo quàm huic tuo.

Petilianus dixit, Nos timore dei quo vi Ca. 100
uimus, pœnas & mortes quas gladio facitis non timemus, sed id solum deniq; fugimus, q̄ communione nequissima animas iugulatis, domino ipso dicēte, Nolite timere eos Mat. 10.
qui occidunt corpus, animam .n occidere non possunt, sed timete potius eum qui habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam ignis. AVG. respōdit, Quod Psal. 56.
dicitis vos facitis; non gladio visibili, sed illo de quo dictum est, Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & ligua eorum gladius acutus. Hoc enim gladio criminato
I re & calumniatore orbis incogniti, imperitorum animas trucidatis. Si autem communionem nequissimam accusas, ecce ore non meo sed tuo ascendas, descendas, intres, verseris, tergiuerseris, talis est qualis Optatus. Si autem redis ad cor, & inuenies te non esse talē, non quia tecū sacramenta nō cōmunicauit, sed quia tibi displicuit: absolues orbem terrarū criminibus alienis, & inuenies vos implicatos crimine schismatis.

Petilianus dixit, Vos ergo qui falsissimo Ca. 101
baptismo vultis lauari q̄ nasci, non solū vestra delicta nō ponitis, verū animas vestras reorū criminibus oneratis. Vt.n. aqua nocētiū à sctō spū vacuata est, ita plānè referta est criminibus traditorum. Quicunq; igitur miser ab huiusmodi baptizaris, si mendacio carere volueris, perfunderis falsitate. Si delicta carnis volebas excludere, reorum accedente conscientia percipies & reatum. Si auaritiæ flāmam volebas extinguere pfunderis fraude, pfunderis scelere, pfun

deris & furore. Postremo si credis, quia acci
pientis & dantis est fides ab eo qui interfi-
cit hominẽ, sanguine perfunderis fratris. Ita
agit, vt qui ad baptismũ innocens veneras,
K à baptismo redeas parricida. A V G. rñdit,
Vellẽ cum eis sermocinari, qui verbis istis
lectis vel additis acclamauerunt, Tales.n.
non habent aures in corde, sed cor in auri-
bus. Legant tñ iterũ & iterum, & cogitẽt, &
sentient ea, nõ quid sonent, sed quid sapiãt.
Primo vt hoc vltimũ excutiã, Ita ergo fit,
inquis, vt q̃ ad baptismũ innocẽs veneras,
à baptismo redeas parricida. Rñde prius,
quis ad baptismũ innocens venerat, excep-
to illo qui nõ ideo venit baptizari vt eius
ablueretur iniquitas, sed vt nobis humilita
tis prębęret authoritas? Quid.n. dimitteretur
innocenti? At vero ita es eloquens vt osten
das nobis quandam innocentiam peccatri-
Iob. 25. cem? Nonne audis dicentẽ scripturam. Ne-
mo mũdus à peccato in conspectu tuo, nec
infans cuius est diei vnius vita super terra?
Nã vnde ad remissionẽ peccatorum & cũ
infantibus curritur? Nonne audis aliam,
Psal. 50. Ego in iniquitate conceptus sum? Deinde
si propterea redit parricida qui sine parrici
dio veuerat, quia eum parricida baptizat,
quotquot ab Optato baptizati redierunt,
Optati facti sunt. Ite nunc & nobis obijci-
te, q̃ in vos regum iracundiã concitemus.
Non metuitis ne a vobis tot Gildonis satel
lites inquirantur, quot homines ab Optato
L baptizari potuerunt? Vides ne tãdẽ quem-
admodum ista tua, nõ sententia sed vesica,
non solum inani sono, sed etiam in capite
vestro crepuerit? Iã cætera superiora quæ
nunc refellenda proposuimus, talia sunt vt
omnino talis quisq; baptizatus redire dicat
qualis fuerit a quo baptizatur: Sed absit vt
delirans ista dicis, tã deliri à te redeãt quos
baptizas. Et q̃ bene tibi sonuit quod dixi-
sti, Perfunderis fraude, perfunderis scelere,
perfunderis & furore. Tu vero nisi furore
nõ perfusus, sed repletus esses, ista nõ effun
deres. Ita ne, vt alia taceam, quicunq; non
auari ad auaros, collegas tuos vel præsbyte
ros vros baptizandi veniunt, auari redeũt:
& quicunq; sobrij ad illas vini voragines
currunt ut baptizentẽ, ebriosi reuertuntur?
Ista sentientes & ista suadentes, audetis ẽt
Ps. 117. tanquã aduersus nos cõmemorare, qđ pa-
uloante posuisti superius, Bonũ est sperare
in dño q̃ sperare in homine, Bonũ ẽ spera-
re in principibus. Quid aliud docetis quæ-
so q̃ non in domino sed in homine sperare,
qñ talem fieri dicitis baptizatũ, qualis fue-
rit bãptizator? Et quia istũ uobis baptizan-
di assumitis principatũ, credãt vobis homi-
nes: & qui erant in dño speraturi, sperent M
in principibus. Immo vero nõ audiãt uos,
sed illa potius testimonia quæ posuisti cõ-
tra nos, & aliquid etiã terribilius, quia non
solum bonum est sperare in dño q̃ sperare
in homine, sed etia maledictus omnis qui Hier.
spem suam ponit in homine. Ca. 17

Petilianus dixit, Imitamini saltem Pro-
phetas, qui suas animas sacras falso baptis-
mate decipi timuerunt. Dixit nanq; Hiere Hier.
mias, apud impios homines aquã esse men-
dacẽ. A qua, inquit, mendax non habes fidẽ.
A V G. respondit, Qui scripturarum igna-
rus hæc audit, nec te credit aut sic errantẽ
vt nescias qđ loquaris, aut sic fallentem vt
quem fefelleris nescias quid loquaris, putat
Hieremiam prophetam cũ baptizari vellet
pcauisse ne ab hominibus impijs baptizare-
tur, & sic ista dixisse. Quo enim pertinet q̃
antequam hoc testimonium poneres dixi-
sti, Imitamini saltem Propheras, qui suas
animas sacras falso baptismate decipi timu-
erũt, quasi Hieremiæ temporibus quisquam
sacramento baptismi abluerunt, nisi q̃ ipse
sos illis lauacris, quæ dñs redarguit Phari-
sæi penè per omnia momenta tingebant, & Matt.
lectos & calices & paropsides, sicut in Euã A.
gelio legitur. Qũo ergo potuit Hieremias
tãquam baptismum desiderãs & ab impijs
baptizari deuitans ita dixisse? Hoc ergo di-
xit cum de populo infideli quæreretur, cu-
ius pessimis moribus tribulabatur, non se
commiscens factis eorum, qui tamen corpo
raliter non se ab illo populo segregauit, nec
alia sacramenta quæsiuit, q̃ ille populus secũ
dum legis ordinem illi tempori congrua su Hier.
mebat. Hunc ergo populum male viuentẽ
dixit plagã, qua cor iusti grauiter cędebat,
siue hoc de seipso diceret, siue in seipso figu
raret quę futura cernebat. Sic enim ait, Dñe
memor esto mei & uisita me, & innocentẽ
me fac ab infectantibus me non in lõg. ani-
mitate, scito qũo acceperim de te impro-
perium ab his qui spernunt sermones tuos.
Consumma illos, & erit verbũ tuũ mihi in
iocunditatem & gaudium cordis mei, qm̃
vocatum est nomen tuũ in me domine om-
nipotens. Non sedi in concilio corũ laudan
tium, sed timebam a facie manus tuæ, singu
lariter sedebã, quoniam amaritudine reple-
tus

tus sum. Vt quid me contristant, Prævalẽt
in me? Plaga mea valida est, vnde sanabor?
Facta est mihi vt aqua mendax, quæ non
B habet fidem. In his omnibus videtur q̃d
Propheta intelligi voluerit, sed videtur ab
eis qui non ad causam suam peruersam vo
lunt peruertere quod legunt. Plagam enim
suam dixit Hieremias factam sibi aquam
mendacem quæ non hẽt fidem: eos aũt vo-
luit intelligi plagam suam, qui eum cõtri-
a. Co. 7. stabant male viuendo. Vnde dicit & Apo-
a. Co. 11 stolus, Foris pugnæ, intus timores. Et ite-
rum. Quis infirmat & ego non infirmor?
& quis scandalizat: & ego non vror? Et q̃
desperabat eos posse corrigi, propterea di-
xit, Vnde sanabor tanq̃ semper habiturus
dolorem quãdiu illi tales essent inter quos
Apocal. viuere cogeretur. Populum autẽ nomine
17 aquæ solere significari in Apostoli manife
statur, vbi aquas multas populos multos,
non coniectura vra, sed illic enodata inter-
pretatione cognoscimus. Noli ergo per
Acto. 8 prauum intellectum vel potius errorẽ bla-
sphemare sacrm baptismi, et si in homine
pditissimo fuerit, quia nec in Simone mẽ-
dace aqua mendax erat baptisma quod ac-
ceperat. Nec tot mendaces vestri aquam
mendacem dant cum baptizant in nomine
Trinitatis. Neq; enim tunc incipiunt esse
mendaces, quando proditi atque conuicti
facinora sua confitentur, sed tunc potius
erant mendaces, quando cum essent adul-
teri & scelerati, castos & innocentes se esse
C fingebant.
Ca. 103. Petilianus dixit, Dixit quoque Dauid,
Psal. 104 Oleum pctõris nõ vnget caput meũ. Quẽ
igitur asserit pctõrem? Me qui tua scelera
patior, an te qui persequeris innocentem?
1. Tim. 3 A V G. rñdit, ex psona corpis Chri, q̃ est
Ecclesia Dei viui, colũna & firmamentum
veritatis, toto orbe terrarum diffusa ꝓpter
Coloss. 1. Euangelium qđ prædicatur, sicut dicit A-
postolus: In omni creatura quæ sub cœlo
est, Ex psona orbis terrę, de quo idem Da-
Psal. 92. uid, cuius verba non intelligitis, dicit, Con
firmauit orbẽ terræ, qui nõ commouebit,
quẽ tu peccatis alienis non cõmotum esse,
sed omnino perijsse cõtẽdis. Ex illius ergo
psona rñdeo ego, non psequor innocentẽ.
Dauid aũt oleũ pctõris dixit, nõ dixit tra-
ditoris, non thurificatoris, non psecutoris,
sed pctõris. Quid ergo facturus es scđm
intellectũ tuum? Vide primũ, vtrum non
sis ipse pctõr. Nolo mihi dicas, non sum
traditor, non sum thurificator, non sum p-
secutor. Nec ego quidem, si Dño placet, alĩ
quid horum sum, nec orbis terræ, qui non
commouebit. Sed die si audes, non sum pec
cator. Ille quippe ait, oleum pctõris. Quic
q̃d.n. in te vel leuis peccati fuerit inuentũ,
vnde non ostendis pertinere ad id qđ di- D
ctum est, oleum pctõris? Quæro.n. vtrum
ores ofone dũica? Si.n. non oras ea ofone
quã Dñs orare discipulos docuit, vnde aliã
didicisti pro maioribus meritis tuis exce-
dentem merita Apostolorum? Si autem sic
oras, vt ille magister docere dignatus est,
qũo dicis, Dimitte nobis debita nostra, si- Matth. 6
cut & nos dimittimus debitoribus nostris?
Neq;.n. de his peccatis hoc petimus, q̃ no-
bis in baptismo iam dimissa sunt. Ergo ista
verba ofonis aut te non pmittunt esse Dei
deprecatorem, aut aperiunt pctõrem. Eant
nunc & osculentẽ tibi caput qui abs te bapti
zati sunt quorum capita oleo tuo perierũt:
sed tu vide quis sis, vel quid de te sentias.
Itane vero Optatus quem Pagani, Iudæi,
Christiani, nri, vestri per Aphricam totã,
furem, raptorem, proditorem, oppressorẽ,
separatorem: & illius quem quidam vestrũ
eius dixit comitem Deum, non amicũ, non
clientem, non satellitẽ clamant, non fuit vel
qualiscunq; pctõr? Quid ergo facient qui-
bus vnxit capita reus criminis capitalis?
Nonne & ipsis vobis capita osculantur, de
quorum capitibus per hunc intellectũ ma- E
le iudicatis? Saltem prodite illos & admo-
nete vt sanentur. An vobis potius caput sa-
nandum est ita delirantibus? Quid ergo
inquies, dixit Dauid? Quid me interro-
gas? Ipsum interroga Superiori versu tibi
respondet, Emendabit, inquit, me iustus in Psal. 140
misericordia, & arguet me, oleum autẽ pec
catoris non impinguabit caput meũ. Quid
planius? Quid apertius? Malim, inquit,
me misericordi obiurgatione sanari, quam
blanda adulatione tanq̃ mihi caput vngat,
decipi atque peruerti. Sub alijs verbis ipsa
sententia est alibi scripturarũ. Meliora sunt
vulnera amici, q̃ volũtaria oscula inimici.
Petilianus dixit, Vnguentũ vero cõcor Ca. 104
diæ sic in fratribus laudat, Eccę q̃ bonũ & Prou. 27
q̃ iocundũ habitare frẽs in vnũ. Tanquã Ps. 132.
vnguentũ in capite, qđ descẽdit in barbam
barbam Aaron. Qđ descendit in orã vesti
menti eius sicut ros Hermõ, q̃ descẽdit in
montem Sion, Qm̃ ibi mandauit Dñs bñ-
dictionẽ, & vitã vlq; in seculũ. Sic, inquit

vngitur vnitas, sicut vncti sunt sacerdotes. AVG. rñdit, Verum dicis. Nam illud sacerdotium in figura corporis Christi habebat vnctionẽ, quod vnitatis compage fit saluum, Nã & ipse Christus a chrismate appellatur, id est, ab vnctione. Hunc Hebræi dicunt Messiã, quod verbũ Punicæ linguæ consonũ est, sicut alia Hebræa permulta & penè omnia. Quid est ergo in illo sacerdotio caput, quid barba, quid ora vestimenti? Quantũ donat dñs vt intelligã, Caput est ipse saluator corporis, de quo Apostolus ait, & ipse est caput corporis Ecclesiæ. Per barbam non incongrue fortitudo intelligitur. Ergo ad eos qui sunt fortes in Ecclesia eius, & adherent oræ eius, vt sine timore prædicent veritatem, ab ipso Christo tanq̃ a capite sanctum descendit vnguentum, id est, sanctificatio spiritalis. Ora vestimenti hæc datur intelligi quæ in capite vestimenti est, qua vestientis caput ingreditur: per hanc significantur perfecti fideles in Ecclesia. In ora nanq; perfectio est, & vtiq; meminisse esse dictum cuidam diuiti. Si vis esse perfectus, vade vende omnia quę possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & veni sequere me. Tristis quidem ille discessit, neglector perfectionis, & elector defectionis. Sed nunquid ideo defuerunt in quos vnitatis vnguentum tali rerum terrarum dimissione perfectos, tanquam in oram vestimenti à capite descenderent? Nam exceptis Apostolis, & qui cum eis erãt prępositis atq; doctoribus, quos eminentiores & fortiores in barba intelligimus, lege in Actibus Apostolorũ, & vide qui rerũ suarũ venditarum precia ad pedes Apostolorũ ponebant, & nemo dicebat aliquid propriũ, sed erant eis omnia cõmunia, & distribuebat vnicuiq; sicut cuiq; opus erat, & erat illis anima vna et cor vnũ in deũ. Nempe ita scriptum esse cognoscis. Agnosce ergo bonũ & iocundũ, fratres habitãtes in vnũ, Agnosce barbã Aarõ, Agnosce orã vestimenti spiritalis, Interroga ipsam scripturã vbi cœperunt ista fieri, inuenies in Hierusalẽ. De hac ora vestis p oẽs gentes vnitas tota contexitur. Hac intrauit caput in vestẽ, vt induceretur Christus varietate orbis terrarũ, quia in hac ora vestimenti apparuit varietas ipsa linguarũ. Cur ergo ipsi capiti vnde illud vnitatis descẽdit vnguentũ: id est amoris fragrantia spiritalis, suc inquã, ipsi capiti resistitis testanti & dicenti, Prædicabitur in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorũ per oẽs gẽtes, incipientibus ab Hierusalẽ? Et in hoc vnguento sacramentũ chrismatis vult interpretari, qđ quidẽ in genere visibiliũ signaculorum sacrosanctum est sicut ipse baptismus, sed põt esse & in hominibus pessimis, in operibus carnis vitam consumentibus, & regnũ cœlorum non possessuris, & ideo nec ad barbã Aaron, nec ad orã vestimenti eius, nec ad vllã contextionẽ vestis sacerdotalis pertinentibus. Vbi.n. posituras es quæ Apostolus enumerat manifesta opera carnis, q̃ sunt, inq̃t, fornicationes, immũditiæ, luxuriæ, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, q̃ prædico vobis sicut prædixi, qm̃ qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Sequestro fornicationes q̃ latenter admittunt: immunditias interpretare vt volueris, sequestro & ipsas: illic ponamus & veneficia, q̃a nemo est palã cõfector datorq̃; venenorum: sequestro & hæreses, quia & hoc vultis, idolorũ seruitutem nescio vtrum debeã sequestrare, quandoquidem Apostolus ibi ponit auaritiam, quæ publice insanit. His ergo sequestratis, nulli auari, nulli pertinaciter inimicitias exercentes, nulli contentiosi, æmuli, animosi, dissensionibus studentes, inuidi, ebriosi, comessationibus vacantes. Nulline apud vos tales vnguntur & in his intus noti manifestiq; moriuntur? Si nullos dicis, qm̃ studio contentionis aperte mentiris, vide ne de talibus ipse sis: si autem ab huiusmodi remotus es, non corporis separatione, sed vitæ dissimilitudine, & tales turbas circum altaria vestra gemens conspicis, quid dicemus quia oleo sancto vncti sunt, & sicut Apostolus liquida veritate confirmat, regnum dei non possidebunt? nũquid barbæ Aaron & oræ vestimenti eius sacrilega iniuria facienda est, vt ibi eos ponendos arbitremur? Absit, discerne ergo visibile sanctum sacrm, quod esse & in bonis & in malis potest, Illis ad præmium, illis ad iudicium, ab inuisibili vnctione charitatis, quæ propria, bonorum est. Discerne ista, discerne: discernat te deus à parte Donati, & in catholicam reuocet, vnde te illi catechumenum abreptum mortiferi honoris vinculo ligauerunt. Iam ros hermon super montes Sion qũlibet abs te accipiatur, non estis in montibus Sion, quia

Punica ligna affinis. Hebrææ Colos. 2. Mat. 19. Acto. 4. Luc. Galat.

q̃a nõ estis in ciuitate sup mõtẽ cõstituta, q̃ certũ signũ hoc hẽt, qđ abscondi nõ põt. Nota est ergo omnibus gẽtibus, pars autem Domini ignota est pluribus gentibus, nõ est ergo ipsa.

Ca. 105 1. Re. 2. Petilianus dixit, Væ igitur uobis qui viol. lando qđ sanctũ est rescinditis vnitatẽ, Propheta dicẽte, Si peccauerit populus, orabit p eo sacerdos. si aũt peccauerit sacerdos, q̃s orabit pro eo? AVG. respondit, Et uidebar pauloante cũ de oleo pctõris disputare mus vngere tibi frõtẽ, vt diceres, si auderes, vtrũ ipse peccator nõ esses. Ecce dixisti illud ô scelus, ô mõstrũ. Quia.n. te sacerdotem asseri, quid aliud q̃ hoc ꝓpheticũ testimoniũ, nisi te omnino sine peccato esse dixisti? Nã si habes pctm̃, q̃s p te orabit secm intellectũ tuũ? Ita.n. vos miseris plebibus venditatis cõmemorãtes ex ꝓpheta, Si peccauerit populus, orabit p eo sacerdos, si ãt sacerdos peccauerit, quis orabit p eo vt uos sine pctõ esse credant, & peccata sua vestris oronibus purgãda cõmittãt? Magni homines uos excelsi, cœlestes, diuini, nõ iam homines, sed angeli, qui pro plebibus oratis, & p vobis plebes orare nõ vultis. Tune iustior Paulo, tu perfectior tãto Apostolo, q̃ eorũ quos docebat oronibus se cõmẽdabat? Colo. 4. Orationi, inquit, instate, vigilantes in illa, in gratiarũ actione orãtes simul & p nobis, vt deus aperiat nobis ostiũ verbi ad loquẽdum mysteriũ Christi, pp qđ & vinctus sum vt manifestẽ illud, ita vt oportet me loqui. Ecce orat pro Paulo apostolo, qđ fieri nõ vis p Epõ. Videsne q̃ sit ista diabolica superbia? Orat pro Apostolo vt manifestet mysterium Chri sic vt oportet loqui. Proinde si pias plebes haberetis, hortari debuistis vt p te oraret ne loqreris sicut nõ oportet. Tu iustior Ioã. Euangelista, qui ait, Si 1. Ioã. 1. dixerimus quia pctm̃ non hẽmus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est? Tu postremo iustior Daniele, quẽ tuipse in hac tua Epistola ita commemorasti vt diceres, Rex iustissimum Danielẽ ferinis morsibus vt putabat obiecit: qđ ille nõ putauerat, qm̃ quidem amicissimo animo, sicut lectionis circũstantia probat, dixit ipsi Danieli, Deus tuus cui deseruis assidue, ipse eripiet te? Sed Dani. 6. hinc iam multa diximus: nũc quod ãgitur, Nempe iustissimus erat Daniel: non testimonio tuo, quanquã hoc mihi ad cãm quã tecum ago sufficiat, sed testimonio spiritus dei loquentis etiã per Ezechielem, vbi tres eminentissimæ iustitiæ nominauit, Noe, Danielem, & Iob, quos dixit solos à quadã vehementissima ira dei, q̃ cæteris impenderet, posse liberari, Vir ergo iustissimus, vnus ex tribus memorabilibus orat & dicit, Cũ orarem & cõfiterer peccata mea & peccata populi mei in cõspectu dñi dei mei. Et tu te dicis eẽ sine pctõ, quia videlicet sacerdos es, & si peccauerit populus, oras p eo: si aũt tu peccas, quis p te orabit? Vere q̃a impietate tãtæ arrogantiæ indignũ te præbes, p quo sacerdos ille interpellet, quẽ Propheta his verbis q̃ nõ intelligis voluit intelligi. Iam .n.ne quis inquirat cur hoc dictũ sit, quantum dñs donat expediã. Prępărabat deus animas hominũ per Prophetã, vt talem desiderarent sacerdotem p quo nullus posset orare, Ipse figurabat temporibus primi populi & primi templi, vbi omnia figuræ nostræ fuerũt. Ideo solus summus sacerdos intrabat in sancta sanctorũ vt oraret pro populo, qui cũ sacerdote in ipsa interiora sancta non introibat sicut, ille sacerdos intrauit in secreta cœlorum in illa veriora sancta sanctorũ, adhuc nobis hic positis pro q̃ bus interpellat: Ideo dixit ꝓpheta, Si peccauerit, populus, orabit p eo sacerdos: si autẽ sacerdos peccauerit, quis orabit p eo? Quasi diceret talẽ desiderate sacerdotẽ qui peccare non possit, ne indigeat orari pro se. Et ideo p Apostolis oratur à populis: pro illo autem sacerdote Apostolorũ magistro & dño non oratur. Audi hoc Ioannem fatentem & dicentem, Frẽs, inquit, hæc scribo uobis vt non peccetis: & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christum iustũ, ipse exoratio est pro peccatis nostris. Habemus dixit, peccatis nostris dixit, Disce humilitatem ne cadas, immo vt aliquando surgas, Neque enim ista dixisses nisi cecidisses.

Ezec. 24 Dani. 9. 1. Ioã. 2. 1. Ioã. 2. Rom. 8. 1. Re. 1. Leu. 16. Hebr. 9.

Ca. 106. 1. Ti. 5. Prouerbium. 1. Ti. 4.

Petilianus dixit, At ne se vindicet à delicto qui laicus est hoc interdicto tenet. Necõmunices pctis. AVG. rñdit. Erras vt dicit, toto cœlo p superbiã, dũ nõ uis cõmunicare orbi terræ p humilitatem. Nã neq; hoc laico dictũ ẽ, & nescis quẽadmodũ dictũ sit. Ad Timotheum Apostolus cũ scriberet, hoc monebat eundem ipsum Timotheum, cui alio loco dicit, Noli cõtemnere grãm quæ in te est, quæ tibi data est per impositionem manuum presbyteri. Et multis alijs documentis ostenditur quòd non erat laicus. Qđ aũt ait, Ne cõmunices peccatis alienis

alienis: consensu & placito intelligi voluit. Vnde statim subijciens quomodo id agat,
1.Tim.5 2.Co.11 Teipsum,inquit,castum custodi. Neque enim,& ipse Paulus communicabat peccatis alienis, quia falsos fratres de quibus gemit,in vnitate corporali tolerabat:aut communicauerunt furto & sceleri ludæ prædecessores eius Apostoli,quia cū eo iam Do
Ioan.12 mini venditore,& a Domino demōstrato, B sacrosanctam cœnam cōmunicauerunt.

Ca.107. Petilianus dixit, Hac iterum sententia
Roma.1 ipse Apostolus comparat conscientiæ malæ consortes. Et qui faciunt ea,inquit, & qui consentiūt talia facientibus,digni sunt morte. AVG. respondit, Q̄uolibet ea dixeris non curo,vera sunt hæc: & hoc est qđ catholica docet, multū interesse inter consentientes quibus hæc placent, & tolerātes quibus hæc displicent. Illi enim palea fiunt dum paleæ sequuntur sterilitatem, illi triticum dum expectant vt segregentur per Christum ventilatorem.

Ca. 108 Petilianus dixit, Venite ergo ad Ecclesiam populi, & aufugite traditores,si cum hisdem perire nō vultis. Nam vt facile cognoscatis, q̄ cum ipsi sint rei de fide nra, optime iudicent: ego illorum infectos baptizo,illi meos,qđ absit, recipiunt baptizatos,quæ omnino non facerent si in baptismo nostro culpas aliquas agnouissent. Videte ergo qđ damus,quam sit sanctū,quod destruere metuit sacrilegus inimicus.

AVG. respondit,Contra istum quidē errorem multa iam diximus,& in hoc o pe & alibi,Sed quia ita magnum firmamentū vanitatis vestræ in hac sententia esse arbi-
C tramini, vt ad hoc tibi terminandam putares epistolam, quo quasi recentius in animis legentium remaneret, breuiter rūdeo,
Galat.5. Sic approbamus in hæreticis baptismum, non hæreticorum sed Christi,sicut in fornicatoribus,immūdis,luxuriosis, idolatris, veneficis,inimicitiarum retentoribus,contentiosis,æmulis,animosis,dissensionū studiosis,inuidis, ebriosis, comessatoribus, & his similibus approbamus baptismum,non eorū,sed Christi. Oēs.n.isti inter quos & Matt.25 hæretici positi sunt,sicut dicit Apostolus, regnū Dei non possidebunt, & ideo ad sinistram partem cum Diabolo pertinebūt. Nec ideo putandi sunt esse in Christi corpore qđ est Ecclesia,quia sacramentorum eius corporaliter participes fiunt. Illa.n.& in talibus sancta sūt,& eis indigne tractā-

tibus & sumentibus ad maius iudicium vtlebunt. Ipsi autē non sunt in illa Ecclesiæ Col.
Christi compage,quæ in membris Christi per connexum & contactum crescit in incrementum Dei. Illa quippe Ecclesia in petra est, sicut Dominus dicit, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā. Illi autē in arena ædificant,sicut idē Dns dicit, Qui audit verba mea & nō facit ea, similabo eū viro stulto, qui ædificat domum suā super D arenam. Sed ne putes Ecclesiam,quæ in petra est, in vna parte esse terrarum, & non diffundi vsque ad fines terræ,audi eius vocem de Psalmo gementis inter mala peregrinationis suæ. Ait.n. A finibus terræ ad Psal.60
te clamaui, dum angeret cor meū in petra exaltasti me,Deduxisti me qa fact9 es spes mea,turris fortitudinis a facie inimici. Videte quemadmodū a finibus terræ clamat. Non est ergo in sola Aphrica,vel solis Aphris Ep̄m Romā paucis Montensibus, & in Hispaniam domui vnius mulieris ex Aphrica mittentibus. Videte quemadmodū in petra exaltetur, Non ergo in ea deputā di sunt oēs qui ædificant in arena.i.qui audiunt verba Christi & non faciunt, qui tā & apud nos & apud vos habent & tradunt baptismi sacr̄m. Videte quemadmodū spes eius Deus sit Pater & Filius & Spiritussanctus,non Petrus,non Paulus,quāto minus Donatus aut Petilianus. Non ergo vestrū est qđ destruere metuimus,sed Christi:qđ & in sacrilegis per se sanctum est. Nā venientes a vobis recipere nō possumus,nisi qđ vestrum est destruamus:destruimus.n. p fidiā desertoris,non destruimus characterem imp̄atoris. Proinde tuipse cōsidera & destrue qđ dixisti, Ego,inquis,infectos il- I
lorum baptizo,illi meos,qđ absit, recipiūt baptizatos. Tu.n.nō infectos baptizas,sed vt tui erroris fraude inficias rebaptizas. Nos aūt nō tuos recipimus baptizatos, sed destruimus errorē tuū vnde sunt tui,& suscipimus Chr̄i baptismū vū sūt baptizati. Itaq; opportune in medio abs te positū ē, qđ absit,Dixisti.n.illi meos,qđ absit,recipiūt baptizatos. Nam cū tu velles intelligi qđ absit recipiunt, timens ne tuos recipiamus,ego nesciente,dixisse accipio meos,qđ absit. Reuera.n.absit vt tui sint qui iam ad Catholicam transeūt,nec si transeūt vt baptizati nostri sint,sed vt socij nr̄i sint:baptizati autem Christi nobiscum sint.

Libri secundi finis.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI CONTRA CVNCTA IPSIVS Petiliani scripta peruersa, Liber tertius.

EGi Petiliane literas tuas quando legere potui, quibus te satis indicasti aduersus catholicā Ecclesiā pro parte Donati, nec aliquid valuisse dicere idoneū,nec tacere permissum. Quos æstus passus es,q̄ta cordis tempestate fluctuasti, cum legisses ea quibus parti epistolæ tuæ quæ in manus meas tunc venerat, quanta potui breuitate ac perspicuitate respondi. Vidisti.n.tanta firmitate roboratam,tanta luce illustratā,quā tenemus & defendimus veritatem, vt quid contra eam dicendum esset quo conuicta refelleretur,inuenire nō posses. Attendisti ēt multorum qui ea legerent expectationem in te esse conuersam, scire cupientium qđ diceres,quid ageres,quā euaderes,quo ex tā tis angustijs, quibus te dei verbum circumuallarat, erumperes. Hic tu qui debueras contempta opinione vanorum pergere in
Psal.51 veram sanamq; sententiam, fecisti quod de talibus scriptura prædixit, Dilexisti malitiam super benignitatē, iniquitatem magis
1.Petr.3 quā loqui æquitatem. Proinde si & ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere,quid aliud quàm duo maledici essemus, vt ij qui nos legerent,alij detestatos abijcerent sana grauitate,alij suauiter hauirrent maleuola voluntate? Ego quando cuique G
vel dicendo vel scribendo respondeo,etiam contumeliosis criminationibus lacessitus, quantum mihi dominus donat, frenatis atque coercitis vanæ indignationis aculeis, auditori lectorive consulens, non ago vt ef. ficiar homini conuiciando superior, sed errorem conuincendo salubrior. Si.n.quale-cunque cor habent qui ea quæ scripsisti cōfiderant,quid tibi profuit ad causam quæ inter nos de communione catholica vel de parte Donati agitur,q̄ relicto negocio quo damodo publico, priuata quadam simultate hominis vnius viram,maledicis opprobrijs infectatus es,quasi homo ille sit causa quæ inquiritur? Iam male existimasti,non dicam de Christianis, sed de ipso humano genere, vt non crederes posse tua scripta in manus aliquorum venire prudentium, qui se a personis nostris tollerent, & quæstionem potius quæ inter nos vertitur inquirerent,nec qui vel quales essemus,sed quid ,p veritate vel contra errorem diceremus attenderent? Et horum iudicium tibi reuerendum fuit, quorum reprehensio precauenda, ne te arbitrarentur nihil inuenisse quod diceres, nisi tu proponeres cui quoquo modo malediceres. Sed videlicet quorundam leuitate atq; vanitate qui libenter audiunt lites rugantium disertorum, vt cū attendunt quam eloquenter conuicieris, si- H
mul non intueantur quam veraciter conuincaris. Simul & illud opinor egisti, vt occupatus in ea defensione susceptam causam etiam ipse desererem, atque ita hominibus non ad disputantium,sed ad litigātium verba conuersis obscuraretur veritas quam diluescere atque innotescere formidatis. Ego itaque contra tale consilium quid agam? nisi mea potius defensione neglecta, rem teneam, de qua intētionem meā nullus meus criminator excutiat, domum dei mei,cuius decorem dilexi, præconio seruientis vocis Psal.25.
extollam, me vero humiliabo & abijciam. Elegi enim abiectus esse in domo dei mei, Psal.83.
magis quam habitare in tabernaculis hæreticorum. A te ergo Petiliane fermonem parumper auertam,& ad eos conuertam quos à me maledictis tuis es conatus auertere, quasi hoc ego moliar ut homines ad me conuertantur, & non potius mecū ad deū.

Audite ergo quicūq; maledicta legistis, Cap. 2.
q̄ in me iratior q̄ consideratior Petilianus euomuit: Prius vos Apostolicis verbis alloquor,q̄ certe qualiscūq; ipse sim vera sunt: Sic nos existimet hō quasi ministros xpi, & 1.Co.4.
dispensatores misteriorum dei. Hic iā quærit inter dispensatores vt fidelis qs inueniatur. Mihi aūt minimū est vt à vobis dijudicer aut ab humano die, sed neq; ego meipsum iudico. Iā quod sequit̄,& si mihi nō I
audeo coaptare,vt dicam, Nihil n.mihi cōscius sum: fideliter tū in cōspectu dei dico, nihil eorū quibus Petilianus ip̄s vitæ meæ posteaq̄ in Chr̄o baptizatus sum criminatus est,mihi conscius sum, nec tū in hoc iustificatus sum. Qui autē dijudicat me, dns est. Itaq; nolite ante tempus quemquā iudicare,donec veniat dns,& illuminet abscōdita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à deo. Hæc autem fratres transfiguraui in me, ne supra q̄ scriptū est, vnus p altero inflet aduersus alterū. Itaq; nemo glorietur in hoie.

Omnia

1.Co.3. Omnia.n.vestra sunt,vos aũt Chri, Chs vero dei. Iterũ repeto,Nemo glorietur in
Iaco.1. homine:si quid in nobis laudabile aduertitis,ad illius laudem referte,à quo est oẽ datum optimum, & oẽ donũ perfectũ,desursum est.n.descendens à pre luminum,apud quem non est immutatio nec momẽti obũbratio. Quid.n.habemus quod nõ accepimus?Si aũt accepimus,non gloriemur quasi non acceperimus. Et in his omnibus quæ
1.Co.4. cunq; in nobis non nostis, imitatores nri
K estote, sicut nos Chri: si aũt aliqua mala in nobis suspicamini vel creditis vel videtis, retinete illud dñicum, quo securi eius Eccle
Mat.23. siam non pp mala hominũ deseratis. Quæ dicimus facite, quæ autem mala nos facere putatis aut nostis,nolite facere. Non.n.tps est purgandi me vobis, cum mea causa ne-
1.Co.3. glecta rem vobis salubrẽ commendare su-
Hier.17. sceperim,vt nemo glorietur in homine. Maledictus.n.omnis qui spem suã ponit in homine.Hoc præcepto dñico & a postolico retento atq; seruato, etiam me in mea causa si cut inimicus existimari cupit, deficiente & oppresso,victrix erat causa cui seruio. Si.n. firmissime tenueritis quod exhortor, & satago maledictum esse omnem qui spem suã ponit in homine, vt nemo glorietur in ho-
Matt.3. mine, aream dñicam pp paleam quæ nunc &.13. vel vento superbia percussa volat,vel vlti
2.Ti.2. ma ventilatione separabitur,nullo modo de
Mat.13 seretis, nec domum magnam pp vasa facta
Mat.95 in contumeliam refugietis, nec pp malos pisces in littore separandos per dirupta retia exibitis, nec propter hædos pastore diuisuro ad sinistram ponendos bona vnitatis pascua relinquetis,nec propter commixta zizania vos à tritici societate, cui caput
Mat.13 est granum illud mortificatum & multipli-
L catum & quæ per mundum simul vsque ad messem crescit, nefaria decisione separabi-
Ioan.12. tis. Ager est.n.mundus,non Aphrica:Mes-
Mat.13 sis finis seculi,non tempus Donati.
Cap.3. Has certe similitudines euangelicas recognoscitis ad quid aliud datas nisi vt nemo glorietur in homine,& ne quis pro alte
1.Co.1. ro inflatus aduersus alterum diuidatur, dicens, Ego sum Pauli:cum vtique non Paulus crucifixus sit pro vobis, nec in nomine Pauli, quanto minus in nomine Cæciliani vel cuiusquam nostrum baptizati sitis, vt discatis quandiu palea cum frumento triturtur, quandiu pisces mali cum bonis intra retia dñica natant,ante tempus ventilationis tolerare potius pp bonos cõmixtionẽ malorũ,q̃ violare pp malos charitatem bonorũ?Hæc quippe cõmixtio non æterna sed tpalis, nec spiritalis sed corporalis est. In qua non errabunt angeli qñ colligẽt malos de medio iustorũ,& mittent eos in caminũ ignis ardentis Nouit.n.dñs qui sunt eius. Et si ab iniquis ad tps corporaliter nõ
2.Ti. põt,recedat tũ ab ipsa iniquitate omnis qui nominat nomen dñi. Licet.n.a malis interim,vita,moribus,corde ac voluntate separari atq; discedere, q̃ separatio semp oportet custodiatur. Corporalis aũt separatio ad
M seculi finẽ,fideliter,patienter,fortiter expe-
Psal. ctetur,pp quã expectationẽ dictũ est,Susti
Gal. ne dñm, viriliter age,confortetur cor tuũ,
Phil. & sustine dñm. Maxima quippe palma tolerantiæ est inter subintroductos falsos fratres,sua quærentes nõ q̃ Iesu Chri, dilectionẽ non sua quærentiũ, sed quæ Iesu Chri, nulla turbulenta & temeraria dissensione turbare, nec vnitatẽ sagena dñica ex omni genere pscium congregantis,dũ ad littus i. Mat.
ad finem seculi ducitur,superbe nefaria cõ Gal.
tentione dirumpere,cum se putat quisq; aliquid esse cũ nihil sit, atq; ita seipsum seducit, & sufficere vult ad populorũ Chrianorum separationẽ, suũ vel corũ iudiciũ,qui malos quosdam cõmunione sacramentorũ Chrianæ religionis indignos esse apertissime noss. dicunt, de quibus tũ quicquid noss se fe dicunt vniuersæ Ecclesiæ quæ per omnes gentes sicut est prædicta diffunditur. psuadere nõ possunt. Et cũ istorũ quasi quos nouerũt,refugiunt cõmunionẽ,illius deserunt vnitatẽ, cũ potius deberent si esset in eis charitas omnia sufferens, ne se à bonis
A diuiderent quos in omnibus gentibus alie na mala docere non poterant,ipsi in vna gẽ te tolerare quod nouerant. Vnde etiam nõ discussa causa in qua documentis grauissimis conuincuntur calumniari innocentibus probabilius creduntur traditionis crimina falsa finxisse, qui non dubitauerunt longe sceleratius crimen nefariæ diuisionis admittere. Quia & si verum esset quicquid de traditione iactauerunt, tamen consortiũ Chrianorũ quos vsq; ad extrema terræ diuina scriptura commendat, pp hoc quod ipsi scierunt,illi autem nescierunt,relinque re nullo modo debuerunt.
Cap. Neq; hoc ideo dixerim vt negligatur ec clesiastica disciplina,& pmittat q̃sq; facere quod velit sine vlla correptione,& quadam medici-

medicinali vindicta,& terribili lenitate, & charitatis seueritate. Nam vbi erit illud A-
1.Th.5. postoli, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes? Videte ne quis malum p malo reddat alicui? Satis ostendit non esse mali pro malo redditionem corripere inquietos,quãuis pro culpa inquietudinis reddatur pœna correptionis. Non ergo malũ
B est correptionis pœna, cum sit malum cul-
pa. Neq; enim ferrum est inimici vulnerã-
2.Co.11 tis,sed medici secantis. Fiunt ista in ecclesia, & ille spiritus interioris lenitatis ardet zelo dei,ne virgo casta vni viro desponsata Christo,in aliquibus mẽbris, sicut Eua seducta serpentis astutia,corrumpatur à castitate quæ est in Christo,Verũtamen absit à seruis patris familias, vt immemores sint præcepti domini sui: & sic aduersus zizaniorum multitudinem flagrantia sanctæ indignationis ignescant,vt cum ea volunt ante tempus colligere,simul eradicetur & triticum. Cuius peccati isti rei tenentur,etiã si
Mat.13. vera crimina traditoribus quos insimulabant se obiecisse monstrarent,qm̃ simul nõ solum ab iniquis,quorum societatem velut euitabant,sed ẽt a bonis fidelibus in omnibus gentibus constitutis, quibus ea quæ se nosse dicebant,probare nõ poterant, impia præsumptione separati sunt, secũq; multos apud quos aliqua authoritate pualebant, & qui minus intelligere poterant,vnitatẽ ecclesiæ toto orbe diffusæ,pro alienis peccatis nullo modo esse deserendam, traxerunt in eandem perniciem:vt etiam si ipsi scirẽt vera crimina quibusdam se obijcere, eo mo-
1.Co.8. o periret infirmus in eorum scientia, pp
C quem Christus mortuus est,dum offensus malis alienis, interimebat in se bonũ pacis quod habebat cum fratribus bonis, qui partim talia non audierant, partim nõ discussa & non probata temere credere formidauerant,partim iudicibus ecclesiasticis ad quos trans mare tota causa perducta est, quantacũq; illa essent pacifica humilitate reliq̃rãt.
Cap.5. Vos ergo sancta germina vnicæ matris catholicæ,huiusmodi sceleris & erroris exẽplum,subditi domino, quanta potestis vigilantia præcauete,quantalibet doctrinę ac fa mæ luce præfulgeat,lapidemq; se esse iactet preciosum, quisquis vos trahere voluerit seipsum,mementote p̃ illa mulier fortis &
Pro.ul. vna vni amabilis viro suo,quam in vltimo Prouerbiorum sancta scriptura describit, preciosior est lapidibus preciosis. Nemo dicat,illum sequar,qm̃ ipse me Chrianũ fecit,aut illũ sequar,qm̃ me baptizauit Neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat,sed q 1.Co.3.
incrementũ dat deus. Et deus charitas est, 1.Ioã.4
& qui manet in charitate in deo manet, & deus in illo manet. Nullus ẽt p̃dicans nomen Chri, & gestans ac ministrans sacrm Xpi, sequendus est contra vnitatem Xpi. Opus suum probet vnusquisq;: & tunc in seipso tantum gloriam habebit & non in al Gala.6.
tero. Vnusquisq;.n.proprium onus porta D
bit,onus videlicet reddendæ rationis, quia Ro.14.
vnusquisq; nostrum pro se rõnem reddet. Nõ vtiq; amplius inuicem iudicemus. Nã quantum attinet ad onera mutuæ charitatis,inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Xpi. Qui.n.putat se esse Gala.6.
aliquid cum nihil sit,seipsum seducit. Suffe Ephe.4.
ramus ergo inuicem in dilectione, satagentes seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis:ex tra quã q̃squis colligit, nõ cũ Xpo colligit, Mat.12.
quisq; autem non cũ Xpo colligit,spargit.
Proinde siue de Christo,siue de eius ec- Cap.6.
clesia,siue de quacunq; alia re quæ pertinet ad fidem vitamq; nostram,non dicam nos, nequaquam comparandi ei qui dixit, Licet si nos, sed omnino quod secutus adiecit, Si angelus de cœlo vobis annunciauerit, præ Cala.1.
terquam quod in scripturis legalibus & euangelicis accepistis,anathema sit. Hæc vobiscum & cum omnibus quos Xpo lucrari cupimus actitantes,atq; inter cætera sanctã ecclesiam quam in dei literis promissam legimus,& sicut promissa est in omnibus gentibus reddi cernimus, p̃dicantes ab ijs quos ad eius pacificum gremiũ attrahi cupimus, pro actione gratiarum flammas meruimus odiorum, quasi nos eos in ea parte ligaueri E
mus,pro qua non inueniunt quid loquant, aut nos mandauerimus tanto ante prophetis & Apostolis, vt in libris suis nulla testimonia ponerent,quibus pars Donati ecclesia Christi esse doceatur. Et nos quidẽ charissimi, cum falsa crimina audimus ab eis quos offendimus, prædicando eloquia veritatis,& erroris vaniloquia conuincendo,habemus sicut nostis abundantissimam consolationem. Nam si in eis quibus me crimi nantur testimonium conscientiæ meæ non stat contra me in conspectu dei,quo nullus oculus mortalis intenditur, non solum contristari non debeo,verumetiam gaudere & exultare,quia merces mea multa est in cœlis.

Matt. 5. lis. Neque.n.intuendum est q̃ sit amarum, sed q̃ falsum quod audio,& quam verax ꝓ cuius nomine hæc audio,& cui dicitur, Vn-
Cant. 1. guentum effusum est nomen tuũ. Et merito fragrat in omnibus gentibus, cuius odorem isti qui nobis maledicũt,in vna Aphriꝫ eæ particula conantur includere. Cur itaq; feramus indigne ꝙ nos infamant, qui gloriæ Xp̃i sic detrahunt,quorum parti contentioniq; inimicũ est,quod de illius ad cœlos
psa. 107. ascensione,& de nominis eius tanq̃ vnguẽti effusione,tãto añ p̃dictũ est, Exaltare su-
F per cœlos deus,& sup oẽm terrã gloria tua?
Cap. 7. Hæc & talia testimonia diuina nos aduersus humana vaniloquia proferentes ab inimicis gloriæ Xp̃i acerba opprobria sustinemus. Dicant quod volunt, dum ille nos exhortetur dicens,Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum
Matt. 5. est regnum cœlorum. Beati eritis cum vos persecuti fuerint homines, & maledixerint vobis, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Quod ait superius propter iustitiam: hoc repetiuit,quod ait postea,propter me:quia factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redẽptio,vt quemadmodum scriptum est, Qui
1. Co. 1. glotiatur in domino glorietur. Qui cum di
Hier. 9. cat, Gaudete & exultate, merces.n.vestra
Matt. 5. multa est in cœlis,si quod dictũ est, ꝓpter iustitiam & propter me, in bona conscientia tenco, quisquis volens detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ. Neq;.n.me ille suo verbo tantummodo docuit, non ẽt suo firmauit exemplo. Sequere sanctarum scripturarum fidem, inuenies Christum resur-
Mar. 16 rexisse à mortuis, ascendisse in cœlum sede-
Mat. 28. re ad dexteram patris. Sequere criminationes inimicorum,iam putabis eum de sepulchro furatum esse à discipulis. Quid ergo
G nos quantum ipse donat,defendentes donũ eius,ab inimicis eius aliud spare debemus?
Mat. 10. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt:
2. Ti. 2. quanto magis domesticos eius? Si ergo toleramus,& conregnabimus. Si autem non aurem solam percutit iracundia criminantis, verumetiam conscientiam mordet veritas criminis,quid mihi prodest si me continuis laudibus totus mundus attollat? Ita nec malam conscientiam sanat præconium laudantis,nec bonam vulnerat conuiciantis opprobrium. Nec sic tũ decipitur spes vestra quę in dño est, ẽt si forte in occulto tales simus, quales nos putari cupit inimicus, quia non eã posuistis in nobis, nec vnq̃ hoc audistis à nobis. Securi ergo estis qualescunq; nos simus,q dicere didicistis, In domino sperans non infirmabor: &, In dño sperabo,non timebo quid faciat mihi homo. Et eis qui vos ad hominum superborum terrenas altitudines seducere moliuntur, rñdere nostis, In domino confido quomõ dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer.

Nec tantũ vos quibus in nobis ipsa Xp̃i veritas placet, quantumcũq; per nos & vbicunq; prædicatur,& quia eam quantulocũq; nostræ linguæ ministerio libenter auditis,ẽt de nobis bene benigneq; sentitis, securi estis qualescunq; nos simus, quia in illo spes vestra est, quem vobis ex illius super vos misericordia prædicamus,verumetiam quicunq; nostra dispensatione ẽt sacr̃m sancti baptismi percepistis,eadẽ securitate gaudete:qm̃ non in nobis,sed in Christo baptizati estis. Nõ itaq; nos,sed Xp̃m induistis, nec vos interrogaui,vtrum ad me conuerteremini,sed ad deũ viuũ,nec vtrum in me credideritis,sed in patrem & filium & sp̃m sct̃m. Quod si veraci animo rñdistis,saluos vos fecit, nõ carnis depositio sordiũ,sed cõ
1. Pe scientiæ bonæ interrogatio:nõ cõferuus,sed dñs:non præco,sed iudex. Neq;.n.vero sicut Petilianus inconsiderate dixit. Conscientia dantis, vel quod addidit, conscientia sancte dantis attenditur,quę abluat accipiẽtis. Cum.n.hoc datur quod dei est sct̃m,dat etiam non sancta conscientia. Quæ certe si ue sit sancta siue non sancta, ab accipiente inspici non potest, sed planè illud quod datur potest, quod cognitum ei qui semp est sanctus,per quemlibet ministrum accipiat, securissime accipitur. Nisi.n.sancta verba essent ex cathedra Moysi, non diceret veritas, Quæ dicunt facite. Si autem ipsi qui vera sancta dabant sancti essent, non diceret, Quę faciunt,facere nolite: dicunt.n.& nõ faciunt. Nullo quippe modo legitur vna despinis,quia nunq̃ de spinarum radicibus oritur, sed cum se spinosis sepibus palmes vitis implicuit,nõ ideo fructus qui illic pẽdet horretur,sed spina cauetur,vua decerpitur.

Itaq; vt sæpe dixi & vehementer inculco, qualescunq; nos simus, securi estis qui deũ patrẽ & eius ecclesiã matrem habetis. Quãuis.n.simul hædi cum ouibus pascant, nõ stabũt ad dexterã. Quãuis simul palea cũ tritico triturẽt,non intrabit in horreũ, Quãuis simul pisces mali cum bonis intra

retia dñica natant,non mittunt in vascula. Nemo gloriet nec in homine, nemo bona
Ca. 10. dei fugiat nec in homine malo:

Hæc uobis Chr̃iani catholici frẽs mei charissimi pro negocio p̃ti suffecerint. Quæ si catholica dilectione retinetis, cum fitis vnus grex de vno pastore securus,non nimis curo quòd mihi vel cõgregali vestro vel certe cani vro conuitiatur quilibet inimicus, dummodo me magis pro vra q̃ pro
K mea defensione latrare compellat, qua tũ si opus esset ad cãm, breuissima facillimaque vterer, totũ.s vitæ meæ tps antequam perciperem baptismum Christi quantum ad meas cupiditates erroresq; attinet, cũ omnibus impobrans & detestans,ne in eius tẽporis defensione meã gloriam quærere viderer, non illius qui me per gratiã suam & à meipso liberauit. Vnde illam vitã meam cum vituperari audio,quolibet animo id faciat qui hoc facit,non vsqueadeo sum ingratus vt doleam quantũcunque ille accusat vitium meum, tantum ego laudo medicum meum. Quid ergo iam de illis prẽteritis atque abolitis malis meis defendẽdis laborẽ, de quibus Petilianus multa quidem falsa dixit,sed plura vera nõ dixit? De tempore ãt vitæ meæ quod est post baptismũ,uobis quicunq; me nostis, superfluo loquor ex ijs q̃ nota esse hominibus possunt: Hi vero qui me non nouerunt, non ita iniqui esse dẽnt in me, vt magis de me credant Petiliano q̃ vobis. Nam si laudanti amico credendũ nõ est,nec inimico detrahenti, restant ea q̃ occulta sunt hominis, vbi sola conscientia talis est,quæ testis esse apud homines non potest. In his me Petilianus Manichæũ esse di
L cit, loquens de aliena conscientia: hoc ego me non esse dico, loquens de mea conscientia, Eligite cui credatis. Veruntamen quoniam nec ista breui ac facili mea defensione opus est, vbi quæstio non de qualiscunque vnius hominis merito, sed de sanctæ ecclesiæ vnitate versatur, ad uos etiam mihi plura dicenda sunt,quicunque in parte Donati, Petiliani quæ in me scripsit maledicta legistis,quæ ab illo non audirem,si vestram perditionem contẽnerem, si charitatis christianæ viscera non haberem.

Ca. 11. Quid ergo mirum,si cum grana de area dominica excussa, simul cum terra & palea introrsum traho, iniuriam resilientis pulueris suffero? Vel cum domini mei oues perditas diligenter inquiro, spinosarum lingua-
rum vepribus laceror? Obsecro vos deponi te paululũ studia parciũ,atq; inter me et Petilianũ cũ aliqua æqtate iudicate. Ego ecclesiæ cãm volo,vt noueritis,ille vt meam. Ad qd aliud,nisi quia testibus meis quos in eã ecclesiæ cõstanter adhibeo, nõ audet dicere ne credatis, Prophetæ sunt.n.& Apostoli, & ipse ꝓphetarũ ac Apostolorũ dñs Chr̃s,de me aũt q̃quid ditere libuerit homini aduersus hominẽ,& vro aduersus alienũ,facile creditis? Et si quos vitæ meæ testes adhibuero,quid magnũ est vt dicat,nõ eis esse credendũ? Et hoc vobis cito persuadeat, præsertim qñ quisquis pro me vllum M uerbum fecerit,inimicus parti Donati,ac ꝓ hoc vester,cõtinuo deputabit. Regnat itaque Petilianus, qñ in me quælibet conuitia iaculatur, ei omnes acclamatis & plauditis. Hanc igitur sibi inuenit vincibilem cãm, sed iudicibus vobis nec testem nec argumẽtũ req̃ret, cui hoc solũ ꝓbare est qd dicit,quia ei quẽ maxime odistis, copiosissime maledicit. Nã qm̃ diuinæ scripturæ testimonia, cũ ꝓ ecclesia catholica tam dẽsa & tã clara recitantur uobis dolentibus, remanet mutus,elegit materiã vbi vobis fauẽtibus loquat̃,& victus verũ simulãs statũ, talia vel etiam sceleratiora dicat in me, Mihi sat est ad rẽ quã nũc ago, ꝙ qualiscunq; in ea sim,tũ ecclesia ꝓ q̃ loquor inuicta ẽ.

Hõ sum.n.de area Chr̃i, palea si malus, Ca. 12. granum si bonus. Nõ est huius areæ ventilabrũ lingua Petiliani,ac per hoc quicquid in eius paleã mali ẽt vere dixerit,nullo mõ frumentis eius p̃iudicat. Quicquid aũt in ipsa frumenta maledictorũ, calũniarumq; iactauerit,fides eorum exercetur in terris, merces augetur in cœlis. Sanctis.n.dei seruis sancteq; deo militantibus, nõ aduersus Petilianum, atq; huiusmodi carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potesta- A
Eph. 6. tes rectores talũ tenebrarũ,quales sunt om-
Eph. 5. nes aduersarij veritatis, q̃bus vtinam dicamus, Fuistis aliqñ tenebræ, nũc aũt lux in dño. Hanc ergo militiã militantibus seruis dei quæcunque ab inimicis cõuitia criminosa dicũtur,quæ apud maleuolos & temere credulos famã malã faciãt, arma sinistra sunt. Etiã diabolus his expugnatur. Cũ.n. per bonã famam probamur vtrum nos in superbiam non extollamus, & per malam suam probamur vtrum inimicos eosipsos à quibus nobis confingitur, diligamus, per arma iustitiæ à dextera & à sinistra diabolum

bolum vincimus. Quæ cum Apostolus cō
1.Co.6. memorasset dicens, Per arma iustitiæ à dex
tera & à sinistra: continuo tanquam expo
nens quid dixerit, Per gloriam, inquit, &
ignobilitatem, per infamiam & bonam fa
mam,& cætera talia: gloriam scilicet & bo
nam famam numerans in armis dextris:in
sinistris autem ignobilitatem & infamiam.
Cap. 13 Si ergo sum dei seruus & miles non re
probus, qualibet desertus cōuitiator in me
Petilianus existat, nunquid moleste ferre
debeo, quod mihi armorum sinistrorum fa
B ber solertissimus paratus est? Opus est vt
his in adiutorio domini mei peritissime di
micem,& eis illum feriam contra quem in-
Luc. 6. uisibiliter pugno, qui peruersissima & anti
quissima astutia callide intendit & agit, vt
propter hæc Petilianum oderim, ac sic præ
ceptum Christi quod ait, Diligite inimicos
Gala.2. vestros. implere non possim, qđ à me auer-
Luc.13. tat eius misericordia qui me dilexit,& tradi
dit semetipsum pro me, vt pendens in cru
ce,diceret, Pater ignosce illis,quia nesciunt
quid faciunt: meq́ue de Petiliano & talibus
inimicis meis dicere doceret, Domine igno
sce illis,quia nesciunt quid loquuntur.
Ca. 14. Proinde si imperauero à uobis sicut in
tēdi, vt remoto ab animis vestris omni stu
dio partium,inter me & Petilianum æqui
iudices sitis, ostendam uobis non eū respon
disse scriptis meis,vt intelligatis quia verita
tis inopia coactus sit causam relinquere, &
in hominem qui eam sic egit vt respondere
ille non posset, quæ potuit maledicta iacta-
re. Quanquam tanta manifestatione clarēt
quæ dicturus sum,vt etiam si studio partiū
& odio mei, vestræ mentes à me alienent,
tantummodo si vtraque legatis certe apud
vosmetipsos in cordibus vestris verum me
dixisse fateamini. Ego enim respondens pri
mæ parti scriptorum eius, quæ tunc in ma
nus meas venerat,prætermisso cōuitioso &
C sacrilego multiloquio, vbi ait, Bis baptisma
nobis obijciunt ij qui sub nomine baptismi
animas suas reo lauacro polluerunt,quibus
equidem obscœnis sordes cunctæ mundio-
res sunt: quos peruersa munditia aqua sua
contigit inquinari: illud q̄ sequitur tenui
discutiendum & refellendum q̄ ait, Con
scientia nanque dantis attenditur, quæ ab-
luat accipientis. Et quæsiui,vnde abluēdus
sit qui accipit baptismum, cum dantis pol-
luta conscientia est, & hoc ille qui est acce-
pturus ignorat.

Legite nūc eius copiosissima maledicta, Ca
quæ in me inflatus & iratus effudit,& vide
te vtrum quærenti mihi responderit, vnde
sit abluendus qui accipit baptismum, cum
dantis polluta conscientia est, & hoc igno-
rat accipiens. Obsecro vos quærite attente,
omnes excutite paginas,oēs syllabas enucle
ate,& dicite mihi si inueneritis, vbi respon
derit,cum dātis conscientia polluta est,vn-
de sit eius abluēda,qui hoc accepturus igno
rat. Quid enim ad rem pertinet,quia ver-
bum addidit quod è me dicere fuisse subtra
ctum,atque ita se scripsisse contendit,Con-
scientia nanque sanctè dātis attenditur, q́
abluat accipientis. Nam vt noueritis à me
non fuisse subtractum, nihil inquisitionem
meam impedit additum, nihil eius subleuat D
defectionem, Ad ipsa enim verba rursus
interrogo, & vtrum responderit quæro, Si
conscientia sanctè dātis attenditur, quæ ab-
luat accipientis: Vnde abluitur accipientis
conscientia, quando dantis maculosa con-
scientia est,& hoc accepturus ignorat? Ad
hoc respondere flagitate, neminem relicta
causa conuitiose alienari permittite, si con-
scientia sanctè dantis attenditur, videte q̄a
non dixi,conscientia dantis: sed addidi,sanc-
te dantis,Si conscientia, inquam, sanctè dā
tis attenditur,quæ abluat accipientis, vnde
igitur abluendus est qui accipit baptismum
cum dantis polluta conscientia est, & hoc
ille qui est accepturus ignorat?

Erat nunc & anhelis pulmonibus,ac tur Ca
gidis faucibus me tanquam dialecticum cri
metur,immo non me, sed ipsam dialecti-
cam velut mentiendi artificem in popula-
re iudicium ream deuocet,& in eam quali-
bet fragosissimo strepitu aduocati forensis
ora distendat,dicat quicquid vult apud im-
peritos,vnde stomachentur docti, illudan-
tur indocti,me propter rhetoricam Tertul
li oratoris,à quo accusatus est Paulus,uoca Act.
bulo donet sibi propter aduocationem in
qua potentiam quondam suam iactat,para-
cleti nomen imponat, atq; ob hoc se cogno
minalem spiritussancti non esse sed fuisse E
deliret? Manichæorum immunditias liben-
tissime exaggeret, easq́; in me latrando de-
torquere conetur. Ignotorum mihi & no
torum gesta recitet damnatorum, & quòd
ibi amicus quondam meus magis ad defen-
sionem suē me nominauit, absentem in ca-
lumniam præiudicati criminis, nescio quo
nouo & suo iure conuertit titulos epistola-
rum

rū mearū à se vel à suis sicut eis placuit in-
scriptos legat,& tanq̄ me in eis cōprehēdis-
se se gestiat cōfitentē eulogias panis simpli-
citer & hilariter datas, ridiculo nomine &
venenosæ turpitudinis ac furoris infamet,
& de nostro corde tā male sentiat,vt amato
ria maleficia data mulieri,marito non solū
conscio verūetiā credi sibi posse p̄sumat, q̄
de me adhuc p̄sbytero scripsisit iratus,ordia
tor futurus l̄patus mei velit valere aduer-
sus me. Quòd aūt à sancto cōcilio de hoc
qđ in nos ita peccauit,veniā petiuit & me-
ruit, nolit valere q̄ me ita xp̄ianæ manſue-
tudinis,& p̄cepti euangelici vel nescius vel
oblitus, vt ēt q̄ fratri vt sibi ignoscerē hu-
militer postulanti clementer ignotū est cri
minetur. Pergat ēt sermone multiloquo,
sed planè vaniloquo in ea q̄ p̄rsus ignorat,
vel in quibus potius abutit ignorantia pli
rimorū,& ex cōfessione cuiusdā fęminę, q̄
F catechumenā se dixerit Manichæorū, q̄ lan
ctimonialis in catholica fuerit, q̄ ei placet
de illorū baptismo dicat,& scribat nesciēs,
aut nescire se fingens, non illicite appellari
catechumenos, tanq̄ eis baptismus qūq; de
leatur,sed eos hoc vocari q̄ ēt auditores vo
cantur, q̄ videlicet tanq̄ meliora & maiora
p̄cepta obseruare non possint,quæ obseruā
tur ab eis quos electorū nomine discernen
dos & honorandos putant. Me ēt presbyte
rū fuisse Manichæorū,uel falsus vel fallens
mirabili temeritate cōtendat: verba tertij li
bri confessionū mearū,quæ per seipsa & de
multis ante & postea dictis manifestissima
sunt legentibus, sub quo ei videt intellectu
proponat atq; arguat: Furē me deniq; ver-
borum suorum quod duo subtraxerim tan-
quam eis repositis victor exultet.
Cap.18. In his certe omnibus,sicut legēdo cogno
scere poteritis, impetū quidem linguæ suæ
quo libuit ambitu iactatiōis exercuit. Nus-
quā tñ dixit, vnde abluatur accipientis con
scientia, cū maculosam dantis ignorat. At
ego inter strepitū eius grandē vel post stre
pitum & nimis vt putat ipse terribilē,lente,
vt dī,& bene hoc ipsum reputo,& vt respō
deatis exposco. Si conscientia sanctę dantis
G attenditur, q̄ abluat accipientis, vñ est abluē
dus qui maculosam conscientiā dantis igno
rat? & per totam eius epistolam ad hoc non
inuenio aliquid dictum.
Nā fortasse dicet mihi aliquis vestrum :
Cap.19. Hæc omnia q̄ dixit in te ad hoc valere vo-
luit vt te deformaret, ac p̄ te illos q̄bus cō-
municas ne vlterius alicuius momenti esse
te existiment, vel ipsi vel ij quos ad vestrā
cōionē traducere niteris. Cęterum ex loco
quo p̄posuit verba epistolæ tuæ,ex illo cō-
siderandū est, vtrum nihil ad illa rñderis.
Ita ergo faciamus,Ex ipso prorsus loco scri
pta eius consideremus, Excepto ergo p̄mio
volui animū p̄parare lectoris,& pauca
eius verba p̄uia contumeliosa magis q̄ ad
rē pertinentia p̄terire,ait inq̄,Conscientia
nanq; dantis attēditur, q̄ abluat accipiētis. Supra li.
Quid si lateat dantis cōscientia, & fortasse 1.cap. 1.
maculosa sit,qūo poterit accipientis abluere
conscientiā,si quēadmodū dicit,cōsciētia
dantis attenditur,q̄ abluat accipientis? Si.n.
dixerit ad accipientē non pertinere quicq̄d
male latuerit in cōscientia dantis,ad hoc va
lebit fortasse illa ignorantia, vt de cōscientia
baptizatoris sui nō possit nescius macula-
ri. Sufficiat ergo,vt alterius conscientia ma H
culosa cū ignorāt non maculet. Nunq̄d aūt
ēt abluere potest? Vnde igitur abluēdus est
qui accipit baptismū,cum dantis polluta cō
scientia est, & hoc ille qui est accepturus
ignorat,p̄sertim cum addat & dicat, Nam
qui fidem à perfido sumpserit, non fidem
percipit sed reatum.

Hæc omnia verba Petilianus ex literis
meis refellenda proposuit: Videamus ergo Cap.20.
vtrū refellerit,vtrum omnino responderit:
Addo.n. verba q̄ me subtraxisse calumnia-
tur,& eadem ipsa sic repeto, vt ēt breuius.
Addendo.n. hæc duo verba ēt ad breuitatē
propositionis huius me plurimum adiuuit.
Si conscientia sanctę dantis attenditur,quę
abluat accipientis, & qui fidē sciens à perfi-
do sumpserit,non fidem percipit sed reatū:
vnde abluitur accipientis conscientia cū ma
culosam dantis ignorat & cum fidē nesciēs
sumit à perfido,rogo vnde abluitur? Dicat
nobis,nō eat in aliud, non obtendat nebu-
las imperitis. Postremo saltē multis, & an-
fractuosis circuitibus interpositis & pera-
ctis,tandē aliqñ dicat nobis, vñ abluitur ac I
cipientis conscientia qñ maculosa perfidi ba-
ptizantis occulta est,si cōscientia sanctę dā-
tis attendit,q̄ abluat accipientis: Et qui fidē
sciens à perfido sumpserit,non fidē percipit
sed reatū. Nesciens.n. sumit à perfido non
habente conscientiā sanctę dantis,sed macu
losam & occultā. vnde ergo abluitur? vnde
ergo percipit fidē? Si.n. nec tunc abluitur,
nec tunc percipit fidē,cū baptizator p̄fidus
& maculosus & occultus est: cur eo postea

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodito atq; dānato,nō denuo baptizatur, vt abluaī fidemq; ꝓcipiat?Si aūt illo perfido , maculoso & occulto iste abluit & ꝓcipit fidē:vnde abluit,vnde ꝓcipit vbi nō est cōscientia sancte dātis,q̄ abluat accipiētis? Hoc dicat,ad hoc respondeat, vnde abluit, vnde ꝓcipit si conscientia sancte dātis attēditur,quæ abluat accipientis? Et hoc ibi nō est, quādo baptizator maculosus & ꝓfidus latuit: Nihil ad hoc rndendū est omnino.

Cap. 22. Sed ecce angustiatus in causa,rursum in me impetū facit nebulosum atq; vētosum, vt veritatis serenitas obscureī , & fit sūma K inopia copiosus,non vera dicendo, sed maledicta inania non emendando. Tenete sanè intentissime atq; fortissime qd debeatis respondere.i.vnde abluatur accipiētis conscientia cum maculosa dātis occulta est,ne forte hoc vobis è manibus eius flatus excutiat , vosq; ipsi sermonis turbidi caliginosa tempestate rapiamini, vt vel discessum,vel qua redeūdum sit omnino nesciatis. Et videte hominē vagari quà pōt,dūm pro negocio,ꝙ suscepit,stare non pōt. Videte q̄ multa dicat non habendo qd̄ dicat. Dicit me labi lubricum, sed teneri : nec destruere,nec cōfirmare ꝙ objcio, incerta pro certis excogitare , non ꝓmittere legentes,quæ vera sunt credere,sed facere vt altius dubia suspicent: dicit me Academici damnabile ingenium hr̄e Carneadis: conat etiā insinuare quid Academici sentiant de falsitate vel fallacia sensus humani,et in his omnino quid loquatur ignorās. Dici ab eis asserit nigras niues esse cū albæ sint, nigrum argentum, turrē rotundā vel trementē videri cū longa sit, remū in aqua fractū cū sit integer. Et hoc totum propterea, qm̄ cum dixisset, conscientia dātis vel sancte dātis attendit, q̄ abluat accipientis:contra ego dixi,quid si lateat dātis conscientia,& fortasse maculosa sit ? Istæ sunt niues nigræ,& argentū nigrum, & turris rotūda pro lūga, & remus
It in aqua fractus: perinde quasi ego rē dixerim q̄ putari possit, & esse nō possit,vt lateat dātis conscientia, & fortasse maculosa sit. Et sequit se & clamat, Quid est,q̄d sit: quid est,fortassis,nisi incerta & inconstans hæsitatio dubitantis , de qua ille tunc ait, Quid si nūc redeo ad illos,qui aiūt. Quid si nunc cœlū ruat ? hoccine est quod dixi ? Quid si lateat dātis conscientia , & fortassis
Terē. in Heau. maculosa sit: tale est ac si dixerim,Quid si nunc cœlum ruat ? dictū est vtiq;, quid si, quia fieri pōt vt lateat, fieri pōt vt non lateat ? Nā qn̄ ignoraī quid cogitet aut quid admiserit , latet vtiq; accipientē dātis conscientia, qn̄ autē pctm̄ eius manifestaī,non latet. Dictū ē,& fortasse maculosa sit,quia fieri pōt vt lateat & mūda sit,& rursus fieri pōt vt lateat & maculosa sit. Ideo quid si,ideo fortasse,nūquid huic simile ē, Quid si nūc cęlum ruat? O quotiēs & cōuicti & cōfessi sūt hoīes se maculosas & adulterinas habuisse conscias,cū ab eis baptizarentur ignari,manifestato scelere degradati sūt, & tū cęlū nō ruit. Quid facit Pilus & Furius qui cōtra iustitiā iniustitiam defenderunt? M Quid hic facit Atheus Diagoras , qui esse Deū negauit, vt de illo videat ꝓdixisse Pro Psal. phieta., Dixit stultus in corde suo , non est Deus? Quid hic isti faciūt? vt quid nomina ti sūt, nisi vt interuenirēt pro homine non hūte quid dicat,vt dū de his saltem aliquid sine cā dr̄,agi cā videat,& ad quod non responsum est,responsum esse credatur.

Postremo si duo vel tria verba ista,quid si & fortasse , vsqueadeo sunt intolerabilia, Cap vt pp. illa excitarent olim dormiētes Academici, & Carneades,& Pilus, & Furius, & Diagoras,& niues nigræ,& ruina cœli, & cętera similr̄ isana & absurda,remoueātur de medio. Neq;,n.reuera sine his non pōt dici qd̄ volumus. Ecce sufficit ꝙ paulopost ita positū est , & ab ipso ex meis lr̄is interpositū. Vñ igr̄ abluēdus ē qui accipit baptismū,cū dātis polluta cōscientia est,& hoc ille qui est accepturus ignorat ? Nēpe hic nō est,quid si,& fortasse. Rndeaī ergo attēdite ne forte in eo qd̄ sequit ad hoc respōdeat. Sed ego te,inquit,cauillantem ad fidē credēdi constringo ne vlterius euageris. Quid argumētis stultitiæ auertis erroribus vitā ? Quid fidei rōnem de rebus irrationabilibus turbas ? Hoc vno verbo teneo & conuinco. Hæc Petilianus dixit, non ego. Ista ex Epistola Petiliani sūt,sed tm̄ verba iam duo illa,q̄ me abstulisse insi- A mulāt addidi,& nihilominus ostēdi inquisitionis meæ,cui nō rndet,multo breuius & enodatius fixā stare sententiam. Certe hæc illa duo sunt sancte & sciēs,vt nō sit videlicet cōscientia dātis,sed conscientia sancte dantis,& non sit,qui fidē a perfido sumpserit:sed,qui fidem sciens a ꝓfido sumpserit. Quæ quidem verba non subtraxerā,sed in codice qui mihi datus erat non inuenerā, Fieri aūt pōt vt mendosus fuerit. Neq;,n. & hoc

& hoc incredibile est,vt ēt hinc mihi Academica excitetur inuidia , & tale asseratur esse quod dixi , codicem fuisse mendosum, quale si dicerē niues nigras . Vt quid enim ei rependo temerariam suspitionem, vt dicam ꝙ ipse post addiderat qui me subtraxisse confinxit , cum posſit istam mendositatis notam sine mea maledica temeritate codex qui non irascitur sustinere?

Ca. 23. Et illud quidem i.sancte dātis omnino non impedit inquisitionem meam, qua ille vehementer vrgetur, vtrum ita dicā,si cōscientia dantis attenditur:an vero ita,si cōscientia sancte dantis attēditur, quæ abluat accipientis. Vnde igitur abluendus est,qui accipit baptismum si dantis polluta est cōB scientia,& hoc ille qui accepturus est ignorat ? Illud aūt alterum quod additur,sciēs: vt non dicatur, qui fidem a perfido sumpserit: sed, qui fidem sciens a perfido sumpserit , non fidem percipit sed reatum : fateor tanquā deesset me non nulla dixisse , quorum iacturam facile patior, qm̄ magis moram meæ facilitati afferebant quam adiutorium facultati. Quanto.n. expeditius,quāto planius & breuius sic interrogo, Si conscientia sancte dantis attēditur,quæ abluat accipiētis,& qui fidem sciens a ꝓfido sumpserit,non fidem percipit sed reatum:vnde abluitur quē latet non sancte dātis maculosa conscientia , & vnde verā percipit fidem qui nescius baptizatur a perfido ? Dicatur vnde, & ibi omnis causa baptismi patebit, ibi totum qd̄ quæritur elucebit,sed si dicatur,non si tempus maledicendo finiatur .

Cap. 24 Quicquid ergo de duobus istis verbis vel detractis calumniaī,vel additis gloriaī, nihil interrogationem meā impedire ꝓspicitis,cui quid respondeat ille non inueniēs, ne tamen taceat irruit idētidem in personā
C meam, dicerem recedēs a causa, si omnino accessisset ad cām. Quippe quasi de me agatur, & non de Ecclesia, vel baptismi veritate, ideo me dicit subtractis illis duobus verbis argumentatū , vt quasi conscientiæ meæ nō obsit ꝙ inquinatoris, vt dicit,mei sacrilegam ignoraui conscientiam . Quod si ita esset, verbum illud qd̄ positū est, sciēs, additū mihi potius ꝓdesset & obesset ablatum . Si.n.me ita defendi potius voluissem vt baptizatoris mei putarer ignorasse conscientiam , pro me locutum acciperem Petilianum: quando nō vtcunq; ait, Qui fidē a perfido sumpserit : sed,qui fidem sciens a perfido sumpserit , non fidē ꝓcipit sed reatum: vt hinc ego nō me reatum,sed fidem percepisse iactarem , qn̄ dicerem , non ego sciens a perfido accepi,sed homo conscientiā dantis hominis ignoraui . Videt itaq; & numerate si potestis,quāta superflua loquatur ad vnum. Ignorauit qd̄ me proponit dixisse,cum hoc omnino nō dixerim, quia nec de me agebatur, vt dicerē, nec aliquid criminis in eo,qui me baptizauit apparuit, vt eius me ignorasse cōscientiam , pro mea defensione cogerer dicere.

Et tamen iste ne respondeat ad ea , quæ Cap. 25 dixi, proponit sibi quod nō dixi, & auocat homines ab intentione debiti sui, ne id qd̄ responsum est exigaī,interponit sæpe,ignoraui,inquam:& respondet,sed si eū ignorares, & quasi conuincit:ne mihi liceat dicere,ignoraui.Commemorat Mensuriū,Cæ- D cilianum,Macarium, Taurinū,Romanū, & eos contra Ecclesiā Dei fecisse affirmat, quę ignorare nō possem,eo ꝙ Apher sim, & ætate penè iam senex , cum sicut audio, Masurius in cōionis vnitate defunctus sit, antequā se scinderet pars Donati : causam vero Cæciliani legerim,ꝙ ad Constantinū ipsi detulerint,& ab Episcopis quos ille imperator iudices dederat,& semel & iterum ab ipso rege illic ad eū appellantibus,ēt tertio fuit absolutus . Macarius vero & Taurinus & Romanus,quicquid vel iudiciaria vel executoria potestate aduersus eorum obstinatum furorem pro vnitate fecerunt, secundū leges eos feciſſe constat: quas ijdē ipsi causam Cæciliani ad imperatoris iudicium deferendo, contra se ferri exeriq̄ coegerunt . Inter multa etiam prorsus ad rem non pertinentia dicunt,Mesſiani proconsulis sententia me fuisse pcussum vt ex Aphrica fugerem,& pp hoc falsum , qd̄ si nō ipse cōfinxit,certe maleuolis fingētibus maleuole credidit. Quàm multa alia falsa Lib. 6. conseq̄nter nō vtcunq; dicere,sed ēt inscri- confess. bere mira temeritate non timuit, cum ego cap. 6. Mediolanū ante Bautonē Consulē venerim,eiq; cōsuli calendis Ianuarijs laudem E in tāto conuentu conspectuq; hominū pro mea tūc rhetorica ꝓfessione recitauerim, & ex illa peregrinatione iam post Maximi tyranni mortem Aphricam repetiuerim, Manichæos aūt Mesſianus proconsul audierit,post cōsulatū Bautonis,sicut dies gestorū ab eodē Petiliano incert9 ostdit. Quę si dubitāt̄ibus vel contradicētibus pro-

re necesse esset, multos possem claros in seculo viros testes locupletissimos adhibere, totius illius temporis vitæ meæ.

Cap. 26 Sed quid ista requirimus? quid & patimur superfluas moras & tacimus? Nunqd hinc inuenturi sumus vnde sit accipientis abluenda conscientia, qui maculosam dantis ignorat: fidemq; vnde pcipiat, qui nesciens baptizat a pfido? Qđ si Petilianus cũ ex Epistola mea tanquã ad respõdendũ ꝓposuisset quicquid voluit: aliud locutus est q̃ id qđ cã poscebat. Quotiens dixit, si ignorares: quasi ego dixerim, qđ nũq̃ dixi, mei baptizatoris me ignorasse conscientiam. Et aliud nihil egisse visus est ore maledico, q̃ vt malitia eorum apud quos baptizatus, & quorũ cõioni sociatus sum, non ignorasse, conuincere videretur, satis vtiq; intelligẽs, F quia ignorantia me non faceret reũ. Ecce ergo si ignorarẽ, sicut totiens repetiuit, ꝓculdubio ab eis omnibus malis innocẽs essem. Vnde ergo abluerer, qui conscientiam non sancte dãtis ignorans criminibus eius impediri minime possem? Vnde pciperem fidẽ qui nesciens a pfido baptizarer? Non .n. frustra, si ignorares, totiẽs repetiuit, nisi vt me putari sineret innocentẽ, ꝓculdubio iudicans, ꝙ nullius innocentia violatur si nesciens fidẽ sumat a pfido, & maculosam conscientiã non sãcte dãtis ignorat. Dicat ergo vnde tales abluantur, vnde fidem pciant non reatũ? Sed non vos fallat, Dicat, non multa dicendo nil dicat, aut nil dicendo potius multa dicat. Deinde, qđ in mentem venit & ꝓtereundũ nõ est, si ego propterea reus sum, quia non ignoraui, vt secundũ ipsum loquar, ideo aũt non ignoraui, quia & Apher sum, & ætate penè iam senex, saltem pueri cæterarũ toto orbe terrarum non sunt rei, qui nec gente, nec ætate ista nostra obiecta, seu vera seu falsa nosse potuerunt, qui tamẽ si in vos inciderint, sine vllo respectu rebaptizantur.

Cap. 27. Sed nunc ista nõ quærimus, illud potius G respondeat, qđ ne respondere cogat copiosissime altercat. Vnde abluatur accipientis conscientia, qui maculosam dantis ignorat, si conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipiẽtis? Et vnde pcipit fidẽ, qui nesciẽs baptizat a perfido, si quisquis fidẽ sciens a pfido, sumpserit, non fidẽ percipit sed reatum? Omissis ergo eius maledictis, quæ in me sine vlla sana consideratione iactauit, adhuc attendamus ne forte hoc qđ exposcimus in consequẽtibus dicat. Libet aũt intueri quam garrulus ea proposuerit quasi facillime conuulsurus & euersurus. Sed ad illud, inquit, tut phantasmatis est argumentũ, quo quemcunq; baptizas verbis tibi pingere visus es, redeamus. Imaginari enim te verisimilia decuit, qui nõ vides veritatem. Hæc verba sua prolocutus est Petilianus, verba mea propositurus. Deinde subiunxit, Ecce inquis stat pfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat: Nõ totam dixit propositionẽ atq; interrogationem meã, & mox ipse interrogare me cẽpit, dicẽs, Quis est iste, aut vnde prosiluit quẽ proponis? Cur tibi videris videre quem simulas, ne videas eũ quẽ H videre ac discutere diligentissime debeas & probare? Sed quia intelligo te ignorare ordinem sacri, hoc tibi breuiter dico, & tu baptistã discutere, & ab eo discuti debuisti.

AVG. Quid est qđ expectabamus? Vt diceret, vnde abluat accipientis conscientia, qui maculosam nõ sancte dãtis ignorat, & vnde fidẽ non reatũ pcipiat, qui baptismũ nesciens a pfido sumpserit. Ecce audiuimus baptistã debere diligẽtissime discuti ab eo qui vult fidem pcipere non reatũ, vt inueniat conscientiã sancte dantis, quæ abluat accipientis. Nã qui non discusserit, & nesciens a pfido accepit, eo ipso ꝙ non discussit, maculosamque dantis ignorauit conscientiã, non fuit vnde fidẽ perciperet, sed reatũ. Quid ergo adiuuit, qđ pro magno addidit, sciens, quod me subtraxisse calũniatus est? Cũ .n. voluit ita dici, Qui fidem a perfido sumpserit, non fidẽ percipit sed reatum: videtur aliquã spem reliquisse nescienti. Nunc vero cum interrogat vnde percipiat fidem, qui nesciens baptizatur a perfido, respondit eũ discutere debuisse baptistam: proculdubio miserum, nec ignorare permittit, non inueniẽdo vnde fidem posset accipere, nisi spem suam in homine baptizando posuerit.

Hoc est quod exhorremus in vobis, hoc Cap. I est, qđ diuina dãnat sententia, veracissime Hier. & manifestissime clamans, Maledictus omnis qui spem suã ponit in homine. Hoc est qđ aptissime prohibet sancta humilitas & charitas Apostolica clamante Paulo, Nemo glorietur in homine: hoc est ꝙ in nos 1. C inaniũ calũniarũ & acerrimorũ maledictorũ crebrescit impetus, vt q̃si euerso homine nulla spes remaneat eorũ ꝙbus verbum Dei

dei sacramentum pro dispensatione nobis credita ministramus. Rñdemus eis, Quouſq; hoc apponitis super hominẽ? Respondet eis catholica veneranda societas. Nõne Psa. 61. deo subijcietur anima mea, ab ipso enim salutare meũ. Etenim ipse est deus meus, susceptor meus, nõ emigrabo. Nã quæ alia cã 2. Ti. 2. fuit istis emigrãdi de domo dei, nisi quia uasa facta in cõtumeliam, sine quibus illa vsq; ad diem iudicij non erit, sinxerunt se ferre nõ posse, cũ tñ hoc magis ipsi fuisse & alij calumnioſe obiecisse gestis atq; conscriptis tunc rebus appareant: de quibus in cõtumeliam factis ne ꝓp illa de domo dei magna, quæ magno patrifamilias vna est, perturbatus emigret: dicit dei seruus & bonus fidelis, vel fidẽ in baptismo ꝓcepturus qđ paulo antè commemoraui, Nõne deo subijcietur anima mea? Deo utiq; non homini, ab ipso enim salutare meum non ab homine. Iste autem non saltem tunc deo daret abluendum mundandumque hominem quando maculosa conscientia non sancte dantis occulta est, & fidem nesciens quisquis sumit à pfido. Hoc, inquit, tibi breuiter dico & tu baptistam discutere, & ab eo discuti debuisti.

Ca. 29. Obsecro uos hic aduertite, ego quæro, uñ abluatur accipientis conscientia, cum maculosam non sancte dantis ignorat, si conscientia sancte dantis attenditur quæ abluat accipientis, & vnde accipiat fidem qui nesciens à perfido baptizatur, si quisquis fidẽ sciẽs à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum: & ille mihi respondet, discutiendũ Ioan. 1. esse & baptizatorum & baptizandum. Et ad hoc probandum, vnde quæstio nulla est, adhibet exemplum Ioannis, ꝙ cum discussserint qui ab eo quæsierunt quem se esse diceret, quòd ipse quoq; discusserit eos quibus ait, Generatio viperarũ quis uobis ostẽdit fugere ab ira ventura? Quid hoc ad rẽ, Matt. 3. & quid hoc ad cãm? Deus Ioãni ꝓhibuerat testimoniũ excellentissimæ sanctitatis prophetia præclarissima præcedente, & quando conceptus & quando natus est. Quærebant autem illi iam credentes esse sanctum, quemnam se diceret esse sanctorũ, vel utrũ ipse esset sanctus sanctorum, quod est Christus Iesus. Tanta quippe gratia illi habebatur, vt cõtinuo crederet q̃quid de se ipse dixisset. Si autem hoc exemplo afferitur q̃li Sapẽ. 1. bet nũc discutiendus esse baptista, quicquid de se quisq; dixerit credẽdus erit. Quis est aũt fictus quẽ fugit vtiq;, sicut scriptũ est, spũsanctus, qui de se optime credi velit, atq; agat quibus verbis potuerit? Iã ergo cũ fuerit interrogatus quisnã sit, & rñderit se esse dei fidelem dispensatorẽ, nec cuiusquam criminis macula pollutã habere conscientiã, hæc erit tota discussio. an etiam mores eius & vita diligẽtius intuenda est? Ita sanè nõ hoc scriptũ est fecisse illos qui Ioannem in deserto Iordanis interrogauerunt Ioan. 1. quis esset. Ca. 30.

Vñ hoc exẽplũ ad rẽ de qua agit omnino nõ pertinet, magis Apostolica illa sentẽtia satis hãc incutit curã vbi ait, Probentur 1. Ti. 3. primũ, & sic ministrẽt nullũ crimen habentes. Quod cũ solicite ac de more vtrobique penè ab omnibus fiat, vñ tã multi reprobi post tps gestæ dispensationis huius inuenti sunt, nisi qa & humana diligentia plerunq; fallit, & nõnulli primũ boni in deterius cõmutant? Quæ cũcta crebro accidunt, vt dis M simulare ac obliuisci neminẽ sinãt, quid ẽ, qđ cõtumelioſe nos docet Petilianus breuiter à baptizãdo discutiendũ esse baptistã, qm̃ q̃rimus, vñ sit accipiẽtis abluẽda cõscientia, cũ maculosa non sancte dantis occulta est, si conscientia sancte dãtis attenditur q̃ abluat accipientis. Quia intelligo te, inq̃t, ignorare ordinẽ sacramẽti, hoc tibi breuiter dico, & tu baptistã discutere, & ab eo discuti debuisti. O mihi respõde, circũstat. n. in tam multis locis tanta hominũ multitudo q̃ baptizata est ab eis, qui cum prius iusti & casti viderentur, postea nudatis criminibus conuicti atq; deiecti sunt, & se putat euadere huius interrogationis violentiam, q̃ quærimus, uñ abluat accipientis cõscientia, qñ maculosam non sancte dantis ignorat, si conscientia sancte dãtis attendit q̃ abluat accipientis, quia breuiter discutiendus esset baptista, Nihil infœlicius q̃ non cõsentire veritati, qua ita quisq; concluditur vt exitum inuenire non possit. Quærimus à quo accipiat fidem qui nesciens à perfido baptizatur. Respondetur, discutere debuit baptizatorem suũ. Ergo quia non discutit eũ & fidẽ nesciens sumit, à pfido, non fidem pcipit sed reatũ. Cur itaq; nõ denuo baptizantur, quos à pditis atq; cõuictis, eum ad huc laterent, baptizatos esse constiterit? Ca. 31.

Et vbi est, inquit, qđ addidi, sciẽs, vt non dicerẽ, q fidẽ à pfido sumpserit: sed, qui fidem sciens à perfido sumpserit, non fidẽ pcipit sed reatũ? Percipit ergo fidẽ non reatũ,

qui nesciens sumpsit à pfido,& ideo quæro vnde perceperit. Vbi coarctatus rñdet, Discutere debuit: Esto,debuit, nõ fecit aut nõ valuit. Quid de illo censetis? Ablutus est an non? Si ablutus est,quæro vnde. Non.n. eum maculosa non sancte dantis conscientia quã nescruit abluere potuit,Si autem nõ est ablatus,iubete vt abluatur. Nõ iubetis, ergo ablutus est. Dicite vnde? dicite saltem vos quod ille nõ dixit. Eadẽ quippe verba propono, quibus rñdere non potuit. Ecce stat perfidus baptizaturus,at ille qui baptizandus est pfidiã eius ignorat,quid eum accepturum esse arbitramini,vtrũ fidẽ an reatum? Sufficiunt adhuc proposita,rñdete aut quærite diligenter quid ille rñderet: Inuenietis ẽt conuicta cõuitia. Culpat.n.me q̃si deridens,q̃ verisimilia proponam,qui non
B videam veritatem. Repetitis ẽt uerbis meis & dimidiata sentẽtia,dicit,inquit, Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat. Deinde subiungit, Quis est iste? aut vnde prosiliuit? Quasi vnus sit aut duo,& non talibus utrobique plena sint omnia. Quid ex me q̃rit quisnam sit iste,aut vnde prosiliat,ac nõ potius circumspicit & videt raras esse Ecclesias vel in urbibus vel ruribus, quæ non habeant in crimínibus detectos,& à clerica tu deiectos homines cum laterent, bonosq; se videri vellent cum mali essent, & castos
Sapiẽ. 1. putari cum essent adulteri? Nẽpe ficti erãt, nempe spiritussanctus eos,sicut scriptũ est, fugiebat. Ex istorum ergo adhuc latitantiñ. turba prosiliuit ille perfidus quẽ proposui, quid ex me quærit vnde prosiliuerit, claudẽs oculo aduersus tantam turbam, vnde si soli cõsiderentur qui conuinci deiiciq̃ potuerunt,sonitus eorum sufficit cæcis.

Ca. 32. Quid quod etiam ipse posuit in Epistola sua, quod vult de duobus adulterijs apud nos conuictum & abiectum à nostris esse susceptum? Quid ergo sine huius præiudicio dixerim qui causam suam bonam uel probauit vel persuasit? Tales apud uos nondũ
C detecti cum baptizant,quid ab eis accipitur, fides an reatus? Non vtique fidẽ, quia non habent conscientiam sancte dantis,quæ abluat accipientis. Sed nec reatus propter illud additum uerbum: Nam qui fidem scies à perfido sumpserit,non fidem percipit sed reatum. Ab istis autem cum baptizarentur homines, quales fuissent vtique nescierunt, p[osse] non ab eis accipere fidem,

quia non habebant conscientiam sancte dãtis,non accipiendo etiam reatum, quia non scientes sed nescientes eorum crimina,baptizati sunt sine fide & sine reatu remanserũt. Non sunt ergo in numero taliũ flagitiosorum,sed nec in numero possunt esse fidelium: Quia sicut nec reatum, ita nec fidem ab eis accipere potuerunt. At eos in numero fidelium à uobis cernimus deputari, nec censere quenquam vestrum vt baptizentur, sed reatum habere q̃ baptizati sunt. Acceperunt itaque fidem, nec tamen ab eis acceperunt, qui nõ habent conscientiam sancte dantis,quæ ablueret accipientis: Vnde ergo acceperunt?

Hinc satago,hoc vrgẽter interrogo, hoc Ca. 3
vt rñdeatur vehementissime flagito. Inspicite nunc Petilianum ne hoc rñdeat, vel ne hoc respondere non potuisse deprehensus appareat,p nostras cõtumelias inaniter cua D
gari criminantẽ & nihil probantem, & vbi forte conatur ,p causa quasi pugnaciter resistere,vbique facillime superari. Ad hoc tñ vnũ omnino nihil rñdere qd quærimus,si conscientia sancte dantis attendit q̃ abluat accipientis,vñ abluẽdus sit q̃ accipiebat baptismum,cũ dãtis polluta cõscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat. His.n. verbis ex Epistola mea commemoratis,p posuit me interrogantem, & se ostendit nihil respondentẽ. Cum.n.dixissẽt ea,quę iã recolui, & in quibus eum ostendi ad id q̃ interrogatu non rñdisse: cumq; magnis angustijs coarctatus,coactus esset dicere,discutiendum esse baptistam à baptizando,baptizandum è baptista,cumq; id exemplo Ioannis si forte inueniret negligentissimos vel imperitissimos auditores astruere tentauisset,adhibuit alia testimonia de scripturis adrem nõ pertinentia, quòd Philippo dixerit Eunuchus,Ecce aqua,quis prohibet me baptizari? quia sciebat,inquit, perditos prohiberi, & quòd ideo Philippus eum baptizari non vetuit, quia eum legentem probauerat quomodo crederet Christũ. Quasi prohibuerit Simonem Magum, & q̃ Prophetæ falso baptismate decipi timuerũt: Et ideo dixerit Esaias, Aqua mendax non habet fidem: velut oñdens apud p̃fidos homines aquam esse mendacem, cũ hoc nõ Esaias sed Hieremias de hominibus mendacibus dixerit, figurate aquam populum appellans, qd in Apocalypsi manifestissime demõstratur: Et q̃ Dauid dixerit, Oleũ peccatoris non

non vngat caput meum: cum ille hoc dixerit de adulatione assentatoris fallaci laude decipientis, vnde laudati caput in superbiã crescat. Quem intellectum aperiunt verba in eodem Psalmo p̃missa superius: Sic.n. ait, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleum aũt peccatoris non impinguet caput meum. Quid hac sententia clarius,quid euidẽtius? Mauult enim se aspera emẽdatione iusti argui misericorditer vt sanetur,quã lenibus blanditijs vngi vt inflẽt.

Cap.34 Commemorat Petilianus & Apostolũ
1.Ioã.4 Ioannem monuisse, ne omni spiritui credatur, sed probentur spiritus, si ex deo sunt: quasi ad hoc adhibeatur ista diligentia, vt nunc ante tempus frumentũ à palea separe
Mat.13. tur, ac non potius ne frumentũ à palea decipiatur, Aut vero etiam spiritus mendax si aliquid vere dixerit,ideo negandum est, q̃a
F hoc detestandus spiritus dixit. Quod quis-
Mat.16. quis arbitratur tam demens est, vt forte cõ-
Marc.1. tendat Petrum non debuisse dicere, Tu es Christus filius dei viui: quia tale iam aliqd dæmones dixerant. Cum ergo baptismus Christi siue per iniquum, siue per iustũ ministratus, nihil aliud sit, q̃ baptismus Chri, ab homine cauto bono fideli iniquitas hominis est vitanda,non dei sacrãmento damnanda. In his certe omnibus non respõdet Petilianus: Si conscientia sancte dantis attẽditur, quæ abluit accipientis, vnde sit abluẽdus qui accipit baptismum, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat. Collega eius à Thubur Sicubere quidam Cyprianus, cũ turpissima fœmina in lupanari deprehẽsus, & Primiano Carthagine oblatus atq; damnatus est: Iste quanq̃ baptizabat, anteq̃ detectus & abiectus esset, non vtiq; habebat conscientiã sancte dantis, quę abluere accipientis, vnde igitur abluti sunt qui hodie illo damnato non vtique rursus abluuntur? Nõ erat necesse vt hominem nominarem, nisi Petilianus iterum diceret, Quis est iste aut vnde prosiliuit? Cur ittum baptistã nostri nõ discusserũt, sicut Ioannes Petiliano ita sentiẽte discussus est? An & discusserunt quãtum homines hominem potuerunt, sed astuta fi-
G ctione latitantem diu non inuenerunt.
Cap.35. Huiusne aqua non erat mẽdax, aut oleũ fornicatoris est oleũ peccatoris? an quod ea tholica dicit & verũ est, & illa aqua & illud oleũ non eius erat à quo ministrabatur, sed cuius ibi nomen inuocabãt? Cur illi qui ab isto ficto & occulto baptizabantur, non ,p babant spiritũ quia ex deo nõ erat? Spús.u. sanctus disciplinæ fictũ fugiebat. An & illũ Sapiẽ. 1
fugiebat & sua sacramenta, quanuis per eũ ministrata non deserebat? Postremo q̃n illos non negatis ablutos, quos illo damnato non curatis abluendos, videte si tot nebulis multipliciter offusus, vllo loco Petilianus respondet,vñ isti abluti sint,si cõsciẽtia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipiẽtis, quã latens immundus habere non potuit. Nihil ergo ad hoc rñdens quod ab eo tam instanter inquiritur deinceps ẽt sibi loquẽdi latitudinẽ comparans,cũ hæc inquit, & Prophetæ & Apostolus caute timuerint, qua fronte tu dicis q̃ bene credentibus sanctum est baptisma peccatoris, quasi ego vel quisquis catholicus peccatorum baptisma esse dicat, qd̃ peccatore ministrante tradit H
vel accipitur,& non illius in cuius credens Mat.27.
nomine baptizatur? Inde etiam excurrit in Iudam traditorem, & dicit in eum quicqd potest,adhibẽs testimonia prophetica, quæ de illo tanto ante præmissa sunt, tanquam Ecclesiam Chri toto orbe diffusam, cuius causa in hac quæstione versatur, Iudæ traditoris impietate perfundat, non considerans q̃ vel hinc debuit admoneri, tam non esse dubitandum illam esse Ecclesiã Chri quæ in omnibus gentibus dilatatur, quoniam hoc tanto ante veraciter prophetarũ est, quã non est dubitandu ab vno ex discipulis tradi oportuisse Christum, quoniam Psa.105.
& hoc similiter prophetatum est. Cap.36

Sed plane post hæc Petilianus vbi ad nostrum illud venit obiectum,q̃ Maximinianistarum baptismũ quos dãnauerat susceperunt, quanuis in huius quæstione propositionis suis verbis, quã meis vti maluerit. Neq;.n.nos dicimus prodesse nobis debere baptismum peccatorum, quem non solũ peccatorum, sed nullorum omnino hominum dicimus, qui eum Chri esse cognoscimus. Ita quippe proposuit. At.n.pertinaciter asseueras, inquit, quia debet vobis prodesse baptismum peccatorum, ,p pea quia & I
nos,vt dixisti, reorum quos iuste damnauimus baptismum conseruamus. Vbi ad hanc quæstionem veni vt dixi, omnis etiam simulata pugna defecit. Quò iret, quã exiret, quo aditu perseruato aut molito vel clanculo euaderet vel vi erumperet non inuenit,licet hoc,inquit,secundo libro demõstrem quantum inter nostros interfit & ve

ros quos dicis innocentes, tamẽ interim vos prius à collegarũ vestrorũ criminibus, q̃ nostis eripite, & sic de ijs quos obijcimus exquirite rationem. AVG. Sic respõdeat quisquã hominũ, sic respondeat, nisi q̃ veritati aduersatur, contra quã non venit quid respõdeat? Si ergo nos eadẽ verba dicamus, interim vos prius à collegarũ vestrorũ criminibus quæ nostis eripite, & sic nobis de his quos putatis apud nos malos nullũ crimen obijcite, vtriq; vicimus, an victi sumus? Imò vero ille vicit p̃ Ecclesia sua & in Ecclesia sua q̃ nos docuit in scriptura sua, vt nemo glorietur in homine, & vt q̃
2.Co.1. gloriatur in domino glorietur. Ecce.n. nos qui cũ veritatis eloquia dicimus, nõ iustificari credẽtẽ ab homine à quo baptizatur,
Rom.4. sed ab illo de quo scriptum est, Credẽti in eũ q̃ iustificat, impium deputatur fides ad iustitiam, q̃m non gloriamur in homine, nitimurq; donãte ipso cum gloriamur, in
K dño gloriari, quoniam securi sumus quic quid de quibusdã nostræ communionis hominibus erroris aut criminis probare potuerit. Apud nos.n. quicunq; mali vel penitus latent, vel quibusdã noti p̃p bonos, quibus ignoti sunt, & apud quos conuinci non possunt, propter vnitatis & pacis vin-
Ephe. 4. culum tolerantur, ne cum zizanijs eradice
Matt. 13 tur & triticum, ita malitiæ suæ sarcinã por-
Gala. 6. tant, vt eam cum eis nemo communicet, nisi quibus eorum iniquitas placet. Neq;.n. metuimus ne quos baptizant iustificari nõ possint, cum illi in eum credant qui iustificat impios, vt deputetur fides eorum ad iu-
Rom.4. stitiam.
Cap.37. Proinde apud nos nec ille quem dixit à vobis propter Sodomitarum crimen abiectum, & in locum eius constitutum alterũ, & rursus ipsi nostro collegio redditum, ne scitus quid loquatur, nec ille quẽ apud nos penitentem fuisse commemorat, quocunq; mõ eorum causæ defendi siue possint siue non possint aliquid præiudicant Ecclesiæ dei quæ per oẽs gentes diffunditur, & crescit in mũdo vsq; ad messem, in qua si vere mali sunt quos accusatis, nõ iam in illa, sed
J in paleis eius sunt. Si vero boni sunt, cũ eos iniquis criminationibus infamatis, ipsi velut aurum probantur vobis in paleæ similitudinem ardentibus, alienis tã peccatis non maculatur Ecclesia, quæ secundum fidelissimas prophetias toto terrarum orbe dilata-
ta hãc seculi tanq̃ littus expectat, quo pdu-

cta careat piscibus malis, cum quibus intra eadem dominica retia, quandiu separari ab eis impatienter non debuit, naturæ incommoditas fieri potuit innocenter. Nec propterea tamen Ecclesiastica disciplina negligitur à constantibus & diligentibus & prudentibus dispensatoribus Christi, vbi crimina ita manifestantur, vt nulla possint p̃ babili ratione defendi. Extant innumerabilia documenta in eis, qui vel Episcopi vel alterius huiuscemodi gradus clerici fuerunt, & tunc degradati vel pudore in alias terras abierunt, vel ad vosipsos, aut ad alias hæreses transierunt, vel in suis regionibus noti sunt, quorum tanta est multitudo dis-
p̃ sa per terras, vt si eam Petilianus refrenata paululum maledicendi temeritate cogitaret, nequaquam caderet in tam aperte falsam vanamq; sententiam, qua dicendum nobis putaret: Nemo vestrum est innocẽs, M
vbi reus nemo damnatur. Cap.

Vt enim alios omittam diuersis terris habitantes, vix enim alicubi deest hoc genus hominum, quo appareat iniquos præpositos ac ministros, & in catholica Ecclesia solere damnari, Mileuitanum Honorium de proximo potuit intueri. De Splendonio vero quem diaconum in catholica damnatũ, & à se rebaptizatum presbyterum fecit, cuius in Gallia damnationem ad nos à fratribus missam collega noster Fortunatus ibidem apud Constantinam publice legẽdam proposuit, & quem postea idem Petilianus horrendas eius insidias expertus abiecit. De hoc ergo Splendonio quando non potuit commoueri quemadmodum mali & in catholica degradentur, miror in quo temeritatis præcipitio cor habebat cum ista dictaret, vbi ausus est dicere, Nemo vestrum est innocens, vbi reus nemo damnatur. Quamobrem permixti corporaliter, separati spiritaliter in catholica mali, & quando humana conditione ignorantur, & quando disciplinæ consideratione damnantur, Gall.
suas sarcinas portant. Ac per hoc illi securi sunt, si eorum peccatis imitatione & consensione non communicant quicunque per eos Christi baptismo baptizantur, quia & si per optimos baptizarentur, non nisi ab illo qui iustificat impiũ iustificarentur. Credẽ tibus quippe in eũ qui iustificat impiũ, de-
putatur fides ad iustitiam. A Rom. Cap.

Vos aũt cũ obijciunt vobis Maximianistæ trecentorũ & decẽ cõcilij sententia dãnati

nati eodem concilio tot pro consulibus & tot gestis municipalibus allegato oppugnati de basilicis quas tenebãt per iussa iudicũ & ciuitatum auxilia pturbati, rursus a vobis cum eis quos extra cõionem vestram baptizauerant, sine vlla baptismi q̃stione susceptis & honorati, q̃d rñdeatis non inuenitis: Sententia q̃ppe vincimini, nõ vera, sed vra, qua contenditis in eadem cõionem saramẽtorũ, alios aliorũ perire criminibus, & talẽ quemquam esse, qualis est hõ a quo
Nu. 16. fuerit baptizatus, si nocẽs nocentẽ, si innocens innocentẽ. Quæ si vera sunt, vt alios innumerabiles omittã, Maximinianistarũ certe quorũ scelus vsq; ad illorũ similitudinẽ quos viuos terra sorbuit, in tã numeroso concilio vri exaggerarũt, vos crimina p̃diderũt. Si aũt Maximinianistarũ crimina vos nõ p̃diderũr, falsa sũt q̃ ita sentis, &
Galat.6. multo minus nescio q̃ non p̃bata crimina
B Ac p̃ hoc sicut scribit Apost. Vnusquisq; sarcinã suã portat: & nullius est baptismus Chri nisi Chri, & frustra promittit Petilianus ex hoc q̃d de Maximinianistis intẽdimus, in sẽdo libro esse dicturũ, nimis male sentiẽs de eordibus humanis, quasi non intelligant eum non habere quid dicat.
Cap.40. Nã si baptismus quẽ Prætexatus & Felicianus in Maximiniani cõionem ministra uerũt, illorũ fuit, cur a vobis in eis quos baptizauerũt, tanq̃ Chri susceptus est? Si aũt vere Chri est, sicuti est, nec eis p̃desse possit, q̃ eũ cum scelere schismatis habuissẽt, quid vos potuisse dicitis p̃stitisse illis quos cũ eodẽ baptismo suscepistis, nisi vt p̃ vinculũ pacis deleto crimine sceleratæ diuisionis, nõ cogerent sãcti lauacri sacrm accipe quasi nõ hrent, sed sicut erat antea p̃nicio-
sum, ita illis iam vtile esse incipet q̃d habe rent. Aut si hoc eis in vra cõione p̃stitũ nõ ẽ, qa nec p̃stari schismaticis apud schismaticos posset, hoc tũ vobis in catholica cõione præstat, nõ vt baptismũ accipiatis quasi desit vobis, sed vt ipse quẽ accepistis prosit vobis. Oia q̃ppe sacra Chri non ad salutẽ, sed ad iudicium hũr sine charitate vnitatis
C Chri. Sed qa nõ vera, sed vra sententia est, nescio p̃ quorũ baptismũ iraditorẽ perijsse Christi baptismũ de orbe terrarũ, merito non inuenietis q̃d rñdeatis de recepto baptismo Maximinianistarũ. Videte itaq; & vigilãtissime memẽtote quẽadmodũ Petil. nec ad eaipsa rñderit q̃ sibi ita proponit, vñ.

aliq̃d loqui videat. Illud aũt olim dimisit omnino, nec vobis dicere voluit, qa vtiq; nõ potuit, nec vsq; ad finem voluminis sui aliqñ dicturus ẽ q̃d ex primis partib9 Epistolæ meæ, quasi refellẽdũ cõmemorauit. Additis q̃ppe ẽt duobus verbis q̃ me subtraxisse quasi fortissima sua munimẽta iactauit, nihilominus imminutus iacẽs, nõ inueniens q̃d rñdeat cũ q̃rit, si conscientia sãcte dãtis attẽdit, q̃ abluat accipiẽtis, vũ sit eius abluẽda cõscientia, q̃ pollutã cõscientiã non sãcte dãtis ignorat, & si quis fidẽ sciẽs a p̃fido sũpserit, non fidẽ percipit, sed reatũ, vnde fidẽ accepturus sit non reatũ, qui nesciens baptizat a p̃fido? Ad hoc.n. iamdiu ex quo loquir, nihil rñdisse manifestũ ẽ. Deinceps Augusti
prexit ore maledico in vitupationẽ mona nus mo-
steriorum & monachorũ, arguens ẽt me q̃ nacorũ
hoc genus vitæ a me fuerit institutum: Q̃d institu-
genus vitæ omnino quale sit nescit, vel potius toto orbe notissimũ, nescire se fingit, tor.
inde asserẽs me dixisse Chrm esse baptistã. D
Subiecit ẽt quædã verba ex Epistola mea, quasi hoc ex mea sententia dixerim, q̃d ex vra & ipsius dixi, & copiosissima atrocitate inuectus est, quasi in me qui hoc dixerim cũ illa quã rephendit nõ sit mea, sed ipsius & vra srntẽtia, q̃d paulopost dilucide quã tum valuero demõstrabo. Deinde conatus est nos docere multis & supfluis verbis, q̃ non Chrs baptizet, sed in eius nomine baptizet, simul & Patris & Filij & Spũssancti, de qua ipsa Trinitate dixit vel q̃d noluit vel q̃d potuit, Chrm esse mediũ Trinitatis. Inde de nomine Simonis & Variæ magorũ ingessit nobis quas ei libuit cõtumelias. Inde Optati Camigadensis causam pedetentim suspendens, ne illius pfundere tur inuidia, non se nec suos de illo iudicare potuisse, & in eoipso nos insimulãs, & ille meis suggestionibus pressus sit. Postremo conclusit Epistolam suos exhortãs & monens ne decipiantur a nobis, & nostros dolens quòd eos peiores quam fuerant fecerimus.

His igitur diligenter consideratis atque Cap. 41.
discussis, q̃ ex ea ipsa Epistola quam scripsit, satis dilucide apparet: Petilianus non
E respondit omnino ad hoc q̃d in Epistola mea primitus posui, si quemadmodũ dicit, conscientia dantis, vel potius vt addam q̃d magnum firmamentum putat, si cõscientia sanctæ dãtis attenditur, quæ abluat accipiẽtis, vnde abluendus sit qui accipit baptis-

mum:

mũ,cum si dãtis cõscientia polluta est, acce
pturus ignorat. Vñ nõ mirandum est ho
minẽ p falsitate resistentẽ pressum,contra
venientis veritatis angustias insana potius
anhelasse cõuitia,q̃ cũ illa q̃ vinci nõ pt am
bulare uoluisse. Núc iã obsecro paucis ani
mũ intẽdite, vt vobis quod timuerit vt ad
hoc nõ rñderet euidẽter oñdã,& qđ obscu
rare conatus ẽ,in lucẽ proferã. Poterat vti
que nobis q̃rẽtibus vñ abluẽdus sit q accí
pit baptismũ cũ dãtis polluta cõsciẽtia est,
& hoc ille q est acceptur ignorat, facilli
me rñdere,à dño deo,& omnino fidentissi
me dicere,prorsus deus abluit accipiẽtis cõ
sciẽtiã,qñ maculosam nõ sancte dãtis ignor
rat, sed hõ q iã sectæ vestræ intẽtione coa
ctus furat mũdationẽ accipiẽtis in consci
tia dãtis ponere,qppe qui dixerat, Conscĩ
tia nanq; dãtis vel sancte dãtis attenditur,
quæ abluat accipientis,timuit ne melius hõ
baptizari videretur ab occulto homine ma
F lo q̃ à manifesto homine bono: Túc.n.non
è conscientia sancte dantis hominis, sed ab
ipsa excellẽtissima dei sanctitate esset abluẽ
dus. Hoc ergo metuens, ne tãta eũ sequere
tur absurditas vel potius demẽtia,vt qua fu
geret nesciret,noluit dicere unde sit accipiẽ
tis abluenda consciẽtia, quando maculo
sam conscientiã non sancte dantis ignorat,
& litigioso strepitu cũcta perturbans occul
tare maluit quid ab eo q̃reretur q̃ hoc rñde
re quærenti unde statim suffocaretur,nun
quã tñ putans ab hominibus bene cordatis
legi posse literas nras, aut ab eis legi suas q
legissent & meas,quibus rñdere se finxit.

Ca. 42. Nã hoc qđ mõ dixi in illa ipsa Epistola
mea cõtra quã scribendo nihil dixit,euidẽ
tissime positum est, & q̃d ibi egerit q̃so pa
rumper aduertite,& quãuis illi faueatis nos
q̃ oderitis,si potestis æquo animo tolera
te. Quia.n.prior Epistola sua cuius primis
partibus q̃ solæ in manus nostras túc vene
rant primo respõderã, ita spẽ baptizãdi ho
minis in homine baptizante posuerit, vt di
ceret, Omnis res.n.origine & radice consi
stit:& si caput nõ habet aliquid, nihil est.
Quia ergo hoc Petilianus dixerat, non a-
Supra li. liud volens intelligi originem & radicẽ &
1.cap.4. caput baptizandi hominis, nisi hominem à
& lib. 1. quo baptizaretur,subieci ego & dixi Quæ
Cap. 5. rimus itaque nos cũ ille baptizator, perfi-
G dus latet, si túc ille quem baptizat fidẽ per-
Supra li. cipit noui reatum, si tunc ei non est bapti-
zator eius origo & radix & caput, quis est
à quo accipit fidem? vbi est origo de qua ori
tur,vbi radix vnde germina, vbi caput vn
de incipit? An forte cũ baptizãtẽ perfidum
ille qui baptizatur ignorat,tunc Chrs dat fi
dem, túc Christus est origo & radix & ca
put? Hoc ergo & nũc dico & exclamo,sicut
etiã illic exclamaui, O humana temeritas
& superbia, cur non finis potius vt semper
Christus det fidẽ, Christianum dãdo factu
rus? Cur non finis ut semper sit Xps origo
Christiani,in Xpo radicẽ Christianus infi
gat. Xps Christiani sit caput? Neq; .n. etiã
cũ p sanctũ & fidelẽ dispensatorem gratia
spiritalis credentibus impartitur, dispensa
tor ipse iustificat,ac nõ ille vnus de quo dic
tum est,q̃ iustificat impiũ. Aut vero Apo
stolus Paulus erat caput & origo eorum
quos plantauerat, aut Apollo radix eorum
quos rigauerat,ac nõ ille q eis incrementũ
dederat,cũ idem dicat, Ego plãtaui, Apollo
rigauit,sed deus incrementũ dedit. Itaq; ne
que q plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed
qui incrementum dat deus? Nec radix eorũ
erat ipse, sed ille potius q ait, Ego sum ui
tis, uos estis sarmenta. Caput etiam eorum
qũo esse poterat,cũ dicat nos multos vnum
esse corpus in Christo, ipsumq; Christum
caput esse vniuersi corporis,pluribusque lo
cis apertissime prædicet.

Quapropter siue à fideli siue à pfido di
spẽsatore sacramẽtũ baptismi quisq; p̃cipiat
spes ei omnis in Christo sit, ne sit maledi
ctus omnis qui spem suã ponit in homine.
Hoc ego in Epistola priore cum Petiliano
responderem,puto quia & dilucide & vera
citer posui. Hoc ẽt nũc cõmemoraui,illud
insinuans atq; cõmendans,vt omnino spes
nostra non sit in homine, deumq; Christũ
mundatorem,iustificatorem hominum esse
credamus, credẽtium in eum qui iustificat
impium,vt deputetur fides eorum ad iusti
tiã, siue ille homo sit sanctus qui ministrat
baptismum, siue impius & fictus quem fu
giat spiritussanctus. Túc deinde subdidi, si
aliter esset, quanta consequeretus absurdi
tas,& dixi quod & nunc dico. Alioquin si
talis quisque in gratia spiritali renascitur,
qualis est ille à quo baptizatur,& cum ma
nifestus est qui baptizat homo bonus, ipse
dat fidem, ipse origo & radix eaputq; nasce
tis est. Cum aũt latet pfidus baptizator,túc
quisq; à Christo percipit fidẽ,túc à Xpo du
cit originem, túc in Christo radicatur,túc
Chro capite gloriatur,optãdum est ab om-
nibus

nibus qui baptizantur,vt baptizatores per
fidos habeant & ignorent eos: Quãlibet.n.
bonos habuerint, Chrs est vtiq; incompa
rabiliter melior, qui tunc erit baptizati ca
put si perfidus lateat baptizator. Quod si
dementissimum est cedere,semper.n.Chrs
Rom.4. iustificat impium,faciendo ex impio Chri
stianũ,semp à Christo p̃cipitur fides,sem
per Chrs est origo regeneratorum & caput
Ecclesiæ, quid habent ponderis illa verba
q̃ vani lectores non attendunt quid intus
habeant,sed tñ quemadmodũ sonent? Hæc
Cap.44 tunc dixi, hæc in illa mea Epistola scripta
Supra l. sunt. Deinde paulopost quoniã ille dix-
2.17.ct.8 rat,Quæ cum ita sint fratres quæ potest es-
Mat. 7. se peruersitas, vt qui suis criminibus reus
est,alium faciat innocentẽ, dicente domino
Iesu Chro, Arbor bona, bonos fructus fa
cit: Nunquid colligũt de spinis uuas? Et ite
Mat. 12 rum, Omnis homo bonus de bono thesau
ro cordis sui profert bona,& omnis hõ ma
lus, de thesauro cordis sui profert mala.
K Quibus verbis Petilianus satis apertissime
ostendit tanq̃ arborẽ accipiendũ eum ho
minem qui baptizat & tanq̃ fructũ eum q
baptizatur. Ad hęc ego rñdeã,Si arbor bo
na bonus baptizator est,vt fructus eius bo
nus sit ille quem baptizauerit, quisquis ab
homine malo etiã non manifesto fuerit ba
ptizatus,bonus esse non poterit,de mala q̃p
pe arbore exortus est. Aliud est.n.arbor bo
na,aliud arbor occulta, sed tñ mala. Quid
aliud his verbis intelligi volui,nisi qđ pau
lo superius posueram arborem & fructum
eius,non eum qui baptizat & eũ qui bapti
zatur,sed hominẽ arborem, fructũ vero e
ius opus & vitã eius accipi debere,quã sem
per habet bonam bonus, & malam malus,
ne illa sequatur absurditas, vt malus sit hõ
etiam ab occulto malo homine baptizatus
tanq̃ fructus arboris,quãuis occultæ sed tñ
malæ: Cõtra quod ille nihil omnino rñdit.

Ca. 45. Sed ne diceret, siue ille siue aliqs vestrũ,
cũ quis occultus malus est qui baptizat,túc
non esse fructum eius illum quẽ baptizat,
sed fructum Chri,cõtinuo subiecit, quãuis
vesanus error etiã istam sententiã cõsequa
tur,& repetiui illud, licet alijs verbis,quod
L pauloante dixeram, Si cũ occulta est arbor
Supra l. mala,quicunq; ab illa fuerit baptizatus, nõ
1.cap. 8. de illa,sed de Christo nascitur,sanctius iu-
in fine. stificantur qui baptizant ab occultis malis,
quã qui baptizantur à manifestis bonis. Pe
tilianus ergo his tam vehementius coarcta-
tus angustijs, tacuit superiora ex quibus
ista pendebant, & hæc absurda quæ illius
cõsequuntur errorẽ, ita cõmemorauit in re
sponsione sua, quasi hæc ex mea sententia
dixerim, quæ ideo dicta sunt vt attẽderet
quantũ mali sequeretur eius sentẽtiam, &
eam mutare cogeretur. Hãc ergo fraudem
audientibus vel legentibus faciens, & om
nino desperans legi posse quæ scripsimus,
cœpit in me grauiter & petulanter inuehi,
tanq̃ ego sensissem optandum esse omni- Supra l.
bus qui baptizantur, baptizatores perfidos 1.cap.9.
habeant & ignorent eos, qm̃ quamlibet bo
nos habuerint, Christus est incomparabili
ter melior, qui tunc erit baptizati caput, si
perfidus lateat baptizator. Itẽ tanquã ego
sensissem, sanctius iustificari eos qui bapti
zantur ab occultis malis,q̃ qui baptizantur
à manifestis bonis,cum hæc mirabilis insa
nia ideo à me commemorata sit, quia illos
necessario sequitur qui cum Petiliano sen
tiunt,sic esse hominẽ baptizatum ad bapti
zatorem suum, quemadmodum est fructus M
ad arborem de qua nascitur,bonus de bona,
malus de mala, quibus cum dixerimus vt
rñdeant cuius arbitrentur fructũ esse homi
nem baptizatum qñ ab occulto malo bapti
zatur,qm̃ non audent eum rebaptizare, co
guntur rñdere,túc eũ nõ esse fructũ occul
ti illius mali,sed esse fructum Chri, ac per
hoc sequitur eos qđ volunt, & quod senti
re demẽtis est,quia si homo tũc est fructus
hominis baptizatoris sui,qñ à manifesto bo
no baptizatur, cum vero baptizatur ab oc
culto homine malo, túc non ipsius fructus,
sed Christi est,sanctius iustificantur q bap
tizantur ab occultis malis,q̃ qui baptizan
tur à manifestis bonis.

Quod cũ mihi Petilianus tribuẽs tanq̃ Cap. 46.
hoc ego senserim, satis in me grauiter ac ve
hementer inuehit,ipse vtiq; demonstrat ea
ipsa grauissima inuectione sua,q̃tũ nephas
sit ista sentire,ac per hoc q̃quid pp istam
sentẽtiã in me dixisse videri voluit, in scip
sum dixisse inuenitur, quia talia sentire cõ
uincitur. Ibi.n.oñdit quanta vi veritatis su
peratus sit,vbi aliũ exitũ nõ inuenit,nisi vt
me sensisse fingeret,qđ ipse sentit, quemad
modũ si illi quos Apostolus arguit,q̃a dice
bãt nõ esse resurrectionẽ mortuorum,eun
dem Apostolum accusare vellent,qñ dixit,
Neq; Chrs resurrexit, & inanẽ esse prædi- A
cationẽ Apostolorum,inanẽ ẽt fidẽ creden 1.Co.15
tiũ,falsoq; inueniri testes aduersus deũ, q.
dixissent:

dixissent q̃ suscitauerit Christũ. Hoc mihi Petilianus facere voluit, desperans legi posse quæ scripsi, quibus respõdere nõ potuit, & putari se rũdisse magnopere concupiuit. Sed quemadmodum si quispiam illud fecisset Apostolo, recitato vniuerso ipso loco ex eius epistola, redditisq; superioribus verbis ex quibus ista pendere quisquis legit intelligit, omnis illa calumniosa reprehensio in frontem reprehendentiũ relideret. Sic reddidis ex Epistola mea superioribus, dum me Petilianus accusat in eius faciem, vnde illa conatus est remouere, maiore impeto retorquentur. Apostolus.n. redarguens eos qui negabant resurrectionem mortuorum, ista absurditate corrigit quæ inuitos sequitur talia sentientes, vt dum exhorrent quod nephas est dicere, corrigãt quod ausi sunt credere. Proinde ita dicit, Si resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit: si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vana est & fides vestra: Inuenimur autem & falsi testes dei, qm̃ testimonium diximus aduersus deum, quia suscitauit Christum quem nõ suscitauit: vt cum timeant dicere Christum non resurrexisse, & cætera mala ac nepharia quæ sequũtur, corrigant quod stulte infideliterq; dixerunt non esse resurrectionem mortuorum. Si ergo tollas quod in capite ratiocinationis huius est positum: Si resurrectio mortuorum non est: male cætera dicta sunt & Apostolo tribuenda, Si autem reddas vnde pendent & in exordio constituas, Resurrectio mortuorum non est: recte consequent̃, Neq; Christus resurrexit, & inanis est prę dicatio nostra, inanis est & fides vestra, & cætera quæ connexa sunt: Et hæc omnia ab Apostolo bene & prudenter dicta sunt, qm̃ quicquid mali habent, illis imputandum est qui negabant resurrectionem mortuorum.

1.Co.15.

B

Supra.l. 1.cap.6.

Sic etiam in Epistola mea, tolle quod positum est: Si talis quisq; in gratia spiritali renascitur, qualis est ille a quo baptizatur, & cum manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat finem, ipse origo & radix caputq; nascentis est: Cum autem latet perfidus baptizator, tũc quisq; a Christo pcipit fidem, tunc à Chro ducit originem, tũc in Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur, tolle ista vnde pendet quod sequitur. & valde pessime dictum mihiq; tribuendũ

C

est: Optandum est omnibus qui baptizant̃ vt baptizatores perfidos habeãt & ignorẽt eos: Quamlibet.n. bonos habuerint, Chs est vtiq; incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Reddantur autem illa quæ vos dicitis, tunc iam hoc quod inde pendet & religatum sequitur, nõ à me sentiri inuenitur, & quicquid mali habent in vestram sententiã retorquetur. Item tolle quod positum est, Si arbor bona, bonus baptizator est, vt fructus eius bonus sit ille quem baptizauerit, & si cum occulta est arbor mala, quicunq; ab illa fuerit baptizatus, non de illa, sed de Christo nascitur, tolle ista quæ cogimini, & ex vestra secta & ex Petiliani Epistola confiteri, & meum erit ac mihi imputandum illud insanum quod sequitur, Sanctius iustificantur qui baptizantur ab occultis malis, q̃ qui baptizantur à manifestis bonis. Redde autem illa ex quibus hoc pendet, continuo videbis & me hoc ad eos corrigendos recte posuisse, & totum quod vobis in hac sentẽtia merito displicet, in vestram faciem recidisse.

Supra

Proinde quẽadmodũ illi q resurrectionẽ mortuorũ negabãt, nullo mõ se defendẽret a tãtis malis quæ ad eos redarguẽdos cõnexuit Apostolus, dicens, Neque Christus resurrexit, & nephanda similiter cætera nisi mutarent sententiam, & faterentur esse resurrectionem mortuorum: sic ẽt vos si non vultis vobis imputari quod ad vos conuincendos & corrigendos dicimus: Sanctius iustificari eos qui baptizantur ab occultis malis, q̃ q baptizant̃ a manifeste bonis, mutate sententiam, & eorum spẽ qui baptizantur, nolite in hominẽ ponere: Nã si ponitis, videte quid dicam, ne hoc aliquis iterũ supprimat, & dicat me sensisse quod ad vos redarguendos corrigendosq; commemoro. Videte quid dicã, vnde pẽdeat qđ dicturus sum: Si eorũ spẽ qui baptizandi sunt in homine à quo baptizantur ponitis: Si baptizatorum hominem sicut scripsit Petilianus, originẽ & radicem & caput eius qui baptizatur cõstituitis: Si arborem bonam, bonum hominem baptizantem, fructum autem eius bonum eum qui fuerit ab ipso baptizatus accipitis, admonetis vt quæramus a vobis, qua origine oriatur, qua radice pullulet, cui capiti subnectatur, de qua arbore nascatur quẽ malus baptizat occultus. Ad hanc quippe inquisitionem pertinet etiam illud, cui non respondisse Petilianum sępissime cõmendaui: Vnde abluatur qui accipit baptismum

Cap.4

1.Co

E

cum

eũ maculosam cõsciẽtiã non sancte dantis ignorat, hanc etiã cõscientiã dantis vel sancte dantis vultesse originẽ radicẽ, caput, semen, arborẽ: vũ exisat, vũ propagetur, vũ incipiat, vũ germinet, vũ nascat sanctificatio baptizati.

Cap.48. Cũ ergo quærimus vnde ablutus sit quẽ in vestra cõmunione nõ rebaptizatis, etiã cũ cũ constiterit ab aliquo baptizatũ q pp occultã nequitiã iam sancte dantis conscie tiam non habebat, quid respõsuri estis ni

Rom.9. si a Chro aut à deo q̃uis & Chs deus sup omnia sit benedictus in secula, aut à spiritusancto, cum. & ipse sit deus, quia hęc Tri

Acto.5. nitas vnus deus. Vñ Petrus cũ dixisset homini, Ausus es mentiri spiritui sancto: continuo secutus adiunxit quid essent spiritus sãctus, & ait, nõ es mẽtitus hominibus, sed deo. Postremo ẽt si dicatis eũ ab angelo ablui atq; mundari, qñ pollutam conscientiam nõ sancte dantis ignorat, videte quia sancti homines cũ in ęternã vitam resurrexerint, tunc de illis dictũ est, q̃ erunt æquales angelis dei. Quisq; ergo & ab angelo abluit,

Mat.22. sanctius abluitur q̃ si abluatur ab hominis qualicunq; conscientia: Cur ergo nõ vultis

F vt dicatur vobis, si tunc abluit hõ qñ manifestus bonus est, cum autẽ occultus hõ malus est, qm̃ nõ habet conscientiã sancte dantis, nõ iam ipse, sed deus aut angelus abluit, sanctius iustificantur qui baptizãtur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis. Quæ sententia si vobis displiceat, qm̃ reuera omnibus displicere debet, illa tollite vnde nascitur, illa corrigite vnde

Ca. 49. religat: Illa.n. nõ p̃cedant, & ista nõ sequũt. Nolite itaq; dicere, conscientia sancte dantis attenditur q̃ abluat accipientis, ne dicat vobis, qñ latet dantis conscientia polluta, quis abluit accipientis conscientiam? Et cũ rũderitis, vel deus vel angelus, qm̃ quid rũdeatis aliud non habetis, sequatur vos vnde confundamini: Sanctius iustificãtur qui baptizantur ab occultis malis, vt vel a deo vel ab angelo abluantur, quã qui baptizantur a manifestis bonis, qui deo vel angelis non cõparant̃, Sed dicite quod dicit veritas & catholica Ecclesia, quia non solũ cũ ma-

Hie.17. lus est minister baptismi, verũetiã cũ sctus

Rom.4. & bonus est, non est in homine spes ponenda, sed in illo qui iustificat impiũ, in quem

G credẽtibus fides ad iustitiã deputat̃. Cũ.n. dicimus, Christus baptizat, non visibili ministerio dicimus, sicut putat vel putari cupit nos dicere Petilianus, sed occulta gratia, occulta potentia in spiritusancto: sicut dictum est de illo à Ioanne Baptista, Hic

Ioan.1. est qui baptizat in spiritusancto. Nec sicut Petilianus dicit, iam baptizare cessauit, sed adhuc id agit non ministerio corporis, sed inuisibili ope maiestatis, Quod.n. dicimus, ipse baptizat, non dicimus ipse tenet & in aqua corpus credentis tingit, sed ipse inuisibiliter mundat, & hoc vniuersam prorsus Ecclesiam, Neq; n. Apostolo Paulo nõ est

Eph.5. credendum, qui de illo dixit, Viri diligite vxores vestras sicut Christus Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt eã sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ: Ecce quia Chs sanctificat, cece quia Chs ipso lauacro aquæ in verbo vbi minister vi detur corporaliter operari, ipse abluit, ipse mundat. Nemo ergo sibi arroget quod dei est, si certa spes hominum cũ illo figitur q fallere non potest, qm̃ maledictus omnis q̃

Hie.17. spem suam ponit in homine: & Beatus cu-

Psa.39. ius est dns deus spes ipsius: Nam dispensa-

Luc.12. tor fidelis mercedem accipiet vitã æternã, dispensator autẽ infidelis cũ cibaria dñica distribuit conseruis, absit vt per suã infidelitatem cibaria inutilia faciat: Qm̃ quæ di- H cunt, inquit, facite, quæ autẽ faciunt facere

Mat.23. nolite. Quod ideo contra malos dispensatores præceptum est, vt bona dei per ipsos accipiantur, mala autem ipsorum vita ex dissimilitudine caueatur.

Si aũt ad ista prima verba Epistolæ mee Petilianũ nõ rũdisse manifestum est, & vbi respondere conatus est, magis ostendit q̃ non potuerit respondere, quid de illis partibus meorum scriptorum loquar, q̃bus nec rũdere tẽtauit quę omnino non attigit, quę tamen qualia sunt si recensere quisq; volue rit, qui & mea & ipsius habet scripta, puto q̃ intelligat quãta firmitate roborata sint. Quod vt vobis breuiter ostendam, ipsa testimonia de scripturis sanctis prolata, recolite vel legendo recensete, quæ posuit velut aduersus nos, & in mea responsione quæ posui etiam ego aduersus vos, & videre quẽ admodum ego illa quæ ipse posuit, ostendi non nobis, sed potius vobis esse contraria, ipse autem illa quæ posui maxime necessaria, omnino non attigit, & in illo vno Apostoli quod tanquam pro se pertractare conatus est, videbitis quam nullum exitum inuenerit. Pars quippe Epistolæ quam scripsit ad suos à capite vsque ad eum locum vbi

Cap. 5

dicit,

T dicit, Hoc nobis dñs imperat. Cum vos p-
Mat. 10 secuti fuerint homines in ciuitate ista, fugite in aliam, ꝙ si & in ea vos persequuntur, fugite in aliã: Primum venit in manus nostras, huic rũdimus, quæ nostra rũsio cũ ẽt in illius veniſſe manus, ſcripſit hanc cõtra, quã nunc refellimus, & eum nostræ nõ rũdisse monstramus. In illa ergo prima parte ſcriptorum eius quibus primũ respõdimus, hæc sunt testimonia ſcripturarum quæ no-
Matt. 7. bis putauit aduersa? Arbor bona, bonos fructus facit, & arbor mala malos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis vuas? Et ite-
Mat. 12. rum, Omnis homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona, & omnis homo malus de thesauro cordis sui profert mala.
Eccl. 34 Et iterũ, Qui baptizatur à mortuo, non ei prodeſt lauatio eius. His testimonijs volẽs ostẽdere talẽ fieri eum qui baptizatur, qualis fuerit à quo baptizatur. Ego contra quẽ admodũ accipienda essent hæc testimonia, & ꝙ eius intentionem nihil adiuuarent ostendi, Cætera vero quæ posuit dicta, in malos & ſceleratos homines, nõ esse aduersus
K frumenta dñica, ſicut prædicta & promiſſa sunt toto orbe diffusa, & potius a nobis contra vos posse dici satis edocui: Recenſete & inuenietis, At vero ego quæ posui pro Ecclesiæ catholicæ assertione ista sunt, ꝙ ad baptismũ attinet, ne id ꝙ gratia dei regeneramur, mũdamur, iuſtificamur, danti homini
Psa. 117. tribuatur. Bonũ est cõfidere in dño, quam
Hier. 17 confidere in homine, Et, Maledictus omnis
Psal. 3. ꝙ spem suã ponit in homine: Et, quia Do-
&. 59. mini est salus, Et, Vana salus hominis: Et,
1. Co. 3. quia neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui ri-
Rom. 4. gat, ſed qui incrementum dat deus: Et quia ille in quem creditur iuſtificat impiũ, vt deputetur fides eius ad iuſtitiã. Propter ipsius vero Ecclesiæ vnitatem quę in omnibus gẽtibus dilatatur, cui vos non communicatis, hæc testimonia posui de Christo esse prædi-
Psal. 71. cta, Qui dñabitur à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarũ:
Psal. 2. Et, dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſessionem tuam terminos terræ. Et ꝙ testamentum dei factum ab Abraham pro no-
Gen. 22 ſtra, hoc est, catholica communione recite-
Galat. 3. tur, vbi ſcriptum est, In ſemine tuo bene dicentur omnes gentes. Quod ſemẽ interpretatur Apostolus dicens, Et ſemini tuo quod est Christus. Vnde apparet in Christo, non
L solum Aphros aut Aphricam, ſed omnes gentes habituras benedictionem per quas catholica dilatatur Ecclesia tanto ante promiſſa: Et ꝙ palea cum frumentis sit vſq; ad M vltimam ventilationem, ne quiſquam per calumnias criminum alienorum ſacrilegiũ ſuę separationis excuſet, ꝙ reliquerit vel deſeruerit omnium gentium communionem. Et ne prõpter malos dispensatores, hoc est præpositõs, societas Christiana diuidatur, etiam illud testimonium posui, Quæ dicũt M facite, quæ autem faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Hæc ille testimonia de ſcripturis ſanctis à me posita nec ostendit quemadmodum aliter accipi deberent, vt non ea pro nobis, neq; contra nos esse ostenderet, nec omnino attingere voluit, imo id egit tumultu conuitiorum, vt ſi fieri posset, hæc à me dicta nulli omnino veniret in mentem, qui post Epiſtolam meã lectam etiam ipsius legere voluiſſet.

Quod vero ex Apostoli Pauli ſcriptis à C me positum pro se tractare conatus est, quale sit parumper attendite, Dixiſti enim, inquit, Apostolus Paulus eos qui dicebant ſe Apostoli esse Pauli, obiurgat & dicit. Nun- 1. C quid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Quapropter ſi errabant illi, & niſi corrigerentur pi M rent, qui volebant esse Pauli, quæ tandem ſpes eorum est qui voluerunt esse Donati? Id enim agunt iſti vt origo & caput & radix baptizati, non niſi ille sit à quo baptizatur. Hæc verba & hoc Apostoli testimonium, ex epiſtola mea commemorauit, & ſibi proposuit refellendum. Proinde videte ſi ad propositum respondit. Ait enim, Inane hoc dictum est inflatum & puerile & inſipiens, & ꝙ longe sit penitus a fidei noſtræ ratione: Tũc enim recte hoc diceres, ſi nos diceremus, in nomine Donati baptizati ſumus: aut, Donatus crucifixus est ꝓ nobis: aut, in noſtro nomine baptizati ſumus: At cũ hæc a nobis nec dicta sunt nec dicantur, quia formã diuinæ ſequimur trinitatis, & qui nobis talia obijcis, certũ est te inſanire. Aut ſi putas quia in Donati vel in noſtro nomine baptizati ſumus falleris perdite, ſimulq; de nobis ſacrilege cõfiteris, qa vos in nomine Cæciliani miseros inq̃natis. Hæc Petilianus cõtra illa mea rũdit, nõ intẽdẽs, vel potius ne ab aliquo intendat, obſtrepẽs omnino nihil se rũdiſſe, qd ad rem de qua agit pertineret. Quis. n. nõ videat ideo magis a nobis recte positũ hoc Apostoli testiA monium, qa nõ vos dicitis in Donati nomine baptizatos, neq; Donatum crucifixũ esse pro uobis, & tamen pp partem Donati uos ab Ecclesiæ catholicæ communione separatis, ſicut etiã illi quos Paulus arguebat, non utiq; dicebant in nomine Pauli ſe fuiſſe baptizatos, aut Paulũ pro ſe esse crucifixũ, & tũ de Puli nomine ſchiſma faciebant. Sicut ergo illis pro qbus Chris nõ Paulus crucifixus est, & qui in nomine Chri, nõ in nomine Pauli fuerũt baptizati, & tũ dicebãt, Ego sum Pauli, pp hoc rectius dr, Nũquid Paulus pro uobis crucifixus ẽ, aut in nomine Pauli baptizati eſtis, vt hæreãt ei qui ꝓ ipsis crucifixus ẽ, & in cuius nomine baptizati sunt, & nõ ad nomẽ Pauli diuidant: Sic & vobis multo magis, quia nõ dicitis, in nomine Donati baptizati ſumus, & tũ uultis eẽ de parte Donati cõgruẽter dr, Nũquid Donatus ꝓ uobis crucifixus eſt, aut in nomine Donati baptizati eſtis? Si. n. Chrm ꝓ vobis esse crucifixũ, & in nomine Chri vos baptizatos, & tũ pp nomẽ & partẽ Donati vnitati Christi qui pro uobis crucifixus est, & in cuius nomine baptizati eſtis, tanta Ca. 25. pertinatia repugnatis. Quia vero id egit B Petilianus ſcriptis ſuis, vt origo & radix & caput baptizati non niſi ille sit a quo baptitur, & hoc a me non inaniter nec pueriliter nec inſipienter dictum est, primordia Epiſtolæ ipsius quibus tunc respondi, recenſete, & videbitis, imo vero me commemorante diligenter aduertite. Conſcientia, inquit, ſancte dantis attẽditur, quæ abluat accipientis: Nam qui fidem ſciens à perfido ſumpſerit, nõ fidem percipit, ſed reatum: Et tãquã diceretur ei, uñ hoc probas? Omnis rem enim origine, inquit, & radice conſistit: & ſi caput non habet aliquid, nihil est: nec quicquã bene regenerat niſi bono ſemine regeneretur. Quæ cum ita sint fratres, quæ potest esse peruersitas vt qui ſuis criminibus reus est, alium faciat innocentem, dicente domino Ieſu Christo Arbor bona, bonos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis vuas? Et iterum, Omnis homo bonus de thesauro cordis sui profert bona, & oĩs hõ malus de thesauro cordis
Ecc. 34. sui profert mala. Et iterũ, Qui baptizatur a mortuo, nõ ei ꝓdest lauatio eius. Hęc omnia quo ptineãt videtis, vt ſcilicet ſancte dãtis conſcientia, ne quiſquam fidem ſumens a perfido, non fidem percipiat, ſed reatum: ipſa sit origo & radix & caput & ſemen baC ptizati. Volens enim probare conſcientiam ſancte dantis attendi quæ abluat accipientis, & non finem percipere, ſed reatum, qui fidem ſciens ſumit a perfido, continuo subiecit, Omnis res enim origine & radice conſistit: & ſi caput non habet aliquid, nihil est: nec quicquam bene regenerat niſi bono ſemine regeneretur. Et ne quiſquam tam tardus eſſet, vt adhuc nõ intelligeret de illo eum dicere a quo quiſque baptizatur, explanat hoc ſubſequenter & dicit, Quę cum ita ſint fratres, quæ poteſt esse peruerſitas, vt qui ſuis criminibus est reus, alium facit innocentem, dicente domino Ieſu Chriſto, Arbor bona, bonos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis vuas? Et ne adhuc incredibili obtuſitate cordis cæcus auditor vel lector non videat de homine baptizante dicere: adiũgit aliud, vbi & hominem nominat. Et iterum, inquit, Omnis homo bonus de theſauro cordis ſui profert bona, & omnis homo malus de theſauro cordis ſui profert mala. Et iterum, Qui baptizatur a mortuo, non ei prodeſt lauatio eius. Certe iam manifeſtum est, certe iam non indiget interprete nec diſputatore aut de monſtratore id agere iſtos vt origo & radix & caput baptizati, non niſi ille sit a quo bapti- D zatur, & tamen ui ueritatis oppreſſus, & quaſi quæ dixit oblitus, concedit mihi poſtea Petilianus, vt Christus sit origo & radix regeneratorũ & caput Eccleſiæ, nõ quiſquam homo diſpensator miniſterq; baptiſmatis. Cum enim dixiſſet, quia nomine Chriſti baptizabant Apoſtoli, vt Chriſtũ fundamentum ponebant ut facerent Chriſtianos, & hoc ſcripturarum ſanctarum teſtimonijs & exemplis, tanquam nos hoc negaremus ꝓbaret: Vbi ẽ nũc, inq̃t, illa uox qua minutis & crebris quæſtiunculis crepitant, multa inuoluta de Chriſto & pro Chriſto & in Chriſto, contra humanam temeritatem & ſuperbiam inuidioſe & elate dixiſti? Ecce Chriſtus est origo Chriſtiani, Chriſtus est radix, Chriſtus est caput. His ergo auditis quid niſi Chriſto gratias agam, qui coegit hominem confiteri? Falſa ergo sunt illa quæ in Epiſtolę ſuæ dixit exordio, cum vellet perſuadere cõſcie-
tiam ſancte dantis attendi, quæ abluat accipientis, & cum quis ſciens fidem à perfido ſumpſerit, non fidem percipiat, ſed reatum. Hoc enim volens velut oſtendere, quantũ sit in homine baptizãte, tanquã magna documẽta ſubiecerat dicẽs. Omnis. n.

reas

Universidad de Deusto
Biblioteca

E res origine & radice consistit: & si caput nō habet aliquid, nihil est. Postea vero cum dicit quod & nos dicimus, Ecce Christus est origo Christiani, Christus est caput, Christus est radix: dolet qđ antea dixerat, quia cōscientia sanctę dantis est origo & radix & caput accipientis. Vicit ergo veritas, vt homo qui baptismum Christi desiderat, nō in homine ministro spem ponat, sed ad ipsum Christum tanquam ad originem quæ non mutatur, ad radicem quæ non euellitur, ad caput qđ nō deijcit securus accedat.

Iam illud quis non aduertat, de qua infla-
Ca. 53. ta vena veniat, quòd cum Apostoli sententiam velut exponeret, ait, qui dixit, Ego plā-
taui, Apollo rigauit, sed deus incrementum
1.Co.3. dedit: quid aliud dixit, nisi ego hominem in Christo catechumenum feci, Apollo baptizauit, deus quod fecimus cōfirmauit? Quare ergo nō addidit Petilianus quod Apostolus addidit, & ego maxime commendaui, vt etiam hoc nobis exponeret, Neque qui plā-
1.Co.3. tat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quòd si velit exponere secūdum ea quæ supra posuit, sine dubio sequitur, ut neque qui baptizat allquid sit, sed deus qui incrementum dat. Quid enim ad rem nūc pertinet quomodo dictum sit, Ego
F plantaui, Apollo rigauit: vtrum reuera ita accipiendum sit tanquam dixerit, Ego catechumenum feci, Apollo baptizauit: an sit alius verior & congruentior intellectus? Ecce interim secundum ipsius expositionem, neque qui catechumenum facit, neque qui baptizat est aliquid, sed qui incrementū dat deus. Multum autem interest inter confirmare quod alius facit, & facere. Qui enim dat incrementū: non arborem vel vitē confirmat, sed creat. Illo quippe increméto fit, vt etiam lignum plantatum radicem producat & figat, Illo incremento fit vt semen iactum germen emittat. Sed quid hinc diutius differamus? Sufficit q̄ secūdum ipsum nec qui catechumenum facit, neq; qui baptizat aliquid est, sed qui incremētū dat deus. Quando autem hoc diceret Petilianus vt eum dicere intelligeremus, neq; Donatus Carthagine est aliquid, neq; Ianuarius, ne-
Gala. 6. que Petilianus, quando hoc rumor ille pateretur, quo se putat homo aliquid esse cū nihil sit, & seipsum seducit.

Denique etiam paulopost cum institueret
Ca. 54. & intenderet tanquam ea verba Apostoli, quæ nos obiceramus iterum retractare, no-
luit hæc ponere quæ dixeram ego, sed alia
G in quibus posset vtcūque humana inflatio respirare. Nam vt eius, inquit, Apostoli dicta quę nobis obieceras, iterū replicemus, dixit, Quid est enim Apollo, quidue Paulus? Ministri eius cui credidistis, Quid
1.C aliud, verbi gratia, dicit omnibus nostris, ni si quid est Donatus Carthaginis, quid Ianuarius, quid Petilianus, nisi ministri cuius credidistis? Hoc ego Apostoli testimonium non posui, sed illud quod cōmemorare noluit, posui, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus: Iste autem ea uerba Apostoli inferere voluit, vbi interrogat quid sit Paulus, vel quid sit Apollo. Et respōdet, Ministri eius cui credidistis: hoc aliquo mō ferre potuit torus ceruicis hęrcticæ: illud autem vbi nō interrogauit, & respondit quid esset, sed dixit non esse aliquid ferre omnino non potuit. Sed iam volo quærere, vtrum non sit aliquid minister Christi? Quis hoc dixerit? Quomodo ergo verum est, Neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed q̄ incremētū dat deus, nisi quia ad aliud aliqd é, ad aliud nō é aliqd? Ad ministrādū et dispēsandum verbū ac sacramētum aliquid est: ad mundandum autem & iustificandum nō est aliquid, quia hoc non operatur in interiore homine nisi per quem creatus est to-
H tus homo, & qui deus manens factus est homo, ille scilicet de quo dictum est, Fide mūdans corda eorum, & credenti in eum qui iustificat impium. Quod testimonium in
Act. Rom. verbis meis Petilianus ponere voluit, in suis autem nec tractauit, nec attigit.

Minister ergo, id est, dispensator verbi &
C sacramenti Euangelici, si bonus est consocius sit Euangelij: si aūt malus est, nō ideo dispēsator nō est Euāgelij: si aūt bonus est, volēs hoc facit, si aūt malus, hoc est, sua q̄rēs
Phil. nō quæ Iesu Christi, inuitus hoc facit pp
1.C alia quæ requirit. Vide tamen quid idē Apostolus dixerit, Si ergo uolens hoc facio, inquit, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est: tanquam diceret, si bonus bonum annūcio, etiā ipse perueniо: si autem malus bonum annuncio, Nunquid enim dixit, si inuitus facio, dispēsator non ero? Annunciauit Petrus & cæteri boni inuitus Iudas, tamen cum ipsis missus annunciauit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est: Qui autem omnibus illis annunciantibus Euangeliū percepe runt

ceperunt, nō à plantatore vel rigatore, sed ab eo qui incrementū dat, mundari & iusti
I ficari potuerunt. Neque enim dicturi sumus Iudam non baptizasse, cum adhuc inter discipulos fuerit, quando fiebat quod scriptum est, Ipse non baptizabat, sed di-
1.Ioan.4 scipuli eius. An quia nondum Christum
Ioā. 12. tradiderat qui loculos habebat, & ea quæ mittebantur auferebat, qui pecuniæ custos innocens esse non potuit, dispensator tamē gratiæ sine accipiendi tum damno fuit? Aut si non baptizauit, certe fatemini quia euangelizauit. Quod si hoc minimū & leue dicitis, videte quid de ipso Paulo Apostolo
1.Cor.1. sentiatis, qui dixit, Non.n. misit me Xps baptizare, sed euangelizare. Huc accedit, qa incipit esse potior Apollo, qui baptizando irrigauit, q̄ Paulus qui euangelizando plantauit, cū sibi officium pris erga Corinthios ob hoc vendicet, nec eis qui post illū ad eos
1.Co. 4. venerāt, hoc nomen concedat. Ait.n. Si decē milia pædagogos habeatis in xpo, sed nō
1.Co.1. multos pres: in xpo enim Iesu p Euangelium ego vos genui. Eis dicit, Ego vos genui: quibus alio loco dicit, Gratias deo q̄ neminē vestrum baptizaui nisi Crispū & Gaium & Stephanæ domū. Genuerat itaq; illos, nō per se, sed per Euangelium. Qui
Phili. 2. etiam si sua quæreret non quæ Iesu Christi, & inuitus hoc faceret, sine sua mercede tamen pecuniam dominicam dispensaret, quamlibet malus, non malam nec inu-
Ca. 56. tilem bene accipientibus faceret.

Et si hoc de Euangelio recte dicitur, quanto magis de baptismo dicendum est, quod ita pertinet ad Euangelium, vt sine
Ioā. 3. illo quidē ad regnum cœlorū nemo perueniat, sed si accedat sacramento iustitia. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœ-
Matt.5. lorum: Idem ipse dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum non intrabitis in regnum celorū. Forma sacramenti datur per baptismum, forma iustitiæ per Euangelium. Alterum sine altero non perducit ad regnum cœlorum. Veruntamen perfecte baptizare etiam minus docti possunt, perfecte etiam euangelizare multo difficiliorıs & rarioris esse operis. Ideo doctor gentium plurimis excellentior euangelizare missus est, non
2.Ti.2. baptizare: q̄m hoc per multos fieri potuerat, illud per paucos, inter quos eminebat. Et cum legimus eum aliquibus locis
dixisse Euangelium meum, baptismum au- L
tem meum nunquam dixit, sed nec cuiusquam per quem ministratus est. Nam so- Act.19.
lus ille baptismus quem dedit Ioannes, dictus est baptismus Ioannis. Hoc præcipuū vir ille dispensationis suæ munus accepit, vt lauacri precursoriū sacrm etiā illius diceretur per quem dispensabatur: baptismus autem quem ministrauerunt discipuli Xpi, Ephe.5.
nullius eorum dictus est, vt illius esse intelligeretur de quo dictum est, xps dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo. Si ergo Euangeliū quod ita Xpi est, vt posit & minister propter munus dispensationis dicere suum, potest homo etiā per malum dispensatorem sine periculo accipere faciens quod dicit, quod autem facit non faciens, quanto magis baptismum Xpi: quem nemo Apostolorum ita ministrauit, vt auderet dicere suum, potest quisq; sine Ca. 57.
contagione mali ministri percipere, qui bona fide accedit ad Christum. Proinde si Petilianus, cum ego quæ posuit de scripturis testimonia q̄ contra nos non essent, non
M prætermiserim demonstrare, ipse quæ posuit, partim omnino non attigerit, partim q̄ tractare voluit, nihil aliud se quam exire inde non potuisse monstrauerit, non diu hortandi estis vel admonendi, vt videatis quid tenere quid cauere debeatis. Sed forte in sanctarum scripturarum testimonijs talis apparuit, in his vero documentis quæ inter homines de ipso schismate gesta sunt aliquid valuit, imò vero & in his quanquā post diuina testimonia superfluo requirantur, quid commemorauit aut quid probauit? Qui cum fuisset grauiter in traditores inuectus, & multa in eos etiam de sanctis libris testimonia proclamasset, nihil tamen dixit vnde eos ostenderet traditores, Ego autem commemoraui Siluanum Cutēsem, cui quibusdam interpositis etiam ipse successit, cum adhuc esset subdiaconus, gestis municipalibus expressum esse traditorem. Contra hoc ille mutire nil ausus est. Et profecto videtis, quanta eum necessitudo compellebat ad respondendum, videlicet prędecessorem suum, & non solum consocium suum, sed vt ita dicam, etiam concathedraneum innocentem à crimine traditionis ostenderet, præsertim cum totam causam vestram ibi constituatis, vt traditores appelletis eos quos tradi-

toribus cõionis tramite succesisse vel singitis,vel putatis: Qui ergo ipsius causæ ve
A ritræ necessitate ẽt Rusiadensem vel Calamensem, vel cuiuslibet alterius ciuitatis aliquem de parte vestra gestis municipalibus demonstratum,dicerem traditorẽ,omnimode eum defendere cogeretur, de suo p̃decessore cõticuit. Vnde nisi quia hic nõ inuenit quam caliginem offunderet, vnde saltẽ homines mẽte tardisimos & somnolẽtisimos falleret. Quid enim diceret nisi falsa de Siluano ista iactari: Sed recitamus gesta,& quando factum sit, & quando etiã Zenophilo consulari allegatũ sit. Quibus qũo ille resisteret septus vndiq; optima cã càtholicæ,vestra autẽ pessima? Vnde ista verba cõmemoro ex illa epistola mea, cui per hanc quam nunc refello, videri voluit respondisse? Vtiq; vt videatis quã inuicte positum sit,cõtra quod ille nihil tutius inuenire potuit quam silentium.

Cum.n.ex Euangelio velut contra nos
Cap.58. testimonium posuisset vbi Dominus ait,
Venient ad vos in vestitu ouium, intrinse
Matt.7. cus aũt sunt lupi rapaces. Ex fructibus eo-
Supra li. rum cognoscetis eos:ego respondi, & dixi,
1.ca.21. Ergo fructus consideremus: tñ continuo
B subieci & adiunxi, Obijcitis traditionem, hanc ipsam multo probabilius nos vobis obijcimus. Et ne per multa curramus, in eadem Constantinensi ciuitate Siluanum Epm maiores vestri in ipso exordio schismatis sui ordinauerunt. Iste cum adhuc esset subdiaconus, manifestissimus traditor municipalibus gestis expressus est. Sed & vos aduersus matores nostros aliqua documenta profertis., æqua conditio postulat, vt vtraq; vera vel vtraq; falsa credamus. Si vtraq; vera sunt, vos estis sine dubio schismatis rei, qui crimina vos fugere in totius orbis cõione finxistis, quæ in ipsa particula vestræ conesionis habebatis. Sin autem vtraq; falsa sunt, vos estis sine dubio schismatis rei,qui propter falsa crimina traditorum immani separationis crimine maculamini, Quòd si a nobis aliqua & a vobis nulla,vel a nobis vera & a vobis falsa proferuntur, non est discutiẽdum qm̃ penitus vestra ora claudũtur, Quid si vos vera & sancta Ecclesia Christi conuinceret atque superaret: ẽt si nos nulla vel falsa,vos autẽ aliqua & vera traditionis documenta teneretis,quid iam vobis restet, nisi vt si vultis
C pacem diligatis,si autẽ non vultis, saltẽ ob. mutescatis? Etenim quæcunq; modo proferetis, facillime & verisime dicerem tunc Ecclesiæ plenariæ & catholicæ vnitati iam per tot gentes diffusæ atq; firmatæ vos ea probare debuisse,vt vos intus essetis:illi autem quos conuinceretis, pellerentur foras. Quod si conati estis facere, proculdubio probare non potuistis,& victi vel irati,vos ab innocentibus,qui damnare incerta non possent,immani sacrilegio separastis, Si autem nec conati estis id agere,nimis execrabili & impia cæcitate vos a frumẽtis Christi,quæ per totum agrum.i.mundum vsq; ad finem crescunt, paucis in Aphrica zizanijs offensi præcidistis. Ad hæc quæ ex illa mea priore epistola commemoraui, Petilianus nihil rñdit omnino. Et vtique videtis his paucis verbis totam cãm,quæ inter nos agitur contineri. Quid.n.dicere conaret, vbi quicquid eligeret vinceretur? Cum.n. de traditoribus, & a nobis contra vestros, & a vobis contra nros documenta proferũtur, si tamen & a nobis aliqua proferũtur, quæ vsq; ad hunc diem omnino nescimus; neque.n.ea Petilianus suis literis inserere prætermitteret, qui tam diligenter contra me partes gestorum,quæ ad cãm pertinent D commemorandas inserendasque curauit. Veruntamen vt iam dicere cœperam, si & a nobis & a vobis talia proferuntur, quæ vsque ad hunc diem omnino nescimus, ꝓfecto aut vtraque vera sunt, aut vtraq; falsa,aut nostra vera & vestra falsa,aut nostra falsa & vestra vera,plus quid dicatur, non inuenitur.

At in omnibus his quatuor sententijs Ch
veritas pro cõmunione catholicæ est,quia si vtraq; vera sunt, propter homines, quales & vos habebatis, cõionem orbis terrarum deserere minime debebatis. Si vtraq; falsa sunt, propter nulla crimina traditionis cauendum erat crimen atrocissimum diuisionis. Si nra vera & vestra falsa sunt, olim quid diceretis non habetis. Si vestra vera & nostra falsa sunt, falli potuimus cũ orbe terrarum de hominum iniquitate,nõ fidei veritate. Non enim debuit attendere semen Abrahæ in omni gẽte diffusum, q̃d vos nosse diceretis,sed quid iudicibus probaretis. Vnde scimus quid egerint,quos vri maiores accusauerunt,etiã si vera eis obijciebãtur,vel vt cognitoribus causæ vel certæ Ecclesiæ, vbique diffusæ, quæ non nisi cognitorum sententias debebat attendere E non

non illa vera,sed falsa putarẽtur? Nõ ideo, Deus absoluit,si quid hominum sceleris vt homines nosse non possint. Neminẽ tamẽ recte iudicari puto nocentem,qui hominẽ non conuictum crediderit innocentẽ. Vnde ergo nocens orbis terrarum, si nosse nõ potuit, ẽt verum fortasse crimẽ Aphrorũ, & hoc aut ideo nosse non potuit, quia nemo ad eum detulit, aut ideo quia in eo q̃d delatum est cognitoribus potius iudicantibus, quã victis murmurantibus credidit. Hinc ergo laudandus est Petilianus, cum hoc omnino inuictissimum cerneret,silentio prætermisit. Non plane laudandus ꝙ cætera similiter inuicta, quæ tamẽ putauit posse obscurari,verborum nebulis operire conatus est, & ꝙ me fecit causam cum deficisset in causa. De me quoque ipse nihil dicens,nisi ꝙ aut omnino falsum esset, aut culpandum non esset, aut ad me iam non
F pertineret. Sed interea vos,quos inter me, & illum iudices posui, sapitis ne aliquid inter verum falsumve discernere? inter inflatum & solidum, inter turbidum & tranquillum,inter tumidum & sanũ, inter diuina prædicta & humana præsumpta,inter probationes & criminationes, inter documenta & figmenta, inter causæ actionem & causæ auersionem. Si sapitis,bene & recte:si autem non sapitis, nos vestri curam gessisse non pœnitebit: quia & si cor vestrum ad pacem non conuertitur,pax nostra tamen ad nos reuertetur.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Cresconium Grammaticum, Liber Primus.

Eloquentia quatenus vtilis. Cap. 1.

QVANDO ad te Crescon mea scripta peruenire possent ignorans,peruentura tamẽ minime desperaui, quia ad me tua, quanuis longe postea quã scripsisti,tamen quandoque peruenire potuerunt, quæ tibi visum est aduersus ea scribere debere, quæ Petiliano Cirthensi Epo vestro iterationem baptismi astruere molienti, & communionem nostram non
G documentorum pondere vrgenti,sed maledictorum leuitate criminanti, vt potui breuiter pro parte respondi. Non.n.tota eius epistola in manus meas tunc venerat, sed parua pars prior. Quod cur acciderit,quid opus est quærere, quandoquidem cum ad nos postea vniuersa peruenit,vniuersæ respondere non piguit. His ergo literis tuis, quas ad me dedisti,si non rescriberem, fortasse contumeliosum putares. Quod autẽ rescribo rursus vereor ne cõtentiosum putes:Sed si tu inuentis literis meis,non ad te datis tantum, quæ Episcopum parsis Donati, vel ipsam partem Donati redarguere videbantur, ad officium tuum pertinere arbitratus es, cum tibi esses alicuius conscius facultatis, suscipere atque exerere contractionem, quia eius communionis es: q̃uis nulla functione clericatui astrictus, quanto minus mihi licuit pro munere sarcinæ meæ,vel contra Petilianum, vel contra teipsum tacere,cum ille oppugnaret Ecclesiam pro qua milito: tu autem in simili opere etiam nominatim ad me instituere, promeres,conscriberesq; sermonem,in cuius primis partibus laborasti, vt suspecta hominibus eloquentia videret. Nam velut laudans genus dicendi meum,& rursus velut timens ne hoc genere te, vel quẽquam falsa persuadendo deciperem, in accusationem totius ipsius eloquẽtiæ perrexisti, adhibens etiã testimonium aduersus eam de scripturis sanctis,vbi dictũ putas. Ex mul- Prou.10
ta eloquentia non effugies pctm:cum dictũ non sit,ex multa eloquẽtia:sed ex multiloquio. Multiloquium aũt est superflua locutio, vitium eloquendi amore contractum. Plerunque aũt loqui amant etiam qui nesciunt quid loquãtur,vel quomodo loquãtur,siue ad sanitatem sententiarum, siue ad ipsum,qui arte Grammatica discitur,integrum sonum ordinemq; verborum. Eloquentia vero facultas dicendi est,congruenter explicans quæ sentimus, qua tunc vtendum est,cum recta sentimus. Hoc modo ea non vsi sunt hæretici. Nam vtique si recta sensissent, non solum nihil mali, verum & boni aliquid esset, quod eloquenter explicare potuissent. Frustra igitur istorũ exẽplorum cõmemoratione accusasti eloquentiam. Neq; n. ꝓpterea pro patria nõ est miles armandus, quia contra patriam nõnulli arma sumpserunt. Aut ideo vti nõ debẽt boni doctiq; medici ferramẽtis medicinalibus ad salutem,quia his ad perniciem

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam indocti pessimiq; abutunt. Quis.n. nescit,sicuti vtilia vel inutilia fuerint ea,q̃ I quærunturita eloquẽtiam, hoc est,peritiã facultatemq; dicendi sic esse vtilẽ vel inutilem, vt fuerint vtilia,vel non vtilia, quæ dicũtur? Quod nec te arbitror ignorare.

Cap.2. Sed credo cum me videres, à nonnullis putari eloquẽtem, vt a me lectoris auditorisve studiũ deterreres,accusandam existimasti eloq̃ntiã,vt iam quid dicerem nõ attenderet,quisquis abs te perterritus tanquã eloq̃nter me dicentẽ eoipso iam cauendum fugiendũq; censeret. Vide ergo ne hoc q̃d fecisti sit artis illius malæ,quã sicut de Platone cõmemorasti,nõnulli recte iudicauerunt de ciuitate ac de humani gñis societate pellendã. Hæc nõ est eloq̃ntia,q̃ vtinã mihi ad explicanda ea, q̃ sentio pro desiderio prouenisset, sed sophistica & maligna professio,q̃ sibi proponit,nõ ex animo,sed ex contentione,vel cõmodo pro omnibus, & contra omnia dicere. De hac ait sancta scriptura, Qui sophistice loquit, odibilis Eccl.37. est. Ab hac mihi videt Paulus Apostolus iuuentutẽ Timothei ꝓhibere,vbi ait,Noli verbis cõtendere: ad nihil.n.vtile nisi ad 2.Tim. subuersionem audientiũ. Et ne a facultate 2. recte dicendi cũ prohibuisse putaret,cõtiK nuo subiecit,Satis age teipsum probabilem operariũ exhibẽdo, nõ erubescentẽ, verbũ veritatis recte tractantẽ. Nimirum ita tibi animi subrepsit affectio, q̃ contradicendi studio,nõ quo ita sentires, sed quo a nobis intentionẽ discere volentiũ auerteres,phibuisti nos eloq̃ntes, & vitupasti eloq̃ntiã. Nam qũo te hoc ex animo feciss credã,cũ sciam quemadmodũ p̃dicare soleatis eloq̃ntiã Donati, Parmeniani,aliorũq; vrorum, qua quid esset vtilius, si tam largo flumine pro pace Chri,pro vnitate,veritate,charitate profluere. Sed quid de alijs loquar,tu de teipso nonne cõperisti,q̃ nõ ex animo, sed ex contẽtione vitupator fueris eloq̃ntiæ:cũ & cætera,q̃ scripsisti p̃ eloquentiã, eloquenter accusare conatus es.

Cap.3. Nam q̃d te dicis & arte dicendi imparẽ nobis,& exẽplis legis Chrianæ penitus nõ instructũ,quo pertinet obsecro? Nunquid nam te cõpuli contra mea scripta rescribere? Et ideo recusantis & excusantis hæc vox est. Si ergo penitus non instructus es, cur nõ potius taces, aut ita loqueris, vt instrui te desideres? Instare me dicis & prouocare semper, vt ad dignoscendam veri quæstionem mecũ vri disceptent, sed vros L prudentius ac patientius facere,qui in Ecclesia tñ,quæ in lege mãdata sunt populos docẽt,nec nobis rñdere curãt,scientes quia si lex diuina,& tot documenta legaliũ scripturarũ nobis q̃d sit melius, quid verius, suadere non possunt, nunq̃ humana queat authoritas non discussis erroribus ad veritatis regulam reuocare. Quid tibi ergo visum est: vt aduersus nos illis tacentibus tu loquaris? Nã si bñfaciunt, cur non imitaris? si male, cur laudas? Dicis q̃ intolerãda arrogantia credam me solum terminare posse, q̃ alijs velut inexplicabile visum, atq; ideo iudici Deo dimissum est: cũ paulo superius dixeris,hoc me velle finiri post tot annos,post tot iudices atq; arbitros,q̃d apud principes tot disceptantibus literatis ab vtriusque partis I pis finiri non potuit. Certe solus hinc satago,certe solus q̃stionẽ istam finiri disceptãdo desidero. Puto.n.si solos nros id conatos culpare voluisses, nõ etiam vestros in eo conatos fuisse fatereris. Quia ergo illum conatum,illam volũtatem & instantiã saltem propter vros reprehendere iam non potes, nolo esse a tam bono ope alienus. Quid arguis? quid reprehendis? An inuides? Non hoc de te temere credendum est. M

Restat ergo vt studio contentionis hoc Cap. in me culpes,quod etiam in vestris laudare compelleris. At.n. quod inter tot ac tales finitum non est, intollerabilis arrogantia est per se solum finiri posse præsumere. Neq̃so mihi soli hoc tribuendũ putes,plurimi sumus qui hoc vt finiatur,immo iam vt finitum esse innotescat,instamus. Illi.n. dixerunt non esse finitum qui eidem fini cõsentire noluerunt, eumq; nobis occultauerũt, vt et vos eorum authoritate decepti finitũ non esse credatis. Nostri aũt ex quo finitum est,nullo prorsus tempore vt ipse finis innotescret cessauerũt,quo id publice priuatimq; agere potuerunt, ne quisquam in pernicios issimo errore persistens,de segnitia circa se ministrorum Dei in vltimo iudicio quæreret. Non ergo nos olim finitã causam de integro voluimus retractare, sed quemadmodum finita sit demonstrare, pp eos maxime qui hoc nescIunt,vt cũ defensores cõuincuntur erroris,aut ipsi correcti liberentur, aut certe ipsis confutatis, & inaperta pertinacia remanentibus, hi qui cupidiores sunt veritatis q̃ contentionis, vi A deant.

Semper diant, quid sequantur. Neque hoc fit sine p̃dicãda fructu vt existimas. veritas.

Cap.5. Nam si posses videre quã longe lateque Aphricam error iste peruaserit, & quam pauca eius remanserint, quæ nondũ in pacem catholicam correcta transierũt, nullo modo assertorum christianæ pacis & vnitatis infructuosam & inanem arbitrareris instantiam:quamuis ẽt si cui diligẽtia medicinæ huius impensa non prodest,sufficit ad rõnem Deo reddendam quod nõ cessauit impendi. Sicut.n.malignus suasor peccati, ẽt si non persuaserit merito pœnam deceptoris incurrit, ita fidelis iustitiæ p̃dicator etiam si ab hominibus respuatur, absit vt apud Deum sui officij mercede fraudetur. Res.n.certa fit ad incertum. Incertum aũt dico,non præmium facientis,sed animũ audientis. Incertum est.n.nobis vtrum assensurus sit, cui veritas p̃dicatur,sed certũ est etiam talibus veritatem p̃dicari oportere, & certum est fideliter eam p̃dicantes retributionem manere,siue suscipiant,siue spernantur,siue ẽt propterea quælibet tempora Mat.10 liter aduersa patiantur. Dominus dicit in Euangelio, Cum ingressi fueritis dicite, Pax huic domui:si digni fuerint,q̃ ibi sũt, requiescet super eos pax vestra: si quo mi- B nus,ad vos reuertetur. Núquid eos certos fecit quod essent eorum pacem susceпturi, quibus eam prædicarent? Cap.6.

Certos tamen fecit vt eam sine cunc- 2.Ti.2. tione prædicarent, Apostolus etiã Paulus, Seruum,inquit, Domini litigare non oportet,sed esse mitem ad omnes,docibilem, patientem,in modestia corripientem, diuersa sentiẽtes,ne forte det illis Deus pœnitentiã ad cognoscendam veritatem,& resipiscant de Diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius voluntate. Intende quomodo quẽ noluit litigare,voluit tamen in modestia corripere diuersa sentiẽtes,ne Dei seruus ꝓhibitionem petulantiæ, occasionem putaret esse pigritiæ. Verum quia multi & ipsam correptionem,quæ modeste fit,vel peccatis suis fauentes, vel quid respondeant nõ inuenientes,nec tamen veritati acquiescẽtes, onerose ac moleste ferunt eos, qui secum sedulo agunt, nec ab eorum conuincendo errore dissimulant,litigiosos & cõtentiosos vocant. Falsitas.n.quæ nudari,& redargui metuit, eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat,diligentiam veritatis accusat. Nunquid ideo tamen ab hac instantia desistendum est? Vide quemadmodũ Timo- C theum idem astringat Apostolus,ne ꝓpter 2.Ti.4. homines quibus insuauis est prædicatio veritatis,aliqua ei segnitia prædicandi subreperet. Testificor,inq̃t,corã Deo & Chro Iesu, q̃ iudicaturus est viuos & mortuos, & per manifestationem & regnũ eius, p̃dica verbum,insta opportune importune,argue,hortare,increpa,in omni longanimitate & doctrina. Quis hæc audiens si Deo fideliter seruit,si dolosus operarius non est, ab hac diligentia & instãtia cõquiescat? Quis sub tanta testificatione segnis esse audeat? Non itaq; nobis obstrepat in cã facundia tua: prædicamus omnino in adiutorio Dñi Dei nri christianæ vnitatis vtilitatem,sanctitatem,pietatem:p̃dicamus volẽtibus opportune,renitentibus importune,& quãtis valemus viribus istam inter nos partemq; Donati q̃stionem, & quod possumus, olim finitam,esse monstramus.

Agnoscant in se contentioseq; animositatis nomen & crimẽ,qui vel peruicaci astu cta dotia præbent patrociniũ falsitati, vel inuida cent in iactantia ministrant præconium veritati. syncere. Verunq; hoc contentiosorum genus Apo- Cap.7. stolus Paulus expressit. Illud primum in Alexandro de quo ait, Alexander ærarius 2.Ti.4. multa mala mihi ostendit, reddet illi Dñs D secundum opera eius, quem & tu deuita, Philip.3 valde.n.restitit nostris sermonibus: Hoc vero alterum in eis de quibus ait, Quidam quidem ex inuidia & contentione Christũ annunciant,non caste,existimantes tribulationem suscitari vinculis meis,Nam illi ꝓculdubio idipsum annunciabant q̃d Paulus,non tñ eo animo,non ea voluntate,non ex charitate,sed ex inuidia,sicut dixit,& ex contentione,volentes superbo sensu in eadem ipsa annũciatione præcellere, & Apostolo Paulo anteponi. Q̃d ille nõ moleste ferens, immo ẽt gaudens q̃ ab eis illud videbat p̃dicari, quod latius innotescere cupiebat,quid enim inquit,dum omnimodo, siue occasione, siue veritate Christus annũcietur? Neq; in cordis sui veritate,quia nõ syncera intentione, sed æmula contẽtione, veritatem tñ annunciabant. Tu igitur cum iudex interiorum cordis nri esse non possis, tantummodo vereq̃ veritati resistamus, an eos qui veritati resistunt reuincere cupiamus aduerte, Nam ꝓculdubio si veritatem suademus,erroremq̃ refellimus,ẽt si non veritate propriæ intẽtionis,sed emo-

lumentum seculi huius humanamq; gloriam q̃rentes id agamus, gaudere debẽt dilectores veritatis, quia & hac occasione veritas annunciat̃, sicut Apostolus, qui dicit, E & in hoc gaudebo, Si aũt qđ Deo maxime notum est, & q đ tibi ẽt ipsi quãtum est facultatis humanæ si nobiscum viueres, notũ est, & qđ tibi ẽt ipsi quantum est facultatis humanæ si nobiscum viueres, notũ esse potuisset, qua sollicitudine charitatis in huius discussionis labore versamur, puto nequaquam iuste reprehendi ministerium nr̃m, si cõtra quoslibet aduersarios veritatis fer

Et nõ audituris p̃dicãdũ. Cap. 8.

uenti spiritu pro veritate certemus. Nam si contẽtiosus habetur a vobis vel animosus, paratorq́; rixarum, quisq; cuiquã sermonis altercationem vel inferre vel referre curauerit, videte quid de ipso Dño Iesu Christo, eiusq́; seruis Prophetis & Apostolis sentiatis. Nempe.n. Dominus ipse filius Dei, nũquid cum solis discipulis, vel turbis, qui in eum crediderunt, an non etiã cum inimicis tentantibus, obtrectantibus, maledicentibus habuit de veritate sermonem? Nunquid cum ẽt cum vna muliere de q̃stione orationis contra opinionẽ vel hæresim Samaritanorũ piguit disputare? Sed illam, inquis, credituram esse p̃sciebat. Quid toties aduersus Iudæos, Pharisæos, Sadducæos, non solum minime credituros, verumetiam maxime contradicturos & p̃secuturos in eos eorum q̃ multa locutus est? Nonne ab eis vltro cum voluit quod

F voluit inquisiuit, vt eorũ illos responsione conuinceret? Nonne illis dolose tentando q̃rentibus, cum redarguti obmutescerent, sine vlla ambiguitate rñdit? Qđ cum faceret, nullus ex his legit̃ ad eum sequendũ fuisse conuersus. Et vtiq; nouerat, quia p̃scius erat, nihil ad eorũ salutem cũ hæc ad eos vel in eos, vel aduersus eos diceret profuturum. Sed nos fortasse suo firmauit exẽplo, qui futuram fidem perfidiam ve hominũ p̃noscere non valemus, ne si qñ nimiũ nimiumq́; puersus sine fructu salutis eorũ locuti fuerimus, deficiamus & desistamus ab instãtia p̃dicandi, cũ inaniter piguerit laborare. Quid q̃ ẽt ipsum Diabolũ, quẽ iam non solũ Deus, sed ne homines q̃dem dubitare p̃t, nullo modo ad instantiã conuersum iri, filius Dei tñ insidiose tentantẽ, & de scripturis sanctis q̃num laqueos opponẽtem, de scripturis sanctis respõdendo cõuicit, nec iudicauit indignũ cum Satana

Chr̃s dr̃ diuinis eloquijs hẽre colloqui? Quid vtiq; p̃uidens, nisi qđ Iudæis & Diabolo nihil proderat, credituris gentibus p̃futurũ? Prophetas etiã legimus missos ad G homines tã inobedientes, vt Deus ipse, qui Prophetas mittebat de his ad quos mittebat p̃diceret, qđ verbis eorũ obtẽperaturi nõ essent. Omitto quod p̃phetico spũ quo futura cernebant ẽt hoc vtiq; nosse potuissent, q̃ eorũ verba contẽpturi fuerant, quibus ea tũ vehementi instantia nõ tacebãt. Apertissime Dñs ad Ezechielem prophetã Ezech. dicit, Vade & intra in domũ Israel, & loq̃re verba mea ad ipsos, qa nõ ad populum ignotæ linguæ tu mitteris ad domũ Israel, nec ad multos diuersis aut grauib9 linguis loq̃ntes, quorũ verba nõ possis audire, & si ad tales mitterem te, forsitan audissent, domus aũt Israel non audient te, quia nolunt audire me. Omnis.n.domus Israel inquieto & duro corde est. Ego autẽ dedi faciem tuã fortem aduersus faciem eorũ, & certamen tuũ confortabo aduersus eorum. Ecce mittit Dei seruus, & eis loqui iubetur, qui eũ non erãt audituri, eoipso Dño, qui mittebat & loqui iubebat p̃dicente, q̃ non erãt audituri. Qua causa, cui bono, quo fructu, quove effectu mittit ad certamẽ p̃dicandæ veritatis aduersus certaturos, & non obedituros? Num quisquã dicere audebit sãctos Dei Prophetas incidisse in opprobriũ abs te mihi obiectũ, cum diceres, Si tu scis rem H de qua agitur a te finiri nõ posse, cur incassum laborẽ sumis? cur inanem impendis operam? cur supuacue ac sine fructu contendis? An non magnus error est, velle qđ non valeas explicare, cũ & lex moneat dicens, Altiora te ne q̃sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris? Et iterum, Hõ animosus parat lites, & vir iracũdus exaggerat pctm̃: Ezechieli certe ista non diceres, qui cũ verbo Dei mittitur inferre certamen hominibus non obediturus, contrasensuris, cõtradicturis, Nam si diceres, responderet tibi fortasse, quod eisdem Iudæis Apostoli re spõderũt, Cui obedire oportet, Deo magis Act. 5 an hominibus? Hoc tibi ẽt ipse rñderim.

Hic si tu flagitaueris, vt ostendam vbi ẽt Epi mihi Deus præceperit id agere qđ tu pro- cius hibes, memento apostolicas epistolas, non Cap. eis tantum scriptas, qui tempore illo quo scribebãtur audiebant, sed ẽt nobis, non n. ob aliud in Ecclesia recitantur. Attende ẽt illud qđ Apostolo ait, Vultis ex pimẽtũ eius 2. Co

accipere

accipere qui in me loquitur Christus? & re
2.Ti. 4. cole iam nõ quid Paulus, sed quid per eum Christus locutus sit, qđ paulo ante cõmemorauit, prædica verbũ, insta opportune importune: &c. Attende ẽt quod quemadmo-
Titum. 1 dum ad Titum cum explicaret qualis esse Eps debeat, etiam perseuerantem dixit esse oportere iuxta doctrinam fidelis verbi, ut potẽs sit, inquit, & exhortari in doctrina sana, & contradicẽtes redarguere. Sunt enim multi, uon subditi, vaniloqui, & mentis seductores, maxime qui ex circuncisione sunt quos oportet refelli. Non ergo solos qui ex circuncisione sunt, sed eos maxime tales esse ait, oportere tũ in doctrina sana redargui refelliq; ab Episcopo vaniloquos & mẽtis seductores indubitata præceptione firmauit. Vnde hoc ẽt mihi iussum esse cognosco: hoc pro viribus ago, huic operi quantum ipse qui iussit adiuuat, perseueranter insisto. Quid obstas, quid obstrepis, cur p̃hibes, cur reprehẽdis? Tibine obedire oportet an deo?

obiectio. Nisi forte ista quę à me de scripturis sanCap. 10. ctis documenta prolata sunt, sic accipienda arbitraris, vt quod vestros factitare laudasti, in ecclesia tm̃ quæ in lege mandata sunt populi doceantur. Ibi.n.forsitan putas corripiendos & conuincendos esse diuersa sentientes, vt vnusquisq; doctor suorum tantũmodo disputando & prædicando emẽdet K errorem. Si quid aũt tale cum eis qui foris sunt agere instituerit, tunc animosus, tunc cõtentiosus vel litigiosus habendus sit, quia & ipse Ezechiel, inquis, & alij prophetæ, cum verbis dei ad Iesum populũ mittebantur, Israelite s ad Israelitas.

Solutio. Ad hæc quoq; tibi respondeo, Iã qdem
Ca. 11. supra cõmemorau i, dñm ipsum Iesum qui se imitandum discipulis præbuit non solum Iudæis, uerumetiã Pharisæis & Sadducæis, & Samaritanis, & ipsi diabolo principi omnium fallaciarum & errorũ asserere veritatem & de lege rũdere non dedignatũ. Sed ne hoc dño licuisse, seruis autem eius existimes nõ licere, accipe quid in Actibus Apo
Act. 18. stolorum legatur. Iudæus aũt quidã Apollo nomine, Alexandrinus genere, deuenit Ephesum potens in scripturis, hic catechizatus erat viam dñi, & feruẽs spiritu loquebat & docebat veritissime quę iuxta Iesum, sciens solum baptismum Ioannis. Hic etiã cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quẽ cum audissent Aquila & Priscilla, assumpserunt eum, & certius illi exposuerunt viã dñi. Volente autem illo ire in Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis vt eũ reciperent. Qui cum venisset, multum contulit his qui ibi crediderunt, vehementer enim Iudæos reuincebat, publice ostendens L per scripturas esse Iesum Christum. Quid de isto dicis, quid sentis? Nonne fortasse eũ contentiosum & animosum concitatorẽq; rixarum criminaremini, nisi tanta libri sancti authoritate premerimini.

An quia Iudæus in Chr̃m crediderat, Etiã alie
ppea Iudæos Christianæ fidei resistentes, nis ingeo
& Iesum negantes esse Chr̃m, publice re- renda ue
uincere debebat: nos aũt qa partis Donati ritas.
nunquã fuimus, ppea partem Donati resi- Cap. 12
stentẽ Christianæ vnitati reuincere nõ debemus? Nunquid Paulus Apostolus aliqũ fuit cultor idolorũ, aut aliqñ fuit in hæresi Epicureorũ vel stoicorum, cum quibus tũ eum nec puduit, nec piguit de q̃stione dei viui & veri habere sermonẽ? Accipe quid Act. 17
de hac re in eodem libro scriptum sit. Paulus aũt cum illos Athenis expectaret, irritabatur spiritu sancto intra se videns circa idola esse ciuitatem. Disputabat igitur cum Iudæis in synagoga, & gentibus, & colentibus, & in foro per oẽm diem ad eos qui aderant. Quidã vero Epicureorum, & Stoicorum philosophorum conferebant cum illo, & quidam dixerunt, Quid nam velit semi
M nator verborum hic dicere? Alij vero, peregrinorum dæmoniorum videtur annuncia tor esse, Ecce Apostolus Paulus Stoicos & Epicureos diuersos, non solum ab illo, verumetiam inter se, aduersasque hæreses secum conferre non respuit, non tantum extra ecclesiam, sed etiam extra synagogam disputans cum eis, nec eorum conuitijs exterritus velut lites contentionesque declinans a prædicanda Christiana veritate cessauit. Nam vide quid consequẽter sancta scriptura testatur, Apprehensumq́; eum, inq̃t, in Ariopagum duxerunt dicentes, Possumus scire quæ sint hæc quæ a te dicuntur, Insueta.n. quædam affers in aures nostras, volumus ergo scire quid nam velint hæc esse. Athenienses aũt & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, q̃ dicere noui aliquid & audire. Strãs vero Paulus in medio Areopago dixit, Viri Athenienses, per omnia superstitiosos vos video, perambulans .n. & considerãs simulachra uestra, inueni etiam aram in qua erat scriptum, Ignoto deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quę ergo ignorantes colitis, hunc annuncio vobis : & cætera q̃ cõmemorare omnia longum est, quod tñ ad quæstionem quam
A nunc discutimus sufficit, attẽde obsecro te,
Philip.3 Hebræum ex Hebræis Apostolum Christi stantem ac fermocinantem, non in synagoga Iudæorum, neq; in ecclesia Christianorũ, sed in Ariopago Athenienſium, hoc est, contentioſorũ maxime impiorumq; Græcorũ, Ibi loquacissimę philosophorũ hæreses extiterunt, quarum nonnullæ, sicut ipsi qui hic commemorati sunt Stoici, magis de verborum q̃ de rerum aduersitate confligunt, quod Apostolus prohibuit Timotheum, dicens ad nihil esse vtile nisi ad sub
2.Ti.2. uersionem audientium. Nam de his, vt nosti Tullius ait, Verbi.n.controuersia iam diu torquet homines Græculos, contentiones cupidiores q̃ veritatis. Hoc tñ Paulus noster alloquendos corrigendosq; suscepit, nec ipsius loci nomine exterritus quod ex Marte inditum resonat, quem deum dicunt esse bellorum, ibi pacifica crediturus intrepidus loquebatur, ibi spiritalibus accinctus armis pernicioſus expugnabat errores, nec contentioſos tanquam mitissimus, nec dialecticos tanquã simplicissimus formidabat.

Dialecti ca & eloquentia. Cap. 13.

Nosti.n.q̃ maxime apud Stoicos viguisse dialecticã, quanuis & ipsi Epicurei quos imperitia liberalium disciplinarum non solum non pudebat, verumetiam delectabat, quasdã disputandi regulas quibus quisque vsus minime falleretur, se potius & tenere & docere iactabant. Quid.n.aliud dialectica q̃ peritia disputandi? quod ideo apertendum putaui: quia etiam ipsam mihi obijcere voluisti, quasi Christianæ non congruat veritati, & ideo me doctores vestri velut
B hominem dialecticum, merito fugiendum potitius & cauendum q̃ refellendum, reuindumq; censuerunt. Quod cũ tibi non persuaserint, nam te aduersus nos etiam scribẽdo disputare non piguit, tu tñ in me dialecticam criminatus es, quo falleres imperitos, illosq; laudares qui disputando mecum congredi noluerant. Sed tu videlicet nõ dialectica veteris cum contra nos scribis, vt qd te ergo in tantum disputandi periculum ꝓ iecisti, cum disputare non noueris? Aut si nosti, cur dialecticus dialecticam criminaris, ita vel temerarius vel ingratus, vt aut imperitiam qua vinceris non refrenens, aut doctrinam qua iuuaris accuses? Inspicio sermonem tuum, istum ipsum quem ad me scripsisti, video te quædam copioſe ornateq; explicare, hoc est eloquẽter, q̃dã vero subtiliter arguteq; disserere, hoc est dialectice, & tñ eloquentiam dialecticãq; reprehendere. Si noxia sunt, quare hoc facis? si non sunt, cur arguis? Sed ne etiam nos verbi controuersia torqueat, cum res ipsa intelligatur, minus laborandum est quid homi- C
nibus eam vocare placuerit. Proinde si eloquens ille appellandus est, qui non solum copioſe & ornate, sed etiam veraciter dicit. Itemq; si dialecticus ille appellandus est, qui nõ solum subtiliter sed veraciter etiam disserit, nec eloquens es nec dialecticus, non quia iciuna & inordinata est dictio tua, nec quia obtusa & crassa est disputatio tua, sed quia ipsa facundia atq; solertia ad defensionem abuteris falsitatis. Si autem non in sola veritate, sed etiam cum mala causa disseritur, vel verboſe agitur, recte potest eloquentia vel dialectica nominari, & eloquẽs es & dialecticus, quia & facunde dicis vana, & acute disputas falsa, sed de te videro.

Stoici certe maxime dialectici fuerunt, Pa
Cur Apostolus Paulus ne conferrent cum dia
illo, non eos cautissime deuitauit, & vestros cu
Epos laudas ꝙ nobiscum velut cum dialecticis nolint habere sermonem? Aut si Paulus dialecticus erat, & ideo cõferre cũ Stoicis non timebat, quia nõ solũ acute disputabat sicut & illi, sed ẽt veraciter, quod non illi, iam caue ne cuiquã dialecticam pro cri- D
mine obieceris, qua vsos Apostolos confiteris. Neq;.n.cum hoc mihi obijcis, imperitia te falli puto, sed fallere astutia. Nomen ꝙppe Græcum est dialectica, quæ si vsus admitteret fortasse Latine disputatoria vocaretur, sicut grammaticam Græce, literaturã Latine, viri doctissimi appellauerunt. Sicut enim a literis denominata est grammatica, qm̃ Græce grammata literæ dicuntur, sic a disputatione dialectica nomen accepit, qm̃ disputatio Græce dialoge vel dialexis appellatur. Sicut autem grammaticus à veteribus Latine dictus est literatus: ita Græce dialecticus multo vsitatius & tolerabilius Latine dicitur disputator. Puto iam quod Apostolũ disputatorẽ non neges, ẽt si dialecticum neges. Improbare ergo in vocabulo Græco quod approbari cogeris in Latino, quid est aliud q̃ indoctis prætentare fallaciã, doctis facere iniuriã? Aut si & disputatorem Apostolum negas, qui tam assidue, tã egregrie disputabat, uec Græce nosti nec Latine,

Latine, vel qd' est credibilius & in uerbo Græco fallit eos qui Græce nesciunt, & in
E Latino qui nec Latine sciunt. Quid enim est, non dico imperitius, neq;.n.tu ista non nosti, sed omnino fallacius, qm̃ audias & legas tã multos multiplicesq; sermones Apostoli asserẽtes veritatem, conuincentes falsitatem, negare qd̃ soleat disputare, cum hoc fieri nisi disputando non possit? Quod si hoc ab alio factitatũ fateris, quia fateri eius literis cogeris, non tamen has disputationes, sed sermones vel epistolas appellandas esse contendis. Quid ergo tecũ sic diutius agam, vt qui hæc ignorant, quem volunt uerum approbent vel improbent, de ipsis diuinis literis quibus necesse est cedas, hoc doceo, ipsa prorsus verba, ipsa rerum vocabula, profero. Habes in hoc eodẽ testimonio
Acto.17 quod de Actibus Apostolorum commemoraui de ipso Paulo ita positum. Disputabat igitur cum Iudæis in synagoga & gentibus
F & colentibus in foro. Habes in alio loco,
Acto.10 quanuis cum populo Christiano ageret cõgregatis in ecclesia fratribus ita scriptum, Sedens vero quidã adolescens nomine Eutychus in feneſtra deductus somno graui disputãte Paulo. Habes etiam in libro Psalmorum, Suauis sit ei disputatio mea. Habes & apud Esaiam Prophetam, Venite disputemus, dicit dñs. Et multis alijs diuinarum scripturarum locis lege vbi inueneris hoc verbum, & inspice codices Græcos in eisdẽ testimonijs sanctarum scripturarum, & videbis vñ sit appellata dialectica, ne qd̃ omnes iusti etiã cum deo faciunt, quibus dictũ
Disputare quid est, venite disputemus dicit dominus, non Ca. 15. imiteris sapienti pietate, sed insulsa temeritate crimineris. Qui enim disputat, uerũ discernit a falso. Quod qui non possunt, & tamen dialectici uideri uolũt, per insidiosas interrogationes captant incautorũ assensiones, vt ex eorum responsionibus concludãt vnde illos vel in aperta falsitate deceptos rideant, vel occultam falsitatem deceptis persuadeãt, quam plerũq; etiam ipsi existimãt veritatẽ. Qui autem uerus disputator est, id est, veritatis à falsitate discretor est, primo id apud seipsum agit, ne nõ recte discernens ipse fallatur, quod nisi diuinitus adiutus peragere non potest, deinde cum id qd̃ apud se egit ad alios docendos profert, intuetur primitus quid iam certi nouerint, vt ex his eos adducat ad ea quæ non nouerant uel credere nolebant, ostendens ea cõsequẽ tia his q̃ uel sciẽtia vel fide retinebãt, ut p
ea uera de q̃bus se pspiciũt cõsentire cogãtur alia uera q̃ negauerant approbare, et sic uerũ qd̃ falsum antea putabatur discernãt à falso, cũ inuenitur consentaneum illi vero G
quod iam antea tenebatur falsum. Hoc ille verus disputator si late diffuseq; faciat, eloquenter facit, alioque tunc censetur agetur Rhetor
que vocabulo, vt dictor potius quàm dispu & diale
tator vocetur, sicut illum locum Apostolus ticus
copioſe dilatat atque diffundit, In omnibus quid dif
inquit, commendantes nosmetipsos vt dei ferunt.
ministros, in multa patientia, in tribulatio- Ca. 16.
nibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, 2.Co.6.
in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in benignitate, in spũsancto, in charitate non ficta, in uerbo veritatis, in virtute dei per arma iustitiæ dextera & sinistra, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & ueraces, vt qui ignoramur et cognoſcimur, quasi morientes & ecce viuimus, coerciti et nõ mortificati, vt tristes semper gaudentes, sicut egeni multos autem ditantes, tanquam nihil habentes & omnia posſidentes. Quid enim hoc stylo Apostolico vberius & ornatius, id est, eloquentius inueneris? Si autem præcise atque constricte, ma- H
gis eum disputatorem quàm dictorem ap- Rom.2.
pellare consuerunt, qualiter ait idem Apostolus de circũcisione & præputio patris Abrahã, vel distinctione legis & gratia. Qd̃ quidam non intelligentes, immo vero calũniãtes criminati sunt eum dicere, Faciamus mala vt eueniant bona. Siue autẽ sit dictor siue disputator, nec dictio sine disputatione est, cum & in ipsa eloquentię latitudine ueritas à falsitate discernitur, nec disputatio potest esse sine dictione, quando vtiq; uerbis & lingua ipsa constrictio sermonis exprimitur, siue illo vtatur perpetuo, siue interrogando eum cum quo agit, cogat respõdere quod verum est, & ex hoc ad aliud uerum quod quærebatur adducat, vbi maxi- Chrs di
me regnare dialectica dicitur. Cum enim alecti-
quisque suis responsionibus vincitur, & ma cus.
le respondit, non habet quod imputet disputatori, sed sibi: & si bene respondit, erubescit Ca. 17.
vlterius resistere, non iam disputatori sed sibi. In quo genere dominus cum aduersus Iudæos crebro ageret, eosque illorum responsione captos conclusosque conuinceret, non uos audierant, nec à uobis conuictiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiari didicerant. Nam libentius & inuidiosius & fortasse dialecticum quàm Samarita
Ioan. 8. num appellarent. Quo enim putes eos cõtortos atq; confusos, cum volentes eum capere in verbo, priores interrogauerũt, vtrũ liceret tributum reddere Cæsari, bicipiti videlicet cõplexione insidiantes, ut quod-
Mat. 12. libet eligens caperetur? Si licere responderet, tanquam reus esset aduersus populum dei: si autẽ diceret non licere, tanquã Cęsaris aduersarius perimeretur. Vbi ille nummum sibi popoſcit ostendi, & interrogauit cuius haberet imaginem & inscriptionem: At illi cum respondissent Cæsaris, aperta enim veritas hoc eos respondere cogebat, continuo dominus eorum responsione colligatos ac captos trahens: Reddite, inquit, Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Obsecro te, illine fuerunt dialectici q prætensis interrogationis insidijs decipiendo superare moliti sunt? An ille potius qui ex hoc ipso quod interrogauerunt veram eorum responsionem prudentia interrogationis eliciens illud uerum quod ab eo putabant periculose dici, ipsos compulit confiteri? Si illos dixerit fuisse dialecticos, quia calumnioſe, quia malitioſe interrogando in verbo capere cupiebant: tales enim nos vultis videri: cur eis tamen dominus respõdit, cur eos vsq; ad ueritatis confessionem redita ratione perduxit? Cur eis dixit, Quid me tentatis hypocritæ: & non addidit, dialectici? Cur sibi nummum demonstrari flagitauit, vt sententiam suam veracem exprimeret etiam de ore fallacium, ac non potius ait, Abscedite, neque enim loquendum est vobiscum qui captioſas interrogationes ꝓponitis, qui dialectice mecum agere vultis? Nihil tale dixit, nec aduersus captioſos interrogatores, & uerborum vestrorũ callidos captatores exemplũ tale nobis proposuit, sed vt eos potius etiam veritatis inimicos vigilanti interrogatione & inuicta testimonium veritati perhibere cogamus, Hoc nobis faciant vestri, si nos malitioſi & dialectici sumus. An se timere indicant, ne Christum dixeris dialecticum, laudabis dialecticã quam mihi pro crimine obieceras. Quod ne facias, video quòd fortasse dictu-
rus sis, nec illos nec illum in ea sermocinatione aliquid egisse dialectice. Si ergo nec illi qui captioſe atque insidioſe sermocinantur vt in uerbo decipiant eos cum quibus agunt, nec illi qui tales eorum responsione conuincũt dialectice agunt, dic nobis tandem quid sit dialectica, & quãtum mali habeat, quantum noceat, quàm fugienda sit L
doce. Cuius nomen inuidioſe subijcis ignorantibus, crimen ostende quærentibus. Non uis fateri quòd dialectice agat, qui homines auersos à uero perite, rectęque interrogans, responsionibus eorum adducit ad verum, ne dialectice cum Iudæis etiã Christum egisse fatearis. Item non uis illos agere dialectice q captioſis interrogationibus insidiantes respondentem decipere moliuntur, ne & ibi ostendantur ita cum Christo egisse Iudæos, quos tamen ille non declinauit tacendo, sed potius loquendo superauit, ac sic cogaris fateri nõ recte Episcopos uestros, quos doctos atque sapientes putas, ęc cum dialecticis nolle habere sermonẽ quo inuictam doceant veritatem. Video, magnos æstus pateris quomodo definias dialecticum, vt nec peritus disputator sit ne qd
uituperasti laudare cogaris, nec insidioſus verborum captator, nec tibi dicatur, sicut egit cum talibus Christus, sic agat cũ Christianis. Proinde si placet ista cura liberari, eum fidei esse dialecticum, cum quo legispe riti de parte Donati nolunt habere colloquium. Quid enim tibi aliud suggerendum
M est, homini obiicienti nobis dialecticam, & ideo prædicanti Episcopos suos quòd nobiscum nolint habere sermonem? Sed de Iudæis fortasse inuenis quid dicas quanus callide atque uersute dolos interrogationũ ꝓtẽderunt non eos fuisse dialecticos. De Stoicis certe dici potest nihil, qui non solum dialectici fuerunt, sed etiã cæteras philosophorum sectas in hac vel arte vel facultate vicerunt. Stoicus quippe, vt mecum recolis, fuit ille Chrysippus, de quo Academicus Carneades hãc habebat sententiam, vt quãdo cum illo sibi esset disputandum, elleboro purgandum cor esse censeret: cæteros autẽ vel pransus facile superaret. Si ergo nos libri Stoicorum dialectice disputare docuerunt, doctrinam Pauli contra nos proferãt Episcopi vestri, secum tamen nos conferre patiantur, sicut ipsos tunc Stoicos scilicet Paulus ille non repulit. Hanc enim artem quam dialecticam uocant, quæ nihil aliud docet quàm consequentia demonstrare, seu vera veris vel falsa falsis, nunquam doctrina Christiana formidat, sicut eam in Stoicis non formidabat Apostolus, quos secum volentes conferre non respuit. Et ipsa enim fatetur

Dolosa dialectica. Ca. 18.

K

Dialecticus.

Vide lectio Ca.

fatetur & verum est, neminem à disputando conclusionem falsam consequenter impelli, nisi prius consenserit falsis, quibus eadem conclusio velit nolit, efficitur, ac p hoc q cauet ne se loquente consequantur falsa quæ nõ vult, volens falsa caueat, quæ præcedunt. Si autẽ præcedentibus verbis inhæ-
A erit, quæcunque consequentia perspexerit quæ falsa existimabat, vel de quibus dubitabat, admonitus amplectatur, si ueritati es pacatissimæ amicior, quàm contentioſissimę uanitati. Parum egerim nisi hoc quod
Exẽplũ Ca. 21. dico in hac eadem quæ inter nos vertitur nostra sermocinatione monstrauero. Ecce in ea ipsa quæstione de baptismo tu proposuisti a me requirens, ubi te baptizari conueniat utrum apud nos an in parte Donati. Et quia intentio tua est in parte Donati hominem potius baptizari oportere, hanc intentionem hinc probare conatus es, q etiã nos esse illic baptismum non negamus. Vides certe id te agere uoluisse, ut ex eo qd concedimus, ad id quod non cõcedebamus attrahamur, id est, ut quia concedimus esse illic baptismum, etiam illic esse hominẽ baptizandum concedere compellamur.

Collectio uitioſa. Ca. 22.

Considera diligẽter si est hoc cõsequẽs, & tibi ipse responde. Puto enim iam hoc ante oculos constituto, cernis pro ingenij tui uiuacitate, quàm non consequentia pro cõsequentibus colligas. Nam reuera dicimus
B baptismum & illic esse, sed non dicimus & prodesse, immo uero dicimus & obesse. Cũ
Ioan. 3. autem quæritur vbi quisque debeat baptizari, credo propter illud quæri quod dominus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Quia ergo propter hanc utilitatẽ accipiendus est baptismus, cũ quæritur ubi accipiẽdus sit, non quæritũ ubi sit, sed ubi ad regnũ cœlorum adipiscendum vtilis sit. Sequeretautem etiam illic accipiendum esse ubicunque eum constat esse, si omnes qui habent aliquid boni etiam bono suo habere docerẽtur. Cum uere tam multi tam multa bona habeant malo suo, quis non uideat cum q̃ri tur ubi aliquid accipiendum sit, non quæri ubi sit, sed ubi prosit? Quo enim si mihi cõcederes bonum esse aurum, concederes etiã latrones quoque habere aurum, nõ opinor velles vt ex his duobus concessis concluderent, eum qui habere aurum uelit in latronum societate esse oportere, ita cum & ego concedo bonum esse baptismum, concedo etiam Donatistas quoq; habere baptismũ, non debet ex his duobus concessis quasi sequatur concludere, eum qui habere baptismum velit in societate Donatistarum esse debere. Iam ex hoc etiam tibi ipſi si occurrere multa non dubito, quæ quanuis bona sint & ad utile aliquid instituta, non omnibus tamen habentibus sint utilia, sed tantummodo bene vtentibus. Non ea dẽ omnibus prosunt. Ca. 23. C

Nam cum eadem luce & sani oculi perfunduntur & saucij, istis adiumẽtum est, illis tormentum. Idem cibus alias ualitudines alit, alias lædit. Idem medicamentũ hos curat, illos debilitat. Eadem arma alios muniunt, alios impediunt. Eadem vestis alijs tegumẽto est, alijs implicamento. Sic & baptismꝰ alijs valet ad regnũ, alijs ad iudiciũ.

Hic uideo quid te possit mouere. Fortasse enim dicis, quod in his omnibus nihil sacramenti commemorauerim: baptismus autem sanctum sacramentum est, & ideo nõ esse consequens, vt si de auro, de luce, de alimentis, armamentis, indumẽtis probari potuit, quæ alijs habentibus apta sint, alijs in conuenientia, quanuis sint bona & ad utile aliquid instituta, cõtinuo etiam baptismus alijs prosit, alijs obsit habentibus. Restat ergo adhuc requirere utrum etiam illa bona quæ ad legem dei pertinent, omnia omnibus habẽtibus prosint. Hanc quæstionem propositam, intentio nostra est, ꝙ nec ipsa omnia omnibus habentibus prosint. Hanc intentionem nostram vide quemadmodum probemus ex concessionibus uestris. Conceditis enim in omnibus credendum esse Apostolo Paulo. Teneo vnum. Conceditis etiam D
cũdẽ Apostolũ dixisse, Bona ẽ lex. His duo 1. Tim. 1
bus cõficit, bonã eẽ legẽ, sed legitime utẽtibus. Si ergo non legitime usus quis fuerit, non ipsa erit mala, sed certe oberit malis.

Nec sacramenta ꝓsũt semper habẽtib. Ca. 24.

Fortasse dices, neminem posse & in lege esse, & lege male uti. Hoc ipso enim ꝙ contra legem uiuit, non esse in lege mõstra tur. Contra ego dico fieri posse, vt quis & in lege sit, & non legitime utatur. Quod item vestris concessionibus probo. Conce dis enim memoratum Apostolum testimoniũ posuisse de Psalmis aduersus eos q gloriabantur in lege, & uiuebant cõtra legem, Sicut scriptum est, inquit, quia nõ est iustus quisquam, non est intelligẽs, non est inquirens deũ: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est vsque ad unum: sepulchrum pa-

Euchari stia læ- dit. Ca. 25.

Rom. 3.

Psa. 13.

tens

tens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum, quorũ os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem, contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Et ne putaret hæc in eos dicta qui nõ
E erant in lege, continuo subiecit, Scimus autem quoniã quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo. Item alio loco dicit, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, sed peccatũ non cognoui
Rom. 7. nisi per legem, Nã concupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnẽ concupiscẽtiam. Item paulopost, Peccatum, inquit, accepta occasione per mandatũ fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit, Sed peccatum vt appareat peccatũ p bonum mihi operatum est mortem. Attendis quẽadmodum lege laudata, eos qui in lege sunt arguit, quòd ea male vtendo per bonum habeat malum. Item ip se Apostolis scientiam quandã ex lege quã & se habere dicebat & alios, sine charitate
1. Co. 8 tamen inutilem dicit & noxiam. De sacrificijs, inquit, idolorum scimus quia omnes scientiam habemus, Sciẽtia inflat, charitas vero ædificat. Proinde & ista scientia quãuis ad legẽ dei pertineat, si aliquo fine cha-
F ritate fuerit, inflat & nocet. Quid de ipso corpore & sanguine domini vnico sacrificio pro salute nostra, quanuis ipse domi-
Ioan. 6. nus dicat, Nisi quis manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum, nõ habebit in se vitam? Nonne idem Apostolus docet etiam hoc pernicioſum male vtentibus fieri, ait enim, Quicunq; manducauerit panem & biberit calicem domini indi-
1. Co. 11. gne, reus erit corporis & sanguinis dñi? Ecce quemadmodum obsunt diuina & sancta male vtentibus, cur non hoc modo & baptismus? Cur non ita in bono baptismo nõ
Ca. vo. sunt boni hæretici, qũo in bona lege non sunt boni Iudæi? Iam certe probaui concedentibus vobis, quãdoquidẽ Paulo vos credere, & testimonia quæ de scripturis posui Paulũ dixisse cõceditis. Iã ergo pbaui cõfessionibus vestris q̃dam ẽt bona legitima obesse, tamen nõ legitime habẽtibus & vtẽtibus. Cur, non ita & baptismus quãuis bonus & legitimus, non tamen omnibus habẽtibus prodest? Tu tanquam certissimũ & cõsequentissimũ concludebas in parte Donati esse hominem baptizandum, quia nos etiam ibi esse concedimus baptismũ, nec attendebas posse nos dicere esse ibi q̃dem baptismum Christi iustum, sanctum bonum, G
sed pœnalem contrariũ, pniciosum inimicis corporis Christi quod est ecclesia, quæ F
secundum promissã diuina in omnibus gentibus dilatatur. Nunquid hic quid dicas inC
uenies, nisi non in eis bonis ad legem dei pertinentibus deputandum esse baptismum, q̃
possunt homines & habere & mali esse & boni non esse, sed ipsam quidem legẽ & sciẽtiam & sacrificium corporis & sanguinis Christi talia bona esse, quæ possunt homines & habere & mali esse: baptismum vero tale bonum esse, q̃d quisq̃s habuerit necessario bonus sit? Quod si dicere volueritis, falsum dicetis, & ideo quid aliud falsum cõsequaã attende. Q̃d non ideo commemorabo ut ex illo tuo falso ad alia falsa te adducam, sed vt hoc te liberes, illud quod præcedit emendes, Quid ergo præcedit? ex vobis omnes qui habent bonum baptismũ bonos esse, q̃d est falsum euidens. Quid consequitur? bonos fuisse. s. illos qui schismata faciebant dicentes, Ego quidem sum Pauli, ego autem Cephæ, ego autem Christi. Quos arguens Apostolus ait, Diuisus est Christus? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed falsum est quod isti boni erãt exceptis eis qui dicebãt ero autem Christi, & tamen baptizati erant baptismo Christi. Hoc itaq; falsum quare secutũ est? Quia falsum præcesit, omnes habentes bonum baptismum bonos esse. Vtrunque ergo respuatur, vtraque sententia corrigatur, vt q̃m manifestũ est istos qui schismata faciebant bonos non fuisse, & tamen bono baptismo baptizatos fuisse, illud etiam manifestum sit, non omnes qui bonum habent baptismum bonos esse, ac per hoc non ideo tenemus, vt in parte Donati baptizandum esse aliquem concedamus, quia & partem Donati quam malam dicimus, bonum baptismũ habere concedamus.

Rursua vt ex ea consensione me ad id quod consentio detineres, posuisti scriptum esse: Vnus deus, vna fides, vnum

vnũ baptisma vna incorrupta & vera catholica ecclesia. Quæ omnia concedo, & si aliquãto aliter scripta sunt. Sed quid ad rẽ, cũ omnia sicut dixisti ista cõcedã? Verum quod ex his conaris efficere non efficitur, videlicet vt qui nõ sunt in vna ecclesia, nõ possint habere vnum baptismum, quod omnino falsissimum est, & melius, quia & ipse
I posuisti vnde te possum cõmemorare quod volo. Certe. n. ista proposuisti in cõcessionibus meis ex quibus me adducas ad intentionẽ tuã, vnũ deũ esse, vnã fidẽ, vnũ baptismum, vnam incorruptam & catholicam ecclesiam: Quæ cum inter nos conueniant, putas ex his illud quod nõ conuenit posse monstrari, apud eos qui nõ sunt in hac vna ecclesia, hoc vnum baptisma esse non posse. Ego autem dico posse si nõ mutatur, si hoc idem obseruatur: nec ideo fieri vt non sit vnũ baptisma, quia est apud illos qui in vna non sunt ecclesia. Hoc autem probo ex his quæ in eadem sententia posuisti de vno deo & vna fide: inuenimus. n. eundem deũ extra ecclesiam ab ignorantibus coli, & nec ideo fieri vt non ipse sit deus, & fidem qua creditur Xpm esse filium dei uiui, inuenimus ẽt
Nõ alios eos qui non pertinent ad membra ecclesiæ baptis- confiteri, nec ideo fieri vt non sit vna fides: mus sed sic etiam cum inuenimus eundem baptisidẽ huic mum ab eis qui sunt contra ecclesiam in bafutilis il btizãdis hominibus obseruari, non ideo nõ li i vtilis esse ipsum baptismũ existimare debemus. Ca. 29. Fortasse ad hoc dicas, fieri non posse vt extra ecclesiam idem ipse vnus deus colatur, aut eadem fides qua confitemur Chm
K filium dei, vnde Petrus beatus est appella-
Mat. 10 tus, etiam in eis qui non sunt in ecclesia, reperiatur. Hoc ergo restat vt probẽ. Habes in hoc ipso beati Pauli sermone quem supra ex actibus Apostolorum commemora-
Act. 17. ui, cum de deo loqueretur, quia inscriptum in ara inuenerat, Ignoto deo, quem vos, inquit, ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis. Quid eis prædicare cupiebat, nisi eũ dem deum quem præter ecclesiam ignoranter atq; inutiliter colebant, in ecclesia sapiẽter & salubriter colerẽt? Ita vobis & nos dicimus, quẽ baptismũ vos ignorãtes obseruatis, eius ptãtẽ vobis nos annunciamus, non vt cũ ad nos veneritis alterũ accipiatis, sed vt eum qui iam apud vos erat vtiliter habeatis. De fide ẽt Iacobus Apostolus cũ loqueretur aduersus eos qui sibi quod crediIoan. 2. derant sufficere arbitrabantur, & bene opari nolebãt, Tu credis, inquit qm̃ vnus deus est, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Nempe in vnitate ecclesiæ dæmones non sunt, nec ideo tamen possumus dicere aliud esse quod credunt, cum & dño Marc. 1.
Iesu Christo dixerint, quid nobis & tibi est 1. Co. 13.
fili dei? Vnde Paulus Apostolus, Si habeã, inquit, omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem non habeam, nihil sum. L
Non autem existimo quenquam ita desipere vt credat ad ecclesiæ pertinere vnitatem eum, qui non habet charitatem. Sicut ergo deus vnus colitur ignoranter etiã extra ecclesiam, nec ideo non est ipse, & fides vna habetur sine charitate etiam extra ecclesiã, nec ideo non est ipsa. Vnus enim deus, vna Ephe. 4.
fides, vnum baptisma, vna incorrupta catholica ecclesia, non in qua sola vnus deus colitur, sed in qua sola vnus deus pie colitur: nec in qua sola vna fides retinetur, sed Argu-
in qua sola una fides cum charitate retinet. mẽtũ re
Nec in qua sola vnus baptismus habetur, tortũ in
sed in qua sola vnus baptismus salubriter aduersahabetur. rium.

Proinde vnũ deũ, vnã fidẽ, vnũ baptis- Ca. 30.
ma, vnã incorruptã & catholicã ecclesiã nobis consentientibus tu proposuisti, sed non solum ex his id q̃d volebas nõ effecisti, verũetiã vt ex his q̃d volebamus te admone
remus, nos multũ adiuuasti. Vide ergo nos Chara-
quam probabilem rõnem sequamur qui ea cter.
quæ schismatici vel hæretici corruperunt, cum ad nos inde veniunt corrigimus: quæ vero sicut acceperunt tenuerunt, agnoscimus & probamus, ne commoti humanis vitijs vltra iustitiam faciamus vllam diuinis M.
rebus iniuriam, cum Apostolum videamus etiam in ara gentilium à quibus idola colebantur, dei nomen inuentum confirmasse potius q̃ negasse. Neq;. n. propterea immutandus vel improbandus est regius character in homine, si erroris sui veniam & militandi ordinem à rege impetrauerit, quia eundem characterem quo sibi satellites cõgregarer, desertor infixit, aut propterea signa mutanda sunt ouibus, cum dñico gregi Ex alio-
sociantur, quia eis dominicum signum fugi rũ exem-
tiuus seruus impresit. plis.

Q̃d si hæc tanq̃ decipientia formidatis, Ca. 31.
qa nõ sunt ecclesiastica exẽpla, quanq̃ & de ouibus & de militibus data esse in scripturis similitudines noueritis, ppheticarũ scripturarum, quæ dicuntur veteris testamenti libris, nec à nobis nec à vobis rei huius inuenia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenitur exemplum, circuncisionem certe præputij, in figura futuri baptismi Christi ab antiquis obseruatam esse negare, vt arbitror, non audetis. Nunquid apud Samaritanos circuncisus, si fieri tunc vellet Iudæus posset iterum circuncidi? Noone illius hominis error corrigeretur, signaculũ
A autem fidei agnitum probaretur? Et nunc sunt quidam hæretici qui se Nazarenos uocant, à nonnullis autem Symmachiani appellantur, & circumcisionẽ habent Iudæorum, & baptismum Christianorum: ac per hoc quemadmodum si quis eorum ad Iudæos uenerit, non potest iterum circumcidi, si cum ad nos venerit, non debet iterum baptizari. Adhuc dicturi estis, aliud ẽ circũcisio Iudæorum, aliud baptismus Christianorum: sed cũ illa vmbra fuerint huius ueritatis, cur illa circumcisio & apud hæreticos Iudæorũ esse potuit, iste autem baptismus apud hæreticos Christianorũ non põt esse? Profer certe aliquem de scripturis canonicis, quarum nobis est cõmunis authoritas, ab hæreticis venientem denuo baptizatum: Nam q̃ iusserunt Apostoli quosdam post Ioannis baptismũ in Chro baptizari, longe alia causa est. Neq; n. Ioannes
Mat. 11 hæreticus fuit, amicus ille spõsi, quo nemo
Acto. 19 surrexit maior in natis mulierum. Longe ergo alia causa est, alioquin si Paulus post Ioannem baptizauit, cum ambo in unitate
B Christi fuerint, quanto magis debent Episcopi vestri q̃ se in unitate Chri esse dicunt baptizare post collegas suos, in quibus collegis mores aliquos recte reprehẽdũt, cum hoc fecerit Paulus qui nihil potuit in Ioanne reprehẽdere. Ergo illa alia causa est, alia ratio, de qua nũc disserere longũ est, & in alijs opusculis nostris hinc multa iam diximus. Ab hæreticis ergo venientẽ ꝓbate in scripturis canonicis denuo baptizatũ. Nã & nos proferimus Petro dictum. Qui lo-
Ioã. 13. tus est semel, nõ opus habet iterum lauari. Sed etiã uos dicitis, Petrus non fuerat apud hæreticos baptizatus. Proinde q̃ nec uos potestis proferre de scripturis, quarum nobis est cõmunis authoritas, ab hæreticis uenientem denuo baptizatũ: nec nos ita susceptũ, quãtũ ad hãc rẽ attinet, par nobis cã ẽ.
Ca. 32. Verum nos multa ostendimus etiam ad legem dei pertinentia esse apud eos qui non sunt in Ecclesia, quæ nemo uestrum audet negare: sed cur tale aliquid nolitis esse & baptismum, omnino non uideo, nec posse demonstrari confido. Sequimur sanè nos in hac re etiam canonicarum authoritatem certissimam scripturarum. Neq; enim parui momenti quod inter Episcopos anterioris ætatis quam esse inciperet pars Donati, C
ista quæstio fluctuaret, & uarias haberet inter se collegarum salua vnitate sententias, hoc per vniuersam catholicam quæ toto orbi difunditur obseruari placuit quòd tenemus. Nam & uos profertis concilium Cypriani, quod aut non est factum, aut à cæteris vnitatis membris, à quibus ille non diuisus est, merito suparatum. Neq; enim propterea sumus Episcopo Cypriano meliores, si tum censuit hæreticos denuo baptizari, quia nos hoc recte non facimus, sicut nec Petro Apostolo meliores sumus, quia non cogimus genses Iudaizare, quod ille fecisse Paulo Apostolo attestante & corrigente monstratur, cum similiter inter Apostolos de circuncisione quæstio, sicut postea de baptismo inter Episcopos non parua difficultate nutaret. Proinde quanuis huius rei certe de scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur ueritas, cum hoc facimus quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas, vt quoniã sancta scriptura fellere non potest, quisquis falli metuit, huius obscuritate quæstionis eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Si autẽ dubitas quòd Ecclesiam quæ per omnes gentes numerositate copiosissima dilatatur, hæc sancta scriptura commendat, neque enim si non dubitares, adhuc es- D
ses in parte Donati, multis & manifestissimis testimonijs ex eadem authoritate prolatis onerabo, vt ex tuis concessionibus si nimium peruicax esse nolueris, ad hoc etiam perducaris cum prius ostendero etiam epistolæ meæ, cui respõdere à contrario uoluisti, nihil te quod ad ueritatem pertineat re
Epi
Ca
spondere potuisse. Hoc interim satis sit q̃d propter nimiam ostinationem hominum multa dicenda arbitratus sum, aduersus eos qui cum habeant principalem causam malam, ab ea præscriptione uolunt auertere iudices cum dicunt nullo modo sibi loquendum esse nobiscum. Probaui enim & de scripturis sanctis, et qua potui ratiõe perspicua nec eloquentiam quantamlibet, nec dialecticam qualemlibet metuendam esse asserto-

sertoribus ueritatis quo minus assetores falsitatis disputando cum eis, & eos refellendo conuincant. Vbi etiam demonstraui, & illud quo te præter epistolam meã dixi permotum, quàm non sit consequens, vt si concedimus esse baptismum in parte Donati, sitimul etiam concedamus in eadem societate quenquam baptizari oportere, quia sicut bonam legem potuit habere reprobus E
populus iudeorum sic bonum sacramentũ potest habere reproba societas hæreticorũ. Quid autem proprie detur in Ecclesia q̃d præter illam omnino non datur, suo loco sine difficultate monstrabitur. Neque enim recte ageremus cum hæreticis quos habere baptismum cõfitemur, ut omni modo ad Ecclesiam catholicam ueniant, nisi ueniendo acciperẽt aliquid quòd nec alibi possint accipere: & quod nisi acceperint, frustra & perniciose habeant quæcunque alia, quam uis bona & ad legem dei pertinẽtia ubilibet accipere potuerunt. Hoc enim quicquid est quod secundum scripturas certissimam-
Can. 4. que rationem inueniri potuerit, non nisi in sancta ecclesia vel dari vel accipi posse, hoc pertinebit ad fontem signatum puteum aquæ viuæ, paradisum cum fructu pomorũ, cuius vt potuisti mentionem fecisti. Sed quid illud sit non te intellexisse ostendisti, quandoquidem hoc de uisibili baptismo dictum est arbitraris: quod licet sanctum sit, neque ullo modo prætermittendum, quoniam sacratissima significatione præpollet, quam multi eum tamen accipiant, non so-
Rom. 9. F lum poni qui secundum propositum uocati sunt conformes imaginis filij dei:
1. Co. 6. sed etiam hi qui regnum dei nõ possidebunt, in quibus sicut dicit Apostolus, & ebriosi & auari numerantur: puto quòd si pertinacia deposita cogitaueris verum me dicere, tibi ipse facile respondebis, vt non quæras fontem signatum et puteum aquæ viuæ, nisi quo hi qui displicent deo diuinitus non permittuntur accedere. Contuli, lege.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Cresconium Grammaticum, Liber secundus.

Repetit anté dissertas. Cap. 1.

SVperiores voluminis tam prolixo sermone puto q̃ tandem aliquando persuasimus, non esse in hoc laudandos uestros Episcopus neque approbandos, quod de causa dissensionis, quæ nostram communionem dirimit, nolunt nobiscum habere colloquium. Hac enim quasi præscriptione se causa pessima putant acutissimos, q̃, ni fallor, & ueris certisque rationibus, & maxime diuinarum scripturarum exẽplis penitus amputaui, quibus dilucidissime docui, à sanctis prædicatoribus atque assertoribus veritatis, etiam cõtra præsentes eius G
aduersarius, nec tantum qui ex eodem populo quo & illi fuerunt, verum etiam contra alienigenas, formidines minatis imperitis, contra eos qui dialecticam maxime profiterentur habitum fuisse sermonem, ne contentiosissimus habeatur diligentissimus prædicator: & ne litigator putetur impiger disputator, instans secundum præceptum Apostoli opportune, importune, vt doctrina sana contradicentes redarguantur, vaniloqui refellantur, inquieti corripiantur, pusillanimes consolentur, infirmi susciplantur, dum aduersus omnes resi- 2. Ti. 4.
stentes, verbum salutis Euangelicæ cum 1. The. 5.
defenditur, sine diffidentia prædicatur, Ostendi etiam quàm non deberetis ideo putare apud uos esse hominem baptizandum, quia & nos consentimus, quòd & haberi à vobis baptismus possit & dari, cum & illud dicamus perniciose haberi & perniciose dari, quoniam illa sancta quibus vtique mali vti possunt, quanto sanctiora sunt, tanto ab eis inutilius pœnaliusque tractantur. Vnde cum ad ecclesiam sanctam veniunt, ipsi corripiendi sunt: non à nobis à illa violanda, quæ nec à malis mutata sunt. Audi ergo Cresconi, dum breuiter & hoc demonstro, nihil te dixisse per totam Epistolam tuam quo H
refelleres meam, nisi forte quòd me nomina driuare uel declinare docuisti, vt à Donato Donatianos potius quàm Donatistas dicere, quam tamen Græcam saltem declinationem esse concedis, videlicet q̃ ita Donatistæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

natistæ à Donato, vt Euangelistæ ab Euangelio nominentur, quo te delectari dicis, vt vestris Euangelium ꝓdicantibus, à simili mutata sit vocabuli declinatio. Vide ergo ne forte ipsi priores hoc voluerint appellari, quia Donatum habentes ꝓ Euangelio: nã sic isti à Donato, qũo sancti omnes nolunt ab Euãgelij societate discedere, & ideo delectantur uocari Donatistæ, sicut Euangelistæ: tuq; potius eis facias iniuriam cum scribis in Latino sermone, non nisi Latinã regulam probans, Donatianos à Donato, sicut ab Arrio & Nouato, Arrianos & Nouatiãos velles vocari. Namq; ego cum scriberem, iam à nescio quibus propagatum sonabat hoc nomen, neq; id mutare, cũ & hoc ad distinctionem quam volebam satis sufficere existimarem. Si enim Demosthenes clarissimus oratorum, cui verborum tanta fuit cura, quanta rerum authoribus nostris, cum tamen nonnullam locutionis insolentiam obiecisset Aeschines, negauit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illone an illo verbo usus fuerit, & an huc an illuc manum porrexerit, quanto minus nos laborare debemus de regulis deriuãdorum nominum, quando siue illud dicamus, intelligit sine ambiguitate quod dicimus, quorũ non in expolitione sermonis, sed in demonstratione veritatis est maior intentio. Si autem quisquam nostrorum primus flexit hoc nomen, nullo modo mihi videtur illud simile instituisse, ꝓ Euangelistæ ab Euangelio nuncupantur: sed quia per Donatum non tantum Chartaginis, quia hanc hæresim maxime roborasse perhibetur: sed etiam maiorẽ Donatum à casis nigris, qui altare contra altare in eadem ciuitate primus erexit magnum scandalum factum est: ita fortasis à Donato Donatistas, vt ab scandalo scandalistas voluit appellare. Sed ego ea in re in qua nihil causæ nostræ minuitur, me facilli mum præbeo, & quãdo tecum ago, iam Donatianos uoco: quando autem cum alijs, cõsuetudinem potius sequor quæ his sonis iure dominatur: Tu tantum memento me, cui tantam tribuisti eloquentiã, nondum nosse nomina declinare, & nũcia uestris scuritatem, ne iam timeant tanquam dialecticum, cui vides adhuc necessariã esse grãmaticam. Quod si disciplinam disputandi siue dialecticam velis appellare, siue quid aliud: satis tamen sobrie docet cũ de re cõstat, non esse de nomine laborandum. Sicut non curo utrum eaipsa dialectica uocetur, curo tũ quantum ualeo nosse ac posse disputare, hoc est, veritatem à falsitate in loquendo discernere: quia hoc nisi curauero, perniciose errabo: ita non curo utrum Donatistæ an Donatiani peritius & literatius declinemini: vtrũ postremo à Donato, vel qui primus extra ecclesiam sanctificauit, uel qui hanc dissensionem maxime roborauit: an à Maiorino qui primus contra Cæcilianum vestræ partis Episcopus ordinatus est, dicat is uobis, quando loquimur distinctionis causa indi uocabulum, quod autem hæretici sitis, quòd id o ne decipiatis, cautissime deuitandi, ni diligenter demonstrare curauero, non paruam negligentiæ culpam ꝓ Hæmei officij sarcina incurrã. Quanquam id & quod inter nos accidit, schisma potius q̃ hæresim censes appellari oportere, & quod ratione audere dialectici solent, etiam definitionibus ista discernis, vbi quantum nos adiues, satis demonstrare non potero, nisi ex Epistola tua inseram verba tua, Quid sibi vult, inquis, quod ais hæreticorum sacrilegum errorem? Nam hæreses non nisi inter diuersa sequentes fieri solẽt: nec hæreticus nisi cõtrariæ vel aliter interpretatæ religionis est cultor, vt sunt Manichæi, Arriani, Martionitæ, Nouatiani, cæterique quorum inter se contra fidem Christianam diuersa sententia stat. Inter nos quibus idẽ Christus natus, mortuus & resurgens, vna religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, schisma factum, nõ hæresis dicitur. Siquidem hæresis est diuersa sequentium secta: schisma vero eadem sequitur separatio. Quare & in hoc studio criminandi quẽ tu incurris nõ vides errorẽ, cũ quod schisma est hæresim uocas. Hæc nempe verba tua sunt, quæ posuisti in epistola tua. Iam nunc attende si pertinax nõ sis, q̃ facili compendio id quod inter nos agebatur, ipse finieris. Si.n. & nobis & uobis idem Christus natus, mortuus, ac resurgẽs, vna religio, eadẽ sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum est, nonne rebaptizare peruersum est? Tria nanq; posuisti, quorum si unum posuisses, satis superq; sufficeret. Sed quasi contra Donatianos hoc deliter ageres, ne quisquam vel nimis acutus id quod semel breuiterque dixisses interpretari aliter conaretur, etiã obtusis auribus & cordibus tuam curasti immergere atque inculcare sententiam. Vna, inquis, religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, & adhuc aduersus inuicem laboremus. Iam tandem aliqñ cohibete dissensionem, finite lites, amate pacem. Quid reprobatis? Quid exsufflatis? Quare rebaptizatis? Vna religio est, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Nam si vobis & nobis nõ est vnus baptismus, qũo est vna religio? Ergo & vnus baptismus, qũo sunt eadem sacramenta. Sed tu dixisti eadem sacramenta, idẽ ergo & baptismus. Itẽ si uobis & nobis diuersus est baptismus, qũo nihil est in Christiana obseruatiõe diuersum? Sed tu dixisti nihil in Chriana obseruatione diuersum, non ergo diuersus est baptismus. Qđ cum ita fuerit, nos recte quod vnum atq; idem neq; diuersum ẽ, nec improbamus, nec exsufflamus, suscipimus & acceptamus. Vos vero impie qđ vnum atq; idẽ neq; diuersum est, dissimulatis agnoscere, suscipere recusatis, acceptare non vultis, sed eligitis improbare, audetis exsufflare, nõ metuitis iterare. A Et cum in hocipso ꝙ ea quæ inter nos mutata non sunt, nos suscipimus, vos refellitis nos: si à vobis data sunt, data iudicamus. vos si à nobis data sunt, tanquã non data repetitis. Cum diuersa sequamini, appellari vos hæreticos dedignamini. Attende diligenter quid dicas, & quid dicã. Tu certe definisti & dixisti, Hæresis est diuersa sequentium secta: schisma vero eadem sequentium separatio, Item tu dixisti nobis & uobis unam esse religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Quare ergo rebaptizas Christianum, ego aũt non rebaptizo? Diuersa vtique sequimur. Quare te dici non vis hæreticum? puto ꝙ non paruo signo agnoscamus hæreticos, qui cũ sibi & nobis vanam religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum esse fateantur, nolunt nos agnoscere baptizatos. An tanta obstinatione contenditis, tanta dissensione veritati resistitis, vt a religione, à sacramentis, à Christiana obseruatione baptismum separetis? Quod si facitis, in eo estis hæretici quod ad religionem, ad sacramenta, ad obseruationem Christianam baptismum pertinere nõ vultis. Si autem non facitis, in eo estis hæretici, quòd eos qui nobiscum habent vnam religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, cum & baptismum ad religionem, ad sacramenta, ad Christianam obseruationem pertinere fateamini, tamen rebaptizatis. Attende enim diligenter definitionem tuam in qua dixisti, Hæresis est diuersa sequentium secta: & vide vtrum non diuersum sequamini, aut separando baptismum à religiosa obseruatione Christianorum sacramentorum, quibus eum nos inter magna coniungimus, aut eos cum quibus in vna religiosa obseruatione Christianorum sacramentorum ẽt baptismus vnus est, tamen rebaptizando, quod nos detestamur.

Quoniam vellem si possem, cum aliquẽ deceptum ex nostris fidelibus, vestris neVrget verba fandis interimendum insidijs excipiunt, Crescocum apud nos iam baptizatum, nec cœpisnij. Cap. 5. se dicunt esse Christianum, cum tanquam paganum exufflant, cum catechumenum faciunt vt præparent, deinde retingendum vel potius extinguendum, repente aliunde existere, cum hac epistola tua, & hunc ipsum eius locum in medijs eorũ ausibus recitando porrigere & exclamare. Quid facitis? Ecce audite, videte, legite, vna est nobis vobisque religio: eadem sacramenta, nihil C in Christiana obseruatione diuersum, in cuius nomine iste baptizatus sit prius interrogate: & tunc si alium meliorem in vestro baptismo nominatis, date. Tunc illi fortasse si non ipsa rerum euidentia contremiscerẽt, continuo consilium suum magnum uidelicet atque acutum proferrent, & dicerent, Quis iste è nobis est, cuius epistolam geris? Laicus noster est, nobis vinceret, vincitur sibi. Tamen ego si adessem, conuersus ad te dicerem, Tu saltem obsecro dic nobis quid isti faciunt? Ecce apud nos baptizatũ rebaptizare disponunt. Certe ergo nobis & vobis vna religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. An responderes, sed Christi baptismus nõ est religio, non est sacramẽtum, non est obseruatio Christiana? Auerterit deus hanc à tua mente dementiam. Quid igitur mihi responderes vrgenti ac dicenti, Vna nobis vobisq; religio est: quibus autem baptismus vnus non est, non est vna religio: Ergo nobis vobisq; vnus est baptismus, eadem nobis & vobis sacramenta sunt. Quibus autem baptismus idem non est, non sunt eadem sacramenta. Ergo idem nobis & uoD bis est baptismus, nihil est vobis & nobis in Christiana diuersum obseruatione. Quibus autem diuersus est baptismus, non vti-

Demosthenes.

Irridet Crescolium. Cap. 2.

que nihil est in Christiana obseruatione diuersum. Non ergo nobis & vobis diuersus est baptismus. Cur quod vnum est probatur? cur quod idem est exsufflatur? cur quod diuersum non est iteratur?

Cap. 6. Me sic agente in præsentia, sic instante, ad quas tergiuersationes confugeretis? Videlicet contenerent in epistola tua illi Grāmaticos, tu accusares in nra dialecticos, sed veritas ex vtraq; superaret hæreticos, hoc solū in eis ostendens a nobis esse diuersum, qđ cōstat esse puersum, quia nos sacra nra cognoscimus, errorem alienū emēdamus: vos aūt eadem sacra fatemini, quæ tanquā nulla sint iteratis, magna diuersitate, reprobantes qđ diuersum non esse conceditis.

Quid proprie schisma. Cap. 7. Proinde q̄uis inter schisma & hæresim magis eam distinctionem spprobem, qua dicitur schisma esse recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate dissensio. Neque.n. scisio vel schisma fieri pōt, nisi diuersum aliquid sequatur qui faciunt: E hæresis autē schisma inueteratum, tñ quid hinc opus est ad laborem, cum me tm adiuuent definitiones tuæ, vt si mihi & p alios vestros concederetur, schismaticos vos libentius q̄ hereticos dicerem. Si.n. schisma faciunt quibus cum eis a quibus se diuidūt vna religio est, eadem sacra, nihil in Christiana obseruatione diuersum, hinc est vra rebaptizatio damnabilior, quia in vna religione eisdem sacris nihilo in Christiana obseruatione diuerso alius est, diuersus esse non potest baptismus. Sed q̄m nec nullū est nec aliquid paruū, quod diuersum sequimini cum ab vnitatis vinculo separati, etiam de repetitione baptismi dissentitis a nobis, sit vt sēm istam ipsam definitionē tuam qua dixisti, Hæresis est autē diuersa sequentiū secta: & hæretici sitis & victi appareatis. Hæretici quidem q̄ non tantum diuisi, verum & in rebaptizando diuersum sequimini. Victi autē, quia datum per nos baptismum tanquam non ipsum, sed tanq̄ nullum sit iteratis, quod vnum atq; idem, nec diuersum esse fatemini. Tua q̄ppe verba sunt, q̄ nobis vobisq; sit vna religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obser-
F uatione diuersum.

Donatiste muta ti transeunt. Cap. 8. Quapropter si literis tuis pars Donati subscriberet, ac inde ista, quæ a me atque a te dicta sunt, sine insana pertinacia, vel impudentia cogitaret, nihil vlterius aduersus nos sentiret, & diceret. Sed quoniam tu es cui respōdeo, iam puto quōd & ipse videas, iam non studio criminandi, sed pocius iam redarguendi fallaciam dixerim Donatistarum hæreticorum sacrilegum errorē. In quibus quatuor verbis, siue nominibus, qa hoc vel tibi, vel arti Grammaticæ placet, primum qđ positum est Donatistarū corrigo & muto & Donatianorum dico, cætera uero tria qñ verissima dicta esse, iam vt puto sentis, vos corrigite, vos mutate. Mutate inquam & corrigite Donatianorum, vel quodlibet aliud vocandi sitis, tñ hæreticorum sacrilegum errorem, nam & hæretici estis, vel qđ in schismate inueterato remansistis, vel ex tua definitione, q̄ de Ecclesia, quæ corpus est Christi, vel de iteratione Christiani baptismi diuersum sequimini. Et sacrilegus error est non solum a Christiana vnitate separatio, verumetiam sacramentorum, quæ scđm tuam confessionem, vel concessionem vna atque eadem G sunt violatio atque rescisio. Quod si corrigitis & mutatis, qūo tales vos suscipimus quales eratis? Vnde inaniter tam multa locutus es, & cum sis ingenio tam acuto, cōsuetudine audiendæ vanitatis obtunderis, vt videatur tibi, q̄ cum ad nos a vobis trāseunt, tales eos quales erant suscipimus, qa in eis traditionem Christianorum, q̄ nec alienati alienauerant, nec peruersi peruerterant approbamus, quæ sacramenta etiam tu, quanuis non talis qualis nos sumus, non potuisti tamen nisi talia, nec sic talia quali alia similia, sed omnino eadem confiteri.

Obsecro te dic mihi, qūo talis est qualis D fuit qui veneratur Ecclesiā quam blaspheCta mabat, qui tenet vnitatem quam non tenebat, qui habet charitatem q̄ non habebat, qui accepit pacem q̄ respuebat, qui approbat sacrm, q̄ exsufflabat? An vero ira sunt omnia salsis vera præposterata, vt non dicā tur mutati, in quibus ea, quæ diuersa fuerāt veritate corriguntur, & mutati dicantur, in quibus ea, quæ similia vna eadēmq; fuerant vanitate iterātur? Noli ergo vlterius in hac re, non tantum carnaliter, verumēt pueriliter sapere, vt tales quales erant vestros a nobis suscipi existimes, qui conuersione voluntatis ab errore ad veritatem, a diuisione ad vnitatem, a dissensione ad pacem, ab inimicitijs ad charitatem, ab humana præsumptione ad diuinarum scripturarum authoritatem, non ante incipiunt esse nostri q̄ esse desliterint vestri. Hęc cōuer-
sio

sio voluntatis repente mutauit, non solum in telonæo peccatorem, verumetiam in cruce latronem, Nisi putas quōd Christus in paradiso secum esse voluisset cruentum sceleratumque hominem, si nōn cordis illa conuersio continuo faceret innocentem? vt eo die, ex eo loco, ex eo ligno transiret ad immortale fidei præmium, in quo exceperat mortis pro iniquitate supplicium. Siue enim ad malum siue ad bonum paruo momento animus commutatur, sed non ideo paruum est quod meretur. In ipsis corporalibus & temporalibus pœnis & beLuc. 13 neficijs diu nutritam quamlibet ætatem vnus ictus interimit, & decem & octo annorum ægritudinem mox vt dominus dignatus est iubere, sanauit. Crede certe rebus, non verbis inanibus. Mutati ad nos vestri transeunt, absit vt ipsi sint qui fueI runt. Quod vtinam & tu facias, & quam verum sit in te, tibi credas.

Sacramenta Magnum aliquid tibi dicere visus es no cōia orminando Candidum Villaregiensem, & thodo Donatum Macomadiensem, qui ex vexis & he retis. fratris Episcopis eriam apud nos, Episcopi Cap. 10. fuerunt, & probata vita ad honorabilis senilis ætatis meritum peruenerunt: quasi sacramenta & inuocatio nominis dei quæ fit apud vos ipsa inimica sit nobis, cum & in eis qui extra ecclesiam sunt, non sit omnino nisi ecclesiæ. In qua quæstione si meis verbis laborarem, tuis adiuuarer. Nam si extra ecclesiam nihil ecclesiasticum posse esse sentires, non ipse dixisses, nobis & vobis vnam esse religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Quibus verbis tuis non in totum consentio, Christiana quippe ecclesia caretis, Christianam charitatem non habetis, christiana sanē in vobis sacramenta cognosco, & in his illud quoque diuersum improbo ac respuo, quod cum eadem etiam in schismate habeatis, eadem in catholicis exufflatis. Prorsus agnoscit in vobis ecclesia cuncta quæ sua sunt, nec ideo non sunt eius quia & apud vos inueniuntur. Apud vos quippe aliena sunt sed cum vos correctos recipit, cuius sunt, fiunt etiam salubr.t.r vestra quæ pernicioſe habebatis aliena. Discordia vos possidet sub titulo pacis Ergo discordia pellatur, pax introducatur. Quid causæ est vt titulus deponatur? Episcopus est, inquis, Episcopum recipis, presbyter presbyterum. Posses mihi hoc dicere, homo est, hominem recipis, Tam quippe in illo sacramenta christiana quam membra humana cognosco, nec curo per quem fuerint seminata sed a quo creata. Quibus si malē vti voluerit, eoipso malus sit quod creatorem de bonis eius offendit, Si autem bene vti, voluerit, se corriget, non illa mutabit.

Et de Episcopis quidem vel clericis re- Recipiū cipiendis alia quæstio est. Quanuis enim tur Epicum apud vos ordinantur, non super eos Ca. 11. innocetur nomen Donati sed dei: tamen ita suscipiuntur vt videtur paci & vtilitati ecclesiæ conuenire. Neque enim Episcopi propter nos sumus, sed propter eos quibus verbum & sacramentum dominicum ministramus, ac per hoc vt eorum sine scandalo gubernandorum sese necessitas tulerit, ita vel esse vel non esse debemus, quod non propter nos sed propter alios sumus. Denique nonnulli sancta humilitate prædi ti viri, propter quædam in se offendicula, quibus pie religioseque mouebantur, Episcopatus officium, non solum sine culpa, ve rumetiam cum laude posuerunt. Nunquid L sic etiam Christianum nomen & fidem laudabiliter, ac non potius damnabiliter ponerent? Sicut in accipiendis his rebus possunt esse iustæ causæ cur excuset quisque fieri Episcopus: nec tamen similiter potest vlla causa esse iusta cur quis excuset fieri Christianus: Quid ista nisi quia sine Episcopatu vel clericatu salui esse possumus, sine christiana vero religione non possumus?

Qūo purgant hæretici resipiscē tes. Cap. 12. Proinde vestri Episcopi seu quilibet clerici, quantum ad ipsa ecclesiastica officia pertinet, sic in catholicam susceptī sunt vnitatem, quemadmodum expedire videbatur ijs quorum saluti per eorum consulebatur officium vel exercendum vel omittendum. Veruntamē etiam de ipsis qui & apud nos eosdem administrauerunt honores: nunquid sicut dicere potuisti: Episcopus est, Episcopum recipis: ita potestis dicere, hæreticus est, hæreticum recipis: aut schismaticus est, schismaticum recipis: aut Donatianus est, Donatianum recipis? His enim nominibus non gradus honoris a plebeia dignitate, sed crimen erroris a catholica veritate distinguitur. Proinde illa tanquam ecclesiastica munera etiam in alienis inuenta, qui vos relinquendo & ad nos transeundo nostri fiunt, pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtilitate populorum quibus hac dispẽsatio
M ne seruimus, suscipiuntur: illa uero uitiosa
& proprie uestra, sanantur, corrigũtur, mu
tantur, dũ tñ ea sacramenta sine quibus ho
mo non potest fieri Christianus, etiam in
hæreticis sic tractẽtur, vt cũ ad ecclesiã ve
nũt, qđ defuerit addat, qđ agnitum fuerit
approbetur: ne dum nimis offendimur eis
Ro. 11. malis quæ contra ecclesiam pepererunt, per
sequamur etiam bona, quæ de ecclesia disce
dendo traxerunt. Nã etiã sic ramus fructus,
si rursus, sicut ait Apostolus, inserendus sit,
radix ei redditur, non forma mutatur. At. n.
nostros, inquis, hæreticos & sacrilegos uo
cas, qđ nepharium & inexpiabile crimen
est: nunquid talibus sine aliqua expiatione
ignosci debet aut potest? Cur ergo, inquis,
non emaculas uenientem? cur non primo
abluis & emundas, & sic tibi communicet?
Quid q̃ ex his verbis tuis multo conueniẽ
tius alius dixerit, talibus tamen ignosci nec
debere nec posse, teque tibiipsi contraria lo
cutum esse monstrauerit, vt ideo diceres cũ
aliqua expiatione talibus ignoscẽdum, quia
id quod obijcitur inexpiabile? Quomodo
ergo expiat quod inexpiabile est? Quomo-
A do sperem te auditurũ esse quod dico, qui tã
in proximo non audis ipse qđ dicis, cum ti
bi continuo contradicis censendo expian
dum qđ inexpiabile dixeris? Nos autẽ ita
uestrũ dicimus hæreticum & sacrilegũ erro
rẽ, vt tñ inexpiabilem non dicamus, Alio
quin frustra uobiscum vt eo relicto correc
ti ad ecclesiam catholicam trãseatis, q bus
modis possumus, agendum esse censuimus:
nec nostro sicut scribis verbo te uti arbitre
ris, quasi hoc malũ sine venia, & sine medi
co esse dicamur, quod omnino nõ dicimus,
quia & veniam merentur quos huius mali
Ezc. 18. penituerit, & omnipotens est medicus qui
propter Prophetam dicit, Si conuersus fue
ris & ingemueris, tunc saluus eris. Quapro
pter si in aliquem forte incidisti vel minus
in his rebus instructum, vel minus quid lo
queretur intuentem, quanuis esse cõmunio
nis catholicæ uideretur q̃ hoc tibi diceret,
ipse potius huius inconsiderati verbi veniã
mereatur, sicut tu qui cũ sis tam liberaliter
eruditus, & in arte verborum non mediocri
ter doctus, minus tñ q̃d loquaris attẽdes ex
piãdũ cẽses qđ inexpiabile dixeris, & qđ ẽ
mõstrosius ideo expiandũ q̃a inexpiabile.
Non est catholicum eos hortari, vt erro
re correcto salui fiant, quos inexpiabiliter
atque insanabiliter asserimus errare. Sed
ideo vobis nõ videnť mũdari, cũ ad nos à B
vobis transeunt, quia non denuo baptizan
tur, quasi solo baptismo quẽ repeti nõ opor
tet, cum idem atque vnus est, homines ab
errore mundẽtur. Mundantur & uerbo ve-Ioã.
ritatis ab illo qui ait, Iam vos mundi estis,
propter verbum quod locutus sum uobis. Psal.
Mundantur & sacrificio contriti cordis ab
illo de quo dictum est: Sacrificium deo spiri
tus contribulatus, cor contritum & humi
liatum deus non spernit. Mundãtur & elee Lu.
mosynis ab illo qui ait: Date eleemosynam,
& ecce omnia munda sunt uobis. Mundan-
tur ipsa quæ supereminet omnibus charita 1. Pe.
te ab illo qui per Apostolum Petrũ dixit,
Charitas cooperit multitudinem peccato-
rum: quæ vna si absit, omnia illa recta fiũt;
si autem desit illa, omnia frustra fiunt. Hæc Ro.
vero vnde sit audi docentem Apostolum:
Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Vnde merito creduntur qui extra ec
clesiam baptismum ecclesiæ perceperũt, nõ
habere spiritum sanctum, nisi cum ipsi eccle
sie in uinculo pacis per connexionem cha-C
ritatis adhæresc unt.

Iam enim locus est vt ostendam quod in eo
primo libro distuleramus, quid in ecclesia, Cap.
quæ sanctũ corpus est Christi proprie pos hab
sit accipi, quod præter illam non potest ac- non
cipi. De his enim qui schismata faciebant, fic.
idem Apostolus dicit: Animalis autem ho- Cap.
mo non percipit quæ sunt spiritus dei: pri- C
mam ad Corinthios epistolam lege, & inue 1. C
nies, Baptismus igitur sacramentum est no-
uæ uitæ ac salutis æternæ, quã multi habẽt
non ad vitam æternam, sed ad pœnam æter
nam, non bene vtentes tanto bono. Charitatem vero sanctam quæ est vinculum per
fectionis, nemo potest habere nõ bonus, ne-
mo q̃ habet potest esse vel schismaticus vel
hæreticus. Cum ergo quisq; ad ecclesiæ ue-
niens vnitatem cum eius membris ueracis-
ter copulatur, accipiat spiritum sanctum, Ro.
per quem diffunditur charitas in cordibus 1. Pe.
nostris, eademque charitas cooperiat mul-
titudinem peccatorum, vt baptismum quẽ
primum habebat ad iudicium, habere iam
mereatur ad præmium. Quomodo enim
mundari negas, nisi quia omnino, quæ sit
mundatio spiritalis ignoras? Non igitur
sicut conuitiaris, tanquam in asylum Ro-
muli vestros nocentes recipimus, quos ci-

uitas dei recipiendo efficit innocentes, cum
D ad eandem veraci corde trãsierunt, de qua
Matt. 5. eius conditor dicit, Non potest ciuitas ab-
scondi super montem cõstituta, non enim
eam condidit, qui fratrem superbe occidit
Gene. 4. iratus, sed qui fratres humiliter redemit oc
cisus. Hanc spiritu sancto mundante læti-
ficat de quo clamabat, dicens, Si quis sitit,
Ioan. 7. veniat & bibat: non aquam visibilem com-
mendans, quæ baptismatis sacramento, quã
& boni & mali habere possunt, quãuis sine
illa boni salui fieri non possunt. Quæ q̃is
Ecclesiæ sit, tamen ẽt foras profluit, cũ &
apud illos inuenitur, qui ex nobis exierũt,
1. Ioã. 4 sed non erant ex nobis, sicut aqua in aliquo
ex illis memorabilibus quatuor fluminibus
negari non potest, q̃ sit aqua paradisi, q̃is
non sit in solo paradiso, quæ etiã extra in-
Spiritus de manauit.
sanctus
fons. Non ergo hanc aquam, sed aquæ nomi
Cap. 14 ne inuisibile Dei donum sanctũ spũm com
Ioan. 7. mendabat, dicens: Si quis sitit, veniat, & bi-
bat: sicut euidenter Euangelista testat adiũ
gens: hoc aũt dicebat de spũ quẽ accepturi
erant credentes in eum. Spũs. n. nondum
erat datus, quia Iesus nondum fuerat cla-
rificatus. Et vtiq; quantum ad sacrm attinet lauacri visibilis, anteq̃ esset resurgendo
clarificatus, iam baptizauerat plures quàm
Ioan. 4. E Ioannes, sicut ipsum loquitur Euangeliũ.
Vnde dicit discipulis suis: Ioannes quidem
baptizauit aqua, vos autem baptizabimini
Actor. 1. Spiritu sancto, quem & accepturi estis nõ
post multos dies hos vsq; ad Pentecosten.
Hic Spũs sanctus veniens in eos, tale signũ
primitus dedit, vt qui eum acceperant lin-
guis omnium gentium loquerentur, quia
portendebat Ecclesiam per omnes gentes
futuram, nec quenq̃ accepturum Spiritum
sanctum, nisi qui eius vnitati copularetur.
Huius fontis largo atque inuisibili flumine
lætificat Deus ciuitatem suam, de qua Pro
Psal. 45. pheta prædixit, Fluminis impetus lætificat
ciuitatem Dei. Ad hunc enim fontẽ nullus
extraneus, quia nullus nisi vita æterna di-
gnus accedit. Hic est proprius Ecclesiæ
Christi, cui tanto antè prophetatum est,
Prou. 5. Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & nemo
alienus communicet tibi. De hac enim Ec
Cantic. 4. clesia, & de isto fonte dicitur, & in Canti-
co Canticorum, Ortus conclusus, fons si-
gnatus, puteus aquæ viuæ.
De eodẽ Hoc vestri de visibilis baptismatis sacra
Cap. 15. mento accipientes, tantum errãt vt res ab-

surdissimas fateri cogantur inuiti, quod ad
illum, scilicet fontem viuum, qui proprius
est vnicæ columbæ, de quo dictum est, Ne-
mo alienus communicet tibi: ad hortũ cõ-
clusum puteumq̃; signatum potuerit acce-
dere Simon magus, quem legimus a Philip
po baptizatũ: potuerint accedere tot ficti,
de quibus gemẽs loquitur Cyprianus, Se-
culo verbis solis & nõ factis renunciãtes:
tot etiam Episcopi auari de quibus idẽ ipse
testatur, Fundos insidiosis fraudibus rapiẽ
tes, vsuris multiplicantibus fœnus augen-
tes. Ista quippe in baptizatis & baptizanti-
bus visibili baptismo reperiuntur. Ad illũ
tamen fontem proprium, cui nemo cõmu-
nicat alienus: ad illum fontem signatũ, hoc
est, ad spirituſsancti donum, quo charitas
Dei diffunditur in cordibus nostris, nullus
istorum nisi mutatus accedit, ita omnino
mundandus, non vt non sit, sed sit cœlestis
particeps pacis, sanctæ socius vnitatis, ple-
nus induiduæ charitatis, ciuis angelicæ ci-
uitatis. Ad hanc itaque ciuitatem quisquis
hæresis, vel schismatis depositio errore, cor
rectis moribus, pia mente conuertitur, si
iam sacramenta gestabat, quæ foras etiã ad
indignos profluere potuerunt, hæc honorã
tur in eo, quia & in alienis non videnť alie-
na, sed iam illo proprio cui nemo commu-
nicat alienus, illo signato spirituſsancti fon G
te mundatur, a quo apud vos etiã quisquis
cæteris moribus laudabilis fuerit, solo schi-
smatis, vel hæresis crimine separatur.

Cum ergo veniunt ad nos vestri, desistẽ Aliter
tes esse vestri, incipientes esse nri, accipiunt hæreticĩ
quod nõ habebant, & salubriter habere in- aliter pa
cipiunt, quod tanto perniciosius, quanto gani reci
indignius habebant. Accipiunt enim pri- piuntur.
mitus ipsam Ecclesiam, & in ea pacem, cha Cap. 16.
ritatem & vnitatem per fontem eius pro-
prium atque inuisibilem spiritum sanctũ,
sine quibus vtiq; nullo dubitante interis-
sent, quicquid aliud apud vos quod de Ec-
clesia foras trahi potuit habuissent: facilio-
re aũt venia quod nondum habuerunt ac-
cipiunt, q̃ si habuissent & tamen deseruis-
sent. Et hoc discernitur apud nos, vt aliter
recipiantur, qui catholicam reliquerunt,
aliter qui ad illam primitus veniunt. Illos
enim amplius grauat crimen desertionis:
hos autem non a se diruptum, sed cognitũ
& retẽtum vinculũ relenat vnitatis. Vnde
fieri potest vt quos seductos rebaptizaue-
runt, ipsi pro eis pœnitentibus Dominum

Prou. 5. F Acto. 5. Cypria-nus in Epistola de lap-sis.

deprecentur, si prius isti conciliati quã illi reconciliati Ecclesiæ fuerint sicut fieri potest, vt etiam cultores idolorum si quos forte Christianos ad idola seductos apostatas fecerint: si priores seductores facti fuerint
H Christiani, & magnum aliquod meritum in Ecclesia cõsecuti, per ipsos illi quos deceperant redeant, per ipsos commendentur & reconcilientur Domino per quos dimiserant Dominum. Quod.n. valet ad mundanda sacrilegia gentilium recte perceptũ sacramentũ baptismatis, hoc valet ad mundanda sacrilegia schismaticorum & hæreticorum veraciter apprehensa charitas vnitatis. Quamobrem sicut seductores fideliũ Christianorum venientes ad Christum seductis redeuntibus pręponuntur, vnde isti & Eßi fieri possunt: ita mirari nõ dẽt decepti ab hæreticis quando ad catholicã veniunt. Isti nanq; excusabilius petunt, quæ sibi defuerunt, illi humilius repetunt quod fuerunt. Istos honorabilius vbi nondum steterant aduocamus, illos suspectius vnde lapsi fuerant reuocamus. Proinde iam vt opinor nõ frustra me dixisse Donatistarũ, vel vt tu mauis Donatianorum hæreticorum sacrilegum errorem, si & ab Ecclesia catholica dissentitis, & quæ vna atq; eadẽ fatemini sacramenta rescinditis: nec tamen sine venia vel insanabiles estis misericordiæ Dei, quia discordioso errore depositio,
I ad catholicam veritatem pacemq; conuersi, per donum eius propriũ, hoc est sanctũ
Roma. 5 eius spiritum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, mundari sanariq́ poteritis, non vt destruantur in vobis Ecclesiæ sacramẽta, quæ aliena perniciose foris habebatis, sed vt eaipsa intus iam vestra salubriter habeatis.

Cõscientia dãtis. Cap. 17. Cõtra literas Petiliani li. 1. cap. 1.

Nunc videamus quemadmodum ostendas recte dixisse Petilianũ, vel quemlibet alium. Conscientia sancte dantis attendit, quæ abluat accipientis. vbi ego dixi, Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit, quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu contra, non quid a te homine acuto, sed q̃d a vestris dicatur diu locutus es, quod totum breuiter ita dici potest. Conscientia dantis attenditur, nõ secundum eius syncerităt̃, quę in illa videri non potest, sed secundum famam, quę de illa, seu vera, seu falsa est, quia videlicet eius est hominis, qui & si sceleratus occultus sit, sufficit accipienti, q̃ bonæ sit existimationis, nondum cognitus, nondum iudicatus, nondum ab Ecclesia separatus. Vide, obsecro te, in quod præcipitium cõpulerit homines angustia nõ inueniendi qua exirẽt. Ita ne dantis maculosa conscientia, conscią K tiam potest accipiẽtis abluere, si habeat famam bonam, & tantum ad abluendum poterit, quantum bona, si bonã famam fallendo contraxerit? Attendis quid dicatur, & vis iam prætereamus hunc locum, an hoc idem adhuc versabo, vt diligentius cogaris attendere? Petilianus dixit, Conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis. Ego dixi, Quid si lateat dantis cõscientia, & fortasse maculosa sit, quomodo poterit accipientis abluere conscią? Tu, vel potius vestri dixerunt. Nam tu vir talis quando ista dixisses, quãuis habeat conscientiam maculosam: mihi tamen qui ab eo baptizor, quia latet & nescio, quod sufficit quod ab eo accipio, cuius innocentem, quia in Ecclesia est consciam puto. Nam ideo, inquis, conscientiam dantis attendo, non vt quod fieri non potest de latentibus iudicem, sed vt si quid de illo in publica fama, vel conscientia est, non ignorem. Propter hoc enim ab omnipotente Deo dictũ est, quæ nota sunt vobis, quæ occulta mihi? Semper igitur attendo conscientiam dantis, & quia ipsam non video, quid de ea in publico notum est quæro: nec ad rem pertinet si aliud sit in secreta conscientia, aliud in publica fama. Sufficit enim scisse, quia L necdum eius a quo accipio damnata conscientia est.

Ecce ipsa verba tua posui quibus te dicere ostenderem, quod meis verbis breuiter Pe
aperteq́; complexus sum, q̃ ad hoc attẽdatur abluẽtis conscia, vt quæ de illo fama sit cognoscatur. Non ergo ipsa attenditur hõ bone, non ipsa attenditur, quæ videri non potest, sed fama attenditur, quæ ẽt falsa esse potest, quod ipse confiteris atq; concedis. Nam & tu vidisti maculosam conscientiam non valere ad abluendum. Non ergo conscientia sancte dantis attẽditur, quæ abluat accipientis, sed fama qua putatur sancte dare, ẽt qui sancte non dat, & putatur abluere qui non abluit. Abluit ergo accipientẽ mali hominis fama bona, non ipsius dãtis polluta conscientia. Cur ergo dictum est, Cõscientia sancte dantis attẽditur, quæ abluat accipientis: nisi quia non abluit accipiẽtis, si non est conscientia sancte dantis? Si maculosa

culosa & immũda est, quid ergo tunc attenditur? ipsa, inquis, attẽditur, cum fama eius attẽditur. Et si bona est fama, nihil interest ad abluendum accipientem, etiam cum est mala conscientia, sed abluit bona eius fama. Dic rogo te, cum mala conscientia est, vera
M est bona fama eius an falsa? Procul dubio vtique falsa. Proinde cum bona non est & occulta dantis cõscientia, q̃libet eam tibi videaris attendere secundũ hanc sententiã, non abluit accipientem, nisi dantis aut fama falsa aut polluta conscientia est. Vtrunq; insanum est, si te talia delectant tu elige quid sit insanius. Porrò quia veritas non admittit vt accipientis cõscientiam vel falsa fama dantis abluat vel polluta conscientia: restat vt abs te etiam vnde abluatur accipiens, qũ latet dantis maculosa conscientia requiramus, quod & ibi quæsiuimus, q̃m sicut dicit Petilianus vel quilibet alius, cõsentiẽtibus vobis cum sanctè dantis cõsciẽtia est. i. cum bona & munda conscientia est, abluit accipientis conscientiam. Puto enim iam nõ te repetiturum atque dicturum q̃ impleat in abluendo vicem conscientiæ bonæ eius falsa bona fama: sufficit quod hoc vestros non te dicere asseruisti, Illorum te pudeat, non etiam tui: Restat ergo vt tunc vel deus vel quisquam sanctus angelus abluat. Q̃d si dixeritis, illa horrenda consequenter absurditas, quam in illa epistola mea commemoratam, non dico videre noluisti, quia prorsus
A non attigisti, sed tanto attentius acutiusq́ vidisti, quanto magis attingere timuisti. Si enim hoc dicitis, q̃ cum sanctus homo baptizat, sancta eius conscientia diluit accipientis conscientiam, cum vero conscientia dantis latenter immunda est, tunc deus angelus ve abluit, cauete ne qui vobis hæc dicentibus credunt, occultos malos optent inuenire à quibus baptizentur, vt multo sanctius ab ipso deo vel angelo eius abluãtur. Hanc absurditatem vel deridendam vel detestandam cum in verbis præcedentibus Petiliani perspiceres, consequenter & à me in Epistola mea cõmemoratam, caute tu quidem quasi nihil horum dixerim, rem tantam silendã putasti, sed confugisti, ad nescio quid absurdius, vt cum maculosa cõscientia dantis occulta est, & ideo non potest accipiẽtis abluere, tũc falsa fama eius accipiẽtis abluatur, & in eo veritatẽ falsitas operetur. Nũc & accusa calumniose dialecticos q̃d fugienda versutia sermonis efficiant, vt si falsum est verum sit, si verum est falsum sit. Ecce tale aliquid ipse in sacramenea Christianæ regenerõnis immitis, immò peius magisq́; fugiendum. Illi enim non in sua fraude nec in rerum veritate, sed in perplexitate locu- B tionis humanæ quædam verba dicunt, tunc videri vera cum falsa sunt, tunc falsa cum vera sunt, quæ cum in disputationem inciderint animo discerni, etiam si dissolui sermone non possunt. Tu vero nõ verbo quolibet, nec rem quamlibet, sed ipsam qua in æternam vitam renascamur mundationem conscientiæ veram fieri posse dicis in homine per famam falsam alienæ conscientiæ. Et ne tibi hoc tribuatur quia dialecticam didicisti, vestrorum dicis hanc esse sententiam, quibus non vt dialecticus, sed plane vt hæreticus consensisti. Per te igitur aut per vestros hæc est magnifica inuenta vel demonstrata doctrina, si sanctè dantis bona conscientia est, tunc ab ea fit bonus qui baptizatur, tunc arbor bona bonum fructum parit: cum vero conscientia dantis mala & occulta est, tunc eius quæ falsa est bona fama consulitur, vt tunc à fallente accipiat homo baptismum verum, cum de illo crediderit falsum, atque ita nõ desit quæ fructum pariat hæretici erroris, fit mater falsitas veritatis. Hoc ideo totum tam execrabile, tam mirabiliter peruersum & insanum ne quod dei est dei esse dicatur, vt quod a deo sumit̃ hominibus tribuatur, ne qui dixit, Conscięntia sanctè dantis attenditur, quæ abluat accipiẽtis, erraße videatur. Nostri hoc inquies de scripturis probant, qm̃ Iudas traditor an Cap. 19
C tequam damnaretur omnia sicut Apostolus gesit. Quid hoc ad Petiliani sentẽtiam fixam atque definitam, Conscientia sanctè dantis attẽditur, quæ abluat accipientis, nisi Iudas iste nimium cõtra vos est, cui verbis alienis inconsiderate prolatis patrocinium præbere conamini? Cum enim Iudas sicut Apostolus baptizaret, quandoquidẽ malus erat, quia fur erat, & ea quæ mittebantur in cõmissos sibi loculos auferebat, non vtique conscientia eius attendebatur, sed deus & Christus in quẽ credebatur. Neq; enim & ipsius mali hominis falso bona fama credentes & accipiẽtes abluebat, nec generabat in homine gram diuinæ veritatis falsitas humanæ opinionis. Et illud testimoniũ q̃d de scripturis posuisti, quæ manifesta sunt vobis, q̃ occulta sunt dño deo nostro, ista verba redarguit atque conuincit. Si.n. quæ occulta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus ob luit non homo. Ca. 20.

culta sunt domino, deo relinquenda sunt, quomodo conscientia dantis non solū mala, verūetiā bona cum occulta est non attēditur, quid tunc accipiens iubetis attendat vnde conscientia eius abluat?

D

Expgiscimini aliqū, tunc saltē dicite, attē dat deū, qui timetis ne humiliemini, si nō in homine sed in dño gloriemini. Est, inq̄s, quod timeam, si.n. cum latet dantis conscientia dixero, vt accipiens attendat deum, & ab illo tunc eius ablui conscientiam confessus fuero, illa me horrenda consequitur absurditas, sanctius ablui homines cum baptizatores habent occultos malos q̄ cum manifestos bonos, si homo abluit qñ dantis cōscientia bona est & manifesta, deus autem qñ mala & occulta, dic ergo quod dicimus, quia hoc est verum, hoc est sanum, hoc est catholicum, q̄ Christus mundat accipientium conscientias, siue per bonos ministros baptismi siue per malos, quoniam de illo

Ephe. 5. scriptum est, Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo.

Contra Petiliā num li. 1. cap. 1. Tu, inquis, respondes quomodo baptizent quos damnauit Ecclesia. Iam ergo recedit ur à verbis Petiliani; qñ illo dicēte, Conscientia sanctæ dātis attenditur, quæ abluat accipientis, cum quærerem, quis abluat accipientis cōscientiam, quando polluta dantis occulta est, non mihi poterat rūdere, tā.n. contra veritatem dicitur quod falsa eius fama possit abluere, quam si hoc ipsa mala conscientia posse diceretur.

Sacramēta dātur & ama lis. Ca. 21. E

Si autem quæras, quomodo baptizant quos dānauit Ecclesia. Rñdeo sic eos baptizare quomodo baptizant quos damnauit deus antequam de illis quicquam iudicaret Ecclesia. Qui.n. mente peruersa videretur intus esse cum foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Ipse quippe ait, Qui non credit iā iudicatus est. Paulus autē Apostolus

Ephe. 5. dicit, Ecclesia subdita est Christo: Non igitur debet Ecclesia se Christo præponere, vt putet baptizare posse ab illo iudicatos, à se autem iudicatos baptizare non posse cū ille semper ueraciter iudicet, Ecclesiastici autē iudices sicut homines plerunq; fallantur. Baptizant ergo quantum attinet ad visibile ministeriū & boni & mali, inuisibiliter autē per eos baptizat, cuius est & visibile baptisma & inuisibilis gratia. Tingere ergo possūt & boni & mali, abluere autē conscientiam non nisi ille qui semper est bonus. Ac per hoc etiam nesciente Ecclesia propter malam pollutam q̄; conscientiam damnati à Christo, iam in corpore Christi non sunt quod est Ecclesia, quoniam non potest Christus habere membra damnata, proinde & ipsi extra Ecclesiam baptizant. Omnia quippe ista monstra absit omnino vt in membris illius columbæ vnicè computentur: Absit vt itrare possint limites horti cōclusi; cuius ille custos est qui non potest falli. Qui tamen si confitentur & corrigūtur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus horti cōclusi, tunc in membris vnicæ columbæ numerantur, nec tamen denuo baptizantur. Ita & cum ab hæreticis ueniunt, cum ipso baptismate, quod & foris habuerunt, sed non & cum ipsa mundatione quā intus accipiunt ut quod defuit præstetur, quod autem non mutatum est approbetur.

Vestra, inquis, per vestros maiores tradi Pe tionis & thurificationis & per vos persecu quo tionis crimine damnata conscientia est. De in traditoribus quidem & thurificatoribus q̄ Ca. fuerint qui hoc nefas admiserunt, non scripturis sanctis sed famæ hominum credidistis. Quæ si potest esse falsa bona de malis, cur non possit etiam mala de bonis? De persecutione autem hoc tibi breuiter iterumq; responderim, quod cum respondissem Petiliano, refellere minime valuistis. In scriptura quippe sancta quæ neminem fallit, area dicta est Ecclesia dei, dominumq; ipsum cū Ma ventilabro esse venturum & mundaturum aream suam, vt frumenta recondat in horreo, paleam vero comburat igni inextinguibili. Aut ergo recte passi estis persecutionē, aut si modus Christianus excessus est, palea vestra fecit, propter quam non fuerit area dominica deserenda, ne quisquis ante tempus ventilationis ab area, paleam refugeret, à frumento separatus palea fieret. G

Tu autem cum hoc non meum, sed sanctæ scripturæ testimonium refellere conareris, nullam persecutionem iustam esse posse dixisti, vbi ignoscendum tibi est nescienti scripturas, vnde tibi venire posset in mentem quam iusta voce sit dictum. Detrahentem Pſal proximo suo occulte, hunc persequebar. Et ab ipso domino Iesu Xpō in excellētissima prophetia, Persequar inimicos meos & cōprehendā illos, & non conuertar donec deficiant: Et alia multa diuina testimonia quę psequi longum est, si tñ mihi pp hoc verbum calūniaris, vt qm̄ dixi, psequi longum est, per-

est, persecutione me diuinorum testimoniorum esse crimineris.

Aq̄ mēdax. Ca. 23. Pſal. 140

Opponis mihi verba scripturarū totiens demonstrata, quanuis nihil adiuuent, Oleū peccatoris non impinguet caput meum, cū & apud uos esse saltem occultos peccatores, negare non possis, qui tamen ne baptizent in his verbis exceptī sunt. Non enim ait, Oleum manifesti peccatores: sed absolute oleum peccatores. Et facti sunt mihi velut aqua mendax simulatoris occulti, cuius & falsa fama non habet finem. Vbi miror prudentiam tuam qūo tibi non videatur aqua mendax simulatoris occulti, cuius & falsam famā mundandæ alienæ cōsciæ p̄desse ali-

H quid credidisti, niſi quia illud nō dialecticū, sed planè sophisticū qđ in me frustra quasi in dialectico reph̄edisti, subuenire tibi arbitratus es, si mētiris, verū dicis. Quid enim aliud conaris asserere, cō homini tribuēs baptismum, quē dei esse nō uis agnoscere, iō dicis adulterū dare posse verū baptismum, q̄a seipsum occultādo castū esse mētit? Itaq; tūc uerū dicit in baptismo cū mentit in flagitio, & nō est aqua eius mēdax quā cē vultis in ecclesia sc̄dm promissionē toto terrarum orbe diffusam, cū aquā mendacē non

Hie. 15. baptismū dixerit Hieremias, sed mendaces homines scundū intellectū qui manifesta

Apo. 12. tus est in Apocalypsi, vbi interrogante Ioā ne quid essent aquæ illæ in uisione mōstratæ, populus esse responsum est.

Oleum peccatoris. Ca. 24 Eccl. 34

De illo uero testimonio qđ scriptū est, Qui baptizat à mortuo, quid proficit lauatio eius: quam non intellexeris quod ego in illa epistola posui, quantūq; me uerbis tuis adiuueris, paululum attende. Cum enim putasses à me mortuum hoc loco intelligi cultorem idolorum, quasi eos solos exceperim, qui baptizare non possint, elegisti quātum I potuisti, repetito illo de oleo testimonio q̄ nullum peccatorem baptizare voluerit, qui

Pſal. 140 dixit, Oleum peccatoris non impinguabit caput meum: non excipiendo aliquem peccatorem, vnde magis uos urgemini, sicut pauloante monstraui. Si enim nullus peccator exceptus est, proinde baptizatos ab occultis malis cum conuicti fuerint denuo baptizare. hic iam conaberis occultum excipere peccatorem, quem sancta scriptura non excepit. Totus igitur iste vester intellectus falsus à ueritate conuincitur, cum & vestræ intentioni similiter repugnare monstretur. Neq; n. hoc reuera de baptismo in Pſalmo positum est, ac non de assentatoris adulatione, quod superiora verba satis indicant. Nam tota sententia ita connectitur. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet Pſa. 240 me, oleum autē peccatoris non impinguabit caput meum. Maluit ergo contundi caput suum ab arguēte ueraciter, quam vngi à blandiente fallaciter, trāslatis verbis, oleo & vnctione lenitudinē significās adulātis.

Quid autem ege in illa epistola de hoc Et paga testimonio senserim, vbi dictū est, Qui ba- ni dijs su ptizatur à mortuo, ipsis ex repetitis uerbis is tribu- satis quātum opinor ostendam. Cum enim unt puri dissererem quid respondere debeat ad ista ficatio- catholicus Christianus, cū audierit, inquā, nem. Qui baptizatur à mortuo, non ei prodest la Cap. 25. uatio eius: Respondebit, Viuit Christus, & K iam nō moritur, & mors ei vltra nō domi Ecc. 34. nabitur: de quo dictum est, Ipse est qui ba- Rom. 6. ptizat in spiritu sancto. Baptizātur autem à Ioan. 1. mortuis qui baptizantur in idolorum templis. Non enim & ipsi à sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationem quā putant, sed à dijs suis. Qui quoniam homines fuerunt, & ita mortui sunt ut neque super terras neque in requie sanctorū uiuant, uere ipsi à mortuis baptizantur. Hucusque ex epistola mea uerba ipsa trāscripsi, in quibus iam perspicis, vt opinor, si nunc saltem diligēter attēdis, nō me ipsos cultores mortuos appellasse, quanuis alio modo etiam ipsi mortui sint, sed deos falsos quos colunt, quia homines fuerunt, & sicut homines de corpore exierunt, nec resurrexerūt, nec uitæ ullum meritū quæ post hanc vitām promittitur habuerunt. Ab ipsis ergo dijs qui baptizantur, sicut dixi, uere à mortuis baptizantur, id est, qui in eorum nomine baptizantur, quia & ipsi non in nomine sacerdotum suorum, sed deorum de quibus vana opinantur, se sanctificari putāt: Xps aūt resurrexit & uiuit. Proinde q̄ ab illo baptizatur, non solum per bonum, uerumetiam per malum ministrū perditis moribus mortuum, nō à mortuo baptizatur. Ab illo.n. baptizatur qui uiuit in æternum, & de quo dictum est in Euangelio, quod etiam ibi cō memoraui, Ipse est qui baptizat in spiritu L. sancto. Baptiza tus à mortuo. Cap. 26

Hoc tu in Epistola mea, quantum indicant verba tua, non intellexisti: nolo enim dicere, parum intelligens fraudare uoluisti. Miror aūt quod uerba illic mea consequentia non aduerteris, aut ab eis dissimulandū putaueris.

putaueris. Paulopoſt quippe ſubiecit & dixit,Nã ſi hoc loco mortuũ intellexero peccatorẽ baptizatorẽ, eadem illa conſequẽt abſurditas, vt quiſquis ẽt à latẽte impio fuerit baptizatus, tanquam à mortuo baptizatus inaniter lotus ſit:Nõ.n.ait,Qui baptizatur à mortuo manifeſto: ſed abſolute dicit,à mortuo.Hæc manifeſtatio verborum illic meorũ quẽ de ſonno vel potius de ipſa morte nõ excitaret. & tũ te non excitauit?inſuper quod ego contra Petilianum dixeram,quaſi contra me dicens vehemẽtius ẽt confirmaſti, ſicut ſolẽt homines iectã ſagittam neſciẽdo excludere, altius ẽt penituſq; defigere. Aſſeruiſti.n.mortuum non intelligendũ niſi peccatorem baptiſtam, &
M nullum peccatorẽ excipiendum,& ideo qđ ego dicebam,contra te concluditur, nec occultum excipi poſſe,vbi nullus excipit. Rebaptizate igitur eos quos ab occultis peccatoribus baptizatos eſſe conſtiterit, quibus põt viuentibus & ſcientibus ſubueniri, vt eis ſolis nõ obſint, q vel ignoráter vel añ defuncti ſunt, vt manifeſtatis poſtea malis baptizatoribus ſuis iã baptizari nõ poſsint. Baptizate inquã, ꝓdito adultero atq; damnato,quos ab eo cũ lateret, baptizatos eſſe conſtiterit: à mortuo q̃ppe baptizati ſunt, omnẽ pc̃tõrẽ ſine vlla exceptione intelligẽ dũ eẽ dixiſti,qui baptizare nõ poſsit adiungendo teſtimonium de oleo pc̃tõris. Tu dixiſti,tu ſcripſiſti,teipſum audi,lege teip̃m. Si omnis pc̃tõr tanquã mortuus nõ põt baptizare, nec occultus p̃t Nõ.n.qa occultus iõ viuus eſt,cũ multo ꝓfundius ẽt mẽdacio ſimulationis abſorptus ſit. Minus.n.mortuus diceret ſi ſalte cõfiteret. Sed fit in illo qđ alio loco ſcriptũ eſt, A mortuo velut q nõ ſit perit cõfeſsio. Ab iſto mortuo in tan
Eccl.17. ta mortis profunditate demerſo quos baptizatos eſſe claruerit, non rebaptizatis,& ab eis baptizatos q in ultimis terris nec Cæciliani,nec Maiorini,nec Donati nomẽ audierũt rebaptizare ſi poſsitis minime dubitas, obijciẽtes eis, Qui baptizat à mortuo,qd
Ecc.35. A ꝓdeſt lauatio ei?mortuos dicẽtes ad quos Aphrorũ cadauerũ quorũlibet illa fuerũt, nec aura potuit puenire,& mortuũ nõ putantes q ꝓprium põt occultare flagitiũ,cũ
Eccl.17. ſcriptura clamet, A mortuo velut qui non ſit,perit cõfeſsio. Itane quia fictus eſt, mortuus non eſt? cum magis propter ipſam fictionem carendo ſpiritu vitæ penitus expirauerit, iterum dicente ſcriptura, Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ fugiet fictum. Adhuc defendite iſtos mortuos & uiuere dici- Sapi.
te, vt & uos peius ipſa falſa defenſione moriamini. Mortui ſunt,inquis,Sed quid faceret,q baptizandus ad eos ignarus acceſsit? Nunc ergo faciat quando illo prodito ſe agnouit à mortuo baptizatum. Si enim conſcientia propterea lædi nõ potuit,quia neſciuit,nunc incipit lædi quia ſciuit,velut ſi tunica de latrocinio neſciens veſtiretur, ex illo fit iniquitatis veſtis illa ex quo cognouerit & ipſe iniquus,niſi abiecerit: & qui neſciens vxorem duxerit alienam, ex illo ſit adulter ex quo didicerit, niſi diſceſſerit.
Abijciat ergo & ipſe baptiſmum quem ſe à mortuo percepiſſe cognouit. Habet enim quod faciat adhuc,baptizari iterum poteſt. Poſtremo ſcierit neſcierit à mortuo bapti- B
zatus, quid ei ꝓdeſt lauatio eius ſtricta ſententia eſt,ſicut & tu ipſe clamas, neminem excepit,à mortuo,in quam,baptizatus eſt, Eccl.
nihil ei prodeſt lauatio eius. Mundare hominem baptizando qui uiuitis,ad uoſipſos potius ab hoc errore mũdate, ne talia ſentiendo pereatis. Contendis enim velut aduerſus,vt nullum exceptum dicas in eo qđ ſcriptum eſt, Oleum peccatoris: & qui baptizantur à mortuo;nec te ſentis nodũ quo ligatus es renitendo cõſtringere, hoc enim ago,hoc inſto,hinc uos ad mutandam vanã peruerſamque ſententiam vrgenter impingo, vt in oleo peccatoris & mortui baptiſmo,nullus mortuus, nullus peccator exceptus ſit,ſicut tu pro me uelut contra me loqueris. Ita enim nec oculus excipitur quo eueritur omne qđ loqueris, ac ſic rebaptizare coguntur qui te talia docuerunt, omnes quoſquos ab occultis malis baptizatos in hac vita reperire potuerint.
Quid agis? quo te conuertis? verba tua N
tibi recitantur. Non ſolum enim ea cum di ho
cerem non refelliſti,ſed neſciens quid meũ el
elegeris alijs vebis tanquam tuum,hoc idẽ re
ipſe dixiſti,& vt diligentius audiri,& conſi C
derari poſſet, ſcripſiſti ut tibi quoties libue
rit,recitetur. Audi ergo verba tua, nempe
iſta ſunt. Quod ſi idoli cultorem,inquis,tã tum tibi placet excipere, quid illud de quo dicitur, Nolo oleũ peccatoris, vngat caput meum: verumne, & hic peccator ille ſolus eſt,qui id oleum colit,an quiſquis quod non licet committit? Quòd ſi & peccatorem tantum cultorem idoli putas, Chriſtianus ergo ſi quid cõtra legẽ geſſerit, peccaſſe non

ſe non dicitur. Quod ſi nihil dici ſtultius nec abſurdius poteſt, aperte prędictum eſt, vt non ſolus idoli cultor,ſed quiſquis peccator inter omnes homines fuerit, ius ſibi baptiſmatis non vſurpet. Hæc certe quæ inferui verba tua ſunt. Ego cultorẽ idoli non excepi, ſed ipſos deos eorum mortuos eſſe dixi, quorum à nullo baptizari aliquid prodeſt: ab ipſis enim dijs ſibi baptizari videntur,in quorum nomine ſe mundari arbitrãtur, tu autem nullum peccatorem excepiſti. Quod ſi hoc loco peccator & mortalis hõ qui baptizat intelligendus eſt, nullum peccatorem excipiens proculdubio nec occultum excepiſti. Aperte,inquis,prædictũ eſt,vt nõ ſolus idoli cultor,ſed quiſquis peccator inter oẽs homines fuerit, ius ſibi baptismatis nõ vſurpet. Audi ergo teipſum;, quiſquis peccator dixiſti, nec manifeſtum nec occultum excepiſti:proinde qua fronte
D cogunt baptizari poſt manifeſtum,qui nolunt poſt occultum, vbi aſſerunt neminem exceptum. Fuge ergo frater ab inſano intellectu ad ſanum, vt in hoc teſtimonio de oleo peccatoris,ſicut ſuperiora eiuſdem pſalmi verba præſcribunt, blandam lenitudinem, fallaciam adulatoris intelligas: Ita.n. & nullus erit exceptus, & non impinguet in anguſtias inſuperabiles malus baptizator occultus. Sic & in alio teſtimonio, vbi dictum eſt. Qui baptizatur à mortuo,quid ei
Eccl.34. prodeſt lauatio eius: aut inſpice diligenter codices antiquos, & maxime Græcos, ne forte ipſa verba aliter conſcripta,ex præcedenti & conſequenti contextione ſermonis alium ſenſum intiment. Aut certe mortuis intelligamus,ſicut dixi,in quorũm nomine baptizantur idolorum cultores, vt ab illo quemque intelligas baptizatum, in cuius nomine ſe credit eſſe mundatum. Ita enim & illic nullus excipitur, nullus q̃ppe mortuus deus pãganorum mundare poteſt credentes in ſe. Si autem hoc loco omnem hominem peccatorem intellexeris mortuum, tanta quæ nõ vis te ſequentur, vt ipſe quẽ admodum viuas inuenire non poſsis,dicen
1.Ioã.1 te Ioanne, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos decipimus & veritas in nobis non eſt: vt omnino non inuenias ho-
E minem à quo baptizeris,ſi omnem peccato
Peccator hæreticus Ca.28. rem deuitare volueris.
Quanq; ſi prorſus mortuũ nõ intelligeres niſi hæreticũ vel ſchiſmaticũ, vt q ſqs apud eos baptizat à mortuo,qd ei ꝓdeſt lauatio eius:qđ' vides,q̃ ꝓcipiti ꝓſumptione ſic accipiat,ac ſi dictum ſit, qui baptizatur ab hæretico vel ſchiſmatico,nec ſic contra nos eſſet qui fatemur nihil ꝓdeſſe homini baptiſmũ Chriſti ſi apud hæreticos vel ſchiſmaticos baptizetur, eis ipſis tribuens baptiſmũ quo baptizatur, ſed tũc ei prodeſſe incipere cum tranſit ad corpus Chri,quod eſt Eccleſia dei viui. Tunc.n.ſub eodẽ baptiſmo qđ & foris Chriſti erat, ſed foris poſito nihil proderat mãdator,proderit ab eo cuius mẽbris inſertus eſt. Nec illã tuã nimiũ ſeuerã ſententiam formidabo,qua dixiſti,Quiſq;s peccator inter oẽs homines fuerit, ius ſibi baptiſmatis non vſurpet,niſi quia nõ inuenis quis veraciter dicat in oratione domini Matt. 6.
ca,Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:niſi peccatorem ſe eſſe fateatur. Vellem ſingulos interrogare qui baptizant apud vos,vtrũ peccatores omnino non ſint: Poteſt.n.quilibet eorum mihi rũdere,non ſum traditor, non ſum thurificator,non ſum adulter,non homicida,non idolorum cultor,nõ poſtremo hęreticus,nõ ſchiſmaticus:nõ aũt peccator, F
neſcio vtrum quisq̃ vel hæretica ſuperbia reperiri poſsit qui audeat dicere,audeat cogitare:neſcio vtrum quisquã tanto arrogãtiæ tumore cæcetur,vt nõ dicã voce ꝓfitea tur,ſed vel apud ſeipſum tacitus arbitretur, nõ ſibi eſſe neceſſariã deprecationẽ, in qua dicimus deo, Dimitte nobis debita noſtra. Neq;.n.de eis debitis dimittendis rogamus q̃ ſemel in baptiſmo dimiſſa eſſe cõfidimus, ſed pro eis vtiq; ſine quibus humana fragilitas non eſt, quantumcunq; in obſeruãdis præceptis dominicis vigilemus. Poſtremo ſuſcipiat qui voluerit huius impudentiæ frontem & dicat, Nõ ſum peccator,ex quo mihi in baptiſmo cuncta dimiſſa ſunt,nullum in me peccatum poterit inueniri. Magis ego Ioanni credo,& multo fidentius rñ 1.Ioã.1.
deo: Teipſum decipis, & veritas in te non eſt. Neq; hoc agit præceptor & fallax iſta ꝓfeſsio, vt in te peccata nõ inueniant, ſed vt q̃ inueniunt nõ dimittant. Si ergo iã baptizatus es, vellem ſcire quẽ repereris q contra Ioannem Apoſtolum diceret, peccatũ non habeo. Si.n.talẽ quemquã reperire potuiſti, qũo baptizatus es ab eo qui ſeipſum decipiebat,& in quo veritas non erat? Si autem qualiſcunq; non immemor peccatorẽ G
ſe eſſe dicebat, qũo ſibi ſecundum tuam ſententiam ius baptiſmatis vſurpabat? Tu.n.
dixiſti

dixisti, tu etiam minime scribere timuisti, vt quisquis peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non vsurpet. Si autem nondum baptizatus es, aut hanc vanissimam sententiam corrige, aut à quibus baptizeris angelos quære. Sed subarbitremur te conuictum correxisse, quisquis eo crimine quod nostri obijciunt, peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptisma tis non vsurpet. Neque hoc contra nos est, quia si etiam talis vsupauerit & dederit, nō eum sibi vsurpare debuisse dico, non autem dedisse non dico. Ille vero qui accipit, si homo bonus ab homine malo, si fidelis à perfido, si pius ab impio pernicioſum erit danti, non accipienti. Illud quippe sanctum male vtentem iudicat, bene accipientem sanctificat. Si autem & ille qui accipit inique accepit, nec sic rescissum sed agnitum, quod p se oberat, correcto proderit sacramentum.

Sacramē tum dāti nocet, ac cipienti prodest. Cap. 29.

Sic enim te putabo dixisse, non iam quis quis peccator, quia, nisi fallor, iam cernis q̄ temere dictum sit, sed peccator qualem nostri describunt, quisquis inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non vsurpet, quemadmodum scriptum est, Peccatori autem dicit deus, vt quid tu enarras iustificationes meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Et vt ostenderet quali peccatori hoc diceret ne omnes homines à prædicando verbo eius sese, abstinerent qui nec sentire audent, nec dicere se peccatores non esse, sequitur, eumq; describit, Tu vero odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos post te: Os tuum abundauit malitia, & lingua tua amplexa est dolositatem: Si videbas furem concurrebas ei, & cum adulteris portionem tuam ponebas: Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Tali ergo peccatori dicit, Vt quid tu enarras iustificationes meas, & assumis testamētum meum per os tuum? Tā quam diceret, Frustra hoc facis quantum ad te attinet, non tibi prodest, hoc tibi ad iudicium damnationis, non ad meritum salutis valebit. Veruntamen si etiam tali peccatore narrante iustificationes dei, assumente testamentum eius per os suum, illi qui ex eius ore adiunt, credant, faciant, proficiant, nonne illo reprobato iustificabuntur, illo culpato iustificabuntur, illo damnato coronabuntur, quoniā curauerūt obedire dño dicēti, Quæ dicūt facite, q̄ aūt faciunt facere nolite: dicūt. n. & nō faciunt?

Psal. 48.

Mat. 23.

Sicut ergo iste peccator, si ius sibi prædicati testamenti diuini usurpauerit, sibi nihil prodest, audientibus autem & facientibus, non ipse sed quod prædicat prodest: ita & ille qui ius baptismatis sibi vsurpare non debuit, sibi nocet qui bonum male vsurpauit, non ei qui bonum bene percepit.

Vides non solum te non potuisse refellere quod ego contra Petilianū dixi, sed quā manifesta luce veritatis modis omnibus refellatur non quod contra me ipse dixisti, & adhuc persequis & dicis, q̄ causam nostram non probā faciamus, & quodammodo peccatores nos esse fateamur, quemadmodum nobis obijcitur ius baptismatis, quo nobis licentia nō dicemus, nō de merito actuum, nō de innocentia vitæ tractamus, sed cuicunque licere dicimus. Attende certe ex his quæ dicta sunt, non cuicunque licere nos dicere, sed ei pœnam esse qui sanctum tractat illicite, & cum esse corrigendum, non sanctum q̄d illicite tractat illicite rescindendum, sicut homines non legitime lege vtentes corrigi uolumus, non ipsam legem irritā ducimus, sicut dei testamentum illicite per os suum assumentē reprehendimus, nō ipsum testamentū negamus aut scindimus, nec iō nos peccauisse confitemur, quia & in peccatore quod est ipsius improbamus, quod aūt dei est honoramus, quia in deum credentē non ex occultis hominū pendere volumus, sed in dño gloriari de quo certus est, admonemus. Neq; n. & Apostolus malæ suæ conscientię diffidebat, ad spem credentis poni nolebat in homine, & in deo stabiliter collocabat, cum diceret, Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementū dat deus. Non itaq; nos dicētes, q̄d scriptum est, Nō nobis, dñe nō nobis, sed nomini tuo da gloriā: accusamus nr̄am conscientiam, sed uos in hominum moribus eorum spem qui baptizantur poni volentes, non agnoscitis vestram superbiam. Quid q̄ etiam beati Cypriani mentionē facere audetis, velut ille author sit vestræ diuisionis, tātus defensor catholicæ vnitatis & pacis? Primo est in Ecclesia, quam constat tenuisse ac prædicasse Cyprianum, & tunc aude velut authorem sentētiæ tuæ nominare Cyprianum. Primo imitare pietatē humilitatemque Cypriani, & tūc profert consilium Cypriani. Nos. n. nullam Cypriano facimus iniuriā, cū eius q̄ libet literas, à canonica diuinarum scripturarum authoritate distinguimus

Phili. 3.

Liguimus. Neq; n. sine causa tam saluber vigilantię canon ecclesiasticus cōstitutus est, ad quem certi prophetarum & Apostolorum libri p̄tineant, quos omnino iudicare non audeamus, & secundum quos de cæteris literis vel fidelium vel infidelium libere iudicemus. Proinde cum dicat Apostolus, cuius Epistolæ in authoritate canonica vigent, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, id quoq; vobis deus reuelauit, q̄diu aliter sapuit Cyprianus, si scripta eius esse cōstat q̄ p vobis p̄ferenda arbitramini, q̄diu ergo de hac re aliter sapuit q̄ veritas diligentius considerata patefecit, donec ei deus id quoq; reuelaret, ineffabili laude charitatis vnitatem pacemque catholicam etiam cum collegis suis à quibus a iter sapuit non reliquit.

Verba eius ex Epistola ad Iubaianum in Qūo tā sācti Cipriani di ca quā ca aliorum zati. Ego huius Epistolæ authoritate nō teneor, quia literas Cypriani non vt canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & quod in eis diuinarum scripturarum authoritati congruit, cum laude eius accipio: quod aūt non congruit: cum pace eius respuo. Ac p hoc si ea q̄ cōmemorasti ab illo ad Iubaianum scripta de aliquo Apostolorum vel Prophetarum canonico recitares, q̄d omnino contradicerem non haberem: Nunc vero qm̄ canonicum non est quod recitas, ea libertate ad quā nos vocauit Dominus, cius viri, cuius laudē consequi non valeo, cuius multis literis mea scripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatē miror, cuius martyrium veneror hoc quod aliter sapuit nō accipio. Non accipio, inquā, q̄d de baptizādis hæreticis & schismaticis beatus Cyprianus sensit, q̄a hoc Ecclesia non accipit, pro qua bea. Cyprianus sanguinē fudit. Sed q̄a dicitis eū pro hac snīa legalia documenta firmasse, quanq̄ nō ille documenta legalia firmare potuit, sed eius potius quæcunq; recte sensit ille firmauit. Relinq; ergo scripta Cypriani, & ea ipsa legalia documēta, quibus eum dicis vsum esse commemora. Si ea non demonstrauero nostram causam nihil adiuuare, vicisti. Quapp ita hoc Cypriani non accipio, q̄is inferior incōparabiliter Cypriano, sicut illud Apostoli Petri q̄ gentes Iudaizare cogebat, nec accipio nec facio q̄is inferior incōparabiliter Petro. Vos aūt qui scripta Cypriani nobis tanq̄ firmamēta canonicæ authoritatis opponitis, quicquid de Cipriano contra vos proferre potuerimus, necesse est cedatis, & iustū est vt victi taceatis, ac vos aliquando ab errore pernicioſissimæ dissensionis ad vnitatem catholicam conuertatis.

Galat. 2.

A

Vnde ne lōgum faciam ex hac ipsa Epistola ad Iubaianum, attēde quod ingeram quod vestrum euertat & absumat errorē. Cum enim persuadere conaretur vel sanctus Cyprianus, vel quicūq; illam scripsit Epistolam, hæreticos ad Ecclesiam venientes baptizari oportere, q̄ videlicet baptismus nullus deputandus esset quem foris apud hæreticos accepissent, opposuit sibi q̄stionem, & ait, Sed dicet aliquis, quid ergo fiet de his, qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo admissi sunt? Potest Dominus misericordia suæ indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiā simpliciter admissi in Ecclesia dormierūt, ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare. Ista nobis simplicitas sufficit, cui testimonium perhibet ipse Cyprianus, tm̄ bonum intelligens esse vnitatem corporis Christi, vt in eam simpliciter admissos etiam illos quos esse sine baptismo arbitrabatur de diuina misericordia mereri indulgentiam, & ab Ecclesiæ muneribus non separari pia cogitatione præsumeret. Hęc consuetudo Ecclesiæ fuit ante cōsilium Cypriani, hæc superari & auferri non potuit nec consilio Cypriani, vt ex hæresi venientes non quidem sine baptismo, sicut dicit, q̄a idem baptismus etiam foris eis inerat, sed non proderat, veruntamen simpliciter, sicut itē dicit admissi de Dei misericordia indulgētia mererentur, & a muneribus non separarentur Ecclesiæ. Hæc simplicitas magis q̄ duplicitas Ecclesiæ placuit vniuersæ toto terrarum orbe diffusæ. Cui Cyprianus ipse quale testimonium perhibeat, audi ex Epistola quam de vnitate conscripsit, Auelle, inquit, radium solis a corpore, diuisionem lucis vnitas non capit: Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: A fonte præcide riuum, præcisus arescet. In his Cypriani verbis non intelligimus lucē nō capere diuisionē, nisi in sanctis regno Dei p̄destinatis, q̄ diuidi ab Ecclesia nullo modo p̄sit, & non germinare ramū fractū salutis ęternę germine accipimus, ariditatē

Cypriānum excusat. Cap. 33.

B

vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero riui a fonte præcisi, in eo q̃ sancto spũ C vacuantur qui ab vnitate separantur agno scimus, non in sacramento baptismi quod & boni & mali habere possunt, ita foris a p te quemadmodũ intus occulte ab Ecclesiæ sanctitate separati: Sed inde nemo dubitat. Quid vero de ipsius Ecclesiæ fœcunditate toto terrarum orbe diffusæ senserit Cypria nus, attende in his quæ subiungit, Sic, inq̃t, & Ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, vnum tñ lumen est quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur: Ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit, profluẽtes largiter riuos latius expandit, vnũ tñ caput est & origo vna, & vna mr̃ fœcũditatis successibus copiosa. Hanc Ecclesiã Cyprianus in scripturis sanctis ꝓmissam, in vniuerso mundo redditam, dilexit, tenuit, commẽdauit, quam ꝓditi schismatici vel hæretici velut à malis se discernere ac separare cupientes, seditionibus impijs reliquerũt. Qui ne suos exitus impios vanis excusationibus ab luere conarẽtur, sancta scriptura prædixit, Ob paleas nõ recedendum ab Ecclesia Cap. 34 Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit, quia nec propter malos qui videntur esse intus deserendi sunt boni qui vere sunt intus.

Hinc beatus Cyprianus q̃d senserit accipe ex Epistola quam scripsit ad ꝓsbyterum Maximũ, & cæteros quibus de schismatico D & hæretico errore ad Ecclesiam redeuntibus gratulatur. Nam etsi videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania, non tñ impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt qm̃ zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis tm̃mõ laborandũ est, frumentum esse possumus, vt cum cœperit frumentum dñicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apo- 2. Ti. 2. stolus in Epistola sua dicit, In domo autem magna non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam inhonorata. Nos operam demus, & quantum possumus laboremus, vt vas aureũ & argenteũ simus. Cæterũ fictilia vasa confringere dño soli concessum est, cui virga ferrea data est. Esse nõ Ioan. 13 potest maior dño suo seruus, nec quisquã si brq̃ soli filio pater tribuit vendicare, vt se putet aut ad aream ventilandam & purgandã paleã ventilabrũ iã ferre posse, aut à frumento vniuersam zizaniã humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio & sacrilega præsumptio, quam sibi furor praui assumit. Et dum sibi semper quidã plus q̃ mitis iustitia deposcit assumunt, de Ecclesia pereunt, & dum se insolenter extollunt, E ipso suo tumore cæcati veritatis lumẽ amittunt. Vides frater secundum scripturas diuinas hoc præcepisse Cyprianum, etiam ꝑp malos qui cum sint a bonis vita moribusq; spiritaliter separati, corporaliter tñ eis in Ecclesia videntur esse permixti vsq; in diẽ iudicij quo etiam corporaliter debitas separabuntur ad pœnas. Non est Ecclesia deserenda tanquam frumẽta ꝑp paleam vel zizania, sicut nec domus magna propter vasa inhonorata. Vides, audis, sentis, capis, intelligis, quanto scelere propter eos qui vobis siue recte siue cum fallimini displicent, separemini ab Ecclesia quæ toto orbe diffunditur, cui secundum scripturas diuinas, tam magnum, tam firmum, tam clarum atq; inculentũ testimonium perhibet Cyprianus.

Quamobrem attende diligenter de tota quæstione breuem ratiocinationem meam. Si recte in Ecclesiam recipiuntur ex hæreticis venientes, vt in eis error prius corrigatur, diuinum autem sacramentum nõ rescindatur, bene illis viuentibus tãquam frumentis dñicis gratulamur. Si autem sicut putatis, & Cyprianum vobis in hac sententia fauere iactatis, non habent baptismum, certe admissi simpliciter ad Ecclesiam, secundum eundem Cyprianum, propter meritum tamen ipsius vnitatis indulgentiam dei merentur, ne ab Ecclesiæ muneribus separentur. Et quicunq; illos secundum morem anteriorem, de quo non tacuit Cyprianus simpliciter admittunt, & recte ac pacifice viuunt inter eadem frumenta horreo destinata deputantur. Qui autem vel scientes contra veritatem in eis recipiendis contentiose dimicant, vel prauis atq; peruersus moribus viuunt, in zizanijs & palea flãmis debita tolerantur, propter eos tamẽ Ecclesiam quæ ꝑ totum orbem terrarum copiosis successibus dilatatur, hoc est, frumenta dominica, quæ vsque ad messem pariter crescunt, vel vsq; ad ventilationem pariter triturantur, non esse deserendam, imperat deus, testis est Cyprianus. Ac per hoc si in communione sacramentorum mali maculant bonos, quando temporibus Cypriani vel ante Cyprianũ siue baptismo, sicut putatis hæretici suscipiebantur, Ecclesiam perijsse dicite, & vos unde nati fueritis ostẽdite.

dite. Si autem quod veritas etiam per Cyprianum docet, cum pro Ecclesiæ pace etiã cognita zizania tolerantur, frumenta non maculãt, filius malus & ipse seipsum iustũ dicit, exitum autem suũ nõ abluit, quia de G Ecclesia propter malos exire non debuit. De eodẽ Ca. 36. Iterũ dico, Ecce ab hac inuictissima ratione dissimulare non sino. Si non communicantes peccatis malorum, propter ipsam tantam communionem sacramẽtorum mali perdunt bonos, qui in præteritum ex hæresi ad Ecclesiam uenientes, siue baptismo admissi sunt, contagione sua bonos vtique perdiderunt: Iam tunc ergo non erat Ecclesia quã Cyprianus teneret, prædicaret, nec vnde postea Donatus exiret. Si autem bonos contagio illa non perdidit, nec eorum quos accusatis contagio, Christianum orbẽ perdere potuit, nolite calumniari separati, & ad Ecclesiam redite correcti. Cæcilianũ & socios eius contra quos tunc Secundus Tigisitanus contraxit condidit̃que concilium, necesse tibi est accusare, mihi non est necesse defendere. Accusa eos quantis viribus pores. Si innocentes fuerint, nihil eis tãquam frumentis oberit uentositas tua. Si nocentes fuerunt, non debuerunt propter illã zizania frumenta deseri, quibus nihil obfuerunt. Accusa quantum potes, vinco si nõ probas, vinco si probas: vinco, inquã, si nõ probas iudice teipso, vinco si probas teste H Cypriano. Quid eos uis fuisse? Si innocentes, cur frumentis dominicis cum sitis zizania calumniamini? Si nocentes, cur à frumentis dominicis propter zizania separamini? Exist at Ecclesia cunctis clara atque conspicua. Quippe ciuitas quę abscondi nõ Mat. 5. potest super montem constituta, per quam Psal. 71 dominatur Christus à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ, tanquam semen Abrahæ multiplicatũ, Ge. 22. sicut stellæ cœli & sicut arena maris, in quo benedicuntur omnes gentes. Hanc etiam beatus Cyprianus ita commendat, vt eam dicat domini luce perfusam, radios suos p orbem terrarum porrigere, ramos suos per vniuersam terram copia vbertatis extendere. Hæc ut in frumentis suis non accusaret, aut propter zizania non desereretur, vnũ horum vobis etiam vosipsi respondete, alterum Cypriani monitis dicite, ipsius enim uerba sunt attestantis & dicentis. Nam etsi videtur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania eẽ in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.

Vos contagione malorum Aphrorum perijsse dicitis de orbe terrarum, & in parte Donati eius reliquias remansisse tanquã in frumentis à zizanijs & palea separatis, contra Cyprianum apertissime sentientes, qui dicit, nec malorum permixtione bonos perire in Ecclesia, nec eosdem malos posse ante tempus iudicij diuini à bonorum permixtione separari. Vos itaque secundum uestrum errorem, uel potius furorem accusare cogimini, non solum Cæcilianum & ordinatores eius, verumetiam illas Ecclesias quas in scripturis Apostolicis & Canonicis pariter legimus, non solum Romanorum, quò ex Aphrica ordinare paucis vestris soletis Episcopum, verumetiam Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum, Thessalonicensium, Colossensium, Philippensium, ad quas apertissime scribit Apostolus Paulus, Hierosolymitanam quam primus Apo. 11 Apostolus Iacobus Episcopatu suo rexit: Antiochẽsem, vbi primo appellati sunt discipuli Christiani, Smyrnensem, Thiatirensem, Pergamensem, Philadelphiensem, Laodicensem, ad quas est Apocalypsis Apostoli Ioannis: Tot alias Ecclesias Põti, Cappadociæ, Asiæ, Bithynię, ad quas scribit Apostolus Petrus, & quicquid alias se Paulus ab Hierusalem vsque ad Illyricum Euangelio repleuisse testatur, vt taceam de alijs iam latis atq; vniuersis terrarum partibus, in quas ex his Apostolicis laboribus & plãtationibus porrecta creuit & crescit Ecclesia. Istas certe Ecclesias quas ex literis diuinis atque canonicis nominaui, tam longe ab Aphrica constitutas, tanquam perierint ex peccatis Aphricorum, accusare cogimini, nec corrigitis errorem qui vos ad tantum scelus nefaria dissensione compellit. Nos autem errorem vestrum facilius conuincamus, nec ipsos Aphros quorum falso crimen in ceteras etiam gẽtes perfundere audetis, nec ipsos, inquam, defendere cogimur. Habent etiam cum illis transmarinis Ecclesijs societatem regni si innocẽtes fuerint, si autem nocentes, tãquam zizania à frumento, nec in Aphrica obesse potuerunt eis qui se ꝑp illos etiam cognitos ab vnitate Ecclesiæ separare noluerunt. Vt.n. omittam quàm multi eos crediderunt innocentes, quibus facinus eorum etiam si aliq̃ tes fuit, tamen demonstrari non potuit, & vtique:

Universidad de Deusto Biblioteca

rtique istos nec uos potestis dicere peccatis alienis in cognitis potuisse maculari. Sed ut hos, inquam, omittam, ipsi qui eos nocentes vel nouerant vel putabant, quanuis in Aphricanis Ecclesijs constituti, cum videret eos apud Ecclesias trãsmarinas non potuisse conuinci, nec crimina eorum lõge lateq; diffusis membris Ecclesiæ demonstrari, si se uellent propter illos quos malos nouerant à communione tot gentiũ quibus eos ostendere non ualebant, velut pestiferæ cõtagionis timore separare, tenerent eos, non tu, non Donatus, non Cæcilianus, sed ipse quem nominare ausus es Cyprianus, & diceret ea verba quę scripsit ad Maximum.

Si videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniã zizania eẽ in Ecclesia cernim9, ipsi de Ecclesia recedamus: Nobis tantũmodo laborandũ est, vt frumẽtum esse possimus, vt cum cœperit frumentum dominicis horreis condi, fructũ pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in Epistola sua dicit, In domo aũt magna, non solum uasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædã inhonorata: Nos operamdemus, & quantũ possumus laboremus, vt vas aureum & argenteũ simus. Cæterum fictilia uasa confringere domino soli concessum est, cui uirga ferrea data est. Esse nõ potest maior dño suo seruus: Nec quisquã sibi quod soli filio pater tribuit, uendicare, vt se putet aut ad aream ventilandã & purgandam paleam vẽtilabrum iam ferre posse, aut à frumento uniuersam zizaniam humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio & sacrilega præsumptio, quam sibi furor paruus assumit: Et dũ sibi semper quidam plus quàm mitis iustitia deposcit, assumunt, de Ecclesia pereunt, & dum se insolẽter extollunt, ipso suo tumore cæcati, veritatis lumen amittunt. His Cypriani uerbis deum timentes in Ecclesia tenerentur, qui vellent ab ea separari propter cognitos malos, quibus verbis uos damnamini qui separati accusatis & bonos. His verbis Cyprianus & nos tenet in domo dei, cuius decorem dilexit, & iam si quod nunquam facere potuistis, à uobis accusatos & demonstratos traditores, & quoslibet alios malos nosse possemus, ne illam propter uasa facta in contumeliam deseramus. His verbis etiã vos in catholicam pacem correctos pacificus introducat, ne quibuslibet peccatis alienis, seu ueris seu falsis offensi, contra Ecclesiam Christi in toto mundo scripturis fructificantem atque crescentem mala tanta iactetis, ne propter zizania triticũ accusetis, ne propter paleam frumẽta deseratis, ne propter uassa inhonorata extra domũ magnam remaneatis. Ecce quantum nos abs te commemoratus beatus Cyprianus adiuuit, cui de baptismo repetendo si quid aliter sapuit, A pro tãtis meris flagrãtissimæ charitatis corrigendum proculdubio dominus reuelauit, qui in ea vite permansit tanquam sarmentum tanto fructu pacis & dilectionis opulentum, vt etiam si quid in eo purgandum reperiretur, si nulla re alia, certe falce martyrij purgaretur. Quanquam itaque ad errorem vestrum conuincendum, & si voluerit corrigendum, satis superque potuerint ista sufficere, tamẽ ne quisquam arbitretur aliquid te in Epistola posuisse quod refellere non valerem, aut in quo te nostris contra Petilianum literis nihil idoneum respõdisse, demonstrare non possem, sequenti vo lumine cætera videamus.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI contra Cresconium Grammaticum, Liber Tertius.

SI tardorũ mihi ingenia curanda non essent qui intelligere nequeunt, me duobus voluminibus superioribus ad causam totam, q̃ tua frater Cresconi Epistola continetur, multis modis ita respõdisse, vt etiam illa quæ ibi restant, iam soluta atq; frustrata sint, iam debuit à me huic operi finis apponi. Sed quia multi sunt quibus seruire nos conuenit, qui omnia depulsa esse non putant, nisi locis suis etiam singula pertractẽtur, residua sermonis tui breuiter ex ordine refellenda percurram. Quicquid de Cypriani venerabilis martyris, & de quorundã Orientalium literis inserendum putasti, qd' eis placuerit apud hęreticos & schismaticos datum improbare baptismi sacramẽtum, nihil impedit causam nostram, si eam Ecclesiam retineamus quam non deseruit Cyprianus, etiam cum multi eius collegæ in hanc sententiam consentire noluissent: Nam & in ipso concilio dixit, Neminem iudicantes, nec a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Et eandem Epistolam ad Iubaianum ita conclusit.

Cyprianus in concilio Aphrica no apud Carthaginem.

Hæc tibi charissime pro nostra mediocritate respondimus, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus vnusquisque Episcoporum quod putat faciat, habens arbitrij sui liberam potestatem, &c. In his ergo nos interim deputato, quibus illud non potuit persuadere Cyprianus, a quibus tñ etiam in hac re diuersa sentientibus, cõmunionem suam minime separauit. Maiores aũt vestri quibus tale testimonium perhibuistis, q̃ ab Orientalium propterea communione discreti sunt, qui illi suũ iudiciũ rescidẽrũt, quo eis placuerat de ista baptismi quæstione Cypriano, atque illi Aphricano concilio consentire oportere, contra Cyprianum fecerunt: Debuerunt.n. cum collegis suis ẽt in hac q̃stione diuersa sentientibus tenere cõionis vnitatem, quod in suis literis fecisse legimus Cyprianũ: Respondetis ideo eum sic loqui voluisse, ne fortasse excommunicationis timore deterriti, non auderent libere dicere quod sentirent, non quia cum eis esset in communione mansurus, si diuersa sensissent, vbi aperte dicitis Cyprianum esse mentitum. Si.n. dicebat, Neminem iudicantes, nec a iure communionis aliquem si diuersa senserit amouentes, quod eum dixisse cõscripta iudicant gesta concilij, & tamen si quisquam eorum quibus ea dicebat diuersum sentire se ostenderet qũo cum eo fuerat sacramẽta Christi communicaturus? Proculdubio mentiebatur, qui talia dolose, nõ veraciter promittebat. Quod est in eodem mẽdacio deterius, simplicitatem fratrũ duplici corde fallebat, cum præsertim & scriberentur quæ dicebantur: Nam quicunque ab illo concilio diuersum sensisset, quomodo posset ab eius ore damnari vel excommunicari, cum eiusdem concilij se Principium recitaret? Quis ergo de Cypriano tolerabilius sentit, vtrum nos qui cum dicimus in obscura de baptismo quæstione hominem falli potuisse, an vos cum dicitis in promittenda Christiana communione Episcopũ fallere voluisse, non vnum aliquem fratrũ, sed vniuersam episcopalem societatem? Quod si & vobis de illo credere nefas est, vestri maiores contra eius sententiam fecerunt, qui se ab Orientalium communione, quod de hac re diuersa senserint, diuiserũt.

Proinde si omnino iam credendum sit quinquaginta Episcopis Orientalium id esse visum quod septuaginta Aphris, vel aliquanto etiam pluribus contra tot milia Episcoporum quibus hic error in toto orbe displicuit, cur nõ potius etiam ipsos paucos Orientales suum iudicium correxisse dicamus, non vt loqueris rescidisse? Sicut enim laudabile est a vera sententia nõ moueri, ita culpabile persistere in falsa, quam nunquã tenere prima laus est, secunda mutare: vt aut ex initio vera permaneat, aut mutata falsa, vera succedat. Neque nũc ad nostram pertinet quæstionẽ, quale sit qd' pars Christiani orbis maxime cum Orientalibus sensit. Si enim hoc verum, si hoc tenendum atque seruandum est qd' de baptismo tenemus atque seruamus, duo mala vestra vobis obijcimus. Vnum q̃ erratis in baptismi quæstione. Alterum q̃ vos ab eis qui de hac re verum sentiunt separatis. Si autem vt secundum vos loquar, hoc est, in ea quæstione verum quod ipsi sentitis, illo certe crimine maculamini, q̃ ab Ecclesia recessistis, propter cuius pacẽ sicut Cyprianus, & fecit & monuit, etiam diuersa sentientes ferre debuistis. Sententia Orienta lium. Cap. 3.

Nunc exclama quod ego dixerim, nihil inter fideles perfidosq; discernas, idem tibi pius atq; impius videatur, qd' ego non dixi. Sed planè illud dixi, vnde tu quasi hoc dicerem, exclamare voluisti, & dicere qd' non dixi. Siue, inquam, a fideli siue a perfido dispensatore sacramentum quisq; percipiat. In qua sententia nõ nihil inter fidelẽ perfidumq; discreui, nec iussi vt idem cuiquam pius atq; impius videatur, sed idẽ sacramentum pium & impium posse habere, quod nec tu negas, qui saltem post impios occultos baptizandum non esse concedis. Proinde sine causa coniungis & dicis, Nihil prodest bonis moribus viuere, q̃a quicquid iusto licet, potest & iniustus implere. Quia & falsum est, a me dictum non est, Boni quippe mores vitã bonorum malorumq; discernunt, & ad diuersa perducũt. Nec quicquid iusto licet, potest & iniustus implere, quia iustus implet legem Christi per dilectionem Christi, vnde iniustus alienus est, põt tñ aliquid qd' & iustus implere, vt & ipse baptizet si nihil aliud certe eũ later, sicut ẽt illi põt Dei mandata p̃dicare, Sacramẽtum cõmune. Cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficut iusti,sed non secũdum ea viuere,sicut iusti, de qualibus dictum est, Quæ dicunt facite,quæ autem faciunt facere nolite.

Mat.23. Christ9 mundator. Cap.5.

Sed fac iniustum non latentem & nonnullis cognitũ bonis per aliquã seditiosam factionem de Ecclesia non posse separari. Audi Cyprianũ, Tolera zizania,esto frumentum. Quam tibi bene sonare visa sũt, quæ in vna re varie repetisti. Quid hoc præcepto,inquis,dici iniquus potest,vt purificet alium maculosus, abluat sordidus, emundet immundus, det infidelis fidem, criminosus faciat innocentem? Breuiter respondeo, Nec maculosus nec sordidus, nec immundus, nec infidelis, nec criminosus est Christus, qui dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, mũdans eam lauacro aquæ in verbo,faciẽs nos certos de bonis suis,ne malis vitiaremur alienis. Nam ecce cũ minister iniquus occultus ẽ, a quo tamen datum baptismũ non rescindis, nõ nec omnia tibi verba tua replicari possunt, quia & purificat maculosus, & abluit sordidus,& emundat immundus, & dat infidelis fidem, & criminosus efficit innocẽtem? Non,inquis,ipse,sed fama eius bona, q̃uis inanis & falsa. Hinc non vis vt ego exclamem, O scelus,o portentum,non vt ait q̃dam,in vltimas terras deportandũ, sed potius extra omne cœlum & omnes terras si fieri possit abigendum. Non teipsum dico quem correctum volo, sed hunc errorem a quo te corrigi cupio. Ita ne ad mundandum hominem quando boni ministri falsa sufficit fama, quæ hoc efficiat quod efficeret bona vita, vt ad hominem sanctificandum quando ministri latet iniquitas, Deo militet falsitas? Hoc totum ideo ne dicatis quod dicimus, Siue a fideli siue a perfido dispensatore sacramẽtum quisq; percipiat, non sanctificat nisi Deus. Deinde commemoras verba mea,q̃ dixerim,semp Christus det fidem,Christus sit origo Christiani, in Christo radicẽ Christianus infigat,

Ephe.5. G

Contra Petiliani lib.1. c.5. H

Christus Christiani sit caput. Dixi planè & dico, nec tu omnino respõdere potuisti, videris enim quasi succubuisse tanto pondere veritatis,cũ subiecisti,hoc & nos suademus,hoc volumus.

Cap.6.

Deinde rursus suppenis hominem in quo spem constituat accepturus: Sed quærimus,inquis,per quem hoc melius fiat. Et quia sine ministro nos dicimus posse hominem baptizari, quæris a me, vtrum melius iniustus sit minister an iustus. Vbi respondeo ad hoc esse melius, vt sit iustus minister, quod infirmitas hominis cui fine exemplo laboriosum est & difficile q̃d imperat Deus,imitatione boni ministri ad vitam bonã facilius erigatur. Vnde dicit Apostolus Paulus, Imitatores mei estote,sicut & ego Christi. Ad hominẽ vero baptizandum & sanctificandum,si tanto est melius q̃d accipitur,quãto est melior per quẽ traditur,tanta est in accipiẽtibus baptismorum varietas, quanta in ministris diuersitas meritorum. Si.n.quod sine controuersia creditur, melior erat Paulus q̃ Apollo, meliorem baptismum profecto dedit,secũdum istam vestram vanam peruersamq̃ sententiam. Et si meliorem baptismum dedit, ꝓfecto eis quos a se non baptizatos gratulatur inuidit. Porrò si inter bonos ministros,cum sit alius alio melior,non est melior baptismus, qui per meliorem daꝫ, nullo modo est malus, qui etiam per malũ datur,quando idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares Dei munus aquale est,quia non illorum,sed eius est.

I

Non ergo sicut inaniter inueheris,nihil inter fidelem perfidumq́; discernimus, sed discernimus humana merita,non sacramẽta diuina, quæ tu quoq; vi veritatis adductus & hæreticæ intentionis oblitus, nobis & vobis non alia, sed vna eadem esse dixisti. Quomodo dicis, hoc & nos suademus & volumus, vt semper Christus der fidem, Christus sit origo christiani, in Chro radicem christianus infigat, Christus christiani sit caput, cũ defendas literas Petiliani,vbi apertissime cum baptizantis meritũ commendaret,quantumq; ad dandum baptismum valeret humana iustitia pro sua scepta causa conaretur ostendere. Conscientia,inquit,sancte dãtis attendit, quæ abluat accipientis. Nam qui fidem sciens a ꝓfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. Et tanq̃ ei diceretur,vnde hoc probas,secutus adiunxit. Omnis.n.res origine & radice consistit:& si caput non habeat aliquid, nihil est. Quid obsecro, quia incidisti in defensionem temerariæ falsitatis, nebulas manifestis rebus moliris offundere? A principe dicit homo,originem,radicem,caputq́; hominis regenerandi per baptismum nõ esse posse, nisi cuius ministerio baptizatur: & tu dicis, hoc & nos volumus, q̃ Chrs sit origo & radix caputq́; christiani. Sed quærimus ꝓ quẽ hoc melius fiat, hoc aliud est q̃d dicis,aliud q̃d dixit Petilianus: hoc q̃d dicis ẽt si verũ sit,nõ hoc est q̃d ille dixit.

Cap. 8.

Proinde & hoc & tu vis,vt Christus sit origo & radix & caput Chriani, Petiliano

1.Co.3.

resiste,non mihi, q̃m neq; q̃ plantat est aliquid,neq; q̃ rigat, sed q̃ incrementum dat deus. Q̃d ego ex Apostolo cum in eis litteris posuissem,ita tu rñdere voluisti vt dicerem,Dei q̃dẽ dare est incrementũ,sed sicut q̃ plantat & rigat, nõ nisi colonus fidelis & diligens q̃ritisic etiã in sero baptismatis nõ nisi fidelis & iustissimus operarius adhibetur. Quasi vero q̃d infidelis colonus plãta uerit, ꝓ eius infidelitatẽ nõ germinet uis seminis & fœcũditas terræ cœliq́; tẽperies hãc efficaciã diuinitus nõ acceperint, vt ad ꝓpagandos fructus plantatorẽ vel rigatorẽ operariũ tantũmodo expectẽt, qua mẽte operẽ, qua laboret intẽtione non curent, vtrũ dñm agri fideliter diligat, an sua nõ illius lucra cõquirat. Adiũgis ẽt testimoniũ ꝓpheticũ dicẽs, Dabo vobis pastores secũ dũ cor meũ,& pascẽt uos pascentes cũ disciplina. Scio cõpletũ est, Tales Apostoli fuerũt,tales ẽt nũc,etsi ꝓ Ecclesię latitudine p pauci,nõ tñ desunt. Sed q̃d etiã p Ezechielem prophetã dicat aduersus pastores malos,debuisti q̃rere,legere,cogitare. Ibi.n.dicit,Ego pascã,nõ pastores.

I.Co.4.

Hier.3.

Ezec.34.

Proinde & per pastores bonos & pastores

De bo. na fama. Cap. 9.

malos, cum verbum suum sacramentum, q̃ dispensat, ipse pascit, quia de ipso ait

Hie. 17.

ut sit unus grex & unus pastor. Bonum est

1.Co.4.

enim confidere in dominum quàm confidere in hominem. Et maledictus qui spem suã ponit in homine. Q̃d à me in illa Epistola cõmemoratũ, sic te intelligere oñdis, vt ideo magis te dicas iustũ & fidelẽ, ꝓ quẽ hoc sacramentum celebretur inquirere, quia spem & fiduciam dei non hominis habes:dei esse autem fidem atque iustitiam, quam semper in ministris eius attẽdis,hoc verum dicis, quia bonorum omnium nihil habemus quod nõ accepimus, & ideo fides & iustitia nobis à deo est. Sed cũ dicis hanc tibi deum dare non posse,nisi habeas eam per quem baptizaris: spem profecto in homine ponis,qui vtrum sit iustitiæ particeps nescis. Et si non est,tunc famam eius attendis, & cum famam bonam de malo latente repereris, ad sanctificationem tibi sufficere credis. Obsecro te si fiduciam dei non hominis habes, & ideo magis vt iustus & bonus & fidelis sit, per quem hoc sacramentũ celebratur, inquiris quia dei est fides atq; iustitia, nũquid dei est etiam falsitas famę, quam si habeat bonam minister malus, hãc tibi dicis in tua sanctificatione sufficere? Iam mallem in hominem consideres, vnde te vehementissime prohibebam, quàm in famæ ipsius falsitatem. Homo enim qualiscunque sit,quantuncunque ad id quod homo est attinet,dei creatura est. Porrò si maledictus qui spem suam ponit in homine, quanto magis qui spem suam ponit in falsitate opinionis humanæ, & in illud aliud incidat quod scriptum est, Qui fidit in falsis, hic pascit ventos: id est, sit esca spiritibus malis.

Si datum inquis, à quocunque & quomodocunque baptisma reseindi non debet, quare post Ioannem Apostoli baptizauerũt? quanto vehementius ita proponitur,si post Ioannem Apostoli baptizauerunt, cur non etiam post quemlibet sanctum baptizat uel melior vel æqualis, vt vel hinc intelligere A cogaris,ad istam quæstionem non pertinere baptismum Ioannis. Et Iudæis,inquis, à Moyse baptizatis Petrus dixit, Penitemini & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi. Si propterea iam baptizati erãt Iudæi, quia Moyses per mare rubrum ante tam longum tempus parẽtes eorum baptizauerat, qui de Christianis baptizatis nascuntur, sine causa hodie baptizantur,& tamen dicis ista & scribis ista,audiris & legeris & putaris respondere literis nostris, quasi hoc sit respondere potuisse quod est tacere noluisse.

Pro.10. De baptismo Ca. 10. Apo.19 Acto.1. Acto.2. Exo.14 1.Co.10

Nec illud quod prætereundum putasti, refelliste principio huius epistolæ,sicut tibi videris quod à me dictum est. Si errabant illi qui volebant esse Pauli, quæ tandem spes eorum est qui volunt esse Donati? Quis enim non videat hinc esse istam diuisionem factam,hinc hodieq́ue in hac peste persistere, dum in hominis iustitia spes ponitur, vt tunc acceptabilior baptismus Christi,si ab homine iusto quis tingatur? Contra quem errorem aduersus eos qui iã schismata propter diuersa merita hominum facere cœperant, clamat ipse Paulus, Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizaui, ne quis dicat q̃ in nomine meo baptizaui: Quid aliud insinuãs nisi baptisma Christi non esse eius cuius nomine datur, & ideo non fieri melius cum

Christi est baptismus Ca. 11. 1.Co.1 B

Universidad de Deusto
Biblioteca

per meliorem datur, nec deterius per deteriorem? Fruſtra itaq; deinceps exultas & dicis, Sequitur vt omnia illa quæ à ſancto Petiliano ſeu cuiuslibet ſermone ſcripta ſunt, recte dicta cõcludam. Ipſa enim verba quæ velut recte dicta concludis, non ſe recte dicta conuincunt, quia nec conſcientia ſancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis, cum maculoſa dantis occulta eſt, Ibi victus cum veritati acqeſcere debuiſſes, ad falſam eius famam tanquam ad deceptum mendacio infœlicem iudicem ꝓuocaſti, quia neq; attenditur conſcientia quando fama eius attenditur, & ram nõ poteſt falſa cuiuſquam fama, quàm nec mala vita quiſq; mundari, & nemo fidem Chriſtianam ſumit ab homine, nec perfido nec fideli, ſed ab illo de quo ſcriptum eſt, Fide mundans corda eorum.

Acto. 15 Qui ſi per fidelem audit quid credendum ſit, eum quidem imitatur, non tamen ab eo iuſtificatur. Nam ſi miniſter iuſtificat impium, cõſequens eſt vt etiam in miniſtrum recte credatur. Apoſtolica quippe clara & certa ſententia eſt, Credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iuſtitiam: Proinde ſi miniſter non audet dicere, Crede in me: non audeat dicere, iuſtificaris à me. Iam uero quod ſequitur, Omnis res origine & radice conſiſtit: & ſi caput non habeat aliquid, nihil eſt: ſi origo & radix & caput baptizati, baptizans miniſter eſt, Chriſtus non eſt: ſi Chriſtus eſt, ille nõ eſt. Deniq; cum miniſter occultus eſt malus, quæ origo, quę radix, quod caput eſt baptizati? Iam falſa eius fama. Hoc quidem Creſconius dicit, ſed veritas contradicit. Ergo ſi tunc origo & radix & caput Chriſtus eſt, Ipſe eſt enim quando miniſter eſt bonus, ne quod abſurdiſsimum eſt, melior ſit cõditio baptizati per occultum malũ quando Chriſtus eſt caput, quàm baptizati per manifeſtum bonum, ſi huic miniſter eſt caput, hoc & de bono ſemine dixerim. Sequitur enim, Nec quicquam bene regeneratur ni ſi bono ſemine regeneretur. Quæ vero ſequuntur ex epiſtola Petiliani abs te poſita vbi ait, Quæ cũ ita ſint fratres, quæ poteſt eſſe peruerſitas vt qui ſuis criminibus reus eſt, alium faciat innocentem, cum ſcriptum ſit, Arbor bona bonos fructus facit, & arbor mala malos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis vuas? Et iterum, Omnis homo bonus de theſauro cordis ſui producit bona, & malus homo de theſauro cordis ſui profert mala: ſatis aperteq; conuincunt Petilianum hæc omnia nõ retuliſſe niſi ad hominem ꝓ quem baptiſmus miniſtratur, vt ipſe intelligatur ſi innocens eſt facere innocentem quem baptizat, ipſe ſit bona arbor, cuius fructus ſit qui baptizatur, ipſe bonus homo, de cuius cordis theſauro ꝓcedit ſanctificatio baptizati. Ac per hoc cum iſte occultus eſt malus, dic mihi a quo ſit ille innocens, dic mihi cuius erit arboris fructus, dic mihi de cuius cordis theſauro ſanctificabitur baptizatus, aut ſi tunc effectorem innocentię ſuæ, tunc arborem de qua fructus bonus naſcitur, non hominem miniſtrum baptiſmi meretur habere, ſed Chriſtum, Fœlicius incidit in miniſtrum latentem malum quã ſi incidiſſet in manifeſtũ bonũ. Quod ſi abſurdiſsime atque inſaniſsime dicitur, Chriſti fructus eſt qui eius baptiſmo ſanctificatur, cuiuſlibet miniſtri opere baptizetur. Niſi forte ad conſilium tuum recurſurus eſt, quando incurrit in miniſtri cõſcientiam maculoſam & occultam, vt ei de qua naſcatur arborem oſtendas falſo bonã mali hominis famã, cuius radicem ſi quæſieris, inuenies fallentis aſtutiam, de qua ſi poteſt E naſci fructus bonus quod abſit, mentitus eſt Xps qui dixit, Non poteſt arbor mala fructus bonos facere. Sed quia verũ dixit Xps, habeat homo bonus tanquã bona arbor bonum fructum, opus bonum: ſicut homo tã quã mala arbor malum fructum, opus malum. Qui autem baptizatus non de cuiuſquam hominis, ſed de ſpiritu Xpi naſcatur ſi vult eſſe fructus qui vento non corrumpatur, & arbor quæ non eradicetur.

Contra Petiliani lib. j. Cap. 4.

Roma. 4 C

Contra Petiliani lib. j. Cap. 7.

Ibidem. Cap. 8.

Matth. 7 D

Matt. 12

Quæ cum ita ſint, cum tu dixeris, Ergo Do- ſequitur vt omnia quæ a ſancto Petiliano ſeu cuiuslibet ſermone ſcripta ſunt, recte di cta concludam. Puto quia ego potius illa omnia non recte dicta concludo. Iam nunc videamus quod deinde in epiſtola tua contexuiſti, quomodo te Optati cauſam & Maximianiſtarũ, quinimmo vt abs te doctior fiam, Maximinianenſium veſtri docuerũt. Et de Optato quidem de quo nihil inſcriptum valeo recitare, quidlibet ſentias facile cedo, Vnum illud ſcio, ſi vera ſunt, quæ de illo, vt non dicam oſtendebantur, certe tamen dicebantur, nec ipſe erat bonus, nec fa mam habebat bonam: vnde quicunq; per eum baptizati ſunt, nec conſcientia eius ſecundum Petilianum, nec fama eius ſecundum te ablui potuerunt. Si autem falſa, ma-

la eius, ſicut ſæpe aſſolẽt, nuda fama iacta- F unt, vide q̃ recte non facile credamus, qd̃ nunq̃ nobis de traditoribus quos accuſatis probare potuiſtis: quia ſolẽt etiã de bonis mala fama mentiri. Si ergo non illorũ innocentia, non idemq; quod verum atq; firmum eſt Dei gratia & non noſtra conſcientia ratum nobis baptiſmum facit, faciat ſaltem ſententia tua.

Ca. 13. Tu enim cum de Optato loquereris dixiſti, Ego quidem Optatum, nec abſoluo, nec damno. Si hoc ego, immo non tũ ego, ſed omnis Africana catholica Eccleſia, quanto magis etiam tranſmarina tam longe lateq; diffuſa, Cæciliano & eius ordinatoribus dicat, Ego illos nec abſoluo, nec dãno. Parumne putas eſſe illis quos ij baptizauerunt, quorum nemo vnq̃ Cæcilianum vidit, qd̃ de Optato ſufficere credis eſſe, quos ille etiam ſuis manibus baptizauit? An quia de Cæciliano parentum veſtrorum cõcilium recitatis, de Optato aũt nullum recitatur a nobis? Ideo putas nulli noſtrum licere dicere, Ego Cæcilianũ nec abſoluo nec damno: quod tibi licuit de Optato? Sed factum eſt pro Cæciliano poſterius iudiciũ tranſmarinis veſtris apud Cõſtantinum imperatorem vt fieret inſtantibus, Aut ſi eccleſiaſtica iudicia, quæ prius ſacra fuerint iam conuelli nõ poſſunt, quid de Primiano facturi eſtis veſtro Epiſcopo G Carthaginenſi, contra quem primo cẽtum plures vtiq; q̃ de Cæciliano iudicauerunt, eiq; abrogato epiſcopatu Maximinianum pro illo conſtituerũt? Nonne Primianus poſteriore iudicio nititur, quod pro illo factum eſt in oppido Bagaienſi, ſecundum ꝙ iudicium nõ vult de ſe dubitari, ſed ab omnibus vobis ſe extorquet abſolui? Vnde & nos ſecundum de Cæciliano iudiciũ prorſus eum incunctanter abſoluimus. Sufficit tamen ad cauſam ſi hoc de illo dicamus, qd̃ tu de Optato dixiſti, nos Cæcilianum nec abſoluimus, nec damnamus. Viderint illi ſeu veſtri, ſeu noſtri, quemadmodũ de illo iudicauerint. Ipſi ſuarum ſentẽtiarum rationem reddãt, ipſi portent ſeu mali ſeu boni ſui operis ſarcinam, nobis de alienis ſalem factis dubitare permittite, ne cogamur in nobis ea ſacramẽta damnare, de quibus non licet dubitare. Sed iam dixi, ſenti de Optato quod vis, Neq; enim eſt vnde cõuincamus eum, qui non apud acta commiſit, Quę tamen ita commiſit, vt inter Gildonis ſatellites præcipuus haberetur, teneretur, moreretur. Nunquid etiam de Feli- H ciano & Prætexato ſocijs Maximiniani, quos trecenti & decem Epiſcopi veſtri cũ cæteris ſimiliter nominatim expreſsis, vna eademq; ſententia Bagaitani concilij damnauerunt, eoſdemq; non poſt paruũ tempus cum omnibus quos damnati baptizauerunt, ſicut fuerunt Epiſcopos ſuſceperunt quod libet vobis garrire permittitur?

Quocirca quæcunque in nos ſiue in no- Donatiſtros quaſi parcendo & prætereundo dixiſtarum ſtis, ſine nominibus, ſine teſtibus, ſine vllis mendaomnino documentis, partim culpando quę cia. culpanda non ſunt, non probando, ſuꝑuacaneum eſt velle purgare iſtos. Iterum attende, Felicianum Muſticanum & Prætexatum Aſſuritanum aliquanto diligentius intuere, quorum totam cauſam ſuo loco ita ſi Dominus permiſerit, explicabo, vt etiam ſi nimius hoſtis veritatis eſſe volueris, veſtrorum mendacium defendere, vel negare non poſſis, ſi nunc interim ſecundum hoc mihi placet agere quod tibi dixerunt, nõdum diſcutio q̃ verum dixerint, nondum oſtendo q̃ mira impudentiæ cæcitate mentiri ſint. Certe cum de ijs quos Maximinianiſtas appellatis & damnatis veſtrorũ concilio, & receptis in Epiſtola mea perlegeres, ſicut ſcribis valde permotus es, quippe cum adhuc, verbis enim tuis vtor, quid haberet veritas ignorares. Denique ſtatim ſi- I cut narras ex veſtris Epiſcopis diligentius inquiſiſti, atque ipſis docentibus & decretum concilij & ſententiam in eos, qui damnati ſunt dictam, & rei totius ordinem cognouiſti. Et quia & me quid geſtũ ſit ignorare credebas, quid veritas haberet hortatus vt dicerem, ita deinceps cũcta narraſti, vide quia in hac cauſa verba ipſa tua pono ex Epiſtola tua, ſunt enim mihi perneceſſaria.

Cum quamplurimos, inquis, Epiſcopos Ex Epierror ſibi Maximiniani ſociare contende- ſtola ret, contracto a noſtris concilio in eos om- Creſcones, qui in eius ſchiſmate perſtitiſſent, pro- nij. lata ſententia eſt, quam tu quoque te legiſ- Cap. 15 ſe teſtaris. Quæ ſententia cũ conſenſu omnium firmaretur, placuit tamen, inquis, decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod ſi quis corrigi voluiſſet, innocens haberetur. Sic factũ eſt, inquis, vt non ſolũ duo illi quos memoraui, ſed etiam multi alij purgati atque innocentes ſe Eccleſiæ

reddidissent. Quorum ideo baptisma rescindi non debuit, quia intra diem præstitutum restituti, perẽptoria sententia non tenerentur, nec cum baptizarent fuerunt ab ecK clesia separati, quippe nec dum trãsacti tẽporis definita meta disiuncti. Hi autem qui etiam post prædictum diem cum Maximiniano pertinaciter perstiterunt, sententia dãnationis retenti, simul & baptisma & ecclesiam perdiderunt. Hæc verba tua certe mi Cresconi cognoscis ex Epistolæ tuæ contextione expressa.

Refutat. Cap. 16. Proinde quæro abs te, Si nondũ fuerãt ab Ecclesia separati, quomodo in eos omnes, qui in Maximiniani schismate perstitissent, prolata sententia est, quæ cum consensu omnium firmaretur, placuit tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si corrigi voluissent, innocẽs haberetur? Quibus verbis ostendis eorum, qui in Maximiniani schismate pstitissent, si quis intra dilationem tẽporis corrigi voluissent, innocens haberetur, corrigeretur. Ergo si quis corrigi voluisset ab illo schismate in quo cum Maximiniano perstiterat, proinde anteq̃ corrigeretur, in schismate erat in quo perstiterat, quamuis in eo, quia intra placitum tempus correctus est, non pertinaciter perstitisset. Nam & posterioribus verbis paulopost ita distinguis: Hi autem qui etiam post prædictum diem cum Maximiniano pertinaciter perstiterunt, sententia damnationis retenti, simul & baptisma & Ecclesiam perdiderũt, L dicens, vtique pertinaciter perstiterũt, ostẽdis etiã illos, qui correcti sunt perstitisse, sed non pertinaciter: In quos simul ab omnibus prolata est sententia illa, quæ consensu omnium confirmata est, placuisse tamẽ dicis decreto concilij dilationem illam tẽporis dari. Quomodo igitur in Ecclesia erant, qui antequam corrigerentur in schismate cum Maximiniano perstabant? Quòd si in Ecclesia non erant, quia in schismate erant, quomodo baptizabant? Deinde quomodo factum est, sicut dicis, vt non solum illi quos memoraui, sed etiam multi alij purgati atque innocentes se Ecclesiæ reddidissent, si ab Ecclesia non erant separati? Cui se reddiderunt, vnde non recesserunt? Aut si recesserunt, dic quæso anteq̃ se Ecclesiæ reddidissent, quo iure baptizauerunt? Quorum ideo, inquis, baptisma rescindi non debuit, quia intra diem præstitutum restituti, perẽptoria sententia non tenerentur. Restituti, quo? Euigila obiecro die nobis quo restituti? Profecto dicturus es in Ecclesiã, cui se illos reddidisse dixisti. Quisq̃ ne restituitur in Ecclesiã, qui nõ fuerit ab Ecclesia separatus? Quisq̃ ne ab Ecclesia nõ separatur, q̃libet paucos dies pſistit in schismate? Quisquã ne ab Ecclesia nõ separat, si post M tps quamlibet paruũ redditur Ecclesiæ?

Arbitror te charissime, non solũ verba Cap tua non consideraſſe conscribenda, sed nec legisse conscripta. Verumtamen quid faceres, cui necessitas in hoc opere ingerebatur in Maximinianum, ac socios eius, non propriam dicere, sed ab alijs dictam quoquo modo posses defensare sentẽtiam. Nam & si tu non vtereris his verbis, idem ipsum decretum concilij Bagaiẽsis recitarem vbi scriptum est: Eos aũt quos sacrilegi furculi non polluere plantaria, hoc est qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad Matrem Ecclesiam redire permisimus.

Proinde & si verba tua alia non reperi- C rem, hic certe dicerem, hic prò veritate clamarem. Quõ ad mrem Ecclesiã redire permittunt, q. ab Ecclesia mre nõ recesserũt? Aut si recesserũt, quo iure anteq̃ redirent baptizare potuerunt, nisi qa in cã resarciendi huius schismatis obliti estis ꝓpriæ vanitatis, qua post Epos ab ipsis Apostolorum sedibus incõcussam seriem vsq; in hæc tpa ꝓducentes, nõ vnũ hoiem, nõ vnã domũ, non vnã ciuitatẽ, non vnã gentẽ, sed orbẽ terrarũ baptizãdum esse censetis: aut certe A qa huius facti horror semp ẽt facientium corda cõcussit, tot populis ad vram cõionem a Maximiniani cõione redeuntibus tã multos q̃dẽ libuit separare, sed puduit tã multos rebaptizare? qđ tñ qbuslibet detestãtibus & exhorrẽtibus pp saluté hoium facere tis, quæ quãto pluriũ fuerat, tanto minus vtiq; contẽnenda erat, si hoc vnq̃ cõtuitu veritatis, & non piudicio faceretis erroris. Vides certe in hoc Maximinianensium ad vram cõionem reditu patefactũ, vera esse q̃ de baptismo dñr a nobis. Nã si vllus ẽ in hoibus intellectus, vel dicẽdi aliqd vel audiendi, qui anteq̃ redeat ad Ecclesiam baptizat: & tamen rescindendus baptismus nõ ẽ, sicut nec in illis rescissus a vobis ẽ. Quo non mutato, nec in suo, nec in cuiusquã alterius, sed in Pris & Filij & Spũsancti nomine

mine quisq; baptizat. Deinde præter baptismi sacramentum quod vel ad pœnam per uersi vel ad salutem recti siue correcti integrum perseuerat, de ipsa correctorũ expiatione vel mundatione volo aliquid dicere. Meministi n. quæ aduersus nos dixeris, q̃ B uenientes ad nos a uobis ex hæreticorum sacrilego errore, sine vlla expiatione susceptos habeamus, Tu nobis dic modo de schismate Maximiniani redeuntes ad vos, cum in suis etiam susciperentur honoribus, qua tandem quæso expiatione mundati sunt? In illo tanto scelere participato, non erant Cap. 19 tam nepharia societate maculati.

Attende quid insonet, quid increpet, q̃d in illo præclaro cõcilio fateatur veriloquũ os illud Episcoporum tuorum, Maximinianum, inquit, fidei æmulum, veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicũ, Dathã, Cho Nu. 16. re, & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiæ fulmen excusit: & quod adhuc eũ dehiscens terra nõ sorbuit, ad maius supplicium superis reseruauit. Raptus enim pẽnam suam cõpendio lucrauerat, funeris usuras nunc grauiores colligit fœnoris, cum mortuus interest viuis. Itane tandẽ in huius schismate, sicut ipse dixisti perſistentes, anteq̃ intra tps dilationis, sicut tu idem dixisti, si se vestræ Ecclesiæ reddidissent, nullam vel paruam de huius societate traxerãt maculam? Sed audi deinde quid sequatur, Audi, inquam, dictator vel dictor illius sen C tentiæ qui connectant, Nec hunc solum, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegii, de quibus scriptũ est, Venenum aspidum sub labiis eorum, quo Psal. 13. rum os maledictione & amaritudine plenũ est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, Contritio & infœlicitas in viis eorũ, & viam pacis non cognouerunt. Nolemus quidem tanq̃ è proprii corporis iunctura præscindi, sed qm̃ tabescentis vulneris putredo pestifera plus habet in abscisione solaminis, quàm in remissione medicaminis, inuenta est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, vt cõpendioso dolore natum decidat vulnus. Famosi ergo criminis reos Victorianũ Carchabinensem, Marrianum, Sullectinum, Beianum Beianensem Saluium Ausaphẽsem, Theodorum Vsulensem, Donatum Sabratensem, Migginũ Belephantariensem, Prætexatũ Assuritanũ, Saluiũ Mẽbresitanũ, Valeriũ Melzitanũ, Felicianũ Musticanũ, & Marcialẽ Pertusensem, qui funesto opere perditionis vas sordidũ collecta fæculentia glutinarunt, sed & clericos aliqñ Ecclesiæ Carthaginis, qui dũ facinori intersunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt, dei ꝓsidentis arbitrio vniuersalis cõcilii ore veridico dãnatos esse cognoscite. Quæ grauiora in illos dicere potuistis? Quæ grauiora in vosipsos dicere soletis? Sed ab hoc, inq̃s, D tam magno malo intra dilationis tps correcti sunt, uidero vtrũ correcti sint, quia reuera correcti essent, si ad verã Ecclesiã remeassent. Sed si vestra vera est qũo expiati sint à tã immani scelere dicite. Si. n. non sunt expiati, oẽs vos estis secundũ vram sententiã 1. Pet. 4. eorũ scelere maculati. Si ât expiati sunt, solo ipso reditu charitatẽ quæ cooperit multitudinem peccatorũ expiari potuisse concedatis, & vos de vestris cum correcti ad nos veniũt, inanibus calũniis accusatis, nisi forte tã quidam sicut concilii verba indicant, schismatis sacrilegiũ perpetrauerant, sed ante diem concessę dilationis eodẽ sacrilegio nondum fuerant inquinati, & ideo non putati sunt expiandi.

Hoc si ita est, q̃s vos nõ audiat qui tã mi Cap. 20 rabilẽ ptãtẽ in homines accepistis? peccant qñ uolunt, & inquinantur qñ uultis, nõ obscurũ aliqd recitamus, minusve notũ atq; vulgatũ. Illa sententia est quæ tãtæ facũdię merito in manus omniũ ore versetur, qui legẽdorum taliũ studiorũ sunt, de qua nũc saltẽ cernis q̃ vere dixerint, quod non eam deberent gaudere disertam, ne postea plangerent diffamatam. Attende quid habeat, E audi quid perstrepat.

Maximinianum, inquit, fidei æmulũ, ve Cap. 21 ritatis adulterũ, Ecclesiæ matris inimicum Nu. 16. Dathã, Chore, & Abirõ ministrũ, de pacis gremio sententiæ fulmẽ excusiſit. Cũ hoc igitur si quis sacramentũ altaris vno die scies cõmunicasset, secundũ iactantissimã illã se ueritatem vestram, non de tanto malo sic pollueretur, vt par eius fieret. Quid ergo fuerunt, uel quid ex illo facti sunt qui non solum ad altaria cũ eo accesserunt, verũetiã ipsi cum ordinatũ Episcopum contra Primianum vestrum erectis altaribus admouerunt? Sed quid ego de istis interrogem? Ipsa sententia loquatur, cuius uerba sic fulgent, vt si eã volueritis abscondere, quarũli bet latebrarũ tenebras suo nimio splẽdore prumpat. Videamus in socios Maximiani,

quanto ſonitu damnationis inſurgat.

Cap.22. Nec ſolũ hunc, inquit, ſceleris ſui mors iuſta condẽnat, trahit etiam ad conſortium criminis plurimos catena ſacrilegii, de quibus ſcriptũ eſt, Venenũ aſpidũ ſub labiis eorũ, quorũ os maledictione & amaritudine
Pſal.13: F plenũ eſt, veloces pedes eorũ ad effundẽdũ ſanguinẽ. Cõtritio & infœlicitas in viis eorũ, & viã pacis nõ cognouerũt. Deinde paulo poſt cũ oẽs ordinatores Maximiniani nominatim enumeraſſet, inter quos ẽt iſti de quibus ago, Felicianus & Prætexatus legũtur, quid fecerunt ut tãta in eos digne dicẽda eſſent, ita ſubiũgit. Qui funeſto, inquit, opere pditionis vas ſordidũ collecta fæculẽtia glutinarunt ſic intelligi volẽs qđ ipſi affuerint, ipſi Maximianũ impoſitis manibus ordinauerint. Addens ẽt de Carthaginis clericis, Sed & clericos, iquit, Carthaginis Eccleſiæ, qui dũ facinori interſunt, illicito inceſtui ſenocinium præbuerunt.

De Feliciano. Cap.23. Rogo te Creſconi, nunquid ullis meis verbis hoc crimen exaggero? Quod ſi voluiſſem, fortaſſe mihi & ſi nõ talia, tamẽ qualitercunq; ſufficientia nõ defuiſſent. Quæro igitur abs te antequã iſti duo de q bus interim ago ad veſtræ cõmunionis cõcordiã remeaſſent, in illa catena ſacrilegij cõſtituti ſunt, ſub quorum labijs erat venenũ aſpidum, cũ ore pleno maledictionis & amaritudine, cum pedibus velocibus ad effundẽdum ſanguinem, quomodo baptizãt? Nunquid in his erat cõſcientia ſancte dantium, quæ abluerer accipientium? Nunq d eos ſaltem fama bona vel falſiſima commẽdabat, quæ tibi in illis angulſijs non quã euaderes, ſed quã te precipitares exitum prębuit, cum eos tam inſigne conciliũ clamet famoſi crimnis reos? Redeũtes deinde ſicut falſa narrãtibus veſtris Epis credidiſti, ante dilationis diẽ qũo ſuſcipiuntur in honoribus ſuis cum eis, quos extra Eccleſiam cum Maximiniano conſtitutri in catena ſacrilegi ſchiſmatis baptizauerãt, vnde a ſacrilego tãto expiãtur, à catena illa vnde ſoluũtur, labia eorum, os eorum venenum aſpidum, à maledictione & amaritudine vnde mundãtur, vnde pedes ab effuſione ſpiritalis ſanguinis abluuntur, quo velociter cucurrerunt, vnde manus funeſto opere perditionis emaculantur, vnde ab illicito inceſtu non membra corporis, ſed animæ purgantur affectus.

Cap.24. Nempe iſtam cauſam vt defendatis, vellitis nolitis ad patrocinium veritatis venire cogemini, quæ dicit baptiſmum Chriſti, non ſolum per occultos, ſed etiam per manifeſtos malos: nec ſolum à conuerſis, verumetiam a peruerſis datum, habere inconcuſſam ſui roboris firmitatem, & eis poſſe quidem ineſſe, ſed niſi correctis non
1.Pe. posſe prodeſſe. Correctos autem etiam fraternis orationibus expiari per charitatem cooperientem multitudinem peccatorum. H Ecce antequam oſtendam quàm impudenter tibi veſtri Epiſcopi de Maximianenſiũ ſuſceptione mentiti ſint, ſecundum ipſum mendacium & narrationem tuam, quàm tota cauſa veſtra ſubuerſa ſit, puto quod nõ iam quærere debeas, ſed agnoſcere, nec parare contradictionem, ſed correctionem potius cogitare. Vides enim nunc ſaltem quàm veraciter a me illa dicta ſint, quibus fruſtra mendaciter reſpondere conatus es, quàm recte dixerim ſi pro vnitate partis Donati in nephario ſchiſmate baptizatos nemo rebaptizat, cur pro vnitate Chriſti vera & plenaria lex illius hæreditatis agnoſcitur, cum ipſe fatearis eos qui in Maximiniani ſchiſmate perſtitiſſent, meruiſſe ſententiam, qua non tenerentur ſi intra diem dilationis ſe Eccleſiæ reddidiſſent? Vnde conſtat antequam ſe reddidiſſent, eos in ſchiſmate in quo perſtiterant baptizaſſe, cum quibus in veſtram communionem recepti ſunt. Vides quemadmodum mortui baptizauerũt, quia de illis qui in Maximiniani ſchiſmate perſtitiſſent, antequam ad vos redirent, dictum erat ſententia concilii Bagaienſis. Aegyptiorum admodum exemplo pereuntiũ funeribus plena ſunt littoræ.

Quod vero dixi, quando apud eos decernenda recitata eſt, ore latiſſimo acclamauerunt, Nunc autem cum a nobis recitata fuerit, obmuteſcãt, quibus pœnis eccẽ iam multo melius obmuteſcerent q̃ cum talia loquuntur, implicarentur. Vides q̃ verum ſit quod a me dictum eſt, iam tandẽ ſentire debent, quanta ſint pro pace tolerãda, & pro pace Chriſti redire ad Eccleſiam, quæ non damnauit incognita, ſi pro pace Donati placuit reuocare dãnata: multo magis enim hoc ſecundum tuam narrationem uerum eſt, qui dixiſti etiã illos dilatione conceſſa reuocatos, de quibus nominatim expreſsis dictum fuerat, dei præſidentis arbitrio vniuerſalis cõcilii ore veridico dãnatos eſſe cognoſcite. Cum.n. poſt hæc verba illa eſt dilatio conſtituta, qũo non placuit reuocare dãnata, aut qũo nobis tanto poſt natis, vel ipſi ẽt Chriſtiano orbi terrarum incognita eſſe non poſsint, quæ probari non potuerũt de Cæciliano, in eo q̃ poſtea factũ eſt iudicio tranſmarino, qũ quæ de Maximinianenſibus geſta ſunt, & in Aphrica & tẽporibus nrs, tu cũ ſis Apher, ſicut dicis, poſt tot annos adhuc vſq; non noueras? Sicut aũt nos docere poterimus, adhuc vſq; nõ noſti, quia Epis veſtris mentiẽtibus credidiſti.

Ca.16. Quod aũt me de traditione in ueſtros maiores dicis, quaſi p anticathegoriã, q̃ à K nris maioribus factũ eſt, retorq̃re uoluiſſe, culpans q̃ hoc fecerim, quaſi in ſchola de cauſæ generibus uel q̃ſtionibus ageret, nõ in Eccleſia veritas q̃reret. Nunq̃d hoc Hiere. Apphetæ diceres, q̃ cũ ſibi à rege iniq̃ſimo eſſet obiectũ, q̃ ipſe euerteret Iſrael: rñ
3.Re.18 dit, Ego nõ euerto, ſed euertis tu & domus patris tui. Quid.n. ad nos pertinet hoc retortæ rhetoricæ obiectionis genus, quo nomine à Græcis appellatur in arte rhetorica, cũ hoc inueniamus in authoritate prophetica? Cũ ergo quiſq; dicit, Non ego feci, ſed tu feciſti, verũ dicere opus eſt, nõ dicere metuendũ eſt. Et tu qũo oſtendas nõ feciſſe maiores vros, qđ ſuis confeſsionibus lectis feciſſe mõſtrant, debes ſi q d vales vigilãtiſsime cogitare, non uerbo Græco imperitos ne nos audiãt deterrere. Et maiores quidẽ noſtros fuiſſe traditores nõ docuiſti. Neq; n. q a dixiſti eſſe multas literas q bus hoc poſſet oñdi, ideo iã oſtendiſſe putãdus es. De veſtris aũt maioribus exrat Secundi Tigiſitani conciliũ cũ pauciſsimis quidem factum apud Cirtham poſt perſecutionem codicum tradẽdorum, vt illic in locum defuncti ordinaretur Epiſcopus.

Ca.27. Ibi quæ geſta ſint accipe, Nam quæ neL ceſſaria fuerunt, infrà ſcribere curaui. Diocletiano octies, & Maximiniano ſepties cõſulibus, quarto nonas Martij Cirthæ, cum Secundus Epiſcopus Tigiſitanus primæ cathedræ conſediſſet, in domo Vrbani Donatiſtæ, idem dixit, Probemus nos primo, & ſic poterimus hic ordinare Epiſcopũ Secundum. Donato Maſculitano dixit, Dicitur te tradidiſſe. Donatus reſpondit, Scis quantũ me quæſiuit Florus vt thurificarem, & nõ tradidit me deus in manus eius frater, ſed quia deus mihi dimiſit, ergo & tu ſerua me deo. Secundus dixit, Quid ergo facturi ſumus de martyribus, quia non tradiderunt, ideo & coronati ſunt? Donatus dixit, Mitte me ad deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit, Accede vna parte. Secundus Marino ab aquis tibilitatus dixit, Dicitur & te tradidiſſe, Marinus reſpondit, Dedi Pollo chartulas, non codices mei ſalui ſunt. Secũdus dixit, Tranſi vna parte. Secundus Donato Calamenſis dixit, Dicitur te tradidiſſe. Donatus rñdit, Dedi codices medicinales. Secundus dixit, Tranſi vna parte. Et alio loco Secũdus Victori à Ruſiccate dixit, Dicitur te tradidiſſe quatuor Euangelia. Victor reſpondit, Valentianus curator fuit, ipſe me coegit, vt mitterem illa in ignem. Sciebam illa delicta fuiſſe, hoc delictum indul- M
ge mihi, & indulgebit mihi deus Secundus dixit, Tranſi vna parte. Et alio loco Secundus Purpureo, à Limatad, Dicitur te necaſſe filios ſororis tuæ duos Milei. Purpureus rñdit, Putas me terreri à te ſicut & alteri? Tu qd egiſti qui tentus es à curatore & ordine vt ſcripturas dares, qũo te liberaſti ab ipſis, niſi q a dediſti aut iuſsiſti dari qđ cunq;? Nã nõ te dimittebant paſsim, nã ego occidi & occido eos q̃ cõtra me faciũt. Iõ noli me ꝓuocare vt plus dicã. Scis me de nemine tractare. Secundus minor patruo ſuo Scõo dixit, Audis quid dicat in te, paratus ea recedere & ſchiſma facere, non tm̃ ipſe, ſed & omnes quos arguis, quos ſcio q a dimittere te hũt, & dare in te ſententiã, & remanebis ſolus hæreticus, ideo quid ad te p tinet, quis quid egit, deo hẽt reddere rõnẽ. Scõs Felici à Rotaria Cẽturioni & Victori Agarbe dixit, Quid vobis videt? Rñderunt. Hũt deũ cui reddant rõnẽ. Scõs dixit, Vos ſcitis & deus, Sedete. Et oẽs rñderunt, Deo gratias. Hos tu traditores qui cũ alij apud Carthaginẽ in Cæcilianum & ſocios eius dixerũt ſententias, inter quos & Siluanus Cirthenſis fuit, de cuius traditione geſta mox inſeram, præclara videlicet ratione
A defendis: hoc enim de his iam pluribus vtique dicturus es, quod de vno Siluano tanquã magnum aliquid dictandum putaſti, hinc te arbitratus manifeſte falſum crimen quod ei traditionis obijcitur, demonſtrare, quia interpoſuiſti ſententiam eius quam in concilio inter cæteros Epiſcopus cõtra Cæcilianum & alios communionis eius participes dixit, tanquam fieri non poſſet, vt traditores traditor condemnaret. Prudentius enim

enim tu vides ista quam Paulus Apostolus. Nam ille quibusdam res obijcebat absurdas, nec considerabat non posse fieri qđ
Rom.2. dicebat. Qui prædicas non furandum furaris, qui dicis non adulterandum adulteras, qui abominaris idola sacrilegium facis? Et illud præcipue, In quo enim alterum iudicas teipsum condemnas, Eadem enim agis quæ iudicas. Hos ergo traditores quibus confessis territus Secundus ignouit, secum abluit in Carthaginensi concilio, & in absentes non confessos dixerunt sententias, qui præsentes de sua non sunt confessione damnati. Hoc concilium non maneret nec in posteritatis memoria perduraret, nisi describeretur ab alijs cum seruaretur ab eis, qui eo se defendere præparabant, si quis eis eadem crimina postea quæ illic relaxata
B sunt obiecisset.

Ca. 28. Intererat etiam Secundi ipsius vt appararet eum ne schisma fieret, quod solent præ cæteris pacifici præcauere, illa omnia diuino iudicio dimisisse, quod multo magis facere deberet in concilio Carthaginensi, vbi contra absentes nulli constiterant, nisi Lucilla tunc præpotens & pecuniosissima fœmina odijs accensa furialibus vehementer instaret, vt contra Cæcilianum veluti damnatum alter ordinaretur Episcopus. Quod in Zenophili consularis iudicio postea commemoratum est per quendã Nundinarium Siluani Cirthẽsis tunc vestri Episcopi diaconum, qui cum commemorato Episcopo suo quem perpessus fuerat inimicum, sicut volebat concordare non potuit. Egerat sane hoc apud collegas eius magis terribiliter, ne omnia ꝓderet, quam suppliciter vt veniam mereretur.

Ca. 29. Ex illius iudicij gestis hæc pauca interposui, Constantio Maximo Augusto & Constantino iuniore nobilissimo Cæsare consulibus, idus Decembris ex tota Maciacienſi inducto & applicito, Victore grãmatico, astante ẽt Nundinario diacono, Zenophilus consularis dixit. Quis vocaris? Rñdit. Victor. Et paulopost alio loco rñdit Nũdinarius, Legant acta. Zenophilus consularis dixit, Legant. Et legit Nũdinarius, exceptor, dixit, Diocletiano octies & Maximiano septies consulibus, quartodecimo calẽdas Iunij exacti Simmachi Felicis flaminis ꝑpetui curatoris Coloniæ Cirthensis, cũ vetũ esset ad domum in qua Christiani
C conueniebant, Felix flamen perpetuus curator Paulo Episcopo dixit, Proferte scripturas legis, & si q̃d aliud hic habetis vt & prę cepto & iussioni parere possitis. Paulus Episcopus dixit, Scripturas lectores habent, sed nos quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus curator dixit Paulo, Ostẽde lectores aut mitte ad illos. Paulus Eps dixit, Omnes cognoscitis. Felix flamen perpetuus curator dixit. Manente ratione de lectoribus quos monstrauit, officiũ & vos quod hic habetis date. Sedẽte Paulo Episcopo & Montano & Victore de castello, memor presbyter astante Marte cum Aelio, & Marte diacono proferẽte Marcuchio fructuoso Miggene Saturnio Victore Sansuri co, & cæteris fossoribus, contrascribente Victore Ausidij in breue sic, Calices duo aurei, Item calices sex argentei, &c. Et alio loco, Postea quã apertum est in bibliothecã, inuenta sunt ibi armaria inania, ibi proculit Siluanus capitulatam argenteam & lucernam argenteam, quod diceret se post arcam inuenisse. Victor Ausidij Siluano dixit, Mortuus fueras, si non illas inuenisses. Felix flamen perpetuus curator pro Siluano dixit, Inquire diligentius ne quid hic remãserit. Siluanus dixit, Nihil hic remansit, totum hoc eijcimus: &c. Et alio loco, exemi libelli traditi Episcopis à Nundinario diacono, Testis est Christus & angeli eius, qm̃ traditoribus communicastis: id est, Siluanus à Cirtha traditor est & fur rerũ pauperum, quod omnes vos Episcopi, presbyteri & diacones & seniores scitis, & de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ fœminæ pro quo vobis coniurastis vester fieret Maiorinus Episcopus, & inde factũ est schisma. Nam & Victor follo vestri præsentia & populi dedit folles viginti, vt factus esset presbyter, quod scit Christus & angeli eius: &c. Et alio loco, Quibus lectis Zenophilus consularis dixit, Et actis & literis quæ recitatæ sunt, traditorem constat esse Siluanum. Item alio loco Zenophilus consularis dixit, Quis administrabat? Tunc Siluanus in clericatu respondit, Sub Paulo Episcopo orta persecutio est, & Siluanus subdiaconus fuit.

Habesne frater Cresconi ad ista quod dicas? Putasne vsq; adeo frontem perijsse derebus humanis, vt ad purgationem Siluani adhuc putes sentẽtiã recitãdã quã dixit in Ecclesia? Nũc & collegas eius q̃si traditores, ne magis admoneas dicere ex Epistola

Apostoli

Rom.2. Apostoli simile aliquid, vt pauloante cõmoraui, Qui prædicas non tradendum, tradis, & in quo alium iudicas temetipsum condemnas, eadem.n. agis quæ iudicas. Sed poſteaq̃ Vrsacio & Zenophilo persequentibus comunicare noluisset, actus est in exilium, Immo qui iam traditor fuit, permanere etiam hæreticus voluit, vt falsum honorem in ipsa parte Donati haberet, qui habere in catholica nullum posset tam manifestis traditionis suæ gestis, publico iudicio reseratis. Hæc tu profecto falsa esse dictu-
rus es, & ꝑ vestris maioribus, vt plurimũ possis, contra nostros alia prolaturus. Qđ quidem forsitan non valebis, non inueniẽdo quid proferas, sed fac te inuenisse, fac ꝑtulisse. Tantane furis impudentia vt abs te prolatis magis contendas credi oportere, q̃
F & illic fuerunt traditores, si & tu aliqua recitas de confessione nostrorum, aut si aliqd putas cõtra vestros à nostris esse confictũ, cur non à vestris contra nostros hoc idem nobis putare conceditis? Ergo pro humanis factis, aut & hinc & inde manifestis, aut ex vtroque latere incertis, ne qui in vnum deum credimus litigemus, quod certum & diuinum munus est, in Christi gratia concordemus. Cũ.n. gesta maiorum nostrorũ atq; vestrorũ hinc atq; inde contraria recitantur nobis tanto post natis, si nec saltem dubitare permittitur, quid iniquius? si autẽ permittitur, quid sufficientius? Neq;.n. sicut incertum est à quibus extiterit traditionis malum, sic incertum est à quo iubeatur reddi turbatæ pacis bonum.

Cyprianisententia. Cap. 31. Ac per hoc qui pro incerto alieno malo pacẽ Christi respuit, certissime malus est: qñqdẽ Cyprianus nec pro certa permixto rum malitia zizaniorum pacẽ deseruit frumentorum, qui scribens ad Maximum dixit, Et si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet fides aut charitas nostra, vt qm̃ zizania esse in Ecclesia cernimus, de Ecclesia recedamus. Non dixit suspicamur, opinamur, arbitramur, conjeimus, credimus: sed cernimus dixit. O verbũ G quo cuncta dubitatio tolleretur, vt corpus Christi non diuideretur, Si sola frumenta desideras, geme in labore agri, gaude in spẽ horrei, tolera malos in comunione sacramẽtorum Christi, ne ante littoris tempus retia dirumpẽdo, fias quod tolerare noluisti. Ità dicerem si de traditoribus quos accusatis aliquid probassetis, Immo hoc vero tpe nec ista iam dicerem, non.n. iubeor tolerare, cum quibus iam non cogor viuere. Qđ si mihi etiam nunc traditor demonstraretur, qua conscientia desero tot Christianas gentes quibus non demonstratur? Deinde ego ipse si nunc disco quod pauloante nesciebam, cur in me rescinditis quod sciebã: baptismum q̃ppe Christi me accepisse sciebam, vos etiam ipsi alienum scelus qđ igno Ca. 32.
ratum nemini obesse conceditis?

Cur ergo heri baptizatum hodie rebaptizatis, cum alienum scelus quod heri nesciebam, hodie doceatis? Nesciens à quali ac ceperit, baptismi accepti non erat reus. Modo abs te hic didicit, baptismi rescisi quare sit reus? Nam siue consenserit documentis tuis, siue non consenserit qui Christi baptismum ministerio traditoris accepit, nisi probaueris eum scisse à quo acceperit, nec secundum vos recte poteris baptizare. Iam H
nunc auerte ab studio partium mẽtem tuã, & considera quam innumerabilis multitudo Christianorum in Aphrica ipsa nesciat qui fuerint traditores: quanto magis in cætero orbe terrarum, quantam multitudinẽ, nisi cum baptizaretur scisse conuiceris, aut baptizandum dicere non audebis, aut iudicare de occultis cordis audebis? Et vbi est quod tibi placet, quæ abs te interposita est diuina sententia, quę manifesta sunt vobis, quæ autẽ occulta sunt domino deo vestro? Crede orbi Christiano dicenti tibi, baptismum Christi scio, qui fuerint traditores in Aphrica vel vbilibet, ignoro. Quid in me occulta humana iudicas, vt manifestaī me diuina rescindas? Fac te scelus alienum mõ mihi probare, quod dicis, hoc, cum baptismum acciperem, nesciebam. Si propter eos quos nunc mihi prodis, baptizare eos qui nescientes ab adulteris acceperunt, quos nunc prodis. Quid ad hæc dicis, nisi non est sanctum, non est mundum, nisi quod voluero? In hac re testis est, inquis, totius orbis pene conscientia. Respondetur Ca. 33.
tibi.

In hac re totius orbis nulla est omnino conscientia. Hoc, inquis, maiores nostri à suis parentibus acceperunt. Respondetur, Sed errantes ab errantibus aut calumniantibus. Nam & maiores Judæorum corpus Christi de sepulchro furatum a suis maioribus acceperunt. Nam olim defuncti sunt, inquis, qui traditionis huius faci-

nus

sus per quos & quibus locis admissum sit cognouerunt. Rñdeſ, Hoc & pro ſuis partibus dicunt. Extant, inquis, etiam libri quibus ordo rerum geſtarum fideliter ac diligenter adſcriptus eſt: ſunt acta, ſunt literæ, multorum quoque tenetur manifeſta confeſsio. Reſpondetur tibi, Hæc & noſtris ꝓ ſuis partibus non deeſſe. Aut ergo illis credamus qui potuerunt cãm ſuam illis Eccleſijs perſuadere, quas ſcriptas in libris diuinis & canonicis legimus, aut qđ tu dixiſti de Optato, nec abſoluamus dubia, nec dãnemus & pacem Chri cuius bonũ dubiũ nõ eſt, fraterna dilectione teneamus.

Arriani cum Donato. Ca. 34.

Sed Orientales quos modo noſtros eſſe concedis, non latuiſſe hoc facinus dicis. Atque vt hoc probes, inferis principium Epiſtolæ concilij Serdicenſis, vbi Donati Carthaginis Epiſcopi veſtri nomen inuenitur adſcriptum. Quod ideo factum putas & affirmas, ꝙ videlicet Orientalibus qui de cõcilio ſuo hæc ſcripta miſerunt, facinus diſplicuerit traditorum, & ab eorum cõione retraxerint, & propterea Donato veſtro cõmunicabant. Diſce ergo quod neſcis. Serdicenſe concilium Arrianorum fuit, quod totum iam diu eſt, vt habeamus in manibus maxime contra Athanaſium Epm Alexandrium catholicum, qui eorum errorem ex ipſa ciuitate ortum, præ cæteris acriter arguebat & refellebat. Non igitur mirum ſi illi hæretici Donatum ſibi aſciſcere tentauerunt, quos per totum orbem catholica dãnabat Eccleſia, q̃q̃ nos ſine ciuitatum nominibus Epiſcopos ad quos hæ literæ datę ſunt habeamuſ. Aut ergo aliquis Donatus fuit non in Aphrica Epiſcopus, cui nomini Carthago à veſtris eſt addita, aut vt dixi, Aphricam hæreſim Orientalis hæreſis ſibi tentauit adiũgere. Quod hinc maxime credibile eſt quod ad Carthaginis Epiſcopum Romano prætermiſſo, nunq̃ Orientalis catholica ſcriberet, vbi ſaltem veſter ſcribi debuit, quem ſoletis Romam paucis veſtris mittere ex Aphrica. Sed deo gratias, quod nec valuit, ſi tamen cœpta eſt illa conſpiratio hæreticorum Orientalium cũ Aphris hæreticis ꝓualere. Tu arrianos iã inter hæreticos & nobis & vobis deteſtãdos in tua Epiſtola poſuiſti, vnde mihi tecũ nulla neceſsitas eſt, ẽt de hac qõne cõfligere. Nã qđ tibi ꝓpoſuſti quæſtionẽ tanq̃ à nobis obiectã, ſi hæc ita ſunt, à cõione veſtrorũ, quẽad modum Orientalis poſtea ſegregati ſunt, & reſpondiſti qđ in recipiendis iterum nostris, damnatæ cauſæ non potuerint ſeruare conſcientiam, nunquid mirandum eſt de tã longinquis terris Epiſcopos tuos tibi narrare impune quod volunt? Quod ſi omnino ita eſſet, tot populi quid fecerunt, qui cum iſta neſcirent, tamen à vobis rebaptizandi cenſentur? At non eſt credibile quod hæc populi ignorare potuerint cum tu harum rerum aliquantum ſtudioſior, quid cũ Maximinianenſibus egerint veſtri Aphri in Aphrica, ſi literis meis velles rñdere non quæreres.

Illud vero quod dixi, neq; ſi aliquorum in noſtra cõmunione defunctorum traditio probaretur, quæ a nobis improbatur, & diſplicet, nos ex aliqua parte macularet, q̃ ridiculoſe putaſti ridiculum & minus conueniens prudentiæ meæ. Proinde iam cupio noſſe quomodo id refellerit prudentia tua. An quia dicis te non videre quomodo à nobis improbeſ, vel quatenus diſpliceat, quod nunquam cognito errore damnauimus, in eorum ſchiſmate poſiti? Vide potius quam breuiter ad iſta rñdeam, Ego in Eccleſia ſum cuius membra ſunt illæ oẽs Eccleſiæ, quas ex laboribus Apoſtolorum natas atq; firmatas ſimul in literis canonicis nouimus: earum cõmunionẽ, q̃tum me adiuuat dominus, ſiue in Aphrica ſiue vbicunq; non deſeram. In hac cõmunione ſi fuerunt quos neſcio traditores, cum eos demonſtraueris, & carne & corde mortuos deteſtabor, nequaq̃ tñ à viuis in eiuſdẽ Eccleſiæ ſancta vnitate manentibus, ꝓp mortuos alienabor. Neq; n. Epiſcopi hanc Eccleſiã condiderunt, ſed in ea ſi boni frumenta, ſi aũt mali palea fuerunt. Vos autem quos tã manifeſte Eccleſiæ zizania vel palea macularе non poſſet, quæ cauſa fuit veſtræ diuiſionis, niſi appetitus ſacrilegi ſchiſmatis? Si tibi, inquis, diſplicet improba, fuge & relinque Eccleſiam traditorum. Noli errantiũ maiorum tuorũ ſequi veſtigia. Ad hoc rñdeo, Si nec illi fuerunt traditores maiores mei ſunt? Si fuerunt quod ego nõ ſum, non ſunt maiores mei: Eccleſiam teneo plenam tritico & palea. Nõ dico ſi alios qui ſuã farcinã portãt, ſed ſi meipſum in ea mihi oſtẽderes traditorem, vbi mihi licet in melius commutari, non mihi opus eſt inde ſeparari. Si quos tales ſacramentorũ eius cõione cognouero, verbo & diſciplina dñi emẽdo, quos poſſum, tollero quos emẽdare nõ poſſum.

ſum. Fugio paleam, ne hoc ſim, non aream, ne nihil ſim.

Ca. 36. 1. Ti. 5.

Proinde noli fruſtra in hanc ſententiam ventilari, Magiſtrum me admonet, quomodo id agam præceptum Apoſtolicum quod ip ſe poſuiſti, Ne cõmunices peccatis alienis, teipſum caſtum ſerua. Nam vt oſtenderet quemadmodum quiſq; non communicaret peccatis alienis, ad hoc addidit, teipſum caſtum ſerua. Non enim qui ſe caſtum ſeruat, communicat peccatis alienis: quãuis nõ eorum peccata, ſed illa quæ ad iudicium ſibi ſumunt, dei ſacramenta communicet cũ eis, à quibus ſe caſtum ſeruando fecit alienum. Alioquin etiam Cyprianus, quod ab Cypriano epiſto. de lapſis. ſit, peccatis raptorum & fœneratorum collegarum communicabat, cum quibus tamẽ in communione diuinorum ſacramentorũ manebat, de quibus dicuntur Epiſcopi plurimi, quos & ornamento eſſe oportebat cæteris & exemplo, diuina ꝓcuratione neglecta, procuratores rerum ſecularium fieri, de relicta cathedra, plebe deſerta per alienas ꝓuincias oberrantes, negociationis quæſtuoſæ nundinas aucupari: Eſurientibus in Eccleſia fratribus habere argentum, largiter velle fundos inſidioſis fraudibus parare, vſuris multiplicantibus fœnus augere. Nũ quid taliũ ille communicabat peccatis? Nũ quid eorum ſectam ſequebatur? Et tñ cum eis in eorundem ſacramentorum communione perſiſtebat, quia illa ſacramenta non ipſi inſtituerunt moribus ſuis, ſed ad pœnã ſibi valere faciebant moribus malis.

Ca. 37.

Quid eſt autem quod dicis, ꝙ ex perſonã mea tibi propoſuiſſes, quod ego nunquã diuinum tradiderim teſtamentum? Adiungis. n. Sed ille qui tradidit, te creauit. Deinde contexis quæ tibi bene ſonare videbantur, Fonte deducitur riuus, ſed caput membra ſequuntur. Sano capite omne ſanũ eſt corpus, & ſi quid in hoc morbi vel vitij eſt, omnia membra debilitat. Originem ſuã reſpicit quicqd in ſtirpe proceſsit. Et poſt hæc quaſi in extremo concludis, Non poteſt innocens eſſe qui ſectam non ſequitur innocentis. In his omnibus verbis tuis creatorem meum, caput meum, non feciſti niſi traditorem, quem quidem accuſare tantũ, non conuincere potuiſti. Ego autem nec eius innocentiam mihi creatricem vel fontẽ caputve conſtituo, ſed tu ad illud redis in quo Petilianus errauit cum cuiuſq; in ſanctificatione baptiſmatis Chriſti origo caputq; naſcentis, & nõ vis venire in maledictũ, de quo ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui ſpem ſuã ponit in homine: cũ te aliunde non inuoluis, ne eum reſilieris, in aliud recidas. Hie. 17.

C

Sed & teſtimonio me admones de ſcripturis, quid tibi adhuc ad iſta rñdeã. Dicis enim ꝓp hoc ſcriptum eſſe, in legalibus patrum veſtrorum ne ambulaueritis. Nec aduertis dictum eſſe Iudæis, vt mala facta patrũ ſuorũ non imitarent, non vt ab illo dei populo ſcinderent. Si ergo licuit regi Dauid, Samueli, Eſaiæ, Hieremiæ, Zachariæ, cæterisq̃; ſanctis ac prophetis dei inter contẽptores legis dei mandata ſeruare, atq; in illos ipſos mãdati tranſgreſſores multa digna & vera verba iaculari, patrũ quoq; illa peccata quibus ſub Moyſe ita offenderũt deũ, vt nemo eorũ dignus eſſet terrã promiſsionis intrare, nõ imitari, nõ ſectari, ſed deteſtari ac fugere, & illos qui ea cõmitterent, ſi militudine taliũ patrũ increpare, nec tñ ſibi alterum populũ quaſi purgatũ & liquatum ſeparatione ſacrilega cõſtituere, qũo nobis non liceat nec facta, neſcio quorũ, q̃ magis objicitis quã probatis, imitari: nec tũ ab ea quæ in vniuerſo mundo, ſicut Apoſtolus dicit, fructificat & creſcit, ſancta Eccleſia ſeparari? Nunquid aliqua ſacramenta inſtituerunt traditores in quibus baptizarer? Nunquid aliquos libros de facienda vel imitanda traditione poſteris condiderunt, & eorũ tenemus, ſequimurq̃; doctrinam? Quod ſi feciſſent, nec ſibi communicare paterentur, niſi eos qui illa legerent, approbarent, ipſi ab Eccleſiæ ſe vnitate diuiderent. In quorum diuiſione me ſi videres, tunc me dicere deberes eſſe in Eccleſia traditorũ. Quod ſi ſua peſsima de facienda traditione præcepta conſcriberent, nec tñ extra Eccleſiam ſua propria congregatione colligerent, zizania propterea computarentur, quorum cauſa frumenta non recte deſererentur.

Colo. 1.

D

Ca. 39.

Ecce dico iterũ q̃ me vlterius vetas dicere, Arguis apud me eos quos iam olim defunctos mea cognitio non iudicaſſet. Dicis tu cõtra: licet tibi & hodie iudicare, & iudicium nõ tñ de viuis, ſed ẽt de mortuis haberi põt. Licet. n. ſit mortuus q peccauit, nũ quã illud morieẽ qđ admiſit. Quid ſi cum viueret ſe correxit, deũq; placauit? Nõ ne mortuũ & deletũ eſt qđ admiſit? ſicut Felicianus & Prætexatus Maximiniani ordinatores, data ſicut dicis dilatione ſe tãto ſcelere correxerunt?

re correxerunt. Mirū est aūt si ꝓpria peccata nō obsunt hominibus q & facta correxerint, & alijs obsunt qui ea omnino nō fecerint. Qđ si de nobis agitur, adde, qui nec facta cognouerūt. Sed dicis licere mihi ēt hodie iudicare, qa iudiciū nō tm̄ de viuis, sed ēt de mortuis fieri pōt. Ecce volo iudicare, sed vos causam ipsam non vultis agere, immo vero tunc actā, tunc ēt sine dubio terminatā, nobis demonstrantibus non vultis agnoscere. Sed faciamus vos potius habere qđ docere posſitis, quos nondū docuistis, quare iam rebaptizandos esse contenditis, qñquidē traditoribus quos ignorauerāt baptizatos, nec cū docueritis baptizare debeatis, sicut eos qui nescientes ab adulteris baptizati sunt, & illis proditis atq; conuictis non baptizatis?

Ca. 40 Hic forte dicas, sed de Cæciliano iam iudicatū est. Rñdetur tibi. Iā iudicatū erat & de Primiano à centū Episcopis vestris quibus cum iniquissimū Maximinianus ꝓsua ferat, antequā Bagaiense conciliū faceretis. Sed in primo iudicio dānatus est absens, in secundo absolutus est ꝓsens. Si post primū quos baptizauit rebaptizari non possunt, quāto potius post secundū? Ita & Cæcilianus primo apud Carthaginem iudicio Secundi Tigisitani dānatus est absens, scđo Milicio iudicio Miliciadis Romani absolutus est ꝓsens, adhuc vos de illo certos esse non vultis, saltem dubitare permittite, vincit. n. vos non solū qui Cæcilianū scit innocentē, verumetiā qui nescit nocentem. Vos autem vtroſq; rebaptizandos esse censetis, & qui dicunt, nouimus, & qui dicunt, non nouimus, qualis fuerit Cæciliunus. Non sunt baptizādi quos baptizauit Primianus post primum iudiciū quo dānatus est absens, & baptizandi sunt quos baptizauit Cęcilianus post secundū iudiciū quo absolutus est ꝓsens? Illū dānatū dānare nō licuit, de isto absoluto saltē liceat dubitare. Cuius crimina etiam si certa nobis essent in Ecclesia constitutis, qua spirituſſanctus velut aream cum palea ꝓnunciauit, nequaquā nos aliena peccata non imitata macularent. Et tū ēt si nobis incerta esse dicunt, nō solū rei cōstituimur, verūetiā baptizādi iudicamur. Itane agitis? Siccine cūcta puertitis? Tātūne reuera vobis licet arbitramini, vt ꝙ vultis sit sctm̄, qđ vultis īmūdū? Cohibete vos, non ꝓficiatis in malis, ne pereatis à bonis.

Cap. 41 Nā illud qđ dixi, ꝙ si de ꝓsecutionibus agitis, cito rñdeo, si aliq̄d inique passi estis, nō pertinere ad eos qui talia q̄ quis improbe facientes, pro pace tū vnitatis laudabiliter tolerāt, q̄ fallaciter refellere voluisti, prorsus nō cogitans literas tuas sani capitis habituras esse lectorē. Ita. n. rñdes quasi dixerim, persecutionē vobis pro pace vnitatis fieri debere. Qđ illo quidē loco nō dixi, sed G dixi, si aliquid inique passi estis, nō ꝓtinere ad eos à quibus laudabiliter pro vnitatis pace toleranť, quì talia in vos q̄ quis improbe faciunt. Qđ cū apertissime dictū sit, saltem expositū attēdant quos fallere voluisti. Neque. n. te qđ tā apertū est, non intellexisse arbitror, sed breuitarē sententiæ meæ facile putasti posse in caligine mitti, vbi quodlibet aliud diceres, ei respondisse videreris. Cur aūt dixerim malos communionis nostræ, hoc est areæ dñicæ paleam, cū in vos iniq; agunt, a bonis nris laudabiliter ꝓ pace tolerari, quid opus est vt ipse ostendā, ipse defendā, cum pro me beatus Cyprianus apertissime & candidissime dicat, ēt cū cernuntur in Ecclesia mali, non pp eos Ecclesiam deserēdā: hoc est, quod dixi eos ꝓ vnitatis pace tolerandos. Neq;. n. vos amplius q̄ nos ꝓsequuntur, qui vos inique ꝓsequētes dant vobis ad decipiendos imperitos, licet, falsam similitudinem gloriæ, nobis autem vulnus grande tristitiæ.

Deinde cōmemorās ēt nescio quos mor C tuos, quos à nostris dicis occisos tanquā in cāpo facundiæ sepositus latissimæ exaggerans locum in quo vobis videmini similes martyrum, cum quotidie vestrorum incredibilia patiamur facta clericorum & circumcellionum, multo peiora quā quorum libet latronum atq; prædonum. Namq; horrendis armati cuiusq; generis telis, terribiliter vagando, nō dico ecclesiasticam, sed ipsam humanam quietem pacemq; perturbant, nocturnis aggressionibus clericorū catholicorum inuasas domos nudas atq; inanes derelinquūt. Ipsos etiam raptos & fustibus tusos, ferroq; concisos, semiuiuos obijciunt. Insuper nouo & ante hac inaudito sceleris genere, oculis eorum calcem aceto permixto infundentes & infertientes, quos euellere compendio poterant excruciare amplius eligunt quam citius excæcare. Nā primo tantum calce ad hoc facinus vtebantur, sed postea quam illos quibus hoc fecerant cito salutem reparasse didicerant, acetum addiderunt.

Omitto

Omitto ante quanta cōmiserunt, quibus eadem leges aduersus errorem vestrum constitui coegerunt, magis Christiana mānsuetudine temperatas, quàm in tam magna scelera congruo vigore exertas. Episcopus catholicus à Thubursuccubure seruus nomine, cum inuasum à vestris locum repeteret, & vtriusq; partis procuratores pro consulare præstolarentur examen, repente I sibi in oppido memorato vestris armatis irruentibus vix viuus ausugit. A quibus pater eius presbyter, ætate moribus grauis, ea cæde qua vehementer afflictus est, post dies paucos cessit è vita. Maximinianus Episcopus catholicus, Bagaiensis, dicta inter partes iudi ā ria sententia, basilica fundi Calmanensis euicerat, quā vestri illicite ali quando vsurpauerant. Hanc cum iure perspicuo retineret in ea ipsa sub altari quo cō fugerat, eodem supra se fracto, eiusq; lignis alijsque fustibus, ferro etiam crudeliter cæsus, totum illum locum sanguine oppleuit. Acceperat autem & grande vulnus in inguine, vnde cruore largius effluente, continuo moreretur, nisi maior eorum crudelitas ꝓ occultā dei misericordiam profuisset. Nam cū membris ex ea parte nudatis semiuiuus insuper ꝓnusq; traheretur, exundātes venas latēter puluis obstruxit. Inde nostrorū manibus cū ferret, rursus illis irruētibus violēter extortus ē, grauiusq; multatus, & de excelsa turri noctu ꝓcipitatus, sub ter cinerem stercoris molliter iacebat, post sensum amissum, vix extremū spīm tenēs. K Ibi eū trāsiēs quidā pauper inuenit, cū venisset exonerādi causa ad eū diuertisset locū. Agnouit ār, tū pauidus suā coniugē accersit, quā procul uerecundia dimouerat lucernā ferentē. Tunc eū ambo ꝓuexerunt domum, vel miserādo vel aliquid ēt lucelli sperādo, cum siue viuus siue mortuus, collegius tū nostris oīderet. Quid plura? Mira bili curatione sanatus est, viuit, plures in eius corpore cicatrices q̄ mēbra numerantur. Hunc ad trāsmarinas terras occisum à vīs fama nunciauerat, & eius facinoris immānita, grauiusq; indignitas, q̄ qua versum audiri potuit, dolore horrendo cuncta commouerat. Quo posteaq̄ ipse secutus est, recentissimæ cicatrices eius famæ illud mendacium defenderunt. Nā qué tui inspicientes uix crederēt viuū, nō temere illa iactasse videbāt occisum. Hic cum illic inuenisset collegā Thubursuccensem, quem pau-

loantè commemoraui, & alios nōnullos similia vel nō multo inferiora perpessos, nec eis ad propria reuertendi vlla facultas patere videretur, & quia Circūcellionū vestrorum furor nobis horrendum præbens uestris clericis satellitiū vsquequaq; odiosissime innotuit, ingens in uos cōflagrauit inuidia, atq; inde factū est, vt & ꝓteritæ oēs cōtra uos leges excitarentur, & illæ conderentur nouæ. Quarū tū vniuersarum seueritas, si vestrorū inordinatæ ac sine vlla lege grassanti sæuitiæ compararetur, mira lenitas appellanda est. His. n. magis tanta potestate accepta mansuetudo catholica commēdatur, q̄ hæretica immanitas plectitur, immo vero in nos, cædes, rapinas, incendia, cæcitates, excogitando, minando, exercendo audacius & insanius debacchatur. L

Hæc enim ego commemorare volui, p quæ factum est vt his nostris temporibus aduersus uos ita imperialia statuta ferrent, immo aduersus errorem vestrum. Nam quid iam si sapiatis potest esse probabilius? Cæterum omnia quæ vel anteriorum literis didici vel ipse cognoui, sæue facta vestrorum, quibus ab initio diuisionis vestræ vsque ad hoc tempus Ecclesiam catholicam ꝓsecuti sunt, si velim retexere, quæ lingua, quis stylus, quantum tempus ociumque sufficiat? Ca. 44.

De Optato cum agerem, tuque hoc magis excusare voluisses q̄ purgare, dixisti reos hinc vestros esse non posse, ꝙ eos ad iudicandū nemo pertulerit. Tot protestationes nostrorum de furiosissimis vestrorum violētijs, archiuia publica citius ipleuerūt, q̄ vllā apud uos vindictam illa facta meruerunt. Sed forte & hīc dicatur protestationes quidem depositas, sed ad ipsos vindicandos nullam perlatam. Audi ergo quædam quæ ipse sum expertus. Cum receptorum à nostris Maximinianensium quos damnauerant causam cognouissemus, eam quaqua versum poteramus feruenti diffamauimus instantia, illi rebus tam recentibus & tanta manifestatione clarentibus, quid respondere possent non inuenientes, solito crebrius & audacius Circumcellionum violentijs, turbisque furentibus nos à prædicanda catholica veritate, suaque fallacia conuincenda deterrere cœperunt. Et quia multi errores eorum laqueis implicati, cum quibus vt inde liberarentur agebamus, rñdebant nobis hoc nos cum Epis suis agere debere, Concilium vitatur Ca. 45. M

collatio-

collationemque nostram se vehemẽter optare,ubi possent videre quibus asserentibus superaret veritas falsitatem,in Carthaginẽ si totius Aphricæ concilio nobis placuit,vt adhibita etiam publicorũ testificatione gestorum, quò possemus eis qui hoc flagitabant probare,desiderio eorum nos minime defuisse, vestri pacifice conuenirentur Episcopi, quisque ab eo nostrum qui eodem loco in quo ille consisteret, vt per collationẽ nostram errore sublato, Christiana & fraterna societate,vnitate,charitate,pace frueremur,id intuentes,quia si fieri uellet,adiu
A uãte misericordia dei facilime poterat quicquid in causa nostra esset agnosci.Si autem recusarent, saltem desidentia eorum nõ frustra illis qui hoc à nobis poposcerant apparet.Factum est,conuenti sunt,recusarũt, quibus verbis,quo dolo,maledictione, amaritudine plenis, nunc longum est demonstrare.

Crispini impunitas. Ca. 46. Interea Crispinus Calamẽsis vr̃ Episcopus,à Possidio collega meo in eadem ciuitate,apud acta conuentus, ad concilium uestrum primo distulerat, pollicens cum collegis suis ibi se visurum quid respõdere deberet.Deinde post non paruum tempus repetita conuentione,rursus apud acta respõdit,Verba viri peccatoris ne timueris. Et iterum, In aures imprudentis caue ne quicquam dixeris,ne cum audierit,irrideat sensatos sermones tuos:Postremo hanc respõsionem meã Patriarchali sermone definio: Recedant à me impij,vias eorum nosse nolo.Hanc eius respõsionem cum docti indoctiq́ue riderent, quippe hominis dicentis verba viri peccatoris se non timere, cui respondere minime auderet, & in aures imprudentis nolle se aliquid dicere, quasi aliquid secretum fuerat imprudentis auribus
B temere commissurus, cum ea quæ diceret multi possent prudentes audire, qualiũ causa & dñs Christus tanta Pharisæis quanuis imprudẽtibus loquebatur:& nolle se nosse uias impiorum,quasi uias suas eum docere
Psal.50. vellent quos impios putabat, ac non potius ipse si teneret vias dei,etiam impios docere deberet, sicut scriptum est, Doceã iniquos vias tuas,& impij ad te conuertẽtur. Cum ergo ista responsio à multis intelligeretur, multis etiam demonstraretur, quantũ inanis esset, quantum attinebat ad causam, q̃ vero amara & maledica, quod non pertinebat ad causam,atque ita eius sicut apud uos videtur,habetur doctissima annositas, hesterno contra stãte tyrone nihil aduersum Ho veritatem posse videretur,subito post pau- nuc cos dies iter agenti Possidio, Alius Crispi xa nus eius præsbyter, & vt perhibetur pro- pinquus,tetendit insidias amatorum, in q̃s penè iam noster inciderat, nisi eis prospectis atque nunciatis, ad quẽdã fundum fugiens diuertisset, vbi ille nihil auderet vel non præualeret, vel si quid etiam fecisset, negare non posset. Quo comperto,continuo consecutus est tanta cæcus insania, vt iam latere turpe arbitraretur. Tunc domũ in qua cum suis se Possidius incluserat, sepire armatis,lapidibus circumtundere,ambire flammis,aditum ex omni parte moliri. Quę vero aderat incolentium multitudo, C memor periculi sui si in eo loco aggressum tantum facinus impleretur, partim illum deprecabatur vt parceret, quem resistendo non audebat offendere, partim vero ignes suppositos extinguebat. Cum ille nihilo segnius cœptis feruidus atque inexoratus instaret,cesit aliquando ictibus ianua,ingressi sunt, sauciatisque cæde iumentis,quæ in inferiore domus parte compererant, de superioribus Episcopum deposuerunt, afficiCrudelitas in ps byterũ. tes plagis & contumelijs. Vbi ne grauius sæuirent, intercesit ipse Crispinus uelut alijs rogantibus flexus,quorum non tam ut debatur in ira sua curare deprecationem,q̃ in facinore testimonium formidare.

Hæc posteaquam nota facta sunt in oppido Calamensi, expectabatur Crispinus Episcopus uester, quemadmodum in suum presbyterum uendicaret. Accesit etiam protestatio in municipalibus gestis expressa,cuius vel timore vel pudore cogeretur exercere ecclesiasticam uindictam. Quod cum omnino contẽneret, tantusque fieret uestrorum tumultus,vt quia veritati præsidere non poterant, itinera clausuri putarentur: Immo vero iam etiam ceressent leges quæ non deerant, sed quasi deessent in nostris manibus quiescebant, aduersus Crispinum Episcopum uestrum commotæ sunt,magis vt nostra mansuetudo demonstraretur,quàm vt illorum punire audacia. Neq; enim aliter innotesceret, quid adiutorio Christi Ecclesia catholica in suos inimicos posset & nollet, non secundum hæreticam prę sumptionem primato furore Circuncellionibus seuientibus, secundum propheticam veritatẽ, iugo do-
mini

mini Dei subditis regibus. Exhibitus igit Crispinus, & quod se esse proconsuli quærenti negauerat, facillime conuictus hæreticus, decem tñ libras auri quam mulctam in oẽs hæreticos Impator maior Theodosius constituerat,intercedente Possidio nõ est cõpulsus exoluere. Qua mitissima sententia nõ cõtentus,nescio quo cõsilio qđ displicuisse vr̃is omnibus dicebat, ad eiusdẽ Theodosij filios ,quocandũ putauit. Acceptum est, rescriptũ est. Quid aliud nisi, q̃ pars Donati iam sciret se ad illam pœnam auriariã cũ cæteris hæreticis pertinere, cũ quibus pp cõtionem talis persecutionis aut cõem se deputet hẽre iustitiam, aut si non deputat,nõ se ideo iactet iustã,q̃a ea pœna
E coerceẽ, qua coerceri & eas hæreses videt quas concedit iniustas, & tandẽ intelligat, q̃ Christi martyrẽ non facit pœna sed causa? Nos autem vsqueadeo sæuos persecutores esse arguant, vt nec post imperiale rescriptum aurum illud fisco Crispinus expenderit, indulgentiã illi catholicis Epis imperrantibus, & nũc inter ipsas ẽt recentissimas leges proscriptionẽ vr̃is Epis comminantes iure proprio securus sedeat, & catholici clerici inter manus Circũcelliocatholici clericorumq́; uestrorum,domos, vitam,salutem,ac lumen corporis pẽdant.

Hæc qui faciunt,quid ego dicam latroni bus,piratis, truculento alicui generi Barba Cap.47. rorum,qũ nec ipsi oium crudelitatũ magi- Iob.1.& stro Diabolo cõparandi sunt? Ille sanctum virũ Iob omnibus eius rebus ablatis, grauissimo vulnere a capite vsq; ad pedes pcussit,& tñ fuit illi integris integer luminis locus, nec oculos eius extinxit, cuius totum in ptãtem corpus accepit. Verũ hæc videlicet non proferuntur ad uestros,cum Crispinus maluerit Carthaginẽ pergere, propria pertinacia superari,mansuetudinis
F Epãlis intercessione,mitissimã in se prolatam recusare sententiam, appellare ad eius filios. Se irretitũ videbat,vt excitaret vniuersæ parti Donati, qđ solus perpeti, nec volebat,nec cogebat,quam vnius sui psbyteri audacissimum & inuidiosissimum tacinus sua degradatione punire. Restitutus quidam in regione Hipponensi uester psbyter fuit,qui cum ad catholicam pacẽ antequam istis imperialibus legibus iubereẽ, veritatis ratione permotus, manifesta volũtate transisset,de domo sua raptus est a clericis & circumcellionibus uestris,luce palã in castellum proximum ductus,& multitudine expectante, nihilq́; resistere audente, ad furentum arbitrium fustibus cæsus in lacuna lutulenta volutatus, amictu iunceo dehonestatus. Posteaquã satis excruciauit oculos dolentium ridentiũq́; latiauit inde ductus ad alium locum quo nemo vestrorum audebat accedere, duodecimo die vix dimissus est.Hoc Episcopo uestro in Hipponẽsi Proculiano ipse sum questus,gestis sanè municipalibus ne si quid agere esset necesse, hoc ad se negaret fuisse perlatum. Quid respõderit quẽadmodũ ab inquirendã causa dissimulauerit, nr̃amq́; intẽtionẽ dolosius eludendã, post etiã non rũdendo putauerit,satis eadem gesta testantur.Nũc vero qui ad nos à vobis clerici trãsierunt, G
q̃ta patiantũr à uestris quãdo narrare sufficimus? Denique non quicunque ad nos inde ueniunt, veritatem persecutione derelinquunt, sed multi ad nos inde non ueniunt,quia persecutionem a uestris pro veritate perpeti metuunt.

Mortes spontaneæ. Cap.49. Acto.23

Auser itaque de medio superuacuas inuidias molestiarum, quas regalibus iussis pro uestro errore patimini, per paruas & prope nullas pro magno furore vestrorum imputantes etiam nobis, quæ ab ipsis terrenis potestatibus vt vestrorũ impetus a sua salute depellant, necessitate fiunt non voluntate. Neque si quadraginta illi, qui Paulum Apostolum interficere coniurauerãt, in armatos a quibus deducebaẽ irruissent pœnasque sumpsissent, Paulo ista fuerant imputanda. Omitto quòd etiam voluntarias mortes quas ipsi sibi ingerunt, in nos mentiendo transfertis; Nam de Marculo quòd se ipse præcipitauerit audiui, Quod profecto est credibilius,quam hoc aliquam potestatem Romanam iubere potuisse,Romanis legibus nimis insolitum, cum hoc malum inter tot hæreses sub christiano vocabulo errantes, proprium sit hæresis uestræ. Vnde quid prodest,quòd concilijs suis hoc uestri Episcopi prohibuisse & dã H
nasse se iactent, sicut ipse commemorasti, cum tot rupes & abrupta saxorũ ex Marculiano illo magisterio quotidie funestentur? Dixi ergo quid de Marculo audierim, & vnde hoc credibilius possit videri, quid autem verus sit Deus nouerit. De alijs autem cribus quorum mortes pariter obiecisti, quid vel quomodo factum sit, ab eis quos nosse existimo,fateor non q̃siui.

Cap. 50. Nullis tamen bonis in catholica hoc placet, si vsq; ad mortem in quenquam, licet hæreticum, fæuiatur. Neq; vero si longe a morte cuiuslibet molestijs libido vleiscendi malum pro malo retribuat, approbamus multo amplius detestantes, si ex hac occasione velut pro vnitate conandi concupita, quis auferat aliena, non illa quæ sub nomine Ecclesiæ non debent ab hæreticis possideri, sed quorumcunque priuata. Hæc omnia displicent bonis, & ea prohibent & cohibent quantum possunt, quantum autem non possunt ferunt, & sicut dixi pro pace laudabiliter tolerant, non ea laudabilia sed damnabilia iudicantes, nec propter Izizania segetem Christi, neć propter paleas
Mat. 17. aream Christi, nec propter vasa inhonora-
2. Ti. 2. ta domum magnam Christi, nec propter pi
Mat. 13. sces malos retia Christi derelinquunt.

Princi- Reges cum in errore sunt, pro ipso erro
pum Ie- re leges contra veritatem ferunt, cum in
ges. veritate sunt, similiter contra errorem pro
Cap. 51. ipsa veritate decernunt: Ita & legibus ma-
Dan. 3. lis probantur boni, & legibus bonis emendatur mali: Rex Nabuchodonosor peruersus legem sæuam dedit, ut simulachrum adoraretur, idem correctus veram, ne deus verus blasphemaretur, In hoc enim reges sicut eis diutnitus præcipitur deo seruiunt inquantum reges sunt, si in suo regno bona iubeant, mala prohibeant, nō solum quæ pertinent ad humanam societatem, verumetiam quæ ad diuinam religionem. Frustra dicis, relinquar libero arbitrio. Cur enim non in homicidiis & in stupris, & in quibusq; aliis facinoribus & flagitiis libero te arbitrio dimittendum esse proclamas? Quę tamen omnia iustis legibus comprimi, vtilissimum ac saluberrimum est. Dedit quidem deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam esse voluit impunitam. Quisquis christianum, inquis, persequitur, Christi est inimicus.
K Verum dicis, sed non hoc in illo persequitur quod Christo est inimicum. Neque.n. dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge cum sint vtriq; christiani, non debent persequi vitia christianæ contraria veritati. An vero si non persequantur, non rei negligentiæ merito tenebuntur? Sed in omnibus tenendus est modus aptus humanitati, congruus charitati, ut nec totū quod potestatis est exeratur, & in eo quod exeritur dilectio non amittatur, in eo autē quod non exeritur, mansuetudo monstretur. Vbi vero nulla ex diuinis humanisve legibus potestas conceditur, nihil improbe atque imprudenter audeatur.

Audi iam de Maximinianensibus quod Cpauloante distulerā, vt & tuos Episcopos noueris tibi esse mentitos, & nō solū quod pertinet ad baptismi quæstionē vel ad aliorum peccatorum in Ecclesia sine propria contaminatione tolerantiam, verumetiam quod ad persecutionis inuidiam, in qua quidam uestri in nos omnia Romana iura & præsidia superarunt, in hac vna Maximinianensium causam noueris terminari. Nā si concili Bagaiensis Episcoporum vestrorum trecentorum & decem, memorabilem illam, de qua superius quod satis esse videbatur inserui, non te piguit legere sententiam, cum illa verba damnatos cum Maximiniano duodecim, quorum præsentium manibus ordinatus est, apertissime ostendant, dilationem autem redeundi ad communionem vestram illi esse concessam, qui cum essent in communione Maximiniani Primianumq; damnassent, tamen quando Maximinianus ordinatus est, non interfuerunt, neq; enim omnes interesse potuerūt, aut ex more debuerunt, plurimum miror quomodo te falli nescio quo mentiente pomiseris, cuius verba ipsa quæ obscura non sunt, nec acutum ingenium quo discutiantur, sed tantum animum quo aduertantur exposcunt, ne ab eo fallereris recitare potuisti. Sed quia fieri potest, vt non eam legeris, & simplici affectu tanq; Episcopo vel Episcop is aliud tibi in schismatibus facile credideris, accipe eam & lege, & quàm tibi à me verum dicatur attende. Neq; enim possunt eam tegendi mendacii sui causa vt libitum fuerit emendare, immo falsare, quā iudicio publico apud proconsulem allegauerunt, quam totiens gestis municipalibus inserendam, pro suæ causæ necessitate curarunt, quam agebant aduersus eos vt de basilicis pellerentur.

Sic certe incipit ea sententia, Cum omnipotentis dei & Christi eius voluntate in Ecclesia Bagaiensi conciliū gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Januarius, Saturninus, Felix, Pegasius, Rufinus, Fortunius, Crispinus, Florētius, Optatus, Donatus, Donatianus, & cæteri numero trecenti & decē, placuit spiritui sc
q̄ in nobis est, pacē firmare ꝑpetuā, & schi
mata resecare sacrilega. Deinde cum multa in eos horrenda vomuissent, paulopost
-upra eo ait, Maximinianum fidei æmulū, veritatis
de c. 19. adulterū, Ecclesiæ matris inimicū, Dathan,
Num. 16 Chore, & Abirō ministrum, de pacis gremio sententiæ fulmē excussit. Vides, vt arbitror, Maximinianum sine vlla dubitatione damnatū. Deinde post pauca, sed planè grauissima, q̄ in eū libuit declamare, adiungēs ordinatores eius, & cum eo sine dilatione damnans: Nec solū hunc, inq̄t, sceleris sui mors iusta condēnat, trahit ēt ad consortiū criminis plurimos catena sacrilegij. Deinde cum ēt in ipsorū exaggerandum scelus, q̄ putauit declamanda, fudisset, nominauit
A quit, criminis reos. Victorianū Carcabianensem, Martianū, Sullectinū, Beianū Baianensem, Saluium Auaphēsem, Theodorum Vsulensem, Donatū Sabratēsem, Miginum Belephantariensem, Prætexatū Assuritanum, Saluium Membresitanū, Valerium Melzitanū, Felicianum Musticanū, & Martialē Pertusensem: qui funesto ope perditionis vas sordidū collecta fęculentia glutinarunt: Sed & clericos aliqñ Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori intersunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt, Dei præsidentis arbitrio vniuersalis concilij ore veridicos damnatos esse cognoscite.

Quid planius, quid manifestius, quid expressius dici potest? Audi iam quibus dilatio temporis impertita sit, vt videas eos esse, qui non interfuerunt, quando Maximiniano cum ordinaretur manus impositæ sunt. Eos autem, inquit, quos sacrilegi surculi non polluere plantaria. i. qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo pudore fidei retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire pmisimus. Hos cernis quē admodum non dicāt esse damnatos, sed tūc eadem damnationis sententia retinendos, si transacto die constituto redire noluerint.
B Quem diem ita constituunt, ac ne angustum, inquit, redeuntibus tempus spem salutis arctatæ diei pressura subducat, agnoscentibus quibus licet manentibus præcedentibus statutis vniuersis, vsque in diem octauum calendarum Ianuariarum proximē futurarum agnitionis pandimus ianuam, vt integri honoris ac fidei regressi habeant fundamēta, quam si quisq̄ ingredi nequiuerit, pigra segnitia sciat sibi ad oēs veniales aditus sua volūtate vjam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post præstitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia.

Certe iam perspicis vir disertissime, in illos te potius a quibus mendaciū audisti, Cap. 55.
omnia retorquere debere, quæ in nos tanq̄ mentiti de hac re fuerimus, dicēda arbitratus es. Certe perspicis illos duos de q̄bus agimus, ex eorum esse numero, qui cū Maximiniano duodecim sine dilatione dānati sunt, non ex eorum quibus redeundi tempus indultū est. Certe liquet, claret, & cernitur obscurari, obtegi nullo modo potest, quanta eloquentia is a quo sententia illa dicta est, discreuit, illustrauit, expressit. Cur verba adhuc dantur? cur cōtra lucidissimā veritatem pro manifesto errore contenditur? cur homines seipsos decipiunt? Si la- C
queos Diaboli quos resoluere atque abrūpere deberent, constrictius implicāt & obuoluunt, adhuc accipe vnde vehementius, & vtinam cum aliquo fructu correctionis erubescant.

In memorato concilio Bagaiensi dies & Cap. 56.
consul assciptus est, non solum quo decretum concilij conditum est, verumetiam ipsius dilationis. Ergo a die octauo calendarum Maiarum, post consulatum Theodosij Augusti, ter consulatu Augustorū, Archadij ter, & Honorij iterum ter, qui dies est concilij Bagaiensis, vsque ad octauum calendarum Ianuariarum, qui dies est dilationis, octo menses fermè numerantur. Inuenitur autem postulatio apud Herodem proconsulem: Inde aliquanto post dicta aduersus Felicianum & Prætexatū de Musticanis & Assuritanis locis excludendos, cuius pauca subiunxi, Post consulatū Dominorum Archadij ter, & Honorij iterū ter, Augustorū, sexto nonas Martias, Carthagine in secretario prætorij Thicianus dixit, Peregrinus presbyter & seniores Ecclesiæ Musticanæ regionis tale desiderium prosequuntur. Cum Ecclesiæ catholicæ sanctitatem vir memoriæ venerabilis ab errore perfidiæ Donatus assereret, in eius nomen & cultum mundi penè totius obser D
uantia nutrita coaluit: Sed cum eius religionis laudandum mirandumq; propositū Maximiniani cuiusdam venena polluerēt, multorū cœtus antistitum in vnum Deo conspirante collectus, hominem vel potius pestē, quæ supnæ displicuit maiestati, etiā puræ mentis propria coertione damnauit.

Eos quoq; quos alienę præsumptionis error traxerat, portu primo proposito, pœnitendi, si reuerti cuperent intra tẽpus ad religionis tramitẽ destitutũ, pari uigoris admonitione cõpescuit: Sed suis institutis inquitas delectat, & semetipsam non deserit, cũ semel ꝓcipitata corruerit. Idem nanque Maximinianus cœptã nutrit audaciã, & alios sibimet consociat ad furorẽ. Inter quos ẽt Felicianus quidam, qui primo recta sectatus, deprauationis huius attaminatione fuscatus, i Musticana positus ciuitate, deo omnipotenti parietes consecratos, & Ecclesiã venerandã quasi quadam obsidione credidit retinend. m. Hũc etiã Prætexatus in Assuritanis partibus imitatur. Sed cũ æquita-
E tis tuæ innotescereret potestati, cõsortium sacerdotum iussisti, ut gesta testantur, explosa omni traditionis affectu, sacratissimis sacerdotibus à prophanis mentibus Ecclesias vendicatas oportere restitui. Vides nempe vsque ad huius postulationis diẽ ab illo prę stitutę dilationis, quod trium ferè mẽsium tempus effluxerit: Producitur autẽ iste conflictus quantum ex gestis proconsularibus, & municipalibus indagare potuimus, vsq; ad Theodorum proconsulem, hoc est, vsq; anni alterius diem, vndecimo calendas Ianuarij. Quo die clerici seniores agẽtes surrogato Episcopo, qui in locũ damnati Prætexati Assuritani fuerat surrogatus, allegauerunt memorati proconsulis iussionẽ, cũ à foris erant à communione uestra, & eiusdem cõmunionis uestræ inimici in iudicijs publicis arguebantur, & expellendi de locis deo summo consecratis tanquam sacrilegi petebantur.

Cap. 57. Ex quolibet ergo numero fuerunt, quanquam satis appareat ex quo fuerint, qui intra constitutum dilationis diem cõmunioni se uestræ non reddiderunt quomodo cũ ijs quos extra communionẽ uestram baptizauerunt, non expiatis alio baptismate, redierunt? In quo facto non uos reprehendimus, quod baptismum Christi nequaquam
F sacrilegum etiam in schismate sacrilego cognouistis quod hominum peruersitate correcta illud quod etiam in peruersis rectũ fuerat approbastis, quòd dona Ecclesiæ, quę præter Ecclesiam quoque haberi & dari ad habentium & accipientium suppliciũ, potuerunt, nec in damnatis damnanda, nec in receptis mutanda censuistis.

Cap. 58. Nec illud reprehendimus quòd eosdem ipsos famosi criminis reos & post sententiã damnationis ipsorum & post dilationis diẽ alijs constitutum, tamen propter populos infirmos qui eis adhæserunt, recordãtes cre-
do patrisfamilias solicitudinem, ne simul Mi- cum zizanijs eradicaretur & triticum, sine aliqua detractione colligendos, & ipsa abundantia charitatis expiandos esse credidistis. Nec illud reprehendimus, quòd eos cum adhuc famosi schismatis sacrilegio tenerentur, etiam per terrenas potestates persecuti estis. Fiebat enim hoc quantum res ipsa cõsecutã indicauit, corrigendi studio non nocẽdi, vt illis molestijs agitati, suum scelus cogitare cogerentur, & repressis animositatis furijs emendare. Sed quia ista non reprehẽdimus, ideo uestri schismatis crimen uitæ culpamus, merito detestamur, omni ratione cõuincimus, quo nos à nobis, immo ab G orbis terrarum catholica communione separatis, talia nobis obijciendo qualia uos in causa Maximinianensium feciste negare, vt arbitror, non potestis. Si enim baptismum Christi est, & ideo nullo modo destruendus, qui datus est per Felicianum, & Prætexatum cum separati à uobis Maximiniano coniungerentur, cum illo à uobis pro nefario schismatis crimine condẽnati, qũ non est baptismus Christi, vel qũ destruendus est qui datur in Ecclesia quę ramos suos, verbis Cypriani vtar, per vniuersam terrã copia ubertatis extendit, qui postremo dat in illis Ecclesijs, quas nũquam in literis Apostolicis recitare cessastis, nunquam damnastis? Si damnatos in integrum restituere placuit pro resarcienda parte Donati, quid uos offendit toto orbe diffusa vnitas Christi, q̃ uel damnare non potuit inauditos, vel omnino nec damnauit nec absoluit incognitos, vel innocentes credidit quos didicit absolutos? Si discissos à uobis Maximinianenses per iussa iudicum persequendo sedibus expulistis, quid uos per imperatores qui eosdem iudices mittunt indigna pati quæri mini, qui uos ab Ecclesia, de quo scriptum est, quod adorabunt eum omnes reges ter- H ræ, omnes gentes seruient illi, & quòd do- Psal. minabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ, nefario schismate discidistis?

Ecce iam non dico, si persecutionem fa- Pe cere non licet, fecit Optatus, ne adhuc di- cas non pertinere ad nostros, quicquid Optatus eis ignorantibus fecit, cum ipsi di-
cere

cere non permittant: terras ab Aphrica remotissimas, qui traditores in Aphrica fuerint, quid mali Aphri Episcopi fecerint ignoramus: Sed planè dico, si persecutionẽ facere nõ licet, vestri Maximinianenses, ita vt non polsitis negare, fecerunt. Si persecutionem patiuntur qui innocẽtes sunt, passi sunt Maximinianẽses: Nunquid & nunc dicturus es basilicã vel spelũcam Maximiniani populus nullo nr̃ũ authore destruxit? Quanquam si cuius communionis turba illa fuerit inquiratur, non à uestris credantur immissi, ipsi reperientur forsitan uestri, aut certe uestris adiuuando permixti. Sed quid ad nos? Respõdes enim. Non fecimus, non immisimus, quinam illi fuerunt ignoramus, persecutionem tamen à quibuscunq; passum eum quem feceris iniustũ, quoniã clara res est, ea q̃ patimini I uos iustos demonstrare non possunt, sed à quibus etiam Maximinianenses persecutionem passi sunt, proconsularia gesta testantur. Instructi sunt aduocati ad ista iudicia, & tanquam in hæreticos excitata, illi sibi tuitionem possidentibus postulabant. Allegabant uestri Bagaiense concilium & dãnatos flagitabant, in Bagaiensi sacris ædibus pelli instabatur, dicta causa est. Cũ eo præsente Saluium Membresitanum hæreticum ostendistis, vicistis, expulistis: persecutionem igitur illos passos esse, vos fecisse video: Iustos quęro, vos esse perhibetis, ego concludo: Non ergo qui eam patitur consequenter iustus, nec qui eã facit consequenter iniustus est. Cap. 60.

Tu rursus artes dialecticas accusabis, me tamen uerum dicere saltẽ tacitus approbabis, & eliges tuam sententiam potius corrigere, qua nullam iustam persecutionem esse dixisti, quam Maximinianensium persecutores dicere iniustos, quos uestros esse tandem gestis proconsularibus agnouisti. Non sanè sine fructu schismaticorum uestrorum persecuti estis errorem. Nam Felicianum & Prætexatum eodem conflictu & molestijs correxistis, & Optatũ quidem Gildonianum grauiora exitia comminantem, Musticani & Assuritani, sicut ab eis K quoque præsens audiui, timuisse dicuntur, & suos Episcopos coegisse, vt ad Primiani communionem reuerterẽtur. Sed cum hoc Optatus nullis gestis publicis exegerit, vt quid agam talibus aduersus vos paratos negare q̃quid negare potueritis? Acta extãt proconsularia & municipalia, quibus recitatis ostendimus, quanta vi memorati a uestris vt locis cederent gerebatur. Non culpamus, non inuidemus, non frustra laborastis, non incassum terruistis, non inaniter agitastis, displicunt eis afflictis animositas sua: Fracti sunt, emendati sunt, correcti ac recepti sunt, post suam damnationẽ, post aliorum dilationem, post uestram pse cutionem. Recepti sunt autem sicut fuerãt honorati, nulla pœnitẽtia grauiore, sed humiliatione, vel expiati, vel degradati, nec ipsi, nec illi, cum quibus recepti sunt quos secum separauerunt: contra uos baptizauerant extra uos, quos rebaptizauerant fortasse post uos.

Nihil habetis iam, vnde caliginosa men- Cap. 61.
dacia hominibus ignaris de rebus longe ꝓteritis ingeratis. Quod uestri apud Cõstãtinum tunc Imꝑatorem accusauerunt Cæcilianum, publica monimenta proclamãt, dictam esse causam, & ad debitum finem L esse perductam vsq; ad purgationem Felicis Aptuginensis ordinatoris Cæciliani, quem in concilio Carthaginensi malorum omnium fontẽ dixerunt, & apud eundem Cõstantinũ, sicut scriptis suis ipse indicat, assidnis interpellationibus accusarunt, proconsularia testanr̃ archiua. Resistitis, reclamatis, repugnatis apertissime veritati. Dicitis etiam transmarinos iudices a Cæciliano esse corruptos, ipsum: Imꝑatorẽ nescio q̃ gra deprauatũ: Eo qppe est impudẽtior victus accusator, quo fit ẽt iudicis calũniator. Veruntũ inter omnia illa vra mendacia, quibus transmarinis iudicibus calumniamini, saltẽ hoc obtinemus, quòd primi maiores nostri ad Imꝑatorem cãm istam detulerunt, primi apud Imꝑatorem Cæcilianũ & eius socios ꝓsecuti sũt: Vnde nobis sicut vobis videt̃: grauissimã concitatis inuidiam, quia victi patimini qđ victores Dani. 6.
vtiq; faceretis, velut si Danielem criminari vellẽt, quia illo innocente liberato, ipsos ab eis leonibus eum calumniantes cõsumi voluerunt. Obtinemus ẽt quodlibet de iudicibus, præsens iudicio transmarino absolutus est Cæcilianus quodlibet de ipso apud quem maiores uestri Cæcilianum accusa M uerunt, cuius postremo iudicium Episcopali prælatum iudicio delegerunt, Constãtino Imꝑatore tanquam corrupto gratia, siue sentiatis, siue fingatis, oẽs tamẽ qui tũc erãt, vel in ꝓpinq;s, vel in remotis ter-

ris tam longe lateq; diffusi catholici Christiani, ad quos fama de Cæciliano & collegis eius potuit peruenire, non debuisse accusatoribus victis, sed ecclesiasticis iudicibus credere, vbi n. iudices oēs cē possumus, melius his qui esse potuerunt iudicibus credimus, q̄ credendo litigatoribus victis, quorum esse iudices non potuimus, de ipsis iudicibus audeamus.

Ca. 62. Proinde quoniam illi quibus accusantibus præsens absolutus est, nō solū nos, verū etiam oēs Christianos in quibuslibet gentibus constitutos, qui vel illam dissensionem Aphrorum penitus nescierunt, vel in ea iudicibus sicut eis visum est, suo periculo pronunciantibus, q̄ victis accusatoribus credere maluerunt, Cæciliani criminibus vel fictis vel certe non probatis, perfundere audacissima improbitate conati sunt, & omnes negare esse Christianos. Missa ē uobis tandem aliquando Maximinianensium causa in qua ipsi damnarent, ipsi damnatos
A persequerentur, ipsi persecutos in eodē honore reciperent, ipsi baptismum damnatorū acceptarent, & qui innocētes ausi sunt accusare, innocētes esse crediderāt, sed quos vt dicunt, dei præsidentis arbitrio veridico plenarij concilij sui ore damnauerāt. Quis cuiquam dixit aliqñ qm̄ iudici absoluēti potius q̄ mihi accusanti credidisti, reus es cū ipsis quos accusaui? Et hoc tamen orbi christiano dicitur, quod si vni homini diceret, non dico iniquissimum, sed insanissimum videret. O rem mirabiliter indignam. Accusarunt Aphri Aphros crimine traditionis, accusatos Transmarini iudices absoluerunt, & traditores facti sunt populi gentium, quia iudicibus absoluentibus potius quam accusatoribus criminantibus crediderunt.

Ca. 63. Merito tibi est pars Donati, Maximinianensium causa propinata: Bibe calicem de manu domini corripientis & admonentis. Si intelligis & acquiescis, misericordia est ista emendantis, ne incidas in iudicium punientis. Tibi dicitur, Superba & dura cerui ce, reconciliare Christianis vsquequaq; populis à te inique accusatis, saltem iam tuis reconciliare damnatis: Quid rescindis baptisma Christi in illis vel ex illis ecclesijs
B quas fundauerunt? Iam baptisma recepisti, quod tui damnati antequam tibi reconciliarentur dederunt. Quid de persecutione quam pateris gloriaris? Si iustitiæ signū est, iustior est pars Maximiniani. Nā & à te passa est & patitur, & cū eo audite Psalmū diuinum, Nolite esse sicut equus & mulus non habentes intellectum. Persecutores n. vestros nos dicitis, cum vos saluos fieri cupientes, vestraque sanari volentes vulnera, medicinaliter persequamur: vnde à clericis & circuncellionibus tanquam dentibus & calcibus vestris grauiter dū vos curamus, affligimur. Nolite esse ingrati tali medicinæ quam estis imitati. Et uos Felicianum & Prætexatū persecutionibus correxistis, atque vtinam totum corrigeretis, & sicut illi ad uos, ita illi & uos ad matrem catholicam rediretis. Contra quam frater Cresconi tanta es elatus audacia, vt à me commemorata etiā illa diuina testimonia refellere conareris, & obstrepere dei vocibus? Hoc enim posui in illa epistola contra quam loqueris, quod in sancto libro est de semine Abrahæ, ad illum patrem nostrum, in deo dicente, In semine tuo benedicentur omnes gentes? Quod testamentum appellat Apostolus dicens, Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamē
C tum nemo irritum facit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus tāquā in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo q̄ est h Christus. Huius seminis fœcunditas tā copiosa promissa est, vt diceretur ei, Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris quę non potest dinumerari. Huic tu multiplicationi atque libertati ecclesiæ, quæ toto orbe dilatatur, quæ prophetta sic creditur, sic omnium etiam infidelium oculis exhibetur, vt claudat etiam ora Paganorum, qui aduersus eam pauciſsimi remanserunt, partem Donati audes præponere, dicentes, quòd & præter Aphricam nescio quos habeatis, quibus tū non apparentibus, ex Aphrica vos soli remittere episcopos nō negatis, vnum aut duos, aut ut multum tres, & argumentaris inaniter contra euidentissimā veritatem: quod ideo nobis non totus orbis communicet, quia vel adhuc multi sunt gentium Barbararū qui in Christum nondum crediderunt, vel sub nomine Christi hæreses multæ, à communione nostræ societatis alienæ.

Nec attendis, nec saltem ab scientibus quæris, q̄ multi ipsarum Barbararū gentiū quas commemorasti, Christi iam nomini mancipati sint, & quemadmodum in cæteras

teras euangeliū, crescendo fructificare non cesset, donec in omnibus cum fuerit prædicatū veniat finis. Sic enim dñs ait. Et prædicabitur hoc euangelium in vniuerso or-
Mat. 24. be, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Nisi forte etiam intantū vos præcipitat insana superba, vt hoc quod prædictum est de parte Donati putetis inciendum non ex illis ecclesijs quas Apostoli plantauerunt, quibus non communicat pars Donati. An & ipsas vt mundum impleat rebaptizare conabitur, cum catholica per cuncta crescente, illa & in ipsa Aphrica quotidie minuatur? O vesana peruersitas hominum, laudari te credis de Christo credendo quod non vides, & damnari te non credis de ecclesia negando quod vides, cum illud caput in cœlo sit, hoc corpus in terra? Agnoscis Christum in eo quod
Psa. 107. scriptum est, Exaltare super cœlos deus, & non agnoscis ecclesiam in eo quod sequit, Et super oēm terram gloria tua. Agnoscis
E Christum in eo quod scriptū est, Foderunt
Psal. 21. manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserūt sortē: & non agnoscis ecclesiam in eo quod paulopost sequitur, Cōmemorabūtur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Agnoscis Chm in eo quod scriptū est. Deus iudicium tuū regi da, & iustitiam tuam filio regis: & non agnoscis ecclesiam in eo quod Psalmus ipse testatur, Dñabitur a mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terræ, Coram illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingent, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabūt eum oēs reges terræ, oēs gentes seruiēt ei. Agnoscis
Malac. 1 Christū, vbi dicitur ad Iudæos, Non est mihi voluntas in vobis dicit dñs omnipotens, nec accipiam sacrificia de manibus vestris: quia vtiq; Christi aduentus abstulit illa omnia sacrificia Iudæorū, & non agnoscis ecclesiam in eo qđ sequitur, Qm̄ ab ortu so-
Psa. 53. F lis vsq; ad occasum, glorificatum est nomē meum in gentibus, dicit dñs omnipotens? Agnoscis Christum in eo quod dicit Propheta, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & cætera quæ ibi de illo tanquam in euangelio leguntur, & non agnoscis eccle-

siam in eo quod paulopost dicit, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, qm̄ multi filij desertæ magis Esa. 54.
q̄ eius quæ habet virum? Dixit enim, dominus, Dilata locum tabernaculi tui & aulas tuas confige, non est quod parcas, porrige longius funiculos, palos validos confirma, etiam atque etiā in dexteram atq; sinistrā extendens: Semen. n. tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis. Non est quod metuas, prœualebis enim nec erubescas quod detestabilis fueris. C ōfusionem enim in perpetuum obliuiscēris, ignominiæ & viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego sum dominus qui facio te, dñs nomen ei, & qui erui te, ipse deus Israel vniuersæ terræ vocabitur.

In his certe literis sanctis ecclesiam didi Cap. 65.
cit Cyprianus vt diceret sic, ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios porrexit, ramos suos per uniuersam terram copia vbertatis extendit. Huic Cresconi tantæ manifestationi diuinorum elo- G
quiorum calumniaris, intuendo residua gē tium quæ nondum occupauit ecclesia: quāta occupauerit, vnde ad residua tenenda quotidie diffunditur, non attendis. Quomodo enim prophetiarum istarum futurā perfectionem non negas, qui tantum proiectum cui debetur ipsa perfectio, negare non dubitas: non dico aduersus voces diuinas, sed iam & aduersus tuas? Nam & de te ui magna ipsius veritatis expressum est vt diceres nesciens, vel non attendens quid dixeris, ꝑ in christianū nomen totus quotidie vertitur mundus. Cur ergo huic ecclesiæ quo toto mundo crescendo dilatatur, non communicat pars Donati? Videlicet ne à peccatoribus polluatur. Et ubi est quòd non istam vestram quæ in Aphrica remanens orbi terrarum calumniatur, aut ex Aphrica in paucis latentibus peregrinatur, sed illam quæ ramos suos per uniuersam terram copia vbertatis extendit, noluit deseri Cyprianus, etiam si in eius communione non tantum sint, verum appareant peccatores, dicens, Nam & si vūr in ecclesia esse zizania, non tū impediri debet vel fides vel charitas nostra, vt qm̄ zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Hic & tu responde si tibi placet ve Cap. 66.
ri aliquid respondere, & quomodo implebitur quod scriptum est, Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non H

abluit. Da ergo filium malum, Maximinianenses dãnet & persequatur, dãnatis & persecutis reconcilietur, vel si communicetur vel si confundatur vel si corrigatur. Quo, inquis, totus orbis cõione vestra plenus est, vbi tam multæ sunt hæreses quarum vobis nulla communicat? Immo non tantum hæreticis, verumetiã cæteris hominibus malis plenus est orbis, quia & sanctis ac fidelibus dei seruis plenus est orbis, quia & mare plenum est amaris fluctibus, plenũ est & dul-
Infra. l. cap. 55. cibus piscibus. In paucis, inquis, frequenter est veritas: errare multorũ est. Et ne verbis tuis tantæ illius sterilis fœcunditati contradicere videreris cui dictum est. Multi filij deserræ magis q̃ eius quæ habet virum: ad-
Esai. 54. hibuisti ex euãgelio testimonium, Quoniã
Gala. 4. pauci sunt qui saluantur. Solue ergo qõnẽ
Mat. 22 quo ipse dñs dicat, Quam arcta & angusta
Matt. 7. est uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eã. Et idem ipse alibi dicat,
Matt. 8. Multi ab oriente & occidente venient & I recumbent cum Abraham & Isaac & Ia-
Apoc. 7. cob in regno cœlorum, Quo etiam i Apocalypsi demonstretur eorũ multitudo quã numerare nemo poterat ex omni gente & lingua, habentium stolas albas palmasque ferentium, qui pressuras propter fidem Christi sustinuerant, quomodo ijdem sint pauci qui multi? Neque enim alterum horum est verum, alterum falsum, cum sit vtrunq; diuina veritate prolatum, nisi quia idem ipsi boni veriq; christiani qui per seipsos multi sunt, in comparatione malorum falsorumq; itidem pauci sunt. Sic multa grana q̃bus horrea magna cõplẽtur, pauca dicimus in cõparatione palearũ. Sic ẽt ut deipso dei testõ dicã quod sanctũ est ad Abraham de semine eius, quod est Christus, multæ sunt stellæ quas numerare non possumus, quibus tam grande cœlũ undiq; circunfulget, paucas dicimus in cõparatione arenæ maris. Forte stellæ signauerunt spirituales christianos, maris autem arena carnales, per quos & ex quibus etiã hæreses & schismata fiunt, vtroq; tamen
Mat. 13. genere plenus est mundus, quia idem dominus dicit, Ager hic mundus: & tu ipse tibi veritate extorquente dixisti, In nomen
K christianum totus quotidie vertitur mundus: Per totum igitur agrum hoc est per totum mundum frumenta, per totum zi-
Mat. 13. zania, quia de utroque dixit, qui falli non
Cap. 67 potest, Sinite vtraq; crescere usque ad messem.

Cohibeant itaq; se frumentorum per totum mundum tanta ubertate crescentium impij desertores, & non audeant de quorumdam zizaniorum separatorum paucitate gloriari. Quòd si gloriantur, etiam in hoc ipso procedunt aduersus eos iidem illi Maximinianenses, in iudicio diuino ad eos in omnibus confundendos, & si sapiant, corrigendos appositi, quos multo pauciores præsidentia multitudinis suæ persecuti sũt, & persequendo ad suam communionem aliquos eorum denuo conuerterunt, ac si cæteros iustissimos quos paucissimos relinquũt. Nõ, inquis, communicat oriẽs Aphricæ, nec Aphrica orienti: non sanè, sed in paleis hæreticis ab area dominica separatis, in frumentis autem catholicis & interioribus paleis omnino coĩcat oriens Aphricæ, & Aphrica orienti. Alij vero alibi hæretici, diffusa vbiq; catholica unitate confligunt. Vbiq; est. n. illa de qua exierunt, qui esse M vbiq; minime potuerunt, dicentes secun- L dum id quod de illis prædictum est, Ecce hic est Christus, Ecce illic, alij hoc loco, alij alias variarum præsumptionum, vel potius amputationum proprias particulas ostendentes, atque impia superbia radicem vnde facti sunt abnegantes. Huic ergo ecclesiæ quæ copiosis successibus, cum dilatatur toto orbe terrarum ex omni gente tri- Ap
bu & lingua, parit multitudinem candidatorum & palmatorum, sicut in Apocalypsi scriptum est, quam nemo numerare potest? Huic, inquam, ecclesiæ cui partem Donati non communicare manifestum est, maiores vestri probare debuerunt, quæcunque vera documenta de traditoribus habuerunt. Quod si fecissent ipsi in illa essent, extra illam vero illi quos accusassent. Nunc autem cum accusatos in illa permansisse videamus, quid boni de accusatoribus sentire C debemus quos extra illam videmus? Ac P per hoc in illa quadripertita distributione, vbi dixi cum de traditoribus proferuntur ex vtraque parte documenta, aut vtraque & vera esse, aut vtraque falsa, aut nostra vera & vestra falsa, aut nostra falsa & vestra vera, cum videres in superioribus tribus vos facillime superari, frustra tibi hoc extremum quasi quà euaderes elegisti. Quam- ex uis enim quam impudenter dicatur aduer- tas, tñ eaipsa vera vestra si qua essent humana documenta, illi ecclesiæ probari debuerunt

buerunt, quam probãt documenta diuina.

Dic ergo obsecro te, sed noli offundere nebulas imperitis, vt quoniam traditores accusatos non vales conuincere, identidem velis artes dialecticas accusare.

Ca. 68. Dic ergo rogo, causa ista vestra cum veris documentis vestris perducta est ad iudicium transmarinarum ecclesiarum labore apostolico fundatarum, an nõ est perducta? Si perducta est, vicistis in eo iudicio, an victi estis? Si vicisse vos dicitis, cur eis Ecclesijs in quarum iudicio vicistis nõ cõicatis? Si aũt, quod satis ipsa indicat ab eis alienata vestra cõmunio, victi estis, quod nobiscum vel mala vel bona cã perdita litigatis, id habentes maximũ crimen, qđ crimine tradito rum, qđ in iudicio transmarinarũ ecclesiatum ẽt vera documenta proferentes cõuincere minime potuistis, orbẽ Christianum pfunditis, quia in ea cã in qua interesse non potuit, elegit iudicibus credere, nõ accusato ribus victis? Nõ itaq; ideo rei estis, quia bonam cãm, vt secm vos loquar, in transma A rino iudicio perdidistis, sed quia crimẽ reorum, atq; vt nimiũ vobis credatur, & iudicium, tot innocentibus populis Christianis per tot gentes longe lateq; diffusis, obijcere minime dubitatis. Quorũ cõmunioni tanquã frumentis dominicis cohærendo, & illos viros, sicut dicitis, traditores & illos malos sicut arbitramini iudices, secundũ Euangelicas literas, ẽt monente Cypriano ad tps ventilationis, tanquam paleam tolerare debuistis, ne aream deserendo periretis. Si autem causa illa vestra cum veris, quod tibi elegisti, documentis suis ad iudicium transmarinarũ Ecclesiarũ nõ est perducta, quo modo ab eis potuerunt tot Episcopi in suis plebibus constituti causa incognita & ad se omnino non delata iure damnari? Aut quo modo debuerunt Aphri Christiani, non dico illi qui eos putauerant innocentes, verũ etiam illi qui eos nouerant traditores, propter zizaniam quam in Ecclesia esse cernebant, à frumentorum tam longe lateq; crescentium & hos ignorantium, tam manifesta innocentia separari, vt propter crimen alienum quo pro vnitate tolerato non maculârentur, violato ipsius vnitatis crimine
Ca. 69. damnarentur?

B Quid tibi ergo ad causam prodest, hoc ex illis quatuor ꝓpositis elegisse, vt vestra documenta sint vera, contra vestros autem, quæ proferimus, falsa esse deputentur. Ecce & hinc vinceris, quoniam veris quæ putas documentis tuis, non potuerunt vbi debuerunt conuinci traditores, siue à uestris eadem documenta occulta sint, siue ipsi traditores qualibet astutia se iudicibus occultarint, siue ab ipsis paruis iudicibus occultati sint, semen Abrahæ respice quod in testa Gen. 22
mento dei per omnes gẽtes crescit sicut stellæ cœli, & sicut arena maris, & vtrum pp occulta qbuslibet causis nescio, qua Aphricam zizania tam copiosa mensis per agrũ mundum perire potuerit, aude credere, aut si ut ullus in te dei timor est, cogitare. Exaggeras persecutiones quas uos pati dicitis, quibus in tam sacrilega & manifesta obstinatione aduersus pacem sanctæ Ecclesiæ rebellantibus mirabili mansuetudine parcit: & dicis in primis partibus Epistolæ tuæ, q imperatore Constantino Cæciliani crimẽ cum fieret manifestum ipse quoquem cũ vt Brixę in exilio degeret, sua sententia condemnauit. In quo te quis dubitet vel falli C
vel fallere, quando & Felicem Aptugnensem commemorasti in iudicio proconsulis à Vincentio nescio quo, de traditione conuictum.

Acta.

Ecce ego infero sententiam Aeliani pro- Ca. 70.
consulis qua purgatus atque absolutus est Felix. Si tota gesta uis legere, ex archiuo p
consulis accipe: Aelianus proconsul dixit, Ex professione Cæciliani qui acta falsa esse dicit, atq; epistolæ plurimæ additæ, manifestũ est qua voluntate hæc gesserit Ingentius, & ideo recipietur in carcerem. Est. n. arctiori interrogationi necessarius. Felicem aũt religiosum ep̃m liberũ esse ab exustione instrumentorum deificorũ manifestum est, cũ nemo in eum aliquid probare potuerit, quòd religiosas scripturas tradiderit vel exusserit. Omnium. n. interrogatio suprascripta manifesta est, nullas scripturas deificas vel inuentas vel corruptas uel incensas fuisse: hoc actis continetur q Felix Eps religiosus illis temporibus nec præsens fuerit, neque conscientiam commodauerit. Infero etiam rescriptum imperatoris Constantini ad Probeianum idipsum attestantis, & q̃ molesti apud eum maiores vestri accusatores innocentium fuerint ostendentes. Imperatores cæsares, Flauius Constantinus, & Maximianus & Valerius, Lucianus Licunius ad Probeianum Proconsulem D
Aphricæ. Aelianus prædecessor tuus merito cum de perfectissimis uiris uicarius perfectorum

fectorum tunc per Aphricam noſtram incõmoda valetudine teneretur,eiſdem partibus functus inter cætera etiam ad negociũ vel inuidiam quæ de Cæciliano Epiſcopo & Eccleſia catholica videtur eſſe commota ad examen ſuum atque iuſsionem credidit eſſe reuocãdam. Etenim cum iam Superiũ centurionem & Cæcilianum magiſtratum Abtugnitanorum,& Saturninum excuratorem,& Calibium iuniorem eiuſdem ciuitatis curatorem, atq; Solũ ſeruum publicum ſupraſcriptæ ciuitatis pręſentes eſſe feciſſet, audientiam præbuit competentem,adeo vt cum Cæciliano fuiſſet obiectum quod clare liquet, & idem Epiſcopus videretur eſſe delatus, cum diuinarum ſcripturarum perditio atque exuſtio videretur obiecta,innocentem de eo Felicem fuiſſe conſtiterit.

Denique cum Maximus Ingentium decurionem Ziquẽtiũ ciuitatis Epiſtolam Cæciliani ex diuini iuris falſaſſe contenderet,eũdem ipſum Ingentium ſuſpenſum, actis q̃ ſuberant prouidimus, & ideo minime tortum, q̃ ſe decurionem Ziquentiũ ciuitatis eſſe aſſeuerauerit: vnde voluimus eundem
E ipſum Ingentium ſub idonea perſecutione ad comitatum meum Conſtantini Auguſti mittas,vt illis qui impræſentiarum agũt, atque diurnis diebus interpellare non deſinunt, audientibus & coram aſsiſtentibus apparere & intimari poſsit,fruſtra eos Cæciliano Epiſcopo inuidiam comparare atq; aduerſus eum violenter inſurgere voluiſſe. Ita enim fiet,vt omiſsis, ſicuti oportet eiuſmodi contentionibus populus ſine diſſenſione aliqua, religioni propriæ cum debita veneratione deſeruiat.

Sentẽtia Conſtãtini Auguſti ꝓ Cæciliano.

Infero adhuc & verba Cõſtantini ex literis eius ad aliũ vicarium,vbi ſe inter partes cognouiſſe, & innocentem Cæcilianũ comperiſſe teſtatur. Cũ enim narraſſet in his quæ ſupra locutus eſt, quemadmodum ad iudicium eius poſt Epiſcopalia iudicia
Ca. 71. partes perductæ fuerint, in quo peruidi,inquit, Cæcilianum virum omni innocentia prędituꝫ, ac debita religionis ſuæ officia ſeruantem, eiq̃ ita vt oportuit ſeruientẽ, nec vllum in eo crimen reperire potuiſſe, eidem apparuit,ſicut abſenti fuerat aduerſariorum ſuorum ſimilatione compoſitum. Tu quare non inſeruiſti ſententiam Conſtãtini qua eũ dicis eſſe damnatum, et Bri
F xe in exilio cõſtitutũ,vir diſertiſsime: quãto congruentius hanc inſeruiſſes, q̃ neſcio quod de Sardicenſi concilio, quod nec ad uos nec ad cãm quæ inter nos eſt, & uos, omnino pertinere monſtratur? Cur.n.fuerit Brixe Cæcilianus, q̃d uos calũnioſiſsime appellatis exiliũ, cũ ſuã p̃ſentiã maluit Eccleſiæ deeſſe q̃ pacẽ, quid à me opus eſt dici,cũ iterim dãnantis imperatoris ſententiam nullam recitas,& damnatum ab imperatore Cæcilianum tam temere, non dico audiendum vel dicendum,ſed etiam ſcribendum putas? Verum tamen ſecundum verba tua,ecce in exilio video Cæcilianum Imperatore damnante, ſaltem reſponde quo accuſante:& modo me interroga quod in epiſtola tua poſt multa ſimiliter inaniter poſuiſti. quis prolato teſtamento minus conſentit,qui perſecutionem patitur,an qui facit? Hæc certe verba tua ſunt. Aſpice ergo Cæcilianum perſecutionẽ paſſum, & ſicut ipſe dixiſti in exilio conſtitutum. Aſpice et veſtros, ſicut ſuis uerbis imperator ipſe teſtatur, aduerſus Cæcilianũ diurnis diebus interpellare non deſiſtentes,& eiſdem ipſis verbis tuis interroganti mihi reſponde.

Quis minus teſtamento prolato conſentit, G
qui perſecutionem patitur, an qui facit? Diligenter ãt perlectis omnibus, inuenies Cæcilianum à ueſtris ẽt apud imperatorẽ perſecutionem paſſum:ſed non inuenies ab imperatore damnatum, immo etiam inuenies abſolutum.

Porrò ſi quod tibi pro magno elegiſti, vt de criminibus traditorum quæ uos proferetis,documenta vera ſint,quæ autẽ nos proferimus falſa ſint: etiam in eos uos veritas dei ſuperat,quæ ſicut p̃dixit, ita reddit Eccleſiam in vniuerſo mundo fructificantem atque creſcentem, quia nihil ei præiudicãt alienorum crimina, licet vera documenta, quæ propinquioribus Epiſcopis tranſmarinis, per quos in longinquiores partes, ſiue tranſit talium rerum fama ſiue non tranſit: aut non ſunt demonſtrata ſicut debuerunt, ãut non ſunt credita quibus demonſtrari potuerũt,aut credita & occulta nequaquã ad alios peruenerunt,nec quiſquam vel vnus homo, quanto minus tãtus Chriſtianorum numerus in tot gẽtibus cõſtitutus reus poteſt eſſe participati ſceleris alieni: ſiue vel nulla eius vera documenta cognouerit, vel eum ſimulata innocentia falſis documentis quis refellerit. Si ergo vt dicere cœperam in hoc quod tibi pro H
magno elegiſti, vt, quæ vos traditoribus teſtimonia profertis vera ſint,quæ aũt proferuntur contra vos falſa ſint, nihil valetis aduerſus Eccleſiã catholicã toto terrarum orbe diffuſam, & aduerſus prouidentiã dei, qua in Chriſtianum nomen, vt tuis verbis vtar,totus quotidie vertitur mundus,quanto magis deficientes in accuſationibus vr̃is, cum hanc ipſam traditionem cuius nomen velut horrentes qui hic ſchiſmata fecerũt à Chriſti corpore ſeparatos, ſeipſos diabolo tradiderunt: multo probabilius ſicut in illis literis dixi,& nunc dico, nos vobis obijcimus, quibus nomina & crimina traditorum dicere tm̃mõ audimus,nos autem & geſta eccleſiaſtica quibus de ſe ipſi confeſsi ſunt,& geſta municipalia quibus hoc feciſſe leguntur oſtendimus?

Compa. rationũ. Ca. 73.

Tu vero callidus examinator appenſorque verborum,doces nos quid valeat comparans gradus, tanquam victor exultas, q̃ non poſſum dicere, traditionem probabilius nos vobis obijcimus, niſi vos nobis eã probabiliter obijcere cõfiterer. Si.n.vos,inquis,probabilius,nos ergo probabiliter. Et hoc doces,quia ſic eſt probabilius, vt ſi dicas vere & verius: & quia gradus iſte quod ante poſitum eſt auget, non quod ante dictum eſt improbat. Adiungis alia verba q̃bus hoc euidentius intelligamus: ac dicis, Sic eſt bene & melius,male & peius, horribiliter & horribilius,ſic eſſe oſtendens probabiliter et probabilius. Vnde colligi putas, quia ſi ego probabilius quod falſum eſt obijcio,ſupereſt vt vos probabiliter quod verum eſt obieciſſe confirmes. Hic ego nunquid dico quod in quæſtione vel diſputatione eccleſiaſtica nos artificiali grammatica docere conaris, q̃d valeat cõparatiuus gradus, quia id quod ante poſitum eſt auget, non q̃d ante dictum eſt improbat? Videoenim q̃ hoc inepte tibi obijciam quod tu vi
dere noluiſti, q̃n mihi anticategoriam velut ex arte rhetorica obijciendam putaſti: quod genus q̃ſtionis vbi dicitur,non ego feci ſed tu feciſti,ẽt in authoritate prophetica demonſtraui.

Cõſideratiõnias in latinæ locutionis authoribus q̃bus non ſem grãmaticorũ artificialia ſeruiũt,nõ ſemper ꝓ auget. iſtũ gradũ q̃d ante poſitũ eſt augere,ſed ali
Ca. 74. q̃n contrario ſuperferri. Cuius locutionis
Hebr.6. exẽplũ interim mihi ex Apoſtoli epiſtola occurrit quã ſcripſit ad Hebr. Cum.n.lo-
K queretur de benedictione terræ quæ acce-

pta pluuia fructum reddit, deinde ſubiecit, Proferens aũt ſpinas & tribulos,reproba & maledictioni proxima eſt, cuius finis in exuſtionem. Quod ne illis quibus loquebatur optaſſe videretur, Confidimus aũt,inquit,de vobis fratres chariſsimi, meliora & hærentia ſaluti. Attendis certe quomõ hic dixerit,meliora: non quia bona erant vt illis deuitatis meliora eligerent & optarent, hoc eſt,bona tantis malis contraria. Sed for
te Apoſtolum ſic audiendum eſſe arbitra- 2.Co.11.
ris,quemadmodum de ſe ipſe dicit, tanquã hominem: & ſi imperitum ſermone, ſed nõ ſcientia, & ideo non uerborum in eo, ſed rerum atq; ſententiarum authoritatem putas eſſe ſectandam, bona poni debuiſſe contendes,vbi poſuit ipſe melior. Quod ſi, & ego in his literis aſſuefactus, & illas quas puer didici oblitus,ſic dixi, obijcitis traditionem hãc,ipſi multo probabilius nos vobis obijcimus, tanq̃ dicerem probabiliter comparatiuum pro poſiti uo ponẽs,nõ quia vos probabiliter, ſed magis quia improbabiliter,ſicut ille meliora,non quia illa erant bona,ſed magis quia mala, tu quare tam temere concludis,ex hoc confirmaſſe me,vos L
probabiliter, quia dixi nos probabilius? Ca. 75.

Quanq̃ nec ſecundum grammaticos in verbo me erraſſe reprehenderes,ſi ſaltẽ verborum ſuorum authores vel attendere, vel memoriter recolere voluiſſes. Pueriles enim habent literæ,ſed non à puero imperito dictum,

Dij meliora pijs errorẽq̃; hoſtibus illũ
Diſciſſos nudis laniabãt dentibus artus.

Quõ ergo meliora pijs, quaſi bona eſſent iſtis,ac non potius magna mala, qui diſciſſos nudis laudabant dentibus artus? Iam vides certe quia ſicut iſte pijs potuit optare meliora, quanuis illa in quorũ comparatione optabat non eſſent bona,ſic & ego potui dicere,traditionem probabilius vobis obijcimus, quanuis eam vos nobis non probabiliter obijceretis. Omittam quia & probabile quando dicitur,non conſequenter eſt verum, cum ea dicuntur quæ fieri poſſunt ac ſolent,& ideo probantur:hoc eſt,approbantur & creduntur, etiam ſi facta non ſint: quod autem verum eſt, cum oſtenditur neceſſario probabile eſt, & illo vtique proba- Ca. 76.
bilius. Recole libros vbi verba didiciſti,quam te non fallam, profecto reperies: vnde ſi veſtros probabiliter noſtris traditionem obieciſſe contenderem, non M
ideo

ideo verum obiecisse contenderem, & recte nos dicerem probabilius hanc objcere, quandoquidem à vobis nominari tantum traditores solemus audire, nullis autem gestis vel ecclesiasticis vel publicis recitari demonstrariq; confessos,à nobis autem proferri & gesta publica vbi vestri tradiderũt, & ecclesiastica,vbi confessi deo iudici derelicti sunt.

Retorquet in aduersarium.

Sed non omitto tam manifestum adiutorium tunm,quo nobis etiam nesciens plurimum faues, docendo regulas comparatiui gradus,quia id quod ante positum est auget,non quod ante dictum est improbat.Secundum enim hanc regulam tuam, secundum quædam verba tua in epistola tua,sine vlla difficultate obtinuimus causam nostram. Tu enim dixisti in primis partibus literarum tuarum, velut nostram pertinaciam criminando,tot documenta legalia,ꝙ melius & verius nobis est persuadere non posse. Vbi ego concludo secundum artificialia tua, iam nos verum & bonum tenere,si quod verius & melius est, nobis persuaderi non potest. Cum ergo nos non rescindamus, vt secundum te loquar, verius & melius baptisma vestrum, quare vos rescinditis verum & bonum nostrum? Item cum dixisses,hoc & nos volumus vt Christus sit origo & radix caputq́ue Christiani:continuo subiecisti, Sed quærimus per quem hoc melius fiat.

A

Ca. 77.

Qđ dicendo vtiq; concessisti & per malum ministrum bene fieri, sed melius per bonum. Cum itaque nos non rescindimus baptismum, quem per nostrũ tanq̃ per bonum ministrũ dari dicitis,quare vos rescinditis baptismum, quem per nostrum tanq̃ per malum ministrum datum esse contenditis? Tu.n.dixisti,quærimus per quem melius fiat. Et tua regula est, quia gradus iste quod ante positum est auget. Vnde si per vestrum,sicut putas melius fit, ergo & per nostrum bene fit. Ac per hoc quando per nos baptizatum rebaptizatis, id quod ex illa tua regula bene factum esse conceditis,sacrilega præsumptione rescinditis.

Ad calũ nias inceptas.

Vereor ne nimis vrgeã verecũdiã tuã, si ostẽdã q̃ leuiter & scurriliter q̃dam ẽt verba mea q̃ trãslate posui, frõtẽ ꝓ pudore,os ꝓ

Ca. 78.

sermone,tridens telũ pro tripartita oratione,tricipitem bestiam pro errore,tribus calũnijs aduersus tot populorũ innocẽtiã fæuiente, quasi vrbanus & dicax exagitanda putaueris. Serua potius puerilia pueris.

B

Neq;.n.me mouet quod Neptunium telũ propter tridentem dicis episcopum non decere,cum sit & piscatorum, ac per hoc apostolicum, quos suos apostolos dñs piscatores hominũ fecit. Nã & deum nostrũ scriptura dicit & alas habere & sagittas, nec tñ Cupidinem colimus. Quinetiã me promissam in exordio lenitatem non seruasse reprehendis, eo ꝙ Manichæorum facta mentione permotus dixerim, sicut non potest qđ dñs ait,Satanas Satanã excludere,ita nõ potest error Manichæorũ Donatistarũ errorem vertere:quasi Petilianum satanæ cõparauerim:ac nõ errorem,cuius eum cupio laqueis expediri. Bene,ꝙ Apostolus nos aduersus tales calumnias communiuit eoipso loco vbi nos mites patientes & modestos esse admonet,qñ aliquem dissentientem corripimus. Cum enim dixisset:Seruum autẽ domini litigare non oportet,sed esse mitem ad omnes,docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes: continuo subiunxit, Ne forte det illis deus pœnitentiam ad agnoscẽdam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso secundum ipsius voluntatem. Ecce apostolica mansuetudo,cum quibus placide,patienter modesteq́; agi præcepit,eosipsos dicit à diabolo captiuatos, nec tamen quam commendabat amisit,quia eam quam docebat,tacere noluit veritatem.

C

Sed ipse videris cuius partes agas, q̃ mea verba velut conuitiosa & sæua criminando, eos quos ad disputandum conuenire non vis,ad litigandum niteris excitare. Nolo.n. dicere, quia & te litigare delectat. Parcius quippe ac verecundius, sed quasi ex obliquo mihi obijcis quæ ad me omnino non pertinẽt. Quid enim iudices de Manichæorum pestilentissima & christianis omnibus anathemanda vnitate, nisi tantum dicere solerem, ac non etiam cõscriptis libris multis multiplicibusq́; testarer, ne sic quidem esset aduersus me vllus calumniæ vestræ locus. Neq;.n.me catholica falso à vobis argui miraretur, à quibus totus christianus orbis cum toc ecclesijs ẽt illis primis apostolico labore propagatis, falsis criminibus accusatur. Cum vero contra Manichæos qui me adolescentulum aliqñ deceperant, mea tanta scripta qui voluerit legere possit,non vsqueadeo desipit vt de me credat potius vestris verbis, quã oculis & sensibus mẽtis, Sed

D

Ca. 80. Sed epistolam, inquis, principis vestri D qua nescio quid de te scripsit cum te ordinari nollent,tenent nõ pauci nostrorũ. Illã vero minime curarem, nec si eius à quo scripta dicitur, non pspicua pro nobis sententia legerẽ,illã caluniã falsitatemq; condemnans:quanto minus eam curat catholica ecclesia, cuius cãm contra vos agimus, cui tot diuinis testimonijs præsidenti, nulla humana de quoquã homine testimonia seu vera seu falsa,qua gaudet auferunt veritatem. Desine talibus,vnus homo sum,ecclesiæ inter nos agitur causa,non mea,ecclesiæ,inquam, quæ in nullo homine spem ponere à suo didicit redemptore. Quãquam nec de meipso uobis,etiam si meam conuersationem nossetis, recte crederetur inimicis meis. Ad existimationem hominum magna testium qui me nouerunt suppetit copia, ad dei vero conspectum sola conscientia,quam contra vestras criminationes, cũ intrepidam geram, non me tñ sub oculis omnipotentis iustificare audeo, magisq́; ab illo effluentem misericordiæ largitatem, q̃ iudicij summum examen expecto,cogitans quod scriptum est, Cum rex iustus sederit Pro.20. in throno, qs gloriat castũ se habere cor: E aut quis gloriabit mundũ se esse à peccato? Ca. 81. Sed quid ad rem cuius inter nos vertitur quæstio qualis ipse sim,cum in area dominica sim stipula,si malus: granum,si bonus:vero tamen si grana esseris,paleam cõmixtam, sicut admonet etiam ipse Cyprianus, ante tempus ventilationis nõ refugeris. Proinde nos si quem reperimus in vobis notum hominẽ malũ,recte vobis objcimus: Ibi.n.rota defensio vestra consistit, quia propterea vos separastis, ne aliorum peccatorum contagione perirctis:vnde nouum genus areæ vos feciste gloriamini,aut quæ solum triticum habeat,aut in qua solũ triticum appareat, cui non sit necessarius ventilator, sed perscrutator. Nam & Parmenianus vester præclaram vestrã mundiciam velut immunditiæ nostræ à contrario comparans, ausus est interponere sentẽtiã Prophetæ Hieremiæ vbi ait, Quid palea cũ tritico? Qđ ille dixit, vt ipsa indicat lectio aduersus eos qui diuinis oraculis suã & horrẽda superbia Parmeniani literis declaratur,vbi vos contra scripturas diuinas, & cõtra monita Cypriani ante vltimam vennem quam mũdus expectat, tanquam

Contra epistolã Parmeniani. lib.2.c.2. & hinc cap.3. Hie.23.

purgatum à palea triticum pdicauit. Quid ergo dignus aduersus hanc falsissimam elationem, quam causa Maximianensium vobis potius procurari? Quodcunq; in nos dicere tanquam in traditores soletis,in Maximinianenses quos recepistis damnatos, qñ damnati sunt grauiora dixistis.

Epilog9 Ca. 82.

De imperatoribus nobis tanquam persecutoribus facitis inuidiam,vos apud iudices quos ipsi Imperatores miserunt, Maximinianensibus persecutionem fecistis, baptismum ecclesiæ dari extra ecclesiam non posse contenditis vos, baptismum in crimine schismatis Maximinianenses dederunt, in receptis eis quibus dederunt non rescinditis.Si hæc pro pace vnitatis fieri debuerũt, vnde nos accusetis nisi vos ipsos damnaueritis? Nolo te per multa distendas,nam & ego possem breuiter ea quæ contra te dicta sunt in memoriam reuocare: sed hic solum cogito Maximinianensium causam tibi ante oculos ponere, si de hac nobis respondere potueris,aggredere cætera: si autem non potueris, melius quiescas, quam calces aduersus stimulum iacias.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI contra Cresconium Grammaticum, Liber Quartus.

Cap. 1.

QVantus iam tribus nec paruis voluminibus epistolæ tuæ Cresconi diligenter satisq́; responderim qua Petiliani literas contra mea scripta quibus refellebantur defendendas putasti, tñ ẽt hoc breuiori opere instituI de sola causa Maximinianensium tecum agere, & ex hac vna ostendere omnia quæ in illa epistola posuisti, quam frustra quam inaniter dixeris. Neq;.n.contemnendum est beneficium dei quod ad nostræ dispensationis compendium, & ad vestrę correctionis si sapiatis adiutorium prę stare dignatus est,qui nescientibus vobis neque id agentibus nobis, ita vestrorum episcoporum mentibus dominatus est, vt qui orbem christianum per communionem sacramentorum maculatum peccatis criminabantur alienis, quamuis etiam ipsis falsis & non probatis in Maximiniani causa cogerentur fateri eorum quos damnauerunt

peccatis

peccatis non fuisse maculatos, in vna sacramentorum communione constitutos, eos q̃ bus tanquam innocentibus ad reuertendũ dilationem dederunt, & si non ordinatoribus Maximinianj, tamen in eius parte constitutis damnatoribus Primiani & qui baptismum Christi nolebant agnoscere, ne in eis ecclesiij datum quas apostolorum labor propagauit atq; fundauit, contendẽtes extra vnam ecclesiam baptismum dari non posse, nosq; culpantes q̃ per eos datum baptismum non rescinderemus, quos esse in vera ecclesia negaremus, susciperent in Maximinianj sacrilego schismate baptizatos, & in eis baptismum rescindere non auderẽt, & qui de legibus christianorum imperatorum, quibus eorum peruersitas corrigenda præcipitur, nos tanquam crimine persecutionis accusant, adirent iudices ab ipsis imperatoribus missos, & Maximinianum ac socios eius apud eos grauiter accusarent, & consilium quo eos damnauerunt gestis pro consularibus allegant, ac iussiones quibus illis sedibus pellerentur, efficacissimas impetrarant. His omnibus à se gestis, adhuc nebulas imperitis conantur offundere: non I solum scripturis sanctis & priorum rerum gestarum quãdo se ab vnitate separauerũt multis certisq; documentis, verumetiam recentissimis suis factis & exemplis euidẽtissime superari.

Cap. 2. Hinc ergo tm̃ agam, hinc ad omnes epistolæ tuæ partes, quantum dñs me adiuuat, sine vlla difficultate, immo cum magna facilitate respondeam. Ac primo illud quod tibi ipse contrarius eloquenter eloquentiam vituperare voluisti, tanq̃ esset veritatis inimica & patrona potius falsitatis, vt eo mõ me quasi eloquentem cauendum atq; fugiẽdum ostenderes imperitis, si reuera tanta esset eloquentia mea quantam mihi, q̃uis ac-
Supra l. 3. ca. 19. & 53. cusatorie tribuis, nonne recitato decreto cõcilij Bagaiensis, quo sicut ibi scriptum est, Maximinianum fidei æmulum, veritatis adulterum, ecclesiæ matris inimicũ, Dathan, Chore & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiæ fulmen excusit, laudare eloquentiam cogereris? Porro si mihi materies illa proponeretur quando possem dicere, licet viperei seminis noxios partus venenati vteri alueus diu texerit, & concepti sceleris vda coagula in aspidum membra tardo se calore vaporauerint, tũ conceptũ virus euanescentum vmbraculo occultari non potuit, tametsi sero publicum faciaus & parricidium suum, fœta scelerum vota pepererunt. Quoniam in hæc verba exquirenda coarctarer, quando in exprimenda prouoluerer, quando tanto impetu, tanto sonitu modo noxiorum lectoris vel auditoris animum concitarem? Num ideo hæc in quos dicta sunt minus veraciter dicta sunt? Num hac eloquentia tanti concilij fides minuitur vel labefactatur authoritas? Nempe illud quo visum est eloquentius eo potiusimum electum est, q̃ omnes esse suum vellẽt, quo vno trecentorum & decem oratacentia personarent. Ecce eloquentia quã vituperasti, quam velut seditiosam, & Graco etiam nomine malitiose artificiosam detestandam vitandamq; monuisti, tantum permulsit tot episcopos tuos, vt in plenario concilio suo nollet suam quisque proferre sententiam, sed vnam quæ ab vno dici diserti⁹ ornatiusq; potuit, eam cuncti facerent suam. Licet igitur nobis sine inuidia non vsquequaq; impolite contra errores hominum disputare, si licuit tot ac tantis episcopis vestris ipsos homines tam diserte ornateq; damnare.

Illud etiam quod studium pro veritate certandi, quia sæpe volumus cum vestris conferre, vt errore sublato, fraterna charitas pacis vinculo necteretur, contentionis & animositatis vitioso nomine reprehẽdis: nonne melius, obsecro te, causa veritatis & vnitatis pacificis verbis & capacioribus locis inter eos ageretur, q̃ in foro ab eis p aduocatos litigaret? Quid à partibus Primiani Carthaginẽsis episcopi vestri aduersus Maximinianum & aduersus eos qui cũ illo Bagaiensi concilio damnati sunt apud legatũ Carthaginis, vel apud quatuor vel amplius proconsules factũ est? certe in collatione disputationis, hoc cauendum est ne prorumpatur in litem, & caueri à modestis ac mitibus, & põt & solet. Cum vero aduocatis vtrinq; luctantibus in foro controuersię vertitur, iam proculdubio litigatur. Neque hoc in vestris reprehendo, si ad hoc non amore litigandi, sed consulendi necessitate compulsi sunt: veruntamen admoneo te bono ingenio præditum virum, vt aduertas, vt sentias, vt intelligas eos qui forensem strepitum & iudiciaria iurgia, quibus accusatos conuincerent & expellerent, quos in concilio iam damnauerant non declinauerunt, sed susceperunt & exercuerunt, multo nobiscum facilius pacifice conferre potuissent, nisi mallent causam malã cooperire excusatione, quàm disputatione finire.

Cap. 4. Iam vero q̃ antequam venias ad sermonem meum quo reprehendi Petilianum, à me interim quæris à quo te baptizari conueniat, vtrum ab eo potius quem & ego baptismum habere confirmo, an ab eo quem tuus hoc non hre contendit. Hæc etiã q̃stio per Maximinianj causam de vana imperitorum loquacitate sublata est, quantum quidem ad nos attinet. Nam apud Maximinianenses adhuc manet, vestri.n. damnato p p sacrilegium schismatis Maximiniano, q̃ diaconum suum Primianus damnauerat, & per quem conspirantibus aduersum se plurimis collegis damnatus fuerat, cõtinuo cũ eo duodecim ordinatores eiusdem Maximiniani eadẽ sententia dãnauerunt. Ex quibus duos Prætexatum Assuritanum & Feliciacũ eos in iudicio proconsulari accussassent, cum Bagaiensi concilio damnatos allegata per aduocatos eadem sententia demonstrassent, cũ iubente proconsule locis quos tenebant pellere conati minime valuissent, sic postea susceperunt, vt cum eis in honoribus eorum integris communicarent: & simul in pa ẽ repactis populis eorum ex his quos in schismate baptizauerẽt, nullum rebaptizarent. Extat decretũ Bagaiensis concilij apud proconsulẽ aduocatũ prosequente Nummasio, cũ ageret in Primiani communione Membresitana Ecclesia traderet expulso Saluio qui eã tenebat antiquitus, vbi epatum meruerat in parte Donati. Sed pellendus propterea petebatur, quia eũ dãnatũ Bagaiensi concilio recitabat inter duodecim Maximinianj ordinatores, quos idẽ Nummasius in numero errans vndecim dicit. Hanc Nummasij postulationem recitauit postea Ticianus expresim ac nominatim agẽs apud eundem proconsulem aduersus Prætexatum & Felicianum, cuius aduocati verba ista sunt. Sed suis, inquit, institutis iniquitas delectatur, & semetipsam non deserit, cum semel præcipitata corruerit. Idem nanque Maximinianus cœptam nutrit audaciam, & alios sibimet consociat ad furorem. Inter quos etiam Felicianus quidam qui primo recta sectatus, deprauationis huius attaminatione fuscatur in Mustiana positus ciuitate, deo omnipotenti parietes consecratos, Ecclesiam venerandam quasi quadam obsidione credidit retinendam. Hunc Pertexatus etiam in Assuritanis partibus imitatur. Sed cum æquitatis tuæ innotesceret potestati consortium sacerdotum, iussisti vt gesta testantur, explosoomni contradictionis affectu sacratissimis sacerdotibus à prophanis mentibus vindicatas oportere restitui. Deinde paulopost vt diem aduocatus ostendit, quid iussum sit recitat, Nummasij postulationem quàm supra memoraui, in qua proconsule Nummasio cum exisset lege episcopali iudicium illud Bagaiense recitatum est, in quo Maximinianus damnatur his uerbis, Maximinianum fidei æmulum, veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Chore & Abirõ ministrum, de pacis gremio sentẽtiæ fulmen excusit: & quòd adhuc eundẽ dehiscens terra non sorbuit, ad maius supplicium superis reseruauit. Raptus enim pœnam suam compendio lucrauerat funeris, vsuras nunc grauiores collegit fœnoris cum mortuus interes viuis. Deinde in illos duodecim ordinatores eius ita profertur Bagaitana sententia, Nec solum hunc, inquiunt, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum est, Venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, Contritio & calamitas in uijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Nollemus quidem tanquam è proprij corporis iunctura præcidi, & quoniã tabescentis vulneris putredo pestifera plus habet in abscisione solaminis quàm in remissione medicaminis, inuenta est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, vt compendioso dolore decidat vulnus. Famosi ergo criminis reos, Victorianum Carcabinensem, Marcianum Sullectinum, Beianum Beianensem, Saluium Auaphensem, Theodorum Vsulensem, Donatum Sabratensem, Migginum Belephantariensem, Prætexatum Assuritanum, Saluium Membresitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Mustitanum, & Marcialem Pertusensem, qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta fæculentia glutinarunt. Sed & clericos aliquando Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori interfunt illicito

Supra libro. 3. Cap. 19. Nu. 16.

Psal. 13.

illicito incestui lenocinium præbuerunt, dei præsidentis arbitrio vniuersalis cõcilij
D ore veridico dãnatos esse cognoscite. Post istorum damnationem in quibus leguntur Prætexatus Assuritanus & Felicianus Musticanus, cum quibus vt ante dixi, proconsulares aduersus eos impetratæ iusiones concordauerunt cæteris in eodem Maximiniani schismate cõstitutis, Primiani ẽt damnatoribus tñ quia non interfuerant Maximiniani ordinationi, dilationem dederunt in eodẽ Bagaiensi concilio certo diei termino definitam, q̃ continetur his verbis, Eos autem, inquiunt, quos sacrilegi furculi nõ polluere plantaria, hoc est, qui à Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Quantum enim de reorum morte purgamur, tanto de innocentiũ reditu gratulamur, ac ne angustum redeuntibus tempus spem salutis arctatæ diei prefsura subducat, agnoscentibus quibus licet longe manentibus statutis vniuersis vsque ad diem octauum calendarũ ianuarij proxime futurarum agnitionis pandimus ianuã, vt integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta, quàm si quisquã ingredi nequiuerit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes veniales aditus sua voluntate viam esse subductam. Manebit.n. circa eos dicta sententia, & post præstitutum diem redeuntibus fixa penitentia.

Cap. 5. Ex his igitur omnibus q̃n redijsse aliquos ad cõmunionem vestram nec uos negatis, & in tam recenti memoria adhuc ẽt viuentibus hominibus de quibus celeberriba & clara notitia est, cum & illi quibus dilatio data est, quandoquidẽ sicut uerba concilij eiusdem satis indicant, dum eos ad matrem Ecclesiam redire inuitant, & eorum tanquam de innocentum reditu gratulant, & illi quos cum Maximiniano nulla interposita dilatione damnauerunt, extra uestrã Ecclesiam toto illo tempore baptizauerũt, siue vsq; ad diem dilationis, q̃n cum Maximiniano communicabant, & in eius erant schismate constituti, siue ẽt transacto dilationis die, q̃n Titianus aduocatus nominatim Prætexatum & Felicianum pelli de Basilicis postulabat, cũ quibus in honore integro Primianus postea concordauit, q̃uo audetis iam dicere vnum baptisma, nisi in una Ecclesia dari non posse, cum ab istis datum in sacrilego schismate baptismum sine vlla controuersia cognoueritis, susceperitis, rescindere non ausi fueritis? Nec iam potestis F dicere nihil vos præstitisse illis quos in eodem baptismo suscepistis. Si ergo quæram quid præstiteritis, proculdubio respondebitis ne ipso sacrilegio schismatis perirent, ne baptismum Christi non ad præmiũ sed ad iudicium, nõ ad salutem sed ad pernicié, sicut est militiæ character in desertoribus haberent: præstitimus pacem, præstitimus vnitatem, præstitimus Ecclesiæ societatem, vt eum per quẽ charitas diffunditur in cor Rom. dibus nostris, spiritum sanctũ accipere mererentur, sine quo nemo peruenit ad regnũ cœlorum, etiam si sacramentis omnibus legitimis imbuatur. Hęc responderetis veraciter si ueram Ecclesiam teneretis. Verumtamen ad admonitionẽ vestram sufficit, vt hoc vos accepturos intelligatis in vera Ecclesia, quod eos quos in Maximiniani sacrilego baptismate baptizarunt qui cum eis ad vos inde redierunt, in vestra communione accepisse credidistis, atque ita vos etiam accepto baptismo Christi esse puniendos, si vnitatem catholicæ Ecclesiæ non tenueritis, sicut in Maximiniani schismate baptizatos proculdubio puniendos non dubitaretis, si vestræ communioni non copularent, in quibus ad uos inde venientibus non rescindendum baptismum iudicastis. Videsne itaque etiam hoc quod te mouebat de baptismi sacramento in causa Maximinianensium iam solutum.

Iam nunc illa videamus quibus epistolam meam te resellere credidisti. Ac primũ q̃ interrogas, quare uestros Donatistas appellem, adiungens q̃ Donatus non author & institutor Ecclesiæ quæ ante non fuerat, sed à Christo deductæ, & antiquę unus ex Episcopis fuerit: nonne attendis hoc de seipso & Maximinianum dicere, ex cuius tñ nomine vniuersam eius communionem appellatis? Neque schisma quod fecit, vllo vocabulo à vobis vel ab alijs sectis discernitis, nisi aut Maximinianenses aut quodlibet aliud quod à Maximiniani nomine deriuetur, aut certe simplicius & sine timore grammaticarum ferularum partem Maximiniani nominetis, nunquid hoc dicturus es Maximinianum à uestra communione schisma fecisse, hoc autem à communione catholica non fecisse Donatum? Sed Maximinianus non hoc dicit, qui Primianum potius & uos omnes affirmat a parte Donati, in qua

in qua ipse permansit schisma fecisse, & recitat decreta conciliorum. Primũ q̃d apud Carthaginẽ a quadraginta & tribus factũ
H est, quo prędam nactus est Primianus. Alterum quod Cabarsussi centũ vel amplius uestri tunc Epi concluserunt, quo perfecte pleniusq; damnatus est. Cui talia documẽta proferenti, quid respondebis, nisi maioris authoritatis esse Bagaiense concilium, in quo 310. eundem Maximinianũ & eius socios damnauerunt, quãdo Primianus nõ apud eos tanquam purgandus dicebat causam, sed cum eis tanquam iudex innocentissimus considerabat, proferebat sententiã cõtra Maximinianum & duodecim socios eius, quibus pręsentibus ordinatus est, & data dilatione tanquã innocẽtes ad pacem propriam reuocabat tot cæteros a quibus ipse damnatus est. In hac uestra conflictione quid vultis vt vos medij iudicemus, quã doquidem nec Maximiniani, nec uestra cõ
Cap. 7. munione detinemur?

Quid, inquam, hinc vultis iudices, nisi contra duo concilia quibus damnatus est Primianus, vnum Bagaiense posterius pro illo valere debere quo damnatus est Maximinianus, eo videlicet firmius id esse arbitrantes, quo posterius potuit de prioribus iudicare. Ecce in hoc fauemus uobis, Alie
I na nobis est cum Maximinianensibus causa, si ausi fuerint succensere. Fauemus, inquam, iudicio tertio Bagaiensi, factum est pro Primiano contra Maximinianũ eiusq; collegas, quo posteriore merito potuerunt priora deleri, quãquam a duobus prioribus iudicijs ad tertium nullam Primiani vocẽ ꝓuocationis vel legimus, vel audimus, nisi ꝙ absens primo prędamnatus secundoq́ue damnatus est. Sed etiam in Maximinianũ & socios eius absentes prolata est differtissima illa Bagaitana sentẽtia: & hoc illi quadraginta & tres apud Carthaginem modestius, cautius, diligentiusq; se gessisse testamel, sed iterum ac tertio legatos miserunt, vt si ad eos ipse venire nollet, ipsos ad se venire permitteret. Quo vtrunque recusante, sicut scribunt, & eos qui missi sunt, iniuriosa repulsione tractante necessitatem incubuisse asserunt, vt iam Ecclesiæ prouiderent: & sic nondum audentes vltimum præcipitare iudicium, sed quodam prædicio consulentes ei, vt si causæ fideret, sequẽti celebriori concilio respondendi locq; pargandi relinqueretur locus. Quo cũ venire noluisset, iam necessario putauerunt esse damnandum sine vlla suspensione sententiæ. At vero in decreto Bagaiensis concilij, non solum legatos vllos a Maximiniano male tractatos non legimus, sed nec missos legimus vt veniret, videmus tamen leuatũ altare contra altare, & ordinatum Epm cõtra eum Episcopũ, qui in cathedra vbi fuerat ordinatus ita sedebat, vt cõuentu sui populi nõ desereretur, nec a cæteris pluribus Episcopis cõmunio eius dirimeretur, tantã commouisse indignationẽ sacrilego schismate perpetrato, vt nec ipsius Maximiniani, nec ordinatorum eius iam esset vlterius differenda damnatio. Hæc cum ita sint: nõ vos tamen pro Cęciliano talia permouẽt, contra quem manentem & populo prędentem, erecto altari contra altare ordinatus est Maiorinus. Contra quem nõ a vobis duo, sicut contra Primianum a Maximinianensibus, sed vnum profertur iudiciũ horrendæ temeritatis festinatione acceleratum. Qui non sicut Primianus noluit ad se venire collegas, sed inuitauit potius vt venirent, ꝙ nec ipsi in sui concilij decreto quod contra eum condiderũt, tacere potuerunt, pro quo non vnum, sicut pro Primiano, sed quatuor posteriora iudicia recitantur. Eius non absentes, sicut Primiani, L sed prędentes sunt aduersarij cõfutati, apud eos iudices, in quos iudicaturos consenserunt apud ipsum ẽt Imperatorem Cõstantinum, apud quem primum Cæcilianũ accusauerũt, apud quem postea de iudicibus Episcopis a quibus ille ipsam cãm voluit audiri, tanquam non recte iudicantibus q̃sti sunt, ad quẽ rursus alterum Episcopale iudicium pronouacuerũt, vt ipse etiam post vnum & alterum Episcopale iudicium inter partes cognoscente superaretur, quorũ non defuit etiam quarta coniunctio. Nam cum in Cæciliano proprijs criminibus calũniatores inuenti fuissent, & ei Aprugnenses ordinatores eius de traditione q̃stionẽ intulissent, Felix etiã ipse purgatus est ꝓconsulari iudicio, eodem ipso Cõstantino, vt causa eius discuteretur iubente, quẽ illi assiduis interpellationibus fatigabãt. Hæc Maximinianenses aduersus Primianũ non exercuerunt mala, nec toties victi sunt, nec præsente victi sunt, nec apud eos quos ipsi elegerunt iudices victi sunt: & tamen quod manifestum est ipsa vestra communione

schisma facerunt,& hoc vestros à catholica communione feciſſe non vultis aduertere, qua impudentia vaniſsimæ animoſitatis
M prorſus ignoro. Si.n.omnia quæ dicitis de Cæciliano & Felice ordinatore eius ideo vera eſſe vultis, qa septuaginta fermè Epi de hac re iudicauerunt,cur non vultis vera eſſe quæ dicuntur de Primiano, cum & inde primoquadraginta tres, poſtea centum Epi iudicauerint, & prius priudicium poſteriori iudicio confirmauerint, Si autem propter illa crimina Primiani falſa eſſe cẽſetis, quia pro illo poſterius contra inimicos eius Bagaiense concilium recitatur cur non vultis crimina quæ obiecta ſunt Cæciliano falſiſsima confiteri, pro quo poſteriora tot iudicia recitantur? Si Cæcilianus cõtra quẽ ſemel fuerat ab illis ſeptuaginta iudicatum, non debuit iam locum purgationis ab alijs iudicibus inuenire, nec Primianus, debuit,quem tanto plures tam quam ſeptuaginta prima confirmantes ſecunda cognitione damnauerant. Si autem bis damnato,tertium quod iam pro illo factum eſt iudicium ſufficientiſsime ſuffragatur:cur ſemel damnato non ſufficere ad abſolutionem ſecundum, tertium, quartum, quintumq; iudicium,neſcio qua fronte ferrea contenditis? Quod ſi vos forte numerus mouet, vt ideo contra centum à quibus damnatus eſt Primianus valere arbitremini Bagaiense concilium,quia in eo trecẽti & decem fuerunt, cur in maiori numero
A Epiſcoporum orbi terrarum conſentire nõ vultis?

Peccatũ in ſpiritum ſanctum. Cap. 8. Mat. 12ũ

Quod autem obijcis Cæciliano peccatum illud inexpiabile in ſpiritum ſanctum, de quo dñs ait: Non remittetur neque hic neq; in futuro ſæculo: & nos poſſemus dicere Feliciano Muſticano, quem hodie cum Primiano habetis Epm vnum ex ordinatoribus Maximiniani,damnatoribusq; ipſius Primiani,quos etiam in ſacrilego ſchiſmate baptizatos non rebaptizatis, peccatum uos obieciſſe quod ſit in ſpiritum ſanctum, cui ſacrilegum ſchiſma objicitis,ſicut in bagaiẽ ſis concilij ſententia declamatum eſt. Sicut enim eos ideo putatis illo irremiſsibili reatu peccaſſe in ſpiritum ſanctum quos accuſatis diuinas ſcripturas exurendas perſecutoribus tradidiſſe quòd eaſdem ſcripturas ſpiritu ſancto acti locuti ſunt homines dei:
2.Pet.1. ita etiam nos non ſolum veſtris potius traditoribus quos geſta conuincunt:hoc enim poſſemus obijcere,& Feliciano,vt dixi,hoc vos obiecciſſe in crimine ſacrilegi ſchiſmatis docemus,quia in ſpiritu ſancto ſeruatur vnitas dilectionis & pacis, dicente Apoſtolo:Suſtinentes inuicem in dilectione, ſtudẽtes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Quam profecto violat qui ſchiſma cõmittit. Sed hunc reatum inſolubilis æternique peccati quod in ſpiritum ſanctum cõmittitur nec vobis obijcimus quos correctos cum viuitis ſanari poſſe non deſperamus,nec veſtris qui ſanctos codices cremãdos ignibus tradiderunt,niſi qm vſq; in finẽ vitæ huius ab vnitate diſiuncti, cor impœnitens habuerunt. Nec Feliciano & Prætexato hoc vos obieciſſe oſtenditis, cum quibus poſtea communicaſtis, qui in catena ſacrilegij cum Maximiniano ad conſortium criminis tracti, plenarij concilij veſtri ore veridico leguntur eſſe damnati: & poſt diẽ dilationis non quidem illis iam damnatis, ſed illis tanquam innocentibus prærogatiũ probantur eſſe ſuſcepti.

Quod autem non tibi placet deriuatio Cõ nominis, vt a Donato Donatiſtæ appellẽtur, & cenſes Latinæ regula locutionis potius declinandum, non aſpernor admonitionem tuam, veruntamen quære grammaticos iudices,apud quos cum Maximinianẽſibus de arte confligas, eosq; conuincas,iã enim nec ipſos volo Maximinianiſtas voca re,ne offendam eam eruditas aures tuas, & certe,quantum exiſtimo, non vt ego tibi facile ceſſuri,vt Claudianẽſes,vel quid aliud appellẽt quos Claudianiſtas appellauerũt, cum eos Primiano in cõmunionẽ recepto, inter alia quibus eum & prædamnauerunt & damnauerant crimina poſuerunt. Et ſimul recognoſce hanc declinationis regulam, non mihi ſoli ſicut reprehendis placuiſſe: ſed fortaſſe me ſolum tibi in hac re quæ ad cauſam non pertinet, tanta felicitate ceſsiſſe.

Quod vero me putaſti vehementius arguendum, quòd cum dixerim, Donatiſtarum hæreticorum ſacrilegum errorem, hæreſim appellans, quod tu ſchiſma potius vis putari: eos tamen a ſacrilegio non expiatos in communionem recipiamus, tu qui nos in hac cauſa tam grauiter arguis, reſponde quomodo expiauerunt veſtri ſacrilegium Feliciani & Prætexati, cum quibus poſtea communicauerunt Epiſcopi, eos ſibi ſicut ante fuerant copulantes atque

æque reddetes,nec quenquam eorum quos illi in ſacrilego ſchiſmatis baptizauerant denuo baptizantes. An forte non erant ſacrilegio maculati, ſicut quidam veſtrum
D deſipiunt dicentes, non eos in deum ſed in hominẽ peccauiſſe? Sacrilegium vero tanto eſt grauius peccatum, quanto cõmitti non põt niſi in deum: vnde me diſputatione tua non ob aliud vrgendum arbitratus es,q̃ ſic ſuſcipiamus eos, qui à vobis ad nos tranſeunt,niſi quia veſtrum dixi ſacrilegum errorem Lege ergo Bagaienſe concilium. Nẽ pe iſta illic prima verba ſunt: Cum omnipotentis dei & Chriſti eius Saluatoris noſtri voluntate ex vniuerſis prouincijs Africæ venientes in Eccleſia ſancta Bagaiẽſi concilium gereremus, Gamalius, Primianus,Pontius,Secundianus, Ianuarius,Saturninus,Felix,Pegaſius, Rufinus,Fortuinus, Criſpinus,Florentinus,Optatus, Donatus, Donatianus,& cæteri numero.310.placuit ſpiritui ſancto qui in nobis eſt,pacem firmare perpetuam, & ſchiſmata reſecare ſacrilega. Audis,aduertis,attendis? Schiſmata,inquiunt,reſecare ſacrilega. Ergo non in hominem, ſed in deum ſcelerata peruerſitate in eo ſchiſmate ſolus Maximinianus ſacrilegij crimine tenebatur, cũ iſta ſententia direret. Lege paulopoſt quid dicant de ſocijs eius,inter quos iſtorum nomina de qbus agit ſcripta ſunt. Nec ſolũ hũc,inquiũt,ſceleris ſui mors iuſta cõdemnat, trahit etiam
E ad conſortium criminis plurimos catena
Ca. 11. ſacrilegij.

Supra l. 3.ca 53.

Quid eſt vir diſertiſsime? q̃d habes q̃d dicas mihi? Lege ſequentia,video inter plurimos quos trahit ad conſortiũ criminis catena illius ſacrilegij,Prætexatum & Feliciaũ legatos ſacrilegos video Epos. Quid agis ſi non probaueris expiatos? Nempe vrgeris cedere veritati, qua dicimus expiari veſtros cum ad nos veniunt, ipſo vinculo fraternæ pacis & charitatis cooperiri peccata eorum,ſicut ſcriptum eſt, Charitas cooperit multitudinem peccatorũ. Quid de illis quos à veſtra cõmunione ſeparati, & cũ Maximiniano in ſacrilegæ illius catenæ ſocietate deuincti baptizauerãt,quos cũ eis in eodem baptiſmo in pacem atq; concordiã ſuſcepiſtis? Reſpondebisne aliquid niſi eadem ſacramẽta recte vos approbaſſe in eis, quæ nos quoq; approbamus in vobis? Magis.n.tibi conſtabis ſi iſta reſponderis, & verbis epiſtolæ tuæ nõ reluctaberis. In qua cum conareris oſtendere, non hæreſim inter nos & vos, ſed ſchiſma potius commiſſum eſſe, ipſe dixiſti nobis & veſtris vnam eſſe religionem,eadem ſacramenta,nihil in F
Chriſtiana obſeruatione diuerſum. Neque enim grauius quàm his verbis repetitionẽ baptiſmatis accuſare potuiſti, quando ſeducti a nobis rabaptizantur à veſtris, in quibus eadem ſacramenta eſſe & ſentis & dicis & ſcribis. Qua igitur ſceleris impudentia non ſeruatur in eis quos in ſancta vnitate baptizat orbis Chriſtianus,quod ſeruatum eſt in eis quos in ſacrilego ſchiſmate baptizarunt Prætexatus & Felicianus? Cauſam itaque noſtam quam vobiſcum habemus, veſtro iam iudicio terminaſtis cum eos qui à vobis damnatione percuſsi ſunt,qui populos ne ad vos accederent inſtantiſsime monuerunt: qui poſt etiam baptizandum eſſe cenſuerunt,cum eis quos extra veſtram cõmunionem in ſacrilegio ſchiſmatis conſtituti baptizauerunt,ſine vlla degradatione, ſine baptiſmi iteratione in altaris concordiam ſuſcepiſtis, & nulla re ab illo ſcelere ſacrilegij, niſi facto igne charitatis expiatos eſſe credidiſtis. Quod vere fieret,ſi vos eandem charitatem in vera vnitate fidei Ca. 12.
teneretis.

Sed tamen videamus etiam de vobis epiſtolæ Petiliani,quam contra me defendere voluiſti, quomodo te exuas in hac cauſa Maximinianenſium, de qua nunc ſola ſtatui agere aduerſum literas tuas. Poſuit certe ille iſta verba ſua,Conſcientia,ait,ſanctedantis attenditur, quæ abluat accipientis. G
Cui ego,Quid ſi inquam,lateat dantis cõ- Contra
ſcientia,& forte maculoſa ſit, quomodo po- Petiliaterit accipientis abluere conſcientiam? Hãc num.
tu ineuitabilem quæſtionem, quia in ver- li.1.c.1.
bis Petiliani omnino non ſoluitur,tuis ſoluere aggreſſus es,& dixiſti,non contra me, ſed contra illum quem defendere voluiſti. Ille quippe ait,Conſcientia dantis attenditur,quæ abluat accipientis:tu vero falſus,cuius latentem conſcientiam videre non poſſe dicis, ſic eam dixiſti attendi vt non videatur ipſa,ſed quod de illa notum ſit in publica fama. Vnde colligitur uerum iam non eſſe, quòd conſcientia dantis abluat accipientis conſcientiam, ſed fama eius abluit ſecundum te, quæ vtique fallit intuentem cum de peſsimo loquitur bona, de adultero caſta, de ſacrilego religioſo. Tunc enim abluit quando mentitur. Nam ſi de occulto

culto scelerato fama verum loquatur,tunc non abluit, sed maculat eum, qui ab illo acceperit baptismum. Ac per hoc fama ista quam patronam tam malæ causæ adhibere voluisti, vide qualis sit,quæ men-
H dax abluit & verax polluit,vt.s.mirifica tua disputatione, unc apud te non sit aqua mẽdax,quando ipsa sit mendax.

Cap.13. Sed quid hinc opus est diutius loqui, cũ Felicianus hodie sedeat inter Episcopos vestros,qui cum ab eis disiunctus esset,& Maximiniano in catena sacrilegij cohæreret, quoscunque baptizauit nemo post eum rebaptizauit? Quæro a Petiliano cuiusmodi habuerit,tunc ille conscientiã? Ei lego decretum Bagaiensis concilij vbi scriptũ est. Nec solum hunc scelerisq; sui mors iusta cõdemnat,trahit ẽt ad consortiũ criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum
Psal.23. est, Venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Inter hos plurimos etiam Felicianus annumeratur,qui talibus labijs & tali ore baptizauit. Horum aliquem non respuistis,non rescidistis,non destruxistis.
Matt.28. Et quia verbis euangelicis, In nomine Patris & Filij & Spũsancti per qualemlibet linguam atque conscientiam consecrata est aqua,non mendacem,sed veracem agnouistis atq; recepistis. A te autẽ quæso de isto Feliciano,cuius tam mala cum in catena sacrilegij baptizaret, fuerat conscientia, quid erat tunc in publica fama? A tq; ipsum concilium idẽtidem recitato,vbi scriptum est,
I Famosi ergo criminis reos Victorianum Carbabianensem,& inter cæteros quos repetere piget, Prętexatum Assuritanum, & Felicianum Musticanum, qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta fæculẽtia glutinarũt: paulopost plenarij cõcilij ore veridico damnatos esse cognoscite.

Cap.14. Quid ad ista respondes,Si non baptizat a vestra communione separatus, lego baptizasse cum Maximiniano ad consortium criminis tractos. Si nõ baptizat qui peccat in Deum, lego baptizasse catena sacrilegij colligatos. Si conscientia sancte dãtis attenditur,quæ abluat accipiẽtis:lego baptizasse morsibus aspidum venenosos. Si conscientia dantis vt posset abluere publica fama eius attenditur:lego baptizasse famosi criminis reos. Manet adhuc in corpore Felicianus, cum illo sunt oẽs ab illo in sacrilegio schismatis baptizati, in communionem autem vestrã recepti,nec ab vllo rebaptizati. Contra Petilianũ baptizauit sacrilega conscientia maculosus, contra te baptizauit famosi criminis reus. Qua ratione vos quæso defenditis,nisi vt qđ & nos dicimus, vestris K
factis conuicti aliquãdo dicatis, q̃ nec cõscientia, nec fama dantis abluat accipientis conscientiam, sed fides accipientis ipsius, dantis autem Dei gra non hominis? Quod &,si conscientiæ bonæ interrogatio in accipiente non fuerit, fidesq; ipsa vel tota, vel ex parte aliqua vacillauerit, mores hominum esse corrigendos,non sacramenta destruenda, quæ non alia vel similia, sed tu omnino eadem confiteris, sicut eorũ quos Felicianus & Prætexatus in sacrilego schismate baptizauerunt,vitam & voluntatem corrigendam existimastis, ne in illo schismate sacrilego permanerent, nec violandũ baptismum licet indignissimis per indignissimos ministratum.

Frustra igitur ore maledico conscientiã nostram tanquã publicatam atq; damnatã crimine thurificationis,traditionis,persecutionis accusare voluisti,vt ex hoc velut Parabares nos baptismum dare non posse, cum & falsa iactetis:& quomodocunque se illud habeat,certe Maximinianensium sacrilegij crimine damnata conscientia dare potuit baptismum quem rescindere timuistis, & quem dari etiã a persecutoribus posse pervos quoq; ipsos docetur,qui eosdem Maximinianenses acerrime persecutos, non solum baptizatis, sed vos solos baptizare debere contenditis. Dicis in lege scriptum, Pa
Oleum peccatoris nolo vngat caput meũ. Quod neque ita scriptũ est,nec sicut putas intelligendum: sed nunquid non est oleum peccatoris oleum sacrilegorum Prætexati & Feliciani? Dicis item scriptum esse: Qui Ex
baptizatur a mortuo, quid ei prodest lauatio eius? Quod nec diligenter attendis,nec ex ipsa circunstantia lectionis quid sit intelligis. Veruntamen intende quid sonet diser
tissima illa Bagaitana sentẽtia. Optata quidem, inquit, pacis & concordiæ est iuncta germanitas, sicut scriptum est, Iustitia & Pa
pax osculatæ sunt inuicem: sed veridica vnda in asperos scopulos nonnullorũ naufraga proiecta sunt membra, Aegyptiorũ ad modum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora. Quibus in ipsa mor
te maior est pœna, quòd post exortam Ex
aquis vltricibus animam, nec ipsam inue-
niunt sepulturam. Isti ergo non solũ mortui,verumetiam qđ est grauius,insepulti, quomodo baptizare potuerunt? quomodo profuit lauatio eis,qui ab his mortui baptizati sunt,quos in eodem lauacro susceptos denuo non lauistis, sicut putas intelligen-
M dum esse?

Acriter inuehit in Donz tianos in Maximiniasta rum.
Nam q̃ in Epistola mea, cui respõdere tibi videris,putas q̃ idoli cultorem tanquã grauissimi peccati reum tantummodo exceperim: & instas vehementer, vt probes eũ nullum excipi peccatorem in eo,q̃ scriptũ esse dicit:Oleum peccatoris nolo vngat caput meum:Felicianum & Prætexatum re-
Cap.16. Pſ.140. spice,vtrum peccatores non fuerunt, quando sacrilegij catena cũ Maximiniano per trahi tam magno concilio dicebanẽ. Audeasserere, aude contẽdere, aude saltem dicere peccatores quidem fuisse, sed occultos: quos ibi lego famosi criminis reos, quanq̃ etsi leuiter peccauissent, & si latuissent, tu hoc testimonio quod ponis de oleo peccatoris, in ista suggestione extorquere conaris excipi peccatorem. Vbi eritis si ita est, quo fugietis, in quibus vos latebris cum vestris sacrilegis,cum vestris famosi criminis reis, cum vestris cadaueribus insepultis abscondere poteritis? Dicis cum obijcitur, qua nobis licentia ius baptismi vẽdicemus, sed quod cuicunq; licere dicamus, & quasi præiudicatis criminibus rei,dum & peccatoribus inesse baptizandi facultatem volu
A mus ostẽdere, nos apte peccasse fateamur, quasi propter merita nostra cõtra Deum nobis loquendum sit, vt q̃ iusti sumus tam iustum baptismum esse faciamus,cũ & nulli hominum de sua iustitia præsumendum sit:& hinc maxime baptismum Christi p
bemus esse,non hominum,quia non sit varius humanorum varietate meritorũ, Vnde vberius disputarẽ nisi a vobis dato compendio magis vterer. Susceptο.n.baptismo neque destructo quem Maximinianenses dederunt,aspides,viperæ,parricidæ, cadaue
ra Aegyptia, & quicquid aliud in eos Bagaiensis concilij, vt vestra causa facillima fieret,ore grandiloquo declamatum est,sa-
tis & ipsi iudicastis, non eorum meritis a quibus ministratur, nec eorum quibus ministratur constare baptismum, sed propria sanctitate atque veritate ꝓpter eum a quo institutus est, male vtẽtibus ad perniciem, Cap.17.
bene vtentibus ad salutem.

Miror autem quo etiam tibi persuaderi potuit, vt in tua disputatione mentionem faceres Cypriani, cuius literis etiam ip sis quas eius esse dicit de baptismo destruẽ do, qui apud hęreticos vel schismaticos dat ur, tota causa vestra subuertit. Sed hoc ad uer
sus Maximinianenses, vel alios qui Baptis- B
mum siue apud nos, siue apud vos datum non suscipiunt,agere debemus:vos aũt iam causam istam mira facilitate finistis, iam baptismum in sacrilego schismate Maximiniani datum Prætexato & Feliciano in eorum populis susceptis,iam cõtra Cypriani quas dicitis literas, & quibuscunq; alijs hoc visum est,sine vlla dubitatione feci stis. Nam quod dicis Orientales ideo vestrorũ communione discretos, quia postea nobis consentiendo, iudicium suum quod habebant de baptismo rescindere maluerunt,Si hoc ab aliquibus paucis Oriẽtalibus factũ est,quod quidem interest vtrũ possit ostendi,profecto suum iudicium correxerunt & vos susceptο baptismo,q̃ datus est in schismate Maximiniani antequam vestram sententiam rescidistis: tamen vobiscum estis, & cum Orientalibus esse non vultis.

Sed videlicet inuenisse tibi videris vbi Cap.18
tuam eloquentiam dilatares,cum ad id qđ ego in Epistola mea posui,Siue a fideli,siue a perfido dispensatore sacramentum baptismi quisq; percipiat,spes ei omnis in Christo sit,exclamas & dicis, O præclarum sacerdotis imperium, ò laudabilia boni patris præcepta iustitiæ, Nihil,inquit, inter C
fidelem perfidumq; discernas,idẽ tibi pius atque impius videatur. Nihil prodest bonis moribus viuere,quia quicquid iusto licet,potest & iniustus implere. Quid hoc præcepto dici iniquius potest? purificet alium maculosus,abluat sordidus,emundet immundus, det infidelis fidem,criminosus faciat innocentem. Hæc certe verba tua sunt quibus sententiam meam reprehẽdis, cum hoc ego omnino non senserim neque scripserim,quoniam & inter fidelem perfidumq; plurimum distat, non ad sacramentum,si hoc vterque habet,sed ad meritum, quia hoc alter ad salutem habet, alter ad pœnam. Nec quicquid iusto licet,potest & iniustus implere: quia & si potest iniustus baptizare,non tamen potest in regnum cœlorum iniustus intrare. Nec purificat vel abluit, vel emundat, nec innocentem facit quenquam qui ei ministrat baptismum, sed dantis Dei gratia, & percipientis bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõscientia. Sed tu aspice vtrum nihil inter Primianum Felicianumq; distaret,cũ Primianus inter trecentos decem sederet, a quibus illi dicebatur, quòd venenum aspidum esset sub labijs eius, & veloces haberet pedes ad effundendum sanguinem, & D contribulatio & infœlicitas in vijs eius,& viam pacis nõ cognosceret, nec esset timor Dei ante oculos eius, vtrum tunc non esset maculosus,immũdus,sordidus, qui vas sordidum collecta fœculentia glutinauit, non infidelis, venenum aspidum sub labijs habens,non criminosus,famosi criminis reus: & tamen & ipse cum Primiano nunc vester Episcopus sedet:quos tunc baptizauit, nusquam postea lotos vobiscũ nũc habet.

Cap. 19. Et adhuc pugnatis aduersus veritatem, nec conceditis vt Christus semper det fidẽ,Christus sit origo Christiani, in Christo radicem Christianus figat, Christus Christiani sit caput. Quibus verbis meis in illa Epistola contra Petilianum positis, tua verba subiungis,& dicis, Hoc & nos suademus, hoc volumus, sed quærimus per quem hoc melius fiat. Nec attendis hoc non suadere Petilianum, cui tunc respondi,& cuius Epistolam aduersus responsionem meam defendere atque affirmare conaris. Ille quippe dixit aperte. Conscientia sancte dantis attenditur, quę abluat accipientis. Nam qui fidem a perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. Dic mihi quem locum Christo reliquerit ad abluendum conscientiam baptizati, aut a quo fidem percipiat baptizatus, quando conscientiam dantis dicis attendi quæ abluat, & non fidem percipere, sed reatum qui fidem sumit a perfido? Tu quidem succumbere videris tanto ponderi veritatis: & dicis hoc te suadere, & hoc te velle vt Christus det fidem, atque ineundam vitam nouam Christus abluat christianum, quæris autem, per quem melius fiat quod sine ministro fieri non oportet. Petilianus tamen non dixit,cõscientia ministrantis attenditur, per quam Christus abluat accipientis, aut per quam Christus det fidem, sed ipsa conscientia dantis, inquit,accipientis abluit conscientiam. Nec dixit, quisquis fidem per Christum sumpserit,non fidem percipit,sed reatum, vt a Christo quamuis per alium sumere videretur: sed omnino dixit,a perfido sumpserit. Atque ad hoc quasi probaret adiunxit,Omnis enim res origine & radice consistit: & si caput non habeat aliquid, nihil est: ipsum scilicet ministrum, cuius conscientiam dixit attendi:nõ per quam Christus abluat, sed quæ abluat accipientis, ipsum prorsus ministrum originem, radicẽ caputq; faciens baptizati.

Proinde hoc loco,non Petiliano, cuius verba non defendisti, sed tibi respondeo, qui pro tua sententia nescio quid aliud,nõ quod ille dixisti. Tu enim sicut scribis, hoc vis,hoc suades, vt non sicut dixit,conscientia sancte dantis attendatur, quæ abluat accipientem, vel accipienti det fidem, neque vt ipse sit origo & radix caputque credentis, sed per ipsum Christus abluat, per ipsum Christus det fidem, per ipsum Christus sit origo christiani, per ipsum in Christo radicem christianus figat, per ipsum Christus christiani sit caput. Ideo enim quæris, per quem melius fiat quod a Christo fieri concedis, vbi & tu quantum video, non negas hoc fieri posse per ministrum malum, sed dicis melius posse si per bonum. Quid est enim aliud quod dicis, hoc & nos suademus, hoc volumus, sed quærimus per quem melius fiat. Ac per hoc abluit Christus, & per maculosam nõ sancte dantis, sed melius per mundam sancte dantis conscientiã: dat fidem Christus, & per ministrum malum, sed melius per bonum: fit Christus origo christiani, & per dispensatorem infidelem, sed melius per fidelem: Christianus radicem in Christo figit per colonum reprobum, sed melius per probum: potest Christus esse caput christiani, & per Felicianum, sed melius existimas per Primianum. Parua itaque inter nos in hac re, aut fortasse nulla dissensio est. Nam & ego dico,melius per bonum ministrum q̃ per malum dispensari sacramenta diuina, verũ hoc propter ipsum ministrũ melius est,vt eis rebus quas ministrat,vita & mnribus congruat,nõ propter illum qui ẽt si incurrerit in ministrũ malũ dispensantem veritatem, securitatẽ accipit a Dño suo monente ac dicẽte, Quæ dicũt facite,quæ autem faciunt,facere nolite: dicunt.n.& non faciunt. Addo etiam ad hoc esse melius,vt ille cui ministratur,ministri boni probitatem ac sanctitatem diligendo facilius imitetur,sed nõ ideo veriora & sanctiora sunt, quæ ministrantur, quia p̃ meliorem ministrant. Illa nãq; per seipsa ve-

ra & sancta sunt propter deum verum & sanctum cuius sunt, & ideo fiert potest,vt accedens ad societatem populi dei, alium inueniat à quo facile baptizetur,alium eligat quem salubriter imitetur. Certus est enim sanctum esse sacramentum Christi, etiam si per minus sanctum vel non sanctum hominem ministratum est, se autem eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puniri si indigne acceperit,si male vsus fuerit,si ei non conuenienter & congrue vixerit.

H Nam quæro abs te, Si forte quem Cap.21. Primianus in vestra communione baptizauit pessime viuat,quem vero Felicianus in Maximiniani schismate baptizauit, optime viuat, cuinam eorum patere existimas regnũ dei,vtrum ei quem baptizauit secundum te bonus malum, an ei qui baptizauit secundum Bagaiense concilium sacrilegus religiosum? Sed forte dicis & verum dicis. Non potest esse religiosus in schismate constitutus. Assentio. veruntamen potest esse in uestra communione sacrilegus vel occultus à Primiano quẽ religiosum creditis baptizatus. Porrò si ille quem Felicianus in catena sacrilegij baptizauit, relicto schismatis sacrilegio ecclesiastica communione corrigeretur, nunquid audes dicere q̃ melior in illo baptismus fieret, quanuis negare nõ audeas ipsum hominem fieri potuisse melio rem? Hoc enim & in ipso facto iudicastis, quandoquidem illos omnes quos Felicianus & Prætexatus in damnato & detestato à uobis schismatis sacrilegio baptizauerũt, cum illis ad vos redeuntibus sine vlla destructione vel repetitione baptismi susceptis. Si autem quod dixisti, sed quærimus per quem melius fiat,comparationum gradum pro positiuo posuisti,sic dicens,Quærimus per quem melius fiat: ac si diceres, quærimus per quem bene fiat, volens intelligi per malum ministrum male fieri,nõ te uerbo vrgeo, sed admoneo potius te dicere debuisse, quærimus per quem fiat: quàm quærimus per quem bene fiat: quasi posset fieri vt non bene Christus det fidem,non bene fit Christus origo caputque Christiani, non bene radix figatur in Christo: aut enim non fit,aut si fit, proculdubio bene fit. Veruntamen ista tractamus, ne propter dispensatores non tamen suorum, sed dominicorum sacramentorum, quos necesse est vsque ad tempus ventilationis areæ dominicæ commisceri, deseratur ipsa vnitas frumẽtorum. Schisma autẽ facere ab vnitate Christi, aut in schismate esse profecto malum est, & magnum malũ, nec omnino fieri potest vt Christus det schismatico, non fidem, sed sacrilegum errorem, aut in Christo radicem schismaticus fixerit, aut schismatico Christus sit origo & caput: & tamen baptismum Christi si dederit,datum erit: si acceperit, acceptum erit,non ad vitam æternã, sed ad pœnam æternam,si in eo sacrilegio perseuerauerit, non in malum conuertendo bonum quod habet, sed malo suo bonum habendo quandiu malus habet. K

Quæris forte ut hoc probẽ. Quid aliud Cap. 22. tibi dicam, nisi quod opere institui. Bagaiense decretum lege, Felicianum & Prætexatum intuere schismatici dederunt, vtriq; à vobis recepti & collecti sunt, nec illi degradati,nec illi rebaptizati. Iam certe non quæris vtrum fiat melius per iustum ministrum an per iniustum, quoniã non ideo est baptismus melior quem dedit Primianus secundum vos iustus, quàm ille quem dedit Felicianus iniustus. Certe iam intelligere cogeris quomodo Apostolus dixe- 1. Cor.3 rit, Neque qui plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Teque fustra dixisse recolis, sicut qui plantat & rigat,non nisi colonus diligens & fidelis quæritur,sic etiam in sacramento baptismatis non nisi iustissimus operarius approbatur. Ecce nec diligens nec fidelis nec iustissimus, sed potius salutis suæ negligens & infidelis & iniustissimus Felicianus fuit, quando Maximiniano sociatus, & sicut trecenti & decem vestri vnius ore disertissime personant,in catena sacrilegij constitutus, baptismum quem non ausi estis rescindere ministrauit. L Certe ad hanc causam cernis non pertinere testimonium quod ex Propheta posuisti, Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina. Felicianus enim Hier. 3. nec secundum cor dei sacrilegus erat, nec oues eius in sacrilego schismate pascebat cum disciplina,& tamen baptizabat eos, in quibus receptis cognouistis, non ipsius,sed dei fuisse quod dabat. Certe perspicis quomodo à me de scriptura sancta commemoratum est, Bonum esse confidere in domino q̃ confidere in homine: teque inani- Psal.117. ter quantum ad hanc causam pertinet respõdisse,q̃ in eo magis vt iustus & si fidelis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit per quem hoc sacramentum celebretur inquiras, quia spem & fiduciam dei, non hominis habes: dei esse autem fidem atq; iustitiam, quam semper in eius ministris attendis. Ecce in Feliciano quando fuit famosi criminis reus, nec iustitia nec fides erat, & tamē baptismus erat, & quibus ab eo datus est, cum à vobis collecti sunt eis accessisse iustitiam dicis, baptismū desiuisse nō dicis.

Cap. 23. M Proinde quòd deinceps à me quæris, Si à quocunq; & quomodocunq; datum baptismum rescindi non debet, cur post Ioannē Apostoli baptizauerunt, cur post Felicianum quos in sacrilego schismate baptizauerat, vestri non baptizauerint? Et hinc saltem disce quicquid illud est quod de Ioannis baptismo vel legitur vel differitur, ab hac causa esse penitus alienum. Quid autem tibi visum sit nescio, vt Iudæos quibus

Acto. 2. ait Petrus, Baptizetur autem vnusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi, iam fuisse à Moyse diceres baptizatos, qui post tot generationes nati fuerunt, quàm ille dei famulus maiores eorum per rubrū

Exo. 14. mare transierit. Aut si propterea Moysi baptismum habebant, quia ex illis propagati sunt, quos in Moyse baptizatos dicit Apo-

1. Co. 10 stolus, aude dicere omnes qui nascuntur ex fidelibus Christianis, Christianum iam habere baptismum. Quod vides vt arbitror quanta vanitate dicatur. Sed quomodo se habeat illud etiam si post Moysen dei famulum Apostoli non baptizassent, te vrgerem reddere rationem, cur post Felicianum Maximinianensem sacrilegum vestri non baptizassent. Iam illud quod po-

1. Co. 1. sui, Si errabant illi qui volebant esse Pauli, quæ tandem spes eorum est, qui volunt esse Donati? Prioribus partibus epistolæ tuæ non te defendisse puto, quod etiam ipse consideras in his quæ superius satis diximus. Non ergo sicut tibi videris, & quasi certus exultas, illa omnia quæ à Petiliano vel quolibet alio dicta sunt, recte dicta concludis. Ipso quippe ordine quo à te breuiter illud recolendo reminiscendo decursa sunt, ego potius in hac causa Maximinianensium, non ea recta dicta concludo, quia nec conscientia sancte dantis erat in Feliciano, quando Maximiniano cohærens catena sacrilegij trahebatur, & à tam famosi criminis reo, ac per hoc à manifesto perfido baptizabantur, qui ab illo baptizabantur nec origo, & radix & caput ad salutem illis erat homo sacrilegus: nec arbor bona erat in sacrilegi schismatis societate damnatus, & adhuc in eodem sacrilegio constitutus, nec bonus erat qui de bono thesauro cordis sui proferret bona, quando de illo & de alijs eius socijs dicebatur, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, & tamen quando cum illo uestri concordauerunt, Baptismum quem talis dederat, nō ipsius esse, sed Christi aliquando vi ueritatis cognouerunt.

Age iam, videamus suo loco in epistola, tu de Maximinianensium causa quomodo te exuas. Omnes enim qui has literas legunt, expectant proculdubio vel quid hinc à te dictum sit, vbi dictum sit, vel à me qd responsum. Ideo de Optato Gildoniano quod obiectis meis respondisti, nolo discutere, nolo in hominis causa de cuius à vestris damnatione nil ago diutius minorari. Facio certe iacturam huius obiecti, & hoc fortasse apud posteros cum illius fuerit obliterata memoria, nunc vero quandiu sunt homines qui vitam illius moresq; nouerūt parum me de illo dixisse q̄ falsum potius cōquerentur. Neq; n. sic legunt literas nostras, vt tu qui ex me quæris, ille quē tanquam rapidum fluctum appellauerim, q̄d absorbuerit, cum illic habeas prætextatum & Felicianum. Nam verba mea illic sic se habent. Ita quidem, inquam, ista insultant schismaticis suis vt eos & mortuos & insepultos vocent, sed certe optare debuerunt, vt sepelirentur ne de multitudine iacentiū in littore cadauerum insepultorū à Gildonianus Optatus incedens cum agmine militari tanquam rapidus fluctus vltra prosiliens, Felicianum & Prætextatum postea resorberet. Hæc verba mea cum ibi legeris, cur non omnia posuisti? Cur me veluti arguis, nō dixisse quid rapidus fluctus ille sorbuerit, cum ibi scriptum videas, Felicianum & Prætextatum introrsus postea reserberet?

Quid. n. aliud velut ad magnā defensionē suā rīdere vestri solent, cū eis obijcitur Prætexati & Feliciani talis receptio dānatorū, nisi Optatus hoc voluit, Optatus hoc fecit? Q̄d & ipsæ ciuitates Musticana & Assuritana testant, quæ se dicunt ex Optati eōminatione Gildonianū militē formidantes coegisse Epos suos ad communionē redire Primiani. Verū tu qa hoc ab illo, factū impudenter negari posse vidisti, hoc à me scriptum negasti, magis fortasis existimans literas meas q̄ illam rē posse nesciri. Sed licuerit Epis vestris nescio quo Donatiano vel Numidicio priuilegio de suo ignorare collega quicquid tota Aphrica conclamabat, cum Aphris ab Aphris obiecta crimina nunquam probata, toties absoluta orientalibus & occidētalibus terrę finibus ignota esse nō sināt, ualeat apud uos baptismus ab Optato datus, quē sic damnare noluisti, vt tū nō fueris ausus absoluere, & non valeat datus baptismus in Ecclesijs apostoli-

D co labore fundatis, Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum, Colossensium, Philipēsium, Thessalonicensiū, cæterarūq; in sanctis literis, quas & uos legistis conscriptarū, vbi Cæciliani, nō dico falsum illud crimen, sed forte nec uerū nomē auditū, é habuerint cōscientiam sancte dantis Optatus in illa vita, quā tu sicut scripta tua indicāt, etiam si pp nos damnare erubuisti, tamen propter deum absoluere timuisti, in illa ēt publica fama vbi latentem tibi visum est attendi posse conscientiam, & accusetur conscientia tot tantarumq; gentium Christianarum, quia remotissimas lites ignorauit Aphror um. Nunquid etiam crimina istorum Feliciani scilicet & Prætexati, quos trecenti & decem plenario concilio dānauerunt, similiter ignorare potuerunt?

Quod boni nec scio quæ facta nostrorū, quæ aut falsa sunt, aut etiam si uera attentis alie aut peccata non sunt, aut etiam si uera atnis non que peccata sint, bonorum societatem macontami culare non pūt. Neq; enim boni communiantur. cant peccatis alienis, quibus vtique faciens. dis non consentiunt, quanuis cum ipsis qui ea faciunt, donec de area dominica sicut palea ventilabro vltimo separentur, nō eorū peccata, sed dei sacramenta communicent, & intra eandem sagenam velut pisces boni cum malis vsque ad separationem, quæ in littore, hoc est, in fine seculi tanquam in fine maris futura est, non ab eis corporum segregatione, sed vitæ ac morum diuersitate disiuncti sunt, Sicut nec vndecim Apostoli furtis Iudæ communicabant, & tamen cum illo eidem domino visibiliter cohære bant, eundem magistrum audiebant, ab eodem creditum Euangelium percipiebant, eadem sacramenta sumebant, corporali cū illo congregatione permixti, spiritali dissimilitudine separati. Sicut Apostolus Paulus non communicabat contumaciæ & impietatis

uidiæ, hoc est diabolicis vitijs eorum qui non caste Christum annunciabant, & tamē cum eis eundem Christum prædicabat, eiusPhili. 2. dem Chri sacra participabat: & de his dicebat, Siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Nam hos martyr Cyprianus amantissimus vnitatis, nō aliquo schismate vel hęresi separatos, sed fratribus corporali congregatione fuisse commixtos, & intelle xit & scripsit, sicut idem etiā ipse Cyprianus auaritiæ, rapinis, fœnori collegarū nō communicabat, quos dicebat esurientibus in ecclesia fratribus habere argētum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rape- F re, vsuris multiplicantibus fœnus augere, qd malum ēt idololatriæ cōparauit, quorū tū corporalem congregationem non refugiebat, ad eadem altaria consistebat, eundē sacratissimum cibum potumq; sumebat. Illi. n. non alijs, sed sibi iudicium manduca- 1. Co. 11. bant & bibebant. Illi autem cū talibus non eorū peccata, sed mysteria Christi communicabat, cōiunctissimus cœtibus, disiunctissimus moribus. Ad hoc. n. & illę similitudines in scripturis, & illa exempla præmissa sunt, vt disceremus frumentum cē, nec areā dominicā pp paleæ cōmixtionem deserere pisces bonos esse, nec pp commixtionē malorum diruptis retibus foras ire: vasa esse Matt. 3. misericordiæ in honore facta atq; mūdata, Mat. 13 nec propter vasa perditionis & contume- 2. C. 12. liæ de domo magna fugere. Nulla enim cā in vtrorūque temporali congregatione atque permixtione laudabiliter tolerantur mali, nisi ne damnabiliter deserantur boni. Quod cum & uos in vestris tam multis & tam manifestis malis eadem necessitate faciatis: potes facile si velis, aduertere, q̄ non nisi animositate sacrilega vos à Christianis tot ac tantis gentibus separatis. G

Itaque non solum Optatus in illa Gil- Ca. 27 doniana societate notissimus, sed quilibet obscurus apud vos si te sciente mali aliqd fecerit, cum cum nō potueris à vestra cōione separare, quia vel tibi nō creditur accusanti, vel accusare nō audes, ne non valeas cōprobare, aut deserenda tibi est pars Donati, aut talis eris qualis ille cuius peccatū nō ignoras, quāuis dissimiliter uiuas. Hoc non secundum veram, sed secundum vestram sententiam vobis rectissime dicitur, Quis enim nescit te alienum esse ab illius malo, si consensione peccato eius non communicas? sed hinc agnoscere cogeris, quanta impie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta impietate obijciatis orbi christiano, vel falsa vel certe ignota crimina Aphrorum, cum tibi obijci nolis quod de altero scis, qã hoc eis non potes persuadere à quorũ non vis societate discedere. Ita ne deseras quos putas bonos, ferre cogeris quos nosti malos. Ac per hoc omnes conuincit veritas malos, qui propter aliena crimina seu falsa, cæteris tamen incognita, sibi autem non offutura, dirupta vnitate tot gentium deseruerunt bonos. Hoc tam magnum nephas Partis Donati ne aliquo mõ excusare posse H tis, cã uobis Maximinianensium procurata est, in quo velut speculo vestram prauitatẽ conspectam si volueritis corrigatis, si autẽ nolueritis, nolo quicquã grauius dicere, qñ scio te cor habere. Quid enim cũtra ista diturus es? Bene, quia ipse scribis, cũ de Maximinianensibus damnatis & receptis legisses totum quod inserui literis meis, valde te fuisse permotum. Credo prorsus uides causam, quæ valde debuerat permouere.

Ca. 28. Videamus ergo, tua ista permotio quanã reddita ratione sedata est. Statim te dicis à vestris Episcopis diligentius inquisisse, atque ipsis docentibus, & decretum concilij & sententiã in eos q̃ dãnati sunt dictam, & rei totius ordinẽ cognouisse, deinde etiam me credens adhuc ignorare quid gestũ sit, atq; admonẽs, vt quid habeat veritas dicerẽ, narrasti planè nõ quod ueritas habeat, sed quid incautis & negligentibus vestri p veritate supponãt. Dicis. n. Cum quamplurimos Epos error sibi Maximiniani societate contenderet, contracto à vestris concilio in eos oẽs qui in eius schismate perstitissent, prolatam esse sententiam, quã me quoque legisse commemoras. Quæ cum sentẽtia consensu omnium firmaretur, placuisse tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, I innocens haberetur. Sic esse factum, vt non solum illi quos memoro, sed etiã multi alij purgati atque innocentes ecclesiæ redderentur. Quorum ideo putas baptisma non debuisse rescindi, quia intra diem præstitum restituti peremptoria sententiam non teneretur, nec cum baptizarent fuissent ab ecclesia separati, nec dum scilicet transacti temporis meta definita disiuncti. Hæc ergo in eaipsa falsitate narrationis tuæ quandoquidẽ non solum sentẽtias, verum & ipsa verba tua posui, miror ingenium tuum, miror animũ ingenio reluctantẽ. Nunquã vspiã sic apparuit q̃rũ valeat piudiciũ psumptionis humanę, vel ad nõ intuendã manifestissimam veritatẽ, vel ad affirmandam impudentissimam falsitatem. Itane te tam aperte repugnãtia posuisse nõ sentis, vt vix credibile sit qđ vnus hõ dicere vtraq; potuerit? Tu nempe dicis in eos oẽs qui in Maximiniani schismate pstitissent, placuisse dilationẽ tẽporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberet. Quo ergo tu idem dicis, non eos extra ecclesiã baptizasse, anteq̃ se ab illo schismate correxissent, si qñ cum Maximiniano erant nõ erant extra ecclesiam? Aduertisne qđ dicas? Inuenis qua exeas, quò confugias, vbi te abscondas?

Vides certe dum manifestos errores defendere conaris alienos, nihil te agere, nisi subiũgere manifestiores tuos. Ecce legẽ uerba tua, sic à me prorsus commemorant ut à te scripta sunt. Cũ q̃ plurimos, inquis, Episcopos error sibi Maximiniani sociare contẽderet cõtracto à nr̃is concilio in eos oẽs qui in eius schismate perstitissent, prolata sententia est, quã tu quoque te legisse testaris. Quæ cum sententia consensu omnium firmaretur, placuit tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si qs corrigi voluisset, innocens haberetur. Hęc dicens siccine contra teipsum sensum claudis, vt non aduertas q̃ hi omnes qui propterea contra se ferri sententiam concilij meruerunt, quia Maximiniano sociabantur, antequam se intra dilationis tẽpus corrigerent in eodem schismate consistebant. Ibi ergo baptizabant? Obsecro te quid inanem caliginem perspicuis rebus aspergis, quam rursus tuorum verborum non minore perspicuitate dispergis? Dico enim Prætexatum & Felicianum Maximiniani ordinatores in eo quod commiserunt, in sacrilego schismate baptizare, & ab eis baptizatos cum eis esse susceptos, non rescisso baptismate quod in schismate dederant, quod sacrilege ministrauerãt, quod ore maledictione pleno, quod labijs cum veneno aspidum consecrauerãt. Talia quippe in eos dicunt, eam quippe sententiam in eos omnes prolatam esse nõ negas. Hic tu respondes, qđ non solum duo isti quos memoro, sed etiã multi alij purgati atque innocentes intra diem dilationis se Ecclesiæ reddiderunt. Quo verbo me adiuuas, quo verbo mecũ asseris veritatem, caliginẽque illam quam cona-

conabaris offundere discutis. Cum. n. dicis eos se Ecclesiæ reddidisse, procul dubio fateris eos extra Ecclesiam fuisse. Vbi ergo antequã se Ecclesię redderet fuerunt? Vbi baptizauerũt, ergo extra Ecclesiam baptisma fuit quod dederũt. Ab hoc inesplicabili implicamento dum te conaris euoluere, rursus inuolueris. Dicis. n. ideo eorum baptisma non debuisse rescindi, quia intra diem præstitutum restituti, peremptoria sentẽtia non tenerentur. Quomodo ergo dicis ante diem restitutionis non fuisse ab Ecclesia separatos, quos ante diem dilationis confiteris Ecclesiæ restitutos? Si homines sumus, si qualemcunque rationem, si sensum habemus humanum, si non pecoM ra pecoribus, si non ligna & lapides ignis & lapidibus loquimur, non meis tñ, sed etiam ipsis tuis verbis eminet, apparet, elucet in Maximiniani schismate baptismum datũ vestros ausos non fuisse rescindere, qui homines baptizatos in Ecclesijs quas in gratia domini proprio labore Apostoli propagauerint, non dubitant Christia nos negare, exufflare, rebaptizare. Tu dicis, tu scribis, ecce teipsum audi, lege teipsum. Tu, inquã, dicis, tu scribis in eos oẽs qui in Maximiniani schismate perstitissent, cõtracto à vestris concilio prolatã esse sententiã. Tu dicis, tu scribis, hac sententia consensu omnium confirmata, placuisse tamen dilationem tẽporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Tu dicis, tu scribis, nõ solum duos inde quos memoro, sed multos alios purgatos atq; innocentes se vestræ Ecclesiæ reddidisse. Tu dicis, tu scribis, ideo eorum baptisma non debuisse rescindi, quia intra diem præstitutũ, peremptoria sententia non tenerentur.

Cap. 31. Quid tantũ prævalet ingenio tam bono causa tam mala hõ cordate, homo litera te? Isti in quos propterea est illa prolata sen A tentia, quia sicut ipse dicis, in Maximiniani schismate persistebant, antequã sicut dicis restituerentẽ, vbi erãt, ibi sacra celebrabant, ibi baptizabant. Et vt verbis illius plenarij concilij magis vtar, Ibi viperei seminis noxios partus tardo calore vaporabant, ibi publici facinoris & parricidij sui fœta scelerũ vota gignebãt, Ibi pturiebãt iniustitiã, cõcipiebant laborẽ, & pariebant iniqtatẽ, Psal. 7. Ibi iã nõ cõfusa criminũ silua nomina eorũ designabat ad pœnã, Ibi eis indulgentiæ fuuis dũ clemẽtiæ dimitteret linea, iã cau-

sa quos puniret inuenerat, Illuc eorũ tanq̃ in asperos scopulos veridica vnda naufraga membra proiecerat, Eorũ pereuntiũ ibi erant littora Aegyptiorũ exẽplo funeribus plena, nec ipsam inuenientia sepulturã, Ibi non solũ Maximinianũ, fidei æmulũ, veri- Exo. 14. tatis adulterũ, Ecclesiæ matris inimicũ, Dathan, Chore & Abiron ministrum de pacis gremio sententiæ fulmen excusserat, nec solũ mors iusta sui sceleris cõdẽnabat, sed ẽt trahebat ad cõsortiũ criminis plurimos catena sacrilegij, Ibi erat venenũ aspidũ sub labijs eorũ, Ibi eorũ os maledictione & amaritudine plenũ, Ibi veloces eorũ pedes ad Psal. 13. effundendũ sanguinẽ, Ibi contritio & infæ B licitas in vijs eorũ, & viã pacis non cognoscebant, nec erat timor dei ante oculos eorũ, Ibi iacebãt mẽbra abscisa quæ pestifera putredo ita corruperat, vt plus haberet in abscisione solaminis, q̃ in remissione medicaminis, Ibi erant famosi criminis rei Victorianus Carcabianensis, & cæteri cũ isto duodecim, inter quos Prætexatus Assuritanus, & Felicianus Musticanus, de quibus receptis agimus, qui eundẽ Maximinianum pśentes ordinauerant, hoc est funesto opere perditionis vas sordidũ collecta fæculentia glutinauerant. Ibi tanto facinori taq̃ illicito incestui clerici Carthaginis lenocinium pbuerunt. Tales ministri sacramentorũ, nõ dũ correcti, nondum vobis redditi ac restituti in schismate Maximiniani baptizauerant, & post tales ministros sacramentorũ correctos, redditos, restitutos, vestri non re baptizauerunt.

C

Quid sola ĩ vobis pualet animositas? Ali Qđ d q̃ attẽdat, aliqñ audiat & veritas. Quid in creto Bacontrã insanissimæ nebulæ dilationis datę? gaiensis Nõ ipsis data est dilatio, de q̃bus dictũ est, concilij dãnatos esse cognoscite, de q̃bus ẽt pdictũ qui proest quales fuerint, qđ fecerint, cur eos oportuerit iã sine dilatione dãnari, q̃ s. Maximi nibus nianũ impositis manibus præsentes ordina Maximi uerũt. Hoc est. n. quid significarunt, dicẽdo nianum q̃ funesto opere pditionis vas sordidũ col. non orlecta fæculentia glutinauerint. Illis aũt dadinaueta est dilatio qui ordinationi Maximiniani rant, innon interfuerunt, q̃uis in eius societate at- nocẽtes que schismate constituti, tñ q̃a manus ei q̃ decernũ absentes fuerant non imposuerunt, à dãna. tur, tis eadẽ cõcilij sententia distinguit. Nã cũ Cap. 32. dixissent illos quorum & nomina cõscripserunt, dãnatos esse cognoscite, eos autem, inquiũt, quos sacrilegi furculi nõ polluere plã

taria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

taria,hoc est qui à Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt,ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Quid planius? quid distinctius? quid apertius? Illos dicunt famosi criminis reos qui funesto opere pditionis vas sordidum collecta fœculétia glutinarunt,dánatos esse cognoscite. Hos autem dicũt quos sacrilegi surculi nõ polluere plãtaria,hoc est quia à Maximiniani capite ꝓprias manus verecũdo fidei pudore retraxerunt, ad matrẽ Ecclesiã ꝓmisimus redire,,& qa ex illis dãnatis duo postea saluo honore suscepti sunt, nõ inuenitur hoc quẽadmodũ defendãt,nisi vt omnibus dicãt, dilatio fuisse concessa.

Ca. 33. D Sed cõcessa sit omnibus,nẽpe quotquot ad vos ab illo schismate redierunt, antequam redirent, illic fuerunt, illic baptizauerunt', Inde ad vos sine destructione sui honoris & baptismi redeuntes, si frons assit ora vestra clauserunt. Cũ.n quærimus antequam se sicut ipse dixisti,Ecclesiæ reddidissent, & ante diẽ ꝑstitutũ restituti fuissent,vbi erant? quid aliud vos res ipsa rũdere cõpellit,nisi in schismate Maximiniani, propter quod illa in omnes est prolata sententia? Ibi ergo baptizauerunt eos in qbus ad vos simul inde venientibus baptismum Chri non ausi estis rescindere, quia coacti estis agnoscere. Vnde ipso facto vestro,ope vestro, iudicio vestro aduersus vos merito rectéq; cõcluditur agnoscẽdum esse baptismum Chri, ẽt si extra Ecclesiam datus fuerit,& ideo vos hoc pie cognoscere i vestris, vos impie rescindere in nostris. Sed forte pœnitet talia te verba posuisse,quæ hanc veritatẽ nimis vrgent,qm̃ dixisti factum est, vt si se Ecclesiæ reddidissent & ante diẽ ꝑstitutũ restituti,peremptoria sententia non tenerentur,vt rũderetur tibi. Qũo se Ecclesiæ reddiderunt? qũo eidem restituti sunt,si ab ea nõ erant separati? aut si separati erãt,

E Cap. 34 quomodo baptizabant?

Sed quid aliud diceres, nisi quod ab eis audieras quos consuluisti,cum ex hac causa literis meis ꝓmouereris,& tũ fortasis te arguant,te reprehendant qꝑ talia verbà incaute posueris. Est quod te aduersus eos maxime muniat,ac tuã trilitiã cõsoletur, Nã & ipsi in eiusdẽ cõcilii decreto talia posuerũt, vnde si nobis lecto isto opusculo nostro ita respondere voluerint qꝑ eis non præiudicent verba laici sui,verba ipsorum cõtinuo recitabimus. Eos autem,inquiunt,quos sacrilegi surculi non polluere plantaria, hoc est qui à Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrẽ Ecclesiã redire ꝓmisimus. Cũ.n. eis dicitur,isti quos ad matrẽ Ecclesiam redire pmisistis,anteq̃ redirent vbi erant? similiter vrgent vt tu pauloante verbis à te positis vrgebaris. Vbi.n.eos fuisse rũdebũt, nisi in schismate Maximiniani? Sed vbi velint eos fuisse cõtendant, certe qui ad Ecclesiam redire permisi sunt in Ecclesia non fuerunt. Ergo extra Ecclesiã baptizauerũt, & simul baptizatores & baptizati ad Ecclesiam redeuntes,nec illi honores quos extra gesserant, nec illi baptisma qđ extra accepe rant amiserunt. Et tu quidem quantũ potuisti in causa mala caute locutus es vt dicere s, Placuit tũ decreto concilij dilationem temporis dari,intra quod si quis corrigi voluisset,innocens haberetur. Illi aũt nec corrigendos eos fuisse dixerũt, quibus data est illa dilatio,sed tanquam omnino impolluti atq; innocentes in Maximiniani societate fuerunt, sic de illis loquuntur cum ipsam prorogant dilationem.

Quid est.n.aliud quod dicunt, Eos aũt Cõ quos sacrilegi surculi non polluere plantaria,ad matrẽ Ecclesiã redire ꝓmisimus? Ac ne parũ sit,vide quid adiungat, Quãtũ.n. de reorum,inquiunt,morte purgamur,tanto de innocentiũ reditu gratulamur. Cur itaq; tu dicis, placuisse dilationem ꝓpis dari, intra qđ si quis corrigi vellet innocens haberetur, cũ eam videas impollutis atque innocentibus datã? Sed videlicet tu timuisti ne tibi diceretur, quare dabatur dilatio eis quos non polluerat Maximinianus, ideo dilatione illa corrigendos esse censuisti, illi timuerunt ne sibi diceretur, quare in suis honoribus pollutos suscipere voluistis, ideo se impollutis dilationem dedisse dixerunt.

Proinde singula timuistis, sed alterutrũ Cõ oppugnaẽ ex altero. Nã tibi dr̃, Qũo existimas corrigendos quos tui prædicant impolutos? Illis aũt dr̃, Qũo asseritis impollutos etsi non manũ imponendo capiti Maximiniani,tũ schismatis eius cõione maculatos? Cuius aũt animus,cuius vires,cuius lingua sufficiat proloqui tã intolerandũ doloré,vt pars Donati discissa resarciaẽ,ne socios Aphros in Aphrica polluat Maximianus, nec ad ipsam radicẽ vnitatis rami fracti regredi permittatur? Tot remotissimas gẽtes polluit ex Aphrica Cæcilianus ex die concilij

cilij Bagaiensis, hoc est ab octauo calendis Maij vsque ad diem dilationis datæ illius, hoc est octauo calẽdarũ Ianuarij. Octo mẽses numeranẽ in hoc tã lõgi tpis iteruallo.

Ca. 37. Illis quibus dilatio data est, maculabanẽ societate dãnati Maximiniani, an non maculabantur? Si maculabantur,qũo dicitur, Eos autem quos sacrilegi surculi non polluere plantaria,ad matrem Ecclesiam redire permisimus? Si non maculabantur, qũo nos atq; omnes quæ vbiq; sunt Christianas gentes potuit ignotorum, non dicã falsorũ maculare certe alienorum contagio peccatorum? Sed ideo,inquis,dilatio data est,qnę si transissent,illis non redeuntibus tunc macularentur,& in pœnã damnationis incurrerent. Non ergo eos peccatum illius societatis,sed dei constitutio maculabat. Si ergo H nullus dies constitueretur, immaculati vtique permanerent. Quid de vobis male merunt orbis terrarum? Cur.n.maculatum phibetis peccatis alienis, cui nullum tempus dilationis constituistis,cum tanta sit vestra potentia,vt homines qñ volueritis peccatoribus socientur, & qñ volueritis inquinenẽ innocentes? Et iam polluti erant quibus in parte Maximiniani dabatur dilatio,intra cuius diem si remearent ad vos, haberent integri honoris ac fidei fundamenta. Si autẽ ille dies eis non redeuntibus pteriret,tũc polluti,tũc scelerati, tũc perditi supplicium dãnationis incurrerent,tunc humiliarenẽ ꝑ pœnitentiam degradatione mira prædicentium hominum. Non iam vt vetus prouerbiũ fertur, quod volumus sanctum est, sed etiam qñ volumus & quandiu volumus. Contingat alicui vestrum orare in naui nobiscum, iam pollutus iam traditor appellatur. Communicant altaria damnatores Primiani cum Maximiniano, veritatis adultero, Ecclesiæ matris inimico, Dathan, Chore & Abiron ministro, & per octo menses I innocentes impollutiq; persistunt. Proinde si qui ex his quinto calendis Ianuarij, se vestræ communioni reddiderunt, de innocentium estis reditu gratulati, eorum scilicet, quos sacrilegi surculi non polluere plãtaria. Quid vos promeruerunt tot dies octo mensium, à die octauo calendarum Martarum, vsq; ad diem octauum calendarum Ianuarij, quos ita sanctificastis, vt per eos quicunq; communioni sacrilegæ atq; damnati Maximiniani cohærerent, non polluerenẽ nec efficerenẽ nocentes. Et q̃d vos offendit tã sanctus dies natalis ipsius dñi nri, vt solus aduentu & transitu suo pollueret innocentes, atq; in eis qui in illo schismate baptizarũt, per oẽs illos dies sanctus maneret baptismus Christi & immundus fieret per natalem Christi?

Quid non audeat humana temeritas,cũ Arguit in sententiam nefandi præcipitatur erro- contra ris,quam relinquere propter veritatem pu- Donatidet, & defendere contra veritatem non pu- stas ex det? Sed quid hinc plura,vbi quilibet obsti- eorum natissimum qui contra oẽs voces rationis dictis. obduruit,necesse est fateatur de quibus dici Ca. 38. tur,Si se Ecclesiæ reddidissent, & ante diẽ præstitutum restituti essent, quæ verba ipse posuisti, eos deniq; de quibus dicitur,ad matrẽ Ecclesiam redire permisimus, de innocentium reditu gratulamur, ac ne angu- K stum redeuntibus tempus, spem salutis arctatæ diei pressura subducat, vsq; in illum diem agnitionis pandimus ianuam, vt integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta, quã quisquam si ingredi nequiuerit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes veniales aditus viam esse subductam & post præstitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia, q̃ verba trecenti & decem in sententia sua totiens inculcarunt. Necesse est,inquam,qui libet aduersarius fateatur eos de quibus ista dicunt, antequã se vobis redderent, antequã vobis restituerentur, antequam ad vos redirent, antequã regressi ianuam dilationis ingrederentur, non fuisse vobiscum, extra vestram cõmunionẽ in eo schismate quo se à vobis separauerãt baptizasse, inde vobis redditi ac restituti vbi à vobis alienati erant, inde ad vos redeuntes & regredientes quo à vobis foris erant & tenuerant, non diminutos honores suos, & secum introduxerunt non rebaptizandos baptizatos suos. Cap. 39.

Quid adhuc pessimæ causæ patrociniũ pertinacissimum ꝓbes? Acquiesce tandẽ nõ mihi, sed ipsi qua conuincimini veritati. Vide quàmq; verum dixerim, quod frustra labefactare conatus es, q̃ta fuit pro pace toleranda. Atq; vt eisdẽ identidem verbis vtar, L quibus in illis literis vsus sum, ꝑ pace Xpi redite ad Ecclesiã, q̃ nõ dãnauit incognita, si ꝑ pace Donati placuit reuocare dãnata. Si.n.ex his duodecim quos cũ Maximiniano sine dilatione dãnauerãt, Felicianum & Prætextatũ, postea receꝑunt, qũo falsum ẽ eos reuocasse dãnata? Si aũt & ipsis dilatio data est, quos dixerũt, dãnatos eẽ cognosci-

te, etiam

te,ét si nullus eorũ postea remearet,placuit tũ reuocare dãnata,qũ post sen tẽtiã qua dictũ est,dãnatos esse cognoscite,data est dilatio qua eis liceret euacuata damnatione remeare. Hęc dicta sufficerent,ét si verũ esset qđ tu dicis cũ hac causa Maximinianẽ sium valde pmotus esses,à tuis Episcopis cognouisse. Quid aũt agis qa & falsum est? Quære aut si habes inspice diem gestarũ proconsularium, quo postulatio dicta est a Ticiano aduersus Felicianũ & Prætexatum, vt pellerentur locis,& inde quantum post diẽ dilationis illius hoc factum est. Nam dies est concilij Bagaiensis consulatu Augustorum Archadij ter, & Honorij iterum octauo calẽdis Maij,dies autem dilationis hinc vsq; ad octauum calendis Ianuarij. Postulatio vero ista Ticiani dicta est post istum consulatum die sexto nonas Martij.

Proinde apparet tertium ferme agi mensem, cum à proconsule petitur vt Felicianus & Prætexatus sedibus propulsentur, tanquã collegæ Maximiniani quos sibi cõsociauerat ad furorem, Nã cũ memoratus aduocatus de Maximiniano quod sufficere videbat, in eadẽ postulatione dixisset, Eos quoq; inquit,quos alienæ pſumptionis error attraxerat, portu primo proposito pœnitendi,si reuerti cuperẽt, intra tempus adreligionis tramitem destitutum pari vigoris admonitione compescuit, sed suis institutis,inquit, iniquitas delectat, & semetipsam non deserit, cum semel ꝓcipitata corruerit. Idem nãq; Maximinianus cœptam nutrit audaciam, & alios sibimet consociat ad furorẽ, Inter quos ét Felicianus qdam, qui primo recta sectatus deprauationis huius attaminatione fuscatur, in Musticana positus ciuitate, deo omnipotenti parietes consecratos, Ecclesiam venerãdã quasi quadã obsessione credidit retinendã. Hunc etiã Prætexatus in Assuritanis pertibus imitatur. Audisne aduocati verba clarissima & manifestissima,quibus dicit istos de quibus agimus, quia portu proposito pœnitendi, dum suis institutis iniquitas delectatur, cũ semel ꝓcipitata corruerit, contẽpserunt locis ecclesiasticis expellendos, vbi si dies posset latere gestorũ, cuius obtusissimo satis eluceret, quod contra eos non ita proconsularis potestas adiretur, sicut illic magis apparet sine vlla impertita dilatione dãnati, aut intra diẽ dilationis qui omnibus datus est vobis,restitui noluissent. Cum vero etiã dies gestorũ cuiuslibet obstinatione oculos aureſq; sic feriat vsq; adeo illos ét post trã sactũ dilationis diẽ in vestra communione non fuisse,& Maximiniano cohæsisse,vt ob hoc aduersus eos tã terribilis iudiciarię iussionis impetiaretur authoritas? Quid adhæc dicitur? Quid adhuc contra tam pſpicuã veritatẽ mira impudentiæ cæcitate contendit? Quid adhuc ab eis qui cum vnitate partis Donati ét concordiam sacrilegorũ damnatorũ tenere voluerint,contra vnitatem Chri tãta insania rebellãt? Quid adhuc baptismus Chri ét in sacrilego schismate veneratione debita cognitus,in tot catholicis gẽtibus impia pſumptione respuitur, sacrilega repetitione violatur?

Nolo quærere quanto post huius postulationis diẽ qua Felicianus & Prætexatus Ticianli aduocati verbis tam grauiter accusantur, in vestrã cõmunionẽ recepti sunt. Sufficit qđ eadẽ postulatio tanto post fiẽ pſtitutæ illius dilationis eos à vestra cõmunione separatos,in Maximiniani schismate fuisse conuincit,quos postea recepistis,quorum honores nulla ex parte minuistis,à quibus datũ, quis in sacrilego schismate baptũ,sicut reuera timendũ fuit, rescindere timuistis. Nunqd iam in hac causa se contra nos lingua cuiuslibet pertinacissimi cõmoueret,si se moueri in hominis ore, sub hominis fronte sentiret? Erraui planè faceor, eo qđ in illis literis posui de illa Bagaiensis concilij sententia, qm̃ dixi cum apud eos decernenda recitata est,ore lætissimo acclamauerunt Nunc aũt cũ à nobis recitata fuerint obmutescunt. Verum qđ dixisti, Ecce non obmutescunt: verecundia quippe in rebus tã manifestis vel ét ipsa impudentia obmutescere põt,insania nõ põt. Neq; hoc dictũ de te accipias qui tuis epis mẽtientibus credidisti,nec de illis omnibus, neq; nõ de hac re permotus consulere potuisti, sed de iis qui cũ se scirent quanta & qũ contra Prętexatũ & Felicianũ apud iudicis gesta sunt,qđ tuis inseruisti literis, tibi ausi sunt dicere qđ ante diẽ præstitutę dilationis Felicianus & Prætexatus vestræ cõmunionis restituti peremptoria sentẽtia nõ tenerentur obstricti. Aut si & ipsi forte ista nescierũt, nunc saltẽ cũ hæc legitis taceat verecundia, taceat & ipsa qualiscunq; hominis impudẽtia,sola certe quæ contra tam euidentẽ veritatẽ clamat insania relinquatur, & illa erit fortasis sanabilis si compescatur a sanis.

Ca. 42. Pro. 19. Nunc vide quemadmodum de me dixeritis. Testis mendax non erit impunitus, cum putares me in hac Maximinianensiũ causa fuisse mẽtitum. Ego tibi nõ repono, quippe forte locutus es qđ incauta amicitia credidisti,nõ quod fallaci corde fuisti. Homines sumus. Qua tandem vigilãtia effi cere possumus,ne uel putãdo vel loquendo in aliquo labamur? Sed cõtra medicinã correctionis obsurdescere nõ debemus.

Ca. 44. Nunc attendẽ quantam mihi ét cæteris partibus epistolæ tuæ cã ista Maximinianẽ sium prædeat rũdendi facilitatem Quicqd de traditoribus uelut nostris dicendũ putasti, quanquam vestri potius hoc fecisse deceantur, qđ & in illo trium uoluminũ opere satis superq; monstraui, vide tũ & respõde si potes, vtrũ hoc crimẽ quorũlibet fuerit polluere potuerit in vnitate tot gentiũ Christianos,vel longe remotissimos vel lõge posteros,si crimẽ sacrilegi surculi in Maximiniani maculare non potuit uel socios Aphros quibus dantes dilationem trecenti & decem episcopi dixerunt, quos sacrilegi surculi non polluere plantaria,vel vosipsos qui non solum istos quos innocentes dixistis,verũetiã in illo sacrilegio iam dãnatos, tanta concordia suscepistis, dicis orientalibus nota fuisse crimina traditorũ, qũ tibi Aphro Maximinianensium schisma in Aphricæ capite commissum antequam meas literas legeres valde permotus consuleres episcopos vestros,incognitum fuit, & cum consuluisses verum ab eis audire minime potuisti. Quos certe si defendis,ne dicas mentitos,concedis ignaros,& tamẽ nec nos nec orientis nec occidentis tot tantosq; populos saltem nescire permittis cãm Cæcilia ni,cum isti nesciant Prætexati & Feliciani, quos trecenti & decem, hoc est aut oẽs aut propẽ omnes episcopi partis Donati Aphri Aphros in Aphrica damnauerunt, Aphri Aphros in Aphrica susceperunt.

Ca. 44. Inferis principium Sardicensis concilij, E vnde probare conaris quod orientales episcopi cognito crimine traditorũ, parti Donati communicauerint, hoc vno magno. s. documento quod inter eos quibus scribũt Donati nomen inuentum est. Nec tamen ibi aliquid legitur eis de Aphris tradi toribus cognouisse. Quod quidem concilium ne te lateat Arrianorum est,quos iam tu inter alios hæreticos nominasti, nec adiutus Ciuitatum nomnibus legi solet, quia nec ipse mos est ecclesiasticus, quando epi epis scribunt epistolam. Vnde nescio quis iste Donatus, miror si non in uestris literis Carthaginensis factus est, quanquã potuerint illi tam longinquis terris ab Aphrica separati, eoipso tpe quo scribere uolebant, requirere quisnam eps esset Carthaginis, Omitto.n dicere quod fortasse orientales hæreticis aliquo mõ se sociare tentauerint. Sed tu homo prudens cum velles soluere qõnem cum tibi dici posset,si hæc ita sunt, Oriẽtales scriberent ad Donatum vestrũ, quẽadmodũ a cõmunione uestrorũ Orientales postea degradati sunt, rũdisti & dixisti, Quia in recipiendis iterum uestris damnate causæ non poterunt seruare constantiam. Et scriptum est, Qui iungitur fornica- 1. Co. 6.
riæ,unum corpus est: vbi vestros nunc atro F citer accusatis si in causa Maximinianensiũ non potuerunt seruare constantiam execrabiliter damnando sacrilegos, honorabiter suscipiendo damnatos. Illud enim de Orientalibus omnino non probas, hoc de vestris audisse legis, & cernis & iudicas.

Ca. 45. Iubes me relinquere eccleſiã traditorũ, quos nec apud nos,nec maiores vestri apud maiores nostrum conuincere ac demõstrare potuerunt. Quos nunc si demonstrasses, eorum facinus crimenq; damnarem, non ꝓpter eos tot gentium quibus ignoti sunt catholicam societatem desererẽ. Sed vide qua consideratione nolis in communione nostra eorum mortuorum memoriam fieri, quorum facta non nouimus, quorum etsi bonam inter suos famam posteritatis successionem didicimus, cum in vestra communione sine ulla degradatione uiuant, quorũ mala sensistis, quorum sacrilegia condemnastis. Audesne dicere hõ prudens, ille qui tradidit & creauit se,nescies illum esse creatorem nostrum in eo qꝓ christiani sumus,q est creator noster in eo qꝓ homines sumus, quanuis nec illum quem putas creatorem meum de traditione conuiceris? Ego aute G non rependo tibi hanc iniuriam, nec tuum nec filiorum vel nepotum aut pronepotũ tuorũ si in parte Donati fuerint Felicianũ dico creatorem. Tantum qa pmittis,admoneo ne creator tuus post nomen hominis impia vnitate currentis te inueniat desertorem. Deinde plausibiliter tibi videris adiungere, A fonte deducitur riuus,& caput mẽbra sequuntur:sano capite omne sanum

est

est corpus, & si quid in hoc morbi vel vitij est, omnia membra debilitantur: originem suam respicit, quicquid in stirpe processit: non potest innocens esse qui sectam
3.Re.19 non sequitur innocentis, cũ præsertim scriptum sit, In legalibus patrum vestrorum ne ambulaueritis. In his omnibus verbis tuis omitto, quia non est simile quod, de humano corpore cõparasti. Fieri. n. potest vt & pes doleat capite sano, & pede sano caput. Omitto ẽt q̃ tibi exciderit, quod paulõãte dixeris. Hoc & nos volumus, hoc suademus, vt Christus Christiani sit caput, q̃ nunc nescio quem traditorem caput uis esse ignotarum gentium christianorum, vbi datum & acceptum Christi baptismum nõ vultis agnoscere tanquam baptizati, non nisi ab illo traditore creati sint. Omitto etiã illud, quantum me adiuuet, quod de scriptu-
H ra testimoniũ ipse posuisti, dictum esse Iudæis, In legalibus patrum vestrorum ne ambulaueritis, cum hoc vtiq; præceptum quicunq; tunc obseruare voluerunt, sicut Prophetæ sancti & septem milia virorum, qui non curãuerunt genua ante Baal, à populo tamen suo & à cõmunibus sacramentis nõ se diuiserũt. Hoc dico vel nolis repetendo, quamlibet tibi videar molestus, inculco. Noli Cæcilianum totiẽs absolutum caput facere posteris nostris, cum ego & Primianum à Feliciano, & Felicianum à Primiano damnatum, non tamen faciam caput posteris vestris.

Ca. 46. Iam vero de persecutionis inuidia, quam à terrenis potestatibus vos pro parte Donati perpeti gloriamini, quanuis in illo trium librorũ opere satis tibi abundeq́; rñderim, neq; nunc tibi tacebo, qđ ex hac causa Maximianẽsium breuiter rñderi potest. Neque si propterea uos imperitis atque imprudentibus populis uos commendatis. Sic. n. Maximinianus ipse, sic eius socij, q̃ nec pse cutionibus vestrorum, vt ad eorum communionem redirent, cedere potuerunt, vanis imperitisq́; commendat, sed qui sobrie cogitant eorum qui aliquam molestiam patiuntur, non pœnas considerari oportere,
I sed causas, intelligunt eos pro crimine sacrilegi schismatis, in quo à vobis merito iusteque damnati sunt, commotiones etiam iudiciorum secularium merito iusteq́ue perpessos. Neque enim commemoro quod in tua Epistola posuisti, quod Maximiniani non basilicam sed speluncam, non Optatus sed populus euertit. Quanquam etiam illic esse incertum est vestros fecisse, certum est tñ illum passum fuisse persecutionem, nec tamẽ iustum esse sed impium. Vnde iam cogeris confiteri, non debere quid quisque patiat̃, sed quare patiatur attendi. Sed mihi parum est hoc Maximiniani exemplo interim demonstrare, non continuo iustũ esse, qui obtento atq; adumbrato nomine Christi patitur persecutionem, quando & Maximinianus sacrilegus passus est, nisi te cogam fateri, qđ & religiosi sacrilegos, & iusti impios persequuntur, non sanè nocendi studio, sed necessitate potius consulendi. Nec de veteri testõ profero exempla, quanuis te etiam propheticis exemplis docere illa dixisti. Illa, inquam, nimis antiqua non profero, fuerunt enim alterius dispensationis & temporis. Iam post reuelatam & oportuno tempore commendatam mansuetudinem, Episcopi vestri, q̃ quidem nos non dicimus iustũ, sed quandiu ibi es, & talem causam defendis, vt dicere cogeris, Epi, inquã, vestri uestros schismaticos persecuti sunt. Ca

Iam itaq; non dico, persecutionem passus est Maximinianus, fecit Optatus, quoniam vos hoc ignorare respondes, & ita fecit vt hinc nulla possim gesta recitare, quãquam in tam recenti memoria ciuitates ipsæ si interrogentur, negare non pñt. Hoc ergo non dico, sed dico persecutionem passus est Maximinianus, fecit Primianus. Et recito gesta quibus ostendam domum quam Maximinianus propriam defendebat, Primianum procuratione mandata exorciste-rij ecclesiastici nomine fauente sibi sacerdote legato, quod ipsa gesta indicant, abstulisse. Sed iustitiæ non gratiæ fuerit iudex, non abnuo, non refello. Cur ergo Primianus apud acta magistratus Carthaginenſis inter alia q̃ de nobis contumelioſe prosequenda mandauit, illi, inquit, auferũt aliena, nos intermittimus ablata, cũ ipse abstulisset aliena si Maximiniani erat domus. Si autem Maximinianus eã potius usurpauerat, non intermisisset ablata. Sed si neq; hoc ad persecutionem vis ptinere, dico epos vestros et clericos vestros Maximinianensibus in eis sedibus manentibus, in quibus antiquitus fuerant ordinati, feciſſe persecutiones, apud proconsules accusasse, impetrasse iussiones, eisdemque iusionibus exequendis officiorum instantiam, & ciuitatum auxilia meruisse, vt illi qui iam fuerant Bagaiẽsis sententiæ

tentiæ seueritate damnati, & à vestræ communione corpore, ne p̃ cuncta mẽbra pestilens virus irreperetur, cõpendioso dolore præcisi, & nullum iam vobis facientes suæ cõmunionis morbida cõtagione periculũ, cũ p̃cisis pariter plebibus suis p̃pria conuẽticula frequentabãt, & loca et basilicas quas nõ inuaserãt cũ populis sibi cohærentibus p̃petua possessiõe retinebãt, terrerent̃, p̃turbarent̃, expellerent̃, retinẽtes exhiberent̃.
Ca. 48. Lege, q̃ de illis vel in illos aduocatis prosequentibus dicta sunt, quę obiecta crimina sacrilegij, quo impetu accusationis concitatæ sunt ptãtes, q̃re q̃ statua sint Saluio Mẽbresitano, quia ei nõ potuit illi us p̃secutionis exagitationibus extorqueri, vt rediret ad consortiũ criminis, maluitq; committere examini & p̃secutoribus suis in proconsulari iudicio rñdere, ea credo fiducia quod M sciret, aduersarios suos legibus contra hæreticos p̃mulgatis vti nõ posset apud iudicẽ, nisi ẽt se ipsos pariter ei irretiren: sed fefellit eum ista cogitatio. Apud Seranum enim tunc proconsulem vel gratia plus valuit, vel magis forte Bagaiense concilium, quod illic etiam contra eundem Saluium recitatum est, quadam sana interlocutione quod per se ageretur oñdit, id est, vt Saluiũ Choro Episcoporũ cõmunionis Primiani reciderent, aut fugaret à sedibus, vt Restitutus quem cotra eum Primianus ordinauerat, loca omnia quæ à Saluio tenebantur, sine aduersario possideret, & tamen in eadem interlocutione quod persecutionẽ Saluius pateretur expresit. Sic enim in eisdem gestis legitur: Seranus procõsul dixit, Lis episcoporum secundum legem ab episcopis audienda est episcopi iudicauerunt. Quare non aut sub satisfactionem ad chorum reuerteris vetustatis, aut, vt habes scriptum, terga persecutoribus prodis? Quid hic tibi videtur? Placetne istum Saluium appellare iustum, cui proconsul apud quem à Restituto episcopo vestro contrastante accusaba
A tur, etiam de sancta scriptura dat consilium vt terga persecutoribus prodat, quoniam
Mat. 10. scriptum est in Euangelio: Si vos persecuti fuerint fugite. Vides certe quàm speciem Saluius apud suos uel martyris vel confessoris ostendit, qui persequente Restituto hæc meruit à proconsule audire, & tamen
De sal- nõ solũ scđm nos, verumetiã scđm vos impius & sacrilegus iudicaẽ. Iã vero postea
uio scne quam sentẽtia proconsulis Abitinensibus allegata est, per quàm ciuitatem vicinam iudicatam implere vestri meruerant, eo quod penè omnes Membresitani Saluium diligebant, quæ fecerint ijdem Abitinenses homini ætate grauissimo, piget dicere, quia eum non apud acta fecerunt, sed tam recenti memoria, cum omnibus documẽtis sit clarior ipsa testificatio ciuitatum breuiter attingã, quid illic cum iter agerem comperi. Nam quia eis pro defendendis ex quantacunque parte sedibus suis etiam post proconsulis iudicatum turbæ sibi fauentis fiducia Saluius repugnare tentauerat, victus aliquando cõprehensus est, non iam ducendum ad iudicium vbi in partes fuerat prolata sententia, sed pompa miserabili triumphandus. Capto enim seni, mortuos canes alligauerunt in collo, & si eum illo quantum libuit saltauerunt. Hoc si vellem exaggerarem dicendo: Nonne fortasse hanc pœnam vix tormentis regum Etruscorum quibus mortua uiuis corpora iungebant, comparandã esse monstrarem? Nonne homo senex & q̃ haberi volebat episcopus, omnium iudicio de societate viuorum atque mortuorum exterminandus esset, si duobus sibi supplicijs vnde vnum subeundum esset propositis, nõ potius hęreret cadaueribus humanis, quàm saltare eligere cum caninis?

qui mortuorum canũ alligatione punitur Cap. 49

B

Nunc aspice illa mea verba, quæ te refel Cap. 50.
lisse arbitratus es, immo iam non ipsa, sed pro ipsis ista quæ dicam: Ecce enim non dico: Si persecutionem qui patitur habẽdus est innocens, Maximinianus est passus, sed dico: Si persecutionem facere non licet, fecit Restitutus. Nec dico: Si persecutionem qui patitur habendus est innocens, passus est Saluius. Gesta recito, verba quæ non vis repeto: Fecit restitutus, passus est Saluius. Quem mihi ex his duobus Christianum nisi Restitutum: quem sacrilegum, nisi Saluium respondebis? Iaceat ergo oportet improbatumq;, & quod dixisti nullam esse iustam persecutionem: & quod dixisti, quis non vult testamento consentire prolato, qui persecutionem patitur, an qui facit, quia & iusta persecutio est quàm pertulit Saluius, & Restitutus fecit: passus est Saluius, & tibi Restitutus est laudabilis, damnabilis Saluius. Neque enim occulte factũ esse dicturus es. Aut posset hoc latere Primianum quod in ea ciuitate factum est, vbi ipse episcopus præsidebat, & in tanta ciuite apud tantum iudicem, vt ex hoc alijs etiã

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatibus occultum esse non posset. Aut si & hoc inter occulta deputandum est: cur non vis ignorare orbem terræ si quid mali fecit: quod quidem absit, vt fecerit persecutionum tempore Cæcilianus, si persecutionem quam passus est Saluius ab illo quē ipse contra eum ordinauit, & in ea ciuitate vbi super collegas principatum gerit, potuit nescire Primianus? Fateberis ergo velis nolis, ne Restitutum, ne Primianum, ne partem Donati damnare cogaris, non solum iniustos pati, verum & iustos facere posse persecutionem. Aut si eam quæ iuste fit, non esse appellandam persecutionem putas: nec vos à nobis, nec vestros a nostris persecutionem poteris probare perpessos, magisque nos demonstrabimus eam nos perpeti a clericis & circuncellionibus vestris, qui corde duro & insulso, nec intelligentes nec serentes quòd eis consulimus ad salutem tanto in nos furore sęuiunt, vt ea quæ nobis faciunt, nec numerare, nec com
D memorare, nec digne verbis explicare
Ca. 51. sufficiam.

Proinde cum phreneticus medicum vexet, & medicus phreneticum liget, aut ambo inuicem persequuntur, aut si persecutio quæ malo fit, non est, non vtique persequitur medicus phreneticum, sed phreneticus medicum. Sæuitia igitur vestra & violentissima audacia per Circuncelliones vestros clericorum vestrorum satellites omnibus nota, comprimenda fuit legibus, quæ contra vos latæ sunt, & quodammodo colliganda, simul & in quo essetis errore & in quo sacrilegio contra vnitatem pacemque Christi videremini saltem ipso terrore cōmoniti eogitare atque emendare velletis, sicut erroribus vestris per potestatem secularium iussiones exagitati, Felicianus & Pretexatus corde nimium duro & peruersissimo, schisma quod à vobis fecerant, correxerunt, & ad vestram communionem societatemq; redierunt. Totum autem corrigeretur si ad radicem catholicam à vobis omnibus rediretur. Quicquid vero factū est aduersus vos, quod temperamentū Christianæ dilectionis excederet, tam non est imputādum catholicæ Ecclesiæ, quàm nec illud quod Saluio fecerunt Abitinenses, Primia
E no vel Restituto imputauerim.

Ca. 42. Quod vero post exaggeratas persecutiones quas partem Donati perpessam fuisse dixisti, & totum tacens quod præcessit a vestris, & multa dicens quæ non probantur in nostris, de Psalmis testimonium dixisti Psal. 9. & subiecisti. Nonne de ijs qui talia faciunt dictum est, Veloces pedes eorū ad effundēdum sanguinem: & viam pacis nō cognouerunt? Hæc ipsa & alia multo longeque grauiora, illo Bagaiensi concilio Epi uestri in Felicianū Prætexatumq; dixerunt. Et certe illi nullius carnis sanguinē fuderant, nullum in vos violentiæ corporalis imperum fecerant. Sed qui hæc in eos dicebant, multo sceleratius eos sacrilegio schismatis sanguinē spiritalem fundere iudicabūt. Vnde si cum illis post tā grauia quę in eos dicta sunt, pacē sine honoris eorū decoloratione, sine baptismi rescisione feciſtis: non desperandum est quin & nobiscum concordare posſitis. Multo.n. vos magis delectare debet ad pacē faciendam totus orbis Christianus, quam Prætexatus & Felicianus. Qui si non vos inquinauerunt quos tanta criminationis atrocitate damnastis, multo minus vos inquinat vnitas tot gentium Christianorum, cui nescio quorum Aphrorum crimina demonstrastis, & multum vos inquinat scelus quomodo vestram societatem ab eius Ecclesiæ pro qua tot ac tanta diuina testimonia recitantur societate separastis, quibus diuinis testimonijs humana temeritate ausus es contradicere, cum & tuipse nescio quomodo eadem in veritate fateri coactus sis, quòd in Christianū nomen totus quotidie vertitur mundus.

Ausus es, inquā, testō dei reluctari, cum dicat Apostolus. Hominis testm confirmatum, nemo irritum facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Hoc testamentum irritū facere, huic testamento partem Donati superordinare minime timuisti, vt cū quis in eodem testō dicat ad Abrahā: Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. hoc tu irritū faciens, & partē Donati p qua nullum testimonium recitas superordinas, in pauceis, inquis, frequēter est veritas, errare multorum est: non intelligens quomodo à domino dictum sit, Paucos intrare per angustam portam: cum & multos dixerit ab Oriente & Occidente recubituros cum Abraham, Isaac, & Iacob. Sed & in Apocalypsi demonstrentur ex omni gēte & tribu & lingua milia candidatorum, quæ nemo numerare posit. Qui profecto & multi sunt per seipsos, & ijdem ipsi pauci sunt in cōparatione longe plurimi, qui cum Diabolo puniendi sunt. Quæ tū frumenta diuinis in æternum horreis destinata, per totum mundum dilectionis vnitate sociata: vel ab scandalis & violentijs hæreticorum siue ab interiore tanquam palea sua multis non recte viuentibus, æstus & trituram huius seculi tolerant, vltima ventilatione purganda. Sed tibi ad omnia nihil facilius quā Maximinianensiū causa rīdet. Si.n. in paucis frequenter est veritas, & errare multorum est, permitte vt Maximianēses quā to vobis sunt impares paucitate, tanto vos superent veritate. Non facis. Noli ergo in comparatione multitudinis gentiū catholicarū de vra paucitate gloriari, sicut nō vis vt Maximianēses in comparatione multitudinis vestræ de sua paucitate glorient.

Cap. 54. Quod aūt de Aphris traditoribus narras, ita nescis qualiscunque hominis corde, non sentis in conflictu quo veritas quærit cum probatio non sequitur, quam sit vana & inepta narratio, in qua refellenda operā non sumerem, nec si non haberem in causa Maximianēsium tam facile sine vlla ambage compendium. Sacræ sunt literæ: Deus
Psal. 49. H Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram: A solis ortu vsque ad occasum, ex
Luc. 24. Sion species decoris. Huic Prophetico testimonio concinit Euangelium, vbi de seipso idē Dominus dicit: Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gētes, incipientibus ab Hierusalem. Quod enim illic dictum est, Vocauit terram, a solis ortu vsque ad occasum: hoc dictum est hic, per omnes gentes. Et quod ibi dictum est: Ex Sion species decoris eius: hoc dictum est hic, incipientibus ab Hierusalem. Non enim tantummodo ibi passus est Christus, sed etiam ibi resurrexit, inde ascendit in cœlum, ibi centum viginti homines congregatos die Pentecostes missō de cœlo Spiritu sancto impleuit: vbi vno die tria, alio quinque milia credentium in suum corpus conuersa suscepit, inde in totam Iudæam & Samariam, & in orbis terrarum cæteras gentes se fructificando diffudit & diffundit Ecclesia, Quod discipulis prædicens iam ascensurus in cœ
Act. 1. & 4. I lum: Eritis, inquit, mihi testes in Hierusalem & totam Iudæam & Samariam & vsque in fines terræ. Hæc igitur Ecclesia incipiens ab Hierusalem, seq; per omnes gentes tam euidenti fœcunditate diffundens, vt teipsum confiteri cogat, quòd in Christianum nomen prouidentia Dei quotidie totus vertitur mundus: Hæc, inquam, Ecclesia quę Domino Deo Deorū loquente, a solis ortu vsque ad occasum vocatur, nullatenus ab Aphris traditoribus pollui potuit, quos omnino nesciunt, si Maximiniani sacrilegi furculi non polluere plantaria, tot collegas eius tantum, quia ordinando manus ei non imposuerunt, quamuis eum a Primiano damnatum laudauerint, Primianumque damnauerint in eius schismate constituti: dilationem qua reuerterentur acceperint, qui nec etiam, quia dixi traditionem multo probabilius nos vobis objecimus.

Respondens me hoc homo fuisse con- Cap. 55.
fessum, qđ ea vos nobis probabiliter objcitis, docens etiam regulam locutionis qua comparatiuus gradus quod ante positum est auget, non quod ante factum est improbat: & adiungens, Sicut bene & melius, Sup. li. 3.
male & peius, horribiliter & horribilius, cap. 73.
ita esse probabiliter & probabilius, vnde tibi colligere videris & dicis. Hinc ego in
K illo prolixiore trium librorum opere suo loco tibi satis aut plusquā satis fortasse respondi & ostendi. Ex illis literis didicimus vera quomodo comparatiuus gradus non semper augeat quod cōpararat, aliquā do improbet cui comparatur. Inde est:

Dij meliora pijs errorēq; hostibus illū, Virg. in
Discissos nudis laniabát dentibus artus. Georg.

Inde est: melioribus opto auspicijs. Lege diligenter, plura ipse reperies. Sed nonne miraris obsecro te in hac causa Maximinianensium, ex qua tibi ad omnia nunc statui rīdere, nec huius mihi defuisse locutionis exemplū? In illa quippe luculentissima & facundissima sententia Bagaiensis cōcilij: Inuenta est, inquiunt, causa salubrior, ne per cūcta membra pestilens irrepat virus, vt compendioso dolore natum decidat vulnus. Certe secundum regulam tuam salubris, non salubrior dicere debuerunt. Neq; enim illud salubre, sed perniciosum erat, vt per cuncta membra pestilens virus irreperet. Salubrior ergo erat causa, vt compendioso dolore natum decideret vulnus, quanuis non esset salubris, sed cōtra exitiabilis, vt per cuncta membra pestilens irreperet virus. Sic traditionē probabilius nos

L vobis obijcimus, quanuis eam vos nobis
Ca. 57. non probabiliter obijciatis.
Srpra.li. Iam illud quod in Siluanum Cirthẽsem
3.ca.59. Epm vestrũ dixi fuisse, traditorem, munici
palia gesta testantur ibidẽ apud Cirtham à
curatore reipublicæ Numacio Felice con-
secta. Nã sicut ibi scriptum legimus, postea
q̃ peruentum est ad bibliothecam, inuenta
sunt ibi armaria inania, ibi protulit Silua-
nus capsulam argenteam & lucernã argen
team, quo diceret se post arcã inuenisse eas.
Cui Victor Aufidij dixit, Mortuusne eras
si non eas inuenisses. Felix aũt curator cũ
ei dixisset: Inquire diligentius ne quid hic
remanserit, Siluanus dixit: Nihil hic remã-
sit, totum hoc eiecimus. Quæ gesta cum
apud acta Zenopili consularis recitarentur,
eisq; inserrentur, inter alia testium multa
documenta, q̃siuit cõsularis qui administra
bat. Tunc Siluanus in clericatu victor rũ-
dit. Sub Paulo Epo orta persecutio est. Sil-
uanus subdiaconus fuit. Hinc tu publicorũ
gestorum euidentissimo documento, quo
minus credatur, magnũ aliquid tibi videris
opponere, quia cũ cõmemoras sententiam
M q̃ dixit in Cæcilianum uelut puniens tra-
ditores, ac argumentaris fieri non potuisse,
vt traditor fuerit, qui traditionis tã seuerus
vltor extiterat, quasi aliquid seuerius vide
batur illis nequissimis senioribus, q̃n in oc
Dan.13 cidendam Susannam tanta instantia sæuie-
bant, cum eorum conscientia ipso flagitio
foderetur, q̃ se in illam punire velle finge-
bant. Sed omittamus talia. Felicianus nun-
quid non cum Primiano nunc damnat: qđ
cum Maximiniano ipse commisit? sed pla-
nè meliore sententia correctior non impu-
dentior. Quod Felicianus si facere voluis
set, non in Cæciliano falsam, sed in seipso
veram traditionem salubri emendatione
dãnasset, & ad Cęciliani innocentiam, ẽt si
non eps, tñ correcta prauitate transisset,
sicut Felicianus ad Primianum, quem simi
liter vt ille Cæcilianum dãnauerat innocẽ-
tẽ, potuit tñ sine macula Primiani vel sua,
cum epali etiam honore transire. Nec illud
quod dixi, nescio quos traditores, quos ve-
stri maiores arguebant si veraciter argue-
bant debuisse conuincere: sic acceperis tan
quam hoc apud seipsos facere debuerint.
Sic enim respondes quod fecerint, & ideo
nostros perdidisse baptismũ indicauerint.
Lege prius diligenter contra quod scribis,
& aut intellige quæ dicuntur, aut noli q̃d
intelligis vertere in aliud. Ego dixi non a-
pud vestros, sed apud ecclesias transmari-
nas quibus innocentes, illi videbantur qui
arguebantur, à vestris eos debuisse con uin
ci. Nam & Maximinianses conuictum sibi
vñr damnasse Primianũ, sed, non apud eos
qui longius positi, & a gratia vel inuidia re
motiores, tale de illo possent ferre iudiciũ,
quod vniuersæ parti Donati facile probare
tur. Nunc vero dãnauerunt eũ centum &
amplius q̃ trecentis absoluendum reliquerunt, apud quos ipsi periculũ damnationis
incurrerent. Eis quippe & pluribus suam
debuerunt persuadere sententiã, vbi ipsi cũ
eis intus essent, Primianus aũt foris, si dam
natus penitentiã respuisset. Si aũt in hoc, tñ
maiori numero collegarũ, & tot suæ cõmu
nionis ecclesijs per totam Aphricam diffu
sis persuadere non possent, aut sententiam
suam consilio saniore rescinderet, in qua fal
li sicut homines de homine potuerunt, aut
si vera eius crimina sine vlla dubitatione
didicerant, quæ tñ persuadere tanto pluri-
bus cæteris non valebunt, nocentẽ scientes
tolerarent prudentius & patientius, q̃ se à
tot innocentibus qui ista nescirent, impio
schismate separarent. Tenerent enim illam
beati Cypriani plenissimam charitatis pie
tatisque sententiam, qua dicit: Nam etsi vi
dentur esse in ecclesia zizaniæ, non tamen
impediri debet fides aut charitas nostra, vt
qm̃ zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de
ecclesia recedamus. Quod quidem illis tũc
prodesset, si in ecclesiæ catholicæ purgamẽ-
tis purgamenta tolerarent, quæ ante tem-
pus separare non possent. sed quòd eos di-
cimus in hac erroris vestri societate, quam
veram ecclesiam esse arbitramini facere de
buisse, hoc maiores vestri, in illa perspicue
vera in cuius vnitate fuerunt, ne ab illa se-
pararentur, facere debuerunt. Sicut enim
quilibet partis vestræ homo cãm Primiani
prorsus ignorans: tñ quanuis a centum Ma
ximinianẽsibus damnatum simpliciter in-
nocentem credit eum qui tanto pluribus se
probauit, ita etiam in communione catholi
ca, quem causa Cæciliani latet, non immeri
to sibi innocentem fuisse persuadet cũ qui
non solum per Aphricam verumetiam per
tot gentium Christianarũ terras, tanto plu
ribus episcopis cæteris vel innotescere in-
nocens potuit, vel occultari nocens, apud
quos aut ab agnoscente meruit absolui, aut
non meruit ab ignorante damnari, aut cor-
rupto iudice contra quem meruerat abso-
lutus, non potuit alijs, qui non iudicauerãt
demonstrari. Vos igitur sacrilega separatio
ne ab vnitate populorum innocentium tot
tantorumq; separamini, qui cum hac causa
iudices esse nõ possent, aut nullos hinc fuis
se iudices, aut vtrum hinc aliquid vel quid
iudicatũ sit nescierũt, aut electis iudicibus
potius q̃ victis litigatoribus crediderunt.
Contra His docetur in eo etiã quod ex illa mea
Petilia. quadripartita distributione vltimum tibi,
lib.1.ca. neq; n. aliud poteras, elegisti, q̃ facile supe
21.& lib. remini. Dixi. n. q̃ si documenta criminum
3.ca.54. traditionis fuerint ex vtraq; parte prolata,
Et cõtra aut vtraque sunt vera, aut vtraque falsa:
Cresco- aut nostra vera, & vestra falsa: aut nostra
nũ li.3. falsa & vestra vera. Et cum in tribus supe-
cap.67. rioribus facillimam nostram victoriã de-
Cap.57. monstrassem, in quarto quoque vos vinci,
aut minus intellexisti, aut quod magis cre-
do, ne ab alijs intelligeretur, nescio quibus
vmbraculis id conatus obtegere de argu-
mentationis genere disputandum putasti.
Vnde & cũ alijs, si opus fuerit, fortasse tra-
ctabimus, ne tempus non necessarijs insu-
mamus.
Cap.58. Proinde attende, vtrum valeam in illo
perspicuo speculo vestro, hoc est in causa
Maximinianensium etiam hoc demonstra-
re. Nanq; mortuis omnibus, & apud quos
hæc gesta sunt, fieri aliquando poterit, vt
inter vestros, & illorum posteros quæstio
cõionis agitetur: dicturi sunt illi a maiori-
bus suis fermè centũ vel amplius Epis dã-
natum esse Primianũ, & illã primo q̃ apud
Carthaginẽ, deinde aliã quæ apud Cebar-
sussi contra eũ scripta est sniam prolaturi,
contra vñr concilium Bagaiense recitabũt.
Flagitabũt illi, vt diluta esse doceant crimi
na Primiani, quæ suorum maiorũ snia cõ-
tinentur. Nonne multo iustius dicent vñr:
Hæc crimina q̃ obijcitis ẽt mortuis si vera
sint, hoc probate, qđ ad maiores nostros ea
detuleritis, q̃ eis hæc vera ostẽderitis esse?
Qđ si facere conati estis, nec implere po-
tuistis, maiores ipsos nostros inquinare nõ
potuerãt aliena crimina, q̃uis vera, quæ illis
non fuerant demonstrata hominibus, si eã
nec conati estis ostendere. Vnde igr ad nos
cã illius rei status trãsire potuit, qui nec ipsos
qui cum Primiano tunc viuebãt ignoratus
& non probatus inuoluit? Vos itaq; schis-
matis reos pspicua veritate conuincimus,
quos a nobis fratribus vñris pp aliena cri-

mina, quæ tunc maioribus nñis demõstrata
non sunt, q̃s fuerant demonstranda, separa
tos videmus, si hoc iustissime dicturæ sunt E
plebes, & clerici eorum locorũ ex quibus
erant trecẽti & decem, qui contra Maximi
nianenses Bagaiense conciliũ condiderunt.
Si hoc, inquam, recte dicturi sunt Aphri
Aphris, Numidæ Numidis, Mauris Mau-
ri, quam plurimi paucis Bizaceonis & pro-
uincialibus quanto iustius & criminibus
etiã si vera essent nescio quorum in Aphri
ca traditorum? Hæc dicit Aphris orbis ter
rarum, cum præsertim & in Aphrica ipsa
Ecclesia catholica tanto sit cæteris gẽtibus
vnitatis vinculo sociata. Quę nihilominus
eam & documenta etiam criminum alieno
rum, quæ mihi nunc conaris ostendere, nõ
faciunt reos populos gentiũ: quibus quãdo
debuerunt non demonstrata sunt, vel quia
non curastis a quibus populis in hac causa
innocentibus, si me dissociauero, pro crimi
nibus alienis innocens esse non potero a sa
crilego crimine schismatis. Proinde & plu
rimum valeatis, & nunc mihi hęc vera esse
doceatis. Damnamus mortuos traditores,
viuos non deserimus innocẽtes. Cum ergo
dixeris: sed si qua vera essent vestra docu-
menta Ecclesiæ, hoc est catholicæ, vos ea
probare debuisse & vos intus essetis: illi aũt
quos conuinceretis, pellerentur foras: pro- F
pulsi vestri autem in Ecclesia plenaria &
catholica remanserunt: hoc si totidem ver
bis vobis Maximinianenses dicant, quid re-
spondebis, nisi nec refelli dignos sed tãtum
rideri, qui ecclesiam plenariam cum episco
pis iam minus quàm centum contra tan-
tam numerositatem ac multitudinem, cui
amplius quàm trecenti præsident audeant,
cum per oẽs Aphricæ regiones vbi Maxi-
minianẽses sunt, non desit etiam cõmunio
Primiani, per alias autem multo plures la-
tioresque Aphricæ partes vnum Maximi-
nianensem nemo reperiat, nisi vix forte pe
regrinantem? Quo igitur ore contra eccle
siam à solis ortu vsq; ad occasum, pmissam
voce veritatis & redditam audes ecclesiam
plenariam dicere partem Donati, cum ipsa
non sit nisi Aphricæ. illa vero cum tot gen
tibus, sit & Aphricæ: sed videlicet ista illã
misit foras. Ne quæso tu istam vocem mit-
tas foras, in facie est frons homiuis non sub
humero. Ergone ista illam misit foras? Nõ
vides si illa mittitur foras, de qua dicit do-
minus ad Abraham, In semine tuo bene-

Gen. 22. dicentur omnes gentes. De qua prædictũ
Esaiæ. 2. legitur, ꝙ erit in nouissimis diebus mani-
G festus mons Domini, & venient ad eũ vni-
Psal. 21. uersæ gentes. De qua prædictum canitur,
Commemorabuntur & conuertentur ad
Dominum vniuersi fines terræ, & adora-
Luc. 24. bunt in cõspectu eius, vniuersæ patriæ gẽ-
tium. De qua prædicatur, ꝙ in toto mũdo
fructificet & crescat, quam ipse Dñs dicit
dilatari per omnes gentes incipientibus ab
Hierusalem. Nõ inquam, vides si hæc mit-
titur foras, eam cum lege Dei, cũ Prophe-
tis, cum Psalmis, cum Apostolis, cum ipso
Euangelio, cum toto denique testamẽto, &
cum ipso hærede mitti foras?

Cap. 59 Quod nefas si attendis, si perhorrescis,
si cõtremiscis, vide vbi sitis, & redite intro,
quoniam nõ missi estis, sed vos potius exi-
stis foras, vide quid faciat animosa cæcitas.
Dicitur ꝙ Maximinianus Primianũ miser-
it foras, & ridetur. Dicitur quòd pars Do-
nati labores apostolorum per vniuersum
mundum fructificantes & crescentes misit
foras, & non exhorretur. Ne quid sanè fal-
laris aut fallas, qm id quod tam crebro cõ-
memoraui, non aduertens uel te aduertisse
dissimulans, dixisse me affirmas non esse
frumenta dñica, quam ego ecclesiã catho-
licam sic asserui, qũo eam asserit scriptura
diuina frumenta sola in horrea reconden-
tur: nunc ecclesia tanq̃ area cum palea tri-
H turatur: hoc est quod uos urget ac premit,
& nisi corrigamini extinguit: quia huius
areæ paleam quod vos esse demonstrastis,
purgatum frumentum impudenter vos es-
se finxistis: ac sic ex ipsa area vanis calum-
nijs turbulentis, tanquam leuissimus tri-
turæ puluis per inane sublatus, ante nouis-
simum ventilationis tempus existis. Vox
denig; arrogãtissima atq; falsissima vestra
est illa, non nostra. Quid paleæ cum fru-
mento? quod de somnijs vanorum & reue
Hie. 24. lationibus prophetarum Hieremias ait: &
Contra tanquam de nobis dictũ sit, Parmenianus
Parme- hoc scribit. Quære quoq; à Maximiniano,
nianum, mhil aliud de se dicit, Non est enim alius
li. 3. ca. 2 impius superbiæ tumor apud omnes qui se
in fi. et 3 a Christi vnitate discindunt, quàm se solos
Christianos esse iactare & damnare cæte-
ros, non solum quibus eorum lis nota est,
verumetiam quibus eorum nec nomen au-
ditum est.

Cap. 60 Nam illud q̃ eleganter tibi visus es di-
cere, quòd cum ego de testamento dei di-
xissem, nunc undecunq; prolatum est reci-
tetur. Respondendum putasti ꝙ iam hoc
confessionem criminis habeat, & ideo dixe
rim a quocunq; prolatũ est recitetur: quia
apud me constat, & a nostris exustum & a I
uobis seruatum atq; prolatum. Ita vero si
veritate confisus, a Maximiniano velis p-
ferre codicem legis, vnde recites Dathan,
Chore, & Abiron, qui uiui terra dehiscẽte Nũ.
submersi sunt, quibus istũ Bagaiensis sentẽ
tia comparauit: non eo firmius contra illũ
recitabitur: quia in eius codice reperitur.
Quod ergo dixi, testm vndecunq; prolatũ
est recitetur: non est confessio criminis sed
fiducia veritatis. Quid. n. commodius, quid
præclarius, q̃ si fieri potest, aduersus te lega
tur, à te proferatur? Non quia ego non ha-
beo pro me, sed facilior est certiorq; conuic-
tio, vt tu habeas contra te quod pro te si
corrigaris fiat. Contra vniuersitatem uero
ecclesiæ quia te inania repetere libuit, etiã
hic tibi rñdeo. Sicut in Aphrica pars Dona
ti vos estis, a quibus apparet partem Maxi
miniani schisma fecisse, quoniã non est per
Aphricam in qua uos estis: vos autem & in
regionibus in quibus illa est non deestis, nã
& alia schismata facta sunt ex uobis, sicut
Rogatenses in Muritania Cęsarienſi: Vrba
nenses in quadam Numidiæ particula, &
alia nõnulla: sed vbi præcisa sunt ibi remã-
serunt: & hinc. n. & eos à vobis exiisse, non
vos ab ipsis, quia vos etiã in his terris estis K
vbi ipsi sunt: illi autem quaqua versus vos
estis, nõ nisi forte peregrinantes inuenium
tur. Sic ecclesia catholica, quæ sicut ait Cy
prianus, ramos suos per vniuersam terram
copia vbertatis extendit, vbiq; sustinet scã
dala eorũ qui ab illa vitio maxime superbiæ præciduntur, aliorũ hic, aliorum alibi
atq; alibi, qui partes suas ostentantes dicũt, Mat.
Ecce hic est Chrs, ecce illic quibus ne cre-
datur ipse præmonuit. Non enim ostẽdunt
viam de qua prophetatum est in Psalmis, Psal.
vt cognoscamus in terra uiam tuam, in o-
mnibus gentibus salutare tuum, sed suæ cõ
munionis quisq; regiones, ecce hic, ecce il-
lic. Vbi. n. cadunt ibi remanent, & vbi sepa-
rantur ibi arescunt, vnde ipsa de qua præci
duntur, etiam in eas terras extenditur vbi
iacent illa quæq; in sua regione fragmenta,
in illa vero singula quacunq; ipsa distenda
tur non sunt, quanuis aliqñ vix rarissima
folia eorum ariditate ventus elationis in pe
regrina dispergat.

Hæc

Ca. 61. Hæc igitur ecclesia quæ vt eiusdem idẽ-
tidem verbis vtar, ramos suos per vniuer-
sam terrã copia vbertatis extendit, ad mul-
tas etiã Barbaras gentes extra orbem Ro-
manum crescendo peruentura est. Quod
I te inquisisse & cõperisse arbitor vt, diceres
Omitto gentiũ Barbararũ proprias regio-
nes, ipsarũ ritus, sydera Chaldæorũ, Aegy
ptiorum superstitiones, deos Magorum, vt
omnia ista sint, quia prouidentia dei in chri
stianũ nomen totus quotidie vertitur mun
dus. Hæc tu vera dixisti, & sic impleẽ pro-
Gen. 22 missio quæ dicta est Abraham, In semine
tuo benedicentur omnes gentes. Omnes,
inquit gentes: non dixit, omnium gentium
omnes homines. Vnde necesse est non solũ
fœcunditate crescentis ecclesiæ, verumetiã
permixta multitudine inimicorum eius,
per quos pietas eius exerceri & probari
posset vsq; in finem iudiciariæ separationis
totus orbis impleatur. Sic commemoratũ
Gen. 26 est hoc testm & ad filium eius Isaac, domi-
no dicente, Et statuam iuramentum meũ
quod iuraui Abraham patri tuo, & ampli
ficabo semen tuum tanquam stellas cœli,
& dabo tibi & semini tuo oẽm terram, &
Gen. 28 benedicentur in semine tuo oẽs gentes ter
ræ. Sic & ad nepotem eius Iacob, Et erit se
men tuum sicut arena terræ, & illabitur su
pra mare & in Aphricum & in Aquilo-
M nem, & ad Orientem, & benedicentur in te
oẽs tribus terræ. Supra mare autem plerũ-
que scriptura cum dicit, Occidentalem par
tem solere significari, nouit qui legit. Huic
tu testõ si prolato consentire voluisses, non
in sola Aphrica remansisses. Non ergo no,
bis communicant sicut dicis, Nouatiani,
Arriani, Patripassiani, Valẽtiniani, Patricia
ni, Appellitæ, Marcionitæ, Ophitæ, cætera-
que, vt verbis tuis vtar, nephariarũ pestiũ,
sacrilega nomina sectarum. Veruntamen
vbicunque sunt isti, illic catholica, sicut in
Aphrica vbi & vos, non autem vbicunque
catholica est, aut hæresis quælibet illarum.
Vnde apparet quæ sit arbor ramos per uni
uersam terram copia ubertatis extendens,
& qui sint rami fracti nõ habentes uitam
radicis, atque in suis quiq; latentes & cre-
scentes locis, sed si non permanserint in in-
Rom. 11 fidelitate, sicut de Israelitis dicit Apostо-
lus, inserentur. Potens est enim deus ite-
rum inserere illos, non vt iterum accipiant
sacramentum baptismatis, quod iam tractũ
ex arbore non mutarunt, sed vt reuiuiscant
ex radice charitatis & vnitatis, à qua sepa-
rati sterilitate animositatis arescunt: sicut
rursus inserendos putastis Prætextatum &
Felicianum, quos tecum præciderat Maxi-
minianus, nec præcisorum baptismum re-
probastis. Quibus vero aliquid præstare- A
tis, si non eos frumento vestro, sed & vos
& illos radici catholicæ redderetis.

Iã vero ad illud quid rñdeam, quod tibi Cap. 62
visus sum dixisse, pro vobis, qm dixi non
prodesse baptismũ eis qui ab vnitate disce-
dunt, inesse illis tñ hinc probari, ꝙ redeun
tibus non restituitur? Firmastis. n. & uos
hoc dicere, ꝙ maioribus nostris ad Eccle-
siam redeuntibus, baptismus quem ibi acce
perant non profuerit. Hoc si diceretis, ni-
hil inter nos aliud quæretur, nisi quæ sit
Ecclesia vbi baptismus prosit. Sed vos non
dicitis in nobis baptismum esse, ac nõ pro-
desse, sed dicitis omnino non esse, quod ab
eis acceperimus, qui eum discedendo perdi
derant, vnde nec potuisti rñdere, nec pote
ris ad illud ꝙ à me positum est, in esse ba-
ptismum discedentibus hinc probari, qa re
deuntibus non restituitur. Si. n. baptismum
Felicianus à vobis recedendo perdiderat,
cur non denuo rediens baptizatus est, vt ei
quod perdiderat redderetur? Ipse denique
Maximinianus si ad vos redeat non bapti-
zatus, qđ deberet vtiq; si perdiderat baptis
mum. Tua quippe verba sunt, qđ in eius B
schismate sententia damnationis retenti,
simul & baptisma & Ecclesiã perdiderũt.
Sicut ergo eis redeuntibus redditur Eccle
sia reddatur baptismus. Baptizentur, inq̃,
redeuntes, baptismũ amiserunt absceden-
tes. Hoc quia non facitis, etiam vos fatemi
ni ab Ecclesia redeuntibus inesse baptis-
mum, nec prodesse: dant ergo sicut habent,
id est, vt & ipsis qui ab eis extra ecclesiam
sumunt, insit baptismus, nec tũ prosit. Vn-
de sicut illis redeuntibus non redditur qđ
amiserunt: ita & illis non dandũ est qđ ac
ceperãt, sed agendũ cum eis, vt per ecclesiã
ꝙsit vtrisq; quod extra ecclesiã incsset nõ
prodesset. Ac per hoc nec pro vestro erro
re aliquid dixi, & ei quod dixi nõ rñdisti.

Adiungis etiam de horto cõcluso & fon Cap. 63
te signato: quod omnino vnde dictum sit Cant. 4.
non intelligis. Si conclusus est, inquis, hor
tus & fons signatus, qũo qui foris est posi-
tus, & ab horto, id est, ecclesia & fonte e-
ius, id est, baptismate separatus, potest dare
quod non habet? Intellige Felicianũ utrũ

in horto cõcluſo fuerat,qñ illi reditus quaſi ad eundẽ hortũ concluſum dilationis ianua pandebatur. An forte exinde furatus
C eſt fontẽ vbi laicos ſuos in Maximiniani ſchiſmate baptizaret? Quod ſi ita eſt, vbi tunc veſtri vos abluebant? An eos pariter illa dilatione diſtulerunt, donec fures illi ad hortũ cũ fonte remearẽt? Tunc nõ erãt iſti pſeudoprophetæ,qñ Primiani criminibus mentiendo deceptos, ad ſuũ ſacrilegiũ traducebant lupi rapaces, qñ ſeductos de grege Primiani,ad ſuæ concioniſionis particu las pertrahebant? Negas eas quas dixi tyrannicas veſtrorũ in fundis alienis dominationes & bacchationes ebrietatum? Nega quantum potes,non vereor,ne ppea no biſcum vos pigeat concordare: Non in vos tale aliquid dixi, qualia Maximinianenſes damnati à uobis audire meruerunt. Negas furorem Circumcellionum, & præcipitatorum vltro cadauerum cultus ſacrilegos & prophanos,non tũ negas cum Aegyptio rum ad modum exẽplo pereuntium funeribus plena eſſent littora: qbus in ipſa mor te maior eſt pœna, quod nec ipſam inuene runt in ſepulturam. His vos ſepultis cadaueribus inhæſiſtis,ibi enim iacebant Prætextatus & Felicianus. Aut ſi apud vos reuixerunt,quid de baptiſmo agitis quem tunc mortui tradiderunt?

Cap. 64 Dicis me non ſeruaſſe pacem ac lenitatem, q̃ principio literarum mearum promiſeram, qp ſatanam Petilianũ appellauerim.
D Ego non Petilianum nec quenquam hominem in parte Donati, ſed ipſum errorem partis Donati ſatanæ comparaui: ex cuius laqueis homines quos diligo cupio liberari. Nam lege conſideratius, inuenies: quanquã & ſi aliquid durius dixi, lege quæ ipſi non in errorẽ Maximinianenſium, ſed in ipſos dixeritis. Felicianum ergo Petilianus imitetur, & mihi pacẽ deſideranti non iraſcantur. Tibi certe ipſe ſuccenſeo qp mihi ex obliquo Manichæos obijciendos putaueris pp errorem adoleſcentiæ meæ. Vnde non tã doleo confidens de perpetua gloria liberatoris mei,quã ſi placet admoneo, vt quæras & legas quæ & quanta & qũo aduerſus Manichæorũ peſtilentiſsimã hæreſim ſcripſerim. Ibi uidebis quæ fide contra eos Chriſtianam defenderim veritatẽ, eorumq; fallacias quãta perſpicuitate deſtruxerim, & noli eſſe aduerſus me incredulus, cum Felicianum credas Primiano ſideliter inhæſiſſe, qui pro Maximiniano tã ta crimina in eum ſententia damnatoria dixerit. Contra eundem vero Maximinianum & ab eo diſſociatus aliquid forſitan ſcripſerit, in quem non ſicut ego in illo adoleſcens, laicus, cathecumenus inciderat, ſed ſenex ſenem ei cui nunc adiunctus eſt, aduerſarium epiſcopus epm faceret. Vnde cũ ego epiſtolam primatis noſtri, quia feciſſet ſub eadem vrbana obliquitate mentionẽ, quam de me iſte ſcripſit iratus, cum in epiſcoporum concilio probare quod intenderat vrgeretur, eius ipſius ſententia ſe corrigentis, & de hac re veniam poſtulantis, legem eſſe damnatam, tu quære vtrum poſſis legere, vbi correctus damnauerit Felicianus, quæ non accuſans ſed dãnans dixit in Primianum, vel ſaltem ipſe Primianus euacuauerit, quæ damnans dixit in Felicianum. Quod ſi inueneris, nec ſic par erit cauſa, quia ille accuſationem inſtituerat, quam falſam eſſe peruidens, cum veniæ poſtulatione damnauit, non aſpernans emendationis humilitatem dignitate primatus, ſed potius recolens prudens quod ſcriptum eſt, Quanto magnus es, tanto humiliate in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Iſti autem non inuicem apud alios accuſauerant, ſed aduerſus inuicem iudices ſederant, proinde inuicem damnauerant, damnati concordauerunt. Non inuidemus in parte Donati pacem damnatorum, ſi & Chriſti pacem non reſpuant in orbem terrarum.

Cernis iã vt arbitror, q̃ inaniter dixeris, qđ videaris tibi ad omnia rñdiſſe quæ in ea epiſtola continentur. Si enim propter ea reſpondiſti, quia tacere noluiſti, nõ quidem ad omnia, ſed tũ reſpondiſti. Si autem ad hoc reſpondiſti vt ea, quæ à me dicta ſunt euacuares, video te quidem ad multa reſpondiſſe, ſed nihil video refelliſſe. Conſideratis aũt omnibus quæ a me dicta ſunt, puto quòd facillime intelligas non deuitandæ contentionis cauſa, quæ nulla eſt cum veritas vel quæritur, vel non pro vana gloria litigatur, ſed cauſæ malæ diffidentia vos nobiſcum nolle conferre. Vt enim hanc ſolam Maximinianenſium cauſam in mediũ proferamus, nihil contradicere te iſti poſſe, nunc ſaltem fortaſſe iam agnoſcis, vnde non mihi arrogans ſicut credis, aut calumniaris, velut inuictam eloquentiam ſic eã volui commendare, ſed magis vt intuerentur qui

tur qui legerentur talem eſſe cauſam, pro aſſerenda vel potius demonſtranda nullius ſit ſecundiæ patrocinium requirendum.
Ecce iam non dico tricipitem beſtiam, errorem veſtrum, quaſi ſuauiſsimas verborũ emendationes, ſed dico calumniam tripartitam. Nec dico nos ei tanquam tridenti telo ex hac Maximinianenſium cauſa debere reſiſtere, ſed dico tripertita defenſione.
Nec dico in eorum frontem figite, aut in ora coartate, ſed dico eorum impudentiam cohibete, ſermonemque reprimite. Nunquid quoniam verba mutata ſunt, & ex tranſlatis facta ſunt propria, ideo Maximinianenſium cauſa mutata eſt, cuius compendio ſic ſuperamini vt nihil vobis reſtet ſi aliquando ſapiatis, niſi finita peruicaci animoſitate pacari? Si de communione agitur, non peccatorum alrenorum, ſed diuinorum ſacramentorum: communicatum eſt damnatis, & dictum eſt de alijs ſacrilegis qui cum damnato Maximiniano communicabant, quòd eos ſacrilegi ſurculi nõ polluere plantaria. Si de perſecutione agitur: damnatos perſecuti eſtis, animoſos perſecutionibus correxiſtis. Si de baptiſmo agitur: in ſacrilego ſchiſmate datum baptiſmum ſuſcepiſtis. Quid adhuc inaniter ne
1.Co.11 ueritas cognoſcatur, errorque fugiatur, diuina non intellecta teſtimonia proferũtur? Scriptum eſt, Si quis putat ſe contentioſum eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus. Sed nec Reſtitutus qui cum Saluio
H Membreſitano propter cellulas & agellos, vt eum locis expelleret forenſi ſtrepitu controuerſiaque confluxit, contentioſius habitus eſt à vobis: quanto minus debet contentioſius putari, qui non pro vſurpãda vel auferenda, ſed pro communicanda hæreditate cœleſtium cum eis qui aliter ſapiunt
Pro.24. fideliter diſputat? Scriptum eſt inquis, In aures imprudentis noli quicquam dicere, ne irrideat ſenſatos ſermones tuos. Nolite nobis in aures quaſi ſecreta dicere, ſi non prudentes putatis, ſicut nec Chriſtus in aures phariſæorum dicebat, quod tamen ad eos refellendos ipſis audientibus proferebat. Palam nobis oſtendite, vt ſi non corrigimur, conuincamur. Quomodo vos ſi ad vnitatẽ veneritis, maculat orbis Chriſtianus, quos dãnatos nõ maculat Felicianus?
Pro.26. Eſt ſcriptum, Noli rũdere imprudenti ſecundum imprudẽtiam eius, ne ſimilis ſias illi. Nõne ibi ſequit, Sed reſpõdere illi con-

tra imprudẽtiã eius, ne ſibi ſapientia videat? Hoc & vos facite. Nolite rñſione vra nræ quàm putatis imprudẽtiæ, conſentire, ſed vnde poſſit rñdete. Rñdete, inquã, qũo baptiſmum quod Maximinianenſes in ſacrile
I go ſchiſmate miniſtrarũt, ſine aliqua deſtructiõe ſuſceperitis, et in Eccleſijs, quas Chriſtus per Apoſtolos propagauit, datum baptiſmum deſtruatis. Proinde quod in fine Epiſtolæ tuæ omnia quæ ſupra latius abs te dicta ſunt, breuiter percurrenda arbitratus es quo lectoris memoriam recrearet, eodẽ ordine accipe q̃ nec alios fallere debeas. Nam & arrogantiæ nõ eſt, vel quærere uel aſſerere veritatem. Et quod nunquã putas potuiſſe definiri, non ſolum à prudentibus & deum timentibus definitum eſt, ſed etiã vos totum ſine fine putabatis, Maximinianenſes ſuſcipiendo finiſtis, & vos nõ ad cõtentionem, ſed ad collationem vocamus, q̃ Maximinianenſes etiam forenſibus litibus pertuliſtis: ſed in eis qui in Maximiniani ſchiſmate baptizati ſunt, quanuis nequaquam illic baptizari debuerint, tamẽ Chriſti baptiſmum cognouiſtis, & Eccleſiæ fontem aliter debere intelligi, ad quem niſi bonus nullus accedit accepto baptiſmo, quem ſacrilegi extra dederunt, declaraſtis: & maiores noſtros vel ſanctam Eccleſiam quam tenemus, alienis criminibus thurificationis & traditionis, quanuis à uobis nunquam probata ſint, tamen pollui non potuiſſe cogemini confiteri, qui dixiſtis quòd ſocios Maximiniani, quibus ad redeundum dilationem dabatis, eiuſdem Maximiniani ſa K
crilegi ſurculi non polluere plantaria. Vnde nos tanto poſt nati, multo minus poſſumus ad eorundem traditorum & thurificatorum originem pertinere, ſi tunc pariter viuentium ſocietatem maiorum veſtrorũ maculare non potuit, & perſecutiones, quãuis contra veritatem ſæuiſsimas nobis facere ſoleatis, tamen ex aliqua parte Maximinianenſes perſecutionibus correxiſtis, & eos quanuis non ipſis iã damnatis data fuerit, tamen poſt illius dilationis terminum ſuſcepiſtis, & baptiſmum quem foris à veſtra communione dederant, quibus dilatione redeundi ianuam pandebatis, etiam poſt eandem dilationem cognitum & approbatum non reſcidiſtis. Quare cum videas nihil à te dici potuiſſe quod non vna Maximinianenſium cauſa refellat atque conuincat, da veniam ſi quos fortaſſe uerbo durius

durius emisso te offendu:& si Apher in Aphrica tam magnâ Maximinianensium causam in capite Aphricæ exortam, meis admonitus literis, tam sero requisisti,nec requisitam falsa narrantibus vestris,sicut iam cernis, inuenire potuisti. Timete deum, Tot christianas gentes tam late per mundum christiana vnitate porrectas, ignotorum Aphrorum ignotisque criminibus nolite perfundere, & pro pace Christi redite ad Ecclesiam, quæ non damnauit incognitos, si pro pace Donati placuit reuocare damnatos.

Libri quarti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Primam Gaudentij Donatistarum Episcopi epistolam. Liber Primus.

Cap. 1.

GAVDENTIVS Donatistarum Tamugadensis Episcopus, cum se ipsum in Ecclesia quibusdã sibi adiunctis perditis, incendere minaretur: viro spectabili tribuno & notario Dulcitio, cui pijssimus imperator leges suas exequendas cura perficiendæ vnitatis iniunxit,agẽti vt oportebat, cum furentibus mansuete, & prius ad eundem Gaudentium literas pacificas danti,duas rescripsit epistolas, vnã breuiorem, & perlatoribus sicut ind cat festinantibus festinatam : alteram prolixiorem,inqua secundum scripturas se respondisse diligentius arbitratur. Ita ego scripta eius opitulante domino instituí refutare, vt etiã qui sunt ingenio tardiores, ad omnia me respondisse non dubitent. Nã prius verba eius ponam, & deinde nostra subiungam: non sic quemadmodum feci cum Petiliani literis responderem. Ibi enim per loca singula quando verba ipsius inseruntur, positum est, Petilianus dixit. Quando mea redduntur, Augustinus respondit. Vnde mihi tanquam mentitus fuerim, calumniatus est, dicens, quod nunquam mecum cominus disputauerit : quasi propterea non dixerit quod scripsit,quia hoc non in verbis eius audiui, sed in literis legi,aut ego ideo non responderim, quia non eo præsente locutus sum, sed scriptis eius visisim scribendo respondi. Quid faciamus hominibus qui tale cor habent, aut eos qui bus sua scripta innotescere cupiunt, tales cor habere opinantur ? Sed etiam talibus hic satisfaciamus : & quando ponimus verba Gaudentij, non dicamus. Gaudentius dixit : sed Verba epistolæ:& quando respõdemus,non dicamus, Augustinus respondit: sed,Ad hęc responsio.Sic ergo incipimus refellere Gaudentij epistolam priorẽ ac breuiorem.

VERBA EPISTOLAE, Honorabili ac nimium nobis, si sic volueris, desiderando Dulcitio tribuno & notario, Gaudentius Episcopus. AD HAEC RESPONSIO, Non debemus etiã ista discutere, ne propemodum in superfluis immoremur,cum sint loca necessaria, quæ nos aliquanto diutius cogant. VERBA EPISTOLAE, Religionis tuæ scripta percepi per eos quos & moribus & instituto suo cunctis charos esse manifestũ est. AD HAEC RESPON. Neque hoc discutiam quomodo dixeris, religionis tuæ homini, quem potius irreligiosum putas . Reddidisti quippe honorificentiam, sicut reddendam existimasti,quia ille te honorificentius tractauit in literis quas ad te dedit, quàm catholicus hæreticum debuerit, putans tamen tali fieri sermocinatione sanabilem.

VERBA EPISTOLAE, In quibus tam multa, inquit, à tua dignatione dicta sunt, quæ nunc interim conticesco, sed quoniam ingenij tui acumen minus aduertit, quòd nos in eodem scripto, nec innocens plenè, nec reos asserere potuisti. AD HAEC RESPON. Qũo nõ asseruit reos, quos dixit male congregatos ? Quomodo non asseruit reum quum dixerit, quòd te duce miserorum animæ nefando exitu perituræ sint, adijciens te in te intelligere debere, quanta te & in hoc mundo inuidia, & in illo vltimo iudicio desperatio poterit manere ? Quomodo non asseruit reum, quem sicut potuit exhortatus est, vt imitandum aliorum secutus exemplum, dimisso errore prioris hæreseos, te ad vnam & veram dei conferas fidem ? Veruntamen non tribuni verba defendere, sed hæretici refutare suscepimus. Si quid ergo iste noster tanquam latcus militaris dixit incautius, quis ei non ignoscat? Quis Ecclesiæ catholicæ de verbis eius

præiudicandum esse contendat? Tu perpensius cõsidera quid loquaris,quem pars Donati in nostra collatione quæ apud Carthaginem facta est,sex alijs adiunctum, etiam defensorem suæ diuisionis ædidit.

Cap. 4. VERBA EPISTOLAE, Qđ sic criminosos inquit, existimas,fugienda nobis damnanda societas. AD HAEC RESPON. Planè fugienda est societas criminosorum, sed non est respuenda correctorum. Illud ergo salubriter ita deuitamus, vt hoc misericorditer velimus, optemus,instemus. VERBA EPISTOLAE, Si vero innocentes nos putas, inquit, quod etiam ipse dixisti, persecutores in fide Xpi constituti sustinere gaudemus AD HAEC RESPON. Considerauí literas tribuni ad te datas, & nusquã in eis legi quod te dixerit innocentem, sed ab alijs audisse, vel cognouisse prudentem. Sic autem in scripturis sanctis non solũ bonis, verumetiam mali vocari solent, Nam hoc ibi nomen etiam serpens hominis deceptor accepit. Quod enim quidam interpretati sunt, sapientissimum omnium bestiarum, prudentissimum potius Græci codices habent : vnde in Latinam linguam scriptura illa translata est. Sed si eos putandũ est innocentes à tribuno esse dictos, quos abs te ad exitium retineri dixit inuitos, qd mirum si & illic fieri credidit,quod in alijs locis factum esse cognouit ? Non est ergo vnde gaudeas te pati persecutionem, cum inuenire non possis quomodo te asseras innocentem. Absit autem vt ista persecutio dicenda sit hominum, cum sit potius pro hominibus liberãdis persecutio vitiorum, qua lem facit ægris etiam diligentia medicorũ. Quamuis etsi esseris innocentes, hinc effice remini nocentes,quia occidere cupitis innocentes. Qui enim se innocentes conantur asserere,& tamen vitæ suæ nolunt parcere, quid aliud quàm innocentes conuincuntur occidere?

Cap. 6. VERBA EPISTOLAE, In hac autem Ecclesia,inquit,in qua nomẽ dei & Christi eius,vt etiam ipse dixisti,in veritate est frequentatum,nos aut veri quãdiu deo placuerit permanemus, aut vt dignum est,dei familia intra dominica castra vitæ exitium tereminabimus, sub ea.s.conditione, quia si vis fuerit operata, tunc id poterit euenire, Nemo.n.tam demens est, vt nullo impellẽte festinet ad mortẽ. AD HAEC RESPON. Neq; hoc in tribuni literis legitur à te inuocatum in veritate nomen dei,quanuis dixerit inuocatum, q̃q̃ etiam si dixisset,posset hoc intelligi,non ad vestrã gloriam sed ad pœnam. Nam & de gentibus impijs Apostolus dixit,Qui veritatẽ Rom.1. in iniquitate detinent,vt vos facitis,qui veritatem baptismi diuini in iniquitate detinetis erroris humani.Vnde nos cum uestrã corrigimus iniquitatem, non vtique debemus illius sacramẽti rescindere veritatem. Profiteris sanè innocens homo alijs quidem verbis, cum Ecclesia te ac tuos interituros. Cũ enim dicis in Ecclesia,qd aliud vis intelligi,nisi cum Ecclesia, quandoquidem id agere ignibus paras? Hæc est innocentia partis Donati, vt hoc faciatis adiunctis mortibus vestris,quod etiam apud Car E thaginem in inuidiam nostram de Basilicis quæ vestræ fuerunt,sicut potuistis, & cum quibus potuistis feciſſe assueramini sine mortibus vestris. Quis enim vos non credat velando fecisse, quod facere etiam moriendo disponitis?Si autem illud vos non fecistis,hoc certe furiosius est quod facere paratis.Sed dixisti,si vis fuerit operata: Et adiunxisti. Nemo est tam demens, qui nullo impellente festinet ad mortem. Quãro est ergo dementior,qui cum impellatur ad vitam,festinet ad mortem?

VERBA EPISTOLAE, Eos autem qui nobiscum sunt, inquit, testem deum facio,eiusq; omnia sacramenta,q̃ ex hortatus sum & impensissime persuasi, vt qui haberet voluntatem egredi,securus publice fatereturr: nec nos enim inuitos retinere possumus,q̃ didicimus ad dei fidem nullum esse cogendum. AD HAEC RESPON. Cur autem non te etiam, si non inuitorũ retentorẽ, tñ ad bonum opus exhortatorẽ apertissime fateris,si quod facturus es,bonum est? An forte quã malũ sit & ipse intelligis,atq; id facturum te magis vt terreas quàm vt impleas comminaris, aut mentiendo infidelis,aut verum dicẽdo crudelis? VERBA EPISTOLAE. Et alia manu opto te incolumem in reipublicæ actibus florentem,& à christianorum in quietudine recedẽtẽ. AD HAEC RESPON. Possumus eum & nos optare incolumen & in reipublicæ actibus florentem, sed non ab hæreticorum correctione quiescentem.

Cap. 7o.

Cap. 8.

F

Libri primi finis.

DIVI

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI contra secundam Gaudétij Donatistarũ Episcopi epistolam, Liber Secũdus.

Verba epistolæ Cap. 1. HOnorabili & omni affectu desiderãdo Dulcitio Gaudentius Episcopus. AD HAEC RESPON. Si omni affectu desideras hominem, quare cum illo tenere Christi respuis vnitatem? An reddẽ do malum quasi pro malo quem tuum persecutorem putas, rebaptizare desideras?

Cap. 2. VERBA EPISTOLAE, Solent G igitur, inquit, sola fama noti cupere aut in certo inuicem aspectu verba miscere, aut in cogniti saltem non horrere præsentiam, tua vero censura quod absentem me inueneris gratulatum, quod aũt redierim, contristatũ literis insinuasti. AD HAEC RESP. Non oẽs qui sibi sola fama noti sunt, videre inuicem volũt, sed quos bene ipsa fama commendat. Mirũ est aũt reuera quod tibi accidit, vt tu eum desiderandũ dicas, à quo te persecutionem perpeti quereris. Ille aũt qui te persequitur, absentẽ te malit esse, nolit eum quem psequitur inuenire. Sed hoc vnde? nisi quia te potius eorum persecutorem voluit intelligi, quorum in Christo salutem, tua præsentia credidit impediri.

Cap. 4. VERBA EPISTOLAE, Sed qm̃ prærerita die, inquit, ne in epistolari rñ so siluissem propter moram portantiũ, certa quæq; strictim atq; breuiter insinuaui, núc mihi dignationis tuæ scriptis sacrosan

Exo. 23. ctæ legis diuinæ verbis est rñdendum. Dñs dixit. Innocentem & iustũ nõ occides, purgatione non purgabis reum. Certum est igitur in dei iudicio pari crimine, pariq; reatu esse deuinctum, qui reum absoluerit, & qui occiderit innocentem. Si ante communione rei erat à te nominatus Gabinus, vel cæ

H teri fidefragi in malo illi lapsu consortes secundam dei voces absolui minime debuerunt. Si autem tanq̃ innocentes vel sancti recepti sunt, quare in ea fide permanentes vnde velut sanctos accipitis, occiditis innocentes? AD HAEC RESP. Inuidio se mendaciter loqueris. Ille quippe ad quẽ loqueris, non tale præceptum accepit vt occidiminí, sed vt corrigamini. Quod si nolueritis, ne correctionem impediatis aliorum, in exilium mittemini. Quod si à iustis fieri non debet, cur etiam falso voluistis de Cæciliani exilio in vestra collatione gloriari, quo eum missum vestris maioribus instantibus à Constantino Imperatore dixistis? Iste autem Tribunus ad quem scribis cui legum promulgandarum cura mandata est, vsque adeo vult vt viuas, vt timeat ne ipse te occidas. Ecce constitui tibi ante oculos ipsum, & teipsum. Ipse te in Christi pace vult viuere, tu in parte Donati te quæris occidere. Quis vestrum sit tuus persecutor agnosce.

Gabinus autem iam noster, qui fuit ali- Ca
quando vester, & alij quàm plurimi, qui ex vobis ad nos considerata catholica veritate transierunt, non ideo tibi videantur à vestra contagione non fuisse purgati, quia nõ sunt à nobis rebaptizati. Hi enim qui nondum baptizati sunt à peccatis omnibus in catholica Ecclesia lauacro regenerationis I abluuntur: In eis autem qui hoc sacramentum non ad auxilium sed ad iudicium foris accipiunt, quia nec in desertore violamus I. characterem regium, fit illud quod scriptũ est, Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Ecce quemadmodum possunt quos non oportet baptizari, ipsa catholicæ vnitatis charitate mundari, vt non incipiat eis intus inesse quod & foris inerat, sed incipiat eis prodesse intus quod foris oberat. Non itaque à vobis accipimus velut sanctos, ad nos enim transeundo sanctificãtur, qui manendo apud vos sancti esse omnino nõ possunt: Nec vos innocentes occidimus, quos etiam reos viuere volumus.

Sed tu qui testimonium diuinæ vocis be Ca
ne recolis, & nobis obijcis deum dixisse, Innocentem & iustum non occides: si innocentes, & iustus, quare te occidis? Non te innocentem & iustum dicimus, & tamen nolumus vt occidaris, tu te innocentem & iustũ Exo
arbitraris, & innocenti & iusto non pareis. Certum est igitur, vt ipse dixisti, in dei iudicio pari crimine, parique reatu esse deuinctũ, qui reum absoluerit, & qui iustum occiderit: Quare ergo absoluisti Felicianum Maximinianistã reũ? Quare innocentẽ occidis & teipsum? Nos autem nec reum absoluimus, sed vt mereatur absolui, prius corrigi cupimus, nec te innocentem, siue tibi parcas, siue te occidas, si in parte Donati remanseris, iudicamus. Nam de quantalibet innocentia glorieris, teipsum innocentẽ occidendo,

occidendo, innocens esse non poteris, nisi forte mihi respondeas & dicas, Cum me occido, non innocẽtẽ vtiq; occido, quia ipsa voluntate qua me occidere statuo reus efficior animo, prius q̃ corpus occidero. Hoc si dicis, verum dicis, & miris modis te accusando defendis. Cum.n.te ostendis in te occidendo prius ipso proposito fieri nocentẽ, p culdubio facinore ꝓpetrato, nemo te cõuincet quod occideris innocentem. Hac itaque rõne colligitur, quod cũ multi innocentes ab alijs occidantur, à seipso innocens nullus occidatur. Ea quippe cogitatione qua occidere seipsum molitur, innocẽtia prius spoliatur, vt cum se occidit non innocens moriatur. Hoc tibi contingeret, si anteq̃ te occidere præparares innocens esses. Nunc vero quia & antea iã hæreticus innocens nõ eras, non erit si te occideris tæ iniquitatis

Cap. 6. initium, sed augmentum.

VERBA EPISTOLAE, Nam de sancto Emerito inquit, Cæsarienſi falsa ad nos pro certo fama peruenit: Quod si est

Rom. 3. set apud Apostolum dicentẽ, Si exciderunt L à fide quidã illorũ, nunquid infidelitas illorũ fidẽ dei euacuauit? Absit AD HAEC RESP. Dicendũ est de Emerito Cęsariẽ si, quod tu dicere timuisti. Falsa quidẽ de illo fama iactata est, ꝙ catholicus factus sit, sed quẽadmodũ hoc audistis, ita totũ quod factum est, nosse potuistis. Cur ergo laudes coepiscopi tui cuius tibi pro exemplo nomen obiectũ est, tacere voluisti? Profecto si fecit aliquid laude dignũ, in tanto articulo non abs te fuit vtiq; reticendum. Sed quia eius laudibus non vis vt te inuidere potuisse credamus, quare ergo tacuisti, nisi quia de illo erubescere timuisti? Venit ergo Emeritus Cæsaream, illic positis & pñtibus nobis: Venit aũt non apprehensum cuiusq̃ sagacitate, non adductus alterius potestate, sed excitatus propria voluntate, videre nos voluit. Vidimus eum, ad Ecclesiã catholicã pariter venimus, affuit maxima multitudo, nihil pro sua, seu pro vestra defensione dicere potuit, communicare noluit, dilatus perseuerauit, conuictus obmutuit, illæsus abscesit. Quid fieri pro nostra mãsuetudine lenius, quid pro veritate catholica inuictius, quid pro vestra, si sapitis correctione potuit salubrius? Cum.n.ponte ad nos nisi pro vobis contra nos dicturus aliquid non veniſſet, profecto dixisset, si quod diceret, inueniſſet. Quæcunq;.n.vt veniret ꝓparaue-

rat dicere, adiuuante misericordia dñi, ante sunt nostra præuẽtione refutata, quã illius circunuentione prolata. Et certe si putas eũ potuisse, sed noluisse rñdere, lege quod cũ illo actũ est, & rñde, Si in pacem catholicã transisset Emeritus, diceretis eum non diuina miseratione consensisse lumini veritatis, sed ponderi persecutionis humana infirmitate cesisse. Si deniq; captus adduceretur in uitus, non inopia rñdendi, sed euadendi cõsilio tacuisse pro vestro arbitrio iactaretis. Nunc vero qñquidẽ vltro venit, profecto quod tacuit, non lingua, sed causa defecit. Quòd aũt transire in vnitatem catholicã noluit animam superbã confusio pertinacissimam fecit: Sed hoc q̃tum ad ipsum exitiũ atq; supplicium, tm̃ ad aliorum confirmationem salutemq; profecit. Si.n.viderẽt Emeritum nobis communicantẽ, suspicarent hominem formidantem: Cum autem viderent & in parte Donati permanentem, & tũ aduersus catholicam reticentem, magis illi apparuit contra suos silẽdo clamare. An vero cum voce atq; ore sano & libero staret, non erat pro vestra causa contra nos testis idoneus Emeritus ille, ille Emeritus, in A quam, & inimicus, & mutus?

Sed bene tibi visus est vestros authorita- Cap. 7.
te videlicet Apostolica consolari: Non propter Emeritum qui non potuit plus facere pro vobis, quam quod non inueniens quid loqueretur pro vobis, non tamen absceſsit à vobis, sed propter alios qui vestro errore derelicto in societatem catholicam mutati, in melius aggregantur, commemorasti pro
pterea dixisse Apostolum. Si quidam illo- Rom. 3.
rum exciderunt à fide, nunquid infidelitas illorum fidẽ dei euacuauit? Absit. Reuera hoc restat, vt excidisse dicantur à fide, qui deo crediderunt, & fidem tenere, qui hominibus credunt. In semine tuo benedicentur Gen. 22
gentes, dixit deus. Ecce cui credunt qui ex vobis ad nos trãseunt. Cæciliani peccato perijsse transmarinas gentes homines dixerunt. Ecce quibus credunt qui in vestra societate persistunt, & dicis eos excidisse à fide qui fidem dei secuti sunt, & eos fidem habere dei, qui in verbis hominum remanserunt. Vbi est ergo quod huic sententiæ abs
te commemoratæ continuo subiungit Apo Rom. 3.
stolus, Est autem deus verax, omnis autem homo mendax, si à fide exciderunt qui credunt quod dixit verax, & in fide persistunt B
qui credunt quod dixit homo mendax?

VERBA

Cap. 8. VERBA EPISTOLAE. Fugam mihi inquit, quasi ex lege persuades, sed factor legis tãtum debet audiri, qa Paulus Apostolus dicit, Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Rom. 2. Nam audiet dñm dicentẽ. Quia bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: Mercenarius autem cuius nõ sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & fugit: Et lupus rapit eas & dispergit. AD HAEC RESPON. Ecce quo intelligit Euangelium pars Donati. Itane Apostolus non pastor sed mercenarius erat, qñ pmurum in sporta summissus, fugit manus eius qui eum cõprehendere cupiebat, & tu es pastor, qui eos quos dominicas oues, vt errore in animo pereant, furore corpus interimant, ẽt tecum vis perdere, tecum quæris occidere, nec audis pastorem pastorũ dicentem, Fur non venit nisi vt occidat & pdat? Ad hoc venisti qui abscesseras, ad hoc redisti qui fugeras? Hoc opus furis est & latronis, non pastoris atq; custodis. Veruntamen etiam nobis non te cogentibus, vide C quia omnes collegas tuos qui fugerunt, nõ pastores sed mercenarios intelligi voluisti. Sed si essent apud te dominicæ oues, aut tecum venirent, vt etiam te correctum possent habere pastorem, aut te dimisso fugerent ad pastorem. Mercenarius autem quẽ significat dñs viso lupo, non corpore sed animo fugit, quãdo deserit timore iustitiã. Sicut fugit Secũdus vester Tigisitanus, quãdo Purpureum Limatensem de homicidio confessum magisq; terribilem, ne primatũ perderet vel episcopatum, timuit. Corpore autem etiam boni illi pastores Apostoli in persecutione fugerent, nec ideo tamen oues Christi cura & animo reliquerunt. Si ergo & tu pastor esses, prior in lupi parte non esses, deinde imperiũ dñi tui, qui seruos suos fugere in persecutionibus iussit, per os cuiuslibet etiam peccatoris obedienter, audisses, nec contra dñm tuum argumentareris & diceres. Factor legis tantum debet audiri, quia Paulus Apostolus dicit, Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Rom. 2.

Cap. 9. Quid in aliam sententiam verba manifesta conuertitis? Auditores legis & nõ factores apud deum iustos negauit, ab hominibus qñ verum dicunt audiri nõ prohibuit, ne sicut tu loqueretur cõtra dominum suũ dicentem de quibusdam, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere: Dicunt D enim & non faciũt. Vides quemadmodum Matt. Christus & per homines auditores & prædicatores legis & non factores, alios eam tñ audire præcepit & esse factores: & tu dicis, factor legis tantum debet audiri, & volens redarguere quasi persecutorem tuum, loqueris aduersus creatorem tuum. Peccatori quidem dicit deus, Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum Psal. per os tuum? Sed ideo illi nihil prodest qui dicit, & quod dicit non facit. Prodest autẽ illi qui per malum bonum audit, & quod audit facit. Non est quidem speciosa laus in ore peccatoris, sed speciosa in vita moribus que factoris, etiam si hanc audierit ex ore peccatoris. Quantumlibet ergo existimat Tribunum esse peccatorem, & legis non esse factorem, obedienter tamen audi, non istum, sed illum etiam per istum qui dicit, Si Matt. vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quid statis? audite & fugite, Christus hoc imperat, non Tribunus. Nisi forte respondes & dicis. Ait quidem Christus, Si vos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam: sed quare de ista ciuitate discedam, quando nec iste meus est persecutor, nec ego Christi sum auditor? Ac per hoc si manseris, lupus es sæuiens, si fugeris, lupus es timens. Et quoniam sponsus dicit, Nisi cognoueris temetipsam ò pulchra Cant. in mulieribus, exi tu in uestigijs gregũ tuorum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Etiam si te pastorem esse gloriaris, tamen quia de ouili dominico existi, hœdos tuos pascis, non oues Christi.

VERBA EPISTOLAE, Deinde, inquit, Quæ loca erunt quæ in hac psecutionis procella vndiq; perturbata tranquillitate seruandos tanquam in portum recipiant sacerdotes, quando dominus dixerit. Cum vos persequi cœperint in hac ciui Matt. tate, fugite in aliam? Ture tunc fugiebant Apostoli, quia neminẽ pro eis proscribi iuserat Imperator. Nunc vero Christianorũ receptores proscriptionibus tracti, pericula formidantes, non solum non recipiunt, verumetiam videre timent, quos tacite venerantur. AD HAEC RESPON. Hoc planè laudo, p agnoscitis vos, sed q non corrigitis doleo. Quid enim hac tua professione manifestius, qua declaras facta non vos ad eorum pertinere cõsortiũ, q̃ dñs ait, Si vos pscuti fuerint in vna ciuitate,

fugite in aliam? Nempe, hoc est, quod pauloante dixi, posse te mihi verisime rñdere si dicas, Nec iste meus est persecutor, nec ego auditor sum Chri. Ecce hoc apertissime dicis, Quo enim es auditor Chri, cum ille suis auditoribus, hoc est, sectatoribus promittat, vsque in finẽ seculi non defuturas ad quascunq; confugiant ciuitates, quascunq; persecutionm passi fuerint, dicẽs, Cum autẽ persequẽtur uos in ciuitate ista, fugite in aliam: Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis? Tu aũt in hac persecutione quam uos querimini perpeti, iam deesse uobis dicis loca quo fugere, & vbi tãquam in portu positis ab hac tempestate requiescere, loquens contra promissionem Christi, qui dicit, nõ defuturas ciuitates quo fugiãt sui qui persecutionem patiuntur, donec veniat i. vsque ad consummationem seculi. Quia ergo ille hoc promisit suis quod uos non inuenitis, profecto ille mentitur si uos eius estis: sed quia ille non mentitur, uos eius non estis. Ac per hoc nec Tribunus cui rescribis, persecutor est vester, sed persecutor persecutoris vestri, hoc ẽ, erroris uestri, quo compulsi talia facitis, vt de illorũ genere sitis de quibus scriptum est, q̃ persecutionem passi sint ab ipsis factis suis. Proinde si intelligatis quid in vobis q̃ uos diligunt persequũtur, ipsa sine dubio, a quibus persecutionem patimini, facta mala vestra fugietis, & coniungemini eis, qui vt liberẽt, persequuntur vestros persequuntur errores.

Ca. 11. VERBA EPISTOLAE, Per opificem, inquit, rerũ omnium Dñm Christum ops deus fabricatũ hominẽ vt deo sibi, milẽ, libero dimisit arbitrio, Scriptũ est. n. Eccl. 15. Fecit deus hominẽ & dimisit eum in manu arbitrij sui. Quid mihi nunc humano imperio eripitur, quod largitus est deus? Absterte vir summe quanta in deum sacrilegia perpetrentur, vt quod ille tribuit, auferat humana psumptio, & pro deo se inaniter iacter magna dei iniuria, si ab hominibus defendatur. Quid de Deo æstimat qui eum violentia vult defendere, nisi quia non valet suas ipse iniurias vindicare? AD HAEC RESPON. Secundum istas vestras fallacissimas vanissimasq; rationes, habenis laxatis atque dimissis, humanæ licentiæ impunita peccata omnia relinquentur, nullis oppositis repagulis, legũ nocẽdi audacia, & lasciuiendi libido bacchetur, nõ rex suum regnum, non dux militẽ, nõ prouincialem iudex, nõ dominus seruum, non maritus vxorem, nec pater filium à liberta H te & suauitate peccandi minis ullis pœnisve compescat. Auferte quod sana doctrina pro sanitate orbis terrarũ sapienter per Apostolum dicit, & vt cõfirmetis in arbitrio tanto peiore, quanto liberiore filios perditionis, delete qđ ait vas electionis, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Nõ est enim potestas nisi à deo. Quæ aũt à deo sunt, ordinata sunt. Quapropter q̃ resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Principes. n. non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudes ex illa. Dei enim minister est, vindex in iram eiq; male agit. Delete ista si potestis, aut ista sicut facitis si non potestis delere, contemnite. Habete de his omnibus pessimum arbitrium, ne perdatis liberũ arbitrium. Aut certe quia sicut homines hominibus erubescitis, clamate si audetis, puniantur homicidia, puniant adulteria, puniãtur cætera quãlibet sceleris siue libidinis facinora, seu flagitia, seu sacrilegia volumus à regnantium legibus impunita. An vero aliud dicitis, cũ dicitis, magna dei iniuria si ab hominibus defendatur? Quid de deo æstimat qui cum violentia vult defendere, nisi quia nõ valet L suas ipse iniurias vindicare? Hæc dicentes, quid aliud dicitis nisi nulla hominis potestas contradicat atq; obstrepat nostro libero arbitrio, quando iniuriã facimus deo? O dolor, fraudata sunt tali magisterio tempora antiqua quoniam nõdum eras natus, qñ sanctus Moyses iniurias suas leuissime pertulit, dei vero seueriſsime vindicauit. Tu autem doctor hæretica præsumptione inuidiosissime clamas, Fecit deus hominẽ, Eccl. 15. & dimisit eum in manu arbitrij sui. Quid mihi nũc humano imperio eripitur qđ largitus est deus? Hoc videlicet flagitãs, vt ad faciendas iniurias deo, q̃ cũ libero arbitrio fecit hominem, liberum arbitriũ tibi relinquat̃ ab homine. Sed illi ẽt q̃ decreto Nabuchodonosor regis, ꝓposita pœna interitus sui, & dispersionis domorum suarum à blasphemando deo Sidrach, Misach, & Abdenago terribiliter prohibebantur, & acri Dani. 3. ter si contemnerent, plecterentur, dicere potuerunt qđ ipse dixisti, Magna dei iniuria, si

ria, si ab hominibus defensatur. Quid de deo æstimat qui eũ violẽtia vult defendere nisi quia non valet suas ipse iniurias vindicare? Hæc verba tua prorsus etiã illi dicere potuerunt,& fortasse dixerunt,etsi non eadem libertate non dissimili vanitate. Datũ
K est ergo homini quando creatus est liberũ arbitrium,sed vt si esset malefaciens, fieret patiens. Deniq; illi primi homines cũ peccassent,morte damnati sunt, & priusquam mors eis extrema etiam corporis supplereꝛ, in exilium de paradiso missi sunt. Mitiora in uos constituit Imperator,ꝓp mansuetudinem Christianam: Exilium vobis voluit inferre,non mortem, sed uos homines docti considerantes quod debeatur merito, & quid minus sit in supplicio, non de iudicio illius,sed de vestro additis mortem. No lite perire in æternum,dum uobis hoc tempore ad offendendum deum concedi ab hominibus vult liberum arbitrium. Audi Apostolum, & habebis magnum compendiũ quo tibi regia potestas nocere non possit,
Ro. 13. Bonum fac,& habebis laudem ex illa. Ex illa & ante nos iusti habuerunt laudem,nõ solum, qui regibus religiosis fideliter paruerunt,uerumetiã qui reges impios pro dei veritate aduersarios pertulerunt, illi laudẽ obauditionis,vtiq; tamen ex illa, sed bonũ faciendo non potestatibus resistendo. Qđ autem vos faciatis, non solum bonum non
L est,sed grande malum est, vnitatem Chri-
Psal.71. sti pacemq́ue conscindere, contra promissa Euangelica rebellare, & aduersus eũ de quo dictum est,Dñabitur à mari vsque ad mare, à flumine vsque ad terminos orbis terræ:& hoc est aduersus verum & summum regem Christianorum tanquam ciuili bello Christiana signa portare. Sufficiat ergo vobis ad occasionem correctionis qđ pro tam magnis malis vestris longè mitiora & minora recepistis, si non vobis ultro quod non imperator constituit ingeratis,& nolite ad impunitatem licentiosam liberũ arbitrium ab hominibus velle concedi, ne in ipsius dei manus infelicius incidatis.

Nam & maiores vestri iudicauerunt in huiusmodi iniurijs dei, liberum hominis arbitrium non relinquendum à regibus impunitum,quia licet haberent causam malam, Cæcilianum tamen Episcopum persequendum, vsque ad Imperatoris Constantini iudicium perduxerunt.

Ca. 12. VERBA EPISTOLAE,No-

stram uero fidem, inquit, quam dñs Christus Apostolis dereliquit, solæ nobis istæ pſecutiones grauissimam reddũt. Fœlices, inquit,eritis, cũ uos pſecuti fuerint homines,& maledixerint, & dixerint aduersum uos oẽ nequã ꝓp filiũ hominis Gaudete & exultate,qa merces vestra multa ẽ in cęlis. Sic.n. pſecuti sunt & prophetas, q ante vos fuerũt patres eorũ. Si tm̃ solis Apostolis dictũ est, vsq; ad ipsos fides habuit præmia. Et qđ ꝓderat postea crediturꝭ? Vñ cõ stat omnibus dictũ. Deinde dicit Apostolus Paulus, Qui uolũt Chſto sanctè viuere, pſecutionẽ patiant̃ necesse est. Hoc aũt in Euangelio dñs dixit, Veniet hora vt omnis qui interficit uos,putet se victimã dare deo. Sed hæc faciẽt,qa nõ cognouerũt patrẽ neque me. AD HAEC RESPONDE. Recte ista dicerent̃ à uobis q̃rentibus martyrũ gloriã,si haberetis martyrũ cãm. Nõ .n. fœlices ait dñs q̃ mala ista patiunt̃,sed q ꝓp filiũ hominis patiunt̃,qui est Christus Iesus. Vos aũt non ꝓp ipsum patimini, sed cõtra ipsum. Patimini quippe ideo,quia nõ ei creditis, & toleratis ideo, ne credatis. Quo ergo vos eam fidem tenere iactatis, quam dñs Christus Apostolis dereliquit? An vsq; adeo cæcos & surdos uultis eẽ homines,vt non legant,nõ audiant Euãgelium, vbi nouerint quã fidẽ de sua Ecclesia dñs Christus Apostolis dereliquit,ex qua diuisi atq; separati,nihil aliud facitis quam contra verba capitis & corporis rebellatis,& tamen ꝓp filium hominis ac fidem quã reliquit Apostolis, uos persecutionẽ sustinere iactatis? Omittamus alia,& nouissima verba eius in terris audiamus, vbi videamus quã fidẽ de Ecclesia reliquit Apostolus,ꝗle testamentum quodãmodo fecerit, non vltã finiturus,sed sine fine victurus,nõ mittendus in sepulchrũ,sed ascensurus in cœlum. Surgens.n.à mortuis posteaquã apparuit discipulis suis intuendus oculis manibus q̃ tractandus. Oportebat,inquit,impleri quæ scripta sunt in lege & prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas,& dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christũ, & resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorũ per oẽs gentes,incipientibus ab Hierusalem. Itẽq; in mõte Oliueti,postq̃ nihil ulterius in terris positus dixit, sed qđ maxime fuerat necessariũ,hoc cõmẽdauit extremum. Multi quippe erant futuri per vniuersas partes terræ,vendicaturi sibi nomen Ecclesiæ, & contra vniuersam domũ, quæ
Psal.95. de quo scriptum est,Cantate Dño canticũ nouũ, per vniuersam terram cãrat canticũ nouũ, nouum, cantate Domino omnis terra: de suarum quisq; ruinarum angulis latraturi. Aliud nanque Apostoli audire cupiebant, & quod illis maxime fuerat necessariũ non quærebant. Die nobis inquiunt, Si in tpe hoc pſentaberis,& quando regnum Israel?
B At ille, Non est,inquit,vrm nosse tẽpora,
Actor. 1 vel momenta,quæ pater posuit in sua potestate,sed accipietis virtutem superueniẽtis spiritusſancti in vos,& eritis mihi testes in Hierusalem,& in totam Iudæam & Samariam,& vsq; ad terminos terræ. His dictis nubes suscepit eum. Nihil vlterius verbis addidit: Hoc tanto tenacius,quanto posterius audientium mentibus fixit. Hanc spõsam suis amicis sponsus abiens commendauit: Hanc ergo de sancta Ecclesia discipulis dereliquit. Huic fidei Donatistæ resistitis, & pro fide quam Dominus Christus reliquit Apostolis, vos persecutionẽ ferre contenditis? Hunc hominis filio Ecclesiam suam incipientẽ ab Hierusalem,& per oẽs gentes fructificantem atq; crescentẽ, tanta diligentia commendauit,mira cæcitatis impudentia contradicitis,& propter filiũ hominis vos mala sustinere clamatis? An hoc fortasis ideo dicitis,quia vobis alium filiũ hominis inuenistis, cuius nomine vocemini,de cuius parte dicamini? Erratis,nõ est ipse quando ꝓp filium hominis pati persecutionem fœlicitatis esse dicebat,seipsum
C ille sponsus,non adulterum prædicabat. Et
Matt.5. nos confitemur, vt dicitis,nõ solis Apostolis esse dictum, Beati eritis cum vos persecuti fuerint homines. Ad oẽs.n. hoc pertinet,non qui post illos quamlibet persecutionem passi sunt siue patiuntur, siue qui passuri sũt,sed qui ꝓp iustitiã,sicut & ipsi. Nã hoc paulo supius dixerat: Beati qui persecutionẽ patiunt̃ ꝓp iustitiam,qa ipsorũ est regnũ cœlorum. Deinde ista subiunxit, quæ cõmemorare & frustra vobis vsurpare voluistis. Frustra.n. beatitudinem istam pertinere ad vos putatis, qñ in vobis iustitia cui primi debeatis,non demõstratis,qn immo ecõtrario ẽt pro iniqtate patiamini, minus ab alijs,plus a vobis,vt ante Dei iudicium qđ futurum est, ẽt ipsi vobis quod meremini,ex aliqua parte reddatis. Vnde quia tuipse dixisti, non hoc solis Apostolis,sed omnibus dictum, ne vsq; ad illos fide præmia habuisse videretur. Sicut hoc ergo nõ solis Apostolis,sed omnibus dictũ est, qui ẽt post illos ꝓp iustitiam fuerant mala quæcunq; passuri sic etiã omnibus illud dictum est, Si vos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam. Quare hoc non facitis, si ad eorum societatem quibus hæc dicta sunt pertinetis? Quod quidem & si feceritis,non ideo pertinebitis, quia & latrones hoc facere possunt, quos inquiri D leges publicæ iusserunt. Veruntamen quia hoc facere nõ vultis de compendio vos ad istos quibus hæc dicta sunt, non pertinere monstratis. Et vt vos multo manifestius ipsa excusatio vra ab illo numero virorum christianorum ostendat alienos, loca quo confugiatis, quæ ille vsque in finem seculi non defutura ꝓmisit,vobis deesse iam dicitis, nullo modo illũ ꝓ falsa promiserit cõuincentes,sed vos ad eorum consortiũ quibus hoc promisit nõ pertinere monstrãtes, & ideo nõ veraces martyres,sed hæreticos vos esse fallaces. Quid vobis vlterius dicamus quando lingua vestra vos vincit?

Nam & illud qđ addidisti dixisse Apo Cap.13. stolum,Oẽs qui in Christo pie viuere vo 2.Ti.3. lunt,pſecutiones patiant̃, necesse est: non quidem ille dixit,necesse est: sed,oẽs ait qui volunt in Chſto pie viuere pſecutionẽ patient̃. Sed vos ad istos non ptinere qs dubitat? Si.n. & vos estis, de q̃bus hoc dixit Apostolus,quare non facitis qđ ipse fecit Apostolus? Nã si portæ aduersus vos clauderẽtur,per murũ submitti debuistis,vt manus persequentium fugeretis. Patent portæ & exire non vultis. Quã persecutionẽ patimi E ni,nisi a vobis? Diligit vos pſecutor vr̃,& & persequit vos furor vester. Ille vt fugiatis cupit,iste vt pereatis impellit. Sic autẽ intelligitis,qđ ait Apostolus, Oẽs qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiant̃,vt maiores vestros sub apostata imperatore Iuliano non pie vixisse vobis necesse sit confiteri. Nã quisquis illo tpe Donatista factus est, donec aduersus veritatem rursus errorem pia christianorum Imperatorũ cura cõsurgeret,si ante defunctus est, non pie vixit,quia non est passus pſecutionem. Si aũt hoc ꝓpterea dixit Aposto. qa sicut alibi scriptũ est, Tẽtatio est vita hois Iob.7. sup terrã: nec cessat pios vtrosq; christianos nõ solũ aduersitatis infestatione, verumẽt

prosperitatis seductione tẽtare, vt animus humanus aut afflictione succumbat, aut elatione vanescat, profecto q̃diu hic viuit, oẽs qui volunt in Chro pie viuere, pſecutionem patient, vt aut victi comprehendãtur a Diabolo, aut probati Diabolum vincant. Quos aut comprehenſos captiuosq; iam possidet, non vt obtineat persequitur, sed quia obtinet vtitur. Porrò si persequi tantummodo ille dicendus est, qui dolore
F aliquo excruciat, qui sẽ vult tenere, vt excruciet, non tibi videat excruciator cordis
Pſ.118. leuior esse quã corpis. Et considera qualẽ
Gen. 19 pſecutione patiebatur, qui dicebat in Psalmo, Vidi insensatos & tabescebã. Hãc persecutionem Lot iustus patiebatur in Sodomis, etiam priusquam in domo eius angeli hospites eius cum homines putarentur, a Sodomitis appeterentur ad stuprũ. Iustus enim eos tam publice turpes, & ante suæ domus iniuriam sine magno cordis cruciatu videre non poterat.

Cap. 14 Vnde inter suas pſecutiones ẽt talia cõ-
2. Reg. memorat Apostolus Paulus, dicens. Quis
18. infirmat & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Proinde quanto maior est in nobis charitas Christi, tanto maiore cum dolore anima vos videmus habere sacrũ Christi, & separari a membris Christi, & rebellare contra pacẽ Christi. Sed q̃diu in hoc corpore viuitis, spes nobis aliqua de vobis datur. Cum vero iam in illa dissensione morimini, multo amarius vos dolemus. Iam porrò quando vosipsos necatis, vel irruendo armis alienis vel pcipitijs, & submersionibus & ignibus vris, satis dici non põt, quanto nos mœrore crucietis. Plus quippe impius Absalon patrẽ
G sanctũ Dauid extinctus, quã rebellis afflixit: Viuum nãq; eũ cõprehendi cupiebat, vt qui malitia grassabat, pœnitẽtia sanaret. Erat ergo ille pſecutor pris, nõ solũ populum Dei diuidendo, nec solũ cõtra Dei legẽ, & contra legitimũ pris regnũ arma portãdo atq; belládo, sed multo amplius pſecutus est cor paternũ, in illa impietate moriẽdo. Deniq; illum pr optimus pesimũ filiũ, quẽ non desperãdo non defleuerat viuum, spe finita fleuit occisum. Discite ergo quid
2. Ti. 3. sit q̃d Apostolus ait, Oẽs q volũt in Christo pie viuere, pſecutionẽ patient. Si catholicorũ domus Donatistæ nõ diripuissent, si catholicas Ecclesias incendissent, si catholicorũ codices sanctos in ipsa incẽdia non misissent, si catholicorũ corpa non immanissimus cædibus afflixissent, si catholicorũ membra non pcidissent, si oculos nõ exinxissent, si deniq; catholicos non crudeliter occidissent: Hãc solã nos a vobis grauiorẽ pſecutionẽ perpeti verisime diceremus, qa videmus vos insensatos: & tabescimus, qa infirmatos & infirmamur, qa scãdalizatos, & vrimur, qa pditos, & lugemus. Hæc mala vra, q̃ vos in æternum interitũ mittunt, amarius nos pſequunt quam illa, q̃ a vobis nostris corpibus, vel rebus, vel domibus, aut basilicis inferunt: Minus pſequimini cũ in nos sæuitis, q̃ cũ vos peritis. Deniq; in illa pſecutione qua in nos sæuitis, cum laude gaudemus: vt in hac aũt qua vos peritis, si gauisi fuerimus, vobiscũ perimus. Sed q̃diu in hac carne viuitis de vobis desperare non possumus: Cum vero in hac impietate morimini, maxime cũ vosipsos horrenda cæcitate furoris occiditis, amarissimam tristitiã nram illud tãtummodo consolatur qd consolatũ est sanctum Dauid, in vnitate. s. Dei populus congregatus, qui fuit scelerati filij tyrãnide diuisus. Tolerabilius. n. lõge pauciores pertinacissimi vri suis præcipitis, vel submersionibus, vel ignibus pereunt, quã innumerabiles populi illi eorum salutem impedientibus, incredio cum illis æterni ignis ardebunt. Nunquã igitur Ecclesia Christi defuit aut deerit. Vnde secundum Apostolũ, Qui volũt in Christo pie viuere, persecutionem patientur, aut impiorum malitiam sustinendo, cum innoxie viuunt, aut eos dolendo cum pereunt.

Nolite itaq; falli qd vobis dictum est: Veniet hora qũ qui vos occiderint, putent se officiũ facere Deo: Aut sicut tu hic testimonium posuisti, putent se victimam dare Deo. Non quidẽ hoc esse dictũ de persecutionibus, quas gẽtes Ecclesiæ fecerũt, manifestũ est. Dijs n. suis plurimis, qui vnq; nati sunt, deputauerunt se gentiles officiũ facere, cũ hoc facerẽt vni Deo. Vnde hoc idem qd Dns pdixit suis, aut p Iudæos impletũ est, qui sanctũ Stephanũ & multos alios occiderunt, dum putabant se offm Deo facere, qñ vnum verum Deũ colere videbantur, aut etiam nobis, id est, catholicis dicitur, de diuersis hæreticis vsquequaque furentibus, qui vbi possunt, & qñ possunt, & quo possunt occidendo catholicos, putant se officium Deo facere, maximeq; de vo-

bis, qui præcipuum uobis nomen feciſtis in Aphrica de talibus victimis. Nam si vobis dictum est, & non vtiq; vosipsi occideretis, sed expectaretis a nobis potius occidi. qui putamus nos vt dicitis, cum id facimus, officiũ deo facere. Nunc vero cũ festinatis ad mortẽ, ne à nostris teneamini, uiuere metuitis, non occidi, quia erubescitis corrigi, aut de vitio cõuinci. An forte vos estis ad quos
K & has ei victimas de nobis dare? Ad vos ergo pertinet, quod sequitur atq; abs te cõmoratũ est, mox enim dns adiunxit & ait,
Ioan. 16 Sed hæc facient vobis, quia non cognouerũt patrem neq; me. Cum itaque vosipsos occiditis, putantes uos officium deo facere, nec patrem cognouistis, quem nõ audistis,
Cap. 16. dicentem, Fugite.

VERBA EPISTOLAE, Sed
Ioan. 14 belliferæ, inq̃t, pacis eruentæq; vnitatis se incolas iactant. Audiant dñm dicentẽ: Pacẽ meã do vobis, pacẽ relinquo vobis: Non sicut seculũ dat, ego do vobis. Seculi. n. pax inter animos gentiũ dissidẽtes armis & belli exitu fœderat, dñi Chri pax salubri lenitate tranquilla, volentes inuitat, non cogit inuitos. AD HAEC RESP. Vos qdẽ belliferã pacẽ & eruentã vnitatẽ facere cupitis, aut violentis mortibus nris, aut voluntarijs mortibus vris non imputãtes vobis qd facitis nobis, & imputãtes nobis qd facitis vobis. Sed nos & quod facitis, nobis cogimur sustinere, & qd vobis facitis, nihil possumus quã dolere, dũ tũ fiat pax & vnitas Chri pp salutẽ multorũ, sicut fit in plurimis, ẽt si pp furorẽ paucorũ non fit in omnibus. Nã si non inuido, sed fideli oculo
L velletis attẽdere, videretis q̃ vera pace atq; vnitate Chri gaudeant qui ex vobis ad nos venerunt, tot tantorũq; populorũ agmina, in quibus etiam si adhuc sunt nonnulli ipsa nouitate turbati, & ipsi paulatim ab hac infirmitate sanantur. Et si ficti aliqui perseuerant, non vtiq; pp ipsos non fuerant colligendi quos videmus veraces quorũ quidã in regionibus nostris, ẽt quibusdam vestris nostri maiores apparuerunt, qñ uobis illa perditionis libertate concessa ad vos redire noluerunt. Debebamus ergo ne perde
Luc. 14. remus istos, colligere & fictos, quia in Euãgelio legitur, seruos ad nuptias dñi sui congregasse conuiuas bonos & malos, maxime quia vos de arca dominica superbiæ spiritus tanquã improbus ventus, ante tempus uentilationis excusit, vnde vos ad illã quãtum opitulante deo possumus, reuocare conamur. Et vtique nostis quemadmodum scopis diligentiæ frumentum simul etiam cũ terra trahitur, q̃ in aream reuocatur.

Quod aũt vobis videtur, inuitos ad veri Ca. 17.
tatẽ non esse cogendos, erratis nescientes scripturas, neq; virtutẽ dei, qui eos volẽtes facit dũ coguntur inuiti. Nunquid, n. pœnt Ioan. 3.
tentiam Niniuitæ inuiti egerunt, quia hoc rege suo cõpellente fecerunt? Iam. n. Prophetа iram dei, vniuersæ ciuitati eam tri- M
duo perambulans prænunciauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, vt humiliter supplicaretur deo, qui non intuetur ora, sed corda, nisi quia erant in eis quidam qui nec curarent, nec crederent prædicta diuina nisi tecriti potestate terrena? Ista igitur iussione regiæ ptãtis, contra quam voluntarius sit vester occasus, multis ad salutẽ quæ in Christo præstatur occasio, qui etsi violenter adducuntur ad cœnam tanti patrisfamilias, sed compelluntur intrare, intus tñ inueniunt vnde se lætentur intrasse. Vtrunque. n. futurum dns ipse prædixit, & vtrumque cõpleuit. Nam reprobatis quibusdam, qui vtiq; intelliguntur Iudæi, quia ipsi per Prophetas antea fuerant inuitati, & ad horã excusare maluerunt, Ait dns seruo suo: Luc. 14.
Exi in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos itroduc huc. Et ait seruus dño. Factũ est vt imperasti, & adhuc locus ẽ. Et ait dns seruo. Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea, Intelligimus vias, hæreses: schismata, sepes. Viæ quippe hoc loco significant diuersas opiniones, sepes aũt peruersas opiniones. Quid ergo miramini si non corporalis cibi, sed spiritalis fame moriũt, quis- A
quis ad istam cœnam nec libenter introductus, nec violenter impulsus ingrediatur?

VERBA EPISTOLAE, Odio Cap. 18
inquit, seculi, gaudemus, in eis pressuris nõ succũbimus, sed lætamur. Mundus hic non põt seruos Christi diligere, qui Chrm cognoscit nõ amasse, dño ipso dicente, Si secu Ioan. 15
lũ vos odit, scitote quia me primũ odio habuit quã vos. Si me pſecuti sunt, & vos pſequẽtur. AD HAEC RESPON. Quo gaudentes odio seculi, pressuris eius non succũbitis, sed lætamini cũ vosipsos velitis occidere, vt molestias qualescunq; patiamini, & mori eligitis, non ab alijs occisi

pro veritate Chri, sed a vobisipsis ꝓ parte Donati? Ista Circumcellionum est insania, non martyrū gloria. Cū itaq; appareant facta vestra, quid vobis verba vsurpatis aliena? Mūdus iste, inquit, nō pōt seruos Chri diligere, qui Chm cognoscitur nō amasse. Non ergo ad mundū istū pertinemus nos, quia diligimus vos Sed serui Chri vos nō estis qui malū pro bono retribuētes, & malitiam vestram qñ in nos exercere nō potestis, in uos retorquentes, nec nos diligitis,
B Ioan.15 & vos occiditis. Dns aūt qū dixit. Si seculū vos odit, scitote quia me priorē vobis odio habuit, si me persecuti sunt, & vos persequentur, nō nobis, sed illis dixit qbus præcepit, vt si eos persequerent in ista ciuitate fugerent in aliā, quod vos non facitis. Illis
Mat.10 dixit ad quas ciuitates confugerunt vsq; in finē seculi non defuturas quas vos q̄rimini vobis iam & deesse, & vultis fateri eos quibus hęc dicta sunt nos non esse.
Cap.19. VERBA EPISTOLAE. Sed & si persecutio cōquiescat, inquit, vnde martyrū numerus adimplet, Ioanne dicente, Vi-
Apoc.6. di, inquit, animas occisorū sub ara dei exclamantium & dicentiū, Quandiu dne non iudicas & vindicas sanguinē nr̄m de ijs qui habitant super terrā? Et acceperunt singuli stolas albas, & dictū est eis, vt requiescerēt adhuc paucum tempus, donec impleat numerus fratrū vestrorū, qui incipient interfici sicut & ipsi. AD HAEC RESPON. Si sub ara Chri martyres eē vultis, nō uosipsos incendendos sacrificiū diabolo faceretis. Quis.n. gaudet de isto furore vestro, nisi diabolus, qui eū vobis inspirat, & qui sunt ex parte illius? Ipse est q & illum puerum de quo in Euangelio legi-
C mus, mittebat aliqū in aquam, aliquādo in
Mat.17. ignem. Et ipse illū gregē porcorū p̄cipitem
Matt.8. fluctibus mersit. Ipse vt se de pinna tẽpli p-
Matt.4. cipitaret, etiam ipsi dño audacissima tentatione suggessit. Ad diabolum sine dubio p-tineris, cum tria genera mortis, aquā, ignē, præcipitium in vestris mortibus frequentatis. Si.n mentes non dementia perderetis, ista ipsa verba quæ de sancto libro posuisti, ab isto interim quem vobis ingeritis, vos reuocare deberent. Quid n. animæ martyrū sub ara dei dicunt, Quandiu dne non iudicas, & vindicas sanguinem nr̄m de ijs qui habitant super terrā? Vindicari poscunt sanguinem suū in eis vtiq; à quibus fusus est. Nunquid in alijs? Ac per hoc vindicabitur vester in vobis. Quid est aūt stultius quam ꝓ putatis propheticā istā de martiribus, q futuri prædicti sunt non nisi in Donatistis esse cōpletam, quasi posteaquā hoc scripsit beatus Ioannes, nulli martyres sint occisi, quousq; exurgeret pars Donati, nisi quādo alios non possunt, seipsos occidunt, qui faciunt opera latronū & dæmonū, & gloriam sibi vendicant martyrū? Quòd si tanto tēporis interuallo. i. à Ioanne vsque ad istos nulli occisi essent martyres veri, vt nihil aliud, nec tpibus Antichristi diceremus futuros, in quibus ille martyrū numerus compleretur, nec tñ istos vel alieni vel sui sanguinis reos accrescere numero verorū martyrum crederemus, quibus dictū est, vt requiescerent paruū tempus, donec implerēt numerus fratrū ipsorum, qui inciperent interfici, sicut & ipsi, ab alijs vtiq; non à seip-
D sis sicut isti, & ideo isti non sicut ipsi, possumus etiā verisime dicere ipsos quoq; Donatistarū tpibus catholicos quos occidunt, ad supplementum illius numeri pertinere. Sed cū post Apostolum Ioannē, qui futura illa conscripsit, tanta strages martyrū interficientibus impijs vsquequaq; in tā multis gentibus facta sit, quid sibi volunt isti suarū animarū extortores, & alienarū tortores, vt quod de martyribus sanctis legitur esse prędictū, de se iactent esse completum? Præparare vos potius, vt vester sanguis nō in eis qui vos cōprehendere vel fugere cupiuntur viuatis, sed in vobis potius vindicetur. An forte ne hoc fiat, ideo nō cum funditis, sed aut p̄cipitio collidit is, aut unda suffocatis, aut in cinerē conuertitis? Sed erratis, vindicabitur in vobis quocunq; modo perimatur à vobis. In vobis enim vindicaretur, si non in ecclesia Christi, sed in
E parte Donati, ab alijs funderetur. Itane vos clamabitis ad deum, vt vindicet sanguinē vestrum & exaudiet vos, nisi damnauerit nos? Quō n. vindicetur, nisi qui eum ausus es trucidare dānetur? In hac ergo voce non estis nisi accusatores vestri, quia vos estis rei sanguinis vestri: Nec deus nisi vos damnabit, qñ a vobis vel collisum, vel suffocatum, vel exustū, vel quocunque pacto trucidatum, vel si hoc elegeritis, effusum sanguinem vestrum uindicabit.
VERBA EPISTOLAE, An Cy-
ista, inqt, persecutio est, q̄ tot millia innocētū martyrū arctauit ad mortē? Christiani.n. secdm Euangelū spiritu prompti, sed carne infirmi,

infirmi, a sacrilega contaminatione camino rū reperto cōpēdio suas animas rapuerūt, imitati presbyteri Raziæ in Machabæorū libris exēplum, nec frustra timētes. Quisquis.n. eorū manus inciderit, nō euasit. Sed quantū velint faciant, quod certum est, dei esse non possunt, qui faciūt contra deū. AD
HAEC RESPON. Apertissime omnino quā persecutionem patiamini & verissime confiteris. Ipsa.n. de qua iā dixi, q̄ in sanctis scripturis de quibusdam impijs satis euidenter expressa est, de quibus dictū
F est, quia persecutionem patiuntur ab ipsis factis suis, quod quidem dici de vobis conuenientissime potest, etiam si vos aliorum manus propter vestra sacrilegia trucidarent: Nam & latrones & quilibet homines rei criminum capitalium, cum iustis legibus puniuntur, non dicendi sunt persecutionem pati, nisi ab ipsis factis suis. Sed nunc planè cum parcente vobis mansuetudine Christiana, ita in vos sæuit vestra dementia, vt quemadmodum dicit, caminorum re perto compendio, vestras animas rapiatis, omni mō vos à vobisipsis pati persecutionē, nimia est impudentia si negatis, quando vos vtrūq; cōpletis, & vnde iuste pereatis, & quod peritis. Sic autem dicis tot hominū milia esse qui hoc faciunt quasi non etiam ista non sint parua causa cur ab huiusmodi magisterio vestro Aphrica liberetur. Eo-
Circumcelliões. rum est.n. hominū genus cui hoc malum persuadere potuistis, qui solent hæc & antea facere, maxime cum idololatriæ licētia usquequaq; ferueret, quando isti Paganorum armis festa sua frequentātibus irruebant. Vouebant autem Pagani iuuenes idolis suis quis quod occideret. An isti gregatim hinc atq; inde confluentes, tanquam in
G amphiteatro à uenatoribus more immanium bestiarum uenabulis se oppositis inserebāt, furentes moriebantur, putrescentes sepeliebantur, decipientes colebantur. Præter hæc sunt saxa immania, & montium horrenda prærupta, voluntariorū creberrimis mortibus nobilitata uestrorū, aquis & ignibus rarius id agebant p̄cipitijs greges cōsumebantur ingētes. Aetatis nr̄æ hominibus res notissimas loquor. Quis.n. nescit hoc genus hominū in horrendis facinoribus inquietū, ab vtilibus operibus occisum, crudelissimū in mortibus alienis, vilissimum in suis, maxime in agris territans, ab aquis vacans, & victus sui causa cellas circumiēs rusticanas, vnde & Circumcellionū nomē accepit, vniuerso mundo penè famosissimū Aphricani erroris opprobrium? Circumcellionū nomen.

Ex hoc igitur genere, quis ignorat quā multi antea per diuersas mortes ibāt, & peribāt, & nūc in illorū cōparatione q̄ pauci suis ignibus ardeāt? Sed si putas moueri nos oportere, quia isto modo tot milia moriuntur, quantū existimas nos habere cōsolationis, ꝓ à tanta dementia partis Donati, vbi non solum nephariæ diuisionis error, uerū etiam furor iste lex facta est, longe atq; incomparabiliter plura milia liberantur? Ne H que.n. isti qui pereunt illorum salute numero æquantur, qui ex ipso genere nunc iā tenentur ordine disciplinę, colendisq; agris amisso Circumcellionum, & opere & nomine inseruiunt, seruant castitatem, tenent vnitatem, quanto minus coæquantur isti perditi numero vtriusq; sexus, non solum puerorū & puellarum, iuuenum & virginum, verumetiā coniugatorum & senum, quorum innumerabilia ex Donatistarum nepharia dissensione, in pacem Christi veram & catholicā transeunt. Isti quippe qui se incendunt, nec tot homines sunt quot loca sunt populis plena, quæ ab exitiali peste erroris illius & furoris, per hanc instantiā perficiendæ vnitatis eruuntur. Nunquid non obsecro sanum misericordię potest esse cōsilium, vt simul cum illis isti omnes æternis gehennarum supplicijs eruantur, ne illi in istorum comparatione perpauci suorum caminorum ignibus exurantur? Vt enim omnes cum Christo uiuant, magnis conatibus & votis agendum est. Sed si hoc per quorundam furorem fieri non potest, saltem vt non omnes cum diabolo pereant, laborandum est. I

Cap.21.

Sanè de scripturis sanctis sagacissime in- Cap.22.
quirens, si quid proferre posses, pro ista spō taneæ mortis insana inuenisse te aliquid putas, quia scriptum est in Euangelio, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: tanquam ideo se quisque occidere debeat quia infirmus est. Ad passiones inter manus persequentium sustinendas non potuisti citius dicere falsos martyres ve- Mat.26.
stros ex illorum esse numero de quibus Eccle.2.
scriptum est, Væ ijs qui perdiderunt sustinentiam: Et ad illos prorsus non pertinere quibus dominus dicit, In vestra patientia possidebitis animas vestras. De quibus Luc.21.
autem legitur, Spiritus promptus est, caro Mat.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem infirma: somno non voluntario premebantur, non interitu voluntario necabantur. Diligẽter leges,& quid loquaris
1.Co.10 attende. Vbi est quod Apostolus ait,Fidelis Deus,qui nõ permittet vos tentari sup id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum vt possitis sustinere? Ita ne credendum non est huic Apostolicæ veritati, & inimicos debemus nosipsos habere, quia inimicos non possumus alios sustinere? Absit hoc a cordibus christianis. Planè fideli Apostolo, immo ipsi fideli Deo, qui non sinit suos tentari supra quã ferre possunt, sed facit cum tentatione ẽt exitũ,
K vt possint sustinere,credant catholici, non credant Donatistæ, & ne semper ista non credant,non sint Donatistæ. Quando.n. desperatur in quibusq; passionibus,a Dño impetranda sapientia: Et ideo q̃ritur compendium caminorũ, vbi se isti nõ quidem feris, vt ait beatissimus Cyprianus, sed tamen flammis obijciunt,quos nemo damnauit. Non est hoc consilium,sed furor: non est sapientia,sed amentia. Habeant isti incendia sua, qui nõ dicunt de adiutorio Do
Psal.61. mini,quoniam ab ipso patiẽtia mea. Certe
Iob.2. sanctus Iob quando a capite vsq; ad pedes intolerabili vulnere putrescebat,& doloribus excruciabatur immanibus, hoc vestrũ compẽdium habebat in promptu,quo se ab huiusmodi vita horrẽdis calamitatibus plena, in qua proculdubio manebat, nolebat eripere: Potestas vtique aderat,sed iustitia non deserebat. Secũdum hoc.n.dicit,Atq; vtinã possem me occidere, aut rogare aliũ vt faceret mihi. Hoc negauit se posse iustus,q̃d per iustitiam fieri non poterat. Eo
Galat.4. loquendi modo & Apostolus ad Galatas dicit,Testimonium vobis perhibeo,quia si fieri posset oculos eruissetis & dedissetis mi
L hi. Cur.n.& hoc fieri non posset,nisi quia iuste fieri nullo modo posset? Sic & Dñs cum per angelos suos iustum Loth de Sodomis exeuntem vrgeret vt properaret in Segor, Non.n.inquit, potero facere rem, donec tu illo introeas: Non posse se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam,sed non poterat per iustitiam. Posset.n.patientissimus Iob, vt nihil aliud vel cibum, vel potũ non sumere,atq; illam vitam erumnosam horrendamq; consumere: Sed hoc iuste facere non posset,quoniam nulli fas est, seipsum occidere, maxime cũ vt possit vitare,posset fugere. An hoc aliquis dubitauerit,quod ille vir sanctus, qui tam multa in suis doloribus loquebat, rogare vt hoc ubi fieret aliquem posset? Neq; n.non,dolenti & putrescenti manus defuit ad perimendum, & lingua defuit ad rogandum. Certe vel ipsam coniugem suam poterat hoc rogare,quæ tamen vt hoc fieret,nec ipsa suggessit, quæ illum mori per eius blasphemiam deo irascente cupiebat, ideoq; ali
M quid in deum consilio nefando, tamen vt ipse se occideret,ei dicere nõ audebat. Plus iuris in vos diabolus habet, qui vobis tam facile persuadet,quod insipiẽti mulieri persuadere nõ potuerat, quam sibi ministrans ad decipiendum virum, suis illi ablatis omnibus,reseruauit. Dixit itaque se iustus ille non posse aliquem rogare vt eum interficeret,etiam id ostendens vtique non licere. Quod.n.non potest iuste,non potest iustus,quoniam hoc decernendo prius amittit iustitiam,vt q̃d non potest iustus, possit iniustus. Sic ergo dixit, Atque vtinam possem meipsum interficere: tanquam diceret, atque vtinam iustum esset. Tunc.n. a iusto fieri posset. Neq; enim vt hoc posset, quod non potest nisi iniustus, iniustitiam sibi optaret: Sed si fieri posset, hanc vellet esse iustitiam,quod fieri, quia nõ potuit, vt hæc esset iustitia, non potuit iustus quod sola faceret iniustitia. Ac per hoc non est iniustum homini iusto optare mortem, quando amarissima est vita: Sed si Deus optatam nõ dederit,non erit iustum, nisi tolerare eam amarissimam vitam. Sicut a iusto, nec illud alienum est, vt optet vitam, quando amara mors imminet, sed cum se videt eam impetrare non posse,dicit, quod nos in se transfigurans, Dominus ait, Verum non quod ego volo, sed quod tu vis Pater. Hæc autẽ illis dicenda sunt, quos ad mala gerenda quærunt, qui persequuntur, non quos ad bona participanda, qui diligunt. Eis, inquam, dicenda sunt ista, qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, non qui eã sibi faciunt p iniustitiã.

Proinde ẽt senior ille Razias, quem sibi isti exẽplis sui sceleris destituti, de Machabæorum libris tanq̃ imitandũ se inuenisse gloriantur, hoc facere debuit q̃d in eisdem literis leguntur septẽ illi frẽs ẽt exhortãte matre fecisse, vt cõprehensus,& a lege Dñi sui non auersus, omne quod ei applicitum esset

esset acciperet,& in dolore sustineret, & in humilitate sua patientiam haberet, quod circa humilitatem inter manus inimicorũ non valens ferre,non planè sapientiæ, sed insipientiæ dedit exẽplũ, non Christi martyribus,sed Donati Circũcellionibus imitandũ. Veruntñ si diligentius cõsideremus, & ab isto apparetis alieni. Iste quippe cum iam cõprehenderetur ab hostibus non habuit liberã fugã,ideo se gladio pereusit, & cũ perimere nõ potuisset, de muro se præcipitauit. Deinde abruptã petram,cum iam viuere non posset,adhuc tñ spirans, & corpus impetu mouens currẽdo,licet exãguis, obtinuit ibi vtraq; manu producta sua inte
B stina,discerpsit,dispersit, occubuit: Turba itaq; circundatus vt euadere non posset, &
Mat.10. si viuere nõ posset. Vos igitur qui nec deũ auditis,dicẽte,fugite:nec imitamini Raziã, qui voluit, nec potuit fugere profecto quia
Mat.26. non habetis illum in præcepto,nec habetis istũ in exẽplo. Quid, q̃ iste Razias scẽm vestram rõnem sine dubitatione culpandus est? Dixisti.n.propter euangelicam sententiã,vbi dñs ait, Spiritus quidem promptus est,caro autem infirma: vos ad caminorũ fugisse compendium, quia videlicet infirmi estis perferre manus inimicorum, si ab eis comprehensi fueritis. Ergo illius qui se gladio grauiter vulnerauit,qui vulneratus murum petit, qui se inde in ceruicem præcipitem dedit, qui & postea potuit ad petram currere,in petra stare,intestina educere,carpere,spargere, nunquid dici põt spiritus prõptus,caro autem infirma,cuius non solum spũs tam promptus apparuit, sed ẽt caro tam firma, vt vix credibile sit eum facere voluisse ae valuisse quæ fecit? Itaq; vobis oportet iste displiceat,qui rationem vestræ infirmitatis sua firmitate perturbat. Porrò si fugere valens, nec volens, in do-
C mum suam ligna congessisset, atq; irruenti bus inimicis vt eum comprehẽderent ignẽ suppositisset, seq; cum suis ædibus concremasset,vobis quidem præbuisset exẽplum, sed sibi acquisisset grande tormentũ. Nunc enim q̃n fugere non valuit, aliquanto minus est fortasse sui sanguinis reus,quòd sibi intulit mortem,quam comprehenso inimicus iam fuerat illaturus. At enim sanctarũ scripturarum authoritate laudatus est Razias. Quomodo laudatus? Quia fuit amator ciuitatis. Hoc potuit & carnaliter, ciuitatis videlicet illius terrenæ Hierusalem, quæ seruit cum filijs suis, non autem illius quæ sursum liberæ matris nostræ. Laudatus est quia continẽtiam seruauit in iudaismo: & hæc sibi in comparatioae iustitiæ Christianæ damna & stercora fuisse dicit Apostolus. Laudatus est,quia pater Iudæorũ appellabatur. hoc magis est,vnde illi tan quam homini subrepsit humilitatis impa-
Philip.3 tientia, vt prius mori vellet q̃ hostibus subijci. Dictum est q̃ elegerit nobiliter mori: melius vellet humiliter,sic.n.vtiliter. Illis autem verbis historia gentium laudare consueuit,sed viros fortes huius seculi, non martyres Christi. Dictum est q̃ se viriliter de muro præcipitauit in turbas, nec nos
D dicimus eũ hoc fecisse muliebriter, quãquã vos qui multum exemplo isto profecistis, etiã fœminas vestras hoc facere docuistis. Sed fatemur hoc etiam ipsas non facere muliebriter,sed viriliter,non tñ salubriter,q̃a non fideliter. Ad extremum q̃ inuocasse dictus est dñatorem vitæ ac spũs, vt hæc illi iterum redderet.i.vitam & spiritum, nec tunc aliquid poposcit, quo boni discernuntur à malis. Reddet enim hæc deus & his qui male egerunt, non in resurrectione vitæ æternæ,sed in resurrectione iudicij æterni. Laudatus est, utiq; iste Razias amator ciuitatis, vt valde bene audiens.i.bonæ famæ, quia pater Iudæorum appellatus est, & q̃ continentiam tenuerit in iudaismo: Istam vero eius mortem mirabiliorem q̃ prudentiorẽ narrauit quemadmodũ facta esset,non tanq̃ facienda esset scriptura laudauit. Nostrum est aũt sicut Apostolus ad
1. The.5 monet,omnia probare,quæ bona sunt tenere,ab omni specie mala nos abstinere. Et hanc quidem scripturam quæ appellatur Machabæorum, non habent Iudæi sicut legem & Prophetas & Psalmos, quibus dñs testimonium perhibet tanquã testibus suis,
Luc.24. dicens,Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de
E me: sed recepta est ab ecclesia non inutiliter,si sobrie legatur vel audiatur, maxime propter illos Machabæos qui pro dei lege sicut veri martyres à persecutoribus tam
Rom.8. indigna atq; horrenda perpessi sunt, vt ẽt hinc populus Chrianus aduerteret, q̃n nõ sunt condignæ passiones huius tpis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, pro quibus passus est Christus, si tanta patientissime pertulerunt pro lege quam dedit deus per famulum hominibus illis p

quibus nondum tradiderat filium. Quãquam & iste Razias habebat quod legentibus prosit non solũ vt mẽs exerceatur recte iudicando quod legit, verũetiam vt animus humanus, immo animus Christianus aduerteret, quanta ferenda sint ab inimicis ardore charitatis, cum à seipso iste timore humilitatis tanta pertulerit. Sed ardor charitatis de sublimitate descendit gratiæ diuinæ: timor aũt humilitatis ex amore accedit laudis humanæ, & ideo ille certat per patiẽtiam, hic aũt peccat per impatientiam. Non itaq; debemus quicquid in scripturis, ẽt dei testimonio laudatos homines fecisse legerimus, consentiendo approbare, sed considerando discernere, adhibentes iudicium nõ sanè nostræ authoritatis, sed scripturarum
F diuinarum atq; sanctarum, quæ nos nec illorum hominum quibus illic bonum atque præclarum testimonium perhibetur, omnia vel imitari vel laudare facta permittit, si qua non recte ab eis facta sunt, vel huic iam tempori non conueniunt. Sed de his q̃ tunc fuerant recta, nunc non sunt, quid opus est aliquid in hac quæstione discutere, cum hoc vnde agitur vt sibi quis inferat mortem, maxime cui cõceditur, vel potius qui compellitur viuere, in eis sit factis, quæ nec poterant vnq̃ recta esse, nec potuerũt, sicut satis iam demonstrauimus? Proinde quomodolibet accipiatur à vobis huius Raziæ vita laudata, non habet mors eius laudatricem sapientiam, quia non habet dignã dei famulis patientiam, potiusq; huic vox illa sapientiæ, quæ non laudis, sed detesta-
Ecclesia tionis est, comperit, Væ ijs qui perdiderunt
stici. 2. sustinentiam. Nam si laudatorum facta om-
2.Re.11. nia creditis imitanda, nunquid melior est iste Razias quã Dauid? Cur ergo eius factum de aliena vxore appetenda, eiusq; occidendo marito nullus bonus sibi propo-
3.Re.11. nit, sed potius cauendum atq; vitandum?
G Nunq̃d melior est Razias q̃ Salomon? Placetne ergo vobis, vt eius erga mulieres lasciuiæ, quarum seductionibus vsq; ad tẽpla idolis fabricanda perductus est, imitandum proponamus exemplum? Nunquid melior
Mat.16. Razias quàm Petrus Apostolus, qui vbi dixit, Tu es Christus filius dei viui, tam beatus à dño appellatus est, vt claues regni cœlorum accipere mereretur, nec tũ ideo creditur imitandus, vbi mox eodem momento reprehensus audiuit, Vade post me satana, non.n.sapis quæ dei sunt, sed quæ hominũ? Atq; vt hæc taceam quæ voce apertissima sancta ecclesiæ scriptura culpauit, & ea dicã quæ tantummodo ibi narrata atq; conscripta sunt, nec de his est in alteram partem laudis aut reprehensionis lata sententia, sed quæ nobis iudicanda permissa sunt, nunqd melior Razias q̃ Noe? Quis autem illum Gen.
virum q̃ iacuit ebrius, laudauerit sobrius? Nunquid melior est Razias q̃ Iudas Pa- Gen.
triarcha? Quis tũ eum approbet cui placeat quem non rectissime offendat in illa fornicatione, quã doquidem ad suam nurũ, quia hoc ignorauit, verumetiam ad eã quã meretricem putauit, ingressus est? Nunqd melior est Razias q̃ Sampson? Audete itaq; dicere si potestis, illud quod in crinibus ha- Iud.
buit virtutis magnum diuinũ q̃; secretum, H
blandienti mulierculæ fuisse prodendum. Nam illud q̃ cum inimicis occidit & seipsum, quando super se atq; illos deiecit domum, mortem quam mox ab eis fuerat perpessurus, communionem voluit cum illis habere, quia non posset euadere. Quod quidem non sua sponte fecit, sed hoc spiritui dei tribuendũ est, qui vsus est eo vt faceret, quando illi affuit, quod facere non poterat quando idem spiritus defuit. Sicut Abrahæ factum quãdo filium voluit immolare, q̃d Gen.
deo iubente fuit obedientia, deo nõ iubente q̃d fuit nisi dementia? His sacris literis eru- Cyp.
ditus beatus Cyprianus, in confessione sua dixit, disciplinam prohibere ne quis se offerat. Videte quantum mali faciatis cum vos vultis occidere, qui estis indisciplinati, etiam si vos alijs hoc vobis facere cupientibus velletis offerre. Fugam præcipit quem Mat.
vocatis Saluatorem, fugam permittit persecutor. Quid ergo sequimini vt vestris igni bus pereatis, nisi vestrum furorem? Et tamen dicis, An non est ista persecutio, quæ tot milia innocẽtium arctauit ad mortem? Ostendite quomodo sitis innocentes, quia Christum diuiditis & vos occiditis. Ostendite quomodo arctemini ad mortem, quibus fuga, & diuinitus iubetur, & humanitus relaxatur. Ostendite quemadmodum I caminorũ cõpendio animas vestras a contaminatione rapiatis, quas potius caminorũ sacrilegio tanq̃ diabolico sacrificio cõtaminatissimas facitis. Interrogate Chm, iubet vos fugere, interrogate Tribunum, p̃mittit vos fugere. Si & ipm Raziam interrogare posse tis, rũderet vobis, ego nõ potui fugere. Vos ergo nec Xp̃m Saluatorẽ, nec Tribunum

nũ persecutorẽ, nec Raziam authorem habetis. Quod aũt dixisti, vt seipsos vestri occiderint, non eos frustra timuisse, q̃m quisquis nostras vel nostrorũ manus incidit, nõ euasit. Quid euaserit, q̃ro. Si mortẽ cur eã uobis insertis manibus vr̃is, si hãc timetis à nr̃is? Sed manifestũ est non de morte uos dicere. Nam quantum cupiamus uos uiuere, etiam ipsi scitis, ideo nos de vestra
C.24. morte terretis.

Proinde si communionem nostram dicis, neminem vestrum qui manus nostras incidit euasisse, vtinam verum diceres. Val de quippe fœliciter non euaderent commu nionẽ quæ offertur à catholicis, euaderent donationem, quæ paratur hæreticis. Sed
K falsum esse quod dicis vel ex vestro Emerito cogitare potuisti, q̃ cũ euenisset ad nos, facilius est ueritate cõuictus q̃ cõicare compulsus. Sunt & alij fama quidẽ minores, sed stultitia pares. Quisquis enim fuit similis vanitatis, vt contra manifestissimam veritatem peruersissima verecundia fieret pertinax, cum putari erubescit incõstans, expers à nobis catholicæ cõionis absscesit. Sed iõ dixisti, quisquis in eorum manus incidit, nõ euasit, q̃m pauciss imos apertissimæ veritati perseueranter resistentes & discedentes latere arbitratus es. Sed Emerito fecisti sectm uos grauissimam iniuriam, qui perdidit apud te duritiæ suæ laudem, tanquã frustra esse voluerit inter paucos veritati non cõsentientes, qa deputari meruit inter latẽtes. Quis nostrum non te credat inuidere collegæ? aut si non inuides, imitare. Veni ad nos & tu sicut ipse, audi quod dicimus, sicut ipse, rñde si potes, quod nõ potuit ipse. Si autem nec respondere nec cõmunicare volueris, discede, sicut ipse. Ecce ille de nostris manibus illæsus abscesit. Tu quare discis, quisquis eorum manus incidit, non euasisti? Ecce ille non sibi credidit loca defutura vbi posset latere, Tu quare disponis ardere? Itane nondum vides vos esse potius qui non pertinetis ad deum, & qui facitis contra deum, non solum peste communi qua Christi vnitati resistitis, sed etiam uos præcipue qui huic tanto sceleri vestro, etiã
L vestras mortes addere festinatis?

Gabi- VERBA EPISTOLAE, Sed
nus resi- quoniam prudentiam tuam, inquit, execu-
pisce- tori officiũ non decebat, quæso paucis auer
Cap.25 te. Alia est, vt reor, solida veritas, alia effigies veritatis, quoniam veritas robore suo firmato cõsistit, idolum siue simulachrum est, q̃d in iniuriã veri simile fecerit humana præsumptio, nũquã tũ põt præiudicare veritati fallacia. Simulachrorũ cultores dico, qui non tenent veritatem, sub alieno uocabulo gentilem exist imo, qui facit sibi q̃d colat. Vnde publicũ apertũq; est quod minis siue terrore & persecutionibus crebris Gabinũ similesq; de naturæ libertate sublatos ipsi sibi quos venerenẽ, perfidos fabricasse noscuntur, ad quorũ cultum coguntur inuiti. AD HAEC RESPON. Adhuc addis furori vestro verba blasphemiæ, & audes dicere ecclesiam catholicam humanum esse figmentum, cui dicit deus, Ego.n.sum dñs qui facio te, dñs nomen ei. Esa.54.
Et vt sciamus ipsam eam catholicam vniuerso terrarũ orbe diffusam, sequit & adiũgit, Et qui erui te, ipse deus Israel vniuersæ terræ vocabit. Hoc euidentissimũ dei opus, humanũ dicitis esse figmẽtũ, nec vos M
respicitis q̃d ab ista ecclesia quam se promisit deus in vniuersa terra esse facturũ, nullo mõ separaremini, nisi hominẽ sequeremini. Nos eũ sequimur q̃ dixit Abrahæ, In semine tuo benedicentur oẽs gẽtes. Eũ Gen.22
sequimur qui dixit ipsi ecclesiæ suæ, q̃d mõ cõmemorauí, Ego sum dñs qui facio te, dñs nomẽ ei, & qui erui te ipse deus Israel vniuersæ terræ vocabitur. Propterea tenentes ecclesiam, quæ dilatatur & crescit per omnes gentes, & per vniuersam terrã, non vtique figmentũ sequimur humanum, sed promissum factumq̃; diuinum. Vos qui sequimini, vt ab huius diuinæ promissionis & diuini operis communione diuisi, velitis esse de parte Donati, peccato Cæciliani perisse de orbe terrarum promissiones dei, & remansisse in parte Donati, homo uobis dixit an deus? Si deus, legite hoc nobis ex lege, Prophetis, Psalmis, Apostolicis & Euangelicis literis. Legite si potestis, quod in collatione vestra minime potuistis. Si autẽ homines ista dixerunt, de quibus dictũ est. Firmauerunt sibi sermonem malignũ, Psa.63.
Ecce humanum figmentum, ecce quod co- A
litis, ecce cui seruitis, ecce propter q̃d rebellatis, insanitis, ardetis. Gabinus vero & cæteri, qui hanc ecclesiam cognouerunt, elegerunt, tenuerunt, nõ humanũ figmentũ, sed diuinum promissum prædictum & impletum, cum fidelibus habere cupientes, vlterius pro humano figmento ipsas humanas molestias perpeti noluerũt. Qui enia-

veritm

veritate & vnitate Christi non dico res suas, sed istã ẽt vitam suam alijs duntaxat auferentibus atq; interficientibus amiserit, vere fidem habet, vere spẽ habet, vere charitatẽ habet, vere deũ habet. Quisquis autẽ ꝑ parte Donati vel fimbriã vestimenti perdiderit, cor nõ habet. Quid ergo mirum si homines sapiẽtes cũ viderent cõtra obdurate consuetudinis pertinacissimã vetustatẽ, proposita sibi esse dãnata & exilia, cõsiderauerũt vtrũ pro parte Donati cõtra ecclesiã catholicã, hoc est pro figmẽto humano contra opus diuinũ ꝓpeti ista deberent, & se vtiq; non debere viderũt, atq; istam quã vocatis persecutionem, cognouerunt sibi esse correctionis occasionem, & fecerunt qđ scriptũ est, Da sapienti occasionẽ, & sapientior erit? Vides itaq; q̃ inaniter dixeris homini, q ex præceto pijssimi Imperatoris sui vestrã correctionẽ requirit, quod huius prudentiã executoris officium nõ decebat. Quid enim magis religiosum militantem decet, q̃ vt in ea causa in qua pependit, quibusdam vos vultis esse deceptio, multis ipse fiat corrigendis saluatio?

Pro. 9. B

Heretici quatenus per principes coercendi. Ca. 26. Supra dẽ. c. 17.

VERBA EPISTOLAE, Ad docendũ, inquit, populũ Israel omnipotens deus Prophetis præconium dedit, non regibus imperauit. Saluator animarũ dominus Christus ad insinuandã fidem, piscatores, non milites misit. AD HAEC RESPON. Audite ergo Prophetas sanctos, & sanctos piscatores, & molestos non patiemini religiosissimos reges. Iam enim & superius ostendi ad curam pertinuisse regis vt Niniuitæ deum placarent, cuius iram Propheta anunciauerat. Quandiu ergo vos non tenetis ecclesiam quam prænunciauerunt piscatores, Apostoli plantauerunt, tandiu reges qui eam tenẽt, rectissime ad suam curã, iudicant pertinere, ne uos aduersus eam, rebelietis impune. Nã deus & reges habuit inter prophetas. Dauid quippe sanctus, quod non potestis ignorare, rex fuit. Audite itaque prophetãtem regem, & nullum religiosum regẽ formidabitis irascentem, Audite, inquã, Prophetam regem dicentem de Christo, Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrę: & non timebitis Christianum regem, succensentẽ vobis hanc ecclesiam blasphemantibus, q̃ sicut à rege prophetata est, exhibeẽ vsq; ad terminos orbis terræ. Quia & rex Nabu-

C

Psal. 71.

Dani. 3.

chodonosor, quãuis Propheta non fuerit, eos tamẽ qui blasphemarẽt deum Sidrach, Misac & Abdenago, religiosa seueritate coercuit. VERBA EPISTOLAE. Mũdanæ, inquit, militiæ nũquã deus expectauit auxilium, qui solus potest de viuis & mortuis iudicare. AD HAEC RESPONSIO. Non mundanæ militiæ deus expectat auxiliũ, q̃ regibus largitur potius bũficiũ, qui eis inspirat, vt in regno suo curent fieri dñi sui præceptũ. Quibus enim dictum est, Et nunc reges intelligite, Erudimini qui iudicatis terram, Seruite domino in timore: sentiunt suã ptãtem ita domino seruire debere, vt ea potestate plectãtur, qui nolunt eius voluntati seruire. Qđ autem de militibus facis inuidiam, si vtique istã cura, sicut iam docuimus in scripturis sanctis pertinere demonstratur, per quos id acturi sunt reges aduersus rebelles Circumcelliones, & insanos eorum siue participes siue principes nisi ꝑ subditos milites?

VERBA EPISTOLAE, Sed Iam hoc non sciunt, inquit, alienarũ rerũ incubatores, qui nec deũ audiũt dicentẽ, Nõ concupiscas rẽ proximi tui: Nec ꝑ Salomonẽ spiritũsanctũ dicentẽ, Tũc stabũt iusti in magna cõstantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabũtur in subitatione insperatæ salutis, dicentes inter se pœnitentiam habẽtes, & per angustiã spiritus gementes, Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperij: Nos insensati vitã illorũ existimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore: Qũo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à uia veritatis, & iustitiæ lumẽ nõ illuxit nobis: Lassati sumus in iniquitatis & perditionis via, & ambulauimus solitudines difficiles, viã ãt dñi ignoramus. Quid nobis profuis superbia, aut quid diuitiarũ iactãtia cõtulit nobis? Transierũt omnia tanquã vmbra. Hæc igitur fides nos hortatur, vt libẽter ꝑ deo in ista persecutione moriamur. AD HAEC RESPON. Agnoscite scelus vestrũ, & nolite vobis vsurpare nomen alienum. Scriptura dixit, Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: Non dixit, stabunt omnes qui mala passi sunt: sed, stabunt iusti. Sicut & dominus cũ

Matt. 5. dixisset, Beati qui ꝓsecutionẽ patiunt, nisi addidisset, ꝓp iustitiã, non solos significaret qui pro suæ in dño patientia coronant, sed et illos q̃ iustis legibus puniunt. Quapp si ad vos putatis hæc iustorũ verba q̃ scripta sunt ptinere, prius an iusti sitis ostẽdite. Habetis n. res magnas quas inter vestras iustitias ventiletis, diuisionem Xpi, rescisionem sacramentorum Xpi, diuisionẽ pacis Xpi, bellum contra membra Xpi, criminationes in coniugem Xpi, negationem promissorum Xpi. Hæ sunt iustitiæ vestræ, ꝓp quas videlicet stabitis in magna constantia aduerus eos qui vos angustiauerunt, & abstulerunt labores vestros. Iam vero cũ inter iustitias vestras iactare cœpitis, ꝙ vosipsos necatis, q̃s vobis iustus æquabitur? Tunc. n. maxime apparebitis vindicandi. Sed videte de quibus de his vtique qui vos occiderunt. Ergo vt vindicemini, puniemini, & stabitis aduersus vosipsos. Maxime stabitis, qui caminis clausis vos in crudeles angustias coarctatis, vt & q̃ voluerit subuenire, non possit intrare, & q̃ voluerit euadere, non possit exire. Absit vt stẽt cũ magna cõstantia, cũ stabũt cũ tã mala conscientia. Nisi forte arbitramini ꝓpea vobis deũ tũc posse parcere ꝓ sceleribus vestris, q̃a ipsi vobis mõ non parcitis, vñ se ẽt quædam sanctæ moniales vestræ, ꝓ saxa demiserunt, & dissilientibus vteris homicidio rũ scelere, & stuprorũ scelera ꝓdiderunt, existimantes si hoc mõ in se vindicassent, nullo iã mõ deũ vindicaturum, sicut & vos putatis qui sacrilegio schismatis & hæresis, vel depredando, detruncãdo, excæcando, occidendo, postremo ẽt rebaptizando catholicos, q̃libet alia potuerunt à vobis nephanda cõmitti, isto modo posse qui vos occiditis expiari. Sed erratis. Hoc putauit & Iudas. An hoc ẽt vultis addere documentum, quo certius nouerimus maiores vestros potius fuisse traditores, quia mortem imitami ni traditoris?

Lenis violẽtia Ca. 28.

Ergo qđ in collatione cõtentiose negare G voluistis, etiam hinc vera esse gesta firmatis. In quibus confessis traditoribus qui tunc ꝓximæ sedis Eps in Numidia fuit, Secundus Tigisitanus agnouit, & quibus crimina traditionis manifesta atq; confessa apud Cirtham præsentibus relaxauit, cum his apud Carthaginem tanquã traditores nõ cõuictos absentesq; puniuit. A quo crimine etiã Secundus ipse obijciente Purpurio Limatensi se purgare non potuit, q̃ ei dixit idem Purpurius, Tu quid egisti q̃ tẽtus es à curatore & ordine, vt scripturas dares? Quomodo te liberasti ab ipsis, nisi quia dedisti, aut iussisti dari quodcunque? Nam non te dimittebant passim. Hoc autẽ Secundus etiam in literis suis ad Mansuriũ datis, quas uosipsi protulistis atq; recitastis, sine ambiguitate, cõfessus est ꝙ non tradiderit, sed quod ad eum peruenerint à curtore & ordine missi persecutores, quos ei Purpurius Limitensis obiecit, vt scripturas traderet, quas cum ab illo peterent, se rñdisse, Christianus sum episcopus, non traditor, ei, q̃ue nihil omnino tradere voluisse. Quod ei vultis vt credamus, cum & vosipsi quàm sit incredibile videatis, seruente illa persecutione retentum episcopum siue cõuentum vt scripturas dominicas traderet, nullisque traditis fuisse dimissum. Nempe contendebatis non potuisse episcopos ad ordinandũ episcopum ad ciuitatem Cirthensem persecutionis tempore conuenire. Quando ergo persecutio illa seruebat, si potuit episcopus propter scripturas tradendas teneri, nullisque traditis impune dimitti? Et tamen clamabatis immanitatem persecutionis illius temporis describentes, nec duodecim episcopos ad ordinandum episcopum potuisse in concilium congregari, qui gesta illa conficerent: nisi crimina traditionis inuicem donauerint, proque pace ecclesiæ iudicanda domino reliquerint: cum uos hoc tempore talem persecutionem vos perpeti dixistis, qualis nũquam fuit: id est, vt loca uobis desint, quo confugere, atque vbi latere possitis: cum concilia facta tis, episcopos ordinetis, etiam in eorum locum, qui suis ignibus perierunt, iterum tales qui suis ignibus perire parati sunt. In concilium autem tantæ vt putatis atque iactatis persecutionis tempore, amplius etiam quàm triginta conuenire potuistis, vbi & Petilianus fuit, q̃ ꝓsecutionis tpe nec duodecim cõuenire potuisse clamabat. Porrò in ipso concilio statuistis, vt qui nobis inuiti communicauerunt, vel episcopi vel presbyteri, tantum si sacrificiũ nõ obtulerint, aut populo non tractauerint, ad veniam pertineant, in suis honoribus recipiantur: ac sic totas calumniarum vestrarum uires etiamipsi hoc decreto vestro penitus amputatis. Vbi est enim quod vestro vaniloquio etiã eos, qui non fuerũt, dicis, ꝓ communionẽ nostram fieri traditores?

H

I

res: quia.s.sicut calumniamini,illi nos impugnauerunt, quia orientibus tunc impijs poteſtatibus libros eccleſiaſticos tradiderunt? Cur ergo nunc à crimine abſoluitis, quos nobis communicaſſe cognoueritis inuitos,ſi ſacrificiũ non obtulerint, neq; ſermonem in populo fecerint: quaſi illi tunc primi traditores ſub terrore & horrore imminentium ſuppliciorum, qualia modo vobis omnino nullus ingeſsit, codices ſanctos nõ inuiti tradiderint,aut ſacrificium illic obtulerint,aut in populo ſermonẽ fecerint? Videtis ergo q̃ ſicut vos eſtis,quos vaniſsime criminamini,communione noſtra fieri traditores,ſi q̃d inuiti fecerint potuiſtis agnoſcere:ita etiam maiores veſtri in neceſsitate multo arctiore tradentibus traditoribus veris,in eadem regula ignoſcere potuerũt. Sed vt dãnarent alios abſcentes & inauditos inimicorum Cæciliani factione compul
K ſi ſunt facientibus, q̃ de talibus Apoſtolus
Rom.2. dicit,In quo.n.aliũ iudicas,teipſum condẽnas:eadem.n.agis quæ iudicas. Quapp qm Donatiſtæ ſemetipſos occidere ſemper amauerunt,& ipſi ab initio traditores fuerunt: quid mirũ ſi traditoris mortẽ ẽt ſuos poſteros amare docuerunt? Sed vitandæ huius ſi militudinis cauſa,vel nunquã, vel difficilli me ſe laqueo necauerunt. Fruſtra omnino, nam ille Iudam traditorem id facere com-
Mat.27. pulit, qui & illum puerum, quem ſanauit
Mat.17. dñs,in aquam & ignem ſæpe deiecit,& gre-
Matt.8. gem porcorum in mare præcipitauit,& ipſi
Matt.4. domino præcipitium de pinna templi audaci præſumptione ſuggeſsit. Quanuis ita que diuerſis modis voluntariam vos præcipitetis in mortem,tñ eiuſdẽ diaboli inſtinctu voſipſos necando imitamini traditorẽ. Quod etſi vos non eſtis,eorum tñ qui fuerunt, & ſchiſma fecerunt, in quo libenter eſtis,ẽt hoc in vobis facere, quod in ſe traditor fecit,nephando magiſterio didiciſtis. Ecce cum qua iuſtitia ſtabitis aduerſus eos, qui vos anguſtiauerunt: vt ſi veſtrę mortes vindicabuntur,non niſi in vobis iuſtiſsime
L vindicentur. Qui ſunt autem labores veſtri,quos à vobis iactatis auferri? Anne iniuſtum eſt,vt eccleſiæ quæ fuerunt veſtræ, cum in pacem catholicam tranſeunt, cum ſuis rebus tranſeant? His enim ad nos tranſeuntibus,ſi res eorum vultis tenere,vos p̃ culdubio res alienas vultis auferre. Mater autem catholica vobis dicit,quod quibuſdã
2.Co.12 beatus Apoſtolus dixit, Non enim quæro quæ veſtra ſunt,ſed vos. Veruntamen q̃o vobis non eſtis ipſi contrarij,quãdo vtrũque nobis obijcitis,& q̃ res veſtras poſsidere cupiamus,& q̃ violentos vos nobiſcum eſſe cogamus? Hæc duo q̃ ſint inter ſe contraria,non videtis: ſi enim ad communionem noſtram vos inuitos quærimus, & tenemus, quomodo res veſtras deſideramus, quas vtiq; vobis communicantibus habere non poſſumus? Si autem illas cupimus obtinere,q̃o vos quærimus, vt eas vobis communicantibus amittamus? Sed confiremur vobis, cupiditas noſtra charitas vocatur. Hęc vos quęrit in nobis: hęc vos inuenire, corrigere, atq; in vnitatem Chriſti ſociare deſiderat, ne veſtris caminis vos ardere timeamus. Huius igne feruemus, hæc nos accendit, vt non ſolum non cõcupiſcamus res veſtras, ſed nobiſcum optemus poſsideatis M & noſtras. Agnoſcite & venite, & perire nolite: aut ſi vltro venire erubeſcitis, ſeruimus infirmitati ne quid pereat charitati. Ecce volumus vos tenere, quid feſtinatis abire? Ad vitam tenemus, ad ſalutem tenemus, ad Chriſti vnitatem, veritatem, ſuauitatam tenemus. Ad cœnam tanti patriſsfamilias ſi ſponte non vultis intrare compellimus.

De iuſtitia certamen eſt,non de pœnitẽ. Ca
tia. Cauete ergo ne forte dũ putatis ad vos De
pertinere quod ſcriptum eſt, Tunc ſtabunt re
iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui D
ſe anguſtiauerunt, & abſtulerũt labores eo
rum.non hoc vobis contingat de laboribus eo
veſtris,& potius illud q̃ alibi ſcriptum eſt, Sa
Labores impiorum iuſti edent. Neq; enim Sa
ſtabunt contra vos Maximinianiſtæ, quorum q̃ potuiſtis Baſilicis abſtuliſtis: Aut ſtabunt contra vos Pagani, quorum certe vbi potuiſtis templa euertiſtis & Baſilicas cõſtruxiſtis,q̃d & nos fecimus: Aut ſtabũt aduerſus vos ſymphoniaci dæmoniorum quorum tibias & ſcabella fregiſtis,quod & nos fecimus. Sic nec vos ſtabitis aduerſus nos. In talibus quippe omnibus factis, non rapina concupiſcitur,ſed error euertitur. Sicut ergo non ſtabunt Chananæi aduerſus A Iſraelitas, quamuis Iſraelitæ abſtulerunt labores eorum, ſed ſtabit Naboth aduerſus Achab, quia delictum factum eſt, non præceptum, vt labores iuſti auferret iniuſtus, Sic hæretici non ſtabunt aduerſus catholicos, cum in rebus hæreticorum Chriſtiani imperij iuſta complentur, nec res eorum

rum à catholicis auferuntur, ſed potius inquiruntur, eaq; multa quãtum fieri poteſt correctis reddenda ſeruantur, ſed ſtabunt catholici non ſolum aduerſus Gentiles,à q bus martyres veri expoliati ſunt, verũetiã aduerſus Circuncelliones Donatiſtarum, quia & ipſi abſtulerunt labores eorum. Verum de his pecuniarijs laboribus facilior cauſa eſt. Ecce quotidie ſi quis ad nos tranſitum facit,cum ẽt illi quorum erant ad pacẽ catholicam tranſeunt,reddimus pecuniam,
Sapiẽ.5. veſtem,fructus,vaſa,rura,tecta veſtrorum. Vos q̃o nobis reddituri eſtis membra noſtrorum? Nempe aliq̃n expergiſcimini & cernite nec vos eſſe de q bus dicaẽ, Hi ſunt quos aliq̃n habuimus in deriſum: cũ potius vos habeamus in fletum. Nec vos computamini inter filios dei,niſi recedentes à parte Donati,hanc tenueritis eccleſiam, quam
B ſicut prædixit, exhibet filius dei, nec inter ſanctos ſors veſtra,ſed inter hæreticos. Nã quid aliud de vobis dicturos putatis? Nos inſenſati vitam illorũ exiſtimabamus inſaniam. Miror q̃ tam inſenſati eſtis vt ipſi vobis talia non dicatis. Sanctis quidem veris ac fidelibus, immundi & infideles tunc iſta dicturi ſunt, eis vtiq; quos nunc exiſtimãt inſanire, quia luxurijs quas vident frui nolunt, dum quod non vident credunt. Sed vos ſi non vitam veſtram, certe iſtam quã vobis vultis facere mortem veſtram, ſi non exiſtimatis inſaniam, deſperatius inſanitis. Verba vero illa, Ergo errauimus à vita veritatis, &c. non erunt quidem tantum noſtra,ſed maxime veſtra. Erratis enim quod manifeſtum eſt, à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non lucet vobis, laſſamini in iniquitatis via & perditionis, & ambulatis ſolitudines difficiles, viam veram domini ignoratis. Quæ autem ſequuntur, Quid nobis profuit ſuperbia,aut quid diuitiarum iactã tia contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra: neſcio vtrum quiſquam inter cæteros diceret aptius & conuenientius quàm tuus deceſſor Optatus. Nolite ergo putare vos eſſe quales non eſtis,& perire tales,q̃n non vos hæc fides, ſed veſter
C malus error hortatur, vt non libenter pro deo, ſicut dicis, in iſta perſecutione moriamini,ſed nequiter pro Donato factis veſtris perſecutionem patiamini.
Cap.30

VERBA EPISTOLAE, Et alia manu, Opto te, inquit, incolumen veritate perſpecta animum lenire, & ab innocentũ exitibus tẽperare. AD HAEC RESPON. Vos potius veritate perſpecta lẽnite animum veſtrum, ne ſic ſæuiat vt nec vobis parcat. Nam quid iſto cui quidẽ ſcripſiſti, facile poteſt lenius inueniri, qui vos & inuitauit ad vitam, & ſi eam nobiſcum nolletis, relaxauit ad fugã? Vos in vos eſtis aſperi, nos mites: vos ſine vlla immanitatis conſideratione crudeles, qui hoc in vobis ſãcitis, q̃d immites facere conſueuerunt, errorum dilectores. Quid aũt optas vt ab innocentum exitibus temperetur? Vos quidẽ innocentes non eſtis, tũ ille vobis dedit exitũ, ſed ipſi vobis dare vultis exitium. Puto enim q̃ verbi ignorantia te fefellit, vt volens intelligi exitia, exitus diceres. Cum ergo hortaris optando, vt ſe ab innocentum exitijs imperialium legum temperaret executor, id agis vt deceptoribus parcat, & innocentes decipi impune permittat. Quid D
ergo aliud, niſi vt ille cui te bene arbitraris optare, nec deo, nec imperatori ſuo ſeruet fidem, quia.ſ.per iniuſtitiam, non veram, ſed veſtram, ad imperatorum curam pertinere cauſæ hmõi non deberent, calumnioſa diu ſio fanaretur, deberent aũt, vt q̃n facta firmaretur? Si doctrina iſta quam non de ſcripturis ſanctis, & neſcio vnde didiciſtis, iuſta vobis videtur vt hęc ad imperialem nõ pertineat poteſtatem, tunc maioribus veſtris veniſſet in mentem, q̃n Cæciliani cãm ad Imperatoris iudicium Conſtantini accuſando miſerunt. Nũc vero, quia leones Da Dani.6.
nielem propter innocentiam non læſerunt, vultis vt illiis parcat qui eum calumniando leonibus obecerunt? Sed non vt homo, iu- Pro.21.
dicat deus, in cuius manu cor regis eſt, & quò voluerit inclinat illud. Cor autem regis cum eſt infidele, aut exercentur, aut probantur boni: Cum vero eſt fidele, aut corriguntur, aut plectuntur mali. Horum duorum quid in veſtra cauſa ſit, ſatis iam diximus, ſatisq; literis tuis nullius loci prætermiſsione reſpondimus, quod vtinam & tibi, aliquibus ex vobis profuturum eſſe deo miſerante confidimus. Ad hæc autem ſi re- E
ſpondere aliquid præparas, lege etiam illa quæ cum Emerito acta ſunt, quibus ille reſpondere nõ potuit, ne forte tu poſsis, ſicut iam ſuperius vt experireris admonui. De cauſa etiam Maximinianiſtarum cum illo egimus, de qua nobis in collatione toties vobis obiecta nihil reſpondiſtis, quoniam de re manifeſtiſsima & recentiſsima nihil q̃d reſpon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondere tis inuenire potuistis, quomodo Maximinianus quem multo grauiore quã Cæcilianum sententia percusistis, ita vt diceretis eum Dathan, Chore, & Abiron ministrum, quos pro scelere schismatis viuos terra deglutiuit, nõ polluerit cõsortes schismatis sui, quibus vt ad vestram communionem redirent, dilationem dedistis, non polluerit Afer Afros, viuus viuos, notus notos, particeps socios, & Cæciliani polluerant transmarinos, polluerunt longe positos, polluerunt ignotos, polluerunt nondũ natos, Inueni si potes quid dicas, quomodo susceperitis honorem Feliciani Musticani, & Prætexati Assuritani, quos cum Maximiniano & alijs decem sine vlla dilatione damnastis, contra quos vt eos de basilicis pelleretis, apud duos, vel nisi fallor, apud ꝓcõsules litigastis, & cum iam in locum Prætexati alium ordinassetis, post tam longum tempus eos in suis honoribus recepistis. Qua iustitia, qua ratione, qua fronte in honore susciputur Maximinianista damnatus, & damnatur orbis terrarum catholicus inauditus? Qua iustitia, qua ratione, qua frõte cauẽdũ esse dicitis, ne vos inquinaret Cęcilianus olim defunctus, vobisq; prorsus incognitus, vestris maioribus iudicantibus semel damnatus, vestris maioribus ter absolutus, & cauendum non putastis, ne vos inquinaret Felicianus, vniuersalis concilij vestri ore damnatus, & ab vniuersis vobis, ꝑcipue tui prædecessoris fauore susceptus? Qua iustitia, qua ratione, qua fronte rescinditis baptismum quem dant ecclesiæ, quas laboribus suis Apostoli plantauerunt, cum susceperitis baptismum quem Felicianus & Prætexatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris à vestra ecclesia tradiderint? Si enim vt soletis male intelligere, & nobis obijcere, sic est intelligendum quod scriptum est, Qui baptizatur à mortuo, quid proficit in lauacro suo, Inter illos isti tacebant quando baptizabant, de quibus vestra vacuata sententia tãto strepitu insonuit, Aegyptiorum ad modum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora, quibus in ipsa morte maior est pœna, quod post extortam aquis vltricibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturam? Quid ad hæc dicturi estis? Ecce mortui baptizant eos quos suscipitis, nec morimini, & nobis tanquam mortuis calumniamini, vt catholicæ vnitati communicare nolentes, vestris ignibus vere moriamini. Respondeat ista: vacat tibi cogitare quid dicas: Saltem in hoc aliquod tibi beneficium conferamus, vt dum cogitas quomodo respondeas, minime cogites quomodo ardeas. Sed nolumus vt inopia respondendi lassum illud & quassum, quod dicere consuestis, adhuc tibi existimes dicendum. Si tales sumus, quare nos quæritis? Respondemus enim. Magis vos catholica ecclesia debet quærere quia peristis. Si vos Maxiministas perditi perditos inquisistis, de corde enim vestro nobis dicitis: Quare quæritis tot tantorumque reos criminum? Sed de libro dei vobis respondemus, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum.

Nu. 16.

Ecclesia
stici. 34.

Exo. 14.

Libri secundi finis:

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De baptismo contra Donatistas, Liber primus.

IN eis libris quos aduersus epistolam Parmeniani, quam dedit ad Ticonium scripsimus: promisimus nos diligentius quæstionem baptismi tractaturos, Quod etiamsi non ibi promitteremus, debitum tamen à nobis flagitantibus fratribus meminimus & agnoscimus. Quapropter in hoc opere adiuuante domino suscepimus non solum ea refellere quæ de hac re nobis Donatistæ obiectare consuerunt, sed etiam de beatissimi martyris Cypriani authoritate, vnde suam peruersitatem ne veritatis impetu cadat, fulcire conãtur, quæ dominos donauerit dicere, vt intelligant omnes qui non studio partium cæcati iudicant, non solum eos non adiuuari authoritate Cypriani, sed per ipsam maxime conuinci atque subuerti. Iam quidem in superioribus memoratis libris dictum est ita posse extra catholicam communionem dari baptismũ, quemadmodum & extra eam potest haberi. Nullus autem illorum negat habere baptismum, etiam apostatas, quibus vtique redeuntibus & per pœnitentiam conuersis, dum non redditur, amitti non potuisse iudicatur. Sic & illi qui per sacrilegium

giũ schismatis ab ecclesiæ communione discedunt, habent vtiq; baptismum, quẽ priusquam discederent acceperunt. Nam & ipsi si redeant, non eis iterum datur, vnde ostenditur illud quod acceperant in vnitate positi, non potuisse amittere ab vnitate separatos. Quod si haberi foris potest, etiam dari eur non potest? Si dicis, non recte foris datur: respondemus sicut non recte foris habetur, & tamen habetur, sic non recte foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per vnitatis reconcilationem incipit vtiliter haberi quod extra vnitatem inutiliter habebatur, sicut per eandem reconcilationem incipit vtile esse, quod extra eam inutiliter datum est. Non tamen dici fas est, non datũ esse quod datum est, aut vt non hoc dedisse quisquam calumnietur, cum hoc eum dedisse quod acceperat confitemur. Sacramentũ enim baptismi est quod habet qui baptizatur. Et sacramentum dandi baptismi est, qđ habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab vnitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria facienda est, si discedit à malis vtrunque discedit, si permanent in malis vtrunque permanet. Sicut ergo acceptatur baptismus quem non potuit amittere qui ab vnitate discesserat, sic acceptandus est baptismus quem dedit ille qui sacramentum dandi cum discederet non amiserat. Nam sicut redeuntes qui priusquam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur, ita redeuntes qui priusquam recederent ordinati sunt, non vtique rursus ordinantur, sed aut administrant quod administrabant, si hoc ecclesiæ vtilitas postulat, aut si non administrant, sacramentum ordinationis suæ tamen gerunt, & ideo eis manus inter laicos non imponitur: Nam neque sacramentum baptismi, neque sacramentum dandi baptismi, quando ab eis cum Maximiniano discessit, Fecilianus amisit. Nunc enim eum secum habent cum eisipsis, quos cum foris esset, in Maximiniani schismate baptizauit. Quapropter potuerunt ab eis accipere cæteri, cum ad nostrum consortium non accessissent, quod illi non amiserant, cum à nostro consortio recessissent. Quibus rebus ostenditur & ipsos impie facere, qui rebaptizare conantur orbis vnitatem, & nos recte facere qui dei sacramenta improbare nec in ipso schismate audemus. In quo nobiscũ sentiunt, in eo etiam nobiscum sunt, In eo autem à nobis recesserunt, in quo à nobis dissentiunt. Non enim accessus iste atque discessus corporalibus motibus, spiritalibus est metiendus. Sicut enim coniunctio corporum fit per continuationem locorum, sic animorum quidam contactus est consensio voluntatum. Si ergo qui recesit ab vnitate aliquid aliud agere voluerit, quàm quop in vnitate percepit, in eo recedit atque disiungitur. Quod autem ita vult agere sicut in vnitate agitur, vbi hoc accepit & didicit, in eo manet atque coniungitur.

De con. dist. 4. c. oũdit.

M Baptismus extra ecclesiam acceptus. Cap. 2.

Itaque isti in quibusdam rebus nobiscum sunt, in quibusdam vero à nobis exierunt. Proinde illa in quibus nobiscum sunt, eos agere non vetamus. In quibus autem nobiscum non sunt, vt veniendo accipiant, vel redeundo recipiant, adhortamur, & quibus modis possumus vti diligant emendati atque correcti, cum charitate flagitamus. Non eis itaque dicimus, nolite dare: sed, nolite in schismate dare. Nec eis quos videntur baptizaturi dicimus, nolite accipere: sed, nolite in schismate accipere.

Nam si quem forte coegerit extrema necessitas vbi catholicum per quem acciꝑiat non inuenerit, & in anime pace catholica custodita, per aliquem extra vnitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica vnitate accepturus, si statim etiam de hac vita migrauerit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus cum se catholicæ congregationi etiam corporali præsentia reddiderit, vnde nunquam corde discesserant, non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quia præsentem deum credidit cordi suo, vbi vnitatem seruabat, & sine sancti baptismi sacramento, quod vbicunque inuenit, non hominum, G sed dei esse cognouit, noluit ex hac vita migrare. Si quis autem cum posit in ipsa catholica accipere per aliquam mentis peruersitam eligit in schismate baptizari, etiam si postea venire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum quod alibi accipi quidem potest, prodesse aũt non potest, proculdubio peruersus & iniquus est, & tanto pniciosius quã-

24. qõ. 1. ca. si quẽ forte.

to

Universidad de Deusto
Biblioteca

to scientius. Ita enim non dubitat recte illic accipi, sicut non dubitat illic prodesse etiam quod alibi acceperit.

Tutius in eccle sia acci pere sa-- cramen ta.

Cap. 3.

Duo enim sunt quæ dicimus, & esse in ecclesia baptismum, & illic tm̃ recte accipi. vtrumque horum Donatistæ negant. Item alia duo dicimus esse apud Donatistas, baptismum, non autem illic recte accipi. Horum duorum illi vnum magnopere affirmant, id est, esse ibi baptismum, non autem illic recte accipi, nolunt fateri. Harum quatuor sententiarum tres nostræ tãtum sunt, vnam vero vtrique dicimus. Nam esse in catholica baptismum, & recte illic accipi, & apud Donatistas non recte accipi nos tantum dicimus, esse vero baptismum & apud Donatistas & illis asserunt & nos concedimus. Quisquis ergo vult baptizari, & certus est iam sibi nostram ecclesiam ad Christianam salutem esse diligendam, & in ea sola illi prodesse baptismum Christi, etiam si alibi acceptum fuerit, sed ideo in parte Donati vult baptizari, quia esse ibi baptismum non illi soli neque nos soli, sed vtrique dicimus, attendat alia tria. Si enim nos eligit sequi in ijs, quæ illi nõ dicunt, ea vero quæ vtrique dicimus, præponit his quæ nos soli dicimus, satis est nobis quòd ea, quæ illi non dicũt, & nos soli dicimus, præponit eis quæ illi soli dicunt. Esse autem in catholica baptismum nos dicimus, illi non dicunt. Recte accipi in catholica baptismum nos dicimus, illi non dicunt. Nõ recte accipi in parte Donati baptismum nos dicimus, illi non dicunt. Sicut ergo id potius credit qđ nos soli dicimus esse credendum, ita hoc potius faciat quod nos soli dicimus esse faciendũ. Quod autem utrique esse credendum dicimus, hoc si ita putat robustius credat, q̃ id quod à solis nobis dicitur. Robustius enim crediturus est esse baptismũ Christi in parte Donati, quod ab vtrisque nostrum dicitur, esse baptismum in catholica, quod à solis catholicis tantummodo dicitur. Sed rursus magis crediturus est esse baptismum Christum etiam apud nos, quod nos soli dicimus: quàm non esse apud nos, quod illi soli dicunt. Iam enim decreuit & certus est, in quibus dissentimus, nos illis esse præponendos. Ita ergo quod nos soli dicimus, recte apud nos accipi magis crediturus est, quoniam non recte apud nos accipi, quia hoc illi soli dicunt. Eadẽ regula quod nos soli dicimus, non recte apud illos accipi magis crediturus est, quàm id quod illi soli dicunt, id est, recte apud illos accipi. Frustraque sibi videtur securus ibi accipere, qđ esse quidem ibi vtrique dicimus, sed ibi esse accipiendum non vtrique dicimus. Eligat autem ipse in eo quòd non vtriq; dicimus, nobis potius inhærere. Hic ergo securus accipiat, vbi & esse & accipere recte certus é, illic autem non accipiat, quod esse quidem ibi dicunt, sed ibi accipiendum esse non debeant quorum sententiam decreuit eligere, quanquam etiam si dubium haberet non illic recte accipi quod in catholica recte accipi certũ haberet, grauiter peccaret in rebus ad salutem animę pertinentibus, vel eo solo quòd certis incerta præponeret. Recte quippe hominem in ecclesia catholica baptizari coipso certus est, quòd etiam alibi baptizatus huc transire decreuit. Non recte autem apud Donatistas hominem baptizari ad salutem incertum habet, cum hoc illi dicant quorum sententiam Donatistis auteponẽdam esse certum habet, & incertis certa proponendo hic baptizetur, vbi propter ea certus est recte fieri, quia & cum alibi aliter facere cogitabat, huc transeundum esse decreuerat.

Iam vero si quis non intelligit quomodo fieri possit, vt quod ibi esse confitemur, [illegible] non ibi recte dari dicamus, illud attendat, [illegible] quia nec recte ibi esse dicimus quod & illi [illegible] dicunt in his qui ab eorum communione [illegible] discedunt. Intueatur etiam similitudinem [illegible] notæ militaris, quia extra militiam à desertoribus & haberi & accipi potest, sed tamen [illegible] extra militiam nec habenda nec accipienda est, & reducto vel perducto ad militiam, [illegible] nec mutanda nec iteranda est. Veruntamen [illegible] & alia causa est eorum qui in istos hæreticos imprudenter incurrũt, ipsam esse Christi ecclesiam existimantes, alia eorum qui nouerunt non esse catholicam ecclesiam, nisi eam quæ sicut promissa est, toto terrarũ orbe diffunditur & extenditur vlque ad fines terræ, quæ crescens inter zizania & in tædio scandalorum requiem futuram desiderans, dicit in Psalmis, A finibus terræ ad te clamaui dũ tæderet anima mea, in petra exaltasti me. Petra autem erat Christus. In quo nos iam resuscitatos & in cœlo confidentes, dicit Apostolus, nondum in re, sed in spe. Ideoque sequitur Psalmus & dicit, Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Ex illis quippe promissionibus tanquam telis & iaculis in turri munitissima constitutis, non solum cauetur, sed etiam expugnatur inimicus. Induenes lupos suos pellibus ouium dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic, & ab vniuersitate ciuitatis super montem cõstitutæ, ad particulas insidiarum suarum multos separant, & iugulatos absumunt. Et cũ hoc nouerint, eligunt extra communionem vnitatis corporis Christi accipere baptismum Christi, ad eandem communionem eum eo quod alibi acceperint postea migraturi. Scientes. n. habituri sunt aduersus ecclesiam baptismum Christi, vel coipso die quo accipiunt. Quod si sceleratum est, q̃s est qui dicat, permittatur mihi vno die sceleris admittere? Si. n. transiturus est ad catholicam, quæro causam. Quid aliud respondet, nisi quia malum est esse in parte Donati, & non esse in catholica vnitate? Hoc igitur malum quot diebus feceris, tot dierum malũ facturus es, & dici potest magnus malum fieri plurium dierum, minus ãt paucorum, nullũ aũt malum fieri dici non potest. Quid aũt opus est hoc tam execrabile malũ, vel uno die, vel una hora cõmittere? Hoc. n. q̃ sibi cõcedi vult, vt ab ecclesia vel ab ipso deo petere, vt sibi vel vno die apostatare concedat. Nã cur vnius diei cẽ apostata timeat, & vnius diei cẽ schismaticus hæreticusve nõ timeat nulla causa est.

Cap. 5.

Illic, inquit, accipere malui, vbi baptismum Christi esse vtriq; consentiunt. Sed illic nõ recte accipi illi ad quos migraturus es dicunt. Recte vero illic accipi illi à q̃bus ingraturus es dũt. Illuc itaq; qđ hi dicũt, quos, postponis, cõtradicẽtib. illis quos ipse anteponis, aut falsum est, aut vt mitius dicatur, incertum. Vera ergo falsis, aut incertis certa præponis. Illic. n. quo migraturus es cum alibi acceperis, recte posse accipi quod desideras, non illi tantum ad quos transiturus es, sed tuipse qui transiturus es confiteris. Si enim vtrum recte illuc posset accipi dubitares, etiam illuc transeundum esse dubitares. Accipere itaque in parte Donati, si incertum esse pctũ, quis dubitet certum esse peccatum, non ibi potius accipere, vbi certum est non esse peccatum? Illi vero qui p ignorantiam ibi baptizantur, arbitrantes ipsam esse ecclesiam Christi in istorum quidem comparatione minus peccant, Sacrilegio tamen schismatis uulnerantur, non tõ non grauiter quod alij grauius: Cum enim dictum est quibusdam, Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quàm vobis: non ideo dictũ est, quia Sodomitæ non torquebuntur, sed quia illi grauius torquebuntur, quanquam hoc fuerat fortasse occultũ aliquando & incertum: Vnde autem sanantur hi qui aduertunt & corriguntur, inde grauantur hi qui cũ iam ignorare non permittuntur, in perniciem suam pertinaciter sæuiunt. Damnatio quippe Maximinianistarum & receptio damnatorum, cũ his quos extra eorum communionem in sacrilegio, sicut concilium eorum clamat, in schismate baptizarunt, totam istam soluit quæstionem, totam contentionem abstulit. Nihil omnino inter nos & eos Donatistas qui Primiano communicant dereliquit, vnde dubitetur non solum haberi, sed etiam dari posse baptismum Christi ab eis qui ab ecclesia separantur? Sicut enim ipsi eos quos Felicianus in schismate baptizauit, verum baptismum accepisse fateri coguntur, quia eos secum nunc habent in ipso baptismo quem in schismate perceperunt, sic nos dicimus baptismum Christi esse etiam extra communionem catholicam, quem dant illi qui ab eadem cõmunione præcisi sunt, quia eum cum præciderentur non amiserunt, & quod ipsi se putant contulisse illis, quos Felicianus in schismate baptizauit, cum eos sibi reconciliauerunt: id est, non vt acciperent quod habebant, sed vt prodesset eis quod inutiliter in schismate acceperant & habebant. Hoc vere confert & præstat deus per communionem catholicã illis qui veniunt ab aliqua hæresi vel schismate, ubi baptismum Christi acceperunt: id est, non vt baptismi sacramentum incipiant habere quod non habebant, sed vt prosit eis quod inutiliter habebant.

Cap. 6.

Quapropter inter nos & ipsos quodam modo Cardinales Donatistas, quorum episcopus apud Carthaginem Primianus est, iam de hac re nulla est controuersia. Voluit enim deus per Maximinianistas eam finiri, vt quod charitate suadente nolebant exemplo suo cogente fatercntur. Sed adhuc propterea inde disputamus, ne illi sibi videantur aliquid dicere, qui nec istis communicant, qui apud se potius, quanto pauciores, tanto synceriores Donatistas remansisset contendunt. Qui si Maximinianistæ soli essent, nec ipsorum salutem contemnere deberemus. Quanto ergo magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia eadem pars Donati in multa minutissima frusta conscissa est, quæ omnes minutæ particulæ hanc vnã multo grandiorẽ, in qua Primianus est, de recepto Maximianistarũ baptismo reprehendunt, & singulæ conantur asserere apud se tantũmodo verum baptismum remansisse, nec omnino esse alibi, neq; in toto orbe terrarũ qua Ecclesia catholica expanditur, nec in ipsa grãdiore parte Donati, nec in cæteris præter se vnam ex minutissimis partibus. Quæ omnes particulę si aduertere voluerint voeem nõ homsnis, sed ipsius manifestissimæ veritatis, & animosum spiritum suæ peruersitatis domare, & non utiq; ad partem Donati maiorem, de qua præcisa præcisæ sunt, sed ad ipsam uiriditatem radicis catholicæ de ariditate propria reuertentur. Omnes
Lucæ.9. quippe isti vbi contra nos non sunt, pro no
Mat. 12. bis sunt, vbi autem nobiscum nõ colligunt
K spargunt.

Scripturæ cõcordia. Cap.7. Iam.n.ne videar humanis argumentis id agere, qm q̃stionis huius obscuritas priobus ecclesiæ temporibus ante schisma Donati magnos viros & magna charitate præditos, patres episcopos ita inter se compulit salua pace disceptare atq; fluctuare, vt diu conciliorũ in suis quibusq; regionibus diuersa statuta nutauerint, donec plenario totius orbis concilio quod saluberrime sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur, ex Euangelio profero certa documenta, quibus dño adiuuante demonstro, q̃ recte placuerit & vere secundum deum, vt hoc in quoquam schismatico vel hæretico ecclesiastica medicina curaret, in quo vulnere separabatur: illud autem quod sanum maneret, agnitum potius approbaretur, q̃ improbatum uulneraretur. Certe dominus in Euangelio dicit: Qui non est mecum aduersum me est: & qui mecum non
Mat.12. colligit, spargit: Tamen cum ad eum discipuli retulissent, vidisse se quendam in eius nomine pellentem dæmonia, & prohibuisse, quia cum illis eum non sequeba-
Lucę.9. tur. Nolite, inquit, prohibere, Qui con-
Marc.9. tra vos non est, pro vobis est: Non potest enim quisquam in meo nomine facere ali-
L quid, & male loqui de me. Si nihil in illo corrigendum erat, securus ergo sit quisquis extra communionem Ecclesiæ constitutus colligit in Christi nomine, dissociatus a Christiana societate, atque ita falsum erit illud, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, spargit. Sed autem quod discipuli domini per ignorantiam facere voluerunt, id in eo corrigendũ est q̃d dixit dñs, Nolite prohibere eum hoc ipse prohiberi ꝓhibuit? Et qũo erit verum quod ibi ait, Qui contra vos non est pro vobis est? In hoc enim facto non contra eos, sed ꝓ eis erat, vbi ꝓ nomẽ Christi sanitates operabatur. Vt ergo vtraq; sententia vera sit, sicuti uera est, & illa vbi ait, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui mecum non colligit, spargit, & illa vbi ait, Nolite prohibere, qui enim contra vos non est, pro vobis est: quid restat intelligendum, nisi quia ille in tanti nominis veneratione confirmandus fuit, vbi non erat contra ecclesiam, sed pro ecclesia, & in illa tamen separatione culpandus, vbi si colligere spargeret: & si forte veniret ad ecclesiam, non illud quod habebat ibi acciperet, sed in quo aberrauerat emendare?

Neque enim & Cornelij gentilis hominis orationes non sunt exauditæ, aut elemosynæ non sunt acceptæ, immò & angelus ad se mitti, & missum meruit intuerj, per quem posset vtique sine hominis alicuius accessu cuncta necessaria discere: Sed quoniã quicq̃d in boni orationibus & elemosynis habebat, prodesse illi non poterat nisi per vinculum Christianæ societatis & pacis incorporaretur ecclesiæ, iubetur mittere ad Petrum, & per illum discit Christum, per illum etiam baptizatus, Christiano populo cõsortio quoque communionis adiungitur, cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. Pernicioſe quippe contemneret bonum quod nondum habebat, superbiens ex illo quod habebat. Sed etiam qui seipsos à societate cæterorum separantes, charitate violata, vnitatis vinculum rumpunt, si nihil faciunt eorum quæ in illa societate acceperunt, in omnibus separati sunt, & ideo quem sibi sociauerint, si venire ad ecclesiã voluerit, debet omnia quæ non accepit accipere. Si vero nonnulla eadem faciunt, non se in eis separauerint, & ex ea parte in texturæ compage detineantur, in cætera scisi sunt. Proinde si quę sociauerint sibi, ex ea parte nectitur ecclesiæ, in qua uel illi separati sunt. Et ideo si ad ecclesiam venire voluerit, in eo sanatur, vbi laniatus errabat. Vbi vero sanus connectebatur, nõ curatur sed agnoscitur, ne cũ sana curare volumus, potius vulneremus. Itaq; illi quos

illi quos baptizant, sanant vulnere idololatriæ vel infidelitatis, sed grauius feriũt vulnere schismatis. Idololatras enim in popu-
1.Co.13 lo Dei gladius interemit, schismaticos autem terræ hiatus absorbuit. Et Apostolus. Si habeam omnem, inquit, fidem ita vt mõtes transferam, charitatẽ vero non habeã, nihil sum. Si quis adducatur ad medicum in aliqua necessaria parte corporis graui vulnere sauciatus, si dixerit medicus, moritur inde, nisi curetur, non opinor illi qui adduxerunt eum, ita desipiunt vt considératis atq; numeratis cæteris membris eius sanis, respondeant medico & dicant. Ergo ne ista sana tot membra nõ valent ad eius vitam, & illud vnum vulneratum valet ad eius mortem? Non vtique hoc dicunt, sed curandum offerunt, nec ideo tamen quia curandum offerunt, medicum rogant, vt etiam illa, quæ sana sunt curet, sed illi vni loco medicinam instanter adhibeat, vnde
B mora etiam saluis cæteris imminet, & nisi sanetur aduenerit. Quid ergo ꝓdest hominj vel sana fides, vel sanum fortasse solum fidei sacramẽtum, vbi letali vulnere schismatis perempta est sanitas charitatis, per cuius solius peremptionem etiam illa incęgra trahuntur ad mortem? Quod ne fiat, non cessat misericordia Dei per vnitatem sanctæ Ecclesiæ suæ, vt veniant & curentur per medicamentũ reconciliationis per vinculum pacis. Nec ideo se putent sanos esse, quia dicimus eos habere aliquid sanũ, nec rursus putent, ideo curãdum esse quod sanum est, quia ostendimus aliquid vulneratum. Itaque in sacramenti sanitate, quia contra nos nõ sunt pro nobis sũt: in schismatis autem vulnere quicquid cum Christo non colligunt spargunt. Non extollantur ex his quæ habent. Quid tantum per ea quæ sana sunt superbos oculos ducunt? Et vulnus suum dignentur humiliter intueri, nec solum quid asit, sed etiam quid desit attendant.

Sine charitate nihil sunt. Videant q̃ multa & q̃ magna nihil prosint, si vnum quidem defuerit, & videant quid sit ipsum vnum. Nec me in hoc audiant, sed Apostolum, Si linguis, inquit, homi-
Cap.9. num loquar & angelorum, charitatem
1.Co.13 autem non habeam, factus sum velut æramentum sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã, & secreta omnia sciuero & omnem scientiam: & si habuero omnem ꝺfidem vt mõtes transferã, charitatem autem non habeam, nihil sum. Quid ergo eis prodest si linguam in sacris mysterijs habeant angelicam, & prophetiam quemadmodum Caiphas & Saul, vt aliquando prophetent, quos fuisse damnabiles Sancta scriptura testatur? Si sacramenta non tantum sciant, sed & habeant, sicut habuit Simon magus: Si fidem, sicut Dæmonia confessa sunt Christum: neque enim non credebant cum dicerent, Quid nobis est & tibi fili Dei, scimus qui sis: Si dispertiant ipsi etiam substantiam suam pauperibus, sicut multi, non solum in Catholica, sed in diuersis hæresibus faciunt. Si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammas nobiscum corpus suũ pro fide quam pariter confitentur: tamen quia separati hæc agunt, non sufferentes inuicem in dilectione, neque studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, charitatem vtique non habendo, etiam cum illis omnibus, quæ nihil eis prosunt, ad æternam salutem peruenire non possunt.

Ioan.12. 1.Reg.18 & 19. Acto. 8. Marc. 1.

Sed videnſ sibi argutissime q̃rere, vtrũ gñet filios baptismus Chri in parte Donati an non generet: vt si cõsenserimus quod generet, suam esse asseuerent ecclesiam matrem quæ filios potuit de Christi baptisma te generare, & quia vnam oportet esse ecclesiam, ex hoc iam nostram non esse ecclesiam criminentur. Si autem dixerimus, non generat, cur ergo, aiunt, apud uos non renascuntur per baptismum, qui transeunt à nobis ad vos, cum apud nos fuerint baptizati, si nondum nati sunt? Quasi vero ex hoc generet vnde separata est, & non ex hoc vnde coniũcta est. Separata est enim à vinculo charitatis & pacis, sed adiuncta est in vno baptismate. Itaque vna est ecclesia, quæ sola catholica nominatur, & quicquid suum habet in communionibus diuersorum à sua vnitate separatis, per hoc quòd suum in eis habet, vtique generat, non ille. Neque enim separatio eorum generat, sed quod secum de ista tenuerunt, quòd si & hoc dimittant, omnino non generant. Hæc itaque in omnibus generat, cuius sacramenta retinentur, vnde possit tale aliquid vbicunq; generari, quanuis nõ omnes quos generat ad eius pertineant vnitatem, quæ vsq; in finem perseuerantes saluat. Neq; enim hi soli ad eam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio ma-
E nifesta

Ephe. 4. Nõ satis nasci ab Ecclesia Cap.10. D

Universidad de Deusto Biblioteca

mifesti sunt, sed etiam illi qui in eius unitate corporaliter mixti per vitam pessimam
Acto.8. separantur. Etenim Simonem magum per baptisma ipsa pepererat: cui tñ dictum est, q̃ nõ haberet partẽ in hæreditate Christi. Nũquid ei baptismus, q̃d Euãgeliũ nũ q̃d facta desuerunt? Sed quia charitas defuit, frustra natus est, & ei expediebat fortasse non nasci. Nunquid non erant nati quibus Apostolus ait, Tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam: eos tñ à sacrilegio schismatis reuocat, in quod iõ irruebant, quia carnales erant. Quasi par-
1.Co.3. uulis, inquit, in Christo lac vobis potũ dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed
Ibidem. nec adhuc quidem potestis, carnales enim estis adhuc. Cum enim sint inter uos æmulatio & contentio, nonne carnales estis, secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, ego uero Cephæ &c. non-
1.Co.1. ne homines estis? De his enim supra dicit, Obsecro autem vos fratres per nomen domini Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes: & non sint in nobis schismata. Sitis autẽ perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Nunciatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in vobis. Hoc autẽ dico, q̃a
P vnusquisq; vestrum dicit, Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego aũt Chri, diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est p̃ vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Isti ergo si in hac obstinatione & peruersitate remanerent, certe quidem nati erant, nec tamen ad ipsam ecclesiam de qua nati erant, per pacis atque vnitatis vinculum pertinerent, ergo ipsi generat, & per vterum suum, & per vteros ancillarum ex eisdem sacramentis, tanquam ex viri sui semine. Non enim frustra
1.Co.10. dicit Apostolus, Omnia illa in figura esse
Ge. 21. gesta. Sed qui superbiunt & legitimæ matri non adiunguntur, similes sunt Hismaeli,
Gala. 4. de quo dictum est. Eijce ancillam & filiũ
Ge. 30. eius, Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Qui autem pacifice diligũt legitimam patris sui coniugem, cuius legitimo iure generati sunt, similes sunt filijs Iacob, quanuis de ancillis natis, sed tamen eandem hæreditatem sumentibus.

Qui autem de vtero ipsius matris intus in vnitate nati, negligunt gratiam quam acceperunt, similes sunt Esau filio Isaac, qui re-

probatus est, deo attestante & dicẽte, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum ambo G
ex vno cõcubito concepti, ex vno vtero na
ti sint. M

Quærunt etiam, Vtrum peccata dimittantur per baptismum in parte Donati: vt per
si dixerimus dimitti, rñdeant, ergo est illic
spiritussanctus, quia cum insufflante domi
no datus esset discipulis, tunc secutus est & i
ait, Baptizate gentes in nomine patris & fi-
lij & spiritussancti: si cui dimiseritis pecca
ta, dimittuntur ei, si cui tenueritis, tenebun
tur. Et si ita est, inquiũt, cõio nostra est Ec-
clesia Christi, Non enim præter Ecclesiam,
dimissionem peccatorũ spiritussanctus ope
ratur. Et si nostra communio est Ecclesia
Christi, non est Ecclesia Christi vestra cõ-
munio, Vna est. n. quæcunq; illa sit, de qua
dictum est, Vna est colũba mea, vna est ma
tri suæ, Nec possunt Ecclesiæ tot esse quot
schismata. Si aũt dixerimus, non ibi dimit-
ti peccata, ergo, inquiunt, nõ est illic verus
baptismus: & propterea quos a nobis susci-
pitis, vos baptizare debetis, quod quia nõ fa
citis, in ecclesia Christi uos nõ esse fatemi
ni. His ita resistimus, secm scripturas, eos
interrogantes, vt quod à quærũt, sibi ipsi re-
spondeant. Quæro n. vt dicant, vtrum dimittantur peccata vbi charitas non est pec-
cata. n. tenebræ animarum sunt. Audimus
quippe Ioannem dicentẽ. Qui odit fratrẽ
suum, in tenebris est vsq; adhuc. Nulli aũt
schismata facerẽt, si fraterno odio nõ, exca-
carentur. Si ergo dicimus, nõ ibi dimitti pec
cata, quõ renascitur qui apud eos baptizat?
Quid est enim renasci per baptismum nisi
à vetustate renouari? Quomodo autem re-
nouantur à vetustate, cui peccata præterita
non dimittuntur? Quòd si renatus nõ est,
nec Christum induit, ex quo conficitur vt
denuo baptizandus videatur. Quia dicit
Apostolus. Quot quot n. in Christo ba-
ptizati estis, Christum induistis: quem ille
si nõ induit nec in Chro baptizatus haben
dus est. Porrò quia in Chro dicimus bapti
zatum, fatemur eum. Chrm induisse. Et si
hoc fatemur, regeneratum fatemur. Quod
si ita est, & peccata dimissa sunt. Quomodo
ergo dicit Ioannes, Qui odit fratrem suũ,
in tenebris manet vsque adhuc: si iam fa-
cta est remissio peccatorum? An non est in
schismate odium fraternum? Quis hoc di-
xerit, cũ & origo & pertinacia schismatis
nulla sit alia nisi odium fraternũ? Hanc illi

quæstionem

quæstionem soluere sibi videntur cum dicunt, Non est ergo in schismate remissio peccatorum, & ideo nec regeneratio noui hominis, & propterea baptismus Christi. Nos autem quia fatemur ibi esse baptis-
Acto.8. mum Chrsti, hanc eis quæstionem soluendam proponimus. Magus ille Simon vtrũ vero Christi baptismate tinctus sit? Respondebũt ita, quia sanctæ scripturæ auctoritate coguntur. Quæro ergo, vtrũ fateantur ei dimissa peccata. Profecto fatebuntur. Itẽ quæro, cur ei dixerit Petrus, non eum hre partẽ in sorte sanctorũ. Quia, inquiũt, postea peccauit, pecunia volẽs emere donũ dei, cuius vẽditores eẽ Apostolos credidit.
Cap.12. Quid si ad ipsum baptismũ fictus accesit? Dimissa sunt ei peccata, an non sunt dimissa? Eligant q̃d volunt, vtrũlibet elegerint, sufficit nobis. Si dimissa dixerint, quõ ergo spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum, si in isto ficto remissionem operatus
De cõ est peccatorum? Si dixerint nõ esse dimis-
sec. dist. sa, quæro, si postea fictionem suam corde
4.c. ostẽ concusso & vero dolore fateretur, denuo
ditur. 4. baptizandus iudicaretur? Quod si demen-
sen. dist. tissimum est dicere, fateantur vero baptis-
4.ca. qui mo Chrsti baptizari posse hominẽ, & tñ
vero. cor eius in malitia vel sacrilegio pseuerãs,
K peccatorum abolitionem non sinere fieri: atq; ita intelligant in cõionibus ab Ecclesia separatis posse homines baptizari, vbi Chrsti baptismus eadem sacramenti celebratione daf & sumitur, qui tñ tunc prosit ad remissionem peccatorum, cum quis reconciliatus vnitati, sacrilegio dissensionis exuit, quo eius peccata tenebanẽ, & dimitti nonsinebantur. Sicut. n. in illo qui fictus accesserat, fit vt nou denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione, & vera confessione purgetur, quod nõ posset sine baptismo, sed vt q̃d ante datũ est, tunc valere incipiat ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit. Sic etiam iste, qui baptisma
De cõse. dist. 4. ca. Qui ve-ro. Christi, q̃d non amiserunt qui se separauerunt, inimicus charitatis & pacis Chrsti, in aliqua hæresi aut schismate accepit, quo sacrilego scelere peccata eius non dimittebanẽ, cũ se correxerit, & ad Ecclesiæ societẽ vnitatemq; venerit, nõ iterũ baptizãdus est, q̃a ipsa reconciliatione ac pace p̃stat, vt ad remissionem peccatorũ eius, in vnitate L iam prodesse incipiat sacrm, quod acceptũ in schismate prodesse non poterat. Si autem dixerint in illo, qui fictus accesit per

sanctam vim tanti sacramenti, dimissa quidẽ illi esse peccata in ipso tpis puncto, sed per fictionẽ ipsius redisse continuo, vt spi
Euasio Donati e starũ. D-
cõs. di. 4' ca. Qũo deus. i fi-
ne. 4. se. dis. 4. ca. Qui ve-
ro. Galat. 5. Sapiẽ. 1.
ritussanctus & afluerit baptizato: vt peccata recederent, & perseuerantiã fictionis fugerit vt redirent, vt & illud verũ sit. Quot quot in Chro baptizati estis, Chrm induistis. Et illud, Spiritus. n. sanctus disciplinæ effugiet fictũ: id est, vt induat eũ Christo sanctitas baptismi, & exuat eum Christo pernicies fictionis, sicut fit cũ quisq; à tenebris per lucem transit ad tenebras, oculi q-
dem ejus in tenebras perpetuo diriguntur, sed non põt lux nisi perfundere transeuntem. Qui ergo hoc dixerint, hoc ẽt in eis intelligunt fieri, qui extra ecclesiæ cõmunionẽ, sed tñ baptismate ecclesiæ baptizantur, quod vbicunq; fuerit, sanctum est per seipsum: & ideo non est eorum qui se separant, sed eius vnde se separant: valet tamen apud eos hactenus, vt per eius lucem transeant ad dissensionis suæ tenebras cõtinuo redeuntibus peccatis, quæ baptismatis sanctitas in illo temporis puncto dimiserat, tanquam redeunte obscuritate quam lux in-
Confu-tatio. trãsitu excusserat. Nam redire dimissa pec
M cata, vbi fraterna charitas non est apertissi-
Nota me docet in Euangelio de illo seruo, quem peccata cum inuenisset debitorem decem milium talentorum, deprecanti omnia dimisit, Ille missa re-
dire. autem conseruum suum qui ei debebat centum denarios, cum miseratus non fuisset, Mat. 18. iussit eum dominus reddere quæ ei dimiserat. Tempus ergo quo accipitur indulgentia per baptismum, tãquam tempus est red
De cõse. dist. 4. ca. Quomõ dendæ rationis, vt omnia debita quæ inuenta fuerint, dimittantur. Non tamen ille seruus postea dedit conseruo suo mutuam pecuniam, quam cum ille non posset redde
Quomõ deus. 4. sen. di. 4. ca. qui vero. re, non eius misertus est, sed iam ei debebat conseruus eius, cum ipse rationem dño suo reddens, tanti numeri debito solueretur, nec dimiserat conseruo suo quod ei debebat, & sic accesserat vt ei dimitteret dominus. Hoc indicant verba conserui dicentis, Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Alioquin diceret, iam mihi hoc dimiseras, cur iterũ repetis? Hoc & ipsius domini verba manifestius aperiunt, Ait. n. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum Mat. 8. de conseruis suis qui debebat ei centum denarios: Non dixit, cui iam debitum centum denariorum dimiserat: Si enim dimiserat, non ei debebat. Quia ergo dixit, debebat

ei manifestum est, q̃ nõ dimiserat. Et me
A lius quidem fuerat, atq; hoc potius cõgrue
bat tanto debitori reddituro rationem, &
expectãti misericordiam dñi sui, vt prior
ipse conseruo dimitteret quod ei debeba-
tur, & sic ad rationem reddendam, vbi mise
ricordia dñi implorãda erat accederet. Nec
tũ illud quod nondum conseruo dimiserat,
impediuit dominum eius, quo minus in il-
lo tempore accipiendæ rationis dimitteret
ei omnia quæ debebat. Sed quid profuit q̃
quidem in caput eius propter odiorũ per-
seuerantiam rursus omnia continuo repli-
cata sunt? Sic non impeditur baptismi gra-
tia, quo minus omnia peccata dimittat, etiã
si odium fraternum in eius cui dimittuntur
animo perseuerat. Soluit.n. hesternus dies,
& quicquid supereſt soluitur, etiã ipsa hora
momentoq; ante baptismum & in baptis-
mo. Deinceps autem reus esse continuo in-
cipit, & non solum consequentium sed etiã
præteritorũ dierum, horarum, momentorũ
redeuntibus omnibus q̃ dimissa sunt pecca
tis: & hæc sæpe contingunt in Ecclesia.

De cõse. dis. 4. ca. Quomõ deus. 4. sen. di. 4. cap. qui vero.

Nõ ite-randus baptis-mus.

Nam plerunq; fit vt homo habeat ini-
micum quẽ iniquissime oderit, quãquam
etiam iniquos inimicos diligere iubeamur
Cap. 13. & orare pro eis. Subito autẽ periculo mor
Matt. 5. tis incipit perturbari, & poscit baptismum,
B quem tanta festinatione accipit, vt necessa-
riam interrogationem paucorum verborũ
vix periculi tempus admittat, quanto mi-
nus sermonem longissimum, vt illud odiũ
pellatur corde, etiam si baptizanti fit cogni
tum. Certe ista non solum apud nos, sed e-
tiam apud illos euenire non cessant. Quid
ergo dicimus? Dimittuntur pèccata huic ho
mini, an non dimittuntur? Prorsus quod
volunt eligant. Si.n. dimittuntur, continuo
redeunt. Euangelium loquitur, veritas cla-
mat. Siue ergo dimittantur siue non dimit-
tantur, necessaria est medicina postea: neq;
tamen si vixerit atque id corrigendum esse
didicerit atq; correxerit, denuo baptizatur,
siue apud illos, siue apud nos. Sic & illa quę
schismatici vel hæretici si non aliter habẽt,
nec aliter agunt quam vera Ecclesia, cum
ad nos veniunt, non emendamus sed potius
approbamus. In quibus.n. non dissentiunt
à nobis, in eis non disiunguntur à nobis.
Sed tamen quia eis nihil prosunt quandiu
hæretici vel schismatici sunt propter alia
in quibus à veritate dissentiunt, propter ip
sum separationis immanissimum scelus, si-
ue permanserint in eis peccata, siue conti-
nuo dimissa redierint, vt ad salutem pacis
atq; charitatis veniant adhortamur, nõ sa
lum vt aliquid habeant quod non habebãt,
sed vt eis etiam illud ꝓdesse incipiat quod
habebant.

Frustra ergo nobis dicunt, si baptismum C
nẽm acceptatis, quid minus habemus vt no
bis de vestra communione consulendum
puteris? Respondemus enim, Non baptis-
mum vestrum acceptamus, quia non est ba
ptismus ille hæreticorum vel schismatico-
rum, sed dei & Ecclesię vbicunq; fuerit in-
uentus & quocunq; translatus. Vestrum
autem non est nisi quod praue sentitis & sa
crilege agitis & impie separamini. Nam si
cætera omnia vera vel sentiatis vel habea-
tis, & in eadem separatione tamen duretis
aduersus vinculum fraternæ pacis, adue
sus vnitatem omnium fratrum, qui toto or
be terrarum sicut promisi sunt, ita exhibi
ti, quorum omnium causas & corda nullo
modo vnquã nosse aut discutere potuistis,
vt merito damnaretis, qui non possunt ꝓ
pterea rei esse, quia iudicibus ecclesiasticis
potius q̃ litigatoribus crediderunt: hoc so
lum minus habetis, quod minus habet qui
charitatẽ nõ habet. Iã quid opus est vt nos
retexamus? Vosipsi in Apostolo inspicite
quãtũ sit qd minus habetis. Quid ãt inter
est qui charitatẽ nõ habet, vtrũ foras aut
let aliquo vẽto tẽtationis ablatus, an intus
de messe dñica non recedat in ultima venti
latione separandus? Et tũ tales etiam si iam
semel per baptismum nati sunt, iterum eos
nasci non oportet.

Ecclesia qppe oẽs ꝑ baptismũ parit, siue N
apud se. i. ex vtero suo, siue extra se de semi
ne viri sui, siue de se, siue de ancilla. Sed
Esau d̃ vxore natus, ꝓp fraternã discordiã
separatus est a populo dei. Et Aser ꝑ vxo-
ris quidem ptãtem, sed ex ancilla natus, ꝓp
fraternã concordiam terrã repromissionis
accepit. Vnde & Hismaeli vt separararetur à
populo dei non obfuit mater ancilla, sed ob
fuit fraterna discordia, nõ profuit potestas
vxoris eius magis filius erat, quia ꝑ ipsius
iura coniugalia, & in ancilla seminatus e
rat, & ex ancilla susceptus, Sicut apud istes
ecclesiæ iure quod est in baptismo nascun-
tur quicunq; nascuntur: sed si concordant
cum fratribus, per vnitatem pacis ad ter
ram veniunt repromissionis, non de matre
no vtero rursus eijciendi, sed in paterno ꝺ
mine agnoscendi. Si autẽ in discordia per-
E seuerent, ad Hismaelis funiculum pertine-
Gen. 16 & 25. bunt. Prior autem fuit Hismael, & postea
Isaac, & prior Esau, posterior autẽ Iacob:
Nõ quia prior peperit hæresis q̃ Ecclesia,
aut Ecclesia ipsa prius carnales, vel anima-
les, & postea spiritales, sed quia in ipsa sorte
mortalitatis nr̃æ ex quo de Adã nascimur,
1. Co. 15 non est prius qd̃ spiritale, sed qd̃ animale
1. Co. 2. postea spirituale. Ex ipso aũt animali sensu,
quia homo animalis nõ percipit, quæ sunt
spũs Dei, oẽs dissensiones & schismata ge-
Galat. 4. nerant. In quo sensu pseuerantes, Apostо-
lus dicit ad vetus Testamentũ pertinere. i.
ad terrenorum ꝓmissorum cupiditatem, in
1. Co. 2. quibus quidẽ spiritalia figurant, Sed anima
lis homo non percipit, quæ sunt spũs Dei.
Quocunq; ergo tpe tales homines esse cœ
perint in hac vita, iam diuinis pro seculo-
rum distributione sacris imbuti, si adhuc tũ
carnaliter sapiant & carnalia de Deo, siue
in hac vita, siue post hanc vitã sperent atq;
desiderent, animales sunt. Ecclesia vero qd̃
est populus Dei, ẽt in istius vitæ peregrina
tione antiqua res est, in alijs hominibus ha
bens animalem portionem, in alijs aũt spi
ritalem. Ad animales pertinet vetus testm̃,
ad spiritales nouum. Sed primis tẽporibus
vtrunq; occultum fuit ab Adam vsque ad
Moysen. A Moyse autẽ manifestatum est
vetus, & in eo ipso occultabatur nouũ, qa
F occulte significabaꝫ. Postea vero q̃ in car-
ne Dñs venit, reuelatum est nouũ: veteris
autẽ sacramenta cessarunt, sed concupiscen
tiæ tales non cessauerunt. In illis.n. sunt
quos Apostolus iam per sacr̃m noui testa-
menti natos, adhuc tũ dicit, animales non
De cõse. posse pertipere, quę sunt spũs Dei. Sicut. n.
dist. 4. c. in sacris veteris testamenti viuebant qui-
sicut in dam spiritales, ad nouum scilicet testamen
sacramẽ tum qd̃ tunc occultabaꝫ occulte pertinen-
tis. tes: sic & nunc in sacro noui testamenti,
quod iam reuelatum est, pleriq; viuunt ani
males. Qui proficere si nolunt ad percipiẽ
da, quæ sunt spũs Dei, quo eos hortatur ser
mo Apostolicus, ad vetus testm̃ pertine-
bunt. Si autẽ proficiunt & anteq̃ capiant,
ipso profectu & accessu ad nouũ pertinent.
Et si prius q̃ spiritales fiant, ex hac vita ra-
piantur, custodiri per sacri sanctitatem in
terra viuentium computantur, vbi est spes
nostra & portio Dñs. Nec inuenio quid ve
rius intelligatur in eo quod scriptum est,
Ps. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui:

quandoquidem sequitur, & in libro tuo G
omnes scribentur.

Quæ autem peperit Abel & Enoch, &
Noe & Abraham, ipsa peperit Moysen & Qui legi
Prophetas tempore posteriores ante aduẽ timi Ec-
tum Domini: & quæ istos, ipsa & Aposto- clesiæ fi-
los & martyres nostros & omnes bonos lij. lios
Christianos. Omnes enim diuersis quidẽ Cap. 16.
temporibus nati apparuerunt, sed societate Gene. 4.
vnius populi continentur, & eiusdem ciui & 5. &
tatis ciues labores huius peregrinationis 11.
experti sunt, & quidam eorum nunc expe- Exod. 2.
riuntur, & vsque in finem cæteri experien Gene. 4.
tur. Item quæ peperit Cain & Cham & & 5. &
Hismaelem & Esau, eadem ipsa peperit & 16. & 25.
Dathan, & alios in eodem populo similes: Nu. 16.
& quæ istos, eadem ipsa & Iudam pseudo Luc. 6.
Apostolum, & Simonem magum, & cæte- Acto. 8.
ros vsque ad hæc tempora pseudochristia-
nos in affectione animali pertinaciter ob-
duratos, siue in vnitate permixti sint, siue
aperta præcisione dissentiant. Sed cum ta-
les a spiritalibus euangelizantur, & sacra-
mentis imbuuntur, tanquam per seipsam Gen. 25.
Rebecca eos parit, sicut Esau. Cum autem Gen. 16.
per illos qui non caste annunciant Euan Philip. 1:
gelium, tales in Dei populo generãtur, Sa- Gen. 30.
ra quidem, sed per Agar. Item boni spiri-
tales, quando euangelizantibus, vel bapti-
zantibus carnalibus generantur, Lia quidẽ H
vel Rachel iure coniugali eos, sed per an-
cillarem vterum parit. Cum vero per spiri
tales in Euãgelio generantur boni fideles,
qui vel euadunt in spiritalis ætatis affectũ,
vel eo tendere non desistunt, vel ideo non
faciunt, quia non possunt, sicut ex vtero
Saræ Isaac, vel Rebeccæ Iacob, in nouam
vitam & nouum Testamentũ nascunt.

Itaq; siue intus versari videantur, siue Boni v-
aperte foris sint, quod caro est, caro est: si- biq; bo-
ue in area sua sterilitate perseueret, siue oc ni.
casione tentationis tanq̃ vento extra tol- Cap. 27.
latur, quod palea est, palea est, & semp ab
illius Ecclesiæ, quę sine macula & ruga est, 2. Retr.
vnitate diuisus est, etiam qui congregatio- cap. 18.
ne sanctorum in carnali obduratione mi- Ephe. 5.
scetur. De nullo tamen desperandum est,
siue qui intus talis apparet, siue qui foris
manifestius aduersatur. Spiritales aũt siue
ad hoc ipsum pio studio proficientes, non
eunt foras: quia & cum aliqua vel peruersi
tate vel necessitate horum videnꝫ expelli,
iti magis probanꝫ, q̃ si intus permaneant,
cum aduersus Ecclesiam nullatenus erigũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, sed in solida vnitatis petra fortissimo
Gen.16 charitatis robore radicantur. Ad hoc.n.p-
I tinet quod in illo Abrahæ sacrificio dicit,
Cypria- Aues autem non diuisit.
nus ex- De baptismi ergo qõne iam quantũ ar-
cusatur. bitror, satis disserui, & quia hoc manifestis-
Cap.18. simum schisma est quod Donatistarum no
mine nũcupatur, restat vt hoc de baptismo
pie credamus, quod vniuersa Ecclesia à sa-
crilegio schismatis remota custodit. In qua
tñ si aliud alij, & aliud alij adhuc de ista
quæstione salua pace sentirent, donec vni-
uersali concilio vnum aliquid aliquantum
syncerumq; placuisset humanæ infirmita-
tis errorem cooperiret charitas vnitatis, si-
cut scriptũ est, quia charitas cooperit mul
titudinem peccatorum. Qua.n absente
1.Petr.4 cætera inaniter habentur, eadem præsente
quædam venialiter non habentur. Extant
beati martyris Cypriani in eius literis ma
gna documenta, vt ad illum iam veniam, de
cuius sibi authoritate isti carnaliter blan-
diuntur, cum eius charitate spiritaliter peri
mantur. Nam illis temporibus antequam
plenarij concilij sententia quid in hac re
sentiendum esset, totius Ecclesiæ consensio
confirmasset, visum est ei cum ferme octo-
ginta coepiscopis suis Aphricanarum ec-
clesiarum, oẽm hominem qui extra Eccle-
siæ catholicæ communionẽ baptizatus fuis
set, oportere ad Ecclesiam venientẽ denuo
I baptizari. Quod non recte fieri tanto viro
nimirum propterea dñs non aperuit, vt ei-
us pia & humilitas & charitas in custodiẽ
da salubriter Ecclesiæ patesceret, & non so
lum istius temporis Christianis, sed etiam
posterioris ad medicinalem, vt ita dicam,
notitiam signaretur. Cum.n.tanti meriti,
tantæ Ecclesiæ, tanti pectoris, tanti oris, tan
tæ virtutis Episcopus, aliud de baptismo ar
bitraretur, q̃ erat inquisita diligentius veri
tas firmatura, multiq; eius collegę, quanuis
liquido nondum manifestatum, id tamen
tenerent quod & præterita Ecclesiæ cõsue
tudo, & postea totus catholicus orbis am
plexus est: non se ille tamen à cæteris diuer
sa sentientibus separata communione di-
siunxit, & hoc etiam cæteris persuadere nõ
desti it, vt sufferrent inuicem in dilectio
Ephe.4. ne, studentes seruare vnitatem spiritus in
vinculo pacis. Ita enim corporis manente
compage, si quid in quibusdam membris
infirmabatur, ex eorum sanitate conuale-
scere potius q̃ præcisione mortificatũ dili-
gentiam nullius curationis admitteret. Et si
se ille separasset, q̃ multi sequerentur, qui-
tum sibi nomen inter homines faceret, quã
to latius Cyprianistæ q̃ Donatistæ voca-
rentur? Sed non erat filius perditionis, de L
qualibus dictum est, Deiecisti eos dum ex- Psal.
tollerentur: sed eas filius pacis Ecclesiæ, q̃
tanta cordis illuminatione præditus, pro-
pterea non vidit aliquid, vt per eum aliud
supereminentius videretur. Et adhuc, inq;
Apostolus, Supereminentiorem viã vobis 1.Co
demonstro, Si linguis hominum loquar, &
angelorum, charitatem aũt non habeam, fa
ctus sum velut æramẽtum sonans aut cym
balum tinniens. Minus ergo ille penetra-
uit, vt cerneret secretum abditum sacramẽ
ti: sed si sciret omnia sacramenta charitatẽ
autem non haberet, nihil esset. Cum autem
minus illud perspiciens, hanc tamen humi-
liter, fideliter, fortiter, custodiuit, ad marty
rij coronam meruit peruenire: vt si qua in
eius lucidam mentem ex humana conditio
ne nebula irrepserat, gloriosa serenitate ful
gentis sanguinis fugaretur. Non enim fru- Ioan.
stra ipse dñs Iesus Christus, cum seipsum
diceret vitem, suos autem tanquam in vite
sarmenta, præcidi eos dixit, & de vite au-
ferri tanquam inutilia frumenta, quæ fru-
ctum non darent. Quis est autem fructus
nisi nouus ille fœtus, de quo item dicit, Mã
datum nouum do uobis vt diligatis inui-
cem? Ipsa est illa charitas, sine qua cætera M
nihil prosunt. Dicit autem & Apostolus, 1.Co
Fructus autem spiritus est, charitas, gau- Gala.
dium, pax, longanimitas, benignitas, boni-
tas, fides, mansuetudo, continentia. Quæ o-
mnia incipiunt à charitate, & per cæteram
iuncturam quasi botrum mirabilẽ faciunt.
Nec tamen frustra idem dominus addidit, Ioan.
Quæ autem sarmenta in me dant fructũ, 15
purgat illa pater meus, vt maiorem fructũ
afferant, nisi quia & ipsi qui fructu præua-
lent charitatis, possunt tamen aliquid ha-
bere purgandum, quod incultum agricol-
la nõ reliquit. Quod ergo ille vir sanctus
de baptismo aliter sentiens q̃ se res habe- Obiect.
bat, quæ post ea pertractata, & diligentiss. qu
ma consideratione firmata est, in catholica re
vnitate pmansit, & charitatis vbertate cõ
pẽsatum est, & passionis falce purgatũ est.
Sed ne videar deuitandæ probationis
causa ista in laudem beatissimi martyris
dicere, quæ quidem non eius sed illius
est, cuius gratia talis extitit, iam de literis
eius

iterãdũ. eius documenta proferamus, quibus maxi
Ca. 19. me Donatistarum ora clauduntur. Huius
.n.authoritatem imperitis obijciunt, vt se
A quasi recte facere ostendant, q̃ ad se veniẽ-
tes fideles denuo baptizent, nimirum mise-
ri, & nisi se corrigant à sectae ipsis omnino
dãnati, qui hoc in tanto viro eligunt imita
ri. Quod illi propterea non obfuit, quia in
ea pace vnde isti aberrauerunt, qui uiã pa-
cis non cognouerunt, perseuerantissimis
Psa.13. vsq; in finem gressibus ambulauit. Est qui-
dem Christi baptisma quod vbiq; sanctũ
est, & quãuis apud hæreticos vel schismati
cos, ipsius tamen hæresis vel schismatis nõ
est, & ideo nec ad ipsam catholicã inde ve-
nientes, oportet denuo baptizari. Sed tamẽ
hoc aliud est, aliud à catholica pace deuian
tes, & in nefariam præcisionis foueam prę-
cipitatos, rebaptizandos insuper iudicare,
Nam illum neuum in candore sanctæ ani-
mæ, charitatis vbera contegebant: hanc au-
tem fuliginem in istorum tartarea fœdita-
te, vultus impacatus ostentat. Sed ad ea
quæ deinceps, quod ad beati Cypriani au
thoritatem attinet, tractatu sumus, ab
alio sumemus exordio.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De baptismo contra Donatistas, Liber secundus.

B Cypria ni autho ritati q̃ tum de ferẽdũ. Cap. 1.

QVantũ pro nobis, hoc est pro pace catholica faciant ea, quæ tanquam ex authoritate beati Cypriani aduersus nos à parte Donati proferuntur, & quan tum sint aduersus eos à quibus proferunt, adiuuante dño demonstrare proposui. Si qua ergo me rũdendi necessitas ea quæ iam in libris alijs posui, rursus cõmemorare coe gerit, quanquã id modice faciam, his qui iã illa legerunt, & tenent, onerosum esse non debet, quia & ea, q̃ instructioni sunt ne-cessaria, sepius oportet insinuare traditori-bus, & cum eadem multipliciter varieq́ue uersantur atque tractantur, ipsos quoque capaciore intelligentia præditos adiuuant, & ad facilitatem sciendi, & ad copiam dis-serendi. Noui etiam quemadmodum so-leat contristare lectorem, cum ab libro quẽ gerit in manibus, quando in aliquem nodũ quæstionis inciderit, in alium mittitur vbi eius solutionem requirat, quem forte non habet: quapropter quæcunq; in alijs libris iam diximus, si necessitas præsentium quæ C stionũ breuiter iterare cõpulerit, ignoscãt scientes, ne offendãtur nescientes: satius est .n.offerre habenti, quàm differre non habẽ tem. Quid ergo isti dicũt cum veritatis vi- Opinio ribus pfocantur, cui consentire nolunt? Cy Cypria prianus, inquiunt, cuius tantum meritũ no ni. uimus tantamq́; doctrinã, cum multis coe-piscopis suis sentẽtias ꝓprias cõferentibus, in concilio statuit hæreticos vel schismati-cos: id est, oẽs qui extra vnius ecclesiæ cõio nem sunt, baptismũ nõ habere, & ideo quis-quis ab eis baptizatus ad ecclesiã venerit, es se in ecclesia baptizandum. Non me terret authoritas Cypriani, quia reficit humilitas Cypriani. Magnum quidem meritum no-uimus Cypriani Episcopi & martyris, sed nunquid maius q̃ Petri Apostoli & marty ris? De quo idem Cyprianus in epistola ad Cypria-Quintum ita loquitur, Nã nec Petrus, in- nus, i e-quit, quem primũ dñs elegit, & super quẽ pistola ædificauit Ecclesiam suã cũ secum Paulus ad de circuncisione disceptaret, postmodũ ven Quintũ dicauit sibi aliquid intolenter, aut arrogan-ter assumpsit, vt diceret se primatum tene- Mat.16. re, & obtẽperari à nouellis & posteris sibi Gala.2. potius debere. Nec despexit Paulũ, ꝙ Eccle D siæ prius pſecutor fuisset, sed cõsiliũ veritã-tis admisit, & rationi legitimę q̃ Paulus vẽ dicabat facile cõsensit, documentũ scilicet nobis & concordiæ & patintiæ tribuens, vt non pertinaciter nr̃a amemus, sed quæ ali-quã a fratribus & collegis nr̃is vtiliter & sa lubriter suggeruntur, sint vera & legitima, ipsas potius nr̃a ducamus. Ecce vbi cõmemorat Cyprianus, quod ẽt nos in scripturis sanctis didicimus, Apostolum Petrum in quo primatus Apostolorũ tam excellenti gratia præminet, aliter q̃ veritas postula-bat de circuncisione agere solitum, à poste-riore Apostolo Paulo esse correctũ. Si ergo potuit Petrus non recte in aliquo ingredi Gala.2. ad veritatẽ Euangelij, ita vt gentes cogeret iudaizare, quod Paulus in ea scribit epistõ-la, in quz deũ non se mentiri testatus est: Ait enim, Quæ aũt scribo vobis, ecce corã Gala.1. deo quia non mentior, & post hãc tam san-ctam atq; terribilẽ attestationem dei, narra-uit hæc omnia, in quibus cum vidissem q̃a non recte ingrediunt ad ueritatem Euãge-lij,

Universidad de Deusto Biblioteca

lij, dixi Petro corã omnibus, Si tu cum Iu-
Gala. 2. dæus sis, gentiliter & nõ Iudaice viuis, quẽ
E admodum cogis gẽtes iudaizare? Si potuit,
inquã, Petrus cõtra veritatis regulam, quã
poſtea eccleſia tenuit, cogere gentes iudai-
zare, cur nõ potuit Cyprianus contra regu
lam veritatis, quam poſtea tota Eccleſia te
nuit, cogere hæreticos vel ſchiſmaticos de-
2.q.7.c. nuo baptizari? Puto q; ſine vlla ſui contu
puto. melia Cyprianus Epũs Petro Apoſtolo cõ
paratur, quantum attinet ad martyrij coro
nã. Cæterum magis vereri debeo, ne in Pe
trum cõtumelioſus exiſtam. Quis.n. ne-
ſcit illum Apoſtolatus principatu cuilibet
epiſcopatui ꝓferendum? Sed & ſi diſtat ca-
thedrarũ gratia, vna eſt tũ martyrum glo-
ria. Et ſi forte ſe in aliquo inuicẽ præcedũt
corda confitentium: ac pro vera fide in vni
tate charitatis morientium, dũs nouerit, cu
ius occulta & mirabili diſpenſatione gratia
rum latro in cruce pendens, ſemel eum con
fitetur, & die ipſo in paradiſum mittitur,
Petrus dũm ſequens ter negat eũ, & coro-
Luc.23. na differtur, nobis hinc iudicare temera-
Mat.26. rium eſt. Veruntamen ſi quiſquam nũc co
gat circuncidi aliqué more Iudaico, & ſic
baptizari, multo amplius deteſtatur hoc ge
nus humanum, q̃ ſi aliquis cogatur rebapti
zari. Quapropter cũ Petrus illud faciens,
F à Paulo poſteriore corrigitur & pacis atq;
2.q.7.c. vnitatis vinculo cuſtoditus, ad martyrium
puto: prouehitur, quanto facilius & fortius quod
per vniuerſę Eccleſię ſtatuta firmatũ eſt,
vel vnius Epi authoritati, vel vnius pro-
uinciæ concilio præferendum eſt, Cum idẽ
Cyprianus ita dixerit, quid ei videretur, vt
in pace vnitatis eſſe voluerit, etiam cum eis
qui de hac diuerſa ſentirent, qđ indicat ip-
ſius primus ſermo in eiuſdem concilij, qđ
ab iſtis profertur exordium, Nã ita ſe hẽt?

Acta in concilio Carthaginenſi. Cap. 2. Cum in vnum Carthaginem conueniſ-
ſent calendis ſeptembris, Epiſcopi plurimi,
ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritã-
nia, cum Presbyteris & diaconis etiam pre
ſente plebis maxima parte, & lectæ eſſent li
teræ Iubaiani ad Cyprianum factæ, itẽ Cy
priani ad Iubaianum reſcriptæ de hæreticis
baptizandis, quidq́ue poſtmodum Cypria-
no Iubaianus idem reſcripſerit, Cyprianus
dixit, Audiſtis collegæ dilectiſſimi quid
mihi Iubaianus coepiſcopus noſter reſcrip
ſerit, conſolens mediocritatem noſtram de
illicito & prophano hæreticorum baptiſ-
mo, quidq́ue ego reſcripſerim ei, cenſen,
ſcilicet quod ſemel atque iterũ & ſæpe cen
ſuimus, hæreticos ad eccleſiam venientes,
eccleſiæ baptiſmo baptizari & ſanctificari
oportere. Item lectæ ſunt vobis & aliæ Iu-
baiani literæ, quibus pro ſua ſyncera & reli
gioſa deuotione, ad epiſtolam noſtram re-
ſcribens: non tantũ conſenſit, ſed & inſtru-
ctum ſe eſſe gratias egit. Supereſt vt de hac
ipſa re quid ſinguli ſentiamus, proferamus,
neminem iudicantes, aut à iure communio
nis aliquẽ, ſi diuerſum ſenſerit amouentes.
Neque enim quiſquam noſtrum Epiſco-
pum ſe eſſe Eporũ conſtituit, aut tyranni-
co terrore ad obſequendi neceſſitatem col-
legas ſuos adigit, qũ habet omnis Epiſco-
pus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ
arbitrium proprium, tanquam iudicari ab
alio non poſſit, quomodo nec ipſe poteſt al
terum iudicare, ſed expectemus vniuerſi iu
dicium domini noſtri Ieſu Chriſti, qui
vnus eſt ſolus habens poteſtatem & præpo
nendi nos in eccleſiæ ſuæ gubernatione, &
de actu noſtro iudicandi.

Nunc ſe ſi audẽt ſuperbæ & tumidæ cer
uices hæreticorum aduerſus ſanctam humi
litatem huius ſermonis extollãt inſani Do
natiſtæ, quos ad pacem atque vnitatem ſan-
ctæ Eccleſiæ remeare, atq; in ea ſanari cupi
mus & optamus. Quid ad hec dicitis uos?
Certe nobis obijcere ſoletis Cypriani lite-
ras, Cypriani ſentẽtiã, Cypriani cõcilium.
Cur authoritatem Cypriani pro veſtro
ſchiſmate aſſumitis, & eius exemplum pro
eccleſiæ pace reſpuitis? Quis autẽ neſciat
ſanctam ſcripturam canonicam, tam vete-
ris quàm noui teſtamenti certis ſuis termi-
nis contineri, eamq́ue omnibus poſteriori-
bus Epiſcoporum literis ita prẽponi, vt de
illa omnino dubitari & diſceptari non poſ-
ſit, vtrum verum vel vtrũ rectum ſit, quic-
quid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit: Epiſco-
porum autem literas quæ poſt confirmatũ
canonem uel ſcriptę ſunt vel ſcribuntur, &
per ſermonem forte ſapientiorem cuiuſli-
bet in ea re peritioris & per aliorum Epi-
ſcoporum grauiorem authoritatem, doctio
rumq́ue prudentiam, & per concilia licere
reprehendi, ſi quid in eis forte à veritate de
uiatum eſt: Et ipſa concilia, quæ per ſingu-
las regiones vel prouincias fiunt, plenario-
rum conciliorum authoritati, quæ ſiunt
ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſiue vllis am
bagibus cedere, ipſaq́ue plenaria ſæpe
priora poſterioribus emendari, cum ali-
quo experimento rerum aperitur quod cla
ſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine
vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla in-
flata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentio
ne liuidæ inuidiæ, cũ ſancta humilitate, cũ
pace catholica, cum charitate Chriſtiana?

Dũ du- Quapropter ſanctus Cyprianus, tanto
bia di- excellentior, quanto humilior, qui docmẽ
ſcutiun- tum Petri ſic amauit vt diceret, documen-
tur, non tũ. ſ. nobis & concordię & patiẽtię tribuẽs,
rũpenda vt nõ pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ
vnanimitas. aliquando à fratribus & collegis noſtris v-
Cap. 4. & legitimæ, ipſa potius noſtra ducamus: Sa
Cypria. tis oſtendit facillime ſe correcturum fuiſſe
epiſt.15. ſententiam ſuam, ſi quis ei dem õſtraret ba-
ad Qui ptiſmum Chriſti ſic dari poſſe ab eis qui fo
tum. ras exierunt, quemadmodum amitti non
potuit cum foras exirent, vnde multa iam
diximus, nec noſipſi tale aliquid auderemus
aſſerere, niſi vniuerſæ Eccleſiæ concordiſi
ma authoritate firmati, cui & ipſe ſine du-
bio cederet, ſi iam illo tempore quæſtione
huius veritas eliquata & declarata per ple-
narium concilij ſolidaretur. Si.n. Petrum
laudat & prædicat, ab vno poſteriore colle
ga patienter concorditerq́; correctum, quã
to citius ipſe cum concilio prouinciæ ſuæ
vniuerſi orbis authoritate patefacta verita-
te ceſſiſſet, quia profecto & vniuerum dicẽ
ti & demonſtranti poſſet facillime conſenti
re tam ſancta anima, tam peccata, & fortaſ-
ſe factum eſt, ſed neſcimus. Neq; n. omnia
quæ in illo tempore inter Epiſcopos geſta
ſunt, memoriæ literisq́; mandari potuerũt,
aut omnia q̃ mandata ſunt nouimus. Quo
modo.n. potuit iſta res tantis altercationum
nebulis inuoluta, ad plenarij concilij lucu-
lentam illuſtrationem confirmationemq́ue
perduci, niſi primo diutius per orbis terra-
rum regiones, multis hinc atq; hinc diſpu-
tationibus & collationibus Epiſcoporum
pertractata conſtaret? Hoc autem facit ſani
tas pacis, vt cum diutius aliqua obſcuriora
quæruntur: & propter inueniendi difficul-
tatem, diuerſas pariunt in fraterna diſceptio
ne ſententias, donec ad verum liquidum p-
ueniatur, vinculum permaneat vnitatis, ne
in parte præciſa remaneat inſanabile vul-
nus erroris.

Et ideo plerunq; doctoribus minus ali-
quid reuelat, vt eorũ patiẽs & humilis cha-
ritas in qua fructus maior eſt cõprobetur,
vel quo teneant vnitatẽ cũ in rebus obſcu-
rioribus diuerſa ſentiunt, vel quomodo ac-
cipiant veritatem, cum contra id quod ſen-
tiebant, declaratum eſſe cognoſcunt. Quo-
rum duorum manifeſtatum tenemus vnũ.
in beato Cypriano. i. quomodo tenuerit v-
nitatem cũ eis à q̃bus diuerſum ſentiebat?
Ait.n. Neminem iudicãtes, aut à iure cõio
nis aliquem ſi diuerſum ſenſerit amouen-
tes. Alterum autem i. quomodo accipere po
tuit veritatem contra id quod ſentiebat in-
uentam: & ſi literæ tacent merita clamant,
ſi epiſtola non inuenitur, corona teſtatur: ſi
concilium non indicat Eporũ, conſortium
indicat angelorum. Non.n. paruum docu-
mentum eſt pacatiſſimæ animæ in ea vnita
te martyrium meruiſſe, vnde ſe diuerſum
ſentiẽs noluit ſeparare. Homines.n. ſumus.
Vnde aliquid aliter ſapere quã ſe res habet,
humana tentatio eſt: Nimis autem amãdo
ſententiam ſuam, vel inuidẽdo melioribus
vſq; ad præcidendæ communionis & cõdẽ-
di ſchiſmatis vel hæreſis ſacrilegium perue
nire, diabolica præſumptio eſt: In nullo au
tem aliter ſapere q̃ res ſe habet, angelica p
fectio eſt. Quia itaque homines ſumus, ſed
ſpe angeli ſumus, quibus æquales in reſur- Mat.22.
rectione futuri ſumus, quandiu perfectio-
nem angeli non habemus, præſumptionem M
diaboli non habeamus. Ideo dicit Apoſto- 1.Co.10
lus, Tentatio vos non apprehendat niſi hu-
mana. Humanum eſt ergo aliquid aliter q̃
ſe res habet ſapere. Propterea dicit alio lo-
co, Quotquot ergo perfecti hoc ſapimus, Phili.3.
& ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque vobis
deus reuelabit. Quibus autem reuelat cum
voluerit, ſiue in hac vita ſiue poſt hanc vi-
tam, niſi ambulãtibus in via pacis, & in nul
lã præciſionẽ deuiantibus? Non quales iſti Pſa. 13.
ſunt qui viã pacis non cognouerũt, nec pp
aliud vnitatis vinculum diruperunt. Idco
Apoſtolus cum dixiſſet, Et ſi quid aliter ſa-
piis, hoc quoq; vobis deus reuelabit: ne pu Ephe.4.
tarent præter viam pacis quod aliter ſapie-
bant ſibi poſſe reuelari, continuo addidit,
Veruntamẽ in quod peruenimus, in eo am
bulemus. In quo ambulans Cyprianus, per 1.Co.13
ſeuerantiſſima tolerantia, fuſo ſanguine,
ſed in vnitate fuſo: quia ſi traderet corpus
ſuum vt arderet, & nõ haberet charitatem,
nihil ei prodeſſet: per martyrij confeſsionẽ Schiſma
perueinit ad angelicam lucem, vt ſi non an- tis cri-
tea, ib certe reuelatum agnoſceret, quod cũ men gra
aliter ſaperet ſententiam diuerſæ opinionis tiſsimũ.
vinculo non præpoſuit vnitatis. Cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 6 Vos itaq; Donatistæ qd ad hæc dicitis? Si nostra sententia de baptismo vera est: A omnes qui aliter sapiebant Cypriani temporibus, non sunt ab Ecclesiæ vnitate separati, donec illud quod aliter saperent deus illis reuelaret. Vos ergo quare separatione sacrilega pacis vinculum dirupistis? Si autẽ vestra sententia de baptismo vera est, Cyprianus & cæteri cũ quibus eum tale concilium celebrasse perhibetis, cũ eis qui aliter sapiebant, in vnitate permanserunt, quare vos pacis vinculũ dirupistis? Quodlibet horum elegeritis, contra vestram pcisionẽ sententiam ferre cogimini. Rñdete, quare vos separastis? Quare contra orbẽ terrarum altare erexistis? Quare non cõmunicatis Ecclesijs, quibus epistolas apostolicas missas tenetis & legitis, & secundum ipsas vos viuere dicitis? Rẽspondete, quare vos separastis? Propterea certe, ne malorum cõmunione periretis. Qũo ergo non perierunt Cyprianus & tot collegæ ipsius? Qui cũ crederent hæreticos & schismaticos baptismum non habere: sine baptismo tñ receptis, cum peccata eorũ tam immania tamq; sacrilega superesse crederent: eis tñ communicare, q̃ B separari ab vnitate maluerunt, dicente Cypriano, Neminem iudicantes, aut à iure cõ Cypria munionis aliquẽ si diuersum senserit amo- nus in uentes. Si ergo tali communione malorum concilio pereunt iusti, iam Ecclesia temporibus Cy Cartha priani perierat. Vnde igitur extitit origo ginensi: Donati, vbi catechizatus est, vbi baptizatus, vbi ordinatus, qñ iam Ecclesiam contagio communionis extinxerat? Si autẽ erat Ecclesia, nihil obesse mali bonis in vna communione potuerunt. Quare vos separastis? Ecce in vnitate video Cyprianũ, & alios collegas eius, qui facto concilio censuerunt omnes qui extra Ecclesiæ communionem fuerint baptizati, baptismum non habere, & ideo eis dandum esse cum veniunt. Sed ecce rursus in eadẽ vnitate video quosdam de hac re aliter sentire, & eos qui ab hæreticis vel schismaticis venerint, agnito in eis baptismo Christi non audere iterum baptiza- Gala. 6. re. Hos omnes catholica vnitas materno sinu complectitur, inuicẽ onera sua portantes, & studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, donec alteris eorum, si qd Ephe. 4. aliter sapiebant, dñs reuelaret. Si vera isti Phili. 3. sentiebant, ab illis non contaminabantur, an contaminabantur? Quod volueritis eli- C gite. Si contaminabantur, iam tunc non erat Ecclesia. Rñdete, vnde huc existis? Si autẽ permanebat Ecclesia, nullo mõ boni à malis tali communione contaminantur. Rñdete, quare vinculũ dirupistis? An forte schismatici sine baptismo recepti non contaminant, & traditores sanctorum librorum cõtaminant? Vestros quidem fuisse traditores manifestissima rerum gesta testantur. Et si tunc in illos quos arguebatis vera dicerentis, causam vestram vnitati orbis terrarum persuasissetis, vt vobis retentis illi excluderentur. Quod si conati estis facere & non obtinuistis, innocẽs orbis terrarum, qui iudicibus ecclesiasticis potius quàm victis litigatoribus credidit. Si autem noluistis agere causam vestram, innocens est orbis terrarum, qui damnare non potuit inauditos. Quare ergo vos ab innocẽtibus separastis? Sacrilegium schismatis vestri defendere nõ valetis. Sed hæc omitto, hoc dico, si vos possent cõtaminare traditores, q̃ õn sunt à vobis cõuicti, & aq̃bus vos estis victi, multo magis possent sacrilegia schismaticorum & hæreticorum sine baptismo secundum vestram sententiam recepta, contaminare Cyprianum. Non se tamen ille separauit. Et quia permanebat in Ecclesia, manifestum est q̃ contaminari non potuit. Quare ergo vos, non dico ab innocentibus, quod probatur, sed ab ipsis quod non probatur traditoribus separastis? An vt dicere cæperam, grauiora sunt crimina traditorum quàm schismaticorum? Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod volumus & quo modo volumus pro arbitrio nostro, dicentes, hoc graue, hoc leue est, sed afferamus illam quam stateram de scripturis sanctis tanquam de thesauris dominicis, & in illa qd sit grauius appendamus: immo non appendamus, sed à domino appensa recognoscamus, tempore illo quo dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum atque adoratum est, & propheticus liber ira regis contemptoris incensus, & schisma tentatum & idololatria gladio punita est, exustio libri bellica cæde & peregrina captiuitate, schisma hiatu terræ, sepultis authoribus viuis, & cæteris cælesti igne consumptis, quis iam dubitaueris hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum? A talibus sacrilegijs venientes, sine baptismo vt dicitis, si Cyprianum non contaminabant, quomodo vos

vos contaminare poterant nõ conuicti, sed E conuicti traditores? Qui si non libros incẽdos tradidissent, sed eos ipsi manibus suis incendissent, minoris vtiq; fuissent sceleris, q̃ si schisma committerent, quia illud minus, illud grauius vindicatum est, non humano arbitrio, sed diuino iudicio.

Cypria- Quare vos ergo separastis? Si vllus sen- ni erro- sus in vobis est, videris vos certe quid rñde rem imi ri possit non inuenire. Non vsqueadeo, in- tanrur quiunt, omnia defecerunt, vt non possimus charita- rñdere si volumus. Tu quis es qui iudicas tem non alienũ seruũ? Suo dño stat aut cadit. Quod imitant. eis dictũ intelligit, qui volebãt nõ de factis Cap. 7. manifestis, sed de cordibus alienis iudicare. Rom. 14 Nã qũo ipse tã multa de sceleribus schisma tũ & hæresum loquitur? Aut qũo loquitur Psal. 57. in Psalmis, Si vere iustitiam diligitis, recte Matt. 7. iudicate filij hominũ? Cur autem ipse dñs dicit, Nolite personaliter iudicare, sed rectũ iudicium iudicare: si non licet de aliquo iudicare? Postremo ipsi de illis traditoribus quibus falsa iudicauerunt, cur omnino iudicauerunt de seruis alienis? Suo dño stabant aut cadebant. Cur deniq; de recentibus Maximinianistis plenarij concilij sicut dicunt ore veridico non dubitauerunt tale pferre iudiciũ, vt eos primis illic schismaticis, quos F terra viuos absorbuit compararent? Quorum quosdam tamen quod negare non possunt, aut innocentes damnauerunt, aut nocentes iterum receperunt. Sed cum verum Rom. 14 dicitur cui respondere non possunt, rodunt murmura calebrosa. Sic volumus. Tu quis es qui iudices alienum seruũ? Suo dño stat aut cadit. Cum autem infirma ouis in solitudine aspicitur, vbi pastor qui reclamet ab sens videtur, dentes exeruntur, frãgitur gut tur inualidũ, Bonus homo, si nõ esses tradi tor: Consule animæ tuæ: esto Christianus. O improbam rabiem. Cum Christiano dicitur esto Christianus, quid aliud docetur nisi se negare Christianum? Nunquid erat aliud quod docere cupiebant Christianorũ persecutores? Quibus qui restiterunt, facti sunt martyres. An leuius putatur quod gla Matt. 2. dio minante, quàm quod lingua insidiante committitur? Ad ista respondete lupi rapaces, qui pellibus ouinis indui cupientes, beati Cypriani literas pro vobis esse arbitrami ni. Cõtaminabat Cyprianum sacrilegium schismaticorum an non contaminabat? Si contaminabat, iam tunc perijt Ecclesia, nõ erat vnde propagaremini. Si autem non cõ taminabat, quomodo scelere alieno possunt in vnitate contaminari innocentes? Si schismatis sacrilegio nõ possunt, quare ergo vos G separastis? Quare cum leuiora quæ fingitis fugitis, ipsum sacrilegium schismatis, quod est grauius omnibus commisistis? An forte iam placet fateri nõ fuisse iam illos vel schismaticos, vel hæreticos, qui extra communionem Ecclesiæ, vel in schismate aliquo vel in hæresi fuerant baptizati, quia transeundo ad Ecclesiam, & errores suos pristinos anathematizando, desiterant esse quod erãt? Quomodo ergo sine baptismo non super eos remanserant scelera eorum? An ille baptismus Christi erat, sed eis extra Ecclesiæ communionem prodesse non poterat: cum autem venerunt, & anathematizato præterito errore, in Ecclesiæ pacem per manus Ephe. 3. impositionem recepti sunt, tunc in charitate radicatis atque fundatis, sine qua infructuosa sunt cætera, cæpit prodesse ad remissionem peccatorum, & ad sanctificationem vitæ, quod sine fructu extra portabant? Nolite ergo nobis authoritatem obijcere Cypriani ad baptismi repetitionem, sed tenete nobiscum exemplum Cypriani ad vnitatis conseruationem. Nondum enim erat diligẽter illa baptismi quæstio pertractata, sed tamen saluberrimam consuetudinem tene- H bat Ecclesia, in ipsis quoq; schismaticis & hæreticis corrigere quod prauum est, non iterare quod datum est, sanare quod vulneratum est, nõ curare quod sanum est. Quã consuetudinem credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa non inueniũtur in literis eorum neq; in concilijs posteriorum: & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur. Hanc ergo salu berrimam consuetudinem per Agrippinũ prædecessorem suum dicit sanctus Cyprianus quasi cœpisse corrigi. Sed sicut diligentius inquisita veritas docuit, quæ post magnos dubitationis fluctus ad plenarij concilij confirmationem perducta est, verius creditur per Aggrippinum corrumpi cœpisse non corrigi, Irruente itaq; tam magna quæstione, cum de remissione peccatorum & de spiritali hominis regeneratione, vtrũ posset apud hæreticos vel apud schismaticos fieri, difficile ratio redderetur, & præcederet authoritas Agrippini, & nonnullorũ qui ei consenserant hominum in hac quæstione deficientium, qui maluerunt aliquid

nouum

nouum moliri q̃ tenere consuetudinem, cuius defensionem nõ intelligebant, irruerũt in oculos animæ verisimiles rõnes, & intercluserunt iter peruestigandæ veritatis.

I

Eleuat errorem Cypriani. Cap. 8.

Nec arbitror beatũ Cyprianũ pp aliud contra consuetudinẽ quid sentiret liberius exprompsisse, priorem q̃; dixisse, nisi vt aliũ si forte existeret, cui esset melius reuelatũ, gratissime acciperet, & ostenderet imitandã, non solũ docendi diligentiam, sed ẽt discendi modestiam. Si aũt nullus existeret q̃ tale aliquid afferret, vnde illæ oẽs verisimiles rationes quibus mouebatur refellerent, in eadem sentẽtia permaneret sibi bene cõscius, & non occultatæ quæ putabatur veritatis, & retentæ quæ amabatur vnitatis. Nã & illud sic intelligit quod ait Apostolus, Prophetę autem duo vel tres loquantur, & cæteri examinent, Si alij sedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Qua in parte, inquit, docuit, & ostendit multa singulis in melius reuelari, & debere vnumquenq; nõ pro eo quod semel imbiberat & tenebat pertinaciter congredi: sed si quid melius & vtilius extiterit libenter amplecti. His vtique verbis non solum eos admonuit sibi consentire, qui melius aliquid non videbant, sed ẽt eos hortatus est, si qui possent afferre aliquid quo prior consuetudo seruanda potius firmaretur, vt si tale esset q̃d refelli nõ posset, etiam ipse ostenderet q̃ veraciter dixerit, debere vnumquenq; non pro eo quod semel imbiberat, & tenebat pertinaciter cõgredi, sed si quid melius & vtilius extiterit, libenter amplecti. Sed quia tunc non extiterant, nisi qui ei consuetudinem opponerẽt: defensiones autem ipsius consuetudinis nõ tales afferent quibus illa talis anima moueretur, noluit vir grauissimus rationes suas, etsi non veras, quod eum latebat, sed tũ nõ victas, veraci quidem, sed tũ nondum assertæ consuetudini cedere. Quam tũ consuetudinem nisi prior ante Agrippinus, & nonnulli per Aphricam coepiscopi eius ẽt per concilij sententias dissentire tentauissent, nõ auderet iste saltem ratiocinari aduersus eã, sed in tam obscura quæstione turbatus, & vbiq; intuens vniuersalem robustamq; cõsuetudinem coarctaret se potius & prece & intentione mentis ad deũ, vt q̃d postea plenario cõcilio visum est, id verũ esse pspiceret & doceret. Sed cũ fatigatũ p̃cedentis cõcilij quod p Agrippinũ factũ est excepisset authoritas, maluit p̃decessor suorũ tanquã inuentũ defendere, q̃ inquirendo amplius laborare. Nã in fine epistolæ ad Quintum ita ostendit, in quo tanquam lectulo authoritatis, quasi fessus acquieuerit.

K

L

Quod quidẽ, inquit, & Agrippinus bonæ memoriæ vir, cum cæteris coepiscopis suis, q̃ illo tp̃e in p̃uincia Aphrica & Numidia Ecclesiã dñi gubernabant, statuit, & firmauit, quorũ sententiã religiosam & legi Cotimam salutarẽ fidei, & Ecclesiæ catholicæ congruentẽ, nos ẽt secuti sumus. Hac attestatione satis ostendit multo magis se fuisse cõmemoraturũ, si q̃d de hac re transmarinũ vel vniuersale conciliũ factũ esset. Nondum aũt factũ erat, q̃a consuetudinis robore tenebaf orbis terrarũ, & hæc sola opponebatur inducere volentibus nouitatẽ, quia non poterant apprehendere veritatem. Postea tũ dum inter multos ex vtraque parte tractatur & q̃ritur, non solum inuenta est, sed ẽt ad plenarij concilij authoritatem roburq̃; perducta, post Cypriani quidẽ passionẽ, sed antequã nos nati essemus. Hanc aũt fuisse consuetudinem Ecclesiæ quæ postea multis discussis ambagibus perspecta veritate plenario concilio confirmata est, satis ostenditur ex ipsius beati Cypriani verbis in eadẽ ad Iubaianũ epistola, q̃ in cõcilio [illegible] ecta cõmemoratur: Ait.n. Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de ijs qui in p̃teritũ de hæresi ad Ecclesiã venientes, sine baptismo ad[illegible] missi sunt? Vbi certe quid fieri soleret, & si non fieri vellet, satis ostẽdit, & eo ipso quod cõciliũ Agrippini cõmemorat, aperte indicat fuisse aliã cõsuetudinẽ Ecclesiæ. Neque enim opus erat hoc cõcilio velle statuere si iã cõsuetudine tenebatur, & in ipso cõcilio nõnullæ sentẽtiæ omnino declarãt eos contra Ecclesiæ cõsuetudinẽ decreuisse, q̃d decernẽdum esse arbitrati sunt. Quappropter illud vnũ isti considerẽt q̃d omnibus patet. Si authoritas Cypriani sequenda est, magis eã [illegible] quendã est in vnitate seruãda, q̃ in Ecclesiæ cõsuetudine cõmutãda. Si aũt cõciliũ ei[illegible] ius attendit, huic est vniuersæ Ecclesiæ posterius cõciliũ p̃ponendũ, cuius se mẽbrum gaudebat, & vt se in totius corporis cõpage retinẽda, cæteri imitarent sępius admonebat. Nã & concilia posteriora prioribus apud posteros præponuntur, & vniuersum partibus semper iure optimo præponitur.

Quid aũt agũt isti, cũ docet sanctus Cyprianus ẽt si nõ admisit in hæresi vel i schis[illegible] mate

mate baptizatos, tñ cõmunicasse admittẽtibus, q̃d aptissime declarauit, dicens, Nemi nẽ iudicãtes, aut a iure cõmunionis aliq̃ si diuersum senserit amouẽtes? Si taliũ cõmunione maculatus est, cur in tractãdo baptismo eius authoritatẽ sectant? Si aũt taliũ cõmunione maculatus nõ ẽ, cur in vnitate retinẽda exẽplũ eius nõ imitãtur? Nunq̃d hoc restat nisi vt dicãt, sic volumus? Quid aliud sermone veritatis iustiriæq̃ rñdent oẽs flagitiosi & facinorosi homines, luxuriosi, ebriosi, adulteri, & modis omnibus impudici, fures, raptores, homicidæ, malefici, idololatræ, quid aliud rñdent cũ eos veritas arguit, nisi hoc volo, hoc me delectat? Et si Christiano tincti sunt nomine, dicũt etiã, Tu quis es qui iudices alienũ seruũ? Verũ tamen eo isti sunt modestiores, quia cũ le gibus diuinis & humanis aliq̃d pœnarum q̃ suis pditis moribus factisq̃; patiunt, nõ se martyres dicunt, isti autem simul habere volunt & sacrilegorum vitam & innocentium famã, & in sceleratis factis nullã pœnã, & in pœnis iustis martyrũ gloriã, quasi nõ tanto sit erga illos maior misericordia & patientia dei, quanto magis eos partibus corripiens dat locũ pœnitẽtię, & in hac vita flagella ingeminare non cessat, vt cõsiderantes q̃ patiant & quare patiãtur, aliq̃n resipiscãt? Et quia iã pro vnitate Donati Maximianistarum baptismũ receperunt, pro pace Christi orbis terrarũ baptismũ potius amplectãtur, reddãtur radici, reconciliẽtur vnitati, videant nihil sibi remansisse q̃d dicant, sed tñ remãsisse q̃d faciant, vt pro factis eorum præteritis sacrificiũ dilectionis offeratur placabili deo, cuius vnitatem nefario scelere diruperunt, cuius sacramentis tã diuturnas iniurias irrogauerũt. Misericors ẽ enim & miserator dñs, lõganimis & multum misericors & uerax. Amplectantur in pñti vita misericordem & longanimem, & timeant in futura veracem. Nõ vult enim mortem impij quantum vt reuertatur & uiuat, quia sententiã inflectit aduersus iniurias irrogatas. Hæc est.n. nra exhortatio.

Verba Cypriani.

Pro. 14.

Verba Cypriani.

Pſa. 103.

Exe. 18. & 33.

Quid debet

Propter hoc eos inimicos habemus, q̃a dicimus, q̃a tacere non uera metuimus, q̃a quomodo cessare ab instãtia quãta possumus nõ formidamus, quia obtemperamus Apostolo reprehendenti, Prædica verbum, insta opportune importune, argue, hortare, increpa, sed sicut 2. Ti. 4. euãgeliũ loquitur, Diligunt gloriã hominũ magis quam dei; & dũ reprehẽdi ad ips ti-

ment, damnari in perpetuum non timent. Vident etiam ipsi quid mali faciant, vident non esse quid omnino respondeant, sed nebulas imperitis effundunt, cũ ipsi viui sorbeantur. i. scientes & agnoscentes intereant. Viderunt horrere homines & grauiter detestari, quod etiam se ipsi in multa schisma ta diuiserunt, & maxime in capite Aphricę & notissima ciuitate Carthagine, conati sunt resarcire dedecus pannorum suorũ, & putantes q̃ possent Maximinianistas auferre magno conatu per Optatum Gildonianum fortiter institerunt, multa illis mala & persecutiones sæuissimas intulerunt, receperunt inde aliquos, putantes quòd possent omnes eodem terrore conuerti. His autem quos receperunt, noluerunt facere iniuriam, vt ab eis in schismate baptizatos denuo rebaptizarent, vel potius ab hisipsis rebaptizari eos facerent intus, à quibus baptizati erãt foris, atque hoc modo suæ nefariæ consuetudini præscripserunt. Sentiunt quàm scelerate iam faciant recepto baptismo Maximinianistarum, violare baptismũ orbis terrarũ. Sed timẽt rebaptizatos suos, ne forte non eis parcant, si animas aliorum trucidare cessauerint.

Ioã. 12.

C

Quid de receptis Maximinianistis rñdeant non inueniunt. Si dixerint, innocentes recepimus: respondetur eis, Ergo innocentes damnaueratis. Si dixerint, nescieba mus: ergo temere iudicastis. Sic etiã de traditoribus sententiam temerariam protulistis, falsumq̃ dixistis, Plenarij cõcilij ore veridico damnatos esse cognoscite. Neque enim ore veridico innocẽtes dãnari potuerunt. Si dixerint, non eos damnauimus: recitatur concilium, recitantur nomina & episcoporum & ciuitatum. Si dixerint, nõ est ipsum concilium nostrum: recitantur gesta proconsularia, vbi non semel idem concilium allegauerunt, vt eosdem Maximinianistas de basilicis excluderent, & iudiciorum strepitu, atq; auxiliorum impetu perturbarẽt. Si dixerint, Felicianum, Musticanum, & Prætexatum Assuritanum, quos postea receperunt, cum Maximiniano non fuisse: recitantur gesta quibus de basilicis excludendos ex concilio suo quod aduersus Maximinianistas fecerunt, de iudicijs publicis postularunt. Si dixerint, pro pace recepti sunt: respondetur, cur ergo veram & plenam non agnoscitis pacẽ? Quis uos impulit? quis coegit pro pace Donati schismaticum

Pertinacia peplorata. Ca. 12. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

maticum recipere damnatũ,& contra pacẽ Christi orbem damnare inauditum? Vrget eos vndique veritas, vident se non habere quid rñdeant,& putãt se hẽre quid faciant: q̃d loquant̃ non inueniũt,tacere nõ ꝓmittunt. Malũt puersis vocibus veritati reluctari,q̃ confessis erroribus paci restitui.

Cap. 13. Quis autẽ non intelligat quid in corde suo posint dicere? Quid ergo facimus, inquiũt,de his quos iam rebaptizauimus? Respondeẽ, Redite cum eis ad Ecclesiam, medicamento pacis offerte curandos quos vulnerastis,vitæ charitatis,offerte suscitandos quos occidistis. Multum valet ad ꝓpiandum Deum fraterna cõcordia. Si duobus ex vobis,ait Dñs, conuenerit in terra, quicquid petieritis fiet vobis. Si duobus hominibus quãto magis duobus populis? Simul nos Dño ꝓsternamus, participami ni nobiscum vnitatẽ,'participemur vobiscum dolorem, & charitas cooperiat multitudinem peccatorũ. Ab ipso beato Cypriano consilium quærite, attendite quantũ de vnitatis bono ꝓsumpserit,vnde se nõ dirupit a diuersa sentiẽtibus, & cum arbitrareẽ eos qui extra Ecclesiæ cõionem baptizarẽtur baptismum non habere,'credidit eos tñ in Ecclesiã simpliciter admissos ꝓp ipsius vnitatis vinculum posse ad veniã ꝓuenire. Sic.n.soluit qõnem quam sibi ipse proposuit,ad Iubaianum, ita scribens, Sed dicet aliquis, Quid ergo fiet de his qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam veniẽtes,'sine baptismo admisi sunt? Potens est Dominus misericordia sua indulgẽtiam dare, & eos qui ad Ecclesiam venientes simplr admisi in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare.

Matt.18

1.Pet.4.

Cypriano ad Iubaianũ.

Quæst. Cap. 14 Ioan.13 Ioan.3.

Quid sit aũt perniciosius, vtrũ omnino non baptizari,an rebaptizari, iudicare difficile est. Video quidẽ q̃d amplius homines detestenẽ atq; horreant, veruntñ recurrẽs ad illam stateram dñicam,vbi nõ ex humano sensu, sed ex authoritate diuina rerum momenta pensantur, inuenio de vtraq; re Dñi sniam. Nã & Petro dixit, Qui lotus est,non hẽt necessitatem iterum lauãdi. Et Nicodemo, Nisi qs renatꝰ fuerit ex aqua & spũ,non intrabit in regnũ cęlorũ. Quid habeat secretior diiudicatio Dei,hominibꝰ quales nos sumus, difficile est fortasse cognoscere, quãtum tñ ad ipsa verba attinet, cuilibet homini manifestũ est quãtũ distet inter non hẽt necessitatem lauandi, & non intrabit in regnum cœlorum. Ipsa deniq; Ecclesia sic traditum tenet,vt hominẽ sine baptismo ad altare prorsus non possit admittere, rebaptizatum aũt cum post pœnitentiam liceat admitti, quid aliud ostendit nisi eum baptismo non carere? Si ergo Cyprianus quos esse sine baptismo arbitrabatur,tñ ꝓp vnitatis vinculũ ad veniam pertinere plumebat,potens est Dñs per ipsum vnitatis vinculum & pacis ẽt rebaptizatis placari,& eis a quibus rebaptizati sunt, ex ipsa pacis compensatione miteſcere,& omnia quæ in errore commiserant delicta donare,offerentibus sacrificium charitatis, q̃ cooperit multitudinem peccatorũ,vt non attendat q̃ eorum discessu vulnerati sint, sed q̃ plures eorum reditu liberati. In quo enim vinculo pacis credidit Cyprianꝰ posse per misericordiã Dei ab Ecclesiæ muneribus non separari eos quos in Ecclesiã sine baptismo existimabat admissos, in eodẽ vinculo pacis credimus ꝓ eandẽ misericordiã Dei mereri veniã posse rebaptizatos.

1.Pet.

Ecclesia quippe catholica & tpibus beati Cypriani,& ante ipsum præterito tpe,aut in rebaptizatos, aut baptismum non habentes,vnitatis gremio continebat,aut illi salutem non nisi vnitatis ipsius merito cõsecuti sunt. Si.n.non habebant baptismum qui ab hæreticis veniebant,sicut asserit Cyprianus,non recte admittebant, & tñ eisdẽ ipse indulgentiã de Dñi misericordia ꝓp vnitatem Ecclesiæ non desperauit. Ita ergo si habebant baptismũ,nõ recte baptizabant. Quid itaq; illos,nisi eadem vnitatis charitas adiuuabat,vt q̃d in sacro trãctãdo latebat humanam infirmitatem, diuina miseri cordia non reputaret amantibus pacẽ? Cur ergo cum vros rebaptizatos timetis,& illis & vobis salutis aditus inuidetis? Fuit aliq̃ de baptismo dubitatio. Qui diuersa sensерunt,in vnitate non mãserũt. Ea dubitatio procedẽte tẽpore,perspecta veritate sublata est, q̃stio quæ nondum finita Cypriani nõ deterruit vt recederet,vos finita vt recedatis inuitat. Venite ad catholicam cõcordantem, quam Cyprianus nõ deseruit fluctuantem, aut si vobis exemplum Cypriani iam displicet, qui cõicauit eis qui cũ baptismate hæreticorum recipiantur, aperte dicens, Neminem iudicantes,aut a iure cõmunionis aliquẽ si diuersum senserit amouentes. Quo itis miseri? Quid agitis? Et vosipsos fugite, quia inde processistis, vbi

ille permãsit. Si vero ei propter abũdantiã charitatis & amorẽ fraternitatis & vinculum pacis,nec sua peccata,nec aliena obesse potuerunt,huc redite,vbi & nobis & vobis multo minus oberunt,quæ vñ finxerũt.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De baptismo contra Donatistas. Liber tertius.

Cap. 1.

ARBITROR iam manifestũ esse omnibus posse authoritatem beati Cypriani ad retinendum vinculum pacis, nullo modo violandam vnitatis Ecclesiæ saluberrimã charitatem,magis pro nobis q̃ pro Donatistis esse proponendam. Si enim Cypriani exemplo vti voluerint ad rebaptizandos catholicos, quia ille censuit in catholica baptizandos hæreticos,nos potius eius exemplo vtimur,quo apertissime statunt a catholica communione.i.a christianis toto orbe terrarum diffusis,etiam malis & sacrilegis admisis, nullo modo per separationem cõmunis esse recedendum, quandoquidem nec eos qui vt eidem videbatur non baptizatos sacrilegos in catholicã cõmunionem recipiebant, à iure communionis voluit amouere,dicẽs, Neminem iudicantes,aut à iure cõmunionis aliquem si diuersum senserit amouentes.

Quãtũ inquiri, videlicet vt respõdeam verisimili exemplo pinus,vel ipse Cyprianus,vel illi qui eis in Aphrica cõsenserunt, vel si forte aliqui ex transmarinis terris longeq; discretis, nullo quidem siue plenario siue saltem regionali concilio, sed epistolari colloquio commoti sunt, vt hoc esse faciendum putarent, quod & cõsuetudo ecclesiæ pristina nõ habebat, & postea catholicis orbis terrarum robustissima firmitate consensionis excluderet, vt q̃d per disputationes eiusmodi in aliquorum mentes irrepere cœperat,de salute veniens vnitatis potentior veritas & vniuersalis medicina sanaret. Hunc itaq; sermonem videant q̃ securus aggrediar, si assequi & ostendere non potuero,quomodo refellantur ea, quæ de concilio Cypriani, vel epistolis eius affirmant, Chri baptismũ ꝓ hæreticos dari nõ posse, in Ecclesia manebo securus,in cuius cõione, cum eis qui sibi non consenserant, mansit ipse Cyprianus. Quòd si dicunt, ꝓpterea tunc illã catholicam ecclesiam fuisse, quia erãt ibi pauci, vel si hoc putant, ẽt multi qui baptismũ datũ apud hæreticos improbabant & baptizabant eos,qui inde veniebant, quid ergo? Ante Agrippinum a quo ista cœpit quasi L noua ratio aduersus consuetudinem dimicans,nunq̃d nõ erat ecclesia? Quid deniq; post Agrippinũ nisi ad pristinã consuetudinẽ reditum esset, alterũ concilii necesse esset Cypriano? Nunq̃d nõ erat Ecclesia, quia talis ꝓ omnia cõsuetudo tenebatur,vt baptismus Christi,nõ nisi Chri baptismus hẽretur,ẽt si apud hæreticos, vel schismaticos datus fuisse ꝓbareẽ? Q̃d si erat ẽt tunc Ecclesia,& hæreditas Chri non interrupta perierat,sed ꝓ oẽs gentes augmẽta capiens ꝓmanebat,tutissimaꝰ tõ est in eadẽ consuetudine ꝓmanere, q̃ tunc bonos & malos in vna cõplexione portabat. Si aũt tunc non erat Ecclesia, q̃ sacrilegi hęretici sine baptismo recipiebant, & hoc vniuersali consuetudine tenebaẽ: vñ Donatus apparuit? de qua terra germinauit? de quo mari emersit? de quo cęlo cecidit? Nos itaq; vt dicere cęperã,in Ecclesiæ cõione securi sumus, ꝓ cuius vniuersitatẽ id nũc agit̃,q̃d & ante Agrippinũ & inter Agrippinũ & Cyprianũ ꝓ eius vniuersitatẽ,simil agebat̃,& cuius vniuersitatẽ, neq; Agrippinus deseruit, neq; Cyprianus,neq; illi q̃ eis cõsenserãt,q̃is aliter q̃ cæteri saperẽt, sed cũ eis ipsis à q̃bus diuersa senserunt,in eadẽ vnitatis cõmunione mãserunt. Ipsi aũt considerẽt vbi sint,qui neq; vnde ꝓpagati sint pñt dicere, si iã tũc in ecclesiã recepti sine baptismo hæretici & schismatici cõmunionis cõtagione ꝓdiderunt, neq; ipsi Cypriano cõsentiunt. Ille.n.cũ receptoribus hæreticorũ & schismaticorũ, ac per hoc cum ẽt ipsis receptis manere se in cõione ꝓfessus est,isti aũt ꝓp nomen traditorum quos in Aphrica infamauerũt,& in trãsmarino iudicio nõ conuicerũt,sed ab orbis terrarũ cõione separarunt, cum ẽt si vera crimina obijcerẽt, multo sint maiora scelera hæresum & schismatũ,vñ sine baptismo,sicut ipse sensit venientes & in catholicã cõionem per baptismũ recepti, non potuerunt maculare Cyprianum. Neq; in eoipso in quo

M

se dicunt imitari Cypriani, inueniunt qd rñdeant de recepto baptismo Maximiniani starũ, cũ eis quos ex eorũ numero quos cõcilio suo plenario dãnatos, ẽt terrenarũ potestatũ iudicio sunt persecuti, iã suã cõionẽ, in eodem ipso ẽpatu in quo dãnauerant reuocauerunt. Quapropter si tpibus Cypria
G ni perdidit Ecclesiã malorum communio, non hñt istæ suæ communionis originem. Si ãt non perdidit, non hñt præcisionis aliquam defensionem, insuper nec exemplum Cypriani sectãtur, quia vnitatis vinculum diruperunt, nec ipsum concilium, quia Maximinianistarum baptismum receperunt.

Cap. 3. Nunc ergo nos manente in exẽplo Cypriani, cõsideremus ẽt consiliũ Cypriani. Quid ait Cyprianus? Audistis, inquit, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster rescripserit, consulens mediocritatẽ nostram de illicito & prophano hæreticorũ baptismo, quidq; ego rescripserim ei, censens, scilicet, qđ semel atq; iterũ & sæpe censuimus hæreticos ad ecclesiã venientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua sincera & religiosa deuotione ad epistolam nostrã rescribens, non tm consensit, sed & instructũ se esse gratias egit. His verbis beati Cypriani, accepimus eum à Iubaiano esse consultũ, & quid rñderit consulenti, & q̃ ille instructũ se esse gratias egerit. Nunquid iã pertinaces existimare debemus, si considerare voluerimus eandem ipsam epistolã, qua
H hoc Iubaiano persuasum est? Donec. n. persuadeatur & hoc, si vobis persuaderi veris rationibus potest, securos nos de iure catholicæ communionis facit ipse Cyprianus. Sequitur. n. & dicit, Superest vt de hac ipsa re quid singuli sentiamus, ꝓferamus, neminẽ iudicantes, aut à iure communionis aliquẽ si diuersum senserit amouentes. Non solũ ergo mihi saluo iure communionis adhuc verum quærere, sed etiam diuersum sentire concedit. Neq; n. quisquam nostrum, inquit, epm se eporum constituit, aut tyranico terrore ad obsequendi necessitatẽ collegas suos adigit. Quid mansuetius? qd humilius? Nulla nos certe deterret authoritas à quærẽdo quid verum sit. Qũ habeat, inquit, omnis eps pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, qũo nec ipse possit alterum iudicare. Opinor vtiq; in his qstionibus, quę nondum eliquatissima pẽctione discussæ sunt. Nouerat. n. quantam sacramenti profunditatem tunc omnis ecclesia varia disputatione versabat, liberũque faciebat quærendi arbitrium, vt examinata veritas panderetur. Neq; n. mentiebatur, & simpliciores collegas suos in verbo
Ioan. 1. scendus & approbãdus sit, in progressu sermonis nẽt res ipsa indicabit. Arbitremur L itaq; iam illam epistolam, quę ad Iubaianũ ab eodem data est, recitatam nobis, sicut in concilio recitata est. Legat eam primo qui lecturus est hæc, quæ dicturus sum, ne qd forte necessariũ me subtraxisse arbitretur. Nimis. n. longum est, nec ad explicationẽ susceptæ rei ptinet, vt omnia verba huius epistolæ nunc commemorentur a nobis. Si quis aũt quærit, quid interim teneam dum ista pertractabo, R ñdeo, primum mihi Cypriani literas suggessisse quod teneam, donec pspiciam quale sit qđ postea cœpit discutiari. Ait quippe ipse Cyprianus, sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de ijs, qui in pte
Sentẽtia Castli. ritum de hæresi venientes, ad Ecclesiã sine baptismo admissi sint? Vtrum reuera sine
Cap. 5. Dist. 8. c. baptismo isti fuerint, an ideo sint admissi, quia illi qui admittebant eos habere baptis-
qui con tempta. mum intelligebant, mox considerabimus. Veruntũ quæ soleret esse Ecclesiæ sanctæ consuetudo, satis idem Cyprianus ostẽdit,
Infr. lib. 6. ca. 35. qui ait, in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo admissos.
Augusti. Cap. 6. Dicit ẽt in ipso concilio Castus Siccensis, Qui contempta veritate præsumit con
Ioan. 14 M suetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & maliguus quibus veritas reuelaĩ, aut
August. circa Deũ ingratus est, cuius inspiratione
Dist. 9. c. Ecclesia eius instruit. Vtrũ veritas reuelaqui cõẽ ta sit, mox quæremus, tũ aliam fuisse Eccle
pta. & c. fiæ consuetudinem ẽt iste cõfessus est. Di-
veritate. cit & Libosus Vagensis, In Euangelio Do
Cap. 7. minus, Ego sum, inquit, veritas: non dixit,
August. ego sum consuetudo. Itaq; veritate mani-
Dist. 8. c. festata, cedat cõsuetudo veritati. Plane re-
q cõẽ spondeo. Quis dubitet veritati manifestaꝓ. Idę tæ debere consuetudinẽ cedere? Sed de maher. in nifestata veritate mox videbimus, nunc tũ
ser. li. 7. & iste aliã consuetudinẽ fuisse manifestat.
cap. 10. Item Zozimus a Tarassa dixit, Reuela-
Gel. 1. tione facta veritatis, cedat error veritati, qa
Cap. 8. & Petrus q̃ prius circuncidebat, cessit Pau
Dist. 8. c. lo veritatẽ pdicãdi. Respon. Noluit quidẽ
veritate, iste dicere consuetudinẽ, sed errorem. Verũ
& ca. qui tũ cum dicit, Quia & Petrus, qui prius cir-

viribus aut perspectis rebus ferenda sentẽtia est. Itaq; solicitius inquirenti, quanta mihi etiam ipsius Cypriani literæ suggesserunt, pro hac sententia quã nunc Ecclesia catholica tenet, vt Chri baptismus non ex merito eorũ per quos dat, sed ex ipsius de quo dictum est, Hic est qui baptizat, agnomonis nẽt res ipsa indicabit. Arbitremur L itaq; iam illam epistolam, quę ad Iubaianũ ab eodem data est, recitatam nobis, sicut in concilio recitata est. Legat eam primo qui lecturus est hæc, quæ dicturus sum, ne qd forte necessariũ me subtraxisse arbitretur. Nimis. n. longum est, nec ad explicationẽ susceptæ rei ptinet, vt omnia verba huius epistolæ nunc commemorentur a nobis. Si quis aũt quærit, quid interim teneam dum ista pertractabo, R ñdeo, primum mihi Cypriani literas suggessisse quod teneam, donec pspiciam quale sit qđ postea cœpit discutiari. Ait quippe ipse Cyprianus, sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de ijs, qui in pte
Sentẽtia Castli. ritum de hæresi venientes, ad Ecclesiã sine baptismo admissi sint? Vtrum reuera sine
Cap. 5. Dist. 8. c. baptismo isti fuerint, an ideo sint admissi, quia illi qui admittebant eos habere baptis-
qui con tempta. mum intelligebant, mox considerabimus. Veruntũ quæ soleret esse Ecclesiæ sanctæ consuetudo, satis idem Cyprianus ostẽdit,
Infr. lib. 6. ca. 35. qui ait, in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo admissos.
Augusti. Cap. 6. Dicit ẽt in ipso concilio Castus Siccensis, Qui contempta veritate præsumit con
Ioan. 14 M suetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & maliguus quibus veritas reuelaĩ, aut
August. circa Deũ ingratus est, cuius inspiratione
Dist. 9. c. Ecclesia eius instruit. Vtrũ veritas reuelaqui cõẽ ta sit, mox quæremus, tũ aliam fuisse Eccle
pta. & c. fiæ consuetudinem ẽt iste cõfessus est. Di-
veritate. cit & Libosus Vagensis, In Euangelio Do
Cap. 7. minus, Ego sum, inquit, veritas: non dixit,
August. ego sum consuetudo. Itaq; veritate mani-
Dist. 8. c. festata, cedat cõsuetudo veritati. Plane re-
q cõẽ spondeo. Quis dubitet veritati manifestaꝓ. Idę tæ debere consuetudinẽ cedere? Sed de maher. in nifestata veritate mox videbimus, nunc tũ
ser. li. 7. & iste aliã consuetudinẽ fuisse manifestat.
cap. 10. Item Zozimus a Tarassa dixit, Reuela-
Gel. 1. tione facta veritatis, cedat error veritati, qa
Cap. 8. & Petrus q̃ prius circuncidebat, cessit Pau
Dist. 8. c. lo veritatẽ pdicãdi. Respon. Noluit quidẽ
veritate, iste dicere consuetudinẽ, sed errorem. Verũ
& ca. qui tũ cum dicit, Quia & Petrus, qui prius circũcidebat, cessit Paulo veritatẽ prædicãti, cõtẽpta-
satis indicat, q̃ aliud ẽt de baptismo fieri so- Idẽ infr.
lebat. Simul ẽt monet nos, nõ fuisse impos- li. 7. c. 27
sibile vt de baptismo Cyprianus aliquid aliter saperet quam veritas postulabat, quę ab Ecclesia, & ante illum & post illum retenta est, sicut potuit aliq̃d ẽt Petrus aliter sapere qđ veritas non habebat, quàm Paulo Apostolo doctore didicimus.

Item Felix a Buslacenis dixit, In hæreticis sine Ecclesiæ baptismo admittendis, nemo consuetudinem rõni & veritati ꝓponat, q̃a consuetudinẽ ratio & veritas sem- G
per excludit. Respon. Si ratio, si veritas, op- August.
time. Sed hoc mox videbimus, in t. rim fuisse aliã cõsuetudinẽ ẽt verbis huiꝰ apparet.

Itẽ Honoratus Actuca dixit, Cũ Chrs Cap. 9.
veritas sit, magis veritatẽ q̃ cõsuetudinem Dist. 8.
sequi debemus. Respõ. His omnibus sentẽ ea q̃ con
tijs declaratur non extra cõionem nos es- tempta.
se constitutos, donec veritas q̃ dicunt huic Idem in
consuetudini esse præponendã, liquide elu- fra lib. 7.
xerit. Si aũt veritas id aperuerit esse retinẽ cap. 41.
dum, quod illa consuetudo ꝓscripserat, manifestum erit, nec illam frustra fuisse institutam atq; roboratam. Et vigilantius etiam post istas disputationes, tanti sacramẽti saluberrimam obseruatione, in Ecclesia catholica non potuisse mutari, sed conciliorum etiam maiori robore confirmatam, religiosissime custodiri.

Scribit ergo ad Iubaianum Cyprianus Cap. 10.
de hæreticorum baptismo, qui videntur ei Cypria-
foris posiri, & extra Ecclesiã constituti ven nus ad
dicare sibi rem, nec iuris sui, nec potestatis, Iubaia-
qđ nos, inquit, nec ratũ possumus, nec legi num.
timum putare, qñ hoc apud eos cõstat esse H
illicitum. Nec nos abnuimus eũ qui apud Augu-
hæreticos vel in aliquo schismate extra cõ sti.
munionem Ecclesiæ baptizaĩ, nõ ei ꝓdesse inquantum hæreticorũ & schismaticorum puersitati consentit, nec illos q̃ baptizant, quãuis & ipsum & verum debet baptismi sacrm, recte tũ facere extra Ecclesiã colligere, & contra Ecclesiã sentire. Sed aliud est non habere aliquid, aliud non iure habere, vel illicite vsurpare. Non itaque ideo non sant sacra Christi & Ecclesiæ, quia eis illicite vtunt, non hæretici solũ, sed etiã oẽs iniqui, & impij. Sed tũ illi corrigẽdi aut puniendi, illa vero agnoscenda & veneranda sunt. Dicit sanè de hac re, non vnũ, sed duo Cypria.
vel amplius facta esse cõcilia, sed tũ Aphricana. Nam & in quodã septuaginta & vnũ

Eos fuisse commemorat, quorum omniũ authoritati, uniuersæ Ecclesiæ, cum longe pluribus Epis toto orbe diffusæ authoritatẽ, non dubitamus cũ ipsius Cypriani pace præponere, cuius vniuersæ Ecclesiæ ineuul
De cõse. dis. 4. ca. non est aqua. sibile mẽbrum se esse gaudebat. Non est ãt aqua prophana & adultera, super q̃ nomen dei inuocatur, ẽt si à prophanis & adulteris inuocetur, qa nec ipsa creatura, nec ipsum I nomen adulterum est. Baptismus vero Christi verbis euangelicis consecratus, & per adulteros & in adulteris sanctus est, quanuis illi sint impudici & immundi, quia ipsa eius sanctitas pollui nõ potest, & sacro suo diuina virtus assistit, siue ad salutẽ bene vtentiũ, siue ad perniciem male vtẽtiũ. An vero solis vel etiam lucernæ lux, cum per cœnosa diffunditur, nihil inde sordiũ contrahit, & baptismus Christi põt cuiusquam sceleribus inquinari? Si.n. ad ipsas res visibiles quibus sacramenta tractantur, animũ conferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si autem ad id quod per illas agitur, quis non videat non posse corrumpi, quanuis homines per quos agitur, pro suis moribus vel pmia percipiant, vel pœnas luant? Recte autem non mouit Cyprianum quod scripsit Iubaianus, Nouatianenses rebaptizare eos qui ad se ex catholica uenirent.

Anabaptismus quare vitatur. Neq; n. quicquid hæretici peruerse fuerint imitati, propterea faciendum à catholicis non est, quia illi similiter faciunt. Sed aliud est cur hæretici rebaptizare non debeant, aliud cur catholici. Hæretici. n. nec si
Cap. 11. in catholica faciendũ esset, facere deberent, quia in catholicis hoc non esse dicunt, quod ipsi cum ibi essent acceperunt, & cum discerent abstulerunt. Catholica vero ppea K non debet iterare baptismũ, quia apud hæreticos datus est, ne iudicare videatur ipsorum esse qđ Christi est, aut eos non habere, qđ intus cũ acciperent, amittere vtiq; foras exeundo non possent. Hoc n. ipse Cyprianus ẽt cũ cæteris statuit, vt si ab hæresibus redirent ad Ecclesiã, quicunq; fuerant in ea baptizati, non tã per baptismũ, sed p pœnitentiam reciperentur, vñ constat eos nõ posse amittere recedentes, qđ non reci-
De cõse. dis. 3. ca. hũc aũt. piunt remeantes. Non ãt sicut hæresis ipsorũ est, sicut error ipsorũ est, sicut sacrilegiũ dissensionis ipsorũ est, sic ẽt baptismus qui Chri est, dici debet ipsorum. Itaq; cũ illa mala ipsorum quando redeunt corrigũ tur, in eo quod ipsorum non est, ille agnoscendus est cuius est.

Ideo aũt non se nouam aut repentinam Cyrẽ statuisse beatus Cyprianus ostendit, qa sub Agrippino iã cœperat fieri. Anni sunt, inq̃t, multi & lõga ætas, ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro, conuenientes Epi plurimi hoc statuerunt. Proinde ab ip so Agrippino res noua facta est. Quo aũt dicat atq; exinde in hodiernum tot milia hæreticorũ in prouincijs nostris ad Ecclesiã conuersi, non aspernati sunt neq; cunctati, immò & rationabiliter & libenter amplexi sunt, vt lauacri vitalis & salutaris baptismi gratiam consequerentur, non video, nisi forte hoc dicat exinde in hodiernum, quia nulla de illis ex quo in Ecclesia per Agrippini conciliũ baptizati sunt, quæstio alicuius excõicationis exorta est. Cæterũ si permanebat ab Agrippino vsq; ad Cypria num consuetudo baptizandi ab hæreticis venientes, vt quid facta sunt à Cypriano de hac re cõcilia? Vt quid idẽ Iubaiano dicit, non se rẽ nouã facere aut repentinã, sed ab Agrippino institutã? Cur. n. Iubaianus de nouitate turbaretur, vt eũ p authoritatẽ Agrippini sanari oporteret, si ab Agrippino vsq; ad Cypria. hoc tenebat Ecclesia? Cur deniq; tot eius collegæ in concilio dixerunt rationẽ & veritatẽ consuedini pponendã, ac non potius dixerunt eos q̃ aliud facere vellent, & contra veritatem & contra consuetudinem facere?

De remissione ãt peccatorum, vtrũ per Cp baptismũ apud hæreticos fiat, quid mihi videatur, in alio iam volumine scripsi. Sed ẽt hic breuiter cõmemoro. Si fit illic remissio debitorum per baptismi sanctitatem, rursus debita redeunt per hæresis aut schismatis obstinationem, & ideo necessarium habent hmõi huiusmodi homines venire ad catholicam pacẽ, vt hæretici & schismatici esse iam desinant, & corũ quæ in illos redierant, peccatorũ purgationẽ in vnitatis vinculo charitate operante mereantur. Si autem quãuis apud hæreticos vel schismaticos idẽ sit baptismus Christi, non tũ ibi operatur remissionem peccatorum pp eandem discordiæ fœditatẽ & dissentionis iniquitatem. Tunc incipit valere idem baptismus ad dimittenda peccata, cum ad pacem venerit, non vt iam dimissa non retineantur, neque vt illa baptismus quasi alienus aut alius improbetur, aut alter tradatur, sed vt idem ipse qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter

tem, propter pacem intus operetur salutẽ.
2.Co.2. Idem quippe odor erat de quo dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, & tñ in ijs qui salui fiũt inquit & in ijs qui pereunt. Alijs quidẽ odor vitę in vitam, alijs aũt odor mortis in mortem. Quod & si de alia re dixit, ad hoc ego posui, vt intelligatur aliquod bonum, non solum vitam posse operari bene vtentibus, A sed etiam mortem male vtentibus.

De cõse. cra. dist. 4. c. sicut in sacris. Cap. 14. Nec interest cũ de sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimũ ad salutis viam, sed ad sacri q̃stionem nihil interest. Fieri. n. põt vt homo integrum habeat sacrm & peruersam fidem, sicut fieri põt, vt integra teneat verba symboli, & tamen non recte credat, siue de ipsa trinitate, siue de resurrectione, vel aliquid aliud. Neque enim parua res ẽ in ipsa intus catholica tenere integram fidem, ita vt omnino nõ de aliqua creatura, sed de ipso Deo nihil aliud credat q̃ veritas hẽt. Nunquid nam ergo si in ipsa catholica baptizatus, postea legẽdo, audiendo, & pacifice differendo, ipso Dño reueláte cognouerit aliter se antè credidisse q̃ debuit, denuo baptizandus est? Quis aũt carnalis & animalis homo, nõ per phãtasmata cordis sui euageẽ, & constituat sibi Deum qualis ei pro suo sensu carnali placuerit, atq; ita credat tantum longè aliter q̃ Deus est, quantum a veritate vanitas differt? Verissimam quippe sententiam dixit
2.Co.2. Apostolus, plenus lumine veritatis. Anima lis, inquit, hõ nõ percipit, quæ sunt spiritus Dei. Et tamen de his hoc dicebat, quos iam
1.Co.1. B fuisse baptizatos ipse manifestat. Eis. n. dicit, Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Habebant ergo isti baptismi sacrm, & tamen carnaliter sapiendo, quid poterant de Deo credere, nisi secm sensum carnis suæ, vbi
1.Co.3. animalis homo non percipit, quæ sunt spũs Dei? Talibus dicit, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalib9: quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum. n. poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Tales etiam circunferuntur
Ephes. 4. omni vẽto doctrinæ, de qualibus dicit: Vt vltra non simus paruuli, iactati & circũlati omni vento doctrinæ. Nũquid ergo isti si profecerint vsq; ad spiritalẽ hominis in teriores ætatem, & intelligẽtiæ synceritate cognouerint, q̃ longe aliter per fallaciam suorũ phãtasmatũ de deo crediderint q̃ veritas postulabat, iterũ baptizandi sunt? Sic ẽt fieri põt, vt alicuius hæretici librum catholicus cathecumenus incidat, & à veritate nesciens discernere errorem, credat aliquid contra catholicam fidem, cui tñ errori verba symboli non repugnant. Sub eisdem quippe verbis innumerabiles hæreti- C corum errores exorti sunt. Putans ergo iste catholici alicuius magni atq; docti esse illum librum, si talia credens in catholica baptizetur, & posteriore diligentia cognoscat quemadmodũ credere debeat, atq; arrepta fide catholica illud ex animo respuat, nunqd si hoc cõfessus fuerit, denuo baptizãdus est? Aut si anteq̃ discat, & confiteatur, hoc sentire inueniatur, & quid abijcere debeat, quidue credere doceatur, manifestũq; fiat in ea falsitate fidei baptizatũ fuisse, nunqd denuo baptizãdus est? Quid itaq; illa sanctitas sacri verbis euãgelicis cõsecrata sup eũ integra nõ pmanebat, sicut eã traditã acceperat, quãuis ipsa in carnalis mentis vanitate constitutus, aliud cũ baptizaretur crederet q̃ credere debuisset? Quapropter manifestũ est fieri posse, vt fide non integra integrũ in quoquã maneat baptismi sacrm, & ideo illa quæ de diuersorũ hæreticorũ varietate dicũtur, ad istã q̃nem nõ pertinẽt. Illud. n. in quoq; corrigendum est, quod ille per quem corrigitur prauum esse perspexerit. Illud sanandũ est quod ęgrotat, illud dandum est quod non habetur, & maxime charitas pacis, sine qua cætera prodesse non possunt. Sed tñ cum assunt, nõ quasi desint tradenda sunt, sed vt fructuose & non perniciose habeantur, per ipsum vinculum pa- D cis & eminentiam charitatis agendum est.

Marcionis baptismus. Cap. 15 Quamobrem si euangelicis verbis in nomine patris & filij & spũs sancti, Marcion baptismum consecrabat, integrum erat sacramentum quanuis eius fides sub eisdem verbis aliud opinantis quàm catholica veritas docet non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Nam sub eisdẽ verbis. i. in nomine patris & filij & spũs sancti, non solum Marcion aut Valẽtinus, aut Arrius, aut Eunomius, sed ipsi carnales par uuli ecclesiæ, quibus dicebat Apostolus, Non potui loqui vobis quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, si possent singuli di- 1.Cor.3
ligenter interrogari, tot diuersitates opinio De cõse.

dist.4.c. sicut in sacris.
num fortasſis,quot homines numerarentſ. Animalis.n.homo non pcipit ea,quæ ſunt ſpûs Dei. Nunquid tũ ideo non integrum
1.Co.1. ſacrm accipiunt? Aut nunquid ideo ſi pfecerint,& opinionum carnalium vanitatem emendauerint, denuo quod acceperant repetendũ eſt? Accipit quiſq; ſecundũ fidem ſuam, ſed quantũ capit gubernante illa miſericordia dei,de qua præſumens idẽ Apo-
Philip.3 ſtolus dicit, Si quid aliter ſapitis, id quoq; E vobis Deus reuelabit. Laquei tamen hæreticorum & ſchiſmaticorum propterea carnalibus nimium pernicioſi ſunt, quia ipſe profectus eorũ intercluditur, confirmata ſentẽtia vanitatis aduerſus catholicam veritatem, & confirmata animoſitate diſſenſionis aduerſus catholicam pacem. Sacra tamen ſi eadem ſunt, vbiq; integra ſunt,etiã ſi praue intelligaſ, & diſcordioſe tractãtur,
Hier.15 ſicut ſcriptura ipſius euangelij ſi eadẽ ipſa eſt,vbiq; integra eſt,etiam ſi innumerabili falſorum opinionũ varietate aſſeratur. Nã quod ait Hieremias, Vt quid qui cõtriſtãt me prævalent, plaga mea ſolida eſt, vnde ſanabor dum fit facta, eſt mihi ſicut aqua mendax non habens fidẽ, Si figurate atq; allegorica locutione prophetiæ nuſquam poneretur aqua, niſi quæ baptiſmum ſignificaret, laboraremus quærere quid ſibi ve-
Apoc.17 lint hæc verba prophetiæ. Nunc autem cũ apertiſsime in Apocalypſi exponantur aquæ pro populis poſitæ,cur non intelligam aquã mendacem,& ſine fide populum mẽdacem ac perfidum,neſcio.

Sola charitas nõ daſ extra catholicam.
Spiritus autẽ ſanctus quia in ſola catholica per manus impoſitionem dari dicitur, mirum hoc intelligi maiores noſtri voluerunt,quod Apoſtolis ait, Quoniã charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per
Cap.16. ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis, Ipſa eſt F. n.charitas quam habẽt qui ab eccleſiæ catholicæ communione pciſi ſunt,ac per hoc
Rom.5. etiã ſi linguis hominũ loquant & angelo-
1.Co.13 rum, ſi ſciant omnia ſacramẽta & omnem ſcientiam, omnem habeant prophetiam,& omnem fidem vt montes trãsferant, & diſtribuant omnia ſua pauperibus, & tradãt corpus ſuum vt ardeant, nihil eis prodeſt. Non autẽ habet dei charitatẽ qui eccleſiæ non diligit vnitatem,ac per hoc recte intelligitur dici nõ accipi, niſi in catholica ſpũs
Acto.8. ſanctus. Neq; n.palibus & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus per manus impoſitionem modo datur ſpũs ſanctus, ſicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei & Eccleſiæ primordia dilatanda. Quis.n. nunc hoc expectat, vt ij quibus manus ad accipiendũ ſpm ſanctũ imponitur,repente incipiant linguis loqui? Sed inuiſibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inſpirari, vt poſſint dicere, Qm charitas Dei diffuſa Ro. eſt in cordibus noſtris per ſpm ſanctũ, qui datus eſt nobis. Multæ autem opationes ſunt ſpûs ſancti, quas idem Apoſtolus cũ G quodam loco quantum ſufficere arbitratus eſt commemoraſſet, ita concluſit. Omnia 1.Co. aũt hæc operatur vnus atq; idem ſpûs, dividens ſingulis prout vult. Cum ergo ſit aliud ſacrm qđ habere etiam Simõ Magus Act. potuit,aliud operatio ſpiritus, quæ in malis hominibus etiam fieri ſolet: ſicut Saul habuit prophetiam,aliud operatio eiuſdem 1.Reg. ſpûs, quam niſi boni habere non poſſunt, ſicut eſt finis pcepti charitas de corde pu- 1. Ti. ro, & conſcientia bona, & fide non ficta, 1.Io. quodlibet hæretici & ſchiſmatici accipiãt, charitas quæ cooperit multitudinem pecca- 1.Pet.4 torum, proprium donum eſt catholicæ vnitatis & pacis, nec eſt in omnibus, quia nec eius ſunt omnes, ſicut ſuo loco videbimus. Præter ipſam tamen eſſe illa charitas non poteſt, ſine qua cętera ẽt ſi agnoſci & approbari poſſunt, prodeſſe tamen & liberare nõ poſſunt. Manus autem impoſitio non ſicut 1.Co. baptiſmus repeti non poteſt. Quid eſt.n. Cap. aliud niſi oratio ſuper hominem?

Nam qm in typo vnitatis Petro Dñs de- Mat. dit poteſtatem, vt id ſolueret in terris qđ ille ſoluiſſet, manifeſtum eſt, qm illa vnitas Cã. etiam vna columba perfecta ſit dicta. Nũquid ergo ad eãdem columbã ptinent eẽs fi. auari, de quibus in eadem catholica grauiter idem Cyprianus ingemuit? Nam, vt opinor, raptores non columbæ, ſed accipitres dici poſſunt. Quomodo ergo baptizabant, qui fundos inſidioſis fraudibus rapiebant, & vſuris multiplicantibus fœnus augebant, ſi ſola illa columba illas vnitas quæ niſi in bonis intelligi non poteſt, ſimplex & caſta, & perfecta baptizat? An forte per orationes ſanctorum ſpiritalũ, qui ſunt in Eccleſia tanquam per columbæ ere- ber rimum gemitum magnum geritur ſacramentum, & occulta diſpenſatio miſericordiæ Dei, vt eorum ẽt peccata ſoluãtur, qui non per columbã, ſed per accipitrẽ baptizant, ſi ad illud ſacrm cum pace catholicæ

licæ vnitatis accedunt? Quod ſi ita eſt, cur non ergo per eorum orationes cum quiſq; ab hæreſi aut ſchiſmate ad pacem catholicã venit, eius peccata ſoluuntur? Sacri autẽ integritas vbiq; cognoſcitur, ſed ad peccatorũ illam irreuocabilem remiſſionẽ extra vnitatem eccleſiæ nõ valebit, nec in hæreſi aut ſchiſmate cõſtituto, ſed nec ſanctorum orationes. i. illius vnicæ colũbæ gemitus poſſunt adiuuare, ſicut nec intus poſitum poſſunt, ſi aduerſum ſe ipſe per vitam peſsimã teneat debita pctõrum non ſolum ſi per accipitrem, ſed ẽt ſi per ipſius columbæ pium miniſterium baptizetur.

I Sicut miſit me, inquit pater, & ego mitto vos, Hoc cum dixiſſet, inſpirauit, & ait illis, Accipite ſpm ſanctum: ſi cuius remiſeritis peccata, illi remittuntur, ſi cuius retinuerit, tenebuntur illi. Ergo ſi perſonam gerebant eccleſiæ, & ſic eis hoc dictum eſt, tanquã ipſi eccleſiæ diceretur, pax eccleſiæ dimittit peccata, & ab eccleſiæ pace alienatio tenet peccata, non ſecm arbitrium hominum, ſed ſecm arbitrium dei & oratio-
1.Co.2. nes ſanctorum ſpiritalium, qui omnia diiudicant, ipſi aũt à nemine iudicantur. Petra .n. tenet, petra dimittit: colũba tenet, colũba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit. Pax aũt huius unitatis in ſolis bonis eſt, vel iam ſpiritalibus, vel ad ſpiritalia concordi obedientia proficientibus: In malis aũt nõ eſt, ſiue foris tumultuentur, ſiue intus cum ge-
2.Petr. mitu tolerentur, & baptizent & baptizentur. 2. Sicut aũt iſti qui intus cum gemitu tolerãEphes.5 tur, quanuis ad eandẽ colũbæ vnitatẽ, & illam glorioſam eccleſiã non hũtem maculã aut rugam aut aliquid eiuſmodi non pertineant, tũ ſi corrigantur, & ſe peſsimos ad baptiſmum acceſsiſſe fateantur, non rebanere, per cuius eis gemitus peccata ſoluuntur, à cuius pace alienatis tenebantur: Sic & qui apertius foris ſunt, ſi eadem ſacra ſumpſerunt cum correcti ad eccleſiæ veniunt vnitatem non iterato baptiſmo, ſed eadem charitatis lege & vnitatis vinculo liberantur, Nam ſi non niſi in eccleſia præpoſitis, & euangelica lege ac dñica oratione funda tis licet baptizare, nunquid tales erant qui fundos inſidioſis fraudibus rapiebãt, & vſuris multiplicantibus fœnus augebant? Arbitror.n. quia illi dñica oratione fundati
Ad Ti.1 ſunt, qbus cum formam daret Apoſtolus, aũt, Non auarum, non turpis lucri cupidũ;

Tales tũ ipſius Cypriani tpibus baptizabant, quos coepos ſuos cum magno fuiſſe gemitu confitetur, & cũ magna tolerantiæ 1.q i.c.re
mercede perpetitur: Remiſsionẽ tũ peccamiſſionẽ
torũ non dabant, quæ per orationes ſancto
rũ. i. per columbæ gemitus datur quicunq;
baptizet, ſi ad eius patrem illi pertinẽt qui- Legite
bus datur. Non.n. raptoribus, & fœnerato caute.
ribus diceret dñs, Si cui dimiſeritis peccata, Ioan.20
remittuntur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquid poteſt nec ſolui, vbi non ſit qui aut ligare poſsit aut ſoluere, ſed ſoluitur qui cum columba L
fecerit pacem, & ligatur qui cum colũba nõ
habet pacem, ſiue aperte foris ſit, ſiue intus Mum.16
eſſe videatur. Dathan vero & Abiron qui ſibi licentiam ſacrificandi vſurpare conati ſunt contra vnitatẽ populi dei, & filij Aaron qui alienũ ignem altari impoſuerunt, Leui.10
nouimus qm impune nõ fecerint. Nec nos alia ſcelera dicimus impunita remanere, ni ſi ſe tales correxerint, ſi patientia dei ad penitentiã adducens tps corrigendi largitur. Rom.2.

Illi ſanè qui propterea dicunt non eſſe Cap.19
iterandum baptiſmum, quia manus tantũmodo impoſita eſt eis quos Philippus diaconus baptizauerat, nihil ad rem pertinens dicunt, & abſit vt cum verſi quærimus, tali Acto.8.
bus argumentis vtamur. Quapropter magis hæreticis non cedimus, ſed quod habent de Chriſti eccleſia, non eſſe dicamus ipſorum, nec propter ſcelera deſertorum impe
ratoris noſtri ſigna nolimus agnoſcere, ma Exo.34.
gis quia dñs deus noſter deus zelans eſt, quicquid eius apud aliquem agnoſcimus, nullo modo ei concedamus vt ſuum proprium eſſe arbitretur. Ipſe certe deus zelans fornicanti à ſe fœminæ in figura pre-
uaricatricis plebis exprobrat & dicit, quod M
ea quæ ipſius eſſent dabãt amatoribus ſuis, & rurſus ab eis accipiebat quæ non illorũ ſed ipſius erant. Inter adulteram fœminam & adulteros amatores dona ſua tamen deus tanquam zelans iratus agnoſcit, & nos hæreticorum eſſe baptiſmum dicimus verbis euangelicis conſecratum, commoti factis eorum etiam quę dei ſunt eis tribuere nolumus, quaſi ea contaminare potuerint, aut propterea ea ſua facere quæ dei ſunt, quia ipſi dei eſſe noluerunt. Quæ Oſee. 2.
eſt illa mulier adultera quam Oſee Propheta deſignat, quæ dixit, Ibo poſt amatores meos, qui mihi dant panes meos & aquam meam, veſtes meas, & linteamina

mea, & vniuersa q̃ mihi concedent. Licet quidē hoc & de prēuaricatione Iudæorum gente intelligere, sed tñ quos alios imitātur pseudochristiani, hoc.n. sunt oēs hęretici & schismatici, nisi pseudo Israelitas? Erant enim & veri Israelitæ, sicut ipse dñs Nathanaeli perhibet testimoniū dicens, Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Qui sunt aūt veri christiani, nisi de quibus idem dñs dicit, Qui diligit me, mandata mea custodit? Quid est aūt custodire mandata eius, nisi in dilectione persistere? Vnde etiā dicit, Mandatum nouū do vobis vt vos inuicem diligatis. Et iterum, In hoc scient oēs quia mei discipuli estis, si uos inuicem dilexeritis. Quis aūt dubitet, non eis solis dictū qui tunc per eius carnem uerba p̄sentis audiebant, sed & eis qui nunc per Euangeliū sedentis in cœlo verba cognoscunt. Ille .n. uenit nō legem soluere sed implere. Plenitudo autem legis charitas. Qua multum uiguit Cyprianus, ut aliud de baptismo sentiens, non tñ desereret unitatem & esset inuite dñica radicatum sarmentum fructuosum, q̃ etiam ferro passionis purgaret cœlestis agricola, vt maiorem fructum daret. Huius autem fraternæ charitatis inimici, siue aperte foris sint, siue intus esse uideant, pseudochristiani sunt, & antichristi. Inuentis n. occasionibus foras exeunt, sicut scriptum est, Occasiones quærit qui vult discedere ab amicis. Sed ēt si occasiones desint, cū intus uidētur, ab illa inuisibili charitatis compage separati sunt. Vnde Ioannes dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis mansissent vtiq; nobiscū. Nō ait q̃ exeūdo alieni facti sunt, sed q̃ alieni erāt, p̄p hoc eos exijsse declarauit. Dicit & Apostolus Paulus de quibusdā qui circa veritatē aberrauerant, & fidē quorundam subuertebant, quorum sermo vt cancer serpebat, quos cum euitandos esse diceret, in vna tñ domo magna eos fuisse significat, sed tanquam vasa in contumeliā. Credo q̃ nondum foras exierant. Aut si iam exierāt, qūo eos dicit in eadem magna domo cum vasis honorabilibus, nisi forte propter ipsa sacramenta, quæ separatis etiā hæreticorū cōuenticulis non mutata sunt, ad vnam magnam domum dicit omnes, sed diuersis meritis pertinere, alios in honorē, alios in contumeliam. Sic enim loquitur ad Timotheum scribens, Prophanas aūt verborū noui tatescuita, Multum .n. proficiūt ad impietatem, & sermo eorū sicut cancer serpit: Ex q̃bus est Hymeneus & Philetus, qui circa veritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionē iam factam esse, & fidē quorundam subuertunt. Firmum autem fundamentum dei stat, habens signaculum hoc, Nouit dominus qui sunt eius: & recedat ab iniustitia, omnis qui nominat nomen dñi. In magna aūt domo, non solū aurea vasa sunt vel argentea, sed & lignea & fictilia, alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam. Si quis ergo emundauerit semetipsum ab istiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum, vtile domino ad oē opus bonum paratum. Quid est autem mundare semetipsum à talibus, nisi quod paulo ante dicit, Recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini? Et ne quispiā putaret tanquam in vna domo magna perire se posse cum talibus vigilantissime prædixit, Nouit dñs qui sunt eius: eos videlicet qui recedendo ab iniquitate se mundāt à vasis fictis in contumeliam, ne cum ipsis pereant quos in domo magna tolerare coguntur. Mali ergo & facinorosi, carnales, animales, diabolici, à seductoribus suis sibi dari arbitrant, q̃ nō nisi munera dei sunt, siue sacramenta siue spiritales aliquas operatiōes, circa psentem salutē. Non aūt habent isti charitatem in deū, sed circa eos occupati sunt, quorum superbia seducuntur, & cōparantur mulieri fornicanti, q̃ Propheta cōmemorat dicente, Ibo post amatores meos, q̃ mihi dant panes meos, & aquā meā, vestes meas, & linteamina mea, & oleum meum, & vniuersa quæ mihi condecent. Sic .n. fiunt hæreses & schismata, cum dicit plebs carnalis quæ in charitate dei fundata non est, Ibo post amatores meos: cū quibus vtiq; siue p̄ fidei corruptionē, siue per elationē superbiæ turpiter fornicatur, sed p̄p eos qui passi difficultates & angustias & intercluſiones in quarijs ratiocinationibus eorō à quibus seducuntur, cōpunguntur timoribus, & redeunt ad viā pacis, ad quærendū syncerit er deū. Ideo sequitur & dicit, Propterea ecce ego sepio sudibus viā illius, & ędificabo in vias ipsius spinas, & tramitem suum non inueniet, & persequetur amatores suos, nec illos apprehendet, & requiret eos, nec inueniet eos, & dicet, Ibo & reuertar ad virum meū priſtinum, quia bene tunc mihi fuit q̃ nūc. Deinde ne putentur illa quæ seductores hūt integra, & de veritatis doctrina veniencia per-

tia, per q̃ seducunt ad falsitates dogmatū & dissensionū suarū. Ne illa ergo q̃ hūr integra ipsorum putentur, addidit cōtinuo, Et hæc nō cognouit q̃ ego ei dederim frumētum & vinū & oleū, & pecuniā multiplicaui illi, ipsa vero fecit vasa aurea & argentea Baal. dixerat .n. superius, Ibo post amatores meos, qui mihi dāt panes meos &c. nō vtiq; intelligens hæc dei esse non hominū, quæcunq; ēt seductores integra & legitima tenent, nec ea ēt sibiipsi arrogarent, & qua si propria vendicarēt, nisi à plebibus seducentibus vicissim seducerentur, cum eis credit, & tales honores deferuntur, vt per eos habeant potestatem talia dicendi, & sibi talia vendicandi, vt error eorum veritas appelletur, & scelus eorum iustitia putetur, propter sacramenta & scripturas quas tenent ad speciem, nō ad salutem. Ideoq; & per Ezechielem eidē fornicariæ dicit, Et protulisti de uasis gloriæ tuæ de auro meo, & de argento meo ex quibus dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis, & accepisti vestem meam versicoloriam, & cooperuisti idola tua, & oleum meum & incensum meum imposuisti ante faciem idolorum tuorū, & panes meos dedi tibi, & similagine & melle & oleo cibaui te, & posuisti hæc ante faciem idolorum tuorum & in odorem bene olentē perfeciſti hæc. Ad imagines enim phantasmatum suorum, cum quibus volutari carnalis anima delectat, cōuertit, omnia sacra & uerba librorū sanctorū. Nec tñ qa illæ imagines falsæ sunt, & doctrinæ dæmoniorū sunt, in hypocrisi mēdacilo quorū, p̄pea & illa sacra & diuina eloqa sic exhonorāda sunt vt illorū essē putentur, cum dñs dicat, de auro meo & de argento meo & veste mea uersicoloria, & oleo meo & incenso et panibus meis &c. An quia illa errantes eorum esse ista putāt aqui ubs seducuntur, propterea non debemus agnoscere cuius sint, cum ipse dicat, Et hæc non cognouit q̃ ego ei dederim frumentum, uinum & oleum, & pecuniā multiplicaui illi? Non .n. dixit eam nō habuisse ista, quia fornicaria erat, sed & habuisse dicitur, & nō sua nec amatorum suorum, sed dei, cuius vnius ista sunt. Quāuis ergo habuerit fornicationem suam, illa tamen quibus fornicationem suā ornabat, vel seducta vel seducens, non erat eius sed dei. Sed hæc de Iudæa gente figurabant, vbi Scribæ & Pharisæi reijciebāt mādatū dei, vt traditiones suas constituerent, vt cū plebe deum relinquente sic quodāmō fornicarentur, nec tñ talis illius tēporis in populo fornicatio quā dñs arguendo prodebat effecit vt eorū essent sacramenta, q̃ non erāt eorū sed dei, qui loquens ad fornicariā, dicit illa omnia sua esse, vnde ipse dñs ēt quos mundauit à lepra, ad eadem sacramenta misit, vt offerrent pro se sacrificium sacerdotibus, quia nondum eis successerat sacrificium, quod ipse post in Ecclesia voluit celebrari pro illis omnibus, quia illis omnibus ipse prænūcia batur, quanto magis nos sacramenta noui testamenti, apud quoslibet hæreticos vel schismaticos inuenientes non debemus eis tribuere, nec quasi non agnita reprobare, sed quanuis apud fornicariam mulierē donа viri legitimi agnoscere, & verbo veritatis illam fornicationem emēdare, q̃ propria est impudicæ mulieris, non illa dona culpare, q̃ propria sunt domini miserantis? Harum & talium rerum cōsideratione patres nostri, non solum ante Cyphianū uel Agrippinū, sed etiam postea saluberrimam consuetudinem tenuerunt, vt quicquid diuinum atq; legitimum in aliqua hæresi vel schismate integrum reperirent, approbarēt potius quàm negarēt: quicquid autem alienum, & erroris illius vel dissensionis proprium, veraciter arguerent & sanarēt. Sed ea quæ ex epistola illa, quæ ad Iubaianum scripta est, consideranda remanet, propter huius voluminis modum ab alio quantum opinor exordio suscipienda atque tractanda sunt.

Libri Tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De baptismo contra Donatistas, Liber Quartus.

ECclesia paradisso comparata, indicat nobis posse quidem eius baptismum homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eā neminē vel p̄cipere vel tenerēt. Nā & flumina de fonte paradisi sicut scriptura testat, ēt foras largiter manauerunt. Nominatim, q̃ppe cōmemorantur, & per quas terras fluāt, & quia extra paradisum constituta sunt, omnibus notū est: nec tñ in Mesopotamia vel

H Fons paradisi. Cap. 1. De conse. dis. 4. cap. Ecclesia paradiso Cene. 2.

in

Universidad de Deusto Biblioteca

in Aegypto quo illa flumina peruenerunt est fœlicitas vitæ, quę in paradiso commemorat. Ita fit, vt cum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tñ nõ sit nisi intra
Mat. 16. paradisum. Sic ergo baptismus Ecclesiæ pt esse extra Ecclesiam, munus autem beatæ vitæ nõ nisi intra Ecclesiam reperitur, quæ super petram ẽt fundata est, quæ ligandi & soluendi claues accepit. Hæc est vna quæ tenet & possidet oẽm sui sponsi & domini po testatem, per quam cõiugalẽ potestatẽ etiã de ancillis filios parere põt: qui si non superbiant, in sortem hæreditatis vocabũtur: si autem superbiant, extra remanebunt.

I Magis ergo quia pro Ecclesiæ honore at
Baptismus nõ corrũpitur. que vnitate pugnamus, non tribuamus hæreticis quicquid apud eos eius agnoscimus,
Cap. 2. sed eos arguentes doceamus quod ex vnitate habent non ualere ad salutem, nisi ad eãdem venerint vnitem. Aqua. n. Ecclesiæ fidelis, & salutaris & sancta est bene vtentibus. Ea vero bene vti extra Ecclesiã nemo potest: male aũt vtentibus & foris & intus, ad supplicium geritur, non ad præmiũ suffragatur, & ideo baptismus corrũpi & adulterari non potest, & si à corruptis & adulteris habeatur: sicut & ipsa Ecclesia incorrupta & casta & pudica est, & ideo non ad eam pertinent, auari, raptores fœneratores:
Cyprianus in epistola. quos non tantum foris sed etiam intus esse multis literarum suarum locis Cyprianus ipse testatur: & tamen nõ mutato corde baptizantur & baptizant. Nam & hoc in quadam epistola sua dicit ad clericos deprecando deo, transfigurãs in se vt sanctus Daniel peccata populi sui. Nam inter multa mala quæ cõmemorat etiam hoc ait, Seculo solis verbis & non factis renunciantes, sicut de quibusdam dicit Apostolus, Cõfitentur. n. nosse se deum, factis autem negant. Hos ergo beatus Cyprianus in ipsa iatus ecclesia
K versari arguit, qui corde in melius non mutato baptizantur, quando vtique seculo verbis non factis renũciant, cum dicat Apostolus Petrus, Quod & vos simili forma saluos fecit baptisma non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio, q̃ vtiq; nõ habebant, de quibus dicit, Seculo solis verbis & non factis renunciãtes: & tñ id agit increpans & arguens eos, vt aliquã do ambulent in via Christi, & eius amici
Ad Ti. 1 malint esse quàm seculi. Cui si obtempe
Mali nõ rassent, & recte iam viuere non vt pseudosũt mẽ- christiani, sed vt vere Christiani cępissent,

nunquid eos iuberet denuo baptizari? Non hoc vtiq;, sed hoc eius præstaret vera conuersatio, vt sacramentum quod non mutatis valebat ad perniciem, mutatis valere inciperet ad salutẽ, quia nec isti ecclesiæ deuoti sunt, qui videntur esse intus, & contra Christũ diuunt, id est, contra Christi mãdata faciũt nec omnino ad illam ecclesiã pertinere indicandi sunt, q̃ sic ipse mundat lauacro aq̃ in verbo, vt exhibeat sibi gloriosam ecclesiã non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Quòd si in ista ecclesia non sunt, ad cuius membra non pertinent, sunt in Ecclesia de qua dicitur, Vna est columba mea, vna est matri suæ: ipsa est. n. sine macula & ruga, aut asserat q̃ potest, huius colũbæ membra esse qui seculo verbis, non factis renunciant. Interim ad q̃ videmus vnde dictum arbitror, qui sapit diem dũo sapit: deus enim iudicat omnem diem. Secũ & dum aũt præscientiam qui nouit quos prædestinauerit ante mundi constitutionẽ conformes fieri imaginis filij sui, multi etiam aperte foris sunt & hæretici appellantur, multis & bonis catholicis mẽliores sunt. Quid enim sint hodie, videmus: quid crastina futuri sint, ignoramus. Et ideo quidẽ apud quem sunt præsentia quæ ventura sunt, ẽt quod futuri sunt iam sunt, Nos autem secũdum id quod in præsenti est cuiq; hominũ quærimus vtrum in illis Ecclesiæ mẽbris, Columba quæ vna columba dicta est, & sponsa Christi sine macula & ruga, hodie deputandi sint, de quibus dicit Cyprianus in Epistola quam commemoraui, quòd viam dominicam non tenerẽt, nec data sibi ad salutem cœlestia mandata reseruarent, quod non facerent domini voluntatem, patrimoniorũ lucro studentes, superbiam sectantes, æmulationi & dissensioni vacãtes, simplicitatis & fidei negligentes, seculo solis verbis & non factis renunciantes, unusquisque sibi placentes, & omnibus displicentes. Quòd si eos in suis membris nec illa columba cognoscit: & talibus si in eadem peruersitate permanserint dicturus est deus, Non noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem: videntur esse in Ecclesia sed non sunt, immo & contra ecclesiam faciũt. Quomodo ergo baptismo Ecclesiæ baptizare possunt, qđ nec ipsis prodest nec accedentibus, nisi intrinsecus uera conuersione mutent, vt ipsum sacramẽtũ qđ eis accipiẽtibus non proderat, qñ seculo verbis non factis renunciabant, prodesse incipiãt, cum & factis cœperint renũciare: ita & illi quorum est aperta separatio, quia in membris illius columbæ, nec hi nec illi sunt hodie, sed aliqui eorum fortasse futuri sunt.

Baptismus vbi- Non itaq; hæreticorũ baptisma acceptaque Xpi mus, qñ, post eos nõ baptizamus, sed qđ Xpi esse cognoscimus ẽt in malis hominibus, sine aperte foris, siue intus occulte separatis, illis in ea re in qua deuiabant correctis, debita veneratione suscipimus. Sicut autẽ vrgeri videor cum mihi dr, ergo hæreticus dimittit peccata: sic & ego vrgeo cum dico, eraptor, fœnerator, inuidus, verbis nõ factis seculo renuncians dimittit peccata. Si pervim sacri dei, sicut & ille ita & ille. Si p me ritum suum, nec ille nec ille. Illud. n. sacrm & in malis hominibus Christi esse cognoscitur: in corpore autem vnicæ colũbæ, incorruptæ, sanctæ, pudicæ, non habentis maculam aut rugã, nec ille nec ille inuenitur. Et quo accipiẽti nõ prodest baptismus, ei q̃ deest ei qui in hæresi vel schismate baptizatur, vtiq; aũt correcto pdesse incipit, qđ ante non proderat, sed tñ inerat. Baptizatus ergo in hæresi non fit templũ dei: nunquid tñ ideo pro baptizato nõ habendus est? Nã nec auarus intus baptizatus fit templũ dei, si ab auaritia non recesserit. Qui. n. siũt tẽplum dei, possident vtiq; regnum dei. Apostolus aũt dicit inter multa, Neq; auari neque rapaces regnum dei possidebunt. Auaritiã quippe idolorum seruituti alio loco idẽ Apostolus comparat, Et auaritia, inq̃t, quæ est idolorũ seruitus. Quẽ sensum idẽ Cyprianus sic exaggerauit in Epistola ad Antonianum, vt eorum peccata qui tẽpore perfecutionis pp libellos se purificaturos apud Antonianum profiteri erant, auaris cõputare non dubitaret. Sic ergo in hæresi baptizatus in nomine sanctæ trinitatis, tñ non fit templũ dei si ab hæresi non recesserit, quo neq; in auaritia in eodẽ nomine baptizatus fit tẽplũ dei si ab auaritia non recedat, quæ est idolorũ seruitus. Nam & hoc idẽ Apostolus dicit. Quæ compositio templo dei cũ idolis? Nõ ergo de nobis quæratur cuius templũ fiat, quẽ dicimus templũ dei non fieri. Nec tñ ideo non baptizatur, nec eius error immundus efficit, vt non sit sanctum sacramẽtum quod accepit verbis Euangelicis consecratum: sicut nec illius auaritia, quæ est idolorum seruitus, & magna immunditia põt efficere, vt non sit sanctum baptisma quod accipit: etiam si ab alio auaro similiter per eadem verba Euangelica baptizetur.

Proinde, inquit, frustra quidã qui rõne Comparatio hæ vincuntur, consuetudinẽ nobis obijciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut nõ id sit in spiritalibus sequendũ, quod in melius fuerit à spiritu sancto reuelatum. Hoc planè verum est, quia rõ & veritas consuetudini præponenda est. Sed cũ consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. Deinde sequitur & dicit, Ignosci enim potest simpliciter erranti, sicut de sepso dicit Apostolus Paulus, Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem vero & reuelationẽ factam qui in eo q̃ errauerat perseuerat, prudens & sciens sine venia ignorãtiæ peccat. Præsumptione. n. atq; obstinatione quadam nititur, cũ rõne superetur. Hoc verissimum est, longe grauius esse peccatũ eius qui sciens, q̃ eius qui nesciens peccauerit. Et ideo vir sanctus Cyprianus, non solum doctus, sed etiam docilis, quod in laude Epi Ad Ti. 1
quem designat Apostolus sic intellexit ipse, vt diceret etiam hoc in Episcopo esse diligẽdũ non solum vt scienter doceat, sed etiam patienter discat: non dubito q̃ si istam qõnẽ in ecclesia diu multumq̃; versatam cum viris sanctissimis doctissimisq̃; tractaret, pquos postea factũ est, vt antiqua illa cõsuetudo etiam plenario concilio firmaretur, sine dubitatione demonstraret, non solum q̃ doctus esset in his quæ firmissima veritate perceperat, verumetiã q̃ docilis in his quæ minus aduerterat. Et tñ cum manifestissimum sit, multo grauius peccare sciẽtẽ q̃ nesciẽtẽ, vellem mihi aliquis diceret, si qs in hæresim incurrat, nescíens q̃tũ malũ sit, & alius ab auaritia non recedat, sciens q̃tũ malũ sit, quis eorũ sit peior. Possum etiã ita D
pponere, si alius nesciẽs in hæresim irruat, & sciẽs alius ab idololatria nõ recedat, qa & Apostolus dicit, Auaritia q̃ est idolorũ Col. 3.
seruitus: & ipse Cyprianus eãdẽ sentẽtiã nõ aliter intellexit, sicut ad Antonianũ scribẽs, Cyprianus in Epist. ad Antonianum
ait, Nec sibi noui in hoc hæretici blãdiant, q̃ se dicãt idololatris nõ communicare: qñ sint & apud illos adulteri, & fraudatores q̃ teneant idololatriæ crimine. Hoc. n. scitote Ephe. 5.
intelligẽtes, qa omnis fornicator: aut immũdus, aut fraudator qđ ẽ idololatria, nõ hẽt

hæredi-

Col. 3. hæreditatē in regno Chri & dei. Et iterū, Mortificate itaq; mābra vra q̄ sunt sup terram, fornicationem, immunditiā & concupiscentiam malā, & auaritiam, q̄ est idolorū seruitus. Quæro ergo quis peccet grauius, qui nescius in hæresim incurrerit, an qui sciens ab auaritia. i. ab idololatria non recesserit. Scīm quidē illā regulam qua peccata scientiū peccatis ignorantium pponuntur, auarus cū scientia vincit in scelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritia sciētis admissio, vt hæreticus nescius auaro scienti coæquetur, q̄ q̄ non hoc videat oīdere testimonium, quod ipse ex Apostolo posuit. Quid. n. in hæreticis nisi blasphemias detestamur? Volens autem demonstrare ad facilitatem veniæ ignorantium pertinere peccata, posuit ex Apostolo vbi ait. Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiā cōsecutus sum, quia ignorans feci. Sed si possunt, vt dixi, amborum peccata æqualiter appendantur, ignorantis blasphemia & scientis idololatria, & eadem sententia iudicent, ille qui Christum q̄rēdo in verisimilem sermonē falsitatis incurrit, & ille qui sciens Chro resistit loquenti p Apostolum, Q̄m omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorū seruitus, non hēt hæreditatem in regno Christi & dei: cur in illo baptismus & Euangelica verba improbantur, in isto aūt approbant, cum ab illius columbæ membris vterq; inueniatur alienus? An quia ille foris apertus litigator est, ne intromittat, iste vero intus callidus assentator, ne foras proijciatur?

Cypria. Epist. ad Iubaianum. 1. Ti. 1. Ephe. 5.

Consuetudo cedit veritati discussę. Cap. 6.

Quod aūt ait, Ne quisquam dicat quod accepimus ab Apostolis, hoc sequimur, q̄m Apostoli non nisi vham ecclesiam tradiderunt, & baptisma vnū, quod non nisi in eadem Ecclesia sit constitutum: non me tantum mouet vt baptismum Christi ēt apud hæreticos inuentum audeam reprobare, sicut etiam ipsum Euangelium cū apud eos inuenio, necesse est vt approbem quamuis eorū detester errorem. Quātū me mouet fuisse quosdam etiam sancti Cypriani temporibus, qui consuetudinem illā contra quā fiebant Aphricana concilia, de qua & ipse pauloante dixit, Fruſtra q̄dā quia rōne vincerent ab Apostolis traditam. Nec inuenio cur istam consuetudinem improbent, quæ post Cyprianum etiā plenario totius orbis concilio confirmata est, tā robustā, & antē idē Cyprianus inuenerit, vt cū eius mutandæ cā authoritatē quā secquerēt vir tāta scientia prædītus quæreret, nō nisi in Aphrica sola factum paucis ante se annis Agrippini concilij reperiret. Q̄d cū sibi aduersus totius orbis morem non sufficere cerneret, has rōnes arripuit, quas mō nos antiquitate ipsius consuetudinis, & plenarij postea concilij authoritate firmati, diligentius cōsiderantes, veri potius similes q̄ veras esse inuenimus, q̄ illi veræ visæ sunt in obscurissima q̄one laboranti, & de remissione pctōrum fluctuanti, vtrum in baptismo Christi posit non fieri, & vtrū posit apud hæreticos fieri, vbi si minus ei aliquid reuelatum est, vt magnitudo charitatis eius qua vnitatem non deseruit probaretur, non ideo qfquam tantis eius firmamentis meritisq; virtutum, & tantæ copiæ grarū debet se audere præponere, quia vniuersalis concilij admonitus firmitate, videt aliquid q̄d ille non vidit, quia plenarium de hac re concilium nōdū hēbat Ecclesia, Sicut nec Petri Apostoli meritis quisquā tā insanus est vt se ponat, quia Pauli Apostoli edoctus literis, & ipsius iā Ecclesiæ consuetudine roboratus, non cogit gētes iudaizare quod Petrus aliq̄n coegerit. Non ergo inuenimus ab Apostolis aliquem, cum apud hæreticos baptizatus esset, in eodē baptismo admissum esse & communicasse. Sed neq; hoc inuenimus ab hæreticis aliquē venientē, qui apud illos fuerit baptizatus, ab Apostolis denuo baptizatum. Sed illa consuetudo quam etiā tunc homines sursum uersus respicientes non vt debant à posterioribus institutam rectē ab Apostolis tradita creditur. Et alia multa sunt quæ longum est repetere.

Di. 8. ca. fruſtra.

Quapp si nō nihil dicebāt q̄bus id q̄d ei visum ē, volēs psuadere Cyprianus ait, Nec quisquā dicat q̄d accepimus ab Apostolis, hoc sequimur: q̄to robustius nūc dicimus, q̄d Ecclesię cōsuetudo semp tenuit, & q̄d hæc disputatio dissuadere non potuit, & q̄d plenariū cōciliū cōfirmauit, hoc sequimur. Huc accedit, qa bū pspectis ex vtroq; latere disputationis rōnibus & scripturarū testimonijs, pōt ēt dici, q̄d veritas declarata sit, hoc sequimur. Ná reuera illud q̄d quis dā Cypriani disputationibus opponebant, q̄d Apostolus ait, Veruntā omnimō, siue q occasionē, siue per veritatē Christus annuncietur, recte Cyprianus refellit ostendēs ad

causam hæreticorum non pertinere, q̄m de his dicebat Apostolus, qui cum maleuola inuidia, sua quærentes interius versabātur, Chrm quidē annunciabāt, sicut se habet veritas qua Chro credimus, sed nō eo animo quo à bonis Euangelistis illius colūbę filijs annunciabatur. Neq; n. de hæreticis, inq̄t, aut de eorū baptismo loquebat in Epistola sua Paulus, aut aliquid q̄d ad hanc rē pertinere potuisset loquebat. Loquebat de fratribus siue inordinate & contra Ecclesiæ disciplinam ambulātibus, siue Euangelicā veritatē de dei timore seruantibus, & quosdā ex eis posuit verbū dei constanter atq; intrepide locutos, quosdā vero in inuidia & dissensione versatos, quosdā seruasse circa se benevolā charitatem, alios vero habuisse maleuolā dissensionem: se tñ omnia patienter sustinere, dū mō siue in veritate, siue p occasionem nomen Chri q̄d Paulus prædicabat, ad plurimorū notitiam peruenirent, & noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquētiū prædicatione crebresceret. Porro aliud est eos qui intus in ecclesia sunt in nomine Chri loqui, aliud eos qui foris sunt & contra Ecclesiam faciunt, in nomine Chri baptizare. Hæc verba Cypriani admonere nos videntur, vt distinguamus inter eos q mali foris sunt, & eos qui intus mali sunt, & illos de quibus dicit Apostolus, q̄ Euangelium non caste & per inuidiam annunciarent, intus fuisse dicit, & verum dicit. Hoc tū puto me nō temere dicere, si foris nemo potest hre aliq̄d q̄d Christi est, nec intus quisquā pōt aliquid hre q̄d diaboli est. Si enim hortus ille clausus potuit habere spinas diaboli, cur non & extra hortū potuit manare fons Christi? si autem non potuit, vnde in his qui intus erant, etiam ipsius Apostoli Pauli temporibus, tm malum inuidiæ & maleuolę dissensionis? Hæc. n. verba Cypriani sunt. An forte inuidia & maleuolentia paruum malum est? Quo ergo isti erant in vnitate, qui non erant in pace? Vox. n. non mea aut alicuius hominis, sed ipsius dñi, nec per homines sonuit, sed per angelos nato Christo, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ volūtatis. Quod vtiq; nato in terris Chro non sonaret ore angelico, nisi deus hoc vellet intelligi, eos esse in vnitate corporis Christi, qui sunt in pace Chri. Eos aūt esse in pace Chri qui sunt bonæ volūtatis. Porrò sicut in benevolentia bona voluntas, sic in male uolentia mala voluntas est:

I

Luc. 2.

Iam vero ipsa inuidia q̄ non pōt esse nisi maleuola, q̄tū malū est, non quæramus a lios testes, sufficit nobis ipse Cyprianus, p quem tam multa de zelo & liuore dūs verissima intonuit, & salubria præcepit. Legamus ergo Epistolam Cypriani de zelo & liuore, & videamus q̄tum sit inuidere melioribus, cuius mali originem ab ipso diabolo extitisse memorabiliter docet: Zelare, inquit, bonū videas, & inuidere melioribus, leue apud quosdam & modicū crimen videtur fratres dilectissimi. Deinde paulopost, cum eius mali caput atq; originem quæreret, Hinc diabolus, inq̄t, inter initia statim mundi, & perijt primus, & perdidit. Et paulopost, Quale malū est, inquit, fratres dilectissimi, quo angelus cecidit, quo circūueniri & subuerti alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui decepit? Exinde inuidia grassatur in terris, dum liuore perituros magistro perditionis obsequitur, dum diabolum qui zelat imitatur, sicut scriptū est, Inuidia aūt diaboli mors intrauit in orbē terrarū. Imitantur ergo illū qui sunt ex parte eius. Hæc verba Cypriani in Epistola populis nota, quā vera, quā fortia sint recognoscimus. Vere decuit Cyprianum de zelo & liuore, & arguere grauiter & monere, à quo tam mortifero malo cor eius penitus alienatum, tanta charitatis abundantia cōprobauit, qua vigilantissime custodita, cū collegis suis non maleuole de baptismo diuersa sentientibus, nec ipsa maleuola contentione, sed humana tentatione aliter sapiens, q̄d vt illi deus in charitate perseuranti cum vellet postea reuelaret, in cō munionis vnitate permansit, aperte dicens. Neminem iudicantes, neq; à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouē tes, Neq; n. quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyranni co terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit.

Inuidię malum. Cap. 8.

Cypria. nus Epi sto. 18. de zelo & liuore.

Sapi. 2.

Phili. 3.

Cypria. nus in concilio Cartha ginensi Zizania tolerāda. Cap. 9.

Et in fine huius capituli, Hæc tibi breuibus, inquit, pro nra mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini pscribētes aut piudicātes, quo minus vnusquisq; ī porū q̄d putat faciat, hēns arbitrij sui liberā ptātē, nos q̄tū in nobis est. pp hæreticos cū collegis & coepiscopis nris nō cōtēdimus, cū quibus diuinā cōcordiā & dñicā pacē tenemus, maxime cum & Apostolus dicat, Si quis aūt putauerit cōtētiosus esse, nos talē

M

1. Co. 11

consue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsuetudinem nõ hẽmus,neq; Ecclesia dei: Seruatur à nobis patienter & leniter charitas animi,collegij honor,vinculũ fidei, concordia sacerdotij. Propter hoc ẽt libellum hũc de bono patiẽtiæ q̃tum valuit nr̃a mediocritas,pmittente & inspirãte dño cõscripsimus,quẽ ad te pro mutua dilectione trãsmisimus. Hac ille charitatis patiẽtia tolerauit,nõ solũ in obscura qõne bonos collegas nõ maleuole aliud sentiẽtes, sicut & ipse toleratus est, donec ꝓcessu tpis saluberrima cõsuetudo dñi deus voluit ẽt declarata veritate plenario cõcilio firmarẽt, sed ẽt malos manifestos sibiq; notissimos,qui nõ obscuritate qõnes aliter sapiebant,sed perditæ vitæ moribus cõtra quã ꝓdicabat, sicut dicit de illis Apostolus, Qui prædicas nõ furan
Rom. 2. dũ furaris: de talibus.n.& iste sui tpis Episcopis suis collegis, & secũ in communione manentibus in Epistola sua dicit, Esurienti
A Cypria nus Epi sto.de la psis. bus in Ecclesia fratribus habere argentum largiter velle,fundos insidiosis fratribus rapere,vsuris multiplicantibus fœnus augere.
Hic.n.nulla est qõnis obscuritas,apte scri
1.Co.6. ptura clamat, Neq; auari neq; rapaces re-
Psal.14. gnũ dei possidebunt, Et qui pecuniã suam
Ephe.5. nõ dedit ad vsuram,Et omnis fornicator &
immundus & auarus, quod est idolorũ seruitus, non habet hæreditatẽ in regno Chri & dei. Tales ergo auaros ille,vt non solum sua cupiditate thesaurizarent, sed & aliena fraudulenter eriperent, tales idololatras sicut & ipse intelligit atq; conuincit,nõ vtiq; argueret nisi nosset. Neq; n.aduersus coepiscopos suos falsum testimoniũ diceret: &
Mat.13. tũ eos ꝓp Chr̃m qui ꝓ infirmis mortuus est,ne ante tps eradicatis zizanijs simul eradicaret & triticũ, paternæ & maternæ charitatis visceribus tolerauit, imitatus vtique
Phili.1. Paulũ Apostolũ,qui maleuolos & inuidos
Sapiẽ.1. sibi,eadẽ circa Ecclesiã charitate sustinuit. Sed tũ quia inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ, & imitanẽ illum qui sunt ex
B parte illius,nõ ꝓ illud qđ à deo creati sunt, sed ꝓ illud quod à seipsis peruersi sunt,sicut commemorat ipse Cyprianus, quia & diabolus antequam esset diabolus,angelus fuit & bonus fuit, vnde sunt in vnitate Chri q sunt ex parte diaboli? Proculdubio,sicut ipse dominus ait, Inimicus homo hoc fecit q
Mat. 13 superseminauit zizania. Sicut ergo intus quod diaboli est arguendum est,sic & foris quod Christi est agnoscendum est. An extra vnitatem Ecclesiæ non habet sua Chr̃s, & in vnitate Ecclesiæ habet sua diabolus? Hoc fortasse de hominibus dici potest, vt sic extra cõmunionẽ Ecclesiæ non habeat deus aliquẽ suorũ, sicut inter angelos sanctos nõ habet diabolus aliquem suorũ. Ecclesiæ vero huic quæ adhuc carnis mortalitatem portat, quandiu peregrinatur à dño, licuerit diabolo miscere zizania,hoc est malos homines, & hoc permissus sit ꝓp ipsius Ecclesiæ peregrinationem, vt requies illius patriæ qua sancti angeli perfruuntur desideraretur ardentius,de sacramentis aũt hoc dici non potest, Sicut.n.ea possunt habere atq; tractare,non ad salutem, sed ad perniciem suam, in qua igni destinata sunt interiora zizania: sic & exteriora zizania quæ ab interioribus recedentibus acceperunt, quia recedentia non amiserunt. Quod sine dubio manifestatur cũ redeuntibus non restituitur, qñ forte aliqui ex eis ipsis qui recesserant reuertuntur. Nec quisquã dixerit, Quid.n.frumenti habent zizania? Si enim hoc ita est,& intus & foris ad hoc duntaxat par conditio est. Neq;.n.in zizanijs exterioribus non inueniuntur grana frumenti, & in interioribus inueniuntur. De sacramentis autem cum quæritur, nõ vtrum habeãt aliquid frumenti zizania quęritur,sed vtrũ habeant aliquid cœli: & exterioribus n.& interioribus zizanijs cum ipso tritico est pluuia cõmunis, quæ cœlestis & dulcis est ipsa,etiam si ex ea zizania steriliter erescũt, Sic & Euangelicum Christi sacramentum diuinum suaue est,neq; propter eorum sterilitatem quos ẽt foris cõpluit improbãdũ. Q

Dixerit aliq̃s, interiora zizania facilius in frumentum conuerti: Concedo ita esse. Sed quid hoc pertinet ad baptismum iterã dum? Nunquid si forte aliquis ab hæreti- eis conuersus, conuersionis suæ tempore & facilitate præuenerit eum,qui tardius intus à malitia corrigitur & mutatur, non est iterandum baptisma, & illi qui præuentus est ab eo q ex hæreticis venit,quia tardius correctus est iterandum est? Nihil ergo ad rem pertinet de qua nunc quæstio est, quis serius tardiusve conuertat à propria peruersitate,ad rectitudinem fidei, vel spei, vel charitatis. Etsi enim interiores mali facilius possunt boni fieri: aliquando tamen & de numero exteriorum quidam interiores conuersione preueniunt, & illis in sterilitate manentibus vnitati reconciliati, fructum afferunt cum tolerantia siue

tricenum, siue sexagenum, siue centenum. Aut si zizania sola dicenda sunt, q̃ vsque in finem in maligno errore perdurant, & foris multa frumenta sunt,& intus mul-
Acto.6. & 8. ta zizania. At.n.peiores sunt exteriora q̃ interiores mali. Magna quidẽ qõ est, vtrũ peior fuerit Nicolaus exterior iã,q̃ Simon adhuc interior, ꝙa ille hæreticus, iste magus. Quod si ipsa diuisio,ꝙa violatæ charitatis certissimũ indiciũ est, grauius habẽt malũ,cõredo ita esse. Sed multi amissa charitate ꝓpea nõ exeunt foras, quia secularibus emolumentis tenẽtur,& sua quærẽtes,
Phili.2. non quæ Iesu Christi, nõ à Christi vnita-
1.Co.13 te,sed à suis cõmodis nolũt recedere. Vnde
Ephe.5. dictũ est in laude charitatis,nõ quærit quæ sua sunt. Nunc ergo quærit, qũo poterant
2.Re.18 homines ex parte diaboli pertinere ad Ec-
Cant.6. clesiam,non habentem maculam aut rugã, aut aliquid eiusmodi,de qua etiam dictum est,vna est columba mea. Quod si nõ possunt,manifestum est eam inter alienos gemere,& intrinsecus insidiantes,& extrinsecus oblatrantes. Tales tũ etiam intus & accipiunt baptismũ & habent,& tradunt sanctum ꝓ seipsum, nec vlla ex parte illorum malignitate violatũ,in qua in finẽ vsq; perdurant. Quocirca nos idẽ beatus Cyprianus docet seipsum considerandum esse baptismum uerbis Euangelicis, sicut accepit Ecclesia consecratum,nõ adiuncta neq; permixta ulla peruersitate atq; malitia,siue accipientium siue tradentium, qñquidẽ utrũ quos nos ipse admonet, & intus fuisse quosdam non seruantes beneuolam charitatem
Cyprianus in Epist. ad Zelo & liuore. sed in inuidia & maleuola dissensione verfatos: De qbus Paulus Apostolus locutus est,& ex parte diaboli esse inuidos, sicut in Epistola quam de zelo & liuore scripsit apertissima voce testatur. Quamobrem cũ manifestum sit fieri posse, vt in eis qui sunt ex parte diaboli: sanctum tamẽ sit sacramẽtum Christi,nõ ad salutẽ, sed ad iudicium eorum,non solum si post acceptum baptismum peruertantur, sed etiam si tales acciant,sicut idem Cyprianus ostendit,secuo solis verbis & non factis renunciantes: nec ideo si correcti postea fuerint, illud quod peruersi acceperant,iterandum est. Quantum arbitror iam claret, & liquet in ista quæstione de baptismo non esse cogitãdũ quis det,sed quid det,aut quis accipiat, sed qđ accipiat,aut qs habet, sed quid habeat. Si.n.homines ex parte diaboli,& ideo nequaquã ad colũbã vnicã pertinẽtes, pñt tñ accipere & habere & dare baptismi sanctitatem,nullo mõ sua peruersitate violatã, sicut ex ipsius Cypriani literis admonemur, vt q̃d tribuimus hæreticis aliena, vt quid dicimus eorum esse qđ Christi est,ac nõ potius in eis & imperatoris nr̃i signa cognoscimus, & desertorũ facta emẽdamus? Quapropter aliud est qđẽ, sicut dicit sanctus Cyprianus, eos qui intus in Ecclesia sunt in nomine Christi loqui,aliud eos qui foris sunt,& cõtra Ecclesiam faciunt, in nomine Christi baptizari. Sed & multi qui intus sunt contra Ecclesiam faciunt male viuendo, & in suã vitã infirmas animas traducendo,& nõnulli qui foris sunt in Christi nomine loquuntur,nec operari q̃ Christi sunt,sed foris esse prohibentur, qñ eos vt sanent vel corripimus vel arguimus vel hortamur. Nã & ille foris erat qui cũ discipulis non sequebaẽ, & in nomine Christi Luc. 9. expellebat dæmonia, quod dñs ne prohi- Marc.9. beret admonuit,ꝙ̃quis vtiq; in quo saucius Mat.12. erat curandus esset,illis verbis dñi vbi ait, Qui non est mecũ aduersum me est: & qui mecũ nõ colligit,spargit. Et foris ergo fiũt aliqua in nomine Christi,non cõtra Ecclesiã,& intus ex parte diaboli cõtra Ecclesiã. Cap.11.

Quid quod etiam mirum est, quod accidere posse inuenit qui diligenter aduertit, quosdam salua charitate docere aliquid inutile,sicut Petrus gentes cogebat Iudaizare, Gala.2. sicut ipse Cyprianus hæreticos denuo baptizari. Vnde talibus bonis mẽbris in charitate radicatis, & in aliquo nõ recte ingredientibus dicit Apostolus,Si quid aliter sapitis,id quoq; vobis deus reuelabit. Et quos Phili.3. dã rursus sine charitate docere aliquid salubre,de qualibus dñs dicit, Cathedrã Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ aũt faciũt, Mat.23 nolite facere: dicunt n.& non faciunt. Unde & Apostolus de illis inuidis & maleuolis,Chriana tñ salutẽ annunciãtibus, Siue occasione,inqt, siue veritate Chri annũcietur. Quappe & intus & foris puersitas hoPhili.1. minum corrigenda est,diuina vero sacra & H eloquia non hominibus tribuenda. Nõ itaque patrocinat hæreticis q nõ eis tribuit, quod & si apud eos, non tamen ipsorum esse cognoscit. Non nos concedimus hæretico baptismum, sed illius baptismũ de quo Ioan. 1. dictũ est,Hic est qui baptizat, vbicũq; inue De cõse nerimus agnoscamus. Perfidus aũt & blasphe di.4. ca. mus si in pfidia & blasphemia permãserit,

nec

nullus autem.

nec extra Ecclesiam nec intra Ecclesiā remissionem accipit peccatorum: aut si propter vim sacramenti ad punctum temporis accipit, & foris & intus eadem vis operatur, sicut vis nominis Christi expulsionem dæmonum foris etiam operabatur. At enim

2.Ti. 2. inuenimus Apostolos in libris Epistolis suis execrari & detestari hæreticorum sacrilegam prauitatem: ita vt dicant sermonem

Isa. 22. eorum sicut cancer serpere. Quid enim & illos qui dicebant, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur? nōne corruptores morum bonorū p mala colloquia Paulus esse manifestat, cōtinuo subiungēs, Corrumpūt mores bonos colloquia mala: & tñ eos intus fuisse significauit cum ait, Quomodo dicunt quidam in uobis quia resurrectio mortuorum non est? Auaros autem vbi non detestatur? An vero quicquam dici potuit vehementius, q̄ vt idolorū seruitus

1 Co.15 auaritia diceretur, sicut idem Apostolus posuit, Nec Cyprianus aliter intellexit, & literis suis vbi opus erat inseruit? qui tñ confitetur suis temporibus in Ecclesia fuisse nō

Colo.3. Cypria nus in Ep. de la ptisis. Baptismus & male datus & male ac ceptus p se bonus est.

qualescunque auaros, sed raptores & fœneratores: nec quoslibet homines, sed Episcopos.

Quanquam & istos de quibus ait Apostolus, Sermo eorum sicut cancer serpit: vel lem intelligere foris fuisse, sicut Cyprianus ipse me non sinit. Cum enim ad Antoniā num scribens ostenderet ante tempus vltimæ separationis iustorum & iniquorum,

2. Ti 2. 23.q. 4. c. quantus.

nullo modo esse propter commixtionē malorum ab Ecclesiæ vnitate recedendū, vbi declarat quām sit sanctus, & illa quam meruit martyrij claritate dignissimus, ait,

Matt. 13 Quantus arrogantiæ tumor est, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogantię suæ quanta iactatio, vt quis audeat aut facere se posse credat, quod nec Apostolis concessit dūs, vt zizania a frumēto putet se posse discernere, aut quasi ipsi palam facere, &

Matt. 3. aream purgare concessum sit, paleas conet

2.Ti. 2. a tritico separare: cumq; Apostolus dicat, In domo aūt magna, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: contemnere & abijcere & damnare, qñ nō nisi in die domini vasa lignea diuini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo cui data est ferrea virga frangantur? Si igitur arguens Cyprianus eos qui tanquā malorum consortium deuitantes, se ab vnitate diruperant, ostendit magnam domum quā

K dixit Apostolus vbi essent non solum vasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia, non se intellexisse nisi Ecclesiam, vbi essent boni & mali, donec in fine sicut area ventilata purgetur. Quod si ita est in ipsa Ecclesia, id est, in ipsa domo magna erāt vasa in contumeliam, quorum sermo vt cancer serpebat. Nam cum de illis Apostolus loqueretur, hoc docuit, Et sermo, inquit, eorum vt cancer serpit, ex quibus est Hymeneus & Phyletus, qui circa veritatem errauerunt, dicentes resurrectionem iam factā esse, & fidem quorundam subuertunt, sed firmum fundamentū dei stat habens signaculum hoc, Nouit dūs qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini, In magna autem domo, non solum vasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia. Si ergo & isti quorum sermo vt cancer serpebat, tanquam vasa in cōtumeliam in domo magna erant, quam domum magnam Ecclesiæ ipsius vnitatē Cyprianus intelligit, nunquid istorum cancer baptismum Christi violabat? Ita ergo nec foris sicut nec intus quisquam qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam maculare sacrum quod Christi est. Non itaque dat remissionem peccatorum qui vt cancer serpit ad aures audientium, sed cum baptisma verbis Euangelicis datur qualibet ea peruersitate intelligat ille per quem datur, vel ille cui datur, ipsum per se sanctum est propter illum cuius est. Et si quis per hominem peruersum id accipiens, non accipit tamen ministri peruersitatem, sed solam mysterij sanctitatem, in bona fide & spe & charitate, vnitati compaginatus Ecclesiæ remissionem accipit peccatorum, nō per uerba sicut cancer serpentia, sed p Euāgelica sacramenta de cœlesti fonte manantia. Si autem ipse qui accipit peruersus est, nec peruerso ad salutem prodest quod datur, & sanctum tamen in eo permanet quod accipitur, nec ei si correctus fuerit iterat.

Nulla itaque participatio est iustitiæ & pacis iniquitati, non solum q̄ foris, sed etiam quæ intus sunt. Nouit enim dominus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui in- uocat nomē dñi. Nulla etiam communio lucis & tenebris, nō solum quæ foris, sed etiam quæ intus sunt. Qui enim odit fratrem suum, ait Apostolus Ioannes, in tenebris est vsq; adhuc. Et vtique illi oderant Paulum, qui inuidiæ maleuolētia & dissen-

sione Christum annunciantes, arbitrabantur se tribulationem excitare vinculis eius:

Matt. 1 ligit. Cum ergo non possint tenebrę illumi nare, aut iniquitas iustificare, sicut idem dicit, quæro quemadmodum poterant isti in ipsa intus Ecclesia baptizare. Quæro quē admodum vasa illa quæ non in honorem, sed in contumeliam domus magna cōtinet, intra ipsam domum magnā possint sanctificandis hominibus ministrare quod sanctum est, nisi quia sanctitas sacramenti nec ab immundis pollui potest, siue cū per eos datur, siue cum ab eis qui corde & vita in

Cypria nus in Epist. melius non cōmutātur accipitur. De quibus intus positis, ipse dicit. Seculo solis verbis & non factis renúciantes. Sunt ergo & intus hostes dei, quorum pectora obsedit spiritus antichristi, & tamen gerunt spiritalia & diuina, quę nec ipsis possunt quādiu tales sunt ad salutē p̄desse, nec ipsi ea pñt sua immūditia maculare. Q̄d itaq; dicit, nihil eis ad gratiam Ecclesiasticam & ad salutem licere, qui spernentes & impugnantes Ecclesiam Christi, à Christo ipso aduersarij, ab Apostolis eius antichristi nominentur: sic accipiendum est, quia foris & intus inueniuntur tales: separationem tamen eorum qui intus sunt, ab illius columbæ perfectione atq; vnitate, non solū deus nouit in quibusdam, sed etiam homines in quibusdam, quorum in manifesto pessimā vitam confirmatamq; nequitiam intuētes, & eam præceptorum diuinorum regulis comparantes, intelligunt quàm multi ziza niis & paleis siue foris siue intus positis: sed tamen in fine apertissime separandis dictum est dominus, Recedite à me qui operamini iniquitatem, & ite in ignem æternum

Matt. 8, 25. qui paratus est à diabolo & angelis eius.

De conuersione autem nullius desperandum est siue foris siue intus constituti, quandiu patientia dei ad pœnitentiam adducit & visitat in virga facinora eorum, & in flagellis peccata eorum: Hoc enim mo do misericordiam suam non dispergit ab eis, si & ipsi aliquando misereantur animæ suæ placentes deo. Sicut.n. bonus qui perseuerauerit in finem hic saluus erit, sic malus siue foris siue intus, qui perseuerauerit vsq; in finem saluus non erit. Neq; nos dicimus quod vbicunque & quomodocunque baptizati gratiam baptismi consequuntur, si gratia baptismi in ipsa salute intelligitur,

Rom. 2. Psal. 88. Psal. 30 Mat. 10.

quæ per celebrationem sacri confertur, sed hanc salutem multi nec intus consequūtur, quanuis sacramentum quod per se sanctū é, eos habere manifestū sit, Recte itaq; dñs B nos admonet in Euangelio, ne cōsentiamus Mat. 2 male suadentibus, & sub Christi nomine ambulantibus, sed hi & intus & foris inueniuntur, quia nec foras exeūt nisi prius intus mali fuerint, & vtique de vasis in domo magna positis dicebat Apostolus, Si quis āt 2. Tim. mundauerit semetipsum ab istiusmodi, erit vas in honore sanctificatum vtile dño ad omne opus bonum semper paratum. Q̄o autem se quisq; ab istiusmodi mūdare debeat, paulo superius ostendit dicens, Recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen dñi, ne audiat in fine cū palea, siue quæ ante de area volauit, siue quæ in vltimo separanda est, Recedite à me qui operamini ini Matt. quitatem. Vnde apparet quidem sicut dicit sanctus Cyprianus, non ea statim recipienda & assumenda quæ iactantur in Christi nomine, sed quæ geruntur in Christi veritate. Sed non vtiq; in Christi veritate geritur, fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicantibus fœnus augere, seculo solis verbis renunciare, quæ omnia ēt intuē geri, satis idoneus testis ipse declarat.

Iam vero qd̄ multis verbis p̄sequitur C non posse in Christo baptizari eos q patrē De p̄se- Christi blasphemāt, cū eos errore blasphe- ctu cor mare manifestū sit. Non.n. q accedit ad ba q infan- ptismū Chri aperte blasphemat patrē Xp̄i, tes bapti sed aliud q̄ ueritas docet de patre Christi zantur. sentiendo blasphemare cōuincitur, iā satis Cap. 15. ostēdimus ad baptismū, qui verbis Euan- De cōse- gelicis cōsecratur, non pertinere cuiusquā dis. 4. ca. vel dantis vel accipientis errorem, siue de Satis ost patre, siue de filio, siue de spiritu sancto ali dimus. ter sentiat, quàm cœlestis doctrina insinuat. Multi enim carnales & animales etiā intus baptizantur, cum aperte dicat Apostolus, Animalis autem homo non percipit 1.Co.2. ea quæ sunt spiritus dei, & percepto iam baptismo dicit eos adhuc animales esse. Secundum autem carnalem non potest nisi de deo carnaliter sapere anima corpis sen sibus dedita, Vnde multi post baptismum proficiētes, & maxime qui infantes, vel pueri baptizati sunt, quanto magis intellectus eorum serenatur & illuminatur, dum in- 2.Co.4. terior homo renouatur de die in diem, prio res suas opiniones, quas de deo habebant cum suis phantasmatibus ludificarentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

irrident & detestãtes atq; confitentes abijciunt. Nec tamen ideo non accepisse baptis-
D mum existimantur, aut talem babtismum accepisse dicuntur qualis fuit error ipsorũ, sed in eis & sacramenti integritas honoratur, & mentis vanitas emendatur: etiam si confirmata, & fortasse multis contentionibus defensa coaluerat. Quapropter & hæreticus qui pspicue foris est, si baptismum illic Euangelicum accepit, & non talẽ vtiq; baptismum accepit qualis errore cæcatur, & propterea si respiciens viderit relinquendũ esse quod male tenuerat, nõ simul ei relinquendũ est bonũ qđ acceperat, nec quia error illius improbandus est, propterea baptismus Christi in illo exufflandus est. Iam enim ex ijs quos intus corrigit de deo falsa opinantes baptizari, satis elucet discernẽdam esse sacramenti veritatem à male credentis errore, quanuis vtrunq; in homine vno valeat inueniri, & ideo cum etiam foris in errore aliquo constitutus, vero tamẽ sacramento foris baptizatus Ecclesiæ reddi tur vnitati, sicut falsę fidei vera succedit, nõ sic potest etiam vero baptismo verus baptismus succedere, quia idem ipse sibi succedere non potest, quia nec decedere potest. Ad hoc ergo hæretici ad catholicã veniunt, vt quod eorum malum est corrigatur, non
E quod bonum dei est repetatur.

Coparatio malorum. Cap. 16. Dicit aliquis, Nihilne ergo interest, si duo in errore pari atque malitia constituti sint nec vita & corde mutato, alius eorũ foris alius intus baptizetur? Fateor interesse. Ille enim peior est qui etiam foris baptizatur, non eo quòd baptizatur, sed eo p̃ foris est. Est. n. etiam ipsius diuisionis nec nullũ nec paruum malum: si tamen ille qui intus baptizatur, non propter aliquod terrenum aut temporale commodum intus esse voluit, sed quòd unitatem Ecclesiæ toto orbe diffusæ, schismatum concisionibus prætulit, Alioquin etiam ipse inter illos qui foris sunt deputandus est. Constituamus ergo duos aliquos isto modo, vnum eorum, verbi gratia, id sentire, de Christo quod Photinus opinatus est, & in eius hæresi baptizari extra Ecclesiæ catholicæ communionem: alium vero hoc idem sentire, sed in catholica baptizari, existimãtem ipsam esse catholicam fidem. Istum nondum hæreticum dico, nisi manifestata sibi doctrina catholicæ fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat elegerit, quod antequam fiat, manifestum est illum qui fo-
ris baptizatus est esse peiorem. Itaq; in hoc sola falsa opinio, in illo autem etiam ipsa di uisio corrigenda est, sed in neutro ipsorũ sacramenti ueritas repetenda. Quod si quisquam idem sentiat quod illi, & esse no uerit hæresim ab vnitate catholica separatam, vbi hoc docetur & discitur, sed alicuius secularis emolumenti causa in catholica vnitate baptizari voluerit, vel in ea baptizatur propter hoc exire inde noluerit, non solum separatus habendus est, verumetiam tanto sceleratius quanto magis errori hæresis & diuisioni vnitatis fallaciam simulationis adiungit: Quamobrem cuiusq; hominis prauitas, quanto periculosior & tortuosior est, tanto instãtius & operosius corrigenda est. Nec ideo tñ si qd hẽt integrũ, præsertim non suũ, sed dei pp prauitatem eius, vel nullũ putandũ est, vel eo mõ vitiperandũ, uel eius prauitati tribuẽdũ, ac nõ illius largitati, qui ét fornicanti a se animã, & eunti post amatores suos dedit panẽ suũ, & vinũ suũ, & oleũ suũ, & alia vel alimẽta vel ornamenta, quæ nec à scipsa nec ab eius amatoribus ei sunt, sed ab illo q eã miserãs vbiq; voluit ad quem redeat admonere.

Nunquid põt, inquit, vis baptismi maior esse aut potior q̃ cõfessio, q̃ passio, vt quis eorã hominibus Xp̃m cõfiteat & sanguine suo baptizeẽ? Et tũ, inquit, neq; hoc baptisma hæretico p̃dest, si quãuis Xp̃m cõfessus extra Ecclesiã fuerit occisus, q̃a charitatem non habuisse cõuincitur, de qua Apostolus dicit, & si tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Quòd si propter hoc quia charitas deest, passio nihil prodest, nec illis prodest quos in inuidia intus & maleuolentia sine charitate viuere Paulus, dicit, Cyprianus exponit: & tamen verum baptisma possunt & accipere & tradere. Salus, inquit, Extra Ecclesiam non est, quis negat? Et ideo quãcunque ipsius Ecclesiæ habentur, extra Ecclesiam non valent ad salutem. Sed aliud est non habere, aliud non vtiliter habere. Qui non habet, est baptizãdus vt habeat, q̃at non vtiliter hẽt, vt vtiliter hẽat eorrigendus. Nec adultera est aqua in baptismo hæreticorũ, quia nec ipsa creatura quã deus cõdidit mala est, nec verba Euangelica in quibuslibet errantibus reprehendẽda sunt, sed error in quo adultera est anima, & infidã legitimo viro sacrũ habeat ornamentum.

Potest igitur nobis & hæreticis baptisma esse cõe, cum quibus potest & Euangeliũ esse commune, quamuis à fide nostra error distet illorũ, sine aliud de patre vel de filio vel de spiritu sancto sentiant quã veritas habet, siue ab vnitate præcisi non colligant H cum Christo, sed spargant, quia potest nobis si frumenta dominica sumus, etiã intus cum auaris, cum raptoribus, cum ebriosis, & cæteris eiusmodi pestibus, de quibus dicitur, regnum Dei non possidebunt, & baptismatis sacrm esse cõe, & tñ vitia qbus a regno Dei separantur non esse communia.

Altera cõparatio. Neque. n. de solis hæresibus dicit Apostolus, Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Sed non pigeat pau-
Cap. 18. lulum aduertere, quę simul enumerauerit,
Galat. 5. Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissẽtiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ p̃dico vobis sicut prædixi, q̃n qui talia agunt, regnũ Dei non posidebunt. Constituamus ergo aliquem castum, continentem, non auarum, nõ idolis seruientem, hospitalitatem indigentibus ministrantem, non cuiusq̃ inimicum, non contentiosum, patientem, quietum, nullum æmulantem, nulli inuidentem, sobriũ, frugalem, sed hæreticum, nulli vtiq; dubiũ est propter hoc solum, q̃ hæreticus est, regnũ I Dei non possessurum. Constituamus aliũ fornicatorem, immundũ, luxuriosum, auarum, vel ét apertius idolis dedicatũ, venesicum, discordiosum, cõtentiosum, æmulũ, animosum, seditiosum, inuidum, & ebriosum, comessatorem, sed catholicũ, nunquid propter hoc solum, q̃ catholicus est regnũ Dei possidebit, agẽs talia de quibus sic conludit Apostolus, quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt? Si hoc dicimus, nos-
Ephes. 5. ipsos seducimus, Nam sermo Dei non nos seducit, qui nec tacet, nec parcit, nec vlla adulatione nos decipit: Ideo quippe & alibi dicit. Hoc autem scitote cognoscentes, q̃m omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nõ habebet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Non est ergo qđ de sermone Dei cõqueramur. Dicit omnino, & aperte ac libere dicit, eos qui male viuũt, ad regnũ Dei nõ ptinere.

His igitur omnibus vitijs circumsepto catholico non adulemur, nec ei quia Chri- Vnũ ẽt
stianus catholicus est, impunitatem quam crimẽ ex
scriptura diuina non promittit, promittere cludit a
audeamus. Nec si aliquid vnum habeat ex regno
ijs, quæ dicta sunt, debemus ei societatem Dei.
supernæ illius patriæ polliceri. Ad Corin- Cap. 19.
thios. n. singula enumerat, in quibus singulis subauditur, q̃ regnum Dei non possidebunt. Nolite, inquit, errare, neq; fornicatores, neque idolis seruientes, neq; adulteri, 1. Co. 6.
neque molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ Dei possidebunt. Non ait, qui hæc omnia vitia simul habuerint, regnũ Dei non possidebũt, sed neq; illi neq; illi, vt in singulis hoc subaudias, q̃ nulli eorũ regnum Dei possidebunt. Sicut ergo hæretici regnum Dei non possidebunt: sic auari regnũ Dei non possidebunt. Nec dubitandum est quidem ipsas pœnas, quibus cruciabuntur, qui regnum Dei non possidebũt, pro diuersitate criminum esse diuersas, & alias alijs acriores, vt in ipso igne æterno pro disparibus ponderibus peccatorum sint disparia torméta pœnarum. Neq; n. frustra ipse Dñs dicit, Tolerabilius erit Sodomis q̃ vobis in die iudi- Matt. 11
cij. Sed tamen ad non possidendum regnũ Dei, tantundem valet ex vitijs illis quod elegeris mitius, quãtum vel plura, vel vnũ quod perspexeris grauius. Et quia illi possessuri sunt regnũ Dei, quos ad dexteram constituet ille iudex, nec eis qui ad dexterã constitui non merebuntur, aliquid aliud q̃ ad sinistram esse remanebit, nulla reliqua vox est, quam sicut hœdi audiant ex ore L
pastoris nisi, Ite in ignem æternum, qui pa- Mat. 25.
ratus est Diabolo & angelis eius: licet ex illo igne, sicut dixi, diuersa possint distribui pro criminum diu. sitate supplicia.

Vtrum aũt catholicum pessimis moribus, alicui hæretico in cuius vita præter id q̃ hæreticus est, non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus non audeo præcipitare sententiam. Si autẽ quia hæreticus est, non potest hoc solum esse quin & alia consequantur. Carnalis est enim, & animalis, ac per hoc & æmulus sit necesse est, & animosus & inuidus & inimicus ipsi veritati ab eaq; dissentiens, intel ligat, & de illis malis, quod vnum mitius elegerit, solum in quoquam esse non posse, ea scilicet causa, q̃m carnalis & animalis

Baptismus nec in pessimo dete rior est. Cap. 20.

est velut ebriositas,quam nō solū sine horrore nominare, sed ēt cū hilaritate populi p̄dicare iā consueuerūt,nūquid in quo fuerit,sola esse poterit? Quis.n.ebriosus nō & cōtentiosus & animosus & inuidus, & à p̄ceptorum sanitate dissentiens, & arguentibus se grauiter inimicus? Iā vero vt & fornicator & adulter non sit,difficile est, Sed
M non consequitur, Potest.n.ebriosus esse, & non esse hæreticus: sicut pōt hęreticus esse, & non esse ebriosus,nec adulter aut fornicator,luxuriosus aut amator pecuniæ, aut veneficus,& simul hæc omnia pōt non esse.
Neq; n.vnum aliquod vitiū, omnia cætera cōsequunt.Propositis itaq; duobus, vno catholico cum his omnibus vitijs, alio hæreticos sine ijs quæ pūt non esse in hæretico,quanuis contra fidem non vterq; disputet,& tū contra fidē vterq; viuat,& spe vana vterq; fallatur, & à charitate spiritali vterq; dissentiat, & ob hoc vterque ab illius vnicæ columbæ corporr alienus sit,cur in vno eorum sacramentum Christi agnoscimus, in alio nolumus, quasi aut huius aut huius sit,cum in vtroq; idem sit, & nō nisi dei sit,& quanuis in pessimis,bonum sit?
Et si hominum qui hoc hēnt, alius est alio deterior,non ideo illud quod habentes deterius est in illo quàm in isto, quia nec in duobus catholicis malis, si vnus sit alio deterior,deteriorē baptismū gerit,nec si vnus eorum sit bonus,alius malus, in malo malus est baptismus, & in bono bonus, sed in vtroque bonus, sicut lumen solis vel etiam lucernæ non vtrique deterius est in oculis deterioribus quàm melioribus,sed idem in vtrisque, quanuis eos diuerse pro illorū diuersitate vel lætificet vel excruciet.

A Martyrium sine baptismo. Cap.21

Illud sanè, quod de cathecuminis obijciebatur Cypriano, q̄ in martyrio deprehensi, & pro nomine Christi occisi, etiam sine baptismo coronarentur,quid ad rē pertineat,non satis intelligo, nisi quia forte dicebant multo magis hæreticos cum baptismo Christi posse ad regnum eius admitti, quo cathecumeni admitterentur, cum ipse dixerit,Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Ioan.3. spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. De consec.di.4. cap. non dubito. Qua in re nec ego dubito catechumenum catholicum diuina charitate flagrantem, hæretico baptizato anteponere, sed etiam in ipsa intus catholica bonum catechumenum malo baptizato anteponimus: nec iō tamen sacramento baptismatis quo iste nō dum,ille iam imbutus est,facimus iniuriā, aut catechumenū sacramento baptismi præferendum putamus,cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem meliorēque cognoscimus. Melior.n.centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iste enim & ante baptismū sancto spiritu repletus est,ille & post baptismum immundo spiritu inflatus est. Verūtamē Cornelius si etiam spiritu sancto iam accepto baptizari noluisset,cētempti tanti sacramēti reus fieret. Cum aūt baptizatus est,non vtiq; melius sacramentū q̄ Simon accepit, sed diuersa hominum merita sub eiusdē sacramenti pari sanctitate distincta sunt, ita non auget aut minuit baptismatis sanctitatem,vel bonum vel malum hominis meritū.Sicut āt bono catechumeno baptismus deest ad capessendum regnum cœlorum, sic malo baptizato vera conuersio.Quia.n. dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu,non intrabit in regnum cœlorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra pluſquam Scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Nanque ne secura esset iustitia catechumeni, dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu,non intrabit in regnum cœlorum. Rursus ne percepto baptismo securа esset iniquitas baptizatorum, dictū est, Nisi abundauerit iustitia vestra pluſquam Scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Alterum sine altero parum est,vtrunque perficit illius possessionis hæredem. Sicut ergo non debemus improbare iustitiam hominis, quæ prius esse cœpit quàm coniungeretur Ecclesiæ, sicut esse cœperat iustitia Cornelij priuſquam ipse esset in plebe Christiana,quæ neque improbaretur dixisset ei angelus, Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ: neq; si sufficeret ad capessendū regnum cœlorum, vt ad Petrum mitteretur moneretur, sic non est improbandum Euangelicum baptismi sacramentum, etsi extra Ecclesiam fuerit acceptum,quod tamen nō proficit ad salutē, nisi ille qui habet integri tatē baptismi,sua quoq; prauitate corrupta incorporetur Ecclesiæ. Sic hæreticorū eorrigamus errorem,ut qđ in eis non eorum, sed Christi est agnoscamus.

Baptismi sanè uicem aliquando impleri passionem,de latrone illo cui non baptizato dictum est,Hodie mecum eris in pa-

dis.4.ca. radiso:non leue documentum idem beatus baptismi Cyprianus assumit,quod etiam atq; etiam vicem. considerans,inuenio non tantum passionē Luc.23. pro nomine Christi, id quod ex baptismo deerat posse supplere,sed etiam fidē cōuersionemque cordis,si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporū succurri non potest. Neq; n.latro ille pro nomine Christi crucifixus est,sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est,sed dum patitur credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili sacro
D baptismi,quod ait Apostolus,Corde creditur ad iustitiam,ore aūt confesio fit ad salutē: Rom.10 in illo latrone declaratū est,sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contēptus religionis,sed articulus necessitatis excludit. Nam multo magis in Cornelio,& in amicis eius, quā in latrone posset videri superfluum,vt aqua ēt tingerentur, in quibus iam donū spūssancti qđ non nisi baptizatos alios accepisse sancta scriptura testatur, certo quoq; indicio qđ illis temporibus congruebat,cū linguis loquerentur,enumerat, Baptizati sunt tamē, & in hoc facto Apostolica extat authoritas. Vsqueadeo nemo debet in quolibet pectu interioris hominis, si forte ante baptismum vsque ad spiritalem intellectum pio corde profecerit,contemnere sacramentum quod ministrorum opere corporaliter adhibetur,sed per hoc Deus hominis con-
Acto.19 secrationem spiritaliter operatur. Nec ob
Matt.3. aliud existimo munus baptizandi Ioanni fuisse attributum, ita vt Ioannis baptismus diceretur, nisi vt Dns ipse qui dederat,cū seruū baptismum non spreuisset accipere, E dedicaret humilitatis viam,& quanti pendendum esset suum baptisma quo ipse baptizaturus erat, tali facto apertissime declararet. Videbat.n.tanq̄ peritissimus medicus salutis æternæ,quorundam non defutum tumorem, qui cum intellectu veritatis & probabilibus moribus ita profecissēt, vt multis baptizatis vita atque doctrina, se præponere minime dubitarent, superuacaneum sibi esse crederent baptizari, quando ad illum mentis habitum se peruenisse crederent,ad quē multi baptizati adhuc ascendere conarentur.
Baptis. mus non Quid aūt valeat, & quid agat in homitten. ne corporaliter adhibita sanctificatio sacra tendus. menti, sine qua tū ille latro non fuit, quia Cap.23. non eius accipiendæ voluntas defuit, sed radiso:

non accipiēdæ necessitas affuit, difficile est dicere. Nisi tamen plurimum valeret,non serui baptismum Dns accepisset. Verum quia per se ipsa consideranda est, excepta salute hominis,cui perficiendæ adhibetur, satis indicat quod & in malis,& in eis, qui seculo verbis non factis renunciant ipsa integra est,cum illi,nisi corrigantur, salutem habere non possunt. Sicut autē in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptis. mus defuit,perfecta salus est,quia per pietatem spiritaliter affuit, sic & cum ipsa præsto est,si per necessitatem desit qđ latroni affuit,perficitur salus. Quod traditum tenet vniuersitas Ecclesiæ, cū paruuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro potuit, quinetiam flendo & vagiendo cum in eis mysterium celebratur, ipsis mysticis vocibus obstrepunt, & tamen nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. Luc.23. Matt. 3. De cōse. dist.4. c. baptismi vicem. F Rom.10

Et si quisquam in hac re authoritatem diuinam quærat, quanq̄ quod vniuersa tenet Ecclesia, nec concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum rectissime creditur: tamen veraciter conijcere possumus,quod valeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circuncisione carnis quam prior populus accepit,quam priusq̄ acciperet iustificatus est Abraham,Sicut Cornelius ēt dono spirituſsancti priusq̄ baptizaretur, ditatus est. Dicit tamen Apostolus de ipso Abraham, Signum accepit circuncisionis,signaculum fidei iustitiæ, quia iam corde crediderat, & deputatum illi erat ad iustitiam. Cur ergo ei præceptum est,vt omnē deinceps infantem masculum octauo die circuncideret,qui nondum poterat corde credere vt Dei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per seipsum sacramentum multū valebat? Quod in filio Moysi per Angelū manifestatum est,qui cum adhuc incircuncisus a matre ferretur, præsenti & euidenti periculo vt circuncideretur exactum est,& cum factum esset,depulsa est pernicies. Sicut ergo in Abraham p̄cessit fidei iustitia, & accessit circuncisio signaculum iustitiæ fidei,ita in Cornelio p̄cessit sanctificatio spiritalis in dono spūssancti, & accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac,qui octauo suæ nativitatis die circūcisus est, p̄cessit signa- Vbi Dei benignitas supplet,quę desunt baptismo. Cap.24. Gen.15 Acto.10 Rom.4. Gen.17 Exo.14 Exo.4. G

Rom.4. culum iustitiæ fidei,& quoniam patris fidē imitatus est, secuta est in crescente ipsa iustitia, cuius signaculū in infante pcesserat, ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentum, & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio, cuius mysterium pcesit in corpore. Et sicut in illo latrone quod ex De cōse. dist. 4. c. baptismi sacramento defuerat, compleuit baptismi omnipotentis benignitas, quia non superbia vicem. vel contemptu, sed necessitate defuerat, sic in infantibus, qui baptizati moriunt, eadem gratia omnipotentis implere credenda est, De cōse. dist. 4. c. quod nō ex impia voluntate, sed ex ætatis p paruu indigentia, nec corde credere ad iustitiam lus. H possunt, nec ore confiteri ad salutem: Ideo cum alij pro eis respondent, vt impleatur, erga eos celebratio sacramenti, valet vtiq; ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, qui respondere potest alius respondeat, non itidē valet. Ex qua regula illud in Euāgelio dictū est, quod oēs cum legitur, naturaliter mouet, ætatem habet, ipse pro se loquatur.

Ioan.9. Baptismus & pieras. Cap.25. De cōse. dist.4. c. baptismi vicem. Quibus rebus omnibus ostendit aliud esse sacramentum baptismi, aliud cōuersionem cordis, sed salutem hominis ex vtroq; compleri, nec si vnū horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse, vt & alterum desit, quia & illud sine isto potest esse in infante, & hoc sine illo potuit esse in latrone, complente Deo, siue in illo, siue in isto, quod non ex voluntate defuisset. Cū vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui, & baptismus quidem potest inesse vbi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neq; n. vllo modo dicenda est conuersio cordis ad I Deum, cum Dei sacramentum contēnitur. Iuste igitur reprehendimus, anathematizamus, detestamur, abominamur peruersitatem cordis hæreticorum, sacramentum tāmen Euangelicum non ideo non habēt, quia per quod vtile est non habent. Quapropter cum ad fidem & veritatē veniūt, & agentes pœnitentiam remitti sibi peccata deposcunt, non eos decipimus neq; fallimur, cum correctos a nobis ac reformatos in eo quod deprauati atq; peruersi sunt, ad regnum cœlorum sic disciplinis cœlestibus eruditos, vt quod in eis integrum est, nullo modo violemus, nec propter hominis vitium, si quid in homine dei est, vel nullum, vel vitiosum esse dicamus.

Iam pauca restant ex Epistola ad Iuba- Co ianum, sed quia in eis & de præterita Ecclesiæ consuetudine dicitur, & de baptismo Ioannis, quod solet non paruam mouere quæstionem hominibus rem manifestam parum attendentibus, quia iusti sunt ab Apostolo in Christo baptizari qui baptismū Ioannis acceperant, non negligenter tractanda sunt, sed in volumen aliud differēda, hic huius modus immoderatus sit.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De baptismo contra Donatistas, Liber Quintus.

ECclesiæ catholicæ consuetudinem pristinam nunc teneri, cum ab hæreticis vel schismaticis venientes, si Euangelicis verbis cōsecratum baptismū perceperunt, denuo non baptizantur, beato Cypriano teste vtimur. Ipse quippe sibi quæstionem proposuit ex ore vtiq; fratrū, siue quærentium veritatem, siue pro veritate certantium: inter disputationes enim suas quibus volebat ostendere denuo baptizandos hæreticos, de quibus satis pro tempore libris superioribus disseruimus, ait, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes, sine baptismo admissi sunt? Hic tota causa Donatistarum cum q̄bus nobis de hac qōne conflictus est, penitus naufragauit. Si.n. verum baptismum nō habebāt, qui venientes ab hæreticis ita suscipiebant, & super eos erant pctā eorum, cum cōmunicatum est talibus, siue ab eis, qui fuerant ante Cyprianum, siue ab ipso Cypriano, necesse est vt vnum dicantur ex duobus, aut perijsse iam tunc Ecclesiam talium cōmunione maculatam, aut nō obesse cuiquā in vnitate permanenti aliena ēe nota peccata. Illud autē, quia dicere non possunt perijsse tunc Ecclesiam, etiā contagione eorum, qui sine baptismo ad eam, sicut dicit Cyprianus, admissi sunt, alioquin nec originem suam poterunt asserere, si tunc perijt Ecclesiam, qm̄ plusquam quadraginta anni sunt inter Cypriani passionem & diuinorum codicū exustionem, vnde isti calūniarum suarum fumos iactantes, occasionē faciēdi schismatis inuenerūt, sicut cō stat ordo declarat. Restat vt fateant nullā malorū ēt cognitorū, tali cōione macula ri unitatē Christi. Q d cū falsi fuerint, nō inuenient causam cur se ab Ecclesijs orbis terrārum quas per Apostolos institutas pariter legimus, separare debuisse contendāt, M quia neque illi quorūlibet malorum commixtione perire potuerunt, & isti qui non perirent si cum illis in vnitate mansissent, separando se ab eis, & rumpēdo vinculum pacis, vtique in schismate perierunt. Apertissimum.n. sacrilegiū eminet schismatis, si nulla fuit causa separationis. Nullam uero fuisse cām separationis apparet, si mali etiā cogniti bonos in unitate non maculant. Non aūt maculari in unitate bonos, etiam à cognitis malis docemus, teste Cypriano, qui dicit, in præteritum de hæresi ad Ecclesiam uenientes sine baptismo admissos, quorum tamen nefaria sacrilegia, quæ super eos erant, quia baptismo dimissa non erāt, si poluere & perdere nō potuerant Ecclesię sanctitatem, nulla malorum pōt cōtagione perire. Quapropter si Cyprianum verum dixisse contendunt, eo teste conuincuntur esse in crimine schismatis, si Cyprianum falsum dixisse contendunt, eo teste non vtanē in quæstione baptismatis.

Quātū valeat u ritas. Cap. 2. Verba Cypria ni in epi stola. Ad Iubaia. Aug. ad Vincē tium.

Sed nunc quod cum beato Cypriano homine pacifico sermocinari instituimus, per agamus. Qui cum sibi opposuisset, quod di ci a fratribus nouerat, quid ergo, inquit, fiet de his qui in præteritum ad Ecclesiā de et de his qui in præteritum ad Ecclesiā de hæresi venientes, sine baptismo admissi sunt? Potens est, inquit, dñs misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt, ab ecclesiæ suę muneribus non separare. Be A ne quidem præsumpsit, quod charitas vnitatis posset cooperire multitudinem peccatorum. Quod si habebant baptismum, & ab his non recte sentiebatur qui eos denuo baptizandos esse censebant, id erratum cooperiebat vnitatis charitas, quandiu inerat ista non diabolica dissensio, sed humana tentatio, donec eis, sicut dicit Apostolus, si quid aliter sapiebant dominus reuelaret. Et ideo Phil. 2. væ istis qui per sacrilegam præcisionem ab vnitate dirupti, si & apud nos & apud illos est baptismus rebaptizant, si autem in catholica sola est nec baptizant. Siue ergo rebaptizent siue non baptizent, non sunt in uinculo pacis: Vnde cuiuslibet istorum uulneri adhibeant medicinam. Nos autem si ad ecclesiam sine baptismo admittimus, in eo numero sumus quibus Cyprianus pp unitatis custodiā ignosci posse præsumpsit. Si autem sicut iam, ut arbitror, ex his, quæ in superioribus libris diximus, manifestum est quòd etiam in hæreticorum peruersitate potest esse Christiani baptismi integritas, si qui temporibus illis rebaptizauerūt, nec tamen ab unitatis cōpagine recesserūt, eadem dilectione pacis potuerunt ad veniā pertinere, qua Cyprianus etiā sine baptismo admissos ab ecclesię muneribus non separari potuisse testatur. Porrò si verum est apud hæreticos & schismaticos non esse baptismum Christi, quanto minus obessent in unitate positis aliena peccata, si ad vnitatem venientibus, & sine baptismo admissis soluerentur & propria? Nam si teste Cypriano, vnitatis vinculum tātum valet, quo modo possent lædi alienis peccatis, qui nollent ab vnitate recedere, si etiam non baptizati peccatis proprijs non perirent, qui ad eam vellent ex hæresi accedere?

Cap. 3. Cipr. in epist. ad Iulianū. Auguſt.

Quod autem adiungit Cyprianus & dicit, Non tamen quia aliquando erratū est, ideo semper errandum est, cū magis sapientibus & deum timentibus congruat patefactæ & perspectę veritati libenter atq; incūctanter obsequi, quam pertinaciter atq; obstinate contra fratres & consacerdotes pro hæreticis reluctari. Verissime dicit, nec alteri potius quam sibi aduersatur, qui resistit apertissimæ ueritati. Sed per illa quæ tam multa iam diximus, quātum arbitror liquido apparet certumq; est baptismum Christi nec hæreticorum peruersitate, cum apud eos dat & sumitur, posse violari. Sed vt certū nō sit, saltem adhuc esse dubium quisqs ea quæ dicta sunt, ēt rentens cogitauerit, confitetur. Non ergo apertissimæ veritati C resistimus, sed aut pro manifesta veritate certamus, sicut ego existimo, aut certe sicut possunt putare qui nondum istam qōnem solutā esse arbitrantur, adhuc quæremus ueritatem. Et ideo si aliter se res habet quam non dicimus, eadem simplicitate suscipimus ab hęreticis baptizatos, qua suscipiebā tur illi, quos propter vnitatem Cyprianus ad veniā ptinere præsumpsit. Si autem ba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptismus Christi sicut ea quæ iam multa dicta sunt indicant,& in nõ integra, vel vita vel fide, siue eorum qui vñr esse intus, nec tñ ad vnicæ illius columbæ membra pertinent, siue eorum qui sic ad eam non pertinent, vt ẽt aperte foris sint potest esse integer,qui eum illis tpibus repetebant eandẽ veniam pp charitatem unitatis merebant, quam meruisse propter eiusmodi charitatẽ credidit Cyprianus eos quos sine baptismo admissos esse arbitratus est. Isti ergo q̃ nulla existente causa, quandoquidem sicut idem Cyprianus ostendit, mali bonis in vnitate obesse non possunt, se ab eiusdem vnitatis charitate præciderunt, locum omnis veniæ perdiderũt,& si ipso scelere schismatis interirent, ẽt si post catholicam non rebaptizarent,quanto supplicio digni sunt, qui vel quod eos non habere Cyprianus affirmat,hñtibus catholicis dare conãtur,vel sicut ipsa res manifestat, quod & ipsi hñt, non habere catholicam criminatur.

Colligit excusãr. Cypriani literis sermocinari instituimus, non vt arbitror etiam illi si adesset,viderer pertinaciter atq; obstinate contra fratres & consacerdotes pro hæreticis reluctari, cum acciperet tanta ista quæ nos mouent,cur ẽt apud hæreticos in suo maligno errore perseuerantes, baptismum tñ Christi per seipsum reuerendissimum atque sanctissimum esse posse credamus. Cumq; testimonium ponderis magni est, sic eos admitti in præteritum solitos, quisquis eius sermone commotus, hæreticos denuo baptizandos esse non dubitat,eos quibus hoc propter tanta quæ contradicuntur,nondum persuasum est tales esse deputet, quales in præteritum fuerunt,qui baptizatos in hæresi solo proprio errore correcto simpliciter admiserunt, & cum eis per vnitatis vinculum salui esse potuerunt. Quisquis autem & de præterita ecclesiæ consuetudine, & posteriore robore plenarij concilij,& tot tantis q̃; sanctarum scripturarum testimonijs,& ipsius Cypriani multis documentis, & perspicuis rationibus veritatis, intelligit Christi baptismũ uerbis euangelicis consecratum, non fieri cuiuslibet hominis puersitate peruersum, eodem vnitatis vinculo intelligat saluos esse potuisse,quibus aliud salua charitate tũc visum est,ac per hoc simul oportet intelligat,eos quos nulla zizania,nulla palea,si ipsa frumenta esse voluissent, in societate ecclesiæ toto orbe diffusæ poterant maculare, & ideo nulla existente causa diuortij se ab eodẽ vnitatis vinculo dirupcrunt,quodlibet illorum duorum verum sit, siue quod Cyprianus tunc sensit,siue quod catholicæ vniuersitatis,vnde ille nõ recessit obtinuit, foris apertissimè constitutos in manifesto sacrilegio schismatis saluos esse non posse,& omnia quæ habent de diuinis sacris, & liberalitate vnius legitimi viri, quandiu tales sunt,ad eorum confusionem potius q̃ ad salutem valere.

Cap. 4.

Quocirca ẽt si vere ppea vellent hæretici correcto errore venire ad ecclesiã q̃ pu[illegible] iarent se baptismum non habere nisi in ca[illegible] tholica acciperent,nec sic eis deberemus ad [illegible] iterationem baptismi consentire,sed potius [illegible] docendi essent, nec integritatem baptismi [illegible] prodesse peruersitati eorum si corrigi nol[illegible] lent:nec eorum peruersitate violatum fuisse integrum baptisma, quandiu corrigi noluerunt, nec quia corrigi volunt melius in eis baptisma fieri, sed ipsos à malignitate discedere:illud autem prodesse iam incipere ad salutem, quod prius inerat ad perniciem. Hæc enim discentes & salutem in catholica vnitate desiderabunt, & suum esse quod Christi est non existimabunt,& veritatis sacramentum quanuis in se positum, cum errore proprio non miscebunt. Hoc accedit, q̃a sic homines occulta nescio qua inspiratione dei detestantur, si quis iterum baptismum accipiat quem vbicunque iam acceperat,cum ijdem ipsi hæretici inde disputant, frontem confricent, & prope oculos eorum laici qui apud eos inueterauerunt, & animosam pertinaciam aduersus catholicam conceperunt, hoc solum illic sibi displicere fateantur,& multi qui propter adipiscenda aliqua commoda secularia,vel incommoda deuitanda trãsire in eos volunt, occultis conatibus ambiant,vt hoc eis quasi peculiari & domestico beneficio præstetur, ne rebaptizentur, & nonnulli cæteris eorum vanis erroribus,& falsis criminationibus aduersus catholicam Ecclesiam credentes hoc uno reuocentur, vt eis sociari nolint, ne rebaptizari cogantur. Quem sensum hominum omnia penitus corda oppugnantem isti Donatistæ metuentes,maluerunt recipere baptismum, qui apud Maximinianistas quos dãnauerant datus est, & eo modo sibi linguas præcidere, & ora oppilare,q̃ denuo baptizare tot homines Mu[illegible]

sticanæ & Assuritanæ & aliarum plebium, quas cum Feliciano & Prætexato & cæteris à se damnatis,& ad se redeuntibus exceperunt.

Cap. 6.

Cum enim hoc raro fit in singulis,inter multa spatia locorum & tẽporũ horror facti non ita sentitur, si autem repente conuenirent quos p tã longũ tps siue vrgẽtibus periculis mortis,siue p solẽnitates Paschales memorati Maximinianistæ baptizauerant,& eis diceretur vt iterũ baptizarẽtur, quoniã id quod in sacrilegio schismatis acceperãt nihil esset, id quidem diceret quod eos pertinacia sui erroris dicere cogeret, vt possent qualicunque falsa vmbra constãtiæ contra calorẽ veritatis, suæ duritiæ rigorẽ glaciemq; contegere. Sed quia hoc illi ferre non possent, & qđ in tã multis hominibus fieret, nec ipsi possent tolerare qui faterentur,præsertim quia ijdem ipsi eos in parte Primiani rebaptizarent, qui parte Maximiani iam baptizauerãt receptus est baptismus illorum,& interceptus typhus isto rum.Quod nullo modo eligerent fieri,ni si amplius sibi aduersari arbitrarentur horrorem hominum de iterata tinctione,q̃ cõsiderationem de perdita defensione.Quod nõ ideo dixerim quia humano sensu deterreri debuimus, si ab hæretica venientes denuo baptizari veritas cogeret,sed quia sanctus Cyprianus ait,hoc ipso magis hæreticos ad necessitatem veniẽdi adigi potuisse, si rursus in catholica baptizarentur: propterea cõmemorare volui quãtus penè in omnium mẽtibus huius facti horror insideat, quẽ diuinitus infusum esse crediderim, vt aduersus quaslibet disputationes quas infirmi discutere nequeunt horrore ipsa ecclesia muniretur.

Legitimũ non habere.

Sanè verba ipsa Cypriani cum intueor, admonens q̃dam multum necessaria dicere legitimè dirimendæ hmõi qõni: Nam si viderint, in quit, iudicio & sententia nr̃a id decerni & statui, vti baptisma iustum & legitimũ cõputetur,quod illic baptizentur,putabunt se ecclesiã quoq; & cætera munera ecclesiæ iuste & legitimè possidere. Non ait, putabũt se munera ecclesiæ possidere:sed, iustè & legitimè possidere. Nos aũt baptismũ eos nõ iuste & legitimè possidere concedimus, nõ possidere aũt non possumus dicere, cum sacramentum domini cum euangelicis uerbis cognoscimus. Baptismũ ergo legitimũ habent,sed non legitimè habent. Quisq;

Cap. 7.

Verba Cypriani.

.n.eũ & in vnitate catholica & eo digne uiuens hẽt,& legitimũ & legitimè hẽt. Quisque aũt vel in ipsa catholica sicut palea cõmixta frumẽto, vel extra sicut palea vento sublata hẽt,hũc baptismum quidem legitimum habet,sed non legitime. Ita.n.habet quẽadmodũ eo vtitur,non aũt legitime vtitur qui eo cõtra legẽ utitur. Quod facit omnis qui baptizatus perdite uiuit, siue intus siue foris.

Cap. 8.

Quapropter sicut de lege dicit Apostolus, Bona est lex si quis ea legitimè vtatur: 1.Ti. 1. ita de baptismo recte dicere possumus, Bonus ẽ baptismus si q̃s eo legitimè vteť. Et sicut non faciebant tunc vt lex bona non esset,aut omnino nulla esset, qui ea non legitimè utebantur, sic nullo mõ facit vt baptismus bonus nõ sit: aut vt omnino baptismus nõ sit,quisq; eo siue q̃a in hæresi, siue q̃a in pessimis moribus viuit, nõ legitimè vtit.Et ideo cũ vel ad vnitatẽ catholicam, vel ad vitã tanto sacro dignam conuertit[illegible], nõ aliud baptisma incipit habere legitimũ, sed illud ipsum incipit habere legitimè:nec remissio irreuocabiliũ peccatorum consequitur baptisma,nisi non solum legitimum, sed etiã legitimè habeatur: nec tñ si legitime non habebitur,& peccata vel nõ remittentur,vel remissa replicabũtur, propterea vel malum uel nullũ erit in baptizato baptismi sacramentum.Sicut enim Iudas, cui Ioan 13. buccellã tradidit dñs,non malum accipien De con do sed male accipiendo locum in se diabo sec.di.2. lo præbuit, sic indigne quisque sumens do c. sicut mimicum sacramentum non efficit, vt quia Iudas.4 ipse malus est malum sit,aut quia non ad sa sen. di.9 lutem accipit, nihil acceperit,Corpus.n.do cap. 9. mini & sanguis dñi nihilominus erat etiã il verba. lis quibus dicebat Apostolus, Qui mandu 1.Co.11. cat indigne iudiciũ sibi manducat & bibit. Non ergo quærãt in catholica hæretici qđ hñt,sed quod non habent:id est, finem præcepti charitatem,sine quo multa sancta ha- 1.Ti. 1. beri pñt,sed prodesse non possunt. Finis ãt præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona,& side non ficta. Lauacri vero sacramentum non vt habeant si iam eo- L dem ipso,quanuis in hæresi tincti sunt, sed vt salubriter habeant, ad catholicam vnitatem veritatemque festinent.

Baptismus Ioã Christi.

Iam nunc de baptismo Ioannis uidendũ est quid dicať. Baptizatos.n.à Paulo eos q̃ nis ex iã baptismo Ioãnis baptizati fuissent, legimus in Actibus Apostolorum, non ob aliud Cap. 9.

aliud nisi qa Ioānis baptismus non fuerit
Acto.19 Chri baptismus, sed Ioannis à Chro con-
cessus qui Ioannis proprie diceretur, sicut
Ioan. 3. idē Ioānes dicit, Non pōt hō accipere q.q.
quā, nisi datū fuerit ei de cœlo. Et ne fors
tan hoc sic à deo patre accepisse videretur
ut à filio nō acciperet, de ipso Christo iden
tidem loquens ait. Nos oēs de plenitudine
Ioan. 1. eius accipimus. Accepit aūt hoc Ioānes cer
Matt. 3. tæ dispensationis gratia, non diu mansurū,
sed quantū satis esset ad parandam viā do-
mino, cuius eū esse præcursorē oportebat.
Quam ille humiliter ingressurus, & se hu-
militer sequenetes ad excellētiam deductu
rus, sicut seruis pedes lauit, ita serui baptis-
Ioā. 13. mo tingi voluit. Sicut.n. se subiecit pedibus
Matt. 3. eorum quos ipse dirigebat, sic Ioannis mu-
Sup. li. 4 neri quod ipse donauerat, vt intelligerent
cap. 22. omnes quanto superbiæ sacrilegio quisque
contēneret baptisma qđ a domino deberet
accipere, qū ipse dūs accepisset, quod seruo
ut proprium dare posit, ipse præstiterat.

M Et cum Ioannes, quo nemo exurrexit ma-
Mat. 11 ior in natis mulierū, tm testimonium Chri
Matt. 3. sto perhiberet, vt soluendæ corrigiæ calcia-
menti eius se fateretur indignum, Christus
& baptismum eius accipiendo, humillimus
inter homines inueniret, & baptismo eius
locū afferēdo, deus altissimus crederet, idē
humilitatis doctor & celsitudinis dator.
Nulli n. Prophetarum, nulli prorsus homi
num in scripturis diuinis legimus conces-
sum esse, baptizare in aqua pœnitētiæ in re
missionē peccatorum, quod Ioanni conces
sum est, qua mirabili gratia suspēdens in se
corda populorum, viā præpararet in eis, illi
quem se tanto prædicaret esse maiorē. Sed
dominus Iesus Christus tali baptismo mū
dat ecclesiam, quo accepto nullum a terum
requiratur. Ioannes aūt tali baptismo præ
cingebat, quo accepto esset baptisma ēt dūi
cum necessarium, non vt illud repetaī, sed
vt eis qui baptismū Ioannis acceperant, ēt
Christi baptismus cui viam præparabat ille,
traderetur. Si enim Christi humilitas
commendanda non esset, nec baptismo
A Ioannis opus esset. Rursum si in Ioanne
Acto.19 finis esset, post Ioannis baptisma Chri-
Ro. 10. sti baptismate opus non esset. Sed quia
finis legis Christus ad iustitiam omni cre-
denti: ab illo demonstratum est ad quē per-
geretur, ad hunc cum peruentum fuerit per
manetur. Idem igitur Ioannes & celsitudi
nem domini prædicauit, cum eum sibi Ion-
ge præposuit, & humilitatem, cum eum tan,
quam infirmum baptizauit. Sed si Ioānes
Christum solum baptizasset, melioris ba-
ptismi Ioānes dispensator fuisse putaretur,
quo ipse Christus solus tinctus esset, quàm
Christiani tingūtur. Et rursus si oēs prius
baptismo Ioannis, & deinde Christi baptis-
zari oporteret, minus plenus minusq; per
fectus Christi baptismus merito videret,
qui nō sufficeret ad salutē. Quocirca & ba-
ptismo Ioannis baptizatus est dūs, ut sup-
bas hominum ceruices ad salutem suū ba-
ptisma flecteret, & non solus ipse superbus
ostenderet, quod eo solo ipse baptizari me
ruisset, & ultra illud perseuerare non sinit,
ne hoc unū quo ipse baptizat, indigere præ
cedente alio videretur.

Quæro itaq;, si baptismo Ioannis pere
ca dimittebantur, quid amplius præstiarl po
tuit per baptismum Christi, eis quos Apo
stolus Paulus post baptismū Ioannis, Chri
sti baptismo uoluit baptizari? Si aūt Ioan
nis baptismo non dimittebantur peccata,
utrum nam meliores erant Ioanne Cypria
ni temporibus de quibus ipse dicit, q̄ sum
dos insidiosis fraudibus rapiebant, & usu
ris multiplicantibus fœnum augebant, qui
bus tamen baptizātibus fiebat remissio pec
catorū? An quia eos unitas Ecclesiæ tene
bat? Quid ergo? Ioannes non erat in unita
te, amicus ille sponsi, uiæ dominicę præpa
rator, & ipsius domini baptizator? Quis
hoc dementissimus dixerit? Quapropter
quanquam ita credam baptizasse Ioannem
in aqua pœnitentiæ in remissionem pecca
torum, ut ab eo baptizatis in spe remitterē
tur peccata, re ipsa uero in domini baptis-
mo id fieret, sicut resurrectio quæ expecta-
tur in finem spe in nobis facta est, sicut di-
cit idem Apostolus, quia simul nos excita-
uit, & simul sedere fecit in cœlestibus. Et
idem dicit, Spe enim salui facti sumus. Nā
& ipse Ioannes cum dicat, Ego quidem ba-
ptizo vos in aqua pœnitentiæ in remissio-
nem peccatorū dūm videns ait, Ecce agnus
dei, ecce qui tollit peccata mundi: tamen ne
quisque contendat ēt in baptismo Ioannis
dimissa esse peccata secundū aliquā amplio
rē sanctificationē eis quos iussit Paulus A-
postolus denuo baptizari, per baptismum
Christi esse collatam, non ago pugnacites.

Illud enim quod ad rem præsentem ma
xime pertinet, maxime intuendum est quo
se habeat baptisma Ioannis, cum eum po

ptismū ad vnitatem Christi pertinere manifestum
Ioannis sit, quæ causa fecerit, vt post Ioannem san
baptiza- ctum baptizari homines oportuerit, & post
tuit Pau- Episcopos auaros nō oportuerit. Nemo.n.
lus. negat q̄ in agro dominico Ioannes triti-
Ca. 11. cum erat, & si amplius non potest in veri-
Mat. 13. tate centenum. Item nemo dubitat auari-
&. 3. tiam, quæ est idolorum seruitus, in messe
dominica inter paleas numerari. Cur ergo
post triticum baptizatur, & post paleam
non baptizatur? Si propterea Paulus post
Ioannem baptizauit, quia Ioanne melior
erat: cur non & Cyprianus post fœnerato-
res suos collegas baptizauit quibus vltra cō
Col. 3. parationem melior erat? Si proptorea post
tales collegas Cyprianus non baptizauit,
quia in vnitate cum illo erant, nec post Io
annem debuit Paulus, quia eadem vnitate
continebatur. An forte fraudatores & rapa
Dēs ad columbæ illius vnicæ membra perti
nent, & ille non pertinet cui potestas ipsa
domini nostri Iesu Christi per colūbæ spe-
ciem spiritusancto descendente monstrata
est? Immo vero ille intime pertinet: isti ve-
ro vel occasione alicuius scandali, vel vlti-
ma ventilatione à tritico separandi nequaq̄
pertinent, & tamen post illum baptizatum
est, post istos non baptizatur. Quæ igitur
causa est, nisi quia baptisma quod illos iussit
Paulus accipere, non hoc erat quod per Io
annem dabatur? & ideo in eadem ipsa vni-
tate Ecclesiæ, baptismus Christi si baptizā-
te fœneratore tradatur, repeti non potest,
baptismum autem Ioānis etiam ab ipso Io
anne accipientes, postea Christi baptismo
baptizari oportebat.

Proinde possum & ego verbis vtens ip-
annis ba sius Cypriani ad cuiusdam miraculi consi-
ptismus derationem audiētium corda conuertere si
reuoca- dicam, Ille Ioannes maior inter Prophe-
batur. tas habitus, ille diuina gratia in vtero ma-
Cap. 12. tris impierus, ille Heliæ spiritu & virtute
Mat. 11 subnixus, qui non aduersarius domini, sed
Luce 1. præcursor & prædicator fuit, qui dominū
non tantum verbis prænunciauit, sed & o-
culis ostendit, qui ipsum Christum p quē
E baptizantur cæteri baptizauit, sic baptizare
non meruit, vt post eum non baptizaren-
tur qui ab eo fuerant baptizati, & post aua-
ros, fraudatores, rapaces, fœneratores, nemo
quemquam in ecclesia baptizandum puta-
bit? Nonne cum hæc inuidiose clamauero,
videtur mihi, Quid hoc indignum putas,
quasi aut Ioannes exhonoratus sit, aut aua-
rus honoratus? Sed illius baptismum non
oportuit iterari, de quo idem Ioannes ait,
Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Per Ioan. 1.
quemlibet. n. ministrum detur, illius est ba
ptismus de quo dictum est, hic est qui ba-
ptizat. Sed neque ipsius Ioannis baptismus
iteratus est, cum ab eo baptizatos baptizari
in Christo Paulus Apostolus iusit. Quod
enim ab amico sponsi non acceperant, hoc
ab ipso sponso accipere debuerunt, de quo
ille amicus dixerit, Hic est qui baptizat in
spiritusancto.

Poterat.n. si voluisset dūs Iesus baptis- Solius
mi sui potestatem dare alicui vel aliquibus Christi
p̄cipuis seruis suis quos iam fecisset amicos baptis-
suos, qualibus ait, Iam non vos dicam ser- mus est.
uos sed amicos, vt quemadmodum per vir Cap. 13
gam florentem demonstratus est Aaron sa Ioan. 15.
cerdos, ita in eius Ecclesia vbi plura & ma Nu. 17.
iora miracula facta sunt, per aliquod signū
demonstrarentur excellentioris sanctitatis F
ministri & dispensatores ministeriorum, q̄
soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret, q̄-
uis eis à domino attributus, tū ipsorum iā
baptizatus diceretur sicut baptismus Ioā-
nis fuit, ideo Paulus gratias agit deo, q̄ ne- 1. Co. 1.
minem ipsorum baptizauerat, qui tanq̄ ob
liti in cuius nomine baptizati essent, per ho
minum se nomina diuidebant. Cum.n. tan- De con.
tum valet baptismus per hominem contē di. 4. ca.
ptibilem quantum per Apostolum datus, cum tan
ita nec illius, nec illius esse cognoscitur sed tum.
Christi, quod in ipso domino Ioannes per
ipsam colūbæ speciem se didicisse testatur.
Nam secundum quid aliud dixerit, Et ego Ioan. 1.
nesciebam eum: non plane video. Si.n. eum
omnino nesciret, non venienti ad baptismū
suū diceret, Ego à te debeo baptizari. Quid Matt. 3.
ergo est quod ait, Quoniam vidi spiritum
sicut columbam descendentem de cœlo, &
mansit super eum, & ego nesciebam eum.
Sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mi
hi dixit, Super quem videris spiritum de- Ioan. 1.
scendentem de cœlo, & manentem super
eum, hic est qui baptizat in spiritusancto.
Columba vtiq; super baptizatum descende
rat. Adhuc autem venienti vt baptizaretur
dixerat, Ego à te debeo baptizari. Iam ergo
sciebat eum. Quid sibi itaque vult, ego
nesciebam eum, sed qui me misit baptizare G
in aqua, ipse mihi dixit, super quem vi-
deris spiritum descendentem de cœlo &
manentem super eum ipse est qui bapti-
zat in spiritusancto: cum hoc posteaquam

bapti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptizatus est factum sit, misi quia scđm ali quid eũ sciebat, scđm aliquid adhuc nescie-
Ibidem. bat? Sciebat videlicet sponsum filium dei, de cuius plenitudine oẽs acciperẽt: Sed quia ex eius plenitudine ipse sic acceperat baptizan-
Act. 19. di potestatẽ, vt Ioannis baptismus diceret, nesciebat vtrum sic esset daturus & cęteris, an vero proprium baptismum sic habiturus, vt per quemlibet daretur, siue excellentioris gratiæ ministrum, siue inferioris, siue
Mat. 13 per centeni fructus hominẽ, siue sexageni, siue triceni, siue per frumentũ, siue per paleam, non nisi illius vnius esse cognosceretur, & hoc per spũm didicit, velut columbam descendentem & manentem super eum.

Cap. 14 Itaque inuenimus dictum ab Apostolo,
1. Te. 2. Et gloriam meam, quanuis vtiq; in dño, &
Ro. 11. ministerium meum, & prudentiam meam,
Ephe. 3. & Euangelium meum, quãuis vtiq; à dño
2. Ti. 2. imperitum atq; donatum: baptismus autem meus nemo dixit eorum omnino, Neq; n. omnium æqualis est gloria, nec ministrant omnes æqualiter, nec æquali prudentia sunt
H oẽs prædicti, & in euangelizando alius alio melius operatur, & ideo dici potest alius alio doctior in ipsa doctrina salutari: alius aũt alio magis minusve baptizatus dici nõ potest, siue ab inferiore, siue à maiore bapti-
Gal. 5. zetur. Proinde cum manifesta sint opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contẽtiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, si mirabiliter dicitur, post Ioãnẽ baptizati sunt homines, & post hæreticos non baptizanť,
Act. 19. cur non mirabiliter dicitur, post Ioannem baptizati sunt homines, & post inuidos nõ baptizãtur, cum ex parte diaboli esse inuidos ipse Cyprianus in epistola de zelo & liuore testet, & in ecclesia Christi fuisse inuidos Chri annunciatores ipsis apostolicis tẽporibus ipse Cyprianus ex Apostolo Paulo sicut iam docuimus manifestet?

Cap. 15. Quia ergo Ioannis baptismus non erat idem qui baptismus Christi, satis arbitror esse declaratum, & propterea nihil documẽti ex illo afferri potest, cur propterea post hæreticos baptizandum sit, ęa baptizatum est post Ioannẽ, cum Ioannes hæreticus nõ fuerit, & potuerit habere baptismum, quanuis à Christo concessum, non tamen Chri
I proprium, cum Christi habuerit charitatem, & possit hæreticus habere baptismum Christi & peruersitatẽ diaboli, sicut intus aliquis potest habere baptismũ Chri & inuidiam diaboli. At. n. multo magis post hæreticum baptizandum est, quia Ioannes hęreticus nõ erat, & tñ post eũ baptizatũ est. Sic dicit aliq̃s, multo magis post ebriosum baptizandum est, quia Ioãnes sobrius erat, & tamen post eum baptizatum est, & quid respondeamus ei, non habebimus nisi baptizatis à Ioanne baptismum Christi non habentibus esse traditum, in quibus autem est baptismus Chri, quibusliber eorũ peruersitatibus nullo modo potest fieri, vt non sit in eis baptismus Christi. Non itaq; idcirco hæreticus ius baptismi obtinere potuit, qa prior baptizauit, sed quia non suo baptismo baptizauit, & si ius baptizandi non habuit, tamen Christi est quod dedit, & ille Christi est qui accepit. Multa enim contra ius dantur, nec tamen ideo vel nulla vel non data dicuntur. Neq; n. & ille qui seculo solis verbis & non factis renunciat, iure accipit baptismum & tamen accipit. Nam tales & in ecclesia & Cyprianus suis temporibus fuisse commemorat, & nos experimur, & gemimus. Mirum autem est quomodo dicatur separari à se & diuidi omnino nõ posse baptismum & ecclesiam. Si enim baptisma in baptizato inseparabiliter manet, quomõ baptizatus separari ab ecclesia potest, & baptismus non potest? In baptizato autem inseparabiliter baptisma permanere manifestum est, quia in quodlibet profundum malorum & in quamlibet horribilem voraginem peccatorum irruat baptizatus vlq; ad apostaticam ruinam non caret baptismo, & ideo per pœnitentiam redeunti non redditur, quia eo non potuisse carere iudicatur. Baptizatum autem posse separari ab ecclesia q̃s dubitauerit? Inde qppe omnes hæreses exierũt, q̃ vocabulo Chriano decipiũt.

Quamobrem quia manifestum est in ba
ptizato esse baptismum, cum baptizatus ab
ecclesia separatur, baptismus qui in illo est,
cum illo vtiq; separatur, & ideo non om-
nes qui tenent baptismum, tenent eccles
sicut non omnes qui tenent ecclesiam, te
nent & vitam æternam. Aut si ecclesiam te
nere non dicimus, nisi eos qui diuina ma
data custodiunt, multos iam esse concedi
mus baptismum tenentes, & ecclesiam non
tenentes. Quamobrem non præoccupa
hæreticus baptismum, cum eum ab eccle
sia sumpserit. Nec potuit amittere cum
eccle-

recederet. quẽ iam non habere ecclesiã dici
mus, & tñ habere baptismum concedimus.
Nec primatũ quisq̃ sibi derogat & hæreti-
co tribuit, quia eum dicit secum abstulisse,
quod non legitime daret, sed tñ legitimum
daret, nec iam legitime haberet, sed legiti-
mum haberet. Primatus aũt non est nisi in
sancta cõuersatione & vita bona, quo perti
nent oẽs, ex quibus tanq̃ membris constat
Ephe. 5. illa sponsa non habens maculã neq; rugã,
2. Petr. 3. Et illa columba inter multorum coruorũ
cap. 18. improbitatẽ gemens, Nisi forte cum Esau
Cant. 6. pp lenticulæ concupiscentiam primatum
Ge. 25. perdiderit: tenere primatum arbitrãdi sunt,
fraudatores, raptores, fœneratores, inuidi,
ebriosi, & cæteri hmõi, q̃les in ecclesia sui
tẽporis ẽt per literas Cyprianus ingemuit?
Quapp aut qđ est tenere ecclesiam, non
hoc est in diuinis tenere primatum, aut si
omnis qui tenet ecclesiam ẽt primatum te-
net, omnes illi iniqui ecclesiam non tenẽt,
qui tñ intus videntur & baptismum dare
& habere à nullo nostrum negantur. Nam
M nisi qui nihil diuinum sapit?
Baco- Sed iam ad illa eloquia pacifica Cypria-
nium. ni, hoc est ad epistolæ finem omnibus consi
Cypria. deratis pertractatisq; peruentum est, quæ
Ca. 17. me legentem & sæpe repetentem non sa-
tiant, tanta ex eis iocunditas fraterni amo-
ris exhalat, tanta dulcedo charitatis exube-
rat. Hæc tibi, inquit, breuiter p nostra me-
diocritate rescripsimus frater charissime,
Cypria- nemini præscribentes aut præiudicantes, quo
nus in epi minus vnusquisq; Episcoporum quod pu-
Bafo- tat faciat, habens arbitrij sui liberam pote-
lobais- statem. Nos quantum in nobis est, pp hæ-
reticos cum collegis & coepiscopis nostris
non contendimus, cũ quibus concordiam
& dominicam pacem tenemus, maxime cũ
& Apostolus dicat, Si quis autẽ putauerit
contentiosus esse, nos talem consuetudinem
non habemus, neq; ecclesia dei: seruatur à
nobis patiẽter & leniter charitas animi, ho-
nor collegij, vinculum fidei, concordia sa-
cerdotij. Propter hoc ẽt libello de bono pa-
tientię, quãtum valuit nostra mediocritas,
præmittente & inspirante dño cõscripsimus,
quem ad te pro mutua dilectione transmisi
mus. In his verbis multa cõsideranda sunt,
A quibus in hoc viro qui dilexit decorem do-
Psal. 5. mus domini, & locum tabernaculi habita-
tionis eius, Christianæ charitatis fulgor e-
luceat. Primo quia id quod sensit nũ tacuit:
deinde quia tam mansuete & pacifice protulit, quia cum his qui aliud sentiebant ecclesiasticam pacem tenuit, quia in vnitatis vinculo tantam salubritatem esse intellexit, quia eam tantum dilexit, & sobrie custodiuit, quia vidit & sensit etiam diuersa sentientes posse salua charitate sentire. Neque enim cum malis tenere se diceret diuinam concordiam & dominicam pacem. Bonus quippe habere erga malos pacem põt, tenere autem cum eis pacem non põt, quã ipsi non tenent. Postremo quia nemini præscribẽs neq; præiudicans, quo minus vnusquisq; episcoporum qđ putat faciat, habẽs arbitrij sui liberam potestatem, etiã nobis qualibuscunq; locum dedit, pacifice secum ista tractandi. Præsens est. n. non solum per literas suas, sed etiam per ipsam quæ in illo maxime viguit, & mori nunquã potuit, charitatem. Huic ergo inhærere & conglutinari desiderans, si non impediar inconuenientia peccatorum meorum, orationibus eius adiutus, discam si potero per literas eius q̃ta pace per eum ecclesiam suam dominus, & quanto solatio gubernauerit, & per eius sermonis affectum viscęribus humilitatis B
indutus, si quid verius sentio, cum orbe terrarum, non ei præponam cor meum, nec in eo ipso quod aliter sentiens, non tñ diremptus est ab orbe terrarum. Maius quippe in eo robur virtutis eminuit, cum ista quęstio nondum discussa nutaret, quod aliter sentiens quàm multi collegæ, & tantam moderationem obtinuit, vt ecclesiæ dei sanctam societatem nulla schismatis labe truncaret, quã si omnia non solum veraciter, sed etiã pariter sine ista virtute sentiret. Neq; n. ei placeo si eius ingenium facultatemq; sermonis, & doctrinę vbertatẽ, sancto cõcilio cunctarum gentium, cui profecto interfuit per spũs vnitatem, præponere affectẽ, præsertim iam eo in tali veritatis luce posito, vbi certissime cernit, quod hic pacatissime requirebat. Ex illa. n. vbertate hæc nostra q̃ videntur eloquia, tanquã infantilia rudimẽta deridet, ibi videt qua regula pietatis hic egerit, vt nihil esset ei in ecclesia charius vnitate, ibi etiam ineffabili delectatione contuetur quã prouida & misericordissima dispensatione deus infirma mundi elegit, vt 1. Co. 1.
tumores nostros curaret, stulta mundi elegit vt confunderet sapientes, atq; in ordinibus membrorum ecclesiæ suæ tam salubriter omnia collocaret, ne de ingenio vel lite C
ris sus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris suis quas adhuc ignorarent cuius mune re haberent electos te ad adiutorium euan gelicum homines dicerent, atq; inde pesti tera inflarentur superbia. O quam gaudet Cyprianus, quanto serenius in illa luce cõ tuetur, pro quanta salute humani generis factum sit, vt inueniatur aliquid quod me rito reprehendi possit, quãuis in xpianis & pijs literis oratorum, & non inueniatur in literis piscatorum. De hoc ergo gaudeo san ctæ illius animæ omnino securus, neq; vllo modo meas literas ab omni errato liberas audeo vel putare vel dicere, neq; illius huic sententiæ, in qua ei visum est aliter suscipiẽ dos ab hæreticis venientes, quã vel in præ teritum suscipiebantur, sicut ipse testatur, vel nunc suscipiunt sicut totius orbis Chri stiani plenario concilio rationabilis consue tudo firmata est, meam præpono sententiã, sed ecclesiæ sanctæ catholicæ quam sic ille dilexit & diligit, in qua tam vberem cum tolerantia fructum attulit, cuius vniuersitas ipse non fuit, sed in eius vniuersitate per mansit, cuius radicem nunquã deseruit, sed
D in cuius radice fœcundus vt esset fœcũdior ab agricola cœlesti purgatus est. Pro cuius pace ac salute ne simul cum zizanijs eradi caretur & triticum, tanta mala hominum secum in humilitate constitutorum & veri tatis libertate redarguit, & charitatis virtu te sustinuit

Cap. 18. Vnde nos idẽ ipse copiosissime admonet, multos in delictis suis & peccatis mortuos, quamuis ad Christi societatẽ, & ad illius co lumbæ vnicæ innocentis & simplicis mem bra non pertinentes, quę si sola baptizaret, illi vtique non baptizarent, specie tñ intus videri & baptizari & baptizare. & in eis q̃ uis mortuis, illius tñ baptismum viuere, q
Rom. 6. non moritur, & mors illi vltra non dñabi tur. Cum ergo & intus sint mortui, neq; la tentes, nam non de illis tãta diceret Cypria nus, qui vel non pertineant, vel nondum p tineãt & foris sint mortui, qui manifestius ad ea vel non pertineant vel nondum perti neant, verumq; sit non posse ab eo viuifica ri alterum, qui ipse non viuit, manifestum est eos qui intus a talibus baptizantur, si ve ra conuersione cordis accedunt, ab eo viuifi cari cuius est baptismus. Si autẽ seculo ver bis solis & non factis renũciant, quales Cy prianus & intus esse testatur, nec ipsos viui ficari nisi conuertantur, & tamen verum habet baptismum, etiam si non conuertan-

tur, vnde & exteriores mortuos quã uis ne que viuãt, neq; viuificent, habere tñ baptis mũ viuũ qui eis tũc prosit ad vitã, si cõuer tantur ad pacem, similiter manifestum est.

Quapropter qui tunc ab hæresibus ve nientes in eodem Chri baptismo, quem fo ris acceperant suscipiebant, & dicebãt se ve terem consuetudinem sequi, sicut etiã nũc suscipit ecclesia, frustra contra eos apud ve teres dicebatur hæreses & schismata, prima adhuc fuisse initia, vt hi illic essent qui de ec clesia recedebant, & hic baptizati prius fue rant, quos tunc ad ecclesiã reuertẽtes & pu nitentiam agentes, necesse non erat baptiza ri. Scatim. n. vnaquęq; hęresis vt exisset, & à congregatione catholicæ communio nis exibat, non dico alio die, sed ipso die po terat irruentes in se aliquos baptizare. Et ideo si vetus hæc erat consuetudo vt sic lo sciperentur, quod nec ipsi qui contra disse rebant negare potuerunt, nulli paulo auten tius aduerteti potest esse dubium, etiã eos sic esse susceptos, qui foris in hæresibus ba ptizati sunt. Illud autem quid habeat rõna non video, vt nondum dicatur ouis errans, cui q̃renti salutem Christianã in hæretico rum incidere errorem, & apud eos contigit baptizari, & ouis iam facta dicatur in ipsa intus catholica, qui seculo verbis solis & non factis renunciauit & in ea cordis falla tate baptismum accepit, Aut si & talis non fit ouis, nisi cum se ad deum veraci corde conuerterit, sicut iste non q̃ fit ouis bapti zatur, si iam baptizatus erat, sed ouis non dum erat, sic & ille qui venit ab hæreticis vt ouis fiat, non tunc baptizandus est, si a pud eos iam eodem baptismo baptizatus e rat, quamuis adhuc ouis non erat. Quapro pter cum omnes etiam intus mali, auaros uidi, ebriosi, & contra disciplinam Christia nam viuentes, merito dici possint menda ces & tenebrosi & mortui & antichristi, nã quid tamen propterea non baptizant, quia nihil potest esse commune mendacio & ve ritati, tenebris & luci, morti & immortali tati, antichristo & Christo? Non itaque ex sola consuetudine, sed etiam de veritatis ra tione præsumit, qui nullorum hominum peruersitate peruersum fieri dicit dei sacra mentum, quod etiam in peruersis esse dicẽ ratur. Certe Ioannes Apostolus aperti me dicit, Qui odit fratrẽ suum, in tenebris est vsque adhuc. Et iterum, Qui odit fra trem suum, homicida est. Cur ergo intus

1. Ioã. 3. tales baptizãt, quos in maleuola anima fuis se Cyprianus ipse commemorat, Quomõ aquã mũdat & sanctificat homicida? Qũo benedicunt oleum tenebræ? Si autem deus adest sacris, & verbis suis p q̃leslibet admi nistrent, & sacra dei vbiq; recta sunt, & ma li homines q̃by nihil ꝓsunt, vbiq; pueri sunt.

Cap. 20 Illud quale est vt ideo putẽt hæreticus non habere baptismum quia non habet ec clesiam? Et vbiq; cum baptizatur, etiam de sancta ecclesia interrogatur. Quasi vero il le qui non factis intus, sed verbis seculo re nunciat, non hoc in baptismo interrogetur. Sicut ergo huius falsa responsio non efficit, vt baptismus non sit quem percipit, sic & illius de ecclesia sancta falsa rñsio, non effi cit vt baptismus non sit quem percipit. Et sicut ille si postea quod fallaciter responde rat veraciter impleat, non ei baptismus re petitur, sed vita corrigitur, sic & ille si po stea veniat ad ecclesiam, de qua interroga tus falsum responderat, quia eam se habere dum non haberet putabat, ipsa quam non habebat ei datur, non quod acceperat itera tur. Cur autem ad verba quę procedunt ex H ore homicidæ, posit tamen deus oleum san ctificare, & in altari quod hęretici posuerũt nõ posit, nescio, nisi forte cor hominis quẽ fallaciter conuersum intus non impedit, li minus sacramentis suis adesse dignetur, nul
Ioan. 9. lis hominum falsitatibus impeditus. Si ergo
De cõs. dist. 4. c. quomõ deus. ad hoc valet quod dictum est in euangelio. Deus peccatorem non audit: vt per pecca torem sacra non celebrentur, qũo exaudit homicidam deprecantem, vel supra aquam baptismi, vel super oleum, vel super eucha ristiam, vel super capita eorum quibus ma nus imponitur? Quæ omnia tamen & fiũt & valent etiam per homicidas. i. per eos qui oderunt fratres etiam in ipsa intus ecclesia. Cum dare nemo possit quod nõ habet: qũo dat homicidã spiritum sanctum? Et tñ ipse intus etiam. baptizat. Deus ergo dat etiam

Cap. 21. ipso baptizante, spiritum sanctum.

Cypria. Quod vero ait, baptizandus & innouan dus est qui ad ecclesiam venit, vt intus per in non sanctos incurrerit? An forte sanctus ep. 21 sanctos sanctificetur: quid faciet si & intus est homicida? Et si propterea baptizatur in ecclesia, vt hoc ipsum deponatur, quod ho mo ad deum veniens dum sacerdotem quæ rit, in sacrilegũ fraude erroris incurrit, vbi postea depositurus est, si forte in ipsa intus ecclesia dum hominem dei quærit, in homi cidam fraude erroris incurrit? Si nõ potest in homine aliquid inane esse & aliquid prę ualere, quare potest in homicida sacramen tum sanctum esse, & cor sanctum non esse? Si quisquis sanctum spiritum dare non po test, nec baptizare potest, cur intus baptizat homicida? Aut quomodo spiritum sanctũ habet homicida, cum omnis qui spũ sctũ habet illuminatus sit: q autem odit fratrẽ, in tenebris sit vsq; adhuc? Si quia vnus est 1. Ioã. 2. baptismus & vnus spiritus, ideo nõ possunt habere vnum baptisma, qui non habent v num spiritum, cur intus innocens & homi cida baptismum vnum habent, & eundem spiritum non habent? Ita ergo potest hære ticus & catholicus baptisma vnum habere, & vnam ecclesiam nõ habere, sicut possunt in catholica innocens & homicida vnum habere baptisma, & vnum spiritum non ha bere: quia sicut vnum est baptisma, sic vnus est spiritus & vna ecclesia: Ita fit vt hoc in quoq; agnoscendum sit quod habet, hoc ei dandum quod non habet. Si nihil potest ra tum & firmum esse apud deum quod illi fa ciunt quos dñs hostes & aduersarios suos esse dicit, cur firmus est baptismus quem K tradũt homicidæ? An hostes & aduersarios domini non dicimus homicidas? Qui autẽ odit fratrem suum, homicida est. Quomõ ergo baptizabant qui oderant Paulum ser- 1. Ioã. 3. uum Christi Iesu, ac per hoc oderant & Ie sum, qui & Saulo dixit ipse, Quid me perse Acto. 9. queris: quando eius seruos persequebatur, & in fine ipse dicturus est, Cum vni ex mi nimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis? Mat. 25. Quamobrem omnes qui ex nobis exeunt, non sunt ex nobis, sed non omnes qui no biscum sunt ex nobis sunt, sicut area cum trituratur, quicquid inde volat non est tri ticum, sed non quicquid ibi est triticum est. Ideoque & Ioannes, Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim 1. Ioã. 2. fuissent ex nobis, permãsissent vtique vo biscum. Quapropter sacramentum gra tiæ dat deus per malos: ipsam vero gratiam non nisi per seipsum vel per sanctos suos: De cõs. & ideo remissionem peccatorum vel per se dist. 4. c. ipsum facit vel per illius columbæ mem quomõ deus. bra, quibus ait, Si cui dimiseritis, dimit- Ioan. 20 tentur. si cui tenueritis, tenebuntur. Baptis mum vero quod est sacramentum remissio nis peccatorum, quia nulli dubium est ha bere etiam homicidas posse, qui in tene-

bris

bris sunt usque adhuc, quia de cordibus eo
L rum fraternum odium non exclusum est,
sine nulla eis peccata dimissa sint, si non in
melius mutato corde baptizati sunt, siue cõ
tinuo dimissa redierint, & per seipsum quia
dei est, sanctũ esse cognoscimus, & siue tra-
datur siue accipiatur a talibus, nulla eorũ
Cap.22 peruersitate uiolari siue intus siue foris.
Cypria ni epi.12 Proinde consentimus Cypriano, hæreti
cos remissionem dare non posse, baptismũ
autem dare posse, quod quidem illis & dan-
tibus & accipientibus ualeat ad perniciem,
tanquam tanto muneree dei male utẽtibus:
sicut etiam maligni & inuidi, quos & in-
tus esse testatur, remissionem peccatorum
dare non possunt, cum eos baptismum dare
posse omnes fateamur. Si enim de his qui
in nos peccauerint dictum est, Si non dimi
Matt.6. seritis peccata hominibus, nec pater vester
dimittet vobis peccata vestra: quanto magis
fieri non potest vt eis peccata dimittantur,
qui fratres à quibus diliguntur oderunt, &
in ipso odio baptizantur, quibus tamen po
stea correctis non rursus baptismus datur:
sed ipsa venia quã tunc accipere nõ merue
runt, in ipsa conuersione præstatur. Ideoq;
etiam illa quæ ad Quintum scribit Cypria
nus, & illa quæ cũ collegis suis liberali Cal
M donio Iunio, & cæteris ad Saturninum &
Maximum & alios bene considerata, nullo
modo præferenda sunt, aduersus totius ec-
clesiæ catholicæ consensionem, cuius se illi
membra esse gaudebant, & vnde se neque
ipsi præciderunt, neque diuersa sentientes
præcidi passi sunt, donec aliquando in do-
mini voluntate per plenarium concilium,
licet post multos annos, quid esset rectius
eluceret, non aliqua nouitate instituta, sed
antiquitate roborata.

Cap.23 Cypri.i epistõ. ad Pom pcium. An pompeium etiã scribit Cyprianus de hac eadem re, vbi aperte indicat Stepha num, quem Romanę ecclesiæ episcopũ tũc fuisse didicimus, non solũ sibi ad ista non consensisse, verũ etiam contra scripsisse atq; præcepisse: Qui vtiq; Stephanus nõ pro-pterea cõmunicauit hæreticis, quia bap-tisma Christi quod in eorum peruersitate integrũ mansisse cognouit, improbare non ausus est. Nam si non habent baptismum qui de deo praua sentiunt, hoc posse & in-tus accidere, iam satis, vt arbitror, disputa-tum est. Apostoli autem nihil quidem exin de præceperunt, sed consuetudo illa, quæ apponebatur Cypriano, ab eorum traditio ne exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa quæ vniuersa tenet ecclesia, & A ob hoc ab Apostolis præcepta bene credun tur, quanquam scripta non reperiantur. At enim scriptum est de hæreticis, quod à semetipsis damnati sunt. Quid ergo? Et il-li non à semetipsis damnati sunt, de quibus dictum est, In quo enim alterum iudicas te metipsum condemnas? His autẽ dicit Apo-stolus, Qui prædicas non furandum fura-ris & cætera. Et tales prfecto erant illi, qui C cum essent Episcopi & cum ipso Cypriano in vnitate catholica constituti, fundos inse-diosis fraudibus rapiebant, prędicantes vti-que Apostoli verba dicentis, Neque rapa-ces regnum dei possidebunt. Quapropter ipsius etiam epistolæ, quæ ad Pompeium scripta est, cæteras sententias ex eisdem re-gulis breuiter percurrere non morabor. Contra mandatum dei esse, quod veniẽtes ab hęreticis si iam illic baptismum Christi acceperunt, baptizantur, quia scripturarũ sanctarum testimonijs non solum ostendi-tur, sed planè ostẽditur multos pseudochri-stianos, quanuis non habeant eandem cha-ritatem cum sanctis sine qua nihil prosunt, quæcunque sancta habere potuerint, bapti-mum tamen communem habere cum san-ctis. Quod iam satis atque uberrime dem-stratum est, ecclesiam & spiritum & bapti-ma dixit, abinuicem non posse separari, & ideo qui ab ecclesia separati sunt & ab spiri tu sancto, etiam à baptismo vult intelligi se-paratos. Quod si ita est, cum quisque in ec-clesia catholica baptismum acceperit tãdiu in eo manet quandiu in ecclesia & ipse ma-net: Si autem inde discesserit, discesserit a ba-ptismo, quod non ita est: Nam ideo redeũ-ti non redditur, quia cum discederet non amisit. Quemadmodum autem spi-ritum sanctum sicut habent filij dilecti, non habent filij maligni, & tamen bapti-mum habent, sic & ecclesiam sicut habẽt ca-tholici, non habent hæretici, & tamẽ bapti-mum habent: Nam spiritus sanctus discipli-nę fugiet fictum, nec tamẽ eum effugiet ba-ptismus: Itaque sicut potest baptisma esse, & vnde aufert spiritus sanctus, ita potest ec-se baptisma vbi non est ecclesia. Manus au-tem impositio si non adhiberetur ab hære-si venienti, tanquam extra omnem culpam esse iudicaretur, propter charitatis autem culpationem quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo non valent ad salutẽ quæcun-

Cap.24. quæcunque alia sancta in homine fuerint,
C manus hæreticis correctis imponitur.
Galat.3. Iam de templo Dei, & quomodo acci-
piendum sit, quotquot in Christo baptiza-
2.Co.6. tisestis, Christum induistis, satis disseruisse
De cõse. me memini. Neque.n. auari templum Dei
crat.4.c. sunt cum scriptum sit, Quæ societas tẽplo
quomo. Dei cum idolis? Et auaritiam idololatriã
do Deo. esse, testimonium Pauli Cyprianus assum-
4. sentẽ. psit. Induunt aũt homines Chrm aliquan
dist.4. c. do vsq; ad sacri perceptionem, aliquãdo &
quęritur vsq; ad vitæ sanctificationem, atque illud
ergo. primum & bonis & malis potest esse cõe,
1.Reg.8 hoc autem alterũ proprium est bonorũ &
Matth.3 piorum. Quapropter si baptisma esse sine
spiritu non potest, habent & spm hæretici,
sed ad perniciem, non ad salutem, sicut ha-
buit Saul. Nam per nomen Christi in spũ
sancto eiiciuntur Dæmonia, qd & ille po-
terat, qui erat extra Ecclesiam, de quo disci
puli Dño suggesserunt, sicut habent auari,
qui tñ non sunt templum Dei: Qm quæ
societas templo Dei cum idolis? Si autem
non habent auari spũm Dei, & tamen hẽnt
baptisma, potest esse sine spũ baptisma. Si
propterea filios Dei generare non põt hæ-
retis per Christum, quia Christi sponsa nõ
est, nec turba illi malorum intus constitu-
torum potest, quia & ipsa Christi spõsa nõ
Ephes.5 est. Designatur.n. Christi sponsa sine macu
la & ruga. Ergo aut non oẽs baptizati filij
2.Petr. sunt Dei, aut potest & non spõsa generare
cap.18. filios Dei. Sicut autem quæritur, vtrũ spiri
taliter natus sit, qui baptismũ Christi
hæreticos accepit, ita quæri potest vtrum
spiritaliter natus sit, qui baptismũ Christi
non ad Deum veraci corde conuersus in
catholica accepit, nec tamen ideo baptismũ
non accepit.

Cap.25. Iam illa, quæ in Stephanum irritatus ef
Cypria- fudit, retractare nolo, quia & nõ opus est.
nus ad Eadem quippe ipsa dicuntur, quæ iam satis
Pompei. discussa sunt, & ea præterire melius est, q̃
periculum pernicioſæ dissensionis habue-
runt. Stephanus autem & abstinendos pu-
tauerat, qui de suscipiẽdis hæreticis priscã
consuetudinem conuellere conarẽtur. Iste
autem quæstionis ipsius difficultate pmo-
tus, & sanctis charitatis visceribus largis-
me ẽditus, in vnitate cum eis manendum,
qui diuersa sentirent: Ita quanuis commo-
tius, sed tamen fraternè indignetur, vicit tñ
pax Christi in cordibus eorum, vt in tali
disceptatione nullum inter eos malũ schis-
matis oriretur. Non aũt hinc vberius ex-
creuerunt hæreses & schismata, quia id qd
in eis Christi est approbatur, quod autem
ipsorum est improbatur. Magis.n. qui hãc
legem rebaptizandi tenuerunt, in plura fru E
sta concisi sunt.

Iam vero cum dicit Epm docibilẽ esse Cap. 26
debere, & adiũgit, docibilis aũt ille est, qui 2. Ti.2.
est ad discendi patientiam lenis & mitis, o-
portet enim Epos non tantũ docere, sed &
discere, quia & ille melius docet, qui quo-
tidie crescit & proficit discendo meliora.
His vtique verbis satis indicat vir sanctus
& pia charitate præditus, non esse metuen-
dum sic eius epistolas legere, vt si quid po-
stea pluribus & diuturnioribus inquisitio-
nibus compertum Ecclesiam confirmauit,
non ambigamus, quia sicut multa erãt, quæ
doctus Cyprianus doceret, sic erat & aliq d
q̃ Cyprianus docibilis disceret. Quod aũt
nos admonet, vt ad fontem recurramus. i.
ad Apostolicam traditionem, & inde cana-
lem in nostra tempora dirigamus, optimũ
est, & sine dubitatione faciendum. Traditũ
est ergo nobis, sicut ipse commemorat ab
Apostolis, q̃ sit vnus Deus & vnus Chrs, Ephes.4
& vna spes, & vna fides, & vna Ecclesia, &
baptisma vnum. Cur ergo si Apostolorũ
temporibus inueniamus fuisse quosdã qui-
bus vna spes non erat & vnum baptisma
erat, non ex ipso fonte, ita in nos ducit veri
tas, vt appareat nobis sic fieri posse, vt cum F
sit vna Ecclesia sit spes vna, & baptisma v-
num, habeant tũ vnum baptisma, qui non
habent vnam Ecclesiam, sicut illis ẽt tem-
poribus fieri potuit vt baptisma vnum ha-
berent, qui vnam spem non haberẽt? Quo
enim habebant vnam spem cum sanctis &
iustis illi, qui dicebant, Manducemus & bi-
bamus, cras.n. moriemur, dicentes, qd non 1.Co.15
esset resurrectio mortuorum: & tũ in ipsis
erant quibus idem dicit Apostolus, Nun-
quid Paulus pro vobis crucifixus est, aut 1.Co.1.
in nomine Pauli baptizati estis? Ad eos.n.
apertissime scribit, dicens, Quomodo qui- 1.Co.15
dam in vobis dicunt, quia resurrectio mor
tuorum non est?

Et quod in Cantico Canticorũ Eccle- Cap.27.
sia sic describitur, Hortus conclusus, soror Canti. 4
mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ vi-
uæ, paradisus cũ fructu pomorũ: hoc intelli
gere non audeo, nisi in sanctis & iustis, non
in auaris & fraudatoribus, & raptoribus, &
fœneratoribus, & ebriosis, & inuidis, quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

eamen cum iustis baptismum habuisse com
munem cum quibus communem nō habe
bant vtiq; charitatem, ex ipsius Cypriani
literis, sicut sæpe cōmemorauimus, vberius di-
G scimus & docemus. Nā dicat mihi aliquis,
quomodo irrepserint in hortū conclusum,
& fontem signatum, quos seculo solis ver-
bis & non factis renunciasse Cyprianus, &
Ephes. 4 tamen intus fuisse testatur? Si.n. & ipsi ibi
Can. 4 sunt, & ipsi sponsa Christi suot, ita ne vero
2. Retr. talis est illa sine macula & ruga, & illa spe-
18. ciosa columba tali membrorum parte tur
Cant. 2. patur? An istæ sunt spinæ, in quarū medio
Cant. 4. est illa, sicut lilium, quod in eodem cantico
Roma. 2 dicitur? Inquantum ergo lilium, intantum
Psal. 44. & hortus conclusus & fons signatus, in illis
videlicet iustis, qui in occulto Iudæi sunt
circuncisione cordis, omnis.n. pulchritudo
filiæ regū intrinsecus, in quibus est nume-
rus certus sanctorum prædestinatus ante
mundi constitutionem. Illa vero multitu-
do spinarum, siue occultis, siue apertis sepa
rationibus, forinsecus adiacet super nume-
Psal. 39. rū, Annunciaui, inquit, & locutus sum, mul
Rom. 8. tiplicati sunt super numerum. Numerus
ergo ille iustorum, qui secundū ꝓpositum
2. Ti. 2. vocati sunt, de quibus dictū est, Nouit Do
Cant. 4. minus, qui sunt eius: ipse est hortus cōclu
sus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, para-
H disus cum fructu pomorum. Ex hoc nu-
1. Co. 12 mero quidam spiritaliter viuunt, & super-
eminentem viam charitatis ingrediuntur,
& cum præoccupatum hominem in aliquo
delicto instruunt in spū lenitatis, intēdunt
Galat. 6. ne & ipsi tententur, & cū forte & ipsi præ-
occupatur reprimitur in eis aliquātulum,
non aūt extinguitur charitatis affectus: rur
susq; resurgēs & inardescens, pristino cur-
Psal. 118. sui restituitur. Norunt.n. dicere, Dormi-
Philip. 4 tauit anima mea præ tędio, confirma me in
Ephes. 4 verbis tuis. Cum aūt aliquid aliter sapiūt,
id quoq; illis in charitatis flagrantia pma-
nentibus, nec rumpentibus vinculū, pacis
Deus reuelabit. Quidam vēro adhuc car-
nales & animales prouectus suos instanter
exercent, & vt cibo spiritalium fiāt idonei,
sanctorum mysteriorum lacte nutriūtur,
ea quæ in prauis moribus populari etiā iu-
dicio manifesta sunt, in Dei timore deuitant,
& vt minus minusq; in rebus terre-
nis & temporalibus delectentur, vigilantis-
sime satagunt, regulam fidei diligenter in-
quisitam firmissime tenent, & si quid ab ea
deuiant, cito authoritate catholica corrigū

tur, quanuis in eius verbis pro sensu caro
li, varijs adhuc phantasmatum cōcursibus
fluctuent. Sunt etiam quidā ex eo numero
vtentes baptismo per aquam moriuntur,
qui adhuc nequiter viuant, aut etiā in hæ
resibus, vel in gentilium superstitionibus
iaceant, & tamē etiam illic nouit dominus
qui sunt eius. Nanq; in illa ineffabili præ-
scientia Dei, multi qui foris videntur intus
sunt, & multi qui intus vidētur foris sunt.
Ex illis ergo omnibus, qui vt ita dicam, in-
trinsecus & in occulto intus sunt, constat il
le hortus conclusus, fons signatus, puteus
aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorū.
Horum munera concessa diuinitus, partim
sunt propria, sicut in hoc tempore infatiga
bilis charitas, & in futuro vita æterna, par-
tim vero cum malis peruersisq; commu-
nia, sicut omnia cætera in quibus sunt &
sacrosancta mysteria.

Hinc itaque iam facilior & expeditior
nobis arcæ illius, cuius Noe fabricator &
gubernator extitit, cōsideratio proponitur.
Ait.n. Petrus, In arca Noe pauci, id est octo aīæ
mæ hominum saluæ factæ sunt per aquā;
quod & vos simili forma baptisma saluos
fecit, non carnis depositio sordium, sed con-
scientiæ bonæ interrogatio. Quapropter
sicut apparet homines in vnitate catholica
baptizati, qui seculo solis verbis non factis
renunciant, quomodo pertinent ad huius
arcæ mysterium in quibus non est conscie
tiæ bonæ interrogatio? Aut quō salui fiunt
per aquam qui sancto baptismate male vi
tes, cum videantur esse intus vsq; in finem
vitæ in flagitiosis, & perditis moribus per
seuerant? Aut quomodo non sunt per
aquam saluati, quos in præteritum cum eo
baptismate, quod in hæresi acceperant, in
Ecclesiam simpliciter admissos Cyprianus
ipse commemorat? Eadem quippe arca
vnitas eos saluos fecit, in qua nemo nisi
per aquam saluatus est. Ipse enim dicit,
Potens est Dominus misericordia sua ma
dulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam
simpliciter admissi, in Ecclesia dormierint,
ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare.
Si non per aquam, quomodo in arca? Si
non in arca, quomodo in Ecclesia? Si aut
in Ecclesia, vtiq; in arca, & si in arca, vtiq;
per aquam. Potest ergo fieri vt quidam fon
ris baptizati, per Dei præscientiam veritus
intus baptizati deputent, quia illic eis aqua
incipit prodesse ad salutem. Neq; n. aliter
dici possunt salui facti in arca nisi p aquā.

Et rursus

Et rursus quidam qui videbantur intus ba
ptizati, per eandem præscientiam dei foris
baptizati verius deputentur. Male quippe
vtentes baptismo per aquam moriuntur,
quod nulli tunc accidit, nisi qui præter ar-
cam fuit. Certe manifestum est id quod di-
citur in ecclesia intus & foris, in corde non
in corpore cogitandū, qñquidē oēs q corde
sunt intus in arcæ vnitate, per eādē aquam
salui fiunt, per aquam oēs qui corde sunt fo
ris, siue ēt corpore foris sint, siue non sint,
tanquam vnitatis aduersarij moriuntur. Si
cut ergo non alia, sed eadem aqua in arca
positos saluos fecit & extra arcam positos
interemit, sic non alio, sed eodem baptismo,
& boni catholici salui fiunt, & mali catho-
lici vel hæretici pereunt. Quid aūt beatis-
simus Cyprianus de catholica sentiat, &
quō eius authoritate penitus obterantur
hæretici: quanquā multa dixerim, seorsum
tamen si dño placuerit, aliquando vberius
atque manifestius dicere statui, cum prius
de concilio eius dixero, quæ deberi à me
puto, quòd in dei voluntate sequenti volu-
mine aggrediar.

Libri quinti finis.

MD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De baptismo contra Donatistas, Liber sextus.

De his qui præ pudore erubescunt Cypriani. Cap. 1.

POterat iam fortasse suffice re ꝙ toties repetitis ratio-
nibus & multipliciter di-
sputando verſatis atq; tra
ctatis, adiunctis ēt diuina
rū scripturarū documētis,
& ipsius Cypriani tot testimonijs suffra-
gantibus, iam etiam corde tardiores, quan-
tum existimo intelligunt, baptismum Chri
sti nulla peruersitate hominis, siue dantis,
siue accipientis posse violari. Nec ob aliud
illis temporibus quando ista quæstio con
tra vtilem consuetudinem disputationibus
salua charitate atque vnitate altercantibus
discutiebatur, visum est quibusdam etiam
egregijs viris antistitibus Christi, inter
quos præcipue beatus Cyprianus emine-
bar, non esse posse apud hæreticos, vel schis
maticos baptismum Christi, nisi quia non
distinguebatur sacramentum ab effectu vel
vsu sacramenti: Et quia eius effectus atque
vsus in liberatione à peccatis & cor dis rec-
titudine apud hæreticos non inueniebat,
ipsum quoq; sacramentum non illic esse pu
tabatur. Sed conuertentibus oculos ad inte A
rioris paleæ & multitudinē, cum & hi qui
in ipsa vnitate peruersi sunt & perditè vi-
uunt appareant remissionem pctōrum nec
dare posse nec hre, quia non malignis, sed
bonis filijs dictū ē, Si cui dimiseritis pecca
ta dimittuntur ei: si cui tenueritis, tenebun- Ioan. 20
tur: hre tñ & dare & accipere baptismi sa-
crm, satis eluxit pastoribus ecclesiæ catho-
licæ toto orbe diffusæ, per quos postea ple-
narij concilij authoritate originalis con-
suetudo firmata est, & ouem quæ foris er-
rabat, & dñicum characterem a fallacibus
deprædatoribus suis foris acceperat, venien
tem ad christianæ vnitatis salutem, ab er-
rore corrigi, a captiuitate liberari, à vulne
re sanari, characterem tamen dominicū in
ea agnosci potius q̄ im probari, quandoquī
dem ipsum characterem multi & lupi & lu
pis insigunt, qui videntur quidem intus es-
se, veruntamen ad illam ouem, quæ etiam
ex multis vna est non pertinere, morum
suorum fructibus conuincuntur, in quibus
in finem vsque perdurant: Quia secundum Matt. 7
præscientiam dei, sicut mulræ oues errant 2. Ti. 2.
exterius, sic multi lupi insidiantur inte-
rius. Inter quos tamen nouit dñs qui sunt
eius, qui non audiunt vocem nisi pastoris,
etiam cum clamat per similes Pharisæorū, B
de quibus dictum est, Quæ dicunt, facite. Mat. 23
Sicut.n. homo spiritalis habens finem præ- 1. Tim. 1.
cepti, id est, charitatem de corde puro, &
conscientia bona, & fide non ficta potest
aliquid ex corpore quod adhuc corrumpi
tur & aggrauat animam, minus liquide cer Sapiē. 9.
nere & aliter sapere quod in eadem chari Philip. 3
tate permanenti deus cum doluerit reuela-
bit, sic in homine carnali atque peruerso
potest aliquod bonum & vtile reperiri,
quod aliunde sit non ex ipso. Nam vt pal-
mite fructuoso inuenitur aliquid quod pur
gandum sit, vt maiorem fructum ferat, ita
& in arundine sterili atque arida vel alliga
ta solet una pendere: Et ideo sicut sultu m
est fructiferi palmitis purgamenta diligere,
commode autem facit qui poma suauia vbi
cunque suspensa non respuit, ita quisquis
ab vnitate præcisus propterea rebaptizat,
quia Cypriano visum est ab hæreticis ve-
nientes denuo baptizari oportere, laudan-
da in tanto viro auersatur, & emendan-

da sectatur, nec ea ipse quæ sectatur assequi tur: Ille.n.dū zelo grauiter detestatur eos qui se ab vnitate seiunxerunt, etiam ab ipso baptismate separatos esse arbitratus est, illi aūt parum sceleris putantes, qđ ipsi à C Chri vnitate separati sunt, ēt baptismū eius illic non esse & secū exisse cōtendunt. Tā ergo longe sunt à fœcunditate Cypriani, vt nec purgamentis eius æquentur.

Nec in Petro imitanda omnia. Cap. 2.

Item quisquis non habens charitatem, & perditas vias morum ingrediens pessimorum, intus videtur esse cum foris sit, & baptismū Christi nec in hæreticis repetit, nihil eius adiuuat sterilitatem qđ non fœcundatur suo, sed fructu oneratur alieno. Fieri aūt potest vt aliquis vigeat in radice charitatis & in quo Cyprianus aliter sapuit recte sapiat, & tamen in Cypriano, q̄ in isto plura fœcunda sint, & in isto q̄ in Cypriano plura purganda sint. Non solum itaq; malos catholicos nullo modo cōparamus, sed nec bonos facile coæquamus beato Cypriano, quem inter raros & paucos excellentissimæ gratiæ viros numerat pia mater Ecclesia, quanuis isti & apud hæreticos cognoscāt baptismū Christi, illi aūt aliter visum sit, vt per eum minus aliquid videntē, & in vnitate firmissime permanentem, manifestius demonstraretur hęreticis, q̄ sacrilego scelere rumperetur vinculum pacis. Neq;.n. Pharisæi cæci, quanuis dicentes aliquando quod fieri debeat, comparandi erant Apostolo Petro, quanuis dicenti D Galat. 8. aliq̄ quod fieri non debeat. Non solum āt istorū ariditas illius viriditati conferenda non est, sed nec aliorum fructus illius vbertati adęquandus est. Gentes enim nemo indaizare nunc cogit, nec ideo tamen quisquam nunc in ecclesia quantumlibet profecerit, Petri apostolatui conferendus est. Quāpropter reddens debitam reuerentiam dignumq; honorem quantum valeo persoluens pacifico Episcopo & glorioso martyri Cypriano, audeo tamen dicere eum aliter seosisse de schismaticis vel hæreticis baptizandis, quàm postea veritas prodidit, non ex mea, sed ex vniuersæ ecclesiæ sentētia, plenarij concilij authoritate roborata atque firmata: sicut venerans pro sui merito Petrum primum Apostolorū & eminētissimum martyrem, audeo tñ dicere, non eum recte fecisse vt gentes iudaizare cogeret, etiam hoc enim dico, non ex mea, sed ex Apostoli Pauli salutari doctrina, per Ecclesiam vniuersam retenta atq; seruata. Bi sputans ergo de sententia Cypriani, multū infra merita positus Cypriani, dico secm baptismi & bonos & malos posse habere, posse dare, posse accipere, & bonos quidem vtiliter ac salubriter, malos autem pernicio ē se ac pœnaliter, cum illud tñ in vtrisq; sit æqualiter integrum atq; nihil interesse ad eius æqualem in omnibus integritatem, quanto peior id habeat inter malos, sicut nihil interest quanto melior id habeat inter bonos: Ac per hoc etiam nihil interest quāto peior det, sicut nihil interest quāto meliori det: Atque ita nihil aliud interest quanto peior id accipiat, sicut nihil interest quanto melior accipiat. Illud autem per se ipsum & in eis qui non æqualiter iniqui sunt, æqualiter sanctum est.

Habere autem baptismum, & tradere & C accipere malos nequaquam in melius commutatos, & de scripturis canonicis & de ipsius Cypriani literis satis, vt arbitror demonstrauimus, quos non pertinere ad sanctam ecclesiā dei, quanuis intus esse videatur, ex hoc apertissime apparet, q̄ a isti sunt auari, raptores, fœneratores, inuidi, maledici & cætera huiusmodi: Illa autem colūba vnica, pudica & casta, sponsa sine macula & ruga, hortus conclusus, fons signatus, pa radisus cum fructu pomorum, & cætera, q̄ de illa similiter dicta sunt quod non intel ligitur nisi in bonis & sanctis & iustis, id ē, non tm secm operationes munerum dei bonis malisq; cōes, sed etiam secundum unitatem & supereminētem spiritum sancti gratiam habentibus, quibus dns dicit, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: & si cui retenebitis, tenebuntur.

Ac per hoc nihil idoneum dici, cur non possit malus etiam tradere baptismum, qui potest habere, & sicut pernicioſe habet ita etiam pernicioſe tradere, non quia tale aliquid tradidit, nec quia talis tradit, sed quia tradit. Nam cum malus tradit bonus, id est, in vnitatis vinculo, veraci conuersione mutato, inter bonum sacramentum quod traditur: & bonum fidelem cui traditur, ira dentis malitia seperatur: Et cum illi veraciter ad deū conuerso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipsa veraci conuersione coniungitur. Idem quippe spiritus sanctus ea dimittitur, q̄ datus est oibus sanctis sibi charitate cohærentibus, siue se nouerint corporaliter siue non nouerint.

Similiter

Baptismum & malus dat malo nouerint. Cap. 5.

Similiter cum alicuius peccata tenentur, ab quibus se ille, cui tenentur, vitæ dissimilitudine praui cordis auersione disiungit, siue illum corporaliter nouerint, siue non

Quapropter oēs mali spiritaliter a bonis seiuncti sunt: si autem ēt corporaliter G aperta dissensione separentē, peiores fiunt. Sed vt dictum est, nihil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisq; peior id habeat, & quanto peiori tradat, pōt tū tradere separatus, sicut pōt hēre separatus, sed q̄ pernitiose tradere, ille aūt, cui tradit pōt salubriter accipe, si, ipse nō separatus accipiat sicut pleriſq; accidit vt catholico animo & corde ab vnitate pacis non alienato, aliqua necessitate mortis ingruentis, in aliqua hęreticum irruerent, & ab eo Chri baptismū sine illius peruersitate, perciperent, & siue defuncti, siue liberati nequaq̄ apud eos remanerent, ad quos nunq̄ corde transierāt. Si aūt ēt & ipse separatus acceperit, tanto pernicioſius accipit, quanto maius bonum est, quod non bene accipit, & tanto magis valet ad exitiū separato, quanto magis posset ad salutem valere coniuncto. Et ideo si ab illa peruersitate correctus, & a separatione conuersus venerit ad catholicam pacem, sub eodē baptismate quod acceperat, eius peccata dimittunt propter vinculum charitatis, sub quo baptismate pctā eius tenebantur pp sacrilegiū diuisionis, quia illud & in homine iusto, & in homine iniusto semper sanctum est, quod neq; æquitate alicuius augetur, neq; alicuius iniquitate H te minuitur. Quæ cum ita sint, quid huic perspicuæ veritati obfuit, qđ multi coepiscopi Cypriano in illam sententiam cōsenserunt, suasq; in idem conuenientes, pprias protulerunt, nisi vt magis magisque illius viri erga vnitatem Chri charitas innotescat? Si.n. solus ista sentiens nullo consentiente remaneret, videretur, pterea refriguisse ab scelere schismatis, quia socios non inueniebat erroris. Tam multis aūtē sibi consentientibus qđ cū cæteris diuersa sentientibus in vnitate permansit, catholicæ vniuersitatis sanctissimum vinculum, non timore solitudinis, sed pacis amore seruauit. Quapropter posset quidem iam videri superfluum cæterorum ēt illius concilij Eporum, singulas retractare sentētias. Sed qm corde tardiores nō putātes esse rūsum, si alicui loco cuiusq; sermonis non ibi, sed alibi respondeatur, quod illuc etiam possit adhiberi, melius multum legendo atterūntur vt acuantur, q̄ parum intelligendo conquiruntur vt redarguantur.

I Primum ergo ipsius Cypriani consulta Actus cū excutit acta concilij. Cap. 6. Verba cypriani in cōcilio Carthaginē si.

tionē, qua indicatur anima pacifica & exūdans vbere charitatis, vnde concilium ipsum incipit, iterum considerandam comme moremus. Audistis, inquit, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hæreticorum baptismo, & quid ego ei rescripserim, censens s.quod semel atq; iterum & sæpe censuimus, hæreticos ad ecclesiam venientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua syncera & religiosa deuotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed & instructum se esse gratias egit. Supereſt vt de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus: Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouētes. Neq;.n. quisquam nostrū Episcopū se esse Episcoporū constituit, aut tyrannico errore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quum habeat omnis Eps pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanq̄ iudicari ab alio non possit, quum nec ipse potest alterum iudicare: sed expectemus vniuersi iudiciū dñi nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem & præponendi nos in Ecclesiæ suæ gu K bernatione, & de actu nostro iudicandi. Dissensurus à cō cilio, ipsa tur liber tatem à Cypriano concessam. Cap. 7.

Item satis quantum arbitror non solum ad epistolam quam Iubaiano scripsit, sed etiam ad illam quam ad Quintum dedit & ad illam quam cum quibusdam collegis ad quosdam collegas, & ad illam quam ad Pō peium quantum potuimus pro vniuersitate catholicæ consensionis atque concilij, in cuius vnitate isti tanquam pia membra manserunt, libris superioribus disputauimus. Quapropter iam vnum opportunum videtur, quid etiam cęteri singillatim censuerint considerare ea libertate quam nobis etiam ipse non abrogauit, dicens, Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Quod eum non puto propterea dixisse vt cogitationes tacitas collegarum, tanquam de abdito erutas tali securitate captaret, sed q̄ reuera pacem vnitatemq; dilige-

ret, ex alijs similibus videre facillimũ est, vbi ad singulos scribit, sicut ad ipsum Iubaianum. Hæc tibi, inquit, breuissime pro nostra mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini præscribentes aut præiudicantes quo minus vnusquisq; Episcoporũ quod putat faciat, habens arbitrij sui libertatem potestatem. Et ne quisquam si hac eadem libera potestate diuersa sentiret, pellẽdus a cæterorum consortio videret, sequitur & dicit, Nos quantum in nobis est pp hæreticos cum collegis & coepiscopis nris non contendimus, cum quibus diuinã concordiam & dũram pacem tenemus. Et paulopost, Seruatur, inquit, a nobis patiẽter & leniter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, concordia sacerdotij. Sic & in epistola quam scripsit ad Magnum, cũ de baptismo tinctorum & perfusorum quæreretur, vtrũ aliquid interesset: Qua in parte inquit, nemini verecundia & modestia vestra præiudicat, quo minus vnusquisque qđ putauerit sentiat, & qđ senserit faciat. Quibus eius sermonibus satis apparet illo tpe ab eis ista esse tractata, quo nondum declarata sine ambagine hauriebantur, sed adhuc clausa magno molimine quærebant. Nos ergo iam de baptismi simplicitate vbiq; ad cognoscendam cõsuetudinem vniuersæ Eccl siæ, etiam concilijs vniuersalibus roboratam tenentes, accepta quoq; ex verbis Cypriani maiore fiducia, per quæ mihi ẽt tunc liceret saluo iure cõionis diuersa sentire, vnitate quidem prælata atque laudata, qualem beatus Cyprianus, & eius collegæ, qui cum eo concilium illud fecerunt, cum diuersa sentientibus tenuerunt, hæreticorum & schismaticorum seditiosas calumnias perturbantes atq; euertentes in nomine Domini nri Iesu Christi, qui per Apostolum suum loquens, ait, Sufferentes inuicẽ in dilectione, studentes seruare vnitatem spũs in vinculo pacis, per quem etiã ait, Si quid aliter sapitis, id quoque vobis Deus reuelabit: sanctorum Episcoporum sententias, saluo cum eis vinculo vnitatis & pacis, in quo retinendo eos quantũ ipse Dominus adiuuat imitamur considerãdas, & pertractandas aggredimur.

Cyprianus in epistola ad Iubaianum.

Cyprianus ad Magnũ epist. 7.

Ephes. 4.

Philip. 3.

Cap. 8. Cecilius a Bilta dixit, Ego vnum baptismum in Ecclesia sola fateor, & extra Ecclesiam nullum. Hoc erit vnum vbi spes vera

Ephes. 4. est & fides certa. Sic. n. scriptum est, Vna fides, vna spes, vnum baptisma: non apud hæreticos vbi spes nulla est & fides falsa, vbi omnia per mendacium aguntur, vbi exorcizat Dæmoniacus sacrm interrogat, cuius os & verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit Antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicet & mortuus, pacem dat impacificus, Deũ invocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt antistites Diaboli audeat eucharistiã facere, aut quis illis assistunt, dicũt hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur Ecclesia cõsentire, & sine baptismo & venia delictorum cõicare cõpellitur. Quam res fratres fugere ac vitare debemus, & a tanto scelere nos separare, & vnum baptisma tenere, qđ soli Ecclesiæ a Deo concessum est. Ad hæc Aug. rñdeo, quoniam talis est quisquis ẽt intus confitetur se Deum nosse: factis aũt negat, quales sunt auari & inuidi, & qui propter fraternum odium, non meo, sed sancti Ioan. 1. Johannis Apostoli testimonio dicuntur homicidæ: & spem non habent, quia malã conscientiam gerunt: & perfidi sunt, quia nõ id agũt qđ deuouerunt: & mendaces, quia falsa professentur & Dæmoniaci, quia Diabolo & angelis eius in suo corde locum præbent, & verba eorũ vtredinem operãtur, cum corrumpunt bonos mores per colloquia mala: & infideles sunt, quia qđ Deus talibus minatur, irrident: & scelerati, quia nefarie viuunt: & Antichristi, quia mores eorum Christo aduersantur: & a Deo maledicti, quia vbique tales sancta scriptura execratur & mortui, quia carent vita iustitiæ: & impacati, quia contrarijs factis cum Dei sermone confligũt: & blasphemi, quia per eorũ perditos actus nomini Christiano derogatur. & prophani, q a ab illo Dei sanctuario spiritaliter interiore secessi sunt: & sacrilegi, qui in seipsis tẽplum Dei male viuendo corrumpunt: & antistites Diaboli, quia fraudi & auaritiæ, quæ est idololatria seruiunt. Tales aũt nonnullos, immo plurimos, & Apostolus Paulus & Eps Cyprianus ẽt intus esse testantur. Cur ergo ibi baptizant? Cur etiam quidam, qui seculo verbis & non factis renunciãtes, ab huiusmodi moribus non mutati baptizantur, & qũ mutantur non rebaptizantur? Iam vero qđ indignaẽ & dicit, Ecce ad qualia Ecclesia cogit cõsentire, & sine baptismo & venia

nia delictorũ cõmunicare cõpellitur: nisi essent cæteri Episcopi qui alios ad ista cõpellerent, non vtiq; diceret. Vnde etiã ostẽditur illos tunc veriora sensisse, qui non recesserunt à pristina consuetudine, quæ postea concilij vniuersitate firmata est. Quid est autem quod adiungit & dicit, Quam rem fratres fugere ac vitare debemus, & a tanto scelere non separare? Si enim hoc ita dicit, vt ista non faciat nec approbet, alia res est: Si autem vt diuersa sentientes damnet & segreget, prioribus resistit verbis Cypriani, quibus ait, Neminem iudicãtes, aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.

Cap. 9. Primus Felix à Migirpa dixit, Censeo hominẽ ab hæresi venientem baptizandũ. Frustra. n. illic putat se esse baptizatũ, quũ non sit baptisma nisi in Ecclesia vnum & verum, quia & dñs vnus & fides vna est in

Augustin. qua stat vnum baptisma & sanctitas & cæ-
tera. Nam quę foris exercentur, nullum habent salutis effectum. Ad ea quæ Felix à Migirpa dixit, hæc dicimus, Si non esset baptisma vnum & verum nisi in Ecclesia, nõ vtiq; esset in eis qui ab vnitate discedunt. Est autem in eis, nam id non recipiunt recedentes, non ob aliud nisi quia non amiserant recedentes. Quod autem ait, nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum consentio, & omnino verum esse credo. Aliud est enim non ibi esse, aliud nullam habere salutis effectum. Venientibus enim ad catholicã pacem, prodesse incipiũt

Cap. 10. D quæ foris inerant, sed foris non proderant.
Polycarpo aũt Hadrumẽtino, qñ dixit,

Cap. 11. Qui hæreticorum baptismum probant, nos
firmum euacuant. Respondemus, Si hæreticorum est baptismus qui per hæreticos datur, auarorum & homicidarum est qui intus a talibus datur. Si autẽ hoc istorum nõ est, nec illud illorum est, ac per hoc apud quoscunq; sit Christi est.

Augustin. Nouatus à Thamugade dixit, Licet scia-
mus oẽm scripturam testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere. Hæreticos & schismaticos ad Ecclesiam venientes qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizare. Et ideo secundum testimoniũ scripturarum, & secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimorum virorũ, omnes schismaticos & hæreticos qui ad Ecclesiam conuersi sunt baptizari, sed & quicunque ordinati videbantur inter laicos recipi. Nouatus à Thamugade quid fecerit di- Augustꝰ.
xit, non autem aliquid attulit vnde se ostẽderet facere debuisse, qđ fecit: Nominauit autem testimonium scripturarum & decretum collegarum, sed non inde aliquid protulit quod considerare possemus. E

Nemesianus à Tubunis dixit, Baptisma Exponit
quod dant hæretici & schismatici non esse quid sit
verum, vbiq; in scripturis sanctis declara- renasci
tum est. Quoniam ipsi præpositi eorũ falsi ex aqua
Christi sunt, & falsi Prophetæ, dño per Sa et spiritu
lomonem, Qui fidens est in falsis hic pascit sancto.
uentos, idem aũt ipse sequitur aues volãtes. Cap. 12.
Derelinquit autem vias vineæ suæ, & a semitis agri sui errauit. Ingreditur autẽ per auia loca atq; arida, & terrã destinat a messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et iterum, Ab aquã aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, vt longum viuas tempus, adijciantur etiam tibi anni vitæ. Et in Euangelio sua uoce dñs noster Iesus Christus locutus est, dicens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest Ioan. 3.
introire in regnum dei. Hic est spiritus qui ab initio ferebatur super aquam. Neque. n. spiritus sine aqua operari potest, neq; aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, vt dicant, qꝑ per manus impositionem spiritum sanctum accipiant, & sic recipiantur, quum manifestum sit vtroq; sacramento debere eos renasci in Ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filij dei esse, di- F
cente Apostolo, Curantes seruantes vnita Ephe. 4.
tem spiritus in coniunctione pacis, vnum corpus & vnus spiritus, sicut uocati estis in una spe vocationis vestræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus. Et hæc omnia ecclesia catholica loquitur: & iterum in Euangelio dicit, Quod natum Ioan. 3.
est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quoniã spiritus deus est, & de deo natus est: Ergo omnes hæretici & schismatici omnia quæcunque faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo, Ma- Galat. 5
nifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, incestus, idololatrię, veneficia, inimicitiæ, certamina, zelus, ira, diuisiones, hæreses & his similia, de quibus prædixi vobis sicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt, regnum dei nõ hæreditabunt. Condemnat æque Apostolus cum omnibus malis & eos qui diuisionem faciunt, hoc est schismaticos, & hæreti-

Universidad de Deusto Biblioteca

eos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica quæ vna est, salui esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio
Auguſt. domini damnabuntur. Nemesianus autem à Tubunis multa posuit testimonia scripturarum, sed pro sententia catholicæ quã declarandam & commẽdandam suscepimus, multa locutus est: Nisi forte putandũ est
G quia nõ fidit in falsis qui fidit in spe rerum temporalium, sicut oẽs auari atq; rapaces, & qui seculo non factis sed verbis renunciant, quales tũ intus & baptizare & baptizari etiam Cyprianus est testis. Ipsi sequũtur etiam aues volantes, quia non apprehẽdunt quæ concupiscunt. Deserit aũt vias vitæ suæ, & à semita angeli sui errat & ingreditur per auia loca atq; arida & terram destinatam siti. Consequitur autem manibus infructuosa, non hæreticus tantum, sed omnis qui male uiuit, quia omnis iustitia fructuosa est, & omnis iniquitas infructuosa. Qui vero aquã alienã de fonte extraneo bibunt, nõ hæretici tũ sunt, sed oẽs qui non uiuunt secundũ ea quę docet deus: & uiuunt secundum ea quę docet diabolus, Nam si de baptismo diceret, non diceret, ne de fonte extraneo biberis: sed, de fonte
Ioan. 3. extraneo non te ablueris. Iam vero quod dñs ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei, quid eũ adiuuet ad id quod putat, omnino non video. Aliud est. n. omnis qui intrabit in regnũ cœlorũ prius nascitur ex aqua & spiritu, quia nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ intrabit in regnũ cœlorũ: quod
H dñs dixit & verum est: Aliud aũt, omnis q
Actо. 8. nascitur ex aqua & spiritu intrabit in regnum cœlorum: quod vtiq; falsum est. Nã & Simon ille Magus natus erat ex aqua & spũ, & tũ non intrauit in regnũ cœlorũ: Sic fieri potest vt hæreticis etiã cõtingat. Aut si non nascitur ex spiritu nisi qui veraci cõuersione mutatur, omnes qui seculo verbis & non factis renunciant, non vtiq; de spiritu, sed ex aqua sola nascuntur, qui tamen & intus testes Cypriano sunt. Necesse est enim vt vnum de duobus concedatur, aut illi qui fallaciter seculo renunciant, nascuntur de spiritu, quanuis ad perniciem, non ad salutem, atq; ita possunt & hæretici: aut
Sapiẽ. 1. si illud quod scriptum est, Sanctus. n. spiritus disciplinæ effugiet fictum, etiam ad hoc valet vt fallaciter seculo renunciantes, non nascantur de spiritu, potest quis baptizari aqua, & non nasci de spiritu: Et frustra Nemesianus ait, Neque spiritus sine aqua operari potest, nec aqua sine spiritu. Iam vero & alibi sæpe dictum est, qũo fieri possit, vt habeant communiter vnum baptisma, qui Ecclesiam non habent vnam, sicut fieri potest in ipsa intus Ecclesia, vt non habeant vnum spiritum sancti per iustitiam, & immundi per auaritiam, & tũ habeant vnum baptisma: Sic enim dictum est, vnum corpus. i. Ecclesia, sicut vnus spiritus & vnum baptisma. Iam cætera quæ dixit, nostræ potius assertioni suffragantur: Posuit enim ex Euangelio testimonium, Quod natum est de carne caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quia deus spiritus est, & ex deo natus est, & intulit, Ergo omnes hæretici & schismatici, omnia quæcunq; faciũt carnalia sunt, dicente Apostolo, Manifesta sunt enim opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, & cætera quæ ibi dicit Apostolus, vbi & hæreses commemorauit, iste executus est, quoniam quicunque hæc faciunt, regnum dei non hæreditabunt. Deinde adiecit & dixit: Condemnat itaque Apostolus cum omnibus malis, & qui diuisionem faciunt, hoc est, schismaticos & hæreticos, bene quidem enumerans opera carnis, inter quæ & hæreses sunt, inuenit & dixit, simul omnia damnantem Apostolum. Interroget ergo ipse sanctum Cyprianum, & audiat ab eo quam multi etiam intus secundum opera mala carnis viuunt, quæ cum hæresibus damnat Apostolus, & tamen baptizant & baptizantur: Cur ergo soli hæretici dicuntur baptismũ habere nõ posse, quẽ habẽt socij dãnationis ipsorum? &

Ianuarius à Lambese dixit, Secundum Cscripturarum sanctarum authoritatem decerno oẽs hæreticos baptizandos, & sicin Ecclesiam sanctam admittendos. Huic respondetur, secundum scripturarum sanctarum authoritatem decreuit concilium catholicum orbis terrarum etiam in hæreticis inuentum Christi baptismum non esse improbandum. Si autem poneret testimonia scripturarum: aut contra nos non esse: aut etiam pro nobis esse demonstrãremus, sicut ecce qui eum sequitur.

Lucius a Castragalba dixit: Cum dñs in Euangelio suo dixerit, Vos estis sal terræ. Si autem sal infatuatũ fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valebit, nisi vt proijciatur foras, & conculcẽt ab hominibus: &

iterũ post resurrectionẽ suã mittens Apo-
Mt. 28: stolos suos mãdauerit, dicẽs, Data ẽ mihi omnis ptãs in cœlo & in terra: ite ergo & docete oẽs gẽtes baptizãtes eas in nomine patris & filij & spũssancti. Quũ ergo manifestũ sit hæreticos. i. hostes, nõ integrã sacramenti cõfessionẽ habere: Itẽ schismaticos nõ posse cõdire sapiẽtia spiritali, quum ipsi ab Ecclesia, q̃ vna est, recedendo infatuati cõtrarij facti sint: fiat sicut scriptum est, Domus contrariorũ legis debent emũ-
dationẽ: & cõsequens sit eos qui à contra-
Auguſt. rijs baptizati inq̃nati sunt primo purgari,
Mat. 5. & tũ demũ baptizari. Lucius à Castrae dño, Vos estis sal terræ, si aũt sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo ad nihil valebit, nisi vt proijciatur foras & conculcetur ab hominibus: quasi nos dicamus homines ipsos foras proiectos aliquid valere, vel ad suã vel ad aliorũ salutẽ. Sed & qui tales videntur intus: non solum spiritaliter foris sunt, sed etiã corporaliter in fine sepa rabuntur: Omnes. n. tales ad nihil valent, nec ideo tũ sacramentum baptismatis quod in eis est nihil est: Nam & in ipsis qui pro ijciuntur foras, si resipiscant & redeãt, salus
Mat. 28 eis q̃ recesserat redit, baptisma uero qa non recesserat nõ redit. Et illud quod ait dominus, Ite ergo docete omnes gentes baptizã
Ioã. 20. tes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, non permisit baptizare nisi bonos, quia malis nõ diceret, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur eis: si cui tenueritis, tenebuntur. Quomodo ergo intus baptizant mali, qui dimittere pctã nõ possunt? Qũo
Et baptizant malos nõ mutatos, quorũ pec
1. Ioã. 2 cata adhuc super eos sunt, sicut Ioãnes dicit, Qui odit fratrem suum, in tenebris est vsque adhuc? Si autem tunc dimittuntur, cum se bonis & iustis per charitatis uincu lum coniunxerint per quos in Ecclesia peccata dimittuntur, quanuis à malis baptizati sint, intima charitate coniungunt, sic & illis qui forinsecus ueniunt, & ad eandem compaginẽ corporis Christi, interno vinculo pacis accedunt, baptismus tamẽ Christi in vtrisque agnoscendus, & in nullis improbandus est, siue antequam conuertantur, quanuis eis nihil prosit, siue cum conuertuntur vt prosit: Cum ipsi ab Ecclesia quæ una est, inquit, recedendo infatuati contrarij facti sunt, fiat sicut scriptum est, Domus contrariorum legis debent emun-

dationem: consequens est, inquit, eos qui à cõtrarijs baptizati, inquinati sunt primo purgari, & tunc demum baptizari. Quid ergo raptores & homicidæ non sunt cõtra
Exo. 20. rij legis dicẽtis, Non occides, non furaberis? Debent ergo emundationem: quis hoc negauerit? Et tũ non solum quicunq; à talibus vitijs baptizantur, sed etiam qui tales non mutati baptizantur, quãuis adhuc pur A gationem debeant vt mutentur, non tamen amplius, cum mutati fuerint baptizantur: Tanta vis est in sacramento simplicis baptismi, vt cum fateamur aliquem baptizatum, & adhuc male uiuentem debere mundari, vetemus tamen vlterius baptizari.

Crescens à Cirta dixit, In tanto cœtu Ca. 15. sanctissimorum sacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianũ, itemque ad Stephanũ, quæ tũ in se sanctissimorum ex scripturis deificis testimoniorum continent, vt merito oẽs per dei gratiam adunari consentire debeamus, censeo ego omnes hæreticos siue schismaticos, qui ad catholicam ecclesiam venire noluerint, non ante ingredi nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sanè qui in ecclesia catholica fuerant antè baptizati, ita tũ vt p manus impositionem in pœnitentiam Auguſt. Ecclesiæ reconcilientur. Respõdetur, Hic admonemur iterum quærere, cur dixerit exceptis his sanè qui in ecclesia catholica fuerant antè baptizati. An quia non amiserant quod intus acceperant: ergo quod habere foris poterant, cur non & tradere poterant? An illicite foris traditur? Sed neq; licite foris habetur, & tamen habetur: Sic illicite foris datur, sed tamen datur. Quod aũtẽ præ B statur redeũti qui intus acceperat, hoc pstatur venienti, qui foris acceperat: id est, ut licite intus habeat, quod illicite foris habebat. Sed aliquis forsitan quęrat, quid de hac re habeat beati Cypriani epistola ad Stephanum, cuius in hac sententia commemoratio facta est, cum in exordio concilij non sit commemorata: credo quia non sit putatum necessarium. Nam & ipsam in isto cœtu consacerdotum lectam esse dixit, quod factum omnino non dubito, quãtum arbitror, vt fieri solet, quo possent iam congregati Episcopi etiam de illa causa simul aliquid cognoscere, quæ in illa epistola cõtinetur. Nam prorsus ad quæstionem præsentem non pertinet, & magis miror cur eam iste commemorare voluerit, quàm

cur

cur in exordio cōcilij commemoratio eius prætermissa sit. Quod si quisquam arbitratur me aliquid noluisse in mediū proferre, quod in ea positum est p̄senti causæ necessarium, legat eam & sciat verum esse qđ dico: Aut si aliud inuenerit redarguat. Prorsus.n. illa epistola de baptismo apud hæreticos vel schismaticos dato, unde nūc agimus nihil habet.

Ca. 16. Nicomedes à Segermis dixit: Mea sentētia hæc est, vt hæretici ad Ecclesiam venientes baptizētur, eo q̄ nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum cōsequātur. Cui rñdetur. Vniuersæ ecclesiæ catholicæ sententia hæc est, vt hæretici quanuis
Auguſt. in hæresi iam Christi baptismo baptizati ad ecclesiam venientes: non baptizentur. Si enim nulla ē apud hæreticos remissio peccatorum, nec intus peccatores, peccata dimittunt, & tamen ab eis baptizati non rebaptizantur.

Ca. 17. Monulus à Girpa dixit, Ecclesiæ catholicæ matris nostræ veritas apud nos fratres semper mansit & manet, vel maxime in ba
Mat. 28. ptismi trinitate, dño nro dicente, Ite baptizare gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cū ergo manifeste, inquit, sciamus hæreticos nec habere patrē, nec filiū, nec spiritū sanctū, debent venientes ad Ecclesiam matrem nostram vere renasci & baptizari, vt cancer qđ habebāt & dānationis iræ & erroris offuscatum p̄ sanctum & cœleste lauacrū sanctificet. Huic rñdemus, patrem & filium & spiritum sanctū in sacro
Auguſt. dūtaxat habere omnes qui baptismo verbis Euangelicis consecrato baptizantur, in cor
D de autem & in uita nec illos habere, qui intus perdite & execrabiliter viuunt.

Ca. 18. Secundinus à Chezas dixit, Cū dns nr
Mat. 12. Iesus dicat, Qui mecū nō est, aduersum me
1. Ioā. 2 est: & Ioānes Apostolus eos q̄ ab ecclesia exeunt antichristos dicat, indubitanter hostes Chri, quiq; antichristi nominati sunt, gram baptismi salutaris ministrare nō possunt, & ideo censeo, eos qui de hæreticorum insidijs confugiunt ad Ecclesiam, baptizandos esse à nobis, qui amici appellati sumus
Auguſt. de eius dignatione. Cui respondetur, Chri
Matt. 7. sti aduersarios omnes esse, quibus dicentibus, Domine in nomine tuo virtutes multas fecimus, & alia quæ ibi dicuntur in fine dicturus est, Non noui vos, discedite à me omnes operarij iniquitatis: quæ tota palea si vsque in finem in malitia preseuerauerit, siue antè ventilationem eius aliquid foras volet, siue intus esse videatur igni ꝛ stinata est. Si ergo ꝓpterea baptizādi sunt ad Ecclesiam venientes hæretici vel ab amicis dei baptizentur, nunquid illi auari, raptores, homicidæ, amici dei sunt, aut quos baptizauerint denuo baptizandi sunt?

Felix à Bagai dixit, Sicut cæcus cæcum ducens ambo in foueam cadunt, ita hæreticus baptizans simul in mortem cadunt. Hoc verum est, sed non propterea verū est adiungit, Et ideo, inquit hereticus baptizandus est & viuificandus, ne nos vi
ui mortuis cōmunicemus. Nonne mortui erant qui dicebant, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur? Non enim credebant resurrectionem mortuorum. Qui ergo istorum colloquijs malis corrumpebantur & eos sequebantur, nonne pariter cum eis in foueam cadebant? Et in eis tamē erant isti quibus scribebat Apostolus iam baptizatis, nec tamen ideo si corrigerentur denuo baptizarentur. Nonne idem Apostolus ait, Sapere secundum carnem mors est? Et vtique secundum carnem sapiebant auari, fraudatores, raptores, inter quos gemebat ipe Cyprian9. Quid ergo illi in unitate viuenti oberant mortui? Aut q̄s dicat baptismū Christi qđ tales haberēt vel darēt, eorum iniquitatibus fuisse violatum?

Pollianus a Milen dixit, Iustū est hæreticū in ecclesia Christi baptizari. Rñdet, Nihil q̄dē breuius dici potuit. Sed puto et hoc breue est, Iustū est baptismū Chri nō exui flari in Ecclesia Christi. Theogenes ad Hippone regio dixit, Scdm sacramentum gratiæ cœlestis quod accepimus, vnum baptismum quod est in ecclesia sancta credimus. Respondetur, Potest & mea esse sententia, Sic enim librata est, vt nihil habeat cōtra veritatem. Nam & nos vnum baptismum quod est in ecclesia sancta credimus. Si autem dixisset, quod est in sola ecclesia sancta credimus: respondēdū erat sicut cæteris. Nunc vero quia sic dictum est, vnum baptisma, quod est in ecclesia sancta credimus: vt esse quidem in ecclesia sancta diceretur, sed & alibi esse non negaretur, quodlibet ille senserit contra hæc verba di putare non opus est. Si enim de me singula quærerentur, vtrum esset vnum baptisma: responderem vnum esse. Deinde si in errogarer, vtrū hoc esset in ecclesia sancta responderem hoc esse. Tertio si quæreretur, vtrum hoc baptisma crederem, rñderem ita me credere: ac per hoc vnū baptisma quod est in Ecclesia sancta me credere responderem: Si aūt quæreretur, vtrum in sola sancta esset Ecclesia, & apud hæreticos vel schismaticos non esset: non me ita credere cum tota Ecclesia responderem. Sed q̄a hoc ille in sententia sua non posuit, tu o es improbum vt ego illi addam verba contra quæ disputem, quæ ibi non inueni? Aqua enim si diceret, vna est aqua Euphrate fluminis, quæ est in paradiso, verum vtiq; diceret: Sed si interrogaretur, vt cum in solo paradiso esset ista aqua, & ita esse diceret, falsum diceret. Est.n. & præter paradisum in his terris, in quas ab illo fonte pmanat. Sed quis est tam temerarius qui dicat hoc cum risurum fuisse quod falsum est, cum posset fortasse hoc respōdere quod verum est? Quapropter verba huius sententiæ nō debent habere contradictionem, quia nihil impediunt veritatem.

Cap. 22 Datius à Badis dixit, Nos q̄tū in nobis est, hæreticō nō cōmunicamus, nisi baptizatus in ecclesia fuerit, & remissionē peccato
Auguſt. rū acceperit. Rñdet, Si propterea vis eum
1. Ioā. 3. baptizari, quia non accepit remissionē peccatorū, si intus aliquē inueneris qui tenens
Matt. 6. odiū aduersus fratrem sic baptizatus sit, cū dominus mentiri non possit, qui ait, Si non dimiseritis, nec vobis dimittetur: iubebis correctum denuo baptizari? Non vtiq;. Sic ergo nec hæreticum. Sanè iste cur non breuiter dixerit, Nos hæretico non cōmunicamus sed addidit, q̄tum in nobis est: non est præterundum. Vidit.n. plures huic sententiæ consentire, à quorum tamen consortio ne violaretur vnitas, se illi separare non possent, & addidit quantum in nobis est: vtiq; demonstrans non voluntate se cōicare his quos arbitrabatur baptismum non habere, sed tamen omnia bono pacis & vnitatis esse toleranda, quod & illi faciebant qui istos non recte facere sentiebant, & illud tenebant quod postea melius declarata veritas
Rom. 4. docuit, & antiquior consuetudo concilio
Phil. 3. posteriore firmata robustius persuasit, in uicem se tamen, cum salua charitate diuersa sentirent, solicita pietate tolerauerūt, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, donec alteris eorum si quid aliter sapierent, id quoque deus reuelaret. Hoc isti audiant à quibus per hoc concilium vnitatis oppugnatur, per quod concilium quantum amando sit vnitas declaratur.

Successus a Birgermanticiani dixit, Hæ- Cap. 23
reticis aut nihil licet, aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt & spiritum sanctū dare: Si aūt spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritum sanctū, nec baptizare spiritaliter possunt: Propterea cē semus hæreticos baptizandos esse. Huic ꝓ Auguſt
pe totidē verbis ita responderi potest, Homicidis aut nihil licet, aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt & spiritum sanctum dare. Si autem spiritū sanctū dare non I
possunt, quia non habent spiritum sanctū, nec baptizare spiritaliter possunt. Propterea censemus ab homicidis baptizatos, vel homicidas baptizatos atque in melius non mutatos, cum se correxerint baptizari. At hoc non est verum. Qui.n. odit fratrē suū 1. Ioā. 3.
homicida est: Et tales nouerat intus Cyprianus, qui vtique baptizabāt, Frustra ergo talia de baptizandis hæreticis dicta sunt.

Fortunatus à Thuccabori dixit, Iesus Cap. 24.
Christus dominus & deus noster, dei patris & creatoris filius, super petram ædificauit ecclesiam suam non super hæresim: & potestatem baptizandi Episcopis dedit, nō hæreticis. Quare? Quia extra ecclesiam Mat. 7.
sunt & contra Christum stantes, oues eius & gregem spargunt, baptizare foris non possunt. Respondemus, Ad hoc addidit, fo- Auguſt.
ris, vt ei iam breuiter responderi non possit: Nam & huic totidem penè verbis ita responderetur, Iesus Christus dominus & deus noster, dei patris & creatoris filius, super petram ædificauit ecclesiam suam non super iniquitatem. & potestatem baptizandi Episcopis dedit, non iniquis. Quare? Quia non pertinent ad petram super quā K
ædificant qui verba dei audiunt & faciunt, sed contra Christum viuentes audiendo verba eius & non faciendo: ac per hoc qui super arenam ædificant, oues eius, & gregē perditorum morum exemplo corrumpunt, baptizare non possunt. Nunquid non possit hoc verisimiliter dici? & tamen falsum est, Baptizant quippe iniqui, quoniam iniqui sunt illi raptores, quos in vnitate secum positos Cyprianus arguebat. Sed ideo, inquam, addidit foris, Cur ergo isti foris baptizare non possunt? An quia peiores sunt eo ipso quo foris sunt? Sed nihil interest ad De cōs.
integritatem baptismi, quanto peior id tra dist. 4. c.
dat, Neq; enim tantum interest inter malū quomō & peiorem, q̄tum interest inter bonum & deus.

malum;

Universidad de Deusto
Biblioteca

malum: & tũ cum baptizat malus, nõ aliud dat q̃ bonus, Ergo & cum baptizat peior, nõ aliud dat q̃ ille qui minus est malus. An forte nõ ad hominis meritum, sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet, vt foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset, & toties necesse esset baptizari, quoties recedens quisq; ab Ecclesia rursus ad Ecclesiam remearet. Iam vero diligentius quæramus quid sit foris, maxime quia ipse cõmemorationem fecit petræ sup quã
L ædificatur Ecclesia, nonne illi sunt in Ecclesia qui sunt in petra? Qui autem in petra non sunt, nec in Ecclesia sunt. Iam ergo videamus vtrum super petram ædificium suum constituant, qui audiunt Christi verba & non faciunt. Contradicit eis ipse dñs dicens, Qui audit verba mea hæc & facit ea, similabo illum viro prudenti, qui ædificat domum suam super petram. Et paulo
Matth. post, Qui audit verba mea hæc & non facit ea, similabo eum viro stulto, qui ædificat domum suam super arenam. Si ergo in petra est Ecclesia, illi qui super arenã sunt, quia extra petram sunt, profecto extra Ecclesiam sunt. Recordemur itaq; q̃ multos commemorat Cyprianus velut intus positos qui ædificant super arenam: id est, audiunt verba Christi & non faciunt. Et ideo quia super arenam sunt, extra petram esse conuincuntur, quod est extra Ecclesiam, tamen quandiu ita sunt, & nondum vel nunquam in melius commutantur, baptizant & baptizantur, & baptismus quem habent, illis ad damnationem destinatis integer manet. Neq; hoc loco dici potest, quis.n. facit omnia verba domini, quæ in ipso sermone Euangelico conscripta sunt, quem concludens, ait ædificare super petram qui eadem
M verba audirent & facerent: super arenã aũt, qui audirent & non facerent: quia & si a quibusdam non implentur omnia, in eodem tamen sermone posuit medicinam dicens, Dimittite & dimittetur. Et post orationẽ dominicam in eodem ipso sermone commo-
Lucę. 6. moratam atq; conscriptam, Dico.n. vobis,
Matt. 6. inquit, si dimiseritis peccata hominibus, dimittet & vobis pater vester peccata vestra: Si autem non dimiseritis hominibus, neq; pater vester dimittet vobis. Hinc & Petrus ait, quia charitas cooperit multitudinẽ pec-
1. Pe. 4. catorum, quam vtique non habebant illi, ac per hoc super arenam ædificabant. De quibus idem Cyprianus dicit, q̃ intus maleuola inuidia etiam temporibus Apostolicis sine charitate conuersabantur, & ideo intus quidem esse videbantur, sed foris erant, quia in illa petra per quam significatur Ecclesia non erant.

Sedatus à Tuborbo dixit: Inquantum Cyprianus aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, intantum hæretico sermone velut cancere infecta cumulat peccata. Quare omnibus pacificis quidẽm viribus A nitendum est, ne quis hæretico errore infectus & tinctus singulare & verum baptisma detractet accipere, quo quisq; non futerit baptizatus à regno cœlorum fiat alienus. Huic respondetur, Quia si non sanctificatur aqua cum aliqua erroris verba per imperitiam precator effundit, multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa Ecclesia non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si dominicis fuerint recitatæ, & multa in eis reperiuntur contra catholicam fidem. Nunquid si manifestetur aliquos baptizatos, cũ illæ preces dictæ super aquam fuissent, iterũ debẽtur denuo baptizari? Quid ita? Quia plerunq; precis vitium superat precantis affectus, Et quia certa illa Euangelica verba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum valent, vt per illa sic euacuetur quæcunq; in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam vtiq; hæreticus si afferat precem vitiosam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo possit illa imperitia superari, & ideo similis est ei quicunq; in ipsa catholica inuidus & maleuolus, quales illic arguit Cyprianus, afferat etiam, vt fieri solet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam fidei. Multi quippe irruunt in preces, non solum ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiæ simplicitatem, non eas valentes discernere, vtuntur eis, arbitrantes quòd bonæ sint, nec tamen quod in eis peruersum est euacuat illa quæ ibi recta sunt, sed ab eis portius euacuatur, sicut in ipso homine bonæ spei & probabilis fidei, sed tamen hominem si quid aliter sapit non inde euacuantur quæ recte sapit donec ei deus reuelet, & quod aliter sapit. Si autem ipse malus est atque peruersus, si precem integram dicat, & nulla ex parte fidei catholicæ aduersam, non ideo ipse rectus est, quia illa recta est:

& si in aliquibus peruersam precem asserat, deus adest verbis Euãgelicis suis, sine quibus baptismus Christi consecrari non põt, & ipse sanctificat sacramentum suũ, vt homini siue antequã baptizetur, siue cũ baptizatur, siue postea qſiq; ad se veraciter cõuerso, idipsum valeat ad salutẽ, qđ ad pernicies nisi conuerteretur valeret. Cæterum quis nesciat non esse bapt smũm Christi, si verba Euagelica quibus symbolum constat illic defuerint? Sed facilius inueniuntur hæretici qui omnino non baptizent, q̃ qui nõ illis verbis baptizent. Ideoq; dicimus non omnem baptismum, nam in multis idolorũ sacr legis sacris baptizari homines perhibẽtur, sed baptismum Christi. i. verbis Euangelicis consecratum, vbiq; eundem esse, nec hominum quorumlibet & qualibet peruersitate violari. Sanè in ista quoq; sententia non negligenter omittendum est, quod hic interposuit & ait, Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus, & cætera. Respexit enim verba illa beati Cypriani dicentis, Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouẽtes. Ecce quantum valeat in bonis Ecclesiæ filijs amor vnitatis & pacis, vt quos dicebant sacrilegos & prophanos, sine baptismo vt arbitrabantur admissos, si eos quantum putabant corrigere non valerent, eligerent potius tolerare, q̃ propter eos sanctum illud vinculum rumpere, ne propter zizania eradicaretur simul & triticum, permittentes quantum in ipsis erat, sicut in illo nobilissimo iudicio Salomonis, infantile corpus à falsa matre nutriri potius, quàm concidi. Hoc autem & illi faciebant qui de baptismi sacramẽto verius sentiebant, & isti quibus pro merito tantæ charitatis deus erat reuelaturus, si quid aliter sapiebant.

Priuatianus à Suficula dixit, Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis hæresim condiderit, Si.n. hæresis à deo est, habere indulgentiam diuinã potest: si vero à deo non est, qũo gratiã dei aut habere aut conferre alicui potest? Huic verbis ita responderi potest, Qui maleuolos & inuidos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis maleuolentiam inuidiamq; condiderit. Si.n. maleuolẽtia & inuidia à deo est, habere & indulgentiam diuinam potest. Si vero non est, qũo aut gratiam dei habere aut conferre alicui potest? Sed sicut ista eodem modo dicta manifestissime falsa sunt, sic etiam illa quæ vt conuincerentur hæc dicta sunt. Baptizant enim maleuoli & inuidi sicut concedit ipse Cyprianus, quia eos etiam intus esse testatur. Sic ergo possunt etiam hæretici baptizare, quia baptismus Christi sacramentum est, Inuidia vero & hæresis opera diaboli, quæ quisquis habuerit, non hinc efficit, vt si habet sacramentum Christi etiam ipsum numeretur inter opera diaboli. E

Priuatus à Susibus dixit, Qui hæretico- Cap. 27.
rum baptismum probant, quid aliud quàm hæreticis communicant? Huic respõdetur, Augustꝰ.
Non est baptismus hæreticorum, quem in hæreticis probamus: sicut nõ est baptismus auarorum, inuidorum, quem probamus in eis, Omnes quippe isti iniqui sunt, sed iustus est Christus, cuius in se sacramentum quod ad ipsum attinet, sua iniquitate non violant: alioquin posset alius dicere, qui iniquorum baptismum probant, quid aliud q̃ iniquis communicant? Quod ipsi catholicæ si quis obijceret, responderetur ei quod huic modo respõsum est.

Hortẽsianus à Laribus dixit, Quot sint Ca. 28.
baptismi, viderint psumptores aut fraudatores hæreticorum. Nos vnũ baptisma qđ non nisi in Ecclesia nouimus, Ecclesiæ vendicamus. At quomõ possunt nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse? Huic simili tenore verborum ita respõdemus, Viderint aut Augustꝰ.
præsumptores aut fraudatores hæreticorũ, Nos vnum baptisma nouimus, quod non nisi in Ecclesia nouimus, quod vbicunque inuentum quando possumus ad Ecclesiam reuocamus: Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquẽ baptizare, quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse? Omnibus F
quippe, iniquis dicit, Non noui vos, recedite à me qui operamini iniquitatem: & tamẽ cum baptizant non ipsi baptizant, sed ille Matt. 7.
de quo Ioannes dicit, Ipse est qui baptizat. Ioan. 1.

Cassius à Macomadibus dixit, Cum bap- Ca. 29.
tisma duo esse non possint, qui hæreticis baptismum concedit, sibi tollit. Censeo itaque flebiles & tabidos hæreticos baptizandos esse cum ad Ecclesiã venire cœperint, & sacra & diuina lauatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hostes sed pacificos, non alienos, sed fidei domini domesticos, non adulteros sed dei filios, non erroris sed salutis effectos, in ecclesiam recipi, absq;

his qui

his qui de ecclesia fideles supplantati, ad hę
resis tenebras transierunt, sed eos per ma-
Auguſt. nus impositionem restituendos. Respondeo.
posset alius dicere, Cum Christi baptisma-
ta duo esse non possint, qui iniquis baptis-
mum concedit, sibi tollit. Sed nobiscum e-
tiam isti resisterent & dicerent, Concedi-
mus iniquis baptismum, qui non ab ipsis
in ipsis est, sicut iniquitas, sed à Christo cu-
ius est æquitas, & cuius sacramentum etiã
apud iniquos non est iniquum. Quod ergo
G nobiscum de iniquis dicerent, hoc sibi de hę
reticis dicant, & ideo quod sequitur, ita po-
tius erat dicendum, Censeo itaq; flebiles &
tabidos hæreticos non baptizandos esse cũ
ad ecclesiam venire cœperint si habent iam
baptismũ Christi sed à sua peruersitate cor
rigendos. Nam etiam de iniquis dici potest,
quorum portio sunt hæretici, Censeo itaq;
flabiles & tabidos iniquos si iam baptizati
sunt, non baptizandos esse cum ad Eccle-
siam. i ad illam petram extra quã sunt om-
nes qui audiunt verba Christi & non fa-
ciunt, venire cœperint, sed sacra & diuina
lauatione iam lotos: tunc autem & lumine
vitæ illuminatos, non hostes sed pacificos,
nam iniqui non habent pacem: non alie-
nos, sed fidei domini domesticos, nam ini-
quis dictum est, Quomodo conuersa es in
Hier. 2. amaritudinem vitis aliena, Non adulteros
sed dei filios, nam iniqui sunt filij diaboli:
non erroris sed salutis effectos, nam nõ sal
uat iniquitas: in Ecclesiam recipi, id est, in il
lam petram, in illam columbam, in illum
hortum conclusum & fontem signatum q̃
non nisi in tritico, non autem in paleis a-
gnoscitur, siue longe à vento separentur, si-
ue vsq; ad vltimam ventilationem frumen
to commixti videantur. Frustra ergo Cas-
H sius addidit. Absq; his qui in Ecclesia fide-
les supplãtati, ad hæresis tenebras transie-
runt. Si enim & ipsi ab ecclesia recedendo
baptismum amiserant, etiam ipsis reddatur:
si autem non amiserant, quod per eos da-
tum est agnoscatur.

Cap. 30 Alius Ianuarius à vico Cæsaris dixit,
Si non obtemperat error veritati, multo
magis veritas non consentit errori, & ideo
nos ecclesiæ assistimus in qua præsidemus,
vt baptismum eius ipsi soli vendicantes, eos
quos ecclesia non baptizauit, baptizemus.
Auguſt. Respondetur, Quos ecclesia baptizat, vti-
que petra illa baptizat, extra quã sunt om-
nes qui audiunt verba Christi & non fa-
ciunt. Baptizentur ergo qui cunq; à talibus
baptizati sunt. Quod si nõ fit, sicut in illis,
ita in hæreticis baptismus Christi, eorum
iniquitate & peruersitate damnata siue cor
recta, agnoscendus & approbandus est.

Alius Secundus à Carpis dixit, Hæreti- Ca.
ci christiani sunt an non? Si christiani sunt,
cur in ecclesia dei nõ sunt? Si christiani nõ
sunt, fiant. Aut quo pertinebit sermo domi
ni dicentis. Qui non est mecum, aduersum Matt.
me est: & qui non colligit mecum, spargit?
Vnde constat super filios alienos & sobo-
les antichristi spiritum sanctum per manus
impositionem tantummodo non posse de-
scendere, cum manifestum sit hæreticos ba-
ptisma non habere. Huic respondetur, Ioã. Aug.
qui christiani sunt, cur in illa petra nõ sunt
in qua ædificatur ecclesia? Audiũt enim ver Matt.
ba Christi & non faciunt: Si christiani non
sunt, fiant. Aut quo pertinebit sermo domi
ni dicentis, Qui non est mecum, aduersum Matt.
me est: & qui mecum non colligit, spargit.
Spargunt enim oues eius, qui eas ad moriã
suorum labem praua imitatione perducũt.
Vnde constat super filios alienos q̃ omnes
iniqui appellantur & soboles antichristi, q̃
sunt omnes iniqui qui Christo aduersan-
tur, spiritum sanctum per manus impositio
nem tantummodo non posse descendere, si
cordis non adsit vera conuersio, cum mani-
festum sit iniquos quandiu iniqui sunt, ba-
ptisma quidem posse habere, sed salutem ea
ius sacramentum baptisma est, habere non
posse. Videamus enim si hæretici describun
tur in Psalmo illo, vbi de filijs alienis ita Psal.
dicitur, Domine libera me de manu filio-
rum alienorum quorum os locutum est va
nitatem, & dextera eorum dextera iniqua
tis, quorum filij velut nouellæ constabili-
tæ, filiæ eorum ornatæ sicut similitudo tem K
pli. Cellaria eorum plena, eructãtia ex hoc
in hoc: Oues eorũ fœcundæ, multiplicãtes
in exitibus suis, boues eorũ crassæ, Non est
ruina maceriæ neq; exitus, neq; clamor in
plateis eorum, Beatum dixerunt populum
cui hęc sunt, beatus populus cuius est domi
nus deus ipsius. Si ergo isti sunt filij alieni,
qui in rebus temporalibus & abũdantia re
næ fœlicitatis beatitudinem ponunt, & di
uina præcepta contemnunt, videamus si
non ijdem ipsi sunt de quibus Cyprianus
ita dicit, in se quoque transfigurans eos, vt
de his se dicere ostendat, cum quibus sacra-
menta cõmunicabat. Dum viã dũi, inquit,

non tenemus, nec data nobis ad salutem cœ
lestia mandata seruamus, Fecit dñs noster
voluntatem patris, & nos nõ facimus dñi
voluntatem, patrimonio & lucro studẽtes,
superbiã sectãtes: & cætera. At si isti baptis-
mum & habere & tradere poterant, cur ne
gatur esse posse in filijs alienis, quos tñ hor
tatur vt cœlestia mandata seruanda seruan
do, missa sibi per vnicum filiũ, fratres eius
& filij dei esse mereantur?

Victoricus a Thabraca dixit, Si licet hæ Ca.
reticis baptizare, & remissam peccatorũ da- 22.
re, quid illos infamamus vt hæreticos ap-
pellemus? Respondetur, Quid si aliud diceret, Auguſt.
Si licet iniquis baptizare, & remissam pec-
catorum dare, quid illos infamamus vt ini-
quos illos appellemus? Quod huic rñdere-
tur de iniquis, hoc & illi respondeat de hæ-
reticis. i neq; eorum esse baptismum quod
baptizant, & non esse consequens, vt quis-
quis habet baptismum Christi, etiã de pec-
catorum remissione securus sit: si hoc in
sacramento tantum habet, nec veraci cor-
dis conuersatione conuersus est, vt dimit-
tenti dimitterentur.

Ca. 33. Alius Felix ab Vtina dixit, Nemini du-
bium est sanctissimi consacerdotes non tã
tum posse humanam præsumptionem, quã
tum domini nostri Christi adorandam &
venerabilem maiestatem. Memores ergo
periculi, hoc quoq; non tñ obseruare debe
mus, verumetiam ab omnibus nobis cõfir-
mare vt omnes hæretici qui ad sinum ma
tris Ecclesiæ accurrunt baptizẽtur, vt mẽs
hæretica quæ diuturna tabe polluta est, san
ctificatione lauacri purgata in melius refor
metur. Fortasis iste qui in diuturna tabe
purgandi causam posuit, cur deberent hæ
retici baptizari, parceret eis qui in aliquam
hæresim irruentes exiguo illic tẽpore fuis-
sent, & cito correcti ad catholicam inde mi-
grassent. Deinde & ipse parum aduertit ita
dici posse, vt iniqui omnes qui ad illam pe-
tram in qua Ecclesia significatur accurrũt,
baptizentur, vt mens iniqua quæ extra pe-
tram in arena ædificabatur, audiendo ver-
ba Christi & non faciendo sanctificatione
lauacri purgata in melius reformetur: & tũ
non fit, si iam baptizati sunt, etiam si probẽ
tur tales fuisse cum baptizarentur, id est, vt
seculo verbis & non factis renunciarent.

Ca. 34. Quietus a Buruc dixit, Qui fide viui-
mus, obseq; his quę instruendis nobis antè
prędicta sunt, credula obseruatione debe-
mus. Nam scriptum est apud Salomonem.
Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit
mortuum, quid proficit lauatio eius? Qd
vtiq; de his qui ab hæreticis tinguntur, & Eccl. 34
de tingentibus loquitur. Si enim qui apud
illos baptizantur per remissionem peccato
rum vitam æternam consequuntur, cur ad
Ecclesiam veniunt? Si vero a mortuo nihil
salutis accipitur, ac propterea cognito erro
re pristino, ad veritatem cum pœnitẽtia re
uertuntur, vno vitali baptismate, quod in
ecclesia catholica est, sanctificari debebant.
Respõdetur, Quid si a mortuo baptizari, Auguſt.
sine præiudicio diligentioris eiusdem scri- A
pturæ considerationis, alibi iam diximus.
Quero autem cur hæreticos solos velint
intelligi mortuos, cum Paulus Apostolus Rom. 6.
generaliter de peccato dixerit, Stipendium &. 8.
peccati mors. Et iterum, Sapere autẽ secun 1. Ti. 5.
dum carnem mors est. Et cum mortuam di
cat viduam quæ in delitijs viuit, quomodo
non sunt mortui, qui seculo verbis & non
factis renunciant? Quid ergo proficit laua
tio eius qui ab istis baptizatur, nisi quia &
ipse si talis est, lauacrum quidem habet, sed
non ei proficit ad salutem? Si autem ille a
quo baptizatur talis est, iste vero non falso
corde ad deum conuertitur, nõ ab illo mor
tuo baptizatur, sed ab illo viuo de quo di- Ioan. 1.
ctũ est, Ipse est qui baptizat: quolibet cor
poraliter hoc operante baptizet. Quod au
tem ait de hæreticis, Si enim qui apud illos
baptizant, per remissionem peccatorum vi
tam æternã consequuntur, cur ad ecclesiã
veniunt? Respondetur, ideo veniũt, quia ẽt
si Christi baptismum vsq; ad sacramẽti ce-
lebrationem perceperunt: tamen vitã æter-
nam nisi per vnitatis charitatem nõ conse-
quuntur. Sicut nec maleuoli & inuidi qui
bus non dimitterentur peccata, nec si aduer
sus eos odium tenerent à quibus paterent
iniuriam, quia veritas dixit, Si non dimise- Matt. 6.
ritis, nec pr vester dimittet uobis: quãto ma B
gis cũ eos oderant q̃bus retribuebant mala
pro bonis? Nec tũ isti seculo verbis solis & Psa. 34.
non factis renunciantes, si postea corrigã- Matt. 7.
tur rursus baptizarentur, sed vno vitali ba
ptismate sanctificarentur, Quod q̃dẽ in ca
tholica est, sed non in sola, sicut nec in san
ctis solis, qui ædificati sunt sup petram, &
ex quibus vnica illa columba perficitur. Can. 6.

Castus Sicea dixit, Qui cõtẽpta verita Ca. 35.
te psumit cõsuetudinẽ seq, aut circa fratres Di. 8. c.
inuidus ẽ & malignus q̃bus veritas reue- q. contẽ
latur,

Auguſt. latur,aut circa deum ingratus eſt, cuius in ratiõe eccleſia eius inſtruit. Rñdetur, Iſte ſi cõuinceret eos qui diuerſa ſentiebant & hoc tenebant, quod etiã totus orbis poſtea Chriſtiano cõcilio confirmatus obtinuit, ita cõſuetudinẽ ſequi,vt cõtemnerẽt veritatẽ,hæc verba formidare deberemus. Cũ uero illa cõſuetudo & à veritate ꝓpagata & veritate roborata reperiat, nihil in hac ſententia pertimeſcimus: & tũ ſi illi circa fratres inuidi erant & maligni, aut circa deũ ingrati,ecce qualibus communicabãt, ecce quales diuerſa ſentientes, ſicut Cyprianus ꝓdixit, a iure communionis non amouebant, ecce à quibus non polluebantur in cõ

C uerſatione vnitatis,ecce quantum amandũ ſit vinculum pacis,ecce qđ conſiderant qui nobis de ꝓdeceſſorũ eꝓrũ concilio calumniantur,quorũ charitatem non imitãtur, & quorum exemplo conſiderato iure damnatur.ſi conſuetudo erat ſicut hęc ſentẽtia eſt, vt hæretici venientes ad eccleſiam cum baptiſmate qđ habebant ſuſciperentur,aut hoc recte fiebat, aut mali bonos in vnitate non maculant.ſi recte fiebat,cur orbem terrarum quia ſic recipiuntur accuſant? Si ãt mali bonos in vnitate non maculant, quomodo ſe a crimine ſacrilegæ ſeparationis excuſant?

Ca. 36. Eucratius à Thenis dixit, Fidem noſtrã & baptiſmatis gratiam,& legis eccleſiaſticę regulam deus & dñs noſter Ieſus Chriſtus

Mat. 28 ſuo ore Apoſtolos docens, impleuit dicẽs, Ite docete oẽs gentes,baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Falſum ergo hæreticorum baptiſma & iniquũ a nobis pellendum eſt, & omni conteſtatione refutandum, de quorum ore virus non vita,nec gratia cœleſtis,ſed blaſphemia trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad eccleſiam hæreticos integro & catholico baptiſmate baptizari debere manifeſtum eſt,

D vt,à blaſphemia ſuæ ꝓſumptionis purificati, poſsint ſpiritus ſancti gratia reformari. Reſponderetur, Planè ſi non eſt baptiſ-

Augu. mus patris & filij & ſpritus ſancti nomine conſecratus,hæreticorum deputetur,& iniquus à nobis omnis conteſtatione refuteẽ, Si autem hoc in eo nomen agnoſcimus,melius verba euangelica ab hæreticorum errore diſtinguimus, & quod in eis probum eſt approbamus, quod mendoſum eſt emendamus.

Ca. 37. Liboſus ab Agra dixit, In euãgelio dñs, Ego ſum inquit, veritas:nõ dixit, ego ſum cõſuetudo Itaq; veritate manifeſtata,cedat ſuetudo veritati: vt & ſi in ꝓteritum qđ Dñs in eccleſia hæreticus non baptizat, nunc baptizabat,nunc baptizare incipiat. Reſpondet, Hic nihil conatus ẽ oñdere qũo ſit vetus. multis locis oſtendiſſe alienos eſſe ab Eccleſia,oẽs qui non ſunt in petra,nec ad columbæ illius membra ꝓtinent, & tũ baptizare & baptizari, & hẽre ſine ſalute ſacrm ſalutis. Fons ãt noſter,qui ſimilis eſt fonti paradiſi, ꝙ ẽt ſicut ille extra pradiſum ꝓfluat,iam ſatis dictum eſt, Et ꝙ duobus populis.i.ſuo & extraneo ſalutarem aquã tribuere non põt ille,qui vnius gregis paſtor eſt,concedo atq; conſentio. Sed nunqd qa ſalutaris non eſt extraneis,ideo ipſe nõ eſt? Aqua.n.diluuij conſtitutis intra arcam ſalutaris fuit, extra arcã vero mortifera fuit, eadem tũ fuit. Et multi extranei.i.inuidi, quot ex parte Diaboli eſſe Cyprianus dicit,& de ſcripturis oſtendit,velut intus videntur, & tũ niſi eſſent extra arcam, non morerentur per aquã. Talis.n.baptiſmus cum eo male vtunt necat, ſicut illis de quibus ait Apoſtolus, Bonus odor Chri erat in mortem. Cur ergo nõ ſuſcipiunt aliqd cœleſte vel ſchiſmatici, vel hæretici, ſicut ſpinæ,ſine zizania pluuiã,ſicut ipſi,qui extra arcam fuerunt, aquam de cataractis cœli venientem ſuſceperunt quidẽ ad perniciem non ad ſalutem? Ideoq; illud qđ in vltimo poſuit, Qũ danti locus nõ eſt,vtique nec accipienti prodeſt: non laboro refellere, quia & nos dicimus accipientibus non prodeſſe cum in hæreſi accipiunt conſentientes hæreticis, & ideo veniunt ad catholicam pacem atq; vnitatem non vt baptiſmum accipiant,ſed vt eis prodeſſe incipiat quod acceperant.

Item alius Ianuarius Muzulenſis dixit, Mirorq; cum oẽs confiteantur vnum eſſe baptiſmum, non oẽs intelligant eiuſdẽ baptiſmi vnitatẽ: Eccleſia n.& hæreſis duæ & diuerſæ res ſunt. Si hæretici baptiſma hñt,nos nõ habemus: ſi ãt nos habemus, hæretici hẽre non põt. Dubium ãt nõ eſt quæ ſola poſſideat, & gr̃am Chriſti & veritatem. Reſpon. Poſſet alius ſimilr̃ dicere, & ſimiliter non verũ dicere, Miror ꝙ cũ omnes confiteantur vnũ eſſe baptiſmum, non oẽs intelligant eiuſdem baptiſmi vnitatem, Iuſtitia.n.& iniquitas duæ & diuerſæ res ſunt, ſi iniqui habent baptiſma, iuſti non habent, ſi ãt iuſti habent, iniqui hẽre non poſſunt. Dubium ãt nõ eſt iuſtos ſolos baptiſmum Chriſti poſſidere, qui ſoli poſſideant & gratiam & veritatem Chri. Hoc certe falſum eſt, illis quoq; fatẽtibus. Et illi quippe inuidi, qui ſunt ex parte Diaboli intus poſiti, ſicut dicit Cyprianus, atque Apoſtolo Paulo notiſſimi baptiſmum habebant, nec ad membra illius columbæ, quæ in petra tuta eſt pertinebant.

Adelphus a Tasbalte dixit, Sine cauſa quidem fallo & inuidioſo verbo impugnãt veritatem, vt rebaptizare nos dicant quando Eccleſia hæreticos non rebaptizet, ſed baptizet. Reſpondetur. Immò vero modo Auguſt. non rebaptizat, quia niſi eos, qui baptizati non ſunt non baptizat, quã conſuetudinẽ anteriorem perſpecta diligentius veritate etiam concilio poſteriore firmauit. Cap. 42.

Demetrius Aleptuuinus dixit, Vnũ baptiſma nos cuſtodimus, quia Eccleſiæ catholicæ ſoli rem ſuam vendicamus. Qui ãt dicunt, quia hæretici vere & legitimè baptizant, ipſi ſunt qui non duo,ſed multa baptiſmata faciunt,nam cum hæreſes multæ ſint, pro earum numero & baptiſmate computabuntur. Huic rñdetur, Si ita eſt, Auguſt. tot ergo numerẽtur baptiſmata quot ſunt Galat. 5 opera carnis,de quibus ait Apoſtolus, Qũ qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt, Inter quæ numerantur & hæreſes, & tam multa ipſorum opera intus tanquã in palea tolerantur,& tamen vnum baptiſma omnibus eſt, qđ nullo iniquitatis opere violatur. Cap. 43. I

Vincentius a Tibari dixit, Hæreticos Cap. 44 ſcimus eſſe peiores q̃ Ethnicos, Si ergo cõuerſi ad Deũ venire voluerint, hẽnt vtiq; regulam veritatis, quam Dñs præcepto diuino mandauit Apoſtolis dicens, Ite in no Mar. 16 mine meo manũ imponite, Dæmonia ex Matt. 28 pellite. Et alio loco, Ite & docete gẽtes, tin gentes eas in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ergo primo per manus impoſitionem in exorciſmo, ſecũdo per baptiſmi regenerationem poſſunt ad Chriſti pollicitationem venire, alias ãt fieri cenſeo nõ debere. Rñdetur, Ex qua regula dicat hæ K reticos peiores eſſe q̃ Ethnicos, neſcio, cum Auguſt. Dñs dicat, Si neq; Eccleſiã audierit, ſit tibi Matt. 18 tanq̃ Ethnicus & Publicanus. An etiã talis hæreticus peior eſt, nihil reſiſto: non tamen propterea quia ipſe hõ peior eſt ethnico. i. Gentili atq; Pagano, ſacrm etiam Chriſti

qđ habet, vitijs eius moribusq; miscet, & eadem permixtione corruptũ perit. Nã & illi qui recedũt de ecclesia, & fiũt hæresum non tm̃ sectatores, sed ét conditores: si iam baptizati recedũt, cũ scd̃m istam regulam peiores sint ethnicis, hũt tũ baptisma: nam si correcti redeant non accipiunt, quod si amisissent, vtiq; acciperẽt. Põt ergo fieri vt aliquis peior sit ethnico: & tũ in eo Christi sacramentum nõ solum sit, sed ét nõ sit peius, quàm in homine sancto & iusto. Et si enim quantũ in illo homine est, non ipsum seruauit, sed animo & voluntate violauit: tũ quantum ad ipsum attinet sacr̃m, & cum contemptore & repudiatore suo integrum inuiolatumq; permansit. Nonne Sodomitæ ethnici erant. i gentiles? Peiores ergo erant Iudæi, quibus dns dicit, Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quam vobis. Ex quibus Propheta dicit, Iustificastis Sodomam, id est, in cõparatione vestra Sodoma iustificata est. Nunquid tm̃ ideo sacra diuina quæ apud Iudæos erant, talia erant quales ipsi erãt, q̃ dns quoq; ipse percepit, & ad ea celebranda leprosos quos mundauerat misit, & ea Zachariæ ministranti angelus astitit, eumque in templo sacrificãté exauditum esse nunciauit? Hæc eadem sacramenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus quàm sint ethnici, quandoquidem Sodomitis in malitia prælati sunt, & tã illa sacramenta erant in vtrisque integra atq; diuina. Nam & ipsi gentiles si quid diuinum & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti nostri, quanuis illi per suas superstitiones & idololatriam, & superbiã, cæterosq; perditos mores detestãdi essent, & nisi corrigerentur diuino iudicio puniẽdi. Nam & Paulus Apostolus apud Athenienses cum de deo quædam diceret, perhibuit testimonium quod quidã eorũ tale aliquid dixerint, quod vtique si ad Christum venirent, agnoscereẽ in eis non improbaretur. Et sanctus Cyprianus talibus aduersus eosdem ethnicos vtitur testibus, Nam cum de Magis loqueretur, quorum tamen, inquit, præcipuus Ostanes, & formam veri dei negat conspici posse, & angelos veros sedi eius dicit assistere: In quo & Plato pari ratione consentit, & vnum deum seruans cæteros angelos vel dæmones dicit. Hermes quoq; trimegistus vnum deum loquitur, & cum incomprehensibilem atq; inæstimabilem confitetur. Si ergo isti venissent ad percipiendam christianam salutem, non vtique eis diceretur, hoc malum habetis, vel falsum habetis, sed planè merito dicerẽtur, hoc uobis quanuis integrum et uerum, nihil tamen prodesset nisi ad Christi gratiam veniretis. Si ergo in ipsis ethnicis potest aliquid diuinum inueniri rectéque approbari, quanuis eis salus adhuc à Christo præstanda sit, non oportet nos ita moueri etiam si peiores sint hæretici, vt quod in eis malum ipsorum est velimus corrigere, & quod in eis bonum est Christi, nolimus agnoscere, sed iam cæteras huius concilij sententias pertractandas, ab alio suscipiẽdas, mus exordio.

1.q.1.c. nonne.
Mat.11. L
Ezec.16
Luc.17
Luc.1.
Actor.17

Libri Sexti finis.

A

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De baptismo contra Donatistas, Liber Septimus.

NOn simus molesti legenti Co- bus si eadem varie ac fare- dissimus. Quanquam enim ecclesia catholica ta- cta in omnibus gentil aduersus eas, quæ hæ- stione de baptismo, vtrum & apud hæreti- cos vel schismaticos idem possit esse qui est in catholica, nonnullam caliginem obfundunt, priscæ consuetudinis & plenarij concilij authoritate munita sit, tamen quia nondum contemnendis viris, & maxime Cypriano in ipsa vnitate aliquando aliter visum est, cuius vti aduersum nos authoritate conantur, qui longe ab eius charitate remoti sunt, proprerea cogimur ex oportunitate tractandi & considerãdi omnia, quæ in eius concilio de hac re literisq; comprehensa sunt, hanc eandem quæstionem aliquanto diutius tanquam in manibus uersare, & ostendere quanto verius vniuersitati Ecclesiæ catholicæ placuerit, vt hæretici vel schismatici qui iam Christi baptismum illic vnde veniunt acceperunt, in catholicam communionem cum illo admittantur ab errrore suo correcti, in charitate radicati atque fundati, vt quod ad baptismi sacramentum, non adfit, quod ad baptismi sacramentum, non adfit, quod deerat, sed prosit quod inerat. Et beatus Cyprianus

Sapiẽ.9. Cyprianus quidem iam corpore quod corrumpitur non aggrauante animam, nec deprimẽte terrena inhabitatione sensum multa cogitantem, serenius perspicit veritatem, quam meruit adipisci per charitatem. Adiuuet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, tanquam in caliginosa nube laborantes, vt donante domino quantum possumus bona eius imitemur. Si quid autem aliter sensit, quibusdã fratribus collegisque persuasit, quod nunc eo quem dilexit reuelante iam cernit, nos longe impares meritis suis, ecclesiæ tamen catholicæ authoritatem, cuius ipse egregium & clarissimum membrum est, pro nostra infirmitate sectantes, aduersus hæreticos vel schismaticos enodemus, quos præciso tanquam ab vnitate quàm tenuit, & arescentes à charitate qua viguit, & elapsos ab humilitate C qua stetit, tanto amplius improbat atq; condemnat, quanto magis nouit eos ad insidiã dum perlegi velle quod scripsit, & ad pacificandum imitari nolle quod fecit, Sicut illi qui se Christianos Nazarenos vocant, & more Iudaico carnalia præputia circuncidunt, & hæretici nati ex illo errore Gal.2. est, in hoc usque persistunt. Sicut ergo illi Petro in primatu Apostolorum martirij gloria coronato, in sua peruersitate præcipitato per abundantiam charitatis in sorte sanctorum passionis claritate suscepto, seipsos exules vnitatis agnoscunt, & contra vnitatis patriam pro suis calumnijs ciuem vnitatis opponunt. Iam itaque cæteras illius cõcilij sententias eadem ratione videamus.

Cap.2. Marcus a Mactari dixit, Mirandum nõ est si hæretici hostes atque impugnatores veritatis sibi rem vendicant potestatis & dignationis alienæ: illud mirandum est quòd quidam nostri pacuaricatores veritatis, hæreticis suffragantur & Christianis aduersantur, propterea decernimus hæreticos baAugust. ptizandos. Huic respondemus, Immo magis mirandum est, & magna laude prædicã dum, q̃ tantum illi dilexerint vnitatem vt unos prævaricatores veritatis arbitrabantur, cum eis in vnitate perseuerantes, ab eis D pollui non timerent, Nam cum iste dixisset, Illud mirandum est, quòd quidam nostri prævaricatores veritatis hæreticis suffragantur & Christianis aduersantur: videbatur esse dicturus, propterea decernimus eis non esse communicandum. Non hoc dixit, sed ait, propterea decernimus hæreticos baptizandos esse, seruans q̃ pacificus Cyprianus ante præstruxerat dicens, Neminẽ iudicantes, aut a iure cõionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Cũ ergo Donatistæ nobis calumniãtur, & nos dicunt traditores, siquis existat vel Iudæus vel Paganus, qui lecto isto concilio & nos & ipsos secundum eorum regulas vnitatis appellet prævaricatores, velim scire ad hoc tam graue crimen refutandũ atque diluendum qũo nobis agenda sit causa cõis. Isti eos dicunt traditores, quos neq; illo tẽpore conuincere potuerunt, neq; núc possunt ostendere, & in eodem crimine ipsi esse potius ostenduntur. Sed quid ad nos? De istis certe prævaricatoribus quid dicemus? Si enim nos quanuis falsò propterea dicimur traditores, quia traditoribus nos in eadem E cõione succesisse criminantur, ſuaricatoribus illis oẽs succesimus, quia nondum se ab vnitate diuiserat pars Donati beati Cypriani tpibus, post passionem quippe eius quadraginta, & qd excurrit annis pactis, traditio codicum facta est, vnde cœperunt appellari traditores, si ergo propterea nos traditores, quia ex traditoribus, sicut opinantur, vel confingunt exorti sumus, ab illis prævaricatoribus vtriq; originem ducimus, non est n. quod dicatur nos eis communicasse istos, qñ suos illos vocant, quod concilium loquitur, quod ipsi maxime præferunt. Quidam nostri, inquit, ſuaricatores veritatis, hæreticis suffragãtur: Accedit & testimonium Cypriani satis demonstrãtis, q̃ in eorum cõione permanserit, dicendo, neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouẽtes. Ipsi n. erant, qui diuersum sentiebant, quos iste prævaricatores vocat, quia scilicet hæreticis suffragabantur, sine baptismo eos in Ecclesiam recipiendo. Eamq; fuisse cõsuetudinem, vt sic reciperentur, & ipse Cyprianus multis locis, & aliquot Episcopi in hoc concilio manifestant. Vnde apparet si F hæretici non habent baptismum, Ecclesiam Christi temporum illorum prævaricatoribus fuisse plenam, qui eis suffragantes sic eos recipiebant. Agatur ergo causa communis aduersus crimen prævaricationis quod negare non possunt, & ibi agatur nostra causa aduersus crimen traditionis, q̃ conuincere non potuerunt. Sed

ac agamus quasi cõuincerint. Quod vtriq; rñdemus eis qui nobis obijciunt, maiorũ nostrorũ prævaricationem, hoc nos istis respondebimus qui nobis obijciunt maiorũ nostrorum traditionẽ. Sicut.n. per maiorũ nostrorum traditionem vnde se isti diuiserunt, nos mortui sumus, ita p maiorũ prævaricationem, qui & nostri & ipsorum parẽtes fuerunt, & nos & ipsi mortui sumus. Sed quia se viuere dicunt, credunt q̃ ad eos non pertineat illa prævaricatio, Ergo nec ad nos illa traditio. Et illa quidem prævaricatio scd̃m ipsos certa est: secundum nos ãt nec anterior prævaricatio vera est, quia & hæreticos dicimus posse habere baptismum Christi, nec posterior traditio, quia in ea causa ipsi sunt superati. Non habent ergo isti cur a nobis nefario scelere schismatis separẽtur. quia nostri maiores si traditores non fuerunt, sicut nos dicimus, nõ est q̃ ad nos omnino pertineat. Si aũt traditores fuerunt, sicut ipsi dicunt, sic ad nos non pertinet, quẽadmodum nec ad nos nec ad ipsos illi prævaricatores, Ac per hoc qm̃ ex maiorum nostrorum iniquitate nullum est crimen nostrum, ex proprio schismate certum est crimen illorum.

Cap. 3. Satius a Sicilippa dixit, Si hęreticis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniũt, Nam cum in die iudicij peccata sint quæ puniuntur, nihil est quod timere possint hæretici de iudicio Christi,

Auguſt. si sunt peccatorũ remissionem consecuti. Rñdetur, Et hæc poterat ẽt nostra esse sententia, uiderit aũt author eius quo animo dicta sit, Verbis tñ ita modificata est, vt nõ me pigeat eo animo cõsentire, atq; subscribere, quo & ego sentio baptismũ quidẽ xp̃i hæreticos posse habere, sed remissionẽ peccatorũ non habere. Non aũt ait, Si hæretici baptizant & baptizantur: sed si hæreticis, inquit, in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt, Nanque si pro hæreticis ponamus illos quos in ecclesia nouerat Cyprianus, seculo solis verbis & non factis renunciantes, totidem verbis possumus hanc sententiã ẽt nos verissime dicere, Si fallaciter conuersis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad veram

H conuersionem postea perducuntur, Nã cũ in die iudicij peccata sint quæ puniuntur, nihil est qd̃ timere possint, qui seculo verbis solis & non factis renunciarunt, de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti. Sed ista ratiocinatio tali cõnexione perficiuntur, vt adiungamus dicẽtes, Debent aũt timere Chr̃i iudiciũ, & veraci corde aliq̃n cõuerit. Qd̃ cũ fecerint, nõ eos vtiq; necesse est iterũ baptizari. Si tuerunt igitur accipere baptismũ, & remissionem accipere peccatorũ, aut remissis peccatis, continuo rursus onerari, Sic ergo & hæretici.

Victor a Gor dixit, Cũ peccata non nisi Cp. in Ecclesiæ baptismo remittant, qui hæreticũ sine baptismo ad cõmunicationẽ admittit, vtrunq; contra rationem facit, nec hęreticos purgat & Chr̃ianos inquinat. Huic rñdemus, Ecclesiæ baptismum esse & apud hæreticos, quanuis ipsi non sint in ecclesia, sicut aquã paradisi in terra Aegypti, quanuis ipsa non sit in paradiso. Non itaque hæreticos sine baptismo ad communionem admittimus, sed quia correcti a sua peruersitate veniunt, nõ eorum peccata, sed Chr̃i sti sacramenta suscipimus: de remissione autem peccatorum quod superius hoc & hic dicimus. Illud sanè quod in vltimo posuit dicens, vtrunq; contra rationem facit, nec hæreticos purgat & Christianos inquinat, respuit primitus ac maxime Cyprianus ipse cum sibi consentientibus collegis suis: neque.n. inquinari se credidit, qñ talibus pacis communicandum esse decreuit dicens, Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Aut si inquinant hæretici ad communionem, sic vt non baptizentur admissi, inquinata est tota ecclesia per illam consuetudinẽ quæ totiens hic cõmemoratur: Et sicut nos isti appellãt traditores patres maiores nostros, in quibus nihil tale quod obiecerunt, probare potuerunt: si hoc ita quisq; quod est ille cui cõmunicauerit, ipse tunc hæretici facti sunt. Quod si quisquis dicit, insanit, falsum est quod iste ait, qui hæreticum sine baptismo ad communionem admittit, nec hæreticos purgat & Christianos inquinat. Aut si hoc verum est, nõ sine baptismo admittebantur, sed habebant baptismum Christi, quanuis apud hæreticos datum & acceptum, qui secundum illã consuetudinẽ de qua isti confitentur sic admittebant, ac p hoc recte ẽt nũc sic admittuntur.

Aurelius ab Vtica dixit, Cũ dicat Apostolus, non communicandum peccatis alienis, quid aliud quàm peccatis alienis communicat, qui sine baptismo ecclesiæ hæreticis

communicat? Et ideo censeo baptizãdos esse hæreticos, vt accipiãt remissam pec-
Auguſt. catorum, & sic illis cõicetur. Rñdetur, Cõmunicauit ergo Cyprianus & isti oẽs peccatis alienis, quia cũ talibus in cõione manserunt, qñ neminem qui diuersum sensit, a iure cõionis amouerunt. Vbi est ergo Ecclesia? Deinde vti de hæreticis taceam, cum verba huius sententiæ ẽt de alijs peccatoribus dici possint, quales in Ecclesia beatus Cyprianus secum videbat, gemebat, arguebat, ferebat, vbi est Ecclesia, quæ scd̃m hæc verba iam tunc perijsse existimabatur contagione pct̃orum? Si aũt sicut se habet firmissima veritas, Ecclesia permansit & pmanet, non nisi in consensione intelligenda est communio pct̃orum, q̃ vetat Apostolus. Baptizentur aũt iterum hæretici, vt accipiant remissam pct̃orum, si baptizãtur iterum peruersi, & inuidi, qui cum seculo verbis & non factis renũciarent baptismũ quidem accipere potuerunt, sed remissionẽ peccatorum nõ obtinere potuerunt, dicẽte Domino, si non dimiseritis, neque Pater
Matt. 6. L. vester dimittet vobis.

Cap. 6. Iambus a Germaniciana dixit, Qui hæretorum baptismum probant, nr̃m improbant, vt extra Ecclesiam non dicam lotos,
Auguſt. sed sordidatos, negent in Ecclesia baptizari oportere. Huic rñdetur, neminem nostrũ baptismum hæreticorũ probare, sed Chr̃i, quanuis in hæreticis vel paleis interioribus, sicut in alijs iniquis, vel paleis intezantur, non lauantur, sed sordidantur, profecto extra petrã in qua ædificat Ecclesia, qui baptizantur, non lauantur, sed sordidãtur. Omnes autem extra eandem petram sunt, qui audiunt verba Christi, & non faciunt: Aut si baptismo lauantur quidem, sed in iniquit. at bus suis a quibus in melius mutari noluerunt, sordidi remanerent, sic
Cap. 7. & hæretici.

Genes. 1. Lucianus a Rucumma dixit, Scriptum est, Et vidit Deus lucem, quia bona est, & diuisit inter lucem & tenebras. Si põt luci & tenebris conuenire, põt nobis & hæreticis aliquid esse cõmune. Propterea censeo
Auguſt. hæreticos baptizandos esse. Huic rñdetur. M. Si põt luci & tenebris cõuenire, põt iustis & iniustis aliquid esse commune. Censear ergo illos iniustos denuo baptizari, quos in ipsa Ecclesia arguebat Cyprianus: aut si non iniusti, qui seculo verbis, & non factis renunciat, dicat qui potest.

Cap. 8. Pelagianus a Lupertiana dixit, Scriptũ est, Aut Deus Deus est, aut Baal Deus est: 3. Reg. 18. Ita & nũc aut Ecclesia est, aut hæresis Ecclesia est. Porrò si hæresis Ecclesia non est, qũo esse apud hæreticos baptisma Ecclesiæ põt? Huic ita possumus rñdere, aut Paradisus Paradisus, aut Aegyptus Paradisus.
Auguſt. Porrò si Aegyptus Paradisus non est, qũo esse in Aegypto aqua Paradisi põt? Sed dicẽ nobis, ẽt illuc exeundo puenit: sic ergo ad hæreticos baptismus. Item dicimus, aut petra Ecclesia, aut arena Ecclesia. Porrò quia non est arena Ecclesia, qũo apud eos, q̃ sup arenã ędificant, audiẽdo verba Chr̃i & nõ faciẽdo esse baptismus Ecclesiæ põt? & tñ est, Sic ergo & apud hæreticos.

Cap. 9. Iader a Midila dixit, Scimus nõ esse, nisi vnum baptismũ in Ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæreticũ, nisi baptizatus fuerit apud nos, ne se putet extra Ecclesiam catholicam baptizatum esse.
Auguſt. Huic rñdetur, Quia si hoc de iniqs illis, qui extra petram sunt diceretur, falsò vtique diceretur, Sic ergo & de hæreticis. A

Cap. 10 Itẽ alius Felix a Mazrazana dixit, Vna fides, vnũ baptisma, sed Ecclesiæ catholicæ, Ephes. 4. cui soli licet baptizare. Huic rñdet, Quid
Auguſt. si alius ita diceret, vna fides, vnũ baptisma, sed iustorũ tm̃, q̃bus solis licet baptizare? Sicut hęc verba refellerent, ita & ista sẽtẽtia refellãt. An & iniusti in ipso baptismo mutati, dũ seculo solis verbis, & non factis renunciãt, ad mẽbra Ecclesiæ pertinent? Videãt si ipsa est illa petra, si ipsa est columba, si ipsa est sponsa sine macula & ruga.

Cap. 11. Paulus ab Obba dixit, Me non mouet, si aliquis Ecclesiæ fidem & veritatem non vendicat, qñ Apostolus dicat, Quid.n. Si
Roma 3 exciderunt a fide quidã illorũ, Nunq̃d infidelitas illorũ fidẽ Dei euacuauit? Abſit, est .n. Deus verax, oĩs aũt hõ mendax. Si autẽ Deus verax est, qũo apud hæreticos baptismi veritas esse potest apud quos Deus nõ
Auguſt. est? Huic rñdetur, Quid? Apud auaros nũ quid est Deus? & tñ est baptismus. Ita & apud hæreticos. Apud quos.n. Deus est, tẽplum Dei sunt. Quæ aũt cõpositio tẽplo Dei cum idolis? Porrò auaritiã, idololatriã
2. Co. 6. Paulus sentit, Cyprianus cõsentit, & idem ipse inter collegas raptores, tamẽ baptizatores, cũ magna tolerãtiæ mercede versat. B

Cap. 12. Põponius a Iosiniana dixit, Manifestũ est hæreticos nõ posse baptizare, & remis-
Matt. 18 sionẽ

sionem pctorum dare, qui prãtem nõ hũt, vt aut soluere aut ligare aliquid in terris possint. Respondemus, Hanc potestatem, nec homicidæ habent. iiqui oderũt fratres: Non. n. talibus dictum est, Si cui dimiseritis peccata, dimittẽtur ei: & si cui tenueritis, tenebuntur: & tamen baptizant, & eos in eadem baptismi cõmunione, & Paulus tolerat, & Cyprianus agnoscit.

Cap. 13. Venãtius a Timisa dixit, Si maritus peregre ꝓficiscens, amico suo cõmẽdasset vxorem suam custodiendã, commendatam, sibi ille quanta posset diligentia cõseruaret, ne ab aliquo castitas eius & sanctitas adulteraret. Chs Dns & Deus nr ad pfem ꝓficiscens, sponsam suã nobis commendauit, vtrum ne eam incorruptã & inuiolatã custodimus, an integritate eius & castitatem eius mœchis & corruptoribus prodemus? Qui. n. baptisma Ecclesiæ cõe cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit.

Auguſt. Rũdemus, Quid illi, qui cum baptizãtur labijs non corde conuertunt ad Dominũ, nonne adulterinã mentem gerunt? Nonne

C ipsi sunt seculi dilectores, qui nõ factis, sed verbis renunciauerunt, & ideo corrũpunt mores bonos per colloquia mala dicentes,

1. Co. 15 Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur? Nonne ét contra istos vigilauit sermo Apostolicus, vbi dicit, Timeo autẽ ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrũpantur a castitate, quæ est in Christo? Cũ ergo Chri baptisma Cyprianus habebat commune, cũ talibus, nunquid ideo sponsam Chri prodebat adulteris, ac non potius monile sponsi etiã in adultera cognoscebat?

Cap. 14. Aymnius ab Ausuagiga dixit, Nos vnũ baptisma accepimus, & ipsum tenemus, & exercemus, Qui aũt dicit quia & hæreticis licet baptizare, ipse duos baptismos facit.

Auguſt. Huic rndetur, Cur non ét ille duos baptismos facit, qui dicit qa & iniqui baptizant? Cum. n. iusti & iniqui sibi contrarij sint, baptismus quẽ dant iusti, qualis erat Paulus, vel etiã qualis erat Cyprianus, non est contrarius baptismo quem dabant iniqui illi, qui oderant Paulũ, quos nõ hæreticos, sed malos catholicos Cyprianus intelligit, Et cum cõtrariæ sibi sint semꝑ, continẽtia quæ fuit in Cypriano, & auaritia, quæ fuit

D in collegis Cypriani: baptismus tamen quẽ Cyprianus dabat, non erat contrarius baptismo quem illi dabant, sed vnus, & idem, quia ille baptizat de quo dictum est, Ipse est, qui baptizat. Ioan. Cap.

Saturninus a Victoriana dixit, Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt & defensi illicita facientes, Nec video quare eos, aut Chrs aduersarios suos, aut Apostolus Antichristos eos appellauerit. Huic respõ, Sic Auguſt. dicimus nõ licere hæreticis baptizare, quo dicimus non licere fraudatoribus baptizare. Nõ. n. hæretico tm, sed pctori, inq t, dicit Deus. Vt qd enarras iustificationes meas, Psal. & assumis testm meũ ꝓ os tuũ? Huic vtiq; dixit, Si videbas furem concurrebas cũ eo. Quanto ergo illi peiores sunt, qui non cũ furibus cõcurrebãt, sed ipsi fundos insidiosis fraudibus rapiebant? sed nõ eis cõcurrebat Cyprianus, quanuis eos in catholica sagete toleraret, ne simul eradicaretur & triticum. Et tũ etiã ipsi quem dabant idem ipse baptismus erat quia nõ ipsorũ, sed Chri erat. Sicut ergo isti quãuis in eis Chri baptismus agnoscat: nõ sunt tũ excusati & defensi illicita faciẽtes, & recte illos Chri aduersarios suos appellat, quia in talibus pse Mauerãtes audituri sunt, & Recedite à me qui operamini iniquitatẽ: vñ & antichristi appellant, quia Chri cõtrarij sunt, dũ contra quod præcepit viuunt, ita & hæretici.

Alius Saturninus à Tucca dixit, Gentiles quãuis idola colant, tñ summum deum patrem creatorem cognoscunt & confitentur. In hunc Marcion blasphemat, & quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare. Quo tales sacerdotes sacerdotij dei aut seruãt aut vendicant, qui hostes dei non baptizant, & sic illis cõicant? Rũdetur, Auguſt. Nimirũ cum talia dicunt, excediẽ, modus nec cõsideratur, quia & ip si talibus cõmunicabant, neminẽ iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquem si diuersum sentiebat & mouentes, sed habet iste in hac ipsa sententia sua vnde admoneri posset, si aduerteret id in se quoque corrigẽdum esse quod prauum est, quod autem rectum est approbandum. Quandoquidem ait, Gentiles quãuis idola colant, tñ summum deum patrem creatorem cognoscunt & confitent. Si quis ergo ad deum talis gentilis veniret, nunqd vellet in eo corrigere atque mutare, quod deum patrem creatorem cõfitebatur & noluerat? Non puto, sed emendaret in eo idolatriam quod malum habebat, & traderet sacramenta christiana quæ non habebat, & si quid rectum nosset in eo approbaret, & si qd inueniret peruersum emẽdaret, si qd defuisset daret, Sic & in Marcionista hæretico agnosceret baptismi integritatẽ, corrigeret eius peruersitatem, doceret catholicam veritatem.

Cap. 17 Marcellus à Zama dixit, Cũ peccata nõ nisi in baptismo ecclesiæ remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori cõicat.

Auguſt. Respon. Quid ille qui hoc facienti cõicat: Nonne peccatori communicat? Quid autẽ aliud faciebant oẽs iudicãtes neminem, aut à iure communionis amouentes diuersa sentientem? Vbi est ergo ecclesia? An patien-

Mat. 13. tibus, & ne triticum eradicetur, zizania tolerantibus ista non obsunt? Dicant ergo isti qui se ab orbe terrarum frustra separando sacrilegium schismatis admiserunt, vt quid hñt in ore sententiam Cypriani, qui non hñt in corde Cypriani patientiam? Huic aũt Marcello rndetur ex his quæ de baptismo & remissione peccatorum supra dicta sunt, qũo posit esse baptismus in homine,

Cap. 18. quanuis non sit in eo remissio peccatorũ.

Irenæus ab Vlulis dixit, Si ideo ecclesia G hæreticũ non baptizat ꝙ dicatur iam bapti-

Auguſt. zatus esse, hæresis maior est. Rũdetur, Hoc modo dici pt, si ideo auarum ecclesia non baptizat, ꝙ dicat iã baptizatus esse auaritia maior est: hoc ãt falsum ẽ, ita ergo & illud.

Cap. 19. Donatus a Cibaliana dixit, Ego vnã ecclesiã & vnũ baptismũ eius noui, Si est qui dicat esse apud hæreticos baptismi gratiã,

Auguſt. ante est vt ostendat & probet esse illic ecclesia. Huic rndetur. Si baptismi grãm hoc esse dicis qd est baptismus, est apud hæreticos: Si ãt baptismus sacrm ẽ gratiæ, ipsa vero gratia abolitio peccatorũ est, non est apud hæreticos baptismi gratia. Sic est autẽ vnũ baptismũ & vna ecclesia, quemadmodũ est vna spes. Sicut ergo boni & mali qui non habent vnã spem, possunt habere vnũ baptisma, ita quibus non est cõis ecclesia, Cap. 20. potest baptisma esse commune.

Zosimus ab Tharessa dixit, Reuelatio-

Epist. 8. c. ne facta veritatis cedat error veritati, quia

qui con- & Petrus qui prius circũcidebat, cessi Pau-

tra Gal. 2. lo veritatem prædicanti. Respondetur, Pt

Auguſt. ẽt nostra esse sentẽtia ista, & ita factum est in hac de baptismo quæstione, Nam veritate postea liquidius reuelata cessit error veritati, cum illa saluberrima consuetudo H etiam plenarij concilij authoritate firmata est, Bene tamen quòd totiens meminerent etiam primum apostolorum Petrũ potuisse aliter sapere quàm veritas postulabat, qd acciderat etiam Cypriano sine vlla eius cõtumelia credimus quicunq; diligimus Cyprianum, quia non eum fas est diligi maiori charitate quàm Petrum.

Iulianus à Telepte dixit, Scriptum est, Cap. 21. Nemo põt accipere aliquid, nisi datum fuerit ei de cœlo: Si hæresis de cœlo est, põt baptisma dare. Rñ. Audiat & dicẽtem, Si aua- Auguſt. ritia de cœlo est, potest baptisma dare & tamen dant auari, sic ergo & hæretici.

Faustus a Timida regia dixit, Non sibi Cap. 22. blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismo intercedit, illos christianos & nos hæreticos facit. Huic respondetur, Si quisquã di- Auguſt. cat eum qui baptismum acciperet, quia odiũ fraternum tenebat in corde, non acceperat remissionem peccatorum, non esse iterum baptizandum, qñ illud odium de corde admittit, nunquid ecclesiastico baptismo intercedit pro homicidis, aut illos iustos & nos homicidas facit? Hoc ergo & de hæretis intellige.

Geminus à Furnis dixit, Quidã de sol Cap. 23 legis hæreticos præponere sibi possunt, no- I bis non pñt, & ideo quod decreuimus semel tenemus, vt ab hæreticis venientes baptizemus. Rñ. Et hic cõfitetur apertissime Auguſt. quosdã de collegis suis diuersa sensisse, vnde ét atq; ét confirmato amore vnitatis, ꝙ ab Psal. 3. inuicem nullo schismate separati sunt, donec alteris eorũ si quid aliter saperent deus reuelaret. Huic rndetur, collegas eius non sibi hæreticos ꝓposuisse, sed baptismũ Xpi, sed sicut cognoscitur in auaris, in fraudatoribus, in raptoribus, homicidis, sic ét in hæreticis cognouisse. Rogatianus a Noua Cap. 24. dixit, Ecclesiã Christus instituit, hæresim diabolus, qũo põt habere baptismũ. Christi Auguſt. synagoga satanæ? Huic rndetur, Nũqd qa pios Christus instituit, & inuidos diabolus, ideo non potest habere baptismũ Christi, q̃ in inuidis conuincitur esse pars diaboli?

Therapius a Bulla dixit, Qui hæreticus Cap. 25. baptismũ ecclesiæ concedit & prodit, quid aliud q̃ sponsæ Chri Iudas exstitit? Rñ. O Auguſt. magna conuictio schismaticorum qui se ab hæreditate Christi toto orbe diffusa nefario sacrilegio separarunt, si Cyprianus talibus communicabat, qualis Iudas traditor fuit, & tamen ab eis non maculaba- K tur, aut si maculabatur, tunc Iudæ facti sunt omnes, ergo & modo Iudæ sunt

ēs, aut si non sunt, non ergo pertinent ad posteriores facinora priorum, quaunis ex eadem communione ꝓpagatos. Cur ergo nobis traditores obijciunt, quos non cōuicerunt, & sibi Iudā non obijciunt, cui Cyprianus & collegæ eius cōmunicauerunt? Ecce concilium de quo solent isti gloriari. Nos quidē dicimus, quia sic non prodit hęreticis ecclesię baptismū, qui baptismū Xpi & in hæreticis probat, sicut non prodit homicidis ecclesiæ baptismū, q baptismū Xpi & in homicidis probat. Sed q̄a isti ex hoc concilio nobis ꝑscribere quid sentire debeamus affectant, ipsi priores ei cōsentiant. Ecce Iudæ traditori sunt cōparati, q̄ dicebant hæreticos quanuis in hæresi baptizatos nō debere iterum baptizari. Talibus aūt Cyprianus cōmunicabat, qui dixit, neminē iudicantes, aut à iure cōtionis aliquem si diuersum senserit amouentes, Tales etiam antea fuisse in ecclesia per illam sententiā manifestātur, vbi ait, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in præteritum in ecclesiam sine baptismo admissi sunt? Talem fuisse ecclesiæ consuetudinem ipsi qui hoc concilium faciunt sæpe cōmemorant. Si ergo nihil aliud quicunq; hoc facit q̄ sponsæ Christi Iudas existit, sicut ista sententia pronuncia ta est, Iudas aūr docet euangeliū, traditor fuit, traditoribus ergo cōmunicauerūt oēs qui tunc ét ista dicebant, & antequam ista dicerent traditores facti erant oēs per illam consuetudinem quam tunc ecclesia retinebati. Omnes ergo. i. & nos & ipsi qui ex illa vn tate propagati sumus, traditores sumus. Sed nos duobus modis defendimur, quia & huic concilio vbi hoc pronunciatum est nō consentimus, saluo iure vnitatis, sicut ipse Cyprianus prædixit, & bonis malos in vnitate catholica, donec in fine à tritico palea separetur, nihil obesse arbitramur. Isti aūt quia & hoc concilium tanquam pro se ꝓsferunt, & malorum cōmunione quasi contagione bonos perire contendunt, non inueniunt qūo dicāt aut priores christianis vnde isti propagantur, non fuisse traditores, quia isto concilio conuincuntur, aut ad se non pertinere facinora priorū, quia nobis maiores nostros obijciunt.

Ca. 26. Ioan. 9. Item alius Lucius à Membressa dixit, Scriptum est, Deus pctōrem non audit, Qui peccator est, qūo audiri in baptismo potest? Respōdemus, Qūo auditur auarus & raptor & fœnerator & homicida? an isti non sunt peccatores, quos tū Cyprianus in Ag catholica obiurgat & tolerat. M

Item alius Felix ab Vlaceenis dixit, In C hæreticis sine baptismo ecclesiæ admittēdis D nemo consuetudinem rationi & veritati ꝓ præponat, quia consuetudinem ratio & ve- ritas semper excludit. Huic respondetur, Veritatem non ostendis, de consuetudine A confiteris. Recte igitur consuetudinem t neremus plenario concilio posteriore fir- matam, etiam si veritas adhuc lateret, quam credimus iam esse manifestam.

Alius Saturnius ab Itinis dixit, Si potest C antichristus dare alicui gratiā Christi, pūs & hæretici baptizare, qui appellati sunt an tichristi. Rūdemus, Quid si alius diceret, A si pōt homicida dare alicui gratiam Chri- sti, possunt & qui fratres oderunt baptiza- re, qui appellati sunt homicidæ, Nēpe qua- si verum dicere videretur, & tamē possunt, Sic ergo & hæretici.

Quintus ab Aggiua dixit. Ille potest da C re aliquid, qui aliquid habet: hæretici aute quid possunt dare, quos constat nihil habe re? Huic respondetur, Si ergo potest dare ali quid qui aliquid habet, manifestū est posse A dare hæreticos baptismum, quia cum ab ec clesia recedunt, habent lauacri sacramentū quod ibi acceperant, Nā redeuntes nō rec piunt, quia non amiserant cū recesserunt.

Alius Iulianus a Marcellina dixit, Si po test homo duobus dūis seruire, deo & mam monæ, potest & baptisma duobus seruire, Christiano & hæretico. Respon. Immo h potest cōtinētia & auaro & sobrio & ebrio so & pio & homicidæ seruire, cur non etia Christiano & hæretico baptismus quidem non seruit, sed ministratur & illis vel ab il lis ad salutem bene vtentibus, & ad iudicia male vtentibus?

Tenax ab Horreiscelie dixit, Baptisma C vnū est, sed ecclesiæ, vbi ecclesia nō est, ba ptisma illic esse non pōt. Huic rūdemus, Quare ergo pōt vbi petra nō est, sed arena? C est, cum ecclesia in petra non in arena fit?

Alius Victor ab Assuris dixit, Scriptum est, quia deus vnus est, & Chr̄s vnus est, ec clesia vna & baptismū vnū: Qūo ergo illic baptizari aliquis potest vbi deus & Chr & ecclesia non est? Respon. Qūo potest & in arena illa vbi nec ecclesia est, quia in pe tra est, nec deus & Christus, quia nō est templum dei & Christi.

Donatulus à Capse dixit, Et ego semper hoc

hoc sensi, vt hæretici q̄ nihil foris cōsecuti sunt, qū ad ecclesiā conuertūtur, baptizen. Ad hoc rūdet. Nihil quidē consecuti sunt, sed ad salutē, nō ad sacramentum. Salus. n. ꝓpria est bonis, sacra vero cōmunia & bo-
Ca. 34. nis & malis. Verulus à Rusiccade dixit, Homo hæreticus dare nō pōt quod non habet, multo magis schismaticus qui quod habuit amisit. Respon. Iam oūdimus eos
Auguſt. habere quia non amittunt cum recedunt, Non. n. recipiunt cū redeunt. Quapropter si propterea videbātur dare nō posse quia putabātur non habere, intelligantur iā dare posse, quia intelliguntur & habere.
Ca. 35. Pudentianus à Cuiculi dixit, Nouitas Epatus effecit frēs dilectissimi vt sustinere quid maiores iudicarēt, nam hæreses nihil habere nec posse manifestum est, atque ita
Auguſt. si quis ex eis venerit baptizari æquissime statutum est. Respon. Sicut ergo superiori bus rīsum est quos hic sustinebat quid iu-
Ca. 36. dicarent, sic & huic ipsi responsum esse intelligatur. Petrus ab Hippone Zarito di xit, Cū vnum baptisma sit in catholica ecclesia, manifestum est non posse extra eccle
C siam baptizari, & iō in hæresi tinctos siue in schismate venientes ad ecclesiam, censeo baptizari oportere. Respon. Sic est vnū ba
Auguſt. ptisma in ecclesia catholica, vt cum exinde aliqui exierint, in his q̄ exeunt nō fiāt duo, sed idē vnū maneat. Quod ergo in redeun
Cap. 37. tibus agnoscitur, hoc & in eis qui a recedē tibus acceperunt, ꝙ illi cum recederent nō amiserūt. Itē alius Lucius ab Auasafa di xit, Sed m autem motum animi mei & spi-
ritū sancti, cū sit vnus deus pater dūi nostri Iesu Christi, & vnus Christus & una spes, vnus spiritus, vna ecclesia, vnum debet & esse baptisma: & ideo dico vt si quid apud hæreticos motū aut factum fuerit, re scindi debere, & eos qui exinde veniunt in
Auguſt. ecclesia baptizandos esse. Respon. Rescin- dantur ergo quod baptizant, qui audiunt verba dei & non faciūt, cum ab iniquitate ad iustitiam, hoc est ab arena ad petram mi grare cœperint. Quod si non fit, quia & in ipsis q̄d Christi erat, eorum iniquitatibus non violabatur, hoc ēt de hæreticis intelligatur. nā nec eadem spes illis est quandiu in arena sunt quæ illis qui sup petrā sunt, tū idem baptisma est in vtrisque, quanuis
Cap. 38. sicut spes vna, ita vnum baptisma dictū sit.
D vt sc̄m sanctarum scripturarum præcepta baptizati illicite ab hæreticis extra ecclesiā, si ad ecclesiam confugere voluerint, gratiā baptismi vbi licite datur consequantur. Re
Auguſt. spon. Immo licite incipiant habere ad salutem, q̄d illicite habebant ad perniciem, q̄a sub eodē baptismo iustificatur, cū se quisq; ad deum veraci corde conuerterit, sub quo iudicabatur qū id accipiēs seculo solis verbis & non factis renunciauerat.

Ca. 39. Pusillus à Lamasba dixit, Ego credo ba ptisma saiutare nō esse nisi in ecclesia catho
Auguſt. lica: quicquid absq; catholica fuerit, simulatio est. Rū. hoc quidē verum est, q̄ baptisma salutare non nisi ecclesia catholica est, Potest enim ipsum esse & extra catholicā, sed salutare non est ibi, quia non ibi opera tur salutem: sicut ille bonus odor Christi
2. Co. 2. non est vtique salutaris in ijs qui pereunt, non suo vitio, sed illorum. Simulatio est au tem quicquid extra catholicam fuerit, sed inquantum non est catholicū. Potest autē aliquid catholicum esse extra catholicam, sicut potuit nomē Chri esse extra cōgregationē Chri, in quo nomine pellebat dæmo nia ille qui cum discipulis non sequebatur.
Mar. 9. Nam simulatio ēt in catholica esse potest,
E in his vtiq; qui seculo verbis solis & non factis, renunciant, nec tū est catholica simulatio. Sicut ergo est in catholica quod non est catholicum, sic potest extra catholicam aliquid esse catholicum.

Cap. 40. Saluianus a Gazaufala dixit, Hæreticos nihil habere constat, & ideo ad nos veniūt vt possint accipere q̄ non habebant. Rūde
Auguſt. mus, Non sunt ergo hæretici ipsi qui hæreses condiderunt, qui ab ecclesia recesserunt, & vtiq; habebant quod ibi acceperūt. Q̄d si absurdū est dicere q̄ illi nō sint hæretici ꝙ quos cæteri fiūt hæretici, pt fieri vt hæreticus habeat quo male vtendo dispereat.

Cap. 41. Honoratus a Tucca dixit, Cum Chr̄s veritas sit, magis veritatē q̄ consuetudinē Dis. 4. c. sequi debemus, vt hæreticos q̄ ideo ad nos qui cōtē veniunt, quia foris nihil accipere potuerūt, pta. Ecclesiæ baptismo sanctificemus. Respon-
Auguſt. demus, Et iste attestator est consuetudinis vbi nos plurimum adiuuat quicquid aliud contra nos dicere videatur, non aūt iō ad nos veniunt hæretici, quia foris nihil acceperunt, sed vt eis vtile esse incipiat q̄d acce perunt, hoc enim foris nullo modo potest.

Cap. 42. Victor ab Octauo dixit, Quod & ipsi scitis, non olim cōstitutus sum Episcopus, F & ideo expactabam prædecessorum consilium.

linm. Hoc itaq; exſtimo,vt quicunque ex
Auguſt. hæreſi venerint,ſine dubio baptizentur.Re
ſpondemus,Qđ ergo illis quos expectabat
rñſum eſt,huic quoq; reſpõſum accipiatur.
Cap. 43 Clarus à Maſcula dixit,manifeſta ẽ ſen
tentia dñi noſtri Ieſu Chriſti Apoſtolos
mittentis, & ipſis ſolis ptãtem à patre ſibi
datam pmittentis,q bus nos ſucceſsimus ea
dem poteſtate eccleſiã domini gubernãtes,
& credentiũ fidẽ baptizantes,& ideo hære
tici qui nec ptãtem foris, nec eccleſiã Chri
ſti habẽt, neminẽ baptizare baptiſmo eius
Auguſt. poſſunt.Reſpondemus, Nunquid & impij
homicidæ Apoſtolis ſucceſſerunt? Cur er
go baptizant?An quia non ſunt foris? Sed
à petra foris ſunt,cui claues domin9 dedit,
vbi ſe ædificaturum eccleſiam dixit.
Cap. 44 Secundianus à Tabeis dixit,Non debe
mus hęreticos nr̃a pſumptione decipere,
vt in eccleſia domini nr̃i Ieſu Chriſti non
baptizati, ac per hoc remiſsionẽ peccatorũ
non conſecuti,cum iudicij dies venerit,no
bis imputent cp per nos non ſint baptizati,
Eph. 4. & indulgentiam diuinæ gratiæ conſecuti.
Propter quod cum ſit vna eccleſia & vnũ
G baptiſma, quando ad nos conuertuntur ſi-
Auguſt. mul cum eccleſia & eccleſiæ baptiſmũ con-
ſequantur.Reſpon. Immo tranſlati ad pe
tram, & colũbæ ſociati accipiant remiſsio-
nem peccatorum, q̃ habere non poterant
extra petram & extra colũbã,ſiue aperte fo
ris,ſicut hęretici,ſiue tanquam intus, ſicut
perditi catholici:quos tamen baptiſmũ ſine
remiſsione peccatorum & habere & dare
manifeſtum eſt, cum & ab ipſis tales acci-
Eſai. 29 piunt, qui non in melius commutati deum
Mat. 15 labijs honorant, cor autem eorũ longe eſt
ab eo. Tamen ſic eſt vnum baptiſma qũo
eſt vna columba,cum poſsint qui non ſunt
in columba communiter, baptiſma tamen
habere communiter,
Cap. 44 Item alius Aurelius Acillani dixit,Ioan
2. Ioã. 1 nes Apoſtolus in epiſtola ſua poſuit,Si q̃s
ad uos venit, & doctrinam Chriſti non ha
bet, nolite eum admittere in domum ve-
ſtram,& aue illi ne dixeritis,Qui enim di-
xerit illi aue,communicat factis eius malis.
Quomodo tales admitti temere in domũ
dei poſſunt, qui in domum noſtram priua-
tam admitti prohibentur? Aut quomodo
H cũ eis ſine eccleſiæ baptiſmo communicare
Auguſt. poſſumus, quibus ſi aue dixerimus tm̃,fa-
ctis eorũ malis cõmunicamus?Rñ. De hoc
teſtimonio Ioannis nõ eſt diutius differen-
dũ,qñquidẽ ad qõnem baptiſmi q̃ mõ tra-
ctamus omnino nõ ptinet. Ait.n.Si quis ad
uos venerit, & doctrinã Chr̃i nõ hẽt. Hæ-
retici aũt relinquẽtes doctrinã erroris ſui,
ad Chr̃i doctrinã cõuertunt̃ vt incorporen
tur eccleſiæ,& ad illã colũbã incipiãt ptine
re,cuius ſacr̃m habebãt,& ideo qđ eius nõ
habebant eis dar̃.i. pax & charitas de corde
puro & cõſcientia bona, & fide non ficta.
Qđ aũt eius habebãt agnoſcit,& ſine vlla
cõtumelia ſuſcipiẽt:ſicut in adultera deus a-
gnoſcit dona ſua,ẽt cũ illa ſequit̃ amatores
ſuos,q̃a fornicatione corrupta cũ ad caſtita
tẽ cõuertit, nõ dona illa culpanſ,ſed ipſa e-
mẽdat̃. Sicut ſe ãt poſſet defendere Cypria
nus, ſi hoc ei Ioannis teſtimoniũ obijceret
q̃ talibus cõmunicabat,ita ſe defendãt cõ-
tra quos dicit̃, Nã ad iſtã qõnem,vt dixi,
omnino nõ ptinet. Ioannes.n.dicit,alienæ a
doctrinæ hominibus aue nõ eſſe dicendũ,
Paulus aũt vehementius dicit, Si q̃s frater
nominat̃ inter uos,aut auarus,aut ebrioſus
&c.cũ eiuſmodi nec cibũ qđẽ ſimul ſume-
re:& tũ cũ collegis fœneratorib.inſidiolis,
fraudatoribus,raptoribus nõ priuatã men-
ſam,ſed dei altare habebat cõmune Cypria
nus. Quo aũtẽ hoc defendat̃ iã in alijs li-
bris ſatis dictũ ẽ. Licẽteus à Gemellis di-
xit,Cæcus cæcũ ſi ducat, ambo in foueam
cadũt. Cũ ergo hæreticos cõſtet nõ poſſe
illuminare quẽquã,vt pote cæcos,baptiſma
eorũ nõ valet.Reſpon. Nec nos dicimus
valere ad ſalutẽ quãdiu hæretici ſunt, ſicut
& illis homicidis quãdiu frẽs oderũt, nã &
ipſi in tenebris ſunt, & ſi q̃s eos ſequit, ſi-
mul in foueã cadũt. Nec iõ tũ baptiſmũ vel
nõ habẽt vel nõ tradũt. Nalis à Boea di-
xit,Tã ego pſens q̃ Põpeius Sabratẽſis, q̃
ẽt Dioga Leptimagnẽſis,q mihi mandaue
runt,corpore qdẽ abſentes,ſpũ pſentes:cen
ſemus cp & college nr̃i, cp hęretici cõio-
nẽ habere nobiſcũ non pñt, ni Eccleſiaſti
co baptiſmo baptizati fuerint. Reſpon. Cõ
municationẽ credo eam dicit,quæ pertinet
ad colũbæ ſocietatem,nam in participatio-
ne ſacramentorum proculdubio cõmunica
bant,eis neminẽ iudicãtes aut à iure cõmu-
niõis aliquẽ ſi diuerſum ſentiret amouen-
tes,ſed quolibet modo dixerit,non magno-
pere verba hæc refellenda ſunt. Certe enim
non cõmunicet hęreticus, niſi eccleſiaſtico
baptiſmo baptizatus. Cõſtat ãt Eccleſiaſti-
cũ baptiſmũ ẽt apud hæreticos verbis euan
gelicis cõſecratũ, ſicut ipſum Euangelium

eccleſiaſticum eſt,nec ad eorũ pertinet per-
uerſitatem,ſed uim ſuã retinet ſanctitatẽ.
Cap. 48. Iunius à Neapoli dixit, Ab eo qđ ſemel
cenſuimus non recedo,vt hæreticos venien
Auguſt. tes ad Eccleſiam baptizemus. Reſpon. Hic
quia nullã rõnẽ vel teſtimoniũ ſcriptura-
rum attulit,diu nos tenere non debet.
Cap. 49 Cyprianus à Carthagine dixit,Meã ſen
Cypria- tentiã pleniſsime exprimit epiſtola q̃ ad Iu
nus in e- baianum collegã noſtrum ſcripta eſt, hære-
piſtola ticos ſcũm euangelicam & apoſtolicã con-
ad Iuba teſtationẽ aduerſarios Chriſti & antichri-
ianum. ſtos appellatos,qũ ad eccleſiã venerint vni-
1.Ioã.2. co baptiſmo eccleſiæ baptizãdos eſſe,vt poſ
Auguſt. ſint fieri de aduerſarijs amici,& de antichri
ſtis Chriſtiani. Reſpon. Quid aliud hic di-
ſputandum eſt,qũ ipſam cuius mentionem
fecit Epiſtolã ad Iubaianum datam,q̃ta po
tuimus diligentia pertractauimus? Et quod
hic dixi, meminerimus dici poſſe de omni-
bus iniquis,quos & in catholica eſſe ipſe te
ſtatur, & baptiſmum habere & dare, nemo
noſtrum ambigit. Illi.n.veniunt ad eccleſiã
Mat. 7. qui de parte diaboli ad Chriſtum tranſeũt,
Cãt. 4. & ædificant ſuper petram, & incorporãtur
columbæ,& in horto concluſo, & fonte ſi-
gnato muniuntur,vbi non ſunt omnes qui
contra Chriſti præcepta viuunt,vbilibet eſ
Cypria- ſe videantur. Nam ſi Epiſtola q̃ ſcripſit ad
nus in e- Magnũ,cum de hac ipſa re ageret, ſatis ap-
piſtola teq; ipſe nos commonuit,in qualibet ſocie-
ad Ma- tate oporteat intelligi eccleſiam. Ait.n.de
gnum quodam loquens,alienus fiat & prophanus
dominicæ pacis,ac dominicæ vnitatis inimi
cus,non habitans in domo dei,id eſt, in ec-
cleſia Chriſti,in qua non niſi concordes at-
que vnanimes habitant. Quod ergo hic di-
cimus paululum aduertãt,qui nobis de Cy
priano volunt præſcribere. Si.n.in eccleſia
Chriſti non niſi concordes atq; vnanimes
habitant,proculdubio non habitabant in ec
cleſia Chriſti,q̃is intus eſſe viderentur illi
qui per inuidiã & contentionem ſine chari
tate Chriſtum annunciabant, quos ipſe in-
telligit nõ hęreticos vel ſchiſmaticos a Pau
lo Apio cõmemoratos, ſed falſos frẽs cum
illo interius conuerſantes, qui certe bapti-
zare non debebant, quia in eccleſia non ha
bitabant,in qua ipſe dicit non habitare niſi
concordes & vnanimes,niſi forte quis q̃ ſic
abhorret à vero,vt dicat concordes & vna-
nimes fuiſſe inuidos & maleuolos, & ſine
charitate contentioſos, & tũ baptizabant,
Nec eorum iſta deteſtanda peruerſitas ſa-
cramentum Chriſti quod per eos tractaba-
tur & diſpenſabatur,aliqua ex parte minue
bat atque violabat.

Totũ ſanè ipm̃ locũ in eadẽ ad Magnũ Cap. 50.
Epiſtola poſitum operæpreciũ eſt ptracta-
re,quẽ ita cõtexuit,Nõ habitãs,inq t,in do
mo dei.i.in eccleſia Chriſti,in qua nõ niſi
concordes atq; vnanimes habitant,loquen-
te in Pſalmis ſpiritu ſancto & dicente, Deus
q̃ inhabitare facit vnanimes in domo. De-
niq; vnanimitate chriſtianos firma ſibi atq; Pſal. 67.
inſeparabili charitate connexos, ẽt ipſa do-
minica ſacrificia declarant,Nã qñ dñs cor- Ioan. 6.
pus ſuum panẽ vocat, de multorũ granorũ
adunatione congeſtũ,populum noſtrũ quẽ
portat indicat adunatum, & qñ ſanguinem
ſuum vinum appellat, debiotris atq; acinis
plurimis expreſſum,atq; in vnũ coactũ,gre
gẽ item noſtrum ſignificat commixtione a-
dunatæ multitudinis copulatum. Hæc ver-
ba beati Cypria.indicant eum ẽt intellexiſ
ſe decorem domus dei,quã domum eo vna
nimis & concordibus conſtare affirmauit A
& docuit teſtimonio prophetico & ſignifi-
catione ſacrorum, In qua vtiq; domo non
erant illi inuidi, & ſine charitate maleuoli,
qui tamen baptizabant. Ex quo apparet &
in eis eſſe poſſe atq; ab eis dari ſacr̃m Cri-
ſti qui non ſunt in Eccleſia Chriſti,in qua
non niſi vnanimes & concordes habitare
Cyprianus ipſe teſtatur. Neq;.n.ſaltẽ hoc
dici põt, tunc baptizare poſſe cum latent,
quoniam illi Paulum Apoſtolum non late
bant, quos in Epiſtola ſua veraciſsimus te-
ſtis notat,& gaudere ſe dicit,quoniam & ip
ſi Chriſtum annunciabant. De his quippe
ait,Siue occaſione ſiue veritate Chriſtus an
nũcietur,& in hoc gaudeo,ſed & gaudebo.

Quibus omnibus conſideratis,puto me Phili. 1.
non temere dicere alios ita eſſe in domo Cap. 51.
dei,vt ipſi etiam ſint eadem domus dei quę 24.q.1.c.
dicitur ædificari ſuper petram, quæ vnica omnib9
columba appellatur, quæ ſponſa pulchra ſi conſide-
ne macula & ruga,& hortus cõcluſus, fons ratis.
ſignatus,puteus aquæ viuæ, paradiſus cum Mat. 16.
fructu pomorum. Quæ domus etiam cla- &. 18.
ues accepit, ac poteſtatem ſoluendi & ligan
di. Hanc domum ſi quis corripientem cor-
rigentemque contemſerit, ſit tibi, inquit, B
tanquam ethnicus & publicanus. De hac Pſal. 25
domo dicitur, Domine dilexi decorem do- 67.121
mus tuæ,& locum habitationis gloriæ tuę. &. 83.
Et qui habitare facit vnanimes in domo.
Et iocundatus ſum in his quæ dixerunt
mihi,

mihi, in domum domini ibimus. Et beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te: & innumerabilia talia. Hęc domus etiã triticum dicitur, siue tricenum, siue sexagenũ, siue centenũ fructũ afferens cũ tolerantia. Hæc domus est in vasis aureis & argenteis, & lapidibus preciosis, & lignis imputribilibus. Huic domui dicitur, Sufferentes inuicem in dilectione, studẽtes seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Et templum.n. dei sanctũ est quod estis vos. Hæc quippe in bonis fidelibus est, & sanctis dei seruis vbiq; disperfis, & spiritali vnitate deuinctis eadem communione sacrorũ, siue se facie nouerint, siue non nouerint. Alios autem ita dici constat esse in domo, vt non pertineant ad cõpagẽ domus, nec ad societatem fructiferæ pacificæq; iustitiæ, sed sicut esse palea dicitur in frumentis, nam & istos esse in domo negare non possumus, Paulo Apostolo dicente, In magna autem domo non solũ aurea vasa sunt vel argentea, sed & lignea & fictilia, & alia quidem sunt in honorem, alia vero in contumeliã. Ex hoc numero innumerabili, non solũ turba intus premens cor paucorum in tantæ multitudinis comparatione sanctorum, sed etiam diruptis retibus hęreses & schismata existunt, in eis qui iam magis ex domo q̃ in domo esse dicẽdi sunt, de quibus dicitur, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, separatiores enim sunt iam etiam corporaliter segregati, quàm illi qui in terris carnaliter & animaliter viuũt, & spiritaliter separati sunt.

Mat.13. 2.Ti.2. Ephe.4. 1.Co.3. 2.Ti.2. 2.Retr. cap.18. 1.Ioã.2.

Cap.52. Horum aũt omniũ generũ illi primi, q̃ sic sunt in domo dei vt ipsi sint domus dei, siue iam spirituales sint, siue adhuc paruuli lacte nutriantur, sed tamẽ ad spiritalem habitum intento corde proficiant, nemo dubitat q̃ baptismum & vtiliter habeant, & se imitantibus vtiliter tradant: fictis aũt quos spiritussanctus fugit, & si ipsi quantum in eis est vtiliter tradunt, Illi tamen inutiliter accipiunt. non amantes eos per quos accipiunt. Illi vero qui sic sunt in magna domo tanquam vasa in contumeliam, & inutiliter habent baptismum, & se imitantibus inutiliter tradunt, illi porrò ab eis vtiliter accipiunt, qui non ipsis corde atque moribus, sed sanctæ domui copulantur. Qui autem separatiores non magis in domo quàm ex domo sunt, neq; omnino non habent, neque ab eis vtiliter accipitur, nisi forte accipiendi necessitas vrgeat, & accipientis animus ab vnitatis vinculo non recedat, tamen & habẽt, quanquã inutiliter habeant, & accipitur ab eis etiam cum inutile est accipientibus, quod vt fiat vtile ab hæresi vel schismate recedendũ est, & illi domui cohærendum, quod non solum hæretici & schismatici, sed etiã illi facere debent, qui sic sunt in domo per cõmunionẽ sacrorum, vt extra domum sint per diuersitatem morum, sic enim ipsis vtile incipit esse sacramentum quod aliter inutile est.

Solet etiam quæri, vtrum approbandũ Ac sit baptisma quod ab eo qui non accipit ac cipitur, si forte hoc curiositate aliqua didi cir, quemadmodum dandum sit, & vtrum nihil intersit quo animo accipiat ille cui da tur, cum simulatione, an sine simulatione: si cum simulatione, vtrum fallens sicut in Ecclesia vel in ea quæ putatur Ecclesia: an iocans sicut in mimo, & q̃d sit sceleratius in Ecclesia fallaciter accipere, an in hæresi vel schismate sine fallacia, id est, animo nõ simulato, & vtrum in hæresi fallaciter, an in mimo cum fide, si quisquam inter agendum repentina pietate moueatur, q̃q̃ talem si illi conferamus, qui in ipsa catholica fallaciter accipit, mirum si dubitatur quis cui præferendus sit. Quid.n. prosit animus veraciter dantis fallaciter accipienti non video, sed arbitremur etiam fallaciter aliquem dãtem, cum & tradens & accipiens, fallaciter agant in ipsa vnitate catholica, vtrum hoc magis baptisma sit acceptandum, an illud quod in mimo datur, si quis existat fideliter, subito accipiens commotus, an quantum ad ipsos quidem attinet homines, plurimũ distat inter credentem in mimo, & irridentem in Ecclesia, ad ipsius autem sacri integritatem nihil interfit. Si.n. nihil interest ad integritatem sacramenti in ipsa catholica, vtrum id aliqui fallaciter an veraciter agãt, cum tñ hoc idẽ vtriq; agant, cur extra interfit, non video qñ ille qui accipit non simulatione palliatus, sed religione mutatus est, an plus valent ad confirmandum sacrum illi veraces inter quos agitur, quàm ad frustrandum illi fallaces à quibus agitur, & in quibus agitur, & tamen si postea prodatur nemo repetit, sed aut excommunicando punitur illa simulatio, aut pœnitendo sanatur. Sed nobis tutum est in ea non progredi aliqua temeritate sententiæ quæ nulla in catholico regionali concilio cæpta, nullo plenario concilio terminata sunt, id autem sit cura securæ vocis asserere, q̃d in gubernatione dñi dei nostri & saluatoris Iesu Christi, vniuersalis Ecclesiæ consensione roboratũ est. Verũtñ si quis forte me in eo concilio constitutũ, vbi taliũ rerũ quæstio versaretur, non præcedentibus talibus quorum sententias sequi mallẽ, vrgeret vt dicerẽ habere eos baptismũ, qui vbicunq; & à quibuscunq; illud verbis euangelicis conceptũ, sine sua simulatione & cũ aliqua fide accepissent, quanquã eis ad salutem spiritalẽ non prodesset si charitate caruissent, qua catholicæ insererentur Ecclesiæ. Si.n. habeam, inquit, fidẽ vt montes transferã, charitatẽ aũt non habeam, nihil sum: sicut iam præteritis maiorũ statutis, non dubito etiã illos habere baptismum, qui quanuis fallaci ter id accipiant in Ecclesia, tñ accipiũt, vel vbi putatur esse Ecclesia ab eis in quorum societate id accipitur, de quibus dictum est, ex nobis exierũt. Vbi aũt neq; societas vlla esset ita credentium, neq; ille qui ibi acciperet, ita crederet, sed totum ludere & mimice & ioculariter ageretur, vtrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione, & impensis supplici deuotione gemitibus implorandũ esse censerem, ita sanè vt post me dicturos sentẽtias, ne quid iam exploratum & cognitum afferrent, humiliter expectarem: quãto magis ergo nunc sine præiudicio diligentioris inquisitionis vel maioris authoritatis istud dixisse accipiendus sum?

Cãdut Donatistæ & hæretici

Sed iam vt exilliimo tempus est hos etiã libros de quæstione baptismi debito fine cõcludere, vbi nobis ostendit dominus deus noster per pacificum Episcopũ Cyprianũ, sicut & illos qui ei consenserunt, quantum sit catholicæ vnitas diligenda, vt in eo quod aliter sapiebant, donec id quoq; deus reuelaret, toleraret potius diuersa sentientes, q̃ separarent, vbi Donatistarum prorsus ora clauduntur, etiã si de Maximinianistis nihil dicamus. Si enim mali bonos in vnitate contaminant, nullã iam Ecclesiam cui sociaretur vel ipse Cyprianus inuenit. Si autem mali bonos in vnitate non maculant, nullam causam sepa rationis sacrilegus Donatista proponit: Baptismum autem si habent & tradunt alij, tã multi qui operantur opera carnis, qualia q̃ agunt regnum dei non possidebunt, habẽt ac tradunt & hæretici qui inter illa opera numerati sunt, quod quia recedendo non amiserunt, & tradere manendo potuerunt, sed tam infructuose atque inutiliter tales talibus, quàm & illi cæteri pares eorum, in eo q̃ regnum dei non possidebunt. Et quẽ admodum illis correctis baptisma non incipit adesse quod deerat, sed prodesse quod inerat, sic & hæreticis. Vnde Cyprianus & qui cum eo senserunt, catholicæ Ecclesiæ quam noluerunt præcidere, non potuerũt præscribere. Quòd vero aliter sapuerunt, non expauescimus, quia cum eis venerabimur & Petrum: q̃ autem ab vnitate non recesserunt, gaudemus, quia cum eis ædificamur in petra. I

Mat.7.

Libri septimi finis.

de tẽ.d. 4.c.Sol. 1.Co.13

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De vnico baptismo cõtra Petilianũ, Liber vnus.

RESPONDERE diuersa sentientibus & à regula veritatis errantibus, latẽt nos Constantine frater, sæpissime cogimur, etiã de his rebus quas alijs atq; alijs sermonibus frequentauimus. Quod vtiliter existimo fieri, & propter eorum ingenia tardiora qui putant aliud dici cum aliquid legitur, & propter ipsam disputationũ copiam, vt non solum ad diligentiores rata perueniat, sed quolibet modo ex multis in manus etiam negligẽtiores incurrat. Proinde sermonem de vnico baptismo ab eis compositum à quibus baptismus iteratur, quem mihi cum in rure simul essemus, à nescio quo Donatistarum presbytero acceptum dedisti, atq; vt ei responderem multum petisti, non nisi verborum strepitu inflatum & calumniosis criminationibus aspe ratum, vide adiuuante domino quanta facilitate confutem. Prima illic inuidia est, q̃ ventilatur in publico res secreta. Taceant ergo qui hoc fieri debere non putant. Aut si ad loquendum cogi se dicunt vt respondeant contra sentientibus, hæc etiam nostra causa est, vt respondeam, non solum contra sentientibus, verumetiam contraria facientibus. Debet.n. palam redargui quod in occulto

Prodẽda quæ dũ cent. Cap. 1. K

culto nocet, quia & palam defenditur, cũ suadetur in occulto quod noceat cum perficitur. Nam quis coram prophanis quenquam baptizat? Et tamen baptizari Christianos nullus prophanus ignorat, qui audit in publico, quod si credit, percipit in secreto.

Cap. 2. Videamus ergo de baptismatis iteratione quid dicant, qui verecundantur hoc in aperto dicere, quod vtinam in aperto timerent admittere. Vbi sit, inquit, verum baptisma quæritur. Deinde subiúgit, Vsquea-
L deo meum est, vt quod à me vnicum datũ est, nec ab ipsis sacrilegis iteretur. Cui respondemus, Sacrilegus non est, qui vnicum baptismum, non quod tuum sed quod Christi est iterare non audet. Christi est enim vnica hominis in baptismate consecratio, tua est autem vnici baptismatis iteratio. Corrigo in te quod tuum est, agnosco quod Christi est. Hoc enim iustum est, vt cũ mala hominum reprobamus, quæcunque in illis bona dei reperimus, approbemus.

Qđ vitiatũ est sanatur tantum. Cap. 3. Hoc inquam, iustum est, vt etiam in sacrilego non violem quod verum inuenio sacramentum, nec sic emendem sacrilegum, vt in eo perpetrem sacrilegium. Nam sic sunt isti mali in baptismo bono, quemadmodum sunt Iudæi mali in lege bona. Itaque vt illi per ipsam legem iudicabuntur, quam malitia sua malam non fecerunt, ita & isti per ipsum baptismum iudicabuntur, quem bonum mali tenuerunt. Ergo quemadmodum Iudæus cum ad nos venerit vt Christianus fiat, non in eo destruimus bona dei sed mala ipsius, Nam quod errat non credendo ꝙ Christus iam venerit, natusq; & passus sit, & resurrexerit, hoc emenda-
M mus eaq; infidelitate destructa, fidem qua hæc credũtur astruimus. Item ꝙ errat vmbris veterum sacramentorum inhærendo, dissuademus, iamq; venisse tẽpus quo hæc auferenda atq; mutanda Prophetæ prædixerunt demonstramus. Quod vero vnum deum colendum credit qui fecit cœlum & terram, ꝙ omnia idola & sacrilegia gentiũ detestatur, ꝙ futurum expectat iudicium, ꝙ vitam sperat æternam, ꝙ de carnis resurrectione non dubitat, laudamus, approbamus, agnoscimus, sicut credebat credenda, sicut tenebat tenenda, firmamus, Ita etiam cum ad nos venerit schismaticus vel hæreticus vt catholicus fiat, schisma eius & hæresim dissuadendo & destruendo rescindimus, sacramenta vero Christiana si eadem in illo inuenimus, & quicquid aliud veritate, absit vt violemus, absit vt si semel damnet, absit vt violemus, absit vt si semel damnauerit in mẽdacio suo, culpat, detesta-
tur, euertit. Qđ aũt verũ in doctrina quãuis multis falsitatibus permixta confusaq; seruarunt, approbat, testatur, affirmat. Nã & hinc eundẽ locum ita cæpit vt diceret, Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatẽ & iniustitiam hominum, eorum
Rom. 1. qui veritatẽ in iniquitate detinent, nõ abẽ tam. Et in Actibus Apostolorum, cum de deo vno & uero Athenienses docerẽt, ꝙ in illo uiuimus, mouemur, & sumus, cõtinuo subiunxit, sicut quidam secũm vos dixerunt. Hoc igitur ꝙ in deo uiuimus, mouemur & sumus, ex illa veritate est quã & illi impij simulachrorum cultores in iniquitate detinet, qui cognoscentes deum, nõ sicut deum glorificauerunt. Hanc tñ veritatem sicut videmus apud impios & sacrilegos in uentam, non destruit, sed confirmat Apostolus, eiusque vtitur testimonio ad docendos eos qui ista nesciebant. Huius regulæ Apostolicę sectator Episcopus Cyprianus, de vno vero deo aduersus multorũ deorũ falsorumq; cultores disputans multa ꝓfert testimonia de libris eorum quos præclaros authores habẽt, hoc est ex illa veritate quã in iniquitate detinent. Multo autẽ mirabilius est quod fecit Apostolus, vt eorum phanã circumiens, aram quãdam inter aras dæmonũ inuentam, in qua scriptũ esset, Ignoto deo: neq; hoc negando & refellendo destruxerit, sed potius confirmando hinc etiã reperit opportunissimum suæ disputationis exordium dicens, Quem uos ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.

Cap. 5. Hanc itaque & nos per maiores nostros traditam uobis sequentes Apostolicam regulam, si quid recti etiam in peruersis inuenerimus, eorũ puersitate correcta, illud qđ rectũ ẽ minime violamus, vt in vno homine ex ijs q̃ vera tenet, ẽt falsa emendentur, non ex falsis conuictis etiam vera destruantur. Tẽpore Apostolorũ qui dicebãt, Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego aũt Cephæ: quanuis non per impiorũ sed sanctorum nomina, ipsi tamen impia schismatica faciebant, hoc ipsorum erat detestabile uitiũ. Quod vero sciebãt Christum pro se esse crucifixum, & se in eius nomine baptizatos, non erroris eorũ, sed diuini apud eos muneris erat. Hanc dei veritatẽ in iniquitate suorum schismatum detinebant. Hanc apprehendens beatissimus Paulus, non per illa vitia destructa etiam istam destruit, sed per hanc confirmatam illa emendanda convincit. Nunquid Paulus pro uobis, inquit, crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? vt per verum dei quod tenebant, de suo falso erubescerent quod agebant. Sicut ergo dicitur Iudæo, tene fidẽ resurrectionis mortuorum sicut tenebas, sed crede iam Christum resurrexisse à mortuis, qđ nõ credebas, Veritatem quippe dei de mortuis resurrecturis in tua iniquitate detines, E quia Christum resurrexisse non credis, Sicut idolorũ cultori dicitur, tene ab vno vero deo mundum conditum esse, quod tenebas, sed noli credere deos esse ligna & lapides & ipsius mundi quaslibet particulas quas colebas, dei enim veritatem qua credis ab ipso mundum conditum in tua detines iniquitate, qua deorum cultor uis esse falsorum, Sic etiã hæretico dicit qui sacra Christiana sicut in Ecclesia catholica traduntur nulla sua falsitate immutauit, Tene Christianũ baptismũ in nomine patris & filij & spũsancti sicut tenebas, sed agnosce Xpi Ecclesiam toto sicut ꝓphetatũ est orbe crescẽtẽ, cui sacrilega voce maledicebas. Dei.n. veritatẽ de vnitate baptismatis in iniq tate detines tuæ diuisionis. Corrige iniquitatem hęreticis figmentis, ne perdat te, & noli superbire de veritate Christiani sacramenti, quæ ibi est vt iudicet te. Ego autem, absit vt sic detestier iniquitatem tuam, vt Christi abnegem veritatem, quam in te inuenio ad damnationem tuam. Absit vt sic te corrigam, vt illud vnde te corrigo destruam, nisi forte destruere debeo verum quod inuenio in anima hæreticorum, cum Apostolus non destruxerit verum quod inuenit in lapide Paganorum. Plus est vnus deus quàm vnus baptismus. Neque enim baptismus F deus est, sed ideo magnum aliquid est, quia sacramentum est dei, Et tñ ipse unus deus etiam extra Ecclesiam ab ignorantibus colebatur. Sic ergo & vnus baptismus etiam extra Ecclesiã ab ignorantibus datur. Qui dicit fieri non potuisse vt vnus deus & verus ab ignorantibus extra Ecclesiã coleretur, videat nõ quid mihi sed quid ipsi Apostolo valeat rũdere dicenti, Quẽ vos ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.

Quamobrem sicut nihil eis proderat ad salutem, qui verum deum ignorantes cum

Act. 17. Cap. 6.

deos colentes Solem & Lunam & quæcunque cęlestia atq; terrestria. Quod ergo immutauerũt in mẽdacio suo, culpat, detestatur, euertit. Qđ aũt verũ in doctrina quãuis multis falsitatibus permixta confusaq; seruarunt, approbat, testatur, affirmat. Nã & hinc eundẽ locum ita cæpit vt diceret, Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatẽ & iniustitiam hominum, eorum
Rom. 1. qui veritatẽ in iniquitate detinent, nõ abẽ tam. Et in Actibus Apostolorum, cum de deo vno & uero Athenienses docerẽt, ꝙ in illo uiuimus, mouemur, & sumus, cõtinuo subiunxit, sicut quidam secũm vos dixerunt. Hoc igitur ꝙ in deo uiuimus, mouemur & sumus, ex illa veritate est quã & illi impij simulachrorum cultores in iniquitate detinet, qui cognoscentes deum, nõ sicut deum glorificauerunt. Hanc tñ veritatem sicut videmus apud impios & sacrilegos in uentam, non destruit, sed confirmat Apostolus, eiusque vtitur testimonio ad docendos eos qui ista nesciebant. Huius regulæ Apostolicę sectator Episcopus Cyprianus, de vno vero deo aduersus multorũ deorũ falsorumq; cultores disputans multa ꝓfert testimonia de libris eorum quos præclaros authores habẽt, hoc est ex illa veritate quã in iniquitate detinent. Multo autẽ mirabilius est quod fecit Apostolus, vt eorum phanã circumiens, aram quãdam inter aras dæmonũ inuentam, in qua scriptũ esset, Ignoto deo: neq; hoc negando & refellendo destruxerit, sed potius confirmando hinc etiã reperit opportunissimum suæ disputationis exordium dicens, Quem uos ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.

Cap. 5. Hanc itaque & nos per maiores nostros traditam uobis sequentes Apostolicam regulam, si quid recti etiam in peruersis inuenerimus, eorũ puersitate correcta, illud qđ rectũ ẽ minime violamus, vt in vno homine ex ijs q̃ vera tenet, ẽt falsa emendentur, non ex falsis conuictis etiam vera destruantur. Tẽpore Apostolorũ qui dicebãt, Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego aũt Cephæ: quanuis non per impiorũ sed sanctorum nomina, ipsi tamen impia schismatica faciebant, hoc ipsorum erat detestabile uitiũ. Quod vero sciebãt Christum pro se esse crucifixum, & se in eius nomine baptizatos, non erroris eorũ, sed diuini apud eos muneris erat. Hanc dei veritatẽ in iniquitate suorum schismatum detinebant. Hanc apprehendens beatissimus Paulus, non per illa vitia destructa etiam istam destruit, sed per hanc confirmatam illa emendanda convincit. Nunquid Paulus pro uobis, inquit, crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? vt per verum dei quod tenebant, de suo falso erubescerent quod agebant. Sicut ergo dicitur Iudæo, tene fidẽ resurrectionis mortuorum sicut tenebas, sed crede iam Christum resurrexisse à mortuis, qđ nõ credebas, Veritatem quippe dei de mortuis resurrecturis in tua iniquitate detines, E quia Christum resurrexisse non credis, Sicut idolorũ cultori dicitur, tene ab vno vero deo mundum conditum esse, quod tenebas, sed noli credere deos esse ligna & lapides & ipsius mundi quaslibet particulas quas colebas, dei enim veritatem qua credis ab ipso mundum conditum in tua detines iniquitate, qua deorum cultor uis esse falsorum, Sic etiã hæretico dicit qui sacra Christiana sicut in Ecclesia catholica traduntur nulla sua falsitate immutauit, Tene Christianũ baptismũ in nomine patris & filij & spũsancti sicut tenebas, sed agnosce Xpi Ecclesiam toto sicut ꝓphetatũ est orbe crescẽtẽ, cui sacrilega voce maledicebas. Dei.n. veritatẽ de vnitate baptismatis in iniq tate detines tuæ diuisionis. Corrige iniquitatem hęreticis figmentis, ne perdat te, & noli superbire de veritate Christiani sacramenti, quæ ibi est vt iudicet te. Ego autem, absit vt sic detestier iniquitatem tuam, vt Christi abnegem veritatem, quam in te inuenio ad damnationem tuam. Absit vt sic te corrigam, vt illud vnde te corrigo destruam, nisi forte destruere debeo verum quod inuenio in anima hæreticorum, cum Apostolus non destruxerit verum quod inuenit in lapide Paganorum. Plus est vnus deus quàm vnus baptismus. Neque enim baptismus F deus est, sed ideo magnum aliquid est, quia sacramentum est dei, Et tñ ipse unus deus etiam extra Ecclesiam ab ignorantibus colebatur. Sic ergo & vnus baptismus etiam extra Ecclesiã ab ignorantibus datur. Qui dicit fieri non potuisse vt vnus deus & verus ab ignorantibus extra Ecclesiã coleretur, videat nõ quid mihi sed quid ipsi Apostolo valeat rũdere dicenti, Quẽ vos ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.

Quamobrem sicut nihil eis proderat ad salutem, qui verum deum ignorantes cum

Act. 17. Cap. 6.

eum tũ calebant,immo & oberat ad perniciem, ꝙ falsos deos simul colentes eidẽ vero deo sacrilegam iniuriã faciebant, sic nihil prodest hæreticis ad salutẽ ꝙ extra Ecclesiã verũ baptismũ per ignorantiã & tradunt & tenẽt,immo & obest ad dãnationẽ, quod in sacrilega iniquitate erroris humani,etiam diuini sacri,non per quã mundentur,sed per quam seuerius iudicentur detinent veritatem. Et sicut Apostolus qñ illos sacrilegos corrigebat, deum tũ verum qui
G extra Ecclesiam ab eis ignorantibus colebatur, agnoscebat potius q̃ negabat, Sic etiã nos qñ hæreticorum sacrilegæ separationis errores corrigimus, baptismum tũ verum quem per ignorantiam extra Ecclesiam tradunt vtique agnoscere negare debemus.

Ioannis baptismus. Cap. 7 Acto.19

Sed Paulus,inquiunt, cum inuẽnisset in Epheso quosdam qui se dicebant Ioannis baptismate baptizatos, baptizari iussit in Christo. Quisquis hoc exemplo schismaticos & hæreticos baptizandos putat, audeat dicere si põt hæreticum Ioannem fuisse. Hoc si nephas est dicere, profecto illis hominibus quod deerat,datum est,non quod inerat improbatum, siue mentiti fuerint se habere baptismum Ioannis, sicut nonnulli arbitrãtur, siue quia baptismus Ioannis nõ erat baptismus Christi, sed tamen militans Christo,sicut legis veteræ sacramenta præcursorio quodam & præfiguratorio fungebantur officio.Si post Ioannem amicũ spõsi baptizatum est,inquiunt, quanto magis post hæreticum baptizandum est? Potest alius velut iusta similiter indignatione cõmotus dicere,Si post Ioannem baptizatum est,qui vinum penitus non bibebat,quanto post ebriosum iustius baptizandum est?
H Hoc ergo isti faciant si possunt, Baptizent post ebriosos suos,si post Ioannem sobriũ Apostoli baptizauerunt. Quid hinc respõdent,nisi propterea se post illos non baptizare,quia per eos qui baptizati sunt non eorum sed Christi baptismum perceperunt. Credunt esse ergo propterea post Ioannẽ baptizatum, quia vel nullum illi baptismũ habebant, vel Christi baptismum nõdum habebant. Hoc quidem etiam ipse sibi cui respondemus opposuit, oppositumq; non soluit. Ait enim, Dicit forsitan aliquis,sed hi quos Paulus iterum baptizauit, baptismo Ioannis ablati fuerant, non baptismo Iesu Christi, Vnde rebaptizare dico non oportere, quos constat esse a traditoribus tũ in Christi nomine baptizatos. Hoc sibi cũ ipse ꝓposuisset, attende quemadmodũ fruſtra rñdere conatus sit. Huic, inquit, rñdit dñs Iesus Christus rñdit his verbis, Qui mecũ nõ colligit,dispergit. Et iterum, Non omnis q dicit mihi dñe dñe,intrabit in regnum cœlorũ. Multi.n.dicent mihi in illa die,dñe domine,nonne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dæmonia eecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis, Non noui uos, Recedite a me operarij iniquitatis. Perdidisse igitur falsum opus non dubium est, qui tametsi in nomine Iesu Christi sacrilegi tamen ausi sunt operari. Velint nolint, proinde traditores sacrilegis sacramentis Christium magis offendunt. Qui si dicere audeant,in nomine tuo prophetauimus, dicet illis vt cæteris, recedite a me operarij iniquitatis non noui uos. Recte illis hoc dicet,quoniam quidem in indignis non dissimiles causæ sunt,baptizare, dæmonia pellere,cęterasque mirabiles facere virtutes. Vide quàm multa dixit, & quod sibi ex aduerso proposuit, soluere omnino non potuit, solum, sed etiam nosipsos q̃ aduersus eos dicere deberemus admonuit. Neque enim tantum nihil eum adiuuãt hæc Euangelica testimonia, sed etiam causæ nostræ plurimum suffragantur. De baptismo Ioannis agebatur, a quo baptizatos quosdam si baptizauit Apostolus non vtique Ioannis baptismum habentibus iterum Ioannis baptismum dedit, sed Christi baptismum non habentes baptizari iussit in Christo,ac per hoc neutrum destruxit,sed vtrunq; distinxit. Hoc etiam iste contra quem disseruimus vidit,qui cum sibi velut ex aduersarijs ex partibus obiecisset,quia & hi quos traditores vocant baptismo Christi non Ioannis baptizant & baptizantur, & ideo post eos baptismum nec rescindi, nec iterare oportere,huic quæstioni dicit respondisse Christum cum ait: Qui mecum non colligit, spargit:quasi dixerit Christus,in eis q mecum non colligunt,etiã ꝙ verũ, & ꝙ meũ inuentum fuerit, negetur, exultetur, destruatur. Ait etiam quibusdam dicentibus, Domine domine, in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dæmonia eecimus,& in nomine tuo virtutes multas fecimus,eum responsurum, Non noui uos, Recedite a me operarij iniquitatis. Nouquid etiam hic dixit, Propter iniquitatem uestram

uestram negabo etiam veritatem meam in uestra iniquitate detentam? Neq;.n.in regnum suum recepturus est omnes in quibus inuenerit aliquam veritatem, sed in q bus inuenerit veritati congruam charitatẽ, Quæ si defuerit, iniquitas erit. In qua tũ detenta veritas neganda non est,sed ipsa iniquitas non destructa veritate damnãda est.
1.Co.13. Vnde & Apostolus dicit, Et si sciero omnia sacramenta & omnem sciẽtiam,& si habuero omnem prophetiam & omnem fidẽ, ita vt montes transferam, charitatem autẽ non habuero,nihil sum. Se dixit nihil esse, si charitatem non habeat, non sacramenta & scientiam & prophetiam & fidem: Illa enim magna sunt,etiam si ille nihil sit, qui ea sine charitate habuerit, & eorum veritatem in sua iniquitate tenuerit. Hoc & nos illis hæreticis dicimus,Non destruimus,ve ritatem baptismatis,quam in vestra iniquitate detinetis,sed cum vos corrigimus, illã destruimus & euertimus,hanc autem agnoscimus & tenemus,Nihil itaq; istum adiuuant plura euangelica testimonia. Quemadmodum autem nobis etiam plurimum suffragentur,aduerte. Ecce ipsa verba eius attende:Perdidisse,inquit,falsum opus non dubiũ est,qui tametsi in nomine Iesu Christi sacrilegi tũ ausi sunt operari. Hoc omnino verum est, qm̃ qui sacrilegi in nomine Iesu Christi ausi sunt operari, falsum opus proprium perdiderunt. Nunquid ideo tñ nomen ipsum Iesu Christi sacrilegum est, etiam cum per illum sacrilegi aliquid operantur? Quis hoc audet vel dementissimus dicere? Quis iam isto tempore vel Paganus audeat affirmare? Vnde & ipse Iesus
Mat.12. Christus cum verissime dixerit, Qui mecũ non colligit,spargit: tñ cum ei discipuli
Mat.9. dixissent quendam se inuenisse,qui in nomine eius dæmonia eiecisset & prohibuisse,qa cum eis dominum non sequebatur: ad hoc rñdit,Nolite prohibere, Nemo.n.virtutes facit in nomine meo, & potest male loqui de me. In hoc vtiq; propria iniquitas erat, quia nõ cum domino colligebat,nec in eius gregis vnitate pastorem cum discipulis sequebatur,in qua iniquitate sua,veritatẽ detinebat alienam,ꝙ in nomine Iesu Christi ejiciebat dæmonia, & de illo male non loquebatur. Huius itaq; iniquitatẽ illis vere bis dñs damnat vbi ait, Qui mecum non colligit,spargit, veritatẽ suam tñ in illo nõ negat nec improbat cum dicit, Nolite prohibere, Nemo.n.virtutes facit in nomine meo,& potest mala loqui de me. Hoc dominicum exemplum sequentes etiam pro viribus nostris,baptismi veritatem,& quicquid aliud verum hæretici tenẽt,negare nõ possumus, improbare ac destruere non audemus, ipsorum autem iniquitatem qua cum Christo non colligunt sed spargunt,merito detestamur,& inuiolata quæ in eis est veritate dãnamus,vel q̃tũ finimur emẽdamus.

Respiciat ergo iste quo errore vixerit, Cap. 8.
qđ secutꝰ adiũxit. Velint,nolint, ꝓinde tra A
ditores sacrilegis sacris Chrm magis offendunt. Alia est quippe temeritas & vtcunq; tolerabilis, quòd traditores dicit homines, quos esse non probat. Illud autẽ quis ferat ꝙ sacrilega dicit sacramenta Christi, etiam si vere sicut calumniatur à traditoribus haberentur, quæ in nomine patris & filij & spiritussancti ritu Euangelico celebrantur? Hic fortasse dicat, iam non esse Christi sacramentum quod à sacrilegis datur. Cur non ergo dicit non esse etiam nomen Christi,quod à sacrilegis dicitur? Quod omnino non ausus est dicere. Ait.n.perdidisse igitur falsum opus non dubiũ est, qui tametsi in nomine Iesu Christi sacrilegi tamen ausi sunt operari. Tametsi,inquit,in nomine Iesu Christi,nunquid dixit non esse nomẽ Iesu Christi? Sicut ergo nihil prodest sacrilegis quod operantur in nomine Iesu Christi, sic nihil prodest hæreticis ꝙ baptizant vel baptizantur in baptismo Iesu Christi. Sed tamen sicut illud nomen est Iesu Christi,ita & iste baptismus Iesu Christi. Et vtrunq; agnoscendum & approbandum, nõ negandum,& destruendũ est, ne tantis donis dei fiat iniuria,cũ sacrilegorũ eisdem donis male vtentium corrigatur vita. Ille di- B
cit sacrilegis dicturum dñm,Recedite à me Mat.7.
omnes qui operamini iniquitatem, qui extra Ecclesiam baptizant, vel dæmonia eijciunt, vel aliquas virtutes in nomine Iesu Christi operantur: Nos autem dicimus,immo ipsa veritas dicit, omnibus hoc deum esse dicturũ,qui intra ipsa vnitatis retia mali pisces cum bonis vsque ad littus natant. Quid.n.eis aliud dicetur cum in vasa collectis bonis,illi mali separati proijcientur,nisi recedite à me qui operamini iniquitatem? Nec tamen in eis Christi sacramenta destruimus cum vel tales baptizantes, vel tales baptizatos intra eadem vnitatis retia agnoscimus. Ipsos quoq; non arbitror tam

esse impudentes vt audeat dicere tam multis malis & sceleratis qui in eorum parte sunt manifestis flagitijs & facinoribus perditi & inquinati, hoc est auaris atq; raptoribus, siue truculentis fœneratoribus, siue cruentis Circũcellionibus dũm non esse dictum, Recedite à me oẽs qui operamini iniquitatem, & tamẽ sciunt, uident, tenẽt multos tales baptizare, multos à talibus baptizari, nec in eis Chri uiolant sacrm, etiam illi quibus displicent scelera eorum. Non solum itaque nihil contra nos dixit, cum hæc Euangelica testimonia protulit, verumetiã
C non quid contra eos diceremus admonuit.
Cap. 9. Proinde qđ sequitur, exultãs dicit, Solui breuiter qõnem. Vere soluit eam, sed pro nobis, qñquidem dicendo in indignis non esse dissimiles causas, baptizare, dæmonia pellere, cæterasq; non dissimiles fecisse virtutes; quibus dicẽtibus, In nomine tuo ista
Matt. 7. fecimus, Dicturus est, Non noui vos, rece
Luc. 13. dite a me operarij iniquitatis: manifestauit tam verum esse qp baptizant baptismo Iesu Christi, etiam qui separati sunt ab Ecclesia, q̃ verum est, quod dæmonia pellunt in nomine Iesu Christi. Sed eos vtrunq; nec ad vitam æternam perducere, nec ab æternis supplicijs vendicare potest. Ac per hoc quemadmodum si veniret ad Ecclesiã quisquam eorum à quibus expulit dæmonia, ille quem viderunt discipuli separatũ à grege Iesu Chri pellere dæmonia in nomine Iesu Chri, nequaquã virtus q̃ in illo facta fuerat negaretur, sed ei quod deerat adderetur. Ita quisquis extra Ecclesiã fuerit ab hęreticis vel schismaticis, tamen Christi baptismate consecratus cum ad Ecclesiam venerit, non est negandũ sacrm veritatis quo
D imbutus est, sed adijcienda est pietas vnitatis à qua separatus est, & sine qua illud inesse illi posit, prodesse non posit. Hoc facimus, hoc à maioribus traditum accepimus, hoc in catholica Ecclesia, quæ toto orbe diffunditur, cõtra omnes falsitatis nebulas custodimus. Quid ergo hinc à nobis amplius disputandũ est quando ipse breuiter soluit qõnem commemorando euangelica testimonia, quibus profecto si contentiosus esse nollet, & suum dãnaret errorem, & baptismi cognosceret veritatẽ? Quid itaq; opus est omnia eius verba retexere, quibus argute sibi videt dicere, et multa loquacitate uersare, ideo apud se esse verũ baptismũ, quia & à nobis agnoscitur, non negatur? Nam quisquis firmum & inconcussum tenuerit quod verissima & inuiolabilis regula veritatis ostendit, id in vno quoq; improbãdo vel emẽdãdum quod falsum atq; vitiosum est, agnoscendum aũt & acceptãdum quod verum atq; rectum est, simul videt, & quid in donatistarũ hæresi detestemur, & quid violare minime debeamus. Cũ enim in sue separationis iniquitate detinẽt baptismi veritatem, iniquitas eorũ à nobis culpatur, veritas autem baptismi vbiq; agnoscitur & probatur.

Qui.n.dicis destruendũ esse baptismũ Christi, quando illo hæretici baptizant, cons sequens est, vt dicat negandũ esse ẽt ipsum Chrm, qñ eũ dæmones confitentur. Hinc laudatus est Petrus, qñ dixit, Tu es Chri filius dei uiui, expulsi sunt dæmones, hoc ipsum dicẽtes, Scimus qui sis, filius dei. Ergo ista confessio Petro fructuosa, dæmonibus perniciosa, in vtrisq; tñ non falsa sed vera, non negãda sed agnoscenda, non detestanda sed approbanda est. Sic & baptismi veritas dat a rectis catholicis tanquam à Petro illa confessio, datur à peruersis hæreticis tanquam a dæmonibus. Eadẽ ipsa cõfessio illos adiuuat, hos cõdemnat, in vtrisq; tamen agnoscendo approbanda, in neutris negando violanda. Vnde & Apostolus Iacobus cum quosdam redargueret qui sufficere sibi credebant homini solã fidem, nec ei charitatis opera coniũgebant, eos ex ista dæmonum comparatione conuincit, ne ideo se ad deum pertinere existimarẽt, quòd verum de deo crederent, etsi bona opera adiungere fides non curarent. Tu credis, inquit, quoniam vnus est deus, bene facis: & dæmones credunt & contremiscunt. Eos igitur quod de deo uerum credunt & male viuunt, dæmonibus comparauit, non tamen illud ipsum verum quod de deo dæmones credunt, propter odium dæmonum negandum destruxit. Quamobrem cum iste ipse contra quem disputauimus proposuerit Apostolum dicere, Vnus deus, vna fides vnum baptisma. Ecce inuenimus eundem dicentem extra Ecclesiam ab ignorantibus colli, extra Ecclesiam, non solum quosdam homines, verũetiam dæmones confiteri, sed vtraque ab Apostolis cõfirmata est potius q̃ negata. Cur nõ similiter vnũ baptismum in qbus extra Ecclesiã cõstitutis inuenerimus confirmamus, potius q̃ negamus, vt

non ex eo quod in illis prauum est, etiam quod rectũ est deprauemus, sed ex eo quod rectum tenent, etiam illud in quo deprauati sunt, corrigamus.
Cap. 11. Quid est ergò quod dicit, illic esse verũ baptisma, vbi ẽ vera fides? Prorsus fieri pt vt aliqui verũ habeant baptismũ & nõ habeant verã fidem, sicut fieri põt, vt habeant verũ Euangelium, qđ non recte intelligendo, falsi aliquid credãt de deo. Nunquid pp ipsam fidei falsitatẽ etiam Euangeliũ quod verum apud eos inuenitur, detestandũ aut emendandum putabimus? Nec illos Corinthios arbitror, quos in schismata dissiluisse
1. Cor. 1. redarguit, veram fidẽ habuisse, quod dicebant, Ego sum Pauli: hoc etenim falsum erat, Veruntamen baptismũ habebãt, ex eu ius veritate vt istam corrigerent falsitatẽ, ab eoipso audiunt, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Erant illinc etiã qui mortuos resurrecturos non credebant, & in eo vtiq; non veram tenebant neque habeant fidem. Ex eo tamen q̃ veram habebant, quoniam credebant Christum resurrexisse in quo
1. Cor. 15 fuerant baptizati, dat operam Apostolus etiam illud curare, in quo eis fides sana non erat, dicens. Si mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit, vt qui Christum resurrexisse crediderant, & hoc in eis sanũ erat, illud etiã sanaretur, q̃ resurgere mortuos errore perniciosissimo nõ credebant. Quãobrem cum in scripturis sanctis canonicis nec illi inueniunt hæreticos ad Ecclesiam catholicam venientes denuo baptizatos, nec nos inueniamus in eodem baptismo, quem in hæresi acceperant, fuisse susceptos: in hac re duntaxat par nobis causa est, quia nec illi quod faciunt, vt hæreticos vel quos hæreticos putant denuo nec nos quod facimus vt etiam apud hæreticos datum suscipimus baptismum Christi, vllo temporum Apostolicorum expresse confirmatur exẽplo. Sed nos reperientes Apostolos in quibuslibet errantibus, vel qualibet impietate sacrilegis, si quid veri cognouerunt confirmasse potius quàm negasse, hominum autem errorẽ & impietatem, saluo quod in eis verum inuentũ est, emendasse siue damnasse, hãc regulam etiam in baptismi veritate sectamur, vt apud quos eam inuenerimus ita retentam atque seruatam sicut in Ecclesia catholica retinetur atq; seruatur, non eam negemus neq; destruamus, sed ea manente quod vitiosum, quod prauum, quod falsum in vnoquoq; fuerit, curemus, corrigamus, emendemus: aut si non possumus, detestatũ, damnatumq; vitemus: Proinde cum eos suscipimus, non suscipimus iniquitatem eorum, qua se ab Ecclesia Christi direptione sacrilega diuiserunt, qua orbẽ Christianũ, cui deus per legem, per Prophetas, per Euangeliũ, per Psalmos, per Apostolos tam multa testimonia perhibet calumnijs & maledicis criminationibus infectantur, nec eum ipsorum errorem suscipimus, quo baptismũ Christi etiã apud hæreticos regula Ecclesiastica custoditum
I nolunt agnoscere, audent destruere, nõ dubitãt iterare: quinetiam si quos inuenerint, non solum laicos, sed & clericos, nec quosli bet clericos, verũ & presbyteros & Epos, & si in illis Ecclesijs baptizati sunt quas Apostoli labore proprio fundauerũt, quos aliquo modo seductos ad se transferre potuerint catechumenos faciunt. Hæc eorum detestabilia mala nequaquam suscipimus, quandoquidem nisi eis correctis ad nos trãsire non possunt.
Nec illud sine distinctione præterimus, Cap. 12
vt humiliorẽ agãt pœnitẽtiã qui iã fideles Ecclesiã catholicã deseruerunt, q̃ q̃ in illa nõdũ fuerunt. Nec ad clericatũ admittunt siue ab hæreticis rebaptizati sint, siue prius susceptus ad illos redierint, siue apud illos clerici vel laici fuerint. Et qui hæc nostrorum negligenter agunt, & eos forte clericos in catholica faciunt, vel esse permittũt, quanuis à diligentioribus fraterno iure culpentur, tñ nec ipsi eis clericatum deferẽdũ putant, nisi quos ab illis malis vel nouerũt emendatos esse vel credunt. Ac per hoc fustra calumniantur Ecclesiæ catholicæ, quicunq; ab eius vnitate nephario scelere sepa K
rantur. Vt.n.verbis Apostoli magis vtar, Rom. 1.
Reuelat ira dei de cœlo super oẽm impietatẽ, & iniustitiã hominũ, qui veritatẽ in iniquitate detinent. Hæc ira si non se correxerint, etiam illos iniustos inueniet qui veritatẽ Christiani baptismatis in iniquitate detinent suæ sacrilegæ separationis.
Ecclesia vero catholica q̃ sicut de illa p- Cap. 13
dictũ est, per oẽs gentes copiosa fœcunditate diffunditur, nullius sic emendat iniquitatẽ vt in eo non ipsius, sed sui dñi destruat veritatẽ. Quid ergo iste quasi licẽter ac fidenter exclamat? Baptizaui securus, quẽ tu sacrilegus inquinasti. Baptizaui, inquam, se

ei quod fecit Paulus Apostolus. Legat vbi hoc fecerit Apostolus Paulus. Quod si de illis apud Ephesum vult intelligi, audeat ergo dicere, q̃ eos Ioannes sacrilegus inquinauerit. Quod si nõ audet dicere, qm̃ apertissimum nephas est, definat tandem de re multum dissimili falsæ similitudinis nebulas excitare. Nam illud quod adiungit de Epõ Carthaginensi Agrippino, de inclyto martyre Cyprianο, de septuaginta prædecessoribus Cypriani, quia hoc fecerunt & fieri præceperunt, ò q̃ detestãdus est error hominum, qui clarorũ virorum quædã nõ recte facta laudabiliter se imitari putant, a

L quorũ virtutibus alieni sunt. Sic.n. & non-
Matt.26 nulli Petro Apostolo comparari se volũt
Galat.2. si Chr̃m negauerint, si vero ẽt gentes iudaizare coegerint, vocitari germani eius affectant Apostolica gr̃a, vt continuo declarentur, cũ nec ei non dico p̃ferri, sed ſalté posſit æquari, aut de proximo cõparari, quisquis nr̃orum tpum Christianus, aut ẽt Eps, q nec Chr̃m negauerit, nec gentes iudaizare cõpulerit. Sic ẽt in martyre gloriosissimo Cypriano, si apud hæreticos, vel schismaticos datum Chr̃i baptismum nolebat agnoscere, dum eos nimiũ detestaret, quos a catholica vnitate, quã multum dilexit, separatos dolebat, tanta eius merita vsq; ad triũphũ martyrij consecuta sunt, vt & charitatis qua excellebat luce, illa obumbratio fugaret, & vt sarmẽtũ fructuosum fieret fructuosius, si q̃d habebat purgãdum, si nulla re alia certe passionis falce vltima tolleretur. Nec nos q̃ baptismi veritatẽ ẽt in hæreticorũ iniquitate agnoscimus potius quã negamus, ideo meliores Cypriano sumus, sicut nec Petro, quia gentes iudaizare non cogimus. Hoc de Agrippino alijsq; Epis, qui illa concilia fecisse perhibent respõderim, qui sic diuersa senserunt, vt cũ eis contra quos de hac qõne sentiebant in vnitate

M tra quos de hac qõne sentiebant in vnitate
a.Pet.4. persisterent, vbi charitas cooperit multitudinẽ pctõrum. Sic nanq; ambulantibus in Ecclesiæ veritate, in quã puenerant, potuit
Philip.3 Deus, sicut Apostolus dicit: id illis reuelare q̃d aliter sapiebant. Noua.n. tunc quæstio fuit, quẽadmodum suscipiendi essent hæretici, quæ nonnullos frẽs hæreticã pernicie vehementer merito detestantes, ipsa nouitate turbauit, vt crederent hoc ẽt in eis esse improbandũ q̃d malo suo tenebant bonũ. Ego aũt vt quod de hac re sentio breuiter dicam, rebaptizare hæreticos q̃d illi fecisse dicuntur, tunc fuisse humani erroris, rebaptizare aũt catholicos q̃d adhuc isti faciũt, semper est Diabolicæ præsumptionis.

Sed volo soluat mihi iste quæstionem, Cp quandoquidem Romanæ Ecclesiæ per ordinem commemorans Epos, inter eos commemorauit & Stephanum, quos Episcopatum illibate gessisse confessus est. Cũ ergo Stephanus non solũ non rebaptizaret hæreticos, verumẽt hoc facientes, vel vt fieret decernentes excõicandos esse censeret, sicut aliorum Eporum, & ipsius Cypriani literę A ostendunt, tamen cũ eo Cyprianus in vnitatis pace pmansit. Quid hinc dicturi sũt? Excutiant ingenia sua quãtum possunt, & vtrũ valeant respondere considerent. Ecce duo erant vno tpe, vt de alijs taceam, qui diuersa sentiebant. Duo erant eminentissimarum Ecclesiarũ Romanæ.s. & Carthaginensis Epi, Stephanus & Cyprianus, ambo in vnitate catholica constituti, Quorũ Stephanus baptismũ Chr̃i in nullo iterandũ esse censebat, & hoc facientibus grauiter succensebat. Cyprianus aũt in hæresi, vel schismate baptizatos, tanq̃ non habẽtes baptismum Chr̃i baptizãdos in Ecclesia catholica existimabat. Multi cum illo, quidã cum isto ẽt sentiebant, vtriq; cũ eis in vnitate consistentes. Si ergo verũ est quod isti dicunt, & vnde cãm suæ separationis asserere, vel excusare conant̃, q̃ in vna cõione sacrorum mali maculant bonos, & ideo corporali disiunctione a malorum contagione recedendum est, ne omnes pariter pereãt, iam tunc Stephani & Cypriani tẽporibus cõstat perijsse Ecclesiã, nec posteris derelictam, vbi Donatus ipse spiritaliter nascere tur. Quod si dicere nefariũ iudicant, quia reuera nefarium est, sicut manifestum est ex illis tpibus vsq; ad tpa Gęciliani & Maiorini siue Donati, nec eam maculãdo perdere potuerunt, quicunq; in eam secũdum ipsos sine baptismo admissi sunt, pleni omnibus peccatis & criminibus suis, nec vlla facta est a Cypriano, & eis, qui pariter de baptismo sapiebant, ab illorum cõmunione diuisio, quoniam non se arbitrabantur sua vnitate & cõmunione sacramentorũ Christi, alienis malis posse maculari. Sic potuit & deinceps Ecclesia permanere, quã totã sicut de illa prædictum est, terrarum orbe crescentem nullo modo poterant quorumlibet traditorum, ac facinorosorum aliena crimina maculare, sicut in vna area vsque

ad tẽpus triturationis, maculari paleis frumenta non possunt, sicut intra eadem retia vsque ad tpa littoris mali pisces bonos simul natando nõ perdunt. Nulla igitur ratio fuit, sed maximus furor, quo isti velut malorum cõionem cauentes se ab vnitate Christi, quæ toto orbe diffunditur separarunt. Nisi forte a criminibus crimina mirabili arte discernunt, nõ de scripturis, sed de cordibus suis distinctionũ regulas proferentes, atque dicentes, in vnitate cõionis sacramentorum aliqua crimina aliena sine contaminatione tolerari, traditionis autem crimine omnes, qui cum talibus sacramẽta communicauerunt detineri. Sed hinc diutius disputare superfluũ est, præsertim quia & hoc rarissime audent dicere, ipsi quoque verecundantes & sentiẽtes vana se loqui, & cum ea dicunt, nullo diuino testimonio fulcire nituntur. Magis.n. solent in ore habere quando peccatis aliorum alios criminantur, ad excusandum nefas separationis
Psal.49. suæ, Videbas furẽ, & cõcurrebas cũ eo: &
Esa.52. ne communicaueris peccatis alieuis: &
1.Co.5. recedite & exite inde: & immundum ne tetigeritis: & qui tetigerit pollutũ, pollutus est: & modicum fermentum, totã massam corrumpit: & alia huiusmodi, quibus non traditionis crimen ab alijs criminibus aliqua proprietate discernitur, sed omnis peccati confociatio prohibetur. Quæ tamẽ diuina testimonia, vel præcepta, si eo modo quo isti, intelligeret Cyprianus, profecto se ab Stephano separareret, nec cum illo in catholicæ vnitatis cõione persisteret. Ille quippe secundum sententiã quam de baptismo isti tenendam putãt, hæreticos & schismaticos sicut opinantur, baptismũ Christi non habentes, admittendo in Ecclesiam communi

D cabat peccatis alienis, quia videlicet peccata eorũ, qui baptismo vero abluti non erãt, in eis vtiq; permanebant. Debuit ergo Cyprianus ab huiusmodi communione discedere, ne cum fure concurreret, ne peccatis communicaret alienis, ne cõtagione inquinaretur immundi, ne pollutus fieret tãgendo pollutum, ne fermento corrumperetur aliorum. Hoc ergo quoniam non fecit, sed cum eis in vnitate permansit, tota ipsis vnitatis tunc massa corrupta est, nec perseuerauit Ecclesia, quæ postea sanctos istorum Maiorinum pareret, ac Donatũ. Hoc quia dicere nullo modo audent, restat vt fateantur bonos cum malis in sacramentorum Christianorum communione sine vlla sua labe mansisse, & vsq; ad tempus Cæciliani perseuerasse Ecclesiã Christi, non sine vllis hominibus malis, tanquã in horreo iam reconditam, sed adhuc cõmixta palea, tanq̃ in area constitutam. Sic ergo & deinceps potuit permanere, sicut & permanet, donec vltimo iudicij die ventilata mundetur.

Quid igitur sibi vult tantus furor sepa- Cap.15.
rationis istorum ab vnitate corporis Christi, quæ sicut ,pphetari legit, impleri quoq; iam cernitur toto orbe terrarum, atque in omnibus gentibus dilatatur? Hinc certe sicut scriptum est, Malus filius ipse se iustũ dicit, exitum aũt suum non abluit: hoc est, non excusat, non diluit, non defendit, quòd furore schismatico in hæreticam pestem de E domo Dei exire properauit, quia si vere iustus esset, sicut Apostolus Paulus cum fra- 2.Co.ii.
tribus falsis de quibus in suis Epistolis ingemit, & sicut Cyprianus cum eis quos sine baptismo suis peccatis præteritis plenos existimabat, & admitti ad Ecclesiã ab Stephano sciebat, ita in Ecclesia Christi cum eis quos iniustos vel nouerat, vel putabat, sine vlla sui cõtaminatione persisteret, nec bonos propter malos desereret, sed malos propter bonos potius toleraret, tanquam granum cum palea pondere charitatis triturам ferens, nõ tanquam leuissimus pulvis ante ventilationem flatibus cedens. Eo quippe modo etiam cum iniquis, quos necesse est vsq; ad littus retia ista contineant, in vnitate catholica perseuerans, non tamẽ cum fure concurreret, nec peccatis communicaret alienis, nec cuiusquam immũditiæ contrectatione macularetur, nec pollueret tangendo pollutũ, nec cuiusquam fermẽto corrumperetur. Hæc.n. fiunt consensione Gene.3.
peccatorum, qua per fœminam serpẽs hominem primum ẽt in Paradisi fœlicitate decepit, non cõione sacramentorũ, in qua condiscipulos Iudas mundos immundus contaminare non potuit. A malis autem F
cum quibus sacramenta Dei communicãt etiam nunc in area nondum in horreo, iam tamen boni discedunt, & separantur morũ dissimilitudine, nõ corporũ segregatione, aliter viuendo, non ad alia cõuenticula veniendo, sic nec cum malis vnum fiunt, nec ab Ecclesiæ vnitate discedunt. Quid ergo nobis nescio quorum traditorum crimen exaggerant, quos tũ nec ipsos vnquã conuincere potuerũt? sed si eos contra istorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

calumnias defendamus, quorundam homi
num causam videbimur agere non Eccle
siæ. Prorsus quicunq; & vbicunq; tradito
res fuerunt, & non tãtum traditorum pec
catum, sed ipsorum etiam, qui tradere com
pellebant, & omniũ omnino facinorosorũ,
flagitiosorum, sacrilegorum admittebat Ste
phanus in Ecclesiam secundum istos, qui si
baptismum non habebant, omnia peccata
quæcunq; grauia & horrenda commiserãt
in eis erant, & reos illos sine vlla remissio
ne retinebãt. Tales admittebat Stephanus,
cum talibus erat in vnitate catholica Cy
prianus, nec tamen periit, sed perseuerauit
G Ecclesia. Non igitur quẽquam in eius vni
tate maculant aliena peccata. Fruſtra filius
malus a familia patris exire properauit, fru
ſtra se iustum dicit, exitum aũt suum non
abluit. An forte dicturi sunt, eos quos Ste
phanus admittebat, ipsius vnitatis partici
patione mundatos, quoniam charitas coo
1. Pet. 4. perit multitudinem peccatorum? Vtinam
dicant, Hoc. n. & nos dicimus, quando eos
ad vnitatem, vel vrgemus, vt redeant, vel
monemus. Hoc aũt pacto iam etiam nulla
inter nos baptismi quæstio remanebit. Si. n.
apud hæreticos baptizati cum ad Ecclesiã
veniunt vnitatis ipsius charitate munda
mur, profecto sine causa rebaptizantur.

Cap. 16. Vides itaque in hoc sermone cui me re
spondere voluisti, q̃ multa dixerit ille pro
nobis. Quid ergo iam opus est, vt Episco
porum Romanæ Ecclesiæ, quos incredibi
libus calumnijs infectatus est, obiecta ab
eo crimina diluamus? Marcellinus & pres
byteri eius Melchiades, Marcellus, & Sylu
ester traditionis codicum diuinorũ & thu
rificationis ab eo crimine arguuntur, sed
nunquid ideo etiam conuincuntur, aut cõ
uicti aliqua documentorum firmitate mõ
ſtrantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse
dicit, ego innocentes fuisse respõdeo. Quid
H laborem probare defensionem meam, cum
ille, nec tenuiter probare conatus sit accusa
tionem suam? Si est vlla humanitas in re
bus humanis, puto nos iustius posse repre
hendi si ignotos homines quos esti mãtur
inimici, nec eorum crimen vlla testificatio
ne demonstrant, nocentes potius quã inno
centes crediderimus. Quia si forte se aliter
veritas habet, ipsi certe humanitati debitũ
redditur, cum homo de homine nihil mali
temere suspicatur, nec cuiquã criminãti fa
cilẽ credit, quando sine teste, ac sine vllo
documento crimẽ obijciens, maledicus pa
tius conuiciator quã veridicus accusator
extitit. Huc accedit, quia Melchiade, tunc
Epo Romanæ Ecclesiæ præsidente, ex præ
cepto Constantini Impatoris, ad quem co
tam illam cãm accusatores Epi Carthagi
nensis Ecclesiæ Cæciliani per Anulinum
proconsulem detulerunt, idem Cæcilianus
innocens pronũciatus est. De quo iudicio
cũ maiores istorũ importunissima perui
cacia memorato Impatori ꝗrerẽtur, ꝙ nõ
plene, nec recte fuerit examinatũ atq; de
promptum, nihil de Melchiadis traditione
vel thurificatione dixerunt. Ad cuius audiẽ
tiam, nec venire vtiq; debuerunt, hoc po
tius, aut suggerentes Impatori, aut vt sug
gereretur instãtes, ꝙ apud traditorem co
dicum diuinorum & idolorum sacrificijs
inquinatum, causam suam agere non debe
rent. Cum hoc ergo, nec antè suggesserint,
nec posteaq̃ contra eos pro Cęciliano iudi
catũ est, saltẽ victi & irati obijciendum pu
tarunt. Quid nunc inanes tam fero cõne
ctunt calũnias, quasi & innocẽtia Cæcilia
ni, Melchiadis iudicis decoloratione suffu
scetur, & ipsa Romana Ecclesia, vbi nec dã
nare quenq̃ suo qualicunq; iudicio potue
runt, nec aliquẽ suorũ velut in locũ surro
gare dãnati, cõtra quã paucissimis Aphris
partis suæ primo interuentores aduentitios
furtim lõgeq; mittebãt, quos istũ nomina
tim cõmemorare non puduit, donec decep
tæ plebeculæ quasi ꝓprios Epos ordinarẽt
Nẽpe Epm Abtugnensiũ Felicẽ post Cęci
liani purgationẽ apud Imperatorẽ accusa
uerunt, ꝙ ipse esset manifestissimus tradi
tor, & ideo Cæcilianus Eps esse nõ posset,
ꝙ ab illo traditore fuerit ordinatus. Tunc
Cõstãtinus, nec huic eorũ accusationi nega
uit locũ, q̃uis eos in Cæciliani fictis crimi
nibus calumniosos fuisset expertus, & ideo
pcepit vt causa Felicis discuteret. In Aphri
ca discussa est a procõsule Heliano. Felix
quoq; innocens declaratus est. Extãt gesta
proconsularia: qui voluerit sumat & legat.
Hoc aũt non solũ ad innocentiæ Cæciliani
demonstrandæ cumulum ptinet, ipsius q̃
Felicis euidentissimam purgationem atque
illorum calumnias declarãdas, qui eum fo
tem omnium malorũ in concilio suo dixe
rant, verumetiã ad cogitandam Melchiadis
ab eorũ criminationibus purissimã vitam.
Nisi forte quisq̃ tam sit insipiẽs, vt credat
eos cũ Felici non pepercerint a quo Cæci
lianus

lianus fuerat ordinatus, Melchiadi parcere
potuisse, à quo fuarat absolutus, si illis Epi
scopi vitam quanuis nullum uulnus con
scientiæ peremisset, saltem qualiscunq; fama
culpasset. An vero qđ de foro Abtugnen
sium factum fuerat ab istis accusarẽt, & qđ
in Capitolio Romanorũ factũ fuerat tace
retur? De Mẽsurio aũt quod rũdeam cum
ab eius tempore vsq; ad obitum plebs vni
tatis nulla consciſſa est, ipsæq; literæ Secun
di Tigisitani, quibus reprehensus asserit,
eos ad se inuicem pacifice scripsisse confir
mant, atq; in collegij societate mansisse?
Iam vero qđ de Zirtẽsi Ecclesia dicere vo
luit, & Epos ibi catholicos maledictis infe
status est quibus uoluit, quid aliud egit ni
si vt vituperando sanctos ẽt nrorum tẽpe
rum viros nobisq; optime cognitos, satis
ostenderet quid ẽt de ignotis, quibus simili
ter maledicit, sentire debeamus? Proinde si
Profuturus ante pauciſsimos annos defun
ctus, & Fortunatus q in corpore adhuc est
atque illi succesit Epo, quomõ Manichæi
fuerunt, sic fuerũt & illi traditores, quos
longẽ a nostris temporibus ignotissimos
accusare non cessant, ẽt illorum nobis cura
ab istorum opprobrijs vita notissima est.
Non sanè parua est parumque glorioſa cõ
solatio cuiuscunq; nrm, si ab inimicis Eccle
siæ cum ipsa Ecclesia criminamur, eius tũ
defensio non in eorum hominũ defensione
consistit, quos isti nominatim falsis crimi
nationibus appetunt, prorsus qualescunque
fuerint Marcellinus, Marcellus, Syluester,
Melchiades, Mensurius, Cæcilianus, atque
alij quibus proijciunt pro sua dissensione
quod volunt, nihil præiudicat Ecclesiæ ca
tholicæ toto terrarum orbe diffusæ, nullo
modo eorum iniquitate dãnamur. Si boni
fuerunt, in areæ catholicæ tritura tanquam
grana mundati sunt: si mali fuerũt, in areæ
catholicæ tritura tanquam ſtipulæ commi
nuti sunt. Intra istam aream boni & mali
esse possunt, extra eam boni esse non pñt.
Quisquis ab hac vnitate vento superbiæ tã
quam sola palea separatur, areę dñicæ pro
pter commixtam paleam quid calũniatur?
Nos quoq; dicimus, nec tantũ dicimus,
verumetiam literarum monimentis Eccle
siasticis & publicis comprobamus, Secun
dum Tigisitanum, cuius congregato conci
lio Cæcilianum dicunt esse damnatũ con
fessis traditoribus, nec ne schisma fieret pa
cem dedisse, cum & eidem ipsi a Purpurio

Veteres leguntur Scilitani.

Mat. 3.

Cap. 71.

Limatẽsi crimẽ traditionis fuisset obiectũ.
Dicimus Victorẽ Rusicarien sem, Donatũ
Calamensem, Donatum Masculitanum,
Marinum ad aquas Tibilitanas, Syluanum
Corien sem fuisse traditores, eosdemq; qua
si traditorum seueriſsimos damnatores:
Hoc probamus & Ecclesiasticis & munici
palibus & iudicialibus gestis. Sed nec ideo
traditores sunt omnes in parte Donati, qa
in ea isti fuerunt, nec ideo est innocẽs pars
Donati si isti innocentes à traditionis ini
quitate mõstrentur. Melius enim audimus
sanctam scripturam, quàm vel cuiquam ca
lumniamur de peccatis alienis, vel cuius
quam similem calumniam formidamus.
Anima enim quæ peccat ipsa morietur. Et, Eze. 18. A
vnusquisque proprium onus portabit: Et, Gala. 6.
Qui manducat & bibit indigne, nõ alteri, 2. Co. 11
sed sibi iudicium manducat & bibit: Et si Mat. 13
nuntur vtraq; crescere vsque ad messem, Mat. 15.
nec eum ante tps colligunt zizania, eradice Mat. 13.
tur simul & triticũ: & cõmixti optimis pa
scuis hædi agniq; pascunt, donec à pastore
qui errare nõ põt segregẽtur: & ex omni ge
nere pisciũ retia cõplentur vnitatis, donec
ad iudiciũ littoris perducant: nisi ꝙ isti sua
peruersa falsaq; sententia sibi præiudicant,
qui pp aliena peccata iuste se dicũt ab or
bis christiani cõmunione separatos. Per
hanc enim absurdam insanamq; opinionẽ
ipsi faciunt, vt eis quorundam suorum pec
cata omnibus imputentur. Quod si iustũ
esse arbitrantur, rei sunt omnes cuiuslibet
apud se in uno homine inuenti manifestiſ
simi criminis, si autem hoc sicut iniustum
est, iniustum esse cognoscunt, rei sunt om
nes iniquissimæ separationis.

Iam vero qm̃ in hoc sermone de vnico Conclu
magis baptismo quæstio est, vt vnde cœpta sio toti9
est nostra disputatio cõcludatur, sicut in ip disputa
sa vnitate dominicæ areæ, nec propter bo tionis.
nos laudandi sunt mali, nec propter ma cap. 18.
los non defendendi boni, & in vno ho
mine nec ꝓpter illud quod in eo integrũ B
est, eius est accipienda peruersitas, nec pro
pter id quod in eo peruersum est, negari de
bet eius integritas, quia & in Iudæorũ ini
quitate detinet veritas resurrectionis mor
tuorum, & in gentilium iniquitate detinẽt
veritas vnius dei qui condidit mundum, &
in eorum iniquitate qui cum Christo quia
non colligunt spargunt, detinetur veri
tas, quia in eius nomine pellunt spiritum
immundum, & in templorum sacrilego

rum iniquitate inuenta est veritas, qua colebant ignotum deum,& in dæmonum iniquitate inuenta est veritas, qua cõfessi sunt Christum ,sic & in hæreticorum iniquitate inuenta veritas non neganda est,qua detinetur baptismi sacramentum.

Sãcti Augustini episcopi, Libri de vno baptismo Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

Liber siue epistola contra Petiliani Donatistę epistolã.

Hac epistola tractat totã cãm Donatistarũ istrumens suæ cõionis epos, ad uersus nepharię hæreseos argumẽta. Cap. 1.

AVgustinus Episcopus, dilectissimis fratribus ad nostræ dispensationis curam pertinentibus, Salus quæ in Christo est ꝙ pax vnitatis & charitatis eius sit vobiscum, & integer spiritus vester & anima & corpus in diem domini nostri Iesu Christi seruetur. Meministis fratres Petiliani Donatistarum Constantinensis episcopi, per paruam epistolæ partem in manus nostras aliquando venisse, eique particulæ quod rñderimus scripsisse me ad dilectionẽ vestram. Sed cum postea tota & plena nobis à fratribus,qui ibi sunt mitteretur, placuit ei ab exordio rñdere,tanquam præsentes ageremus. Quemadmodum semper scitis nos cum eis agere voluisse,vt sine studio contentionis,quid vel ab ipsis, vel à nobis dicatur,collata disputatione omnibus apparet. In multorum.n.manibus illam epistolam esse didicimus, qui ẽt multa ex illa memoriter tenent,aliquid verum aduersus nos cum dixisse arbitrantes.Sed nunc si legere voluerint quæ respondimus, profecto intelligent quid sibi abiciendum,& quid tenendum sit.Neq;.n.illa nostra sunt,sicut ip si possunt considerare, si velint sine studio partium iudicare. Nã de scripturis sanctis ita sunt omnia prolata & probata,vt ea negare non possit, nisi qui illarum scripturarum se inimicum esse profitetur,Sed de illo opere nostro video quid possint dicere illius tam malæ causæ pertinacissimi defensores, me videlicet absentis epistolæ responsionibus meis non ea fuisse refutata atq; cõuicta.Aut si hoc nõ vult,faciat & ipse huic epistolæ meæ, quod ego illi ipsius, cui iam respondi. Illam quippe scripsit ad suos, sicut ego hanc ad vos,Cui si velit etiam ipse respondeat.

Quæstio certe inter nos versatur, vbi Cathsit ecclesia,vtrum apud nos, an apud illos. Quæ vtiq; vna est, quã maiores nostri catholicã nominarunt,vt ex ipso nomine ostenderent,quia per totũ est. Scdm totum enim καθ' ὅλον Græce dicitur. Hæc aũt ecclesia corpus Chri est, sicut Apostolus dicit,pro corpore eius,quod est ecclesia. Vnde vtiq; manifestum est eum qui nõ est in membris Chri, christianam salutem hẽre non posse.Membra vero Christi per vnitatis charitatem sibi copulantur,& per eandẽ capiti suo cohærent, quod est Chrs Iesus, Totum igitur quod annunciatur de Chro, caput & corpus est. Caput est ipse vnigenitus Iesus Chrs filius dei viui, ipse saluator corporis, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.Corpus eius ecclesia, de qua dicitur,Vt exhiberet sibi gloriam,ecclesiam nõ habẽtem maculam,aut rugam, aut aliquid hmõi.Inter nos autem & Donatistas,quæstio est vt sit ecclesia. Quid ergo facturi sumus,in verbis nostris eam quæsituri, an in verbis capitis sui, domini nostri Iesu Chri? Iosephus. Puto ꝙ in illius potius verbis eam quærere debemus,qui veritas est,& optime nouit corpus suum Nouit.n.dominus qui sunt eius. Quæ sint autem verba nostra, in quibus eam quæri non oportet, aduertite & ẽt ibi quid interfit inter nostra verba & illorum:Et tñ in verbis nostris ecclesiam quæri nolumus. Quicquid nobis inuicem obijcimus, de traditione codicum diuinorum, de thurificatione,de persecutionibus, verba nostra sunt. Et in talibus quidẽ nos hũc fi tenemus modum,vt vel vtraq; vera esse deputent, siue quæ à nobis, siue quæ ab ipsis dicuntur,vel vtraq; falsa,vel nostra vera & sua falsa, vel nostra falsa & sua vera: Et in his omnibus nullum crimen esse orbis christiani, cui nos cõicauimus ostendimus. Si enim vera sunt crimina & quæ à nobis in illos & quæ ab ipsis in nos dicũtur, faciamus quod ait Apostolus, Donantes nobismetipsis, sicut & deus in Chro donauit nobis: vt sis, sicut & deus in Chro donauit nobis: vt sint maligni homines, nec illi q̃ forte fuerũt vel sunt apud nos, nec qui vel fuerũt vel sunt apud illos impediant concordiam nram & vinculum

vinculum pacis, vno eorũ scelere correcto, q̃ se frustra separauerunt ab vnitate orbis terrarum,cum tales hrent. Si autem vtraq; falsa sunt,siue quæ nos illis,siue q̃ illi nobis obijciũt,vel de traditione, vel de psecutione innocentiũ, nullã video litis causam nisi quia est causa,vt illi se corrigant qui se sine causa separauerunt. Quòd si nos vera dicimus,qm̃ gesta quæ pferimus, & literis Imperatoris ad quem tunc & primo scripserũt & postmodũ appellauerunt,& totius orbis communione firmamus. Quæ aũt illi dicunt ideo falsa esse conuincuntur,quia ipsis tpibus cum eadem quæstio versaretur obtinere causam suã minime potuerunt: Maior in eis appareat sacrilegæ animositatis furor & animarũ innocentium persecutio, q̃ si solo schismatis crimine tenerẽtur. Et illa quidem tribuant,nõ omnibus, sed q̃bus voluerint suorũ : Schisma tñ crimen est omnium: Porro si crimina traditionis & persecutionis vera volunt esse,quæ obijciunt,& falsa quæ obijciuntur à nobis, nec sic purgantur à crimine schismatis: Ad quosdam quippe illa pertinere possunt,nõ ad vniuersum orbem Christianũ. Quem si contagione periisse arbitrantur,omitto dicere q̃ multi bonos pacis etiam cognita mala in hominum congregatione toleraverint, illud dico,isti ostendant,qũo eorũ contagione non perierint,quos sacrilegos incestatores consecratæ pudicitiæ fœminarum inter se latere vel latuisse, vel modo nesciunt, vel aliquando nescierunt. Profecto dicturi sunt, hoc ipso se non contaminatos ꝙ nescierũt. Quomodo ergo contaminatus est orbis q̃ nescit adhuc,an vera sint ista quæ dicũtur ? Putemus nobis modo probata,modo demõstrata,quid agimus de tot gentibus ? Deseruntne nescientes,ergo deseruntur innocẽtes. Et cum illud sit nullum crimen illorũ, hoc esse incipit sceleratissimum nostrũ? An cur rere debemus, & eos docere quod scimus ? Vt quid hoc? Sicut innocentes sunt,innocẽtes sunt etiam dum nesciunt. Non.n.mala facta hominum cognoscendo, sed cognitis temere iudicando innocentiã custodimus. Ac per hoc,vt dixi innocens est orbis terrarum , qui crimina quæ ab istis in quosdam dicuntur, etiam si vera dicuntur ignorat. Ab his autem innocentibus qui seipsos separauerunt, eodem ipso crimine separationis & schismatis innocentiam perdiderunt, & modo nos docent, vera se dicere in quosdam, vt ab eis nos separarent in quos non habent vera quæ dicunt.Hoc enim eis dicit orbis terrarum, quod quidem sermone breuissimum est, sed robustissimum veritate. Aphri nempe inter se episcopi confligebãt. Si finire inter se obortam dissensionem nõ poterant, vt siue per concordiam compositis, siue degradatis qui male contenderent, hi qui bonam causam habebant in communione orbis terrarum per vnitatis vinculũ permanerent,restabat vtiq; vt episcopi trãsmarini,qua pars maxima diffundebatur ecclesię catholicę,de Aphrorum collegarum dissensionibus iudicarent, illis videlicet instantibus qui crimen malę ordinationis alijs obijciebant.[Hoc si factum non est,cul I pa eorum est à quibus fieri debuit,non orbis terrarum,qui non ad se perlata nesciuit. Si autem factum est, quid peccauerunt ecclesiastici iudices,qui crimina etiam si vera & ad se delata,sibi tamen non probata,damnare nullo modo debebant ? Nunquid eos mali polluere poterant, qui eis manifestari non poterant?Si autem manifestati sunt eis, & aliqua vel segnitia, vel cohibentia tales à communione remouere noluerunt, & perverso iudicio pro eis etiam dixerunt sentẽtias,quid peccauit orbis terrarum,qui causam illã malos iudices habuisse nesciuit, & eos male iudicasse non credidit de quibus iudicare non potuit?Sicut.n.reorũ scelus si iudices latuit, non eos vtiq; contaminauit, sic & iudicum scelus si aliquid fuit,quia orbem terrarum latuit, eum profecto contaminare non potuit. His igitur innocẽtibus innocenter communicabimus, hodieq; nescientes quæ tunc acta sint. Quapropter ẽt si vera esse quæ in quosdam dicunt hodie dicerimus, nulla causa est cur ab innocentibus qui hæc nesciunt recedamus,& transeamus ad eos,qui propterea crimine schismatis omnes implicati sunt, quia id fecerunt K quod nos facere suadent, vt non exemplo Apostolorum toleremus malos, sed exemplo hæreticorum deseramus bonos.Sed faciamus orbem terrarum quod fieri non potest, hodie nobiscum ad liquidum posse cognoscere vera esse quorundã scelera, quos isti criminantur,nunquid ex hoc innocentior fieri poterit q̃ erat antequam nosset?Sicut.n.eos maculare non poterant incogniti mali, ẽt si adhuc in hac vita essent, ita quia iam ex hac vita emigrarunt, ẽt cogniti maculare

culare non possunt. Si ergo talis est causa nostra in verbis nostris de quorundam criminibus, quę alternis nobis obiicimus, vt tã inuicta sit, etiam si falsa esse quæ in quosdã illorum dicimus, & vera esse quæ in quosdam nostrũ dicunt, hodie cognoscamus, qd habent quod rñdeant? Siue illa potius vera sint quæ nos dicimus & falsa quæ dicunt, siue vtraq; falsa sint, siue vtraq; vera sint, qñquidem & ipsi vincuntur ibi, q̃ solum votis omnibus sibi vt credatur exoptant.

Cap. 3. Sed vt dicere cœperam, non audiamus, hæc dico, hæc dicis, sed audiamus. Hæc dicit dñs, Sunt certe libri dominici, quorum authoritati vtriq; consentimus, vtriq; credimus, vtriq; seruimus. Ibi quæramus ecclesiam, ibi discutiamus cãm nostram. Hic forte dicturi sunt. Quid q̃ris in libris quos ignibus tradidisti? Ad hoc rñdeo, Quid times ne legantur libri, si eos ab ignibus custodisti? Eos certe ille tradidisse credatur, qui eis lectis non consentire conuincitur. Aut si forte isti libri ita designant traditorem suũ, sicut designauit dñs Iudam, legãt in eis nominatim & expresse vel Cæcilianum vel ordinatores eius, eorundem librorum futuros fuisse traditores, & si non eos anathematizauero, ipse cum eis iudicer tradidisse, Sed neque nos in eis libris inuenimus Maiorini ordinatores designatos esse traditores, q̃uis hæc aliũde recitemus. Auferantur ergo illa de medio, quæ aduersus nos inuicem, nõ ex diuinis canonicis libris, sed aliunde recitamus. Quod si nolint vt auferantur, videant, quia & si vtraque vera sunt, nulla fuit causa separationis illorum vt eos fugerent quos habebant: & si vtraq; falsa sunt, nulla fuit causa separationis illorum vt eos fugerent, quos in nullo crimine reperiebant. Et si nostra vera, illorum autẽ falsa sunt, nulla fuit causa separationis illorũ, quia potius se corrigere, atq; in vnitate
M permanere debebant. Et si nostra falsa sunt, & illorum vera sunt, nulla fuit causa separationis illorum, qñtia innocentẽ orbẽ terrarum cui hæc demonstrare vel noluerunt vel non potuerunt, deserere non dẽbant. Quærat fortasse aliquis, & dicat mihi, Cur ergo ista vis auferri de medio, qñ cõmunio tua, ẽt si proferatur, inuicta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis sanctam ecclesiam demonstrari. Si.n. sanctę scripturę in Aphrica sola designauerũt ecclesiã & in paucis Romæ Rupitanis vel Mõtẽsibus, & í domo vel p̃imonio vnius Hispanæ mulieris, quicquid de chartis aliis aliquid proferatur non tenent ecclesiam nã si Donatistæ. Si in paucis Mauris prouinciæ Cæsariẽsis eã sancta scriptura determinat, ad Rogatistas transeundum est. Si in paucis Tripolitanis & Byzacenis & quia cialibus, Maximinianistæ ad eã puenerunt. Si in solis orientalibus, inter Arrianos & Macedonianos & Eunomianos, & si qui illic alij sunt, requirenda est. Quis aũt possit singulas quasi hæreses enumerare gẽtium singularũ? Si autem Christi ecclesia canonicarum scripturarũ diuinis & certissimis testimonijs in omnibus gẽtibus designata est, quicquid attulerint & vndecunque reciterauerint, qui dicunt, Ecce hic Christus, ecce illic audiamus potius, si oues eius sumus, vocem pastoris nostri dicentis, Nolite credere. Illæ quippe singulæ in multis Mo gentibus, ubi ista est, non inueniuntur, hæc autem, quæ vbiq; est, etiam vbi illæ sunt inuenitur: Ergo in scripturis sanctis canonicis eam requiramus.

Totus Christus caput & corpus est. Ca put vnigenitus dei filius, & corpus eius ec clesia, sponsus & spõsa, duo in carne vna. Quicunq; de ipso capite ab scripturis sanctis dissentiunt, etiam si in omnibus locis inueniantur in quibus ecclesia designata est, non sunt in ecclesia. Et rursus quicunque de ipso capite scripturis sanctis consentiunt, & vnitati ecclesiæ non cõmunicant, non sunt in ecclesia, quia de Christi corpore, quod est ecclesia, ab ipsius Christi testificatione dissentiunt. Verbi gratia. Qui nõ credunt Chr̃m in carne venisse de virgine Maria ex semine Dauid, quod apertissime scriptura dei loquitur, aut non in corpore ipso resurrexisse in quo crucifixus & sepultus est, etiam si per oẽs terras inueniantur per quas est ecclesia, non vtiq; sunt in ecclesia, quia ipsum caput ecclesiæ non tenẽt, quod est Christus Iesus. Nec in aliqua diuinarum scripturarum obscuritate fallũtur, sed nouissimis & apertissimis earum testimonijs contradicunt. Item quicunque credunt quidem quòd Christus Iesus, ita vt dictum est, in carne venerit, & in eadem carne in qua natus & passus est resurrexerit, & ipse sit filius dei, deus apud deum & cum patre vnum: & incommutabile verbum patris, per quod facta sunt omnia, sed tamen ab eius corpore, quod est ecclesia, ita

sia, ita dissentiunt, vt eorum cõmunio non sit cum toto quacũq; diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur, manifestum est eos non esse in catholica ecclesia. Quapp quia cũ Donatistis quæstio nobis est, non de capite, sed de corpore, id est, non de ipso Saluatore Iesu Christo, sed de eius ecclesia, ipsum caput de quo consentimus, ostendat nobis corpus suum, de quo dissentimus, vt per eius verba iam dissentire desinamus. Ille est autem vnigenitus filius & verbũ dei, & ideo nec Prophetæ sancti verã loqui potuissent, nisi ab ipsa veritate, qđ est verbũ dei manifestaretur eis quod dicerent, & iuberetur vt dicerent. Proinde prio
Ioan. 1. ribus tẽporibus per Prophetas sonuit verC bum dei. Deinde per seipsum, cum uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: Deinde per Apostolos quos misit ad se prædicandum, vt esset salus vsque ad fines terræ. In his igitur omnibus quærenda est ecclesia.

Cap. 5. Sed qm̃ multa in alios, vel ob aliud dicta in quos volunt, & ad quos volunt maledici plerunque conuertunt, multa etiam pp exercendas rationales mentes figurate atq; obscure posita per ænigmatis imagines vel ambiguitatis ancipitem sensum, fallaci aliquando interpretationi consonare & conuenire creduntur, hoc ẽt prædico atq; propono vt quæq; apta manifesta deligamus. Quæ si in sanctis scripturis non inuenirẽtur, nullo modo esset vnde aperirẽtur claustra & illustrarentur obscura. Verbi.n. gratia, Videte q̃ facile sit vel nobis in eos dicere, vel illis in nos quod ait dñs Pharisæis, Mat. 23. Similes estis monumentis dealbatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia, sic & vos à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Hæc siue in illos à nobis, siue ab eis in nos dicantur, nisi prius probetur manifestissimis documenD tis qui sint, qui cum sint iniusti, iustos seipsos confingant, conuiciante magis leuitate quã conuincente veritate dici, quis mediocriter sanus ignoret? Aliter quippe illa dñs in Pharisæos dicebat tanquã dñs, id est, cor- Hier. 29. gnitor cordis & humanorũ omniũ secretorum & testis & iudex: Nos autem prius debemus inuenire & ostendere quid arguamus, ne ipsi potius grauissimo crimine insanæ temeritatis arguamur. Sane, si ante do cuerint nos tales esse, nequaquam recusare debemus talibus sanctarum scripturarum verbis nos reprehendi atq; conuinci. Ita si nos eos tales esse docuerimus, erit similiter in potestate nostra, quibus dominicis increpationibus iam demonstratos conuictosq; feriamus. Sic & illa interim seponẽda sunt, quæ obscure sunt posita & figurarum velaminibus inuoluta, & secundum nos, & secundum illos possunt interpretari. Et quidem acutorum hominum dijudicare atque discernere, quis ea probabilius interpretetur, sed nolumus in has ingeniorum contentiones in ea causa, quam populus tenet, nostram disputationem committere. Nulli nostrum dubium est per arcam Noe salua rerum gestarum fide, vt deletis peccatoribus domus iusti à diluuio liberaretur, etiã ecclesiam fuisse figuratam. Quæ forte humani ingenij coniectura videretur, nisi hoc E Petrus Apostolus in epistola sua diceret. Sed quod ille ibi non dixit, si quis nostrum dicat, propterea cuncta animalium genera ibi fuisse, quia in omnibus gentibus futura prẽnunciabatur ecclesia, fortasse Donatistis aliud videatur, & aliter hoc interpretari velint. Similiter & ipsi aliquid obscure & ambigue positum, si pro sua sententia interpretentur, si nobis pateat aliud inde dicere qđ pro nobis sonat, quis erat finis? Nam quidam eorum Episcopos cum hic apud Hipponem sicut audiuimus, sermonem in populo faceret, dixit eandem arcam Noe ideo bituminatam intrinsecus, ne aquam emitteret suam, ideo etiam extrinsecus, ne admitteret alienam. Ad hoc vtique valere voluit hanc interpretationem ne baptismus vel extra ecclesiam posse exire credatur, vel qui extra datus fuerit, acceptetur. Visus est aliquid dicere & acclamatum est ab eis qui libenter audiebant, nec diligenter de his quæ audierant cogitabant, vt quod erat facile, aduerterent fieri non posse, vt extrinsecus admittat aquam compago lignorum, si non emittit intrinsecus: Si autem ab ea F parte quæ intus est, emittit, consequens esset vt ab ea etiam quæ est foris admittat. Sed & si hoc de compacto ligno verum esset quod ille dixit, quis me prohiberet de arca ex vtraque parte bituminata, si possem aliquid aliud dicere, vt incertum esset, quid horum, vel quid fortasse aliud tertium res illa significaret? Neque enim absurde dicitur, aut non etiam multo probabilius per bitumen, quia violentum

lentum, gluten & res feruentissima est, significatam esse charitatem: Vnde enim dicitur in Psalmo, Agglutinata est ani
Psal.62. ma mea post te, nisi flagrantissima charitate? Quæ qm̃ præceptum est, vt sit nobis inuicem & in omnes, ideo & intus & foris ar
1.Co.13 ca bituminata. Aut certe quia scriptum est, Charitas omnia tolerat, vis ipsa tolerantiæ tenax vnitatis per bitumen significata est, quo ideo intus & foris arca illita est, quia intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluatur. In hac ergo disputatio ne nostra parcamus talibus interpretationi bus, & apertum aliquid quo manifestetur ecclesia requiramus. Nempe scriptum est
Iudic.6. in libro Iudicum, Et dixit Gedeon ad dominum, Qm̃ tu saluum facies Israel in ma
G nu mea, quemadmodum locutus es, Ecce ego pono vellus lanę in area, & si factus fuerit ros in vellere, in omnem vero terrā siccitas, sciam qm̃ saluum facis in manu mea Israel sicut locutus es. Et factum est sic. Et diluculo vigilauit Gedeon in crastinum, & expressit vellus: Et decurrit ros de vellere plena peluis aquæ. Et dixit Gedeō ad dñm, Non irascatur furor tuus in me dñe, & loquar adhuc semel, & tentabo adhuc semel in vellere. Fiat siccitas in vellere tantum, in oēm autem terram fiat ros. Et fecit deus sic in nocte illa, & facta est siccitas in vellere tantum super oēm aūt terram ros. Non video quid hic aliud figuratum & prænūcia tum sit, nisi vt aream intelligamus orbem terrarum, locū aūt velleris populū Israel. Nouimus.n.illam quondam gentem diuini sacramenti gratia tanquam cœlesti rore perfusam, cuius muneris per oēs in circuitu gentes, quia eo carebant, tanquam siccitas lerat. Erat autē apud illum populum hoc munus in vellere, id est, in velamine & quasi in nube secreti, quia nondum fuerat reuelatum: Nunc autem videmus orbem terrarum iam reuelatorore saginari per Euange
H lium dñi nostri Iesu Christi, quod tunc in illo tegmine figurabatur: Illam vero gentem amisso sacerdotio quod habebat, quia in scripturis non intelligit Christum, tanquam in sicco vellere remansisse. Nec tamen in talibus rerum figuris, quanuis non videam quid hic aliud possit intelligi, nolo quæramus ecclesiam. Prorsus quæ alicuius vel talis interpretationis indigent, interim seponamus, nō quia falsa sint, quæ hoc modo de talibus tanquam inuolucris interpretando soluuntur, sed quia vel interpretē quærunt, nolo in eis nostra ingenia comparentur, sed aperta veritas clamet & luceat, in obturatas aures irrumpat, diffisi mulantium oculos feriat. Nemo in eis latebris quærat falsæ suæ sententiæ locum, omnem conatum contradicendi confundat, omnem fontem impudentis elidat.

O Donatistæ Genesim legite, Per me. Cyp. metipsum iuraui dicit dñs, Propter qꝫ fe. Gen. cisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantissimo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum tanquam stellas cœli, & tanquā arenam quæ secus oram maris est, & hæreditate possidebit semen tuum ciuitates aduersariorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obaudisti vocem meam. Quid ad hæc dicitis? An Iudæorum nobiscum peruersitate contenditis, vt dicatis in solo populo nato ex carne Abrahæ intelligendum semē Abrahæ? Sed Iudæi Paulum Apostolum non legunt in synagogis suis, quem vos legitis in conuenticulis vestris. Quid ergo dicat Apostolus, audiamus. Quærimus.n.iam quemadmodum intelligendum sit semen Abrahæ. Fra Gala. tres, inquit, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Ecce in quo semine benedicentur omnes gentes. Ecce testamentum dei, apte rite aures: Hominis, inquit, confirmatum testamētum nēmo irritum facit, aut superordinat. Quare vos irritum facitis testamentum dei, dicendo nec in omnibus gentibus esse completum, & perijsse iam de gentibus in quibus erat semen Abrahæ? Quare superordinatis dicendo, in nullis terris hæredem permanere Christum, nisi vbi potuerit cohęredem habere Donatum? & Non inuidemus alicui: Legite nobis hoc de lege, de Prophetis, de Psalmis, de ipso Euangelio, de Apostolicis literis: Legite & credimus, sicut nos vobis legimus & de Ge- Gen. neſi & de Apostolo, Quia in semine Abrahæ qđ est Christus benedicuntur oēs gētes. Audite hoc idē testm̃ ad Isaac ēt filium Abrahæ, Facta est autem fames super terram, præter famem quæ ante facta est in tpe Abrahæ. Abijt autem Isaac ad Abime Gen. lech re-

lech regem Palæstinorum in Gerara, & apparuit ei dñs & dixit, Noli descendere in Aegyptum, habita aūt in terra quam tibi dixero, & habita in terra hac, & ero tecum & benedicam te: Tibi.n.& semini tuo dabo oēm terram hanc: Et statuam iusiurandum tecum quod iuraui Abraham patri tuo, & ampliabo semen tuum tanquam stellas cœli & dabo tibi, & semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, pro his quæ ob audiuit Abraham pater tuus vocem meā, & seruauit præcepta mea, & iustitias meas, & legiti ma mea. Respondete ad ista. Semen quippe Abraham, hoc idem semen est & Isaac, qđ est Christus. Qūo enim venerit Christus ex tribu Iuda in carne per virginem, quis quoquo modo Christianus ignorat? Audi L te hoc idem testamentum ad Iacob. Exijt Gen. 28 Iacob a puteo iurationis, & profectus est in Charam, & deuenit in locum, & dormiuit in loco illo, quoniam solis occasus erat, Et sumpsit lapidem ex lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormiuit in loco illo, & vīsum vidit: Et ecce scala stabilita super terrā, cuius caput pertingebat ad cœlum, & angeli dei ascendebant & descendebant per illam, & dñs incumbebat super illam & dixit, Ego sum dñs deus Abraham patris tui, & deus Isaac: Noli timere, terram in qua dormis super eam, tibi dabo & semini tuo: Et erit semen tuū sicut arena terræ, & multiplicabitur supra mare, & in Aphricum & in Aquilonem & ad Orientem: Et benedicentur in te oēs tribus terræ, & in semine tuo. Et ecce ego sum tecū costodiens te in omni via quacunq; ibis, & reducā te in terrā hanc, quia non te derelinquam donec faciam omnia quæ tecum locutus sum. Ecce cui promissioni resistitis, ecce qꝫ firmum te stamentum irritum facitis, Dicit deus, Nō te derelinquam donec faciam omnia quæ tecum locutus sum: & vos contradicitis dicentes, vt vobis potius credamus quicquid M criminis obijcitis ignoto & ignaro orbi terrarum, deo autem dicenti, non relinquam donec faciā, non credamus. Legite nobis de scripturis canonicis eos tradidisse diuinos codices quos nominatim accusatis. Legite tā aperta qꝫ sunt ista quæ vobis de Genesi legimus. Nō à vobis qrimus quid apis ille significet, quem Iacob sibi ad caput posuit cum dormiret, quid scala stabilita sup terrā, cuius caput pertingebat ad cœlū, qđ angeli dei descendētes & ascendentes p illā: Requirāt ista prudentiores atq; doctiores, & in populo pacato eloquantur, vbi nō obstrepat improba contradictio, de obscurita te sacri & ęnigmate lectionis armans impudentiā suā, Non desunt corda fideliū, quæ cōmemorat dñs ex Euangelio, vbi ait cum uidisset Israelitā in quo dolus non erat, qa Iacob qui has vidit scalas, ipse dictus est Is Ioan. 1. rael. Non desunt ergo quos inde cōmemo- Gen. 31 ret dñs, ibi quippe ait, Videbitis cœlū apertum, & angelos dei ascendentes & descēdētes super filiū hominis: id est super semen Ioan. 1. Abrahā, in quo benedicuntur oēs gentes. Sed hoc non inculco recusantibus. Ecce qđ A audite, Erit semen tuum sicut arena terræ, & multiplicabitur supra mare, & in Aphricum, & in Aquilonē, & in Orientem: Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo. Date mihi hanc ecclesiam si apud vos est, ostendite vos cōmunicare omnibus gentibus, quas iam videmus in hoc semine benedici. Date hanc, aut furore depositō accipite, non à me, sed ab illo ipso in quo benedicentur oēs gentes. Hæc de primo libro legis commemorasse sufficerit: Plura innotescent sine impia contentione, & cum pia dilectione legentibus.

Quid in Prophetis, q̃ multa & q̃ mani- Ex profesta sunt testimonia ecclesiæ per omnes gē phetis. tes toto orbe terrarum diffusę, vnde pauca cap. 7. commemorabo, plura relinquens ocio dili gentiæ cum dei timore legentibus. Accipiamus per os Esaiæ sancti diuina rīsa, & eius ora tanquam dei oracula scisciteur. Sileāt humanarum contentionum animosa & pniciosa certamina, inclinemus aurem verbo dei. Dicat Esaias vbi ecclesiam sanctam deo reuelante præuiderit, vt in verbis futura dicentis iam nunc præsentia videamus, Repleta est, inquit, vniuersa terra vt cognoEsa. 11. scat dñm, vt aqua multa operiat mare. Et B erit in illa die radix Iesse, & q exurget principium habere in nationes, & in eum gentes sperabunt. Radicem Iesse Christum esse ex semine Dauid scđm carnem natum, nullus quoquo modo christianus ignorat, Rom. 1. Et si contentiosus est, cum Apostolo cōten &. 15. dat, qui hoc testimonio in literis suis vtitur. Esa. 27. Item dicit, Germinabit & florescet Israel, & replebitur orbis terrarum fructu eius. Israel nempe fuit filius Isaac, nepos Abraham, cui promissum est qp in semine eius benedicerentur omnes gentes: quod semen Ge. 22. Chri-

Christum interpretatur Apostolus. Venit autem Christus ex semine Abraham per Isaac & per Israel, & deinceps, sicut generationes ad ortum Christi per-
Matt. 1. tinentes Euangelista contexit. Qui ergo vult contra disputare, contradicat Euangelio, neget ex semine Israel venisse Chm,
Esai. 27. vt possit negare quod Esaias dicit, Germinabit & florescet Israel, & replebitur orbis
Esa. 41. terrarum fructu eius. Item dicit, Ego deus primus: & in his quæ aduenient ego sum. Viderunt gentes, & timuerunt fines terræ.
Apo. 22 Hoc est quod alibi dicit scriptura, Primus & nouissimus, vt sit ω & α, quæ sunt literę in signo Christi omnibus notæ. Pro eo.n. q; ibi est nouissimus hic positum est: & in
C his quæ aduenient ego sum. Huic ergo manifestationi contradicunt qui nolunt credere, immo qui nolunt iam videre compleri quod sequitur, Viderunt gentes, & timue-
Esa. 42. runt fines terræ. Itē paulopost, Iacob puer meus suscipiam illum, Israel electus suscepit eum anima mea. Dedi spūm meum in il illum, iudicium gentibus proferet: non clamabit neq; cessabit, neq; audietur foris vox eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, sed cum veritate proferet iudicium. Refulgebit & non confundetur, donec ponat in terra iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt. Hoc testimonium de Chro intelligendum, & in Euangelio positum est, Qui audet contradica t, qui autem non audet, sperat in eum cum gentibus, & ab vni-
Mat. 12. tate gentium in eum sperantium non recedat, aut si recesserat, redeat ne pereat. Item dicit Esaias, Et nunc sic dicit dns, Qui finxit me in vtero seruum sibi, vt congre-
Esa. 49. gem Iacob & Israel ad eū, appropinquabo illū, & honorabor corā dño, & deus meus erit mihi virtus, & dixit mihi, Maxime tibi erit hoc, vocari te puerum meum, vt con-
D stituas tribus Iacob, & prolem Israel conuertas. Et posui te in testm generis in lucem gentium, vt sis salus vsq; ad fines ter-
Esai. 49. ræ. Et paulopost, Sic dicit, inquit, dns Israel, Tpe apertissimo exaudiui te, & in die salute adiuui te. Certe ista verba cū commemorasset Apostolus Paulus, non nisi in chri-
2. Co. 6. stianis ostendit impleri. Connexuit.n. dicens, Ecce nunc tps acceptabile, ecce nunc dies salutis. Audiamus ergo quid Esaias adiungat, Et dedi te, inquit, in testm gentium, vt incolas terram, & possideas hæreditatē deserti. Et interpositis deinde connectit & dicit, Ecce isti à longinquo venient: hi autē ab Aquilone & mari, alij autem ex terra Persarum. Exulta cœlum, & in lætitia esto terra, emittant montes iucunditatem, qm misertus est deus populi sui, & humiles populi sui allocutus est. Dixit autem Sion, Dereliquit me dns, & deus oblitus est mei. Nū quid capiet obliuio mulierem filij sui, vel poterit fieri vt non misereatur fœtus veteri sui? Nunquid ecce & si illam obliuio habebit: me tū tui nullo modo obliuio capiet, dicit dominus. Ecce super manus meas descripsi tuos muros, in conspectu etiam meo es in perpetuum, & in breui ædificaberis ab his à quibus euersa es. Cum igitur per Apostolicam vocem non finamur hoc de populo Iudæorum, sed de christianorum intelligere, quid intellecturi sumus in eo quod hoc loco ait Esaias, Et breui ædificaberis ab his à quibus euersa es, nisi reges terra q primo persequebantur ecclesiam, post adiuturos eam tanto ante prædictum? Sed quia multi eorum in suis iniquitatibus moriturari erant, adiungit & dicit, Et qui desolauerunt te, discedent à tē. Deinde quia omnes gentes adiungerentur ecclesiæ, sequitur & dicit: Circumspice vbiq; oculis tuis & vide vniuersos, Viuo ego dicit dns, oēs hos indues te, & dispones eos vt ornamentum nuæ nuptæ, qm quæ desertæ fuerunt in te, & corrupta & delapsa, nunc in maxima arctu ra erunt per eos qui commemorantur. Isti elonge à te efficiantur, qui te trāsuorabāt. Dicent.n. in aures tuas filij tui quos amisti eras, Angustia nobis est in isto loco, facito itaq; nobis ēt nunc locum in quo commoretur. Tu vero dices in corde tuo, Quis generauit mihi istos, cum sciam esse me sine filijs & viduam? Quis ergo istos educauit mihi? Ego enim derelicta fui sola, hi autem mihi vbi erant? Sic dicit dominus. Ecce tollam in nationes manus meas, & in insulas signum meum, & adducam filios tuos in sinu, filias etiam tuas super humeros portabunt, & erunt reges educatores vestri, quæ autem principales sunt nutrices vestræ, super terram declinantes faciem deprecabuntur te, & vestigia pedum tuorum clingent, & scias qm ego dominus, nec erubescēs. Et paulopost adiungit & dicit, Audite me, audite populus meus, reges quoq; intendite mihi, quoniam lex à me prodiet, & iudicium meum in lucem gentibus. Appropinquat

matur iustitia mea, & salutare meum proficiscetur, & in brachio meo gentes saluantur. De hoc autem brachio scripturas apo-
Ro. 10. stolicas consulamus. Quando enim Apostolus Paulus de Iudæorū infidelitate eius dē Prophetæ testimonium posuisset, q eis
Esai. 53 Chrs nō fuisset reuelat9, hoc posuit. Quis credidit auditui nostro? & brachium domi-
Esai. 52. ni cui reuelatū est? Deinde in consequentibus adiungit Esaias & dicit, Erumpat lætitia simul deserta Hierusalem, quoniam misertus est eius, & eruit Hierusalem, & pate faciet dominus brachium suum sanctum in
G conspectu vniuersarum gentium, & videbunt omnes nationes vsq; ad vltimam terræ salutem quæ à deo est. Quis tā surdus, quis tam demens, quis tam mente cæcus vt his tam euidentibus testimonijs obloquat, nisi qui nescit quod loquatur? Sed ad manifestiora veniamus. Certe sanctissimas nuptias in scripturis nouimus, spōsum & spōsam, Christum & ecclesiam. Vtrunque
Ephe. 5. erremus, quod cui acciderit, vtrunque admittit. Quia de hoc coniugio in sacramēto dictū est, sicut testatur Apostolus, Erūt duo in carne vna. Sicut ergo prior ipse de
Esa 53. scribitur post multa, quæ de illo ita dicit Esaias, vt & ipsi obmutescant Iudæi, Ne longum sit omnia memorare, hoc paulum aduertite, Et peccata, inquit, eorum ipse portabit, ideo hæreditate possidebit multos, fortium partietur spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates nostras traditus est. Hoc dominō nostro Iesu Christo tanto ante prædicta & prophetata fatemur. Hic ergo sponsus vt quid traditus est ad mortem? vt
H quid inter iniquos deputatus est tanta humilitate celsitudinis suæ? Quid egit? Quid acquisiuit? Quis ita surdus est vt hæc non audiat? Quis ita obtusus vt non intelligat? Quis ita cæcus vt non videat? Ideo, inquit, ipse hæreditate possidebit multos, & fortiū partietur spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est. Quid est hæretici quod de paucitate gloriamini, si propterea dns noster Iesus Christus traditus est ad mortem vt hæreditate multos possideret? Et qui sint hi multi, vel quàm late occupēt terram, quæ sequuntur audiamus, Prænūciato sponso & expresio, procedat & spōsa. In verbis Esaiæ legamus eam, in veritate paginarum sanctarū, & agnoscamus in orbe terrarum. Hoc testimonium de sancta Esa. 54.
ecclesia prædictum etiā Paulus Apostolus posuit. Non est quo fugiat contentiosa tergiuersatio hęreticorū. Lætare, inquit, sterilis q nō paris, erūpe & exclama, qm multi filij desertę magis q̄ eius q̄ hēt virū. Vbi est, inquam, quod de paucitate gloriamini? Nonne isti sunt multi de quibus pauloanta dictum est, Ideo ipse hæreditate possidebit multos? Nam quæ est hæreditas eius, ni
si ecclesia eius? Multi, inqt, filij desertæ ma I
gis, quàm eius quæ habet virū, Synagogā scilicet Iudæorū uolens intelligi virum habentem, quoniam acceperat legem. Hinc iā potest diiudicari quod dicimus. Comparent isti multitudinem suam in Aphrica constitutam, cum multitudine Iudæorum per omnes terras quacunque dispersi sunt, & videant quàm sint in illorum comparatione paucissimi. Quomodo ergo de se dictum assignabūt, Muli filijs desertæ magis quàm eius quę habet virum? Rursur comparent multitudinem Christianorum per omnes gentes quibus non communicant, & videant quàm pauci sint in comparatione omnes Iudæi, & tādem aliqū intelligāt in ecclesia catholica toto orbe diffusa istam prophetiam esse completam. Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum. Sed cui habenti virum hæc deserta prælata fuerit in multitudine filiorum, sit obscurum, sit in ænigmate. Hanc tamen esse ecclesiam Christi, de qua dictum est, Multi filij desertæ, quisquis contradicit, non mihi, sed Apostolo contradicit. Vnde autem multos filios esset habitura, consequenter adiungit & ait, Dixit enim dominus, Dilata locum tabernaculi tui & aularum tuarum fige, no
li parcere, longos fac funiculos tuos, & cla- Esa. 54.
uos tuos confirma. Adhuc in dextram & K
sinistram extende, & semē tuum gētes possidebit, & ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam prævalebis, neque verearis quòd detestabilis fueris. Confusionem æternam obliuiscēris, ignominię viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego dominus qui facio te, dominus nomen illi, & qui liberauit te, dominus Israel vniuersæ terræ vocabitur. Ecce quouslq; iussa est extendere funiculos, donec deus eius dominus Israel vniuersæ terræ vocetur.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De illa quippe & ei dicitur alio loco p eun-
Esa. 62. dem Prophetam. Propter Sion non tacebo, & pp Hierusalem non quiescã, donec pro deat sicut lux iustitia mea, saluatio aũt mea sicut facula ardebit, & videbunt omnes gẽtes iustitiam tuam, & reges honorem tuũ, & vocabit te nomine tuo nouo quod dominus uocauit illud, & eris corona pulchritudinis in conspectu domini, & diadema regni in manu dei tui, & iam nõ vocaberis derelicta & terra tua non vocabitur deserta, Tu.n. vocaberis voluntas mea, & terra tua orbis terrarũ. Quid dici adhuc manifestius exigendum est? Ecce ex vno Prophe-
L ta q̃ multa, q̃ clara: & tñ resistitur & cõtradicitur, non cuiquã homini, sed spiritu dei, euidentissimæ veritati. Et tamen ab eis qui nomine christiano gloriari uolunt, gloriæ Chri ipsius inuidetur, ne ista quæ tanto ante de illo prænunciata sunt, credanẽ impleri, cum iam non prænunciantur, sed ostenduntur, videntur, tenẽtur. Iã vero si de omnibus prophetis ecclesię signatæ, quam sicut legimus, cernimus, testimonia colligere in hanc epistolam velim: vereor ne ipse videar iudicare pauca esse, quæ tam multa sunt, vt ex isto solo Esaia si omnia cõgregare vellem, modũ debiti sermonis excederẽ.

Ex psalterio. Cap. 8. Iam ergo pauca de Psalmis audiamus, tanto antè cantata, & nũc iam compleri cũ magno gaudio videamus. Et prius illud ipsum qd̃ Petilianus in epistola sua, quo ore
Psal. 2. posuerit nescio, audiant & iudicent, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuã fines terræ. Quis enim christianus vnquã dubitauit hoc de Christo esse prædictum, aut hanc hæreditatem aliud q̃ ecclesiam esse intellexit? Et qa bonos & malos intra eadem retia sacramẽtorum erat habitura, Re
M ges eos, inquit, in virga ferrea, tanquam vas figuli conteres eos. Eadem quippe firma & inflexibili iustitia boni reguntur, mali conteruntur. Quis tam deuius & absurdus est à diuinis eloquijs, qui non ipsum euangeliũ recognoscat, cum cantatur ille Psalmus vbi
Psal. 21 scriptum est, Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea, Ipsi vero considerauerunt & conspexerũt me, diuiseruut sibi vestimẽta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem? Qũ etiam cum hoc factum euãgelista narraret, huius testimonij memor fuit. Quid autem huius crucis precio, quid tantæ celsitudinis tanta humilitate, quid illo innocentissimo & diuino sanguine comparatum est, ni Ma-
si quod illic in consequentibus dicitur, Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius, vniuersæ patriæ gentium, Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium? Nonne Apostolus de prædicatoribus noui testamenti dictum ex-
posuit quod scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum? De quo alio nisi de Chro intelligitur, Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram, A solis ortu, vsque ad occasum ex Sion spes decoris eius? Cuius, nisi Chri vox est, Dormiui conturbatus? Et vnde cõturbatur, sequitur & dicit, Filij hominum dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorũ machæra acuta. Quorum nisi eorũ qui clamauerunt, Crucifige, crucifige? Vt quid hoc torũ? cui bono? cui lucro? Audi quid sequatur, Exaltare super cœlos deus, & sup oẽm terrã gloria tua. Ecce habes Chm in passione dormisse, & resurrectione sup cœlos ascendisse. Et vnde gloria eius super omnem terram, nisi quia ecclesia eius per omnem terram? in his duabus sententijs breuissimis, vos hæretici totum quod inter nos agitur interrogo. Exaltare, inquit, super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua. Cur dñm Christũ exaltatum super cœlos prædicatis, & eius glorię super omnem terram non communicatis? ? Psalmus septuagesimus primus in Salomonem titulatur, Sed quia ita dicta sunt quæ in illum regem temporalem, & postea grauiter peccantem conuenire non possunt, etiam cõtra ipsos Iudæos de Chro esse prædicta inuictissime defendunt. Nullus autem hoc Christianus negat, Talia. n. dicta sunt, de quibus dubitari non posit, q̃ ad Chm pertineat. Ibi enim dicũtur hæc, agnoscatur ecclesia toto orbe diffusa, omnibus etiam regibus Christo subiugaris, Et dominabitur, inquit, à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terræ: A flumine vtique vbi eum spiritus sanctus in columbę specie, & uox de cœlo manifestauit. Deinde sequitur, Coram illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingent, Reges tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, Et adorabunt eum oẽs reges terræ, omnes

omnes gentes seruient ei. Et paulopost, Et benedicentur in eo oẽs tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eũ, Benedictus Dñs deus Israel, qui fecit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ eius in æternum & in seculum seculi. Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Ite nunc Donati fiæ & clamate, non fiat, non fiat. Vicit uos uerbum dei dicens, fiat fiat. Ecce manifesta
Psal. 44. est in Psalmis ecclesia toto orbe diffusa, sup quam requirescit gloria regis eius. Vnde & C ipsa regina est sponsa eius, de qua ei dicitur in quadragesimo quarto Psalmo, Astitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato circumamicta varietate. Et ad eam ipsam exhortandam continuo diuinus sermo dirigitur, Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, qm concupiuit rex spẽm tuã, qa ipse est Deus tuus. Attendite vnde cęperit alloqui spõsam Christi diuina prophetia, Audi, inquit, filia, & vide. Vos aũt nec audite vultis hæc prædicta, nec videre cõplete ergo quid paulopost ei dicit, Audite hoc ex pagina diuina qũo p̃nuncietur, & videte in omni terra qũo compleatur. Pro patribus tuis, inquit, nati sunt tibi filij, cõstitues eos Principes sup oẽm terrã. Quam multa pręream de hac re testimonia scripturarum, norũt qui legunt, & ego noui, sed one-
Ex Epistolis Cap. 9. rare epistolam nolo, cui responderi flagito. Quid ad hæc dicturi sunt, quæ commemoraui ex lege & Prophetis & Psalmis de Christi Ecclesia, quæ toto orbe diffundi, cui malunt repugnare peruersi, q̃ cõicare correcti? Quid, inquam dicturi sunt, vtrũ hæc falsa esse, an obscura? Sed falsa esse non D audent dicere, Premunt. n. mole tantæ auctoritatis. Hæc ergo cum vera esse fateanr, impleri non posse contendunt, quasi aliud sit prophetiam crimine falsitatis arguere, q̃ dicere, quę prænunciauit non posse compleri. Hoc est. n. dicere, non esse pphetiam, sed potius pseudoprophetiam. Et cum quęritis ab eis, cur hæc impleri non possint. Respondent, quia homines nolunt, Cum arbitrio quippe, inquiũt, libero hõ creatus est, & si vult in Chm: si non vult, non creditur. Si vult pseuerat in eo, p̃ credit: si non vult, non perseuerat: & ideo cũ cœpisset p orbem terrarum crescere Ecclesia, noluerũt homines perseuerare, & defecit ex omnibus gentibus Christiana religio, excepta parte Donati. Quasi vero nescierit spiritus Dei futuras hominum voluntates. Quis hoc insanissimus dixerit? Cur ergo non potius prænunciauit, quod de volũtatibus hominum sciebat futurum? Hoc. n. modo quo isti putant hæc esse prædicta, quisquis voluerit potest esse Propheta, vt cũ ea quæ prædixerit impleta non fuerint, respõdeat, homines noluerunt, Libero enim arbitrio E Christiani sunt. Hoc modo poterat aliquis prophetare Christum non in cruce passurum, sed gladio moriturum: vt cum aliter factum esset, responderet, Quid ego feci? Homines in libero arbitrio cõstituti noluerunt ei facere quod ego prædixerã, & hoc fecerunt quod ipsi voluerunt. Iam cui nõ occurrat, q̃ multa isto modo poterant prophetari, vel etiam possunt a quibuslibet hominibus? Quis enim dubitauerit, q̃ Iudas Christum si voluisset, non vtique tradidisset: & Petrus si voluisset, ter Dominum nõ negasset? Sed ideo fuit de istis certa prædictio, quia & Deus etiam futuras præuidet voluntates. Veruntamen quãquam hæc & tardis cordibus pateant, audiamus hinc & ipsius verbi vocem ore propriæ carnis expressam. Certe cum post resurrectionem præberet se etiam contrectandum atq; palLuc. 24. pandum manibus dubitantium discipulorum, & cum accepisset coram illis & mãducasset quod ei porrexerant, dixit eis, Isti sunt sermones quos locutus sum ad vos, cũ adhuc essem vobiscũ, quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. De quo autem, nisi de illo scripta sunt, quæ nos quoque cõme-
F morauimus ex lege & Prophetis & Psalmis, sicut per singula demonstraui? Cum ergo ipse dicat, qui veritas est, Oportebat Ioan. 14 adimpleri omnia: quomodo isti negant, nisi Luc. 24 quia veritatis inimici sunt? Si autem obscura esse adhuc dicunt, & hinc ipsum caput audiamus verisimum demonstratorẽ corporis sui. Cum enim dixisset, quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege & Prophetis & Psalmis de me: tanquam quęrere mus vtrum in eo quod dixit de me, illic intelligenda esset Ecclesia, propter id quod scriptum est, Erunt duo in carne vna, vt Gene. 2. non solum de capite, verumetiam de corpore certa diuina oracula teneremus, sequit Euangelista, & dicit, Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit illis, Quoniam sic scriptum est, & sic opor-

tebat Christum pati,et resurgere a mortuis tertia die. Hic ipsum caput oñditur,qđ ét se manibus discipulorum præbuit contrectandum. Vide quemadmodum de corpore adiungat,quod est ecclesia, vt nos nec in sponso nec in sponsa errare permittat. Et prædicari,inquit, in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem. Quid hac voce veracius,quid diuinius,qđ manifestius? Me piget eam cõmendare verbis meis,& hæreticos nõ pudet eã oppugna
G re verbis suis. Dicant ea testimonia q̃ posui de lege & Prophetis & Psalmis obscura esse & figurate dicta,ét aliter posse intelligi, quanquã & in eis egerim quantũ potui, vt nec audeant dicere. Sed ecce dicant,Nun-
Obiect. quid & obscure dictum, aut ænigmatis velamento adũbratum est,quod ipse Chrs dixit,Quia sic scriptum est, & sic oportebat Chrm pati,& resurgere tertia die,& prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum per omnes gentes, inci-
Solutio. pientibus ab Hierusalem? Si obscurum est,
Psa. 56. Dormiui conturbatus:nunquid obscurum
Ps. 107. est,quia oportebat Chrm pati? Si obscurũ
Psa. 56. est,Exaltare super cœlos deus:nũquid obscurum est,& resurgere tertia die?Si obscurum est,Super omnẽ terram gloria tua: nũ quid obscurum est,& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccato-
Psa. 49. rum per oẽs gentes?Si obscurum est,Deus deorũ dominus locutus est,& vocauit terram,à solis ortu vsq; ad occasum: nunquid obscurum est, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes? Sic enim terra vocata est a solis ortu vsque ad occasum, quemadmo-
Mat. 9. dum ipse ait, Non veni vocare iustos, sed
H peccatores in pœnitentiam. Si obscurũ est,
Psal. 49. Ex Sion species decoris eius, nunquid obscurum est incipientibus ab Hierusalem? Ipsa est enim Sion quæ Hierusalẽ. Sed quid ad me? Dicant ea quæ posui de lege & Prophetis & Psalmis,nõ pertinere ad hæc verba domini, quæ in Euangelio leguntur. Non curo,non resisto. Certe tamen nisi in lege & Prophetis & Psalmis hoc prædictũ esset,siue in eis testimonijs quæ ipse adhibui,siue in alis,nequaquam dixisset do-
Luc.24. minus, Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me:ac deinde aperto eorum sensu vt intelligerẽt scripturas, docuit ea ipsa quæ de illo scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis,eo modo vt diceret, Qm̃ sic scriptum est,Et sic oportebat Chrm pati & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiã & remissionẽ peccatorũ ꝑ oẽs gentes,incipientibus ab Hierusalem. Nõ potuerim in lege & Prophetis & Psalmis hæc scripta cognoscere, Ibi tm̃ hoc esse scriptũ illa dicit q̃ veritas est. Sed & si hæc ibi scripta esse non diceret proculdubio sufficeret Christianis qđ Chrs ipse dixisset, oportere ꝑdicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem. Sed dubitantes discipulos suos quanuis cõspecto & contrectato eius corpore, maiori documento scripturarum voluit confirmare,q̃ ꝙ se ipse visibilem atque palpabilem mortalium sensibus admouebat.

Teneamus ergo Ecclesiam ex ore domini designatam, vnde cœptura, & quousque peruentura esset, cœptura.s.ab Hierusalẽ & peruentura in oẽs gentes. Hic iam quis dixerit, Hierusalẽ non illam visibilẽ ciuitatem intelligendam, sed figurate posse tam,vt spiritaliter accipiatur tota ecclesia æterna in cœlis, & ex parte in terris peregrina,potest dicere etiam illud figurate dictũ,Quia oportebat Chrm pati,& resurgere tertia die. Qđ quisquis dixerit,nec quo modo Christianus habẽdus est. Sicut ergo illud proprie positũ est,ita & quod adiunctũ est de omniũ gentium ecclesia incipiente ab Hierusalem. Expositum enim dominus hæc de se dicta esse in lege & Prophetis & Psalmis, & vtique ipsa expositio non potuit eẽ figurate, alioquin non esset expositio. Deinde cũ Hierusalem figurate posita & spiritaliter intellecta, vniuersam ecclesiã significet, qũo vniuersa ecclesia incipit ab vniuersa ecclesia,tanq̃ Hierusalẽ incipiat ab Hierusalẽ? Manifestũ est ergo proprie positũ de illa ciuitate, vnde & cœpit se probatur ecclesia, etiam arq; ét ipso manifestante, & nullam insidiarum latebram calliditati hæreticæ relinquente. Si enim sequitur & dicit, Et uos horum testes, & ego mittam promissionem meam super uos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. In qua vtique ciuitate sedere eos iusserat quoadusq; indueretur virtute ex alto,id est,spiritusancto,quem se missurũ esse ꝓmiserat, ab ea cœptura promissum,quod dominus noster ait,cui nõ credidit ecclesiã. Si autẽ non eam putant esse Hieru-

Hierusalẽ,audiant quod sequit, Perduxit aũt illos vsq; Bethaniam, & leuauit manus suas,& benedixit illos. Et factũ est cum benedixisset illos,discessit ab eis,Et ipsi reuersi sunt cum gaudio magno in Hierusalem, & fuerunt semper in tẽplo laudantes deũ. Ecce vbi oñditur illa ciuitas in qua eos sedere iussit,donec induerentur virtute ex alto. Et hic quidem quot diebus cum eis fuerit,postquã se viuũ post passionẽ suã ocu-
lis eorũ & manibus eorum demonstrauit, ꝑtermissum est, Non aũt tacetur in Actibus Apostolorũ,vbi rursus eadẽ manifesta
L tione verborum dñicorum futura per orbẽ terrarum prenũciatur ecclesia,Vbi nullus omnino dubitare permittatur, nisi qui de sanctarũ scripturarum fide dubitat, illã esse Hierusalem visibilem ciuitatem, vnde cœpit ecclesia post dñi nostri Iesu Christi resurrectionẽ & ascensionẽ. Nec aliud eum voluisse ostendere,nisi huius terræ loca vn-
de illi daret initium,& qũo eam per cuncta
Acto. 1. inde diffunderet. Sic.n.scriptum est in Actibus Apostolorum,Primum quidem sermonem feci de omnibus,ò Theophile,quæ cœpit Iesus facere & docere vsq; in diem quo Apostolos elegit per spiritum sanctum,mãdans eis prædicare Euangelium, quibus & manifestauit seipsum post passionem suam in multis signis,per dies quadraginta apparens eis,& disputans de regno dei. Et cum conuersaretur cum eis, præcepit eis ne discederent ab Hierosolymis,sed expectarẽt promissionem eius,quam audistis, inquit, ex ore meo. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua,uos autem baptizamini spiritu-
M sancto, quem & accepturi estis non post multos hos dies. At illi conuenientes interrogabant eum,dicentes, Dñe,si in tempore hoc restitues regnum Israel? Quibus respondens dixit, Non est vestrum scire tempora vel momenta,quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientem in vos. Et eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in tota Iudæa & Samaria, & vsq; in totam terram. Ecce & hic manifestum est vnde cœptura, & quousq; esset peruentura ecclesia. Quid ad hęc dicunt qui Christianos se superbissime dicunt,& Christo apertissime contradicunt? Nos hanc ecclesiam tenemus, contrà istas diuinas voces nullas humanas criminationes admittimus, Mouet enim nos pluri-
mum,quod dominus noster ait,cui nõ credere sacrilegum & impium est, nouissimis verbis suis quæ habuit in terra,hęc primitiuæ ecclesiæ documenta salubria & nouissima dereliquit. His.n.dictis mox ascendit in cœlum,præmunire voluit aures nostras aduersus eos quos procedentibus temporibus resurrecturos esse prædixerat, & dictu
ros,Ecce hic Christus,ecce illic. Quibus ne crederemus admonuit. Nec vlla nobis ex- Mat.24.
cusatio est si crediderimus contra vocem pastoris nostri, tam claram, tam apertam, tam manifestã,vt nemo vel obtusus & tar- A
dus corde posset dicere, nõ intellexi. Quis enim non intelligat, Sic oportebat Chrm pati,& resurgere tertia die, & prædicari in Luc.24.
nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorum in omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem? Quis non intelligat, Eritis mihi testes in Hierusalem,& in tota Iudæa Acto. 1.
& Samaria,& vsq; in totam terram? His dictis,eleuatus est, & nubes suscepit eum, & viderunt eum euntem in cœlum. Quid hoc est rogo? cum verba nouissima hominis morientis audiuntur ituri ad inferos, nemo eum dicit esse mentitum, & impius iudicatur hæres qui forte illa contempserit. Quomodo ergo effugiemus iram dei si vel non credentes vel contemnentes reputerimus verba nouissima,& vnici filij dei, & dñi nostri ac Saluatoris, & ituri in cœlum,& inde prospecturi, quis ea negligat, quis obseruet:& inde venturi,vt de omnibus iudicet? Habeo manifestissimam vocẽ pastoris mei commendantis mihi, & sine vllis ambagibus exprimentis Ecclesiã,mihi imputabo si ab eius grege, quod est ipsa Ecclesia,per verba hominum leduci atque aberrare voluero,cũ me præsertim admonuerit dicens,Quæ sunt oues meæ,vocem B
meã audiunt & sequuntur me. Ecce vox Ioan.10.
eius clara & aperta,ac audita. Qui eum nõ sequitur, qũo se ouem eius dicere audebit? Nemo mihi dicat. O quid dixit Donatus? aut quid dixit Parmenianus? aut Pontius, aut quilibet illorum? Quia nec catholicis Episcopis consentiendũ est,ficubi forte falluntur, vt contra canonicas dei scripturas aliqd sentiant. Sed si custodito vnitatis & charitatis vinculo in hoc incidunt, fiet in eis quod Apostolus ait, Et si quid aliter sapitis,hoc quoq; deus vobis reuelabit. Iam
vero istæ diuiniæ voces de vniuersa Eccle Philip.3
sia,ita manifestæ sunt,vt cõtra eas nisi hęretici animosa peruersitate & ceco furore la-

trare non posſint. Sed prædictã demonſtra uimus Eccleſiam in verbo dei ſponſo eius, ſiue per legẽ & Prophetas & Pſalmos, ſiue per os proprium ab Hieruſalem cœpturam, & peruenturam vſq; ad terminos orbis terræ. Quomodo autẽ cœperit ab Hieruſalem & in oẽs gentes inde diffuſa fructificet, in eodem verbo dei etiam per Apoſtolos demonſtratur, ſicut ſcriptum eſt in
C Actibus Apoſtolorum, quod iam commo-
Acto. 1. moraui dixiſſe dñm, Eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in tota Iudæa & Samaria, & vſq; in totam terram. Deinde ſequitur: Hæc cum dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Et cum intuerẽtur in cœlum euntem illũ, ecce duo viri aſtiterunt illis in veſte candida, qui & dixerunt. Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Iſte Ieſus qui aſſumptus eſt à uobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntẽ in cœlum, tunc reuerſi ſunt in Hieruſalẽ à monte qui uocatur Elæon, qui eſt iuxta Hieroſolymam ſabbati habens iter. Et cum introiſſent, aſcenderunt in ſuperiora, vbi erant inhabitantes, Petrus & Ioannes, Iacobus et Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi oẽs erant aſſeruientes vnanimes orationi cum mulieribus & Maria, quæ fuit mater Ieſu, & fratribus eius. In his autem diebus ſurgens Petrus in medio diſcipulorum, dixit. Erat autem turba hominum circiter centumuiginti. Deinde narratur Petro faciente ſermonem, quemadmodum Matthias in
D locum Iudæ traditoris domini ſurrogatus ſit. Et poſt eius ordinationem ſequitur ſcri-
Acto. 2. ptura dicens, Et cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes ſimul in eodem loco, & factus eſt repente de cœlo ſonus uelut decurrentis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes, & viſæ ſunt illis diſtributæ linguæ velut ignis: conſedit autem ſuper vnumquenque eorũ, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat pronunciare illis. Erant autem inhabitantes Hieruſalem viri religioſi Iudæi, ex omni gente quæ eſt ſub cœlo. Cumq; facta eſſet hæc vox, conuenit multitudo ac mente confuſa eſt, quia audiebat vnuſquiſq; eorum, ſua lingua loquẽtes eos. Stupebant autem & mirabãtur adinuicem dicentes, Nonne omnes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt? Et qũo eos audiuimus vnuſquiſque propriam linguam in qua nati ſumus? Parthi & Medi & Elamitę, & qui inhabitant Meſopotamiam Iudęi & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam & Pamphiliam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ ſunt ad Cyrenem, & qui aduenerant Romani, Iudæi quoq; & aduenæ Cretenſes & Arabes audiebant loquentes eos ſuis linguis magnalia dei. Stupebant autẽ & hæſitabant adinuicem dicentes, Quidnam vult hoc eſſe? Alij vero irridebant eos dicẽtes, quia muſto pleni ſunt iſti. Stãs vero Petrus cum vndecim diſcipulis, eleuauit vocem ſuam & locutus eſt dicens, Viri Iudæi & vniuerſi qui habitatis Hieruſalem, Hoc vobis notum ſit: & cætera quibus eos exhortabatur ad fidem. Quæ cum terminaſſet, ſequitur ſcriptura ita narrans, His igitur auditis, cõpuncti ſunt corde, dicentes ad Petrum & ad Apoſtolos, Quid faciemus viri fratres? Oſtendite nobis. Petrus autem dixit ad eos, Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorũ, & accipietis grãm ſpiritus ſancti: Vobis eſt n. promiſsio & filijs veſtris, & omnibus qui longe ſunt, quoſcunq; aduocauerit dñs deus noſter. Et alijs quidẽ verbis plurimis teſtificabatur eis dicens, Saluamini a generatione praua hac. Illi vero recepto verbo hoc crediderunt & baptizati ſunt, Et adiectæ ſunt in illa die animæ circiter tria milia. Ecce quẽadmodum cœpta eſt ab Hieroſolymis, inde itura eccleſia per oẽs linguas, quod ẽt præſignatũ eſt in eis, qui ibidẽ conſtituti accepto ſpiritu ſancto linguis omnibus ſunt locuti. Iam per alias gentes quemadmodum ierit, quod etiam ipſe Petrus prædixerat, vbi ait, Vobis eſt promiſſio & filijs veſtris, & omnibus qui longe ſunt quoſcunq; aduocauerit dñs deus noſter: deinceps videamus. Narrantur enim conſequenter ea quæ tunc geſta ſunt Hieroſolymis vſq; ad paſsionẽ Stephani diaconi, Vbi ẽt ſalus commemoratur conſentiens occiſioni eius. Qua completa, ita deinde narratur, Facta eſt aũt in illa die perſecutio magna in Eccleſia quæ erat Hieroſolymis, omnesq; diſperſi ſunt in regionibus Iudææ & Samariæ, exceptis Apoſtolis, qui remanſerunt Hieroſolymis. Videte quẽadmodũ deinceps impleatur, quod p ordinẽ dominus

Acto. 1. dñs dixerat, Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vſque in totam terram. Iam in Hieruſalem factũ erat, ſequebaẽ in Iudæa & Samaria, propter qđ illi diſperſi ſunt in regionibus Iudęæ & Samariæ. Hoc n. de illis mox dicitur, At illi, qui diſperſi erãt tranſeuntes per ciuitates & caſtella, euangelizabant verbum Dñi: Quia vero ierant & apoſtoli, audito quod recepiſſet Samaria verbum Dei, quãdo per impoſitionem manus eorum accepe runt Spũmſanctũm, ita dicitur de Petro, & Ioanne, Petrus autem, & Ioãnes teſtificati verbum Dñi, redibant Hieroſolymã, multisq; viris Samaritanorum euangelizabant tranſeũtes, Deinde narraẽ de illo eunucho qui rediens ab Hieroſolymis, a Philippo baptizatus eſt, & de ipſo Philippo dicitur, Angelus aũt Dñi rapuit Philippum ab eo, & amplius non vidit eum eunuchus, Ibat aũt via ſua gaudens: Philippus aũt inuentus eſt veniſſe in Azotum, vnde reuertens euangelizabant per oẽs ciuitates vſq; dum veniret in Cæſaream. Sic ergo inuenitur, & per Iudææ, & per Samariæ ciuitates pdicatum Euangelium, Reſtabat ergo vt præ-
Acto. 9. minus dixerat, vſq; in totam terrã. Vocat ergo Saulus de cœlo, fit ex perſecutore pdicator, & dicit de illo Dñs ad Ananiã, Vade, qm vas electionis eſt mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Iſrael magnificari. Ego. n. monſtrabo ei quanta patietur pp nomen meum. Iam itaq; tenemus Eccleſiam in Hieruſalem, & per totam Iudæam & Samariã. Vnde apertiſſime paulopoſt dicitur, Eccleſiæ quidẽ per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, inſtructæ, & confirmatæ in timore Dñi, & conſolatione ſpũs ſancti replebantur. Deinde paucis interpoſitis, venitur ad eum locum vbi Cornelius
Acto. 10 centurio credidit, & baptizatus eſt cũ ſuis, qui omnes gentiles erant incircunciſi, Qđ antequã fieret, Petrus vidit in aſſumptione mentis cum oraret, cœlum apertum, & quatuor initijs ligatus vas quoddam tanq; linteum limpidũ, in quo erat omne genus quadrupedum ac ferarum, & volucrũ cęli. Et facta eſt vox, Petre ſurge, occide & mãduca. Ait aũt Petrus, Dñe nunq; mãducaui omne commune, & immundum. Et vox rurſus ad eum, Quæ Deus mundauit, tu communia ne dixeris. Quòd autẽ per hoc viſum gentes creditura ſignificatæ ſint, nõ eſt opus vt conijciamus: Ipſe quippe Apoſtolus hoc exponit in illo vaſe ſibi demonſtratum. Cum. n. ingreſſus eſſet domũ vbi erat Cornelius, & multi cõueniſſent, dixit I
ad eos, Vos melius ſcitis qũo abominãdum ſit viro Iudæo iungi, aut accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtendit Deus nullum cõem, aut inquinatum dicere hominẽ: ita expoſuit illam vocem quã de animalibus illo linteo demonſtratis audierat, Quæ Deus mundauit, tu ne communia dixeris. Iam cui nõ appareat illo vaſe ſignificatum orbem terrarum, cum omnibus gentibus? Vnde etiã quatuor initijs erat alligatũ, pp notiſsimas quatuor partes, Orientem, Occidentem, Auſtrum, & Aquilonẽ, quas ſæpiſsime ſcriptura commendat. Iam vero Paulus miſſus ad gentes, quæ loca circumierit diſſeminans verbum Dei, & natas cõfirmans Eccleſias, longum eſt cõmemorare. Cui Iudæi cũ reſtitiſſent Antiochiæ, ipſe & Barnabas dixerunt ad eos, Vobis opor
Acto. 13. tebat primum loqui verbum Dei, ſed qm repuliſtis illud & indignos vos iudicaſtis vita æterna, ecce conuertimur ad gẽtes. Sic enim pcepit nobis Dñs, Poſuit te lumẽ gẽtibus, vt ſis in ſalutem vſq; ad extremũ terræ. Et ſequitur dicens, Audientes aũt gentes, perceperunt verbũ Dei, & crediderunt quotquot erant deſtinati ad vitã æternam. Ecce & hic commemoratum eſt teſtimonium ex Propheta Eſaia, quod & nos poK
ſuimus, vt ſit ſalus vſque ad extremum terræ. Vt ergo non commemorem gẽtes, quæ poſt Apoſtolorum tempora crediderunt, & acceſſerunt Eccleſiæ: illæ ipſæ ſolæ quas in ſanctis literis in Actibus & Epiſtolis Apoſtolorum & Apocalypſi Ioannis inueni mus, quas vtrique amplectimur, & quibus vtriq; ſubdimur, dicant iſti nobis quemadmodũ Aphricana ſeditione perierint, Has enim accepimus non ex concilijs contendẽtium Epiſcoporum, nõ ex diſputationibus nouitijs, non ex forenſibus, vel municipalibus geſtis, ſed ex literis ſanctis canonicis. Antiochena Eccleſia vbi primum appellati Acto. 11
ſunt diſcipuli Chriſtiani, quomodo potuit Aphrorum perire criminibus? Quis tam vehemens Aphricus tam longe potuit ablatam ſpargere peſtilentiam, vbi nec nomina eorum per quos ortum eſt, vel de quibus ortum eſt hoc malum, nota eſſe nõ potuerunt Athenis, Iconio, Liſtris? Quis

deleuit Ecclesias apostolico labore fundatas? in extremis epistolæ ad Roman. dicit
Ro. 15. idem Apostolus doctor gentium, Audacius autẽ scripsi uobis ex parte, tanquam commemorans uos, reducens propter gratiam quæ data est mihi a Deo ut minister
L sim Christi Iesu in gentibus, consecrans Euangelium dei, ut fiat oblatio gentium ac ceptabilis, sanctificata in spiritusancto. Habeo ergo gloriam in Christo Iesu ad deũ. Nõ.n. audeo quicquam eorum loqui quo rum non perfecerit Christus per me in obedientiam gentium uerbo & opere in potestate signorum & prodigiorum, in uirtute spiritussancti, ita ut ego ab Hierusalem & in circuitu usq; in Illyricum repleuerim Euangelium Christi. Quærite Donatistæ, si nescitis, quærite ab Hierusalẽ per terrena itinera in circuitu usq; in Illyricum quot mãsiones sint, si tot Ecclesias cõputemus. Dicite quẽadmodum per Aphricanas contentiones perire potuerũt, ad Corinthios, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicẽses, ad Colossenses. Vos solas Apostoli epistolas in lectione, nos autem epistolas in lectione ac fide & ipsas Ecclesias in cõione retinemus. Iam uero Galatia non una Ecclesia est, sed in ea regione innumerabiles. Corinthios aũt videte quẽadmodum salutauerit, Paulus Apostolus Iesu
2. Cor. 1 Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater Ecclesiæ dei, quæ est Corinthi cum sanctis oibus qui sunt in uniuersa Achaia. Quot putatis esse Ecclesias in uniuersa Achaia? Fortasse ubi Achaia sit, nescitis, &
M de tã incognita prouincia tanta cœcitate iudicatis, ut eam criminibus Aphrorum perisse dicatis. Nonne plena sunt florentissimis Ecclesijs oia loca, quę Petrus nominauit, Pontus, Galatia, Cappadocia, Asia, Bi-
1. Pet. 1. thynia? Quid Ioãnes, qui scripsit Smyrnę,
Apoc. 1. Pergami, Sardis, Tiathyrę, Philadelphię, Laodiciæ, quæ sunt Ecclesię? Iam.n. Ephesum commemoramus. Dicat mihi aliquis uestrum, ubi sint, quantũ abinuicem distẽt? Fortasse modo id quæritis uel legendo uel audiendo cognoscere.

Cap. 11 Cognoscite ergo etiam quam longe ab Aphrica remotę sint, & dicite nobis cur eas omnino uobis incognitas, & apostolicis literis manifestas tã sacrilega temeritate accusetis, & tanta demẽtia criminibus Aphrorum perijsse dicatis. Postremo quid de illis in sanctis canonicis libris scriptum sit scio, quid de illis uos dicatis, nescio. Certe sicut nos eas legimus Ecclesias Christi ex codici
b9 quos & uos ueneramini: sic & uos ex eo dicibus quos & nos ueneramur quẽadmodũ pierint legite nobis. An placet uobis, ut A contra Ecclesias quæ membra sunt unius Ecclesiæ toto orbe diffusæ, quas nobis spiritussanctus per scripturas suas commendauit & tradidit undelibet prolata quælibet hominum maledicta credamus? Hoc quidã uobis placet, sed nobis non placet. Quibus aũt iustius placeat, & uos uidetis, sed uicti animositate non uultis uinci ueritate. Ecce sunt scripturę dei. Ecce sunt in Ecclesia Ecclesiæ, & uniuersali totius orbis nomine & noiatim designatæ & expressæ. Quid maiores uestri collegis suis obiecerint, nescitis, quales ea causa iudices habuerit, nescitis rũt, quales ea causa iudices habuerint, nescitis runt. qũo ergo perierũt? Ecce sunt scripturæ quibus credo. Ecce sunt Ecclesiæ q̃bus communico. Vbi tibi lego noía earum, ibi mihi lege crimina earum. Si autem aliud declamas uel recitas, nos post uocem pastoris nostri per ora prophetarum, per os proprium, per ora Euangelistarũ nobis aptissime declaratam, voces uestras non admittimus, non credimus, non accipimus. Quæ sunt oues meæ, inquit, pastor cœlestis, uocem meam audiunt, & sequuntur me. Vos eius de Ecclesia non est obscura. Quisquis ab eius grege errare non vult: hunc audiat, hunc sequatur. Fidelissimus dispensator eius doctor gentiũ in fide & veritate, quia ipse in eo loquebatur: hæc dicit, Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gr̃am Christi in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes conuertere Euangelium Christi. Sed licet si nos aut Angelus de cœlo vobis euangelizauerit, præterquam quod euangelizauimus vobis anathema sit. Sicut prædiximus, & nũc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Euangelizata est nobis Ecclesia per totum orbem terrarum futura. Hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse pronunciatum ipse Dominus testificatus est, qui eam cœpturam ab Hierusalem, & per omnes gentes permansuram esse prædixit, testes sibi futuros in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria vsque in totam terram cum iam in cœlum ascenderet prẽnunciauit. Hæc verba, locũ secuta sunt. Qũo cœptum sit ab Hierusa-

lem, & deinde p̃cessum in Iudæã, & Samariam, & in totam terram, vbi adhuc crescit Ecclesia donec vsq; in finẽ etiam reliquas gentes, vbi adhuc nõ est obtineat, scripturis sanctis testibus cõsequenter ostenditur, quis-
Refellit quis aliud euangelizauerit anathema sit.
tur argu Aliud aũt euangelizat qui perijsse dicit de cætero mundo Ecclesiam in parte Dona
menta ti in sola Aphrica remansisse dicit. Ergo
Donati anathema sit. Aut legat mihi hoc in scriptu
starum. ris sanctis, & non sit anathema. Lego, in-
C.p. 12 quit, Nam Enoch inter omnes homines
Gen. 5. placuit deo, & translatus est. Postea toto mundo aquarum inundatione deleto, solus Noe cum coniuge & filijs & nuribus suis in arca meruit liberari. Adiungũt
Gen. 7. etiam de Loth, q̃ solus cũ filiabus de Sodo
Gen. 9. mis liberatus sit. De ipso quoq; Abraham & Isaac & Iacob, q̃ pauci fuerint deo placẽtes, cæteri idolis dediti & dæmonibus. Postremo iam multiplicato populo Israel, iam temporibus regum in terra promissionis, quæ futura omnibus duodecim tribus diuisas, attributa cõmemorat, decem tribus diuisas,
3. Re. 11 & tradito seruo Salomonis, Duas autem re-
& 12. manssisse filio Salomonis ad regnum, quod erat Hierusalem. Sic & nunc, inquiunt, totus mundus apostatauit, nos autem tanquã duæ illæ tribus in templo dei, hoc est in Ecclesia permansimus. Dũm etiã Iesum Christum cum plurimi sequerentur, septuaginta duobus apostatantibus, soli cum illo duo
D decim remanserunt. His atque huiusmodi exemplis hæretici suam paucitatẽ cõmenda re conantur, & in sanctis Ecclesiæ multitudinem toto orbe diffusam, blasphemare nõ cessant. Sed quæro ab eis, quod absit: si nolem credere vera esse ista quæ ab eis cõmemorantur exempla, vnde me conuincerẽt? Nonne de scripturis sanctis vbi leguntur tanta manifestatione, vt quisquis illas literas in fidem recepit, non posit nisi & ista verissima confiteri? Porrò si hæc exempla ideo cogerer credere vera esse, quia ibi scripta sunt vbi non possum dicere falsa esse, quæ scripta sunt, cur non & ipsi de Ecclesia toto orbe diffusa eisdem scripturis credunt? Ecce nos omnia illa credimus, credant & ipsi quod ait dominus, prædicari in
Luc. 24. nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Credant quòd ascensurus in cœlum nouissime dixit, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque in totam terram. Et illa & ista vera esse credantur, & nulla inter nos Act. 1
cõtentio remanebit, quia nec illis veris ista, nec istis veris illa impertiuntur. Et ista, inquiunt, credimus & completa esse confitemur, sed postea orbis terrarum apostatauit, & sola remansit Donati communio. Hoc E
nobis legat, sicut legunt de Enoch, de Noe & de Abraham, Isaac & Iacob, & de illis duabus tribus, quæ decem separatis reliquæ factæ sunt, & de duodecim Apostolis qui cæteris apostatantibus remanserunt, & hoc similiter legant, & nihil resistimus. Si autem non ea de scripturis sanctis legunt, sed suis contentionibus persuadere conant, credo illa quæ in scripturis sanctis legũtur, non credo ista quæ ab hæreticis vanis dicuntur. Sed quia se duabus illis tribubus, quæ cum Salomonis filio remanserunt cõparandos putant, legant, & eos hoc legisse pœnitebit. Sic enim commemorantur in scripturis ipsi duo populi, Pars quæ erat ad Hierusalem, Iuda nominatur: illa vero alia quæ cum seruo Salomonis in ampliore numero segregata est, Israel vocatur. Legant quæ dicant Prophetæ de vtrisque, quemadmodum peiorem dicat Iudam q̃ Israel, ita vt iustificatam dicãt auersatricem Israel
Eze. 16. peccatis præuaricatricis Iuda, id est, tam grauia esse peccata huius, vt in eius comparatione illa iusta dicenda sit. Nec huius tamen nec illius peccata obfuerunt aliquid iustis, qui & hic & illic fuisse inueniuntur. Nam & in illa parte, quã pro exemplo perditionis ponunt. 1. in Israel, fuerunt sancti Prophetæ. Ibi erat ille memorabilis Helias, vt de alijs taceam, cui etiam dictum est, F
Reliqui mihi septem milia virorum qui nõ
3. Re. 11 curuauerunt genua ante Baal. Ideo nequaquã pars illa populi, tanquam hæresis fuisset, deputanda est. Deus.n. eãdem tribus iusserat separari, non vt religio, sed vt regnum diuideretur, & hoc modo vindicaretur in regnum Iuda, Deus autem nunquã iubet schisma vel hæresim fieri. Neque enim quia & in orbem terrarum plerunque regna diuiduntur, ideo & Christiana vnitas diuiditur, cum in vtraque parte catholica inueniatur ecclesia. Hoc ideo de Iuda & Israel commemorandum arbitratus sum, maxime vt admoneantur isti, non obesse iustis in medio impiorum constitutis, quicquid in ipsos populos propter impiorum multitudinem dicitur, vt de-

finant colligere testimonia quæcunque, siue per Prophetas, siue per os domini, siue per Euangelistas in zizaniam vel paleam orbis terrarum dicta inueniuntur. Plerunque enim sermo diuinus impias turbas ec
G cleſiæ, quæ nec in eccleſia deputantur, tamẽ pp sacra quæ cum sanctis communiter habẽt, quia in eis est quædam forma pietatis, cuius virtutem negant, sicut ait Apostolus,
2.Ti. 3. Habentes formam pietatis, virtutẽ ât eius abnegantes: sic redarguit tanquam oẽs tales sint, & nullus bonus omnino remanserit, Inde quippe admonemur in suo quodã numero eos dici oẽs, id est, oẽs filios gehennæ, quo eos deus pertinere præsciuit. Isti ergo vel imperite, vel fallaciter agentes, colligunt de scripturis talia, quæ vel in malos bonis vsq; in finem permixtos, vel de vastatione prioris populi Iudæorum dicta reperiuntur, & volunt ea detorquere in eccleſiam dei, vt tanquam defeciſſe ac periſſe de toto orbe videatur. Definant ergo talia proferre si respondere huic epistolæ volũt. Neque.n.nos ita dicimus per totum orbẽ diffundi eccleſiam, vt in sacris eius solos bonos esse dicamus, ac non etiam malos & eos etiam multo plures, vt eorum in comparatione pauci sint, cum per seipsos ingentem numerum faciant.

Reijcit alia Donatistarũ argumenta.

Habemus innumerabilia testimonia, & de cõmixtione malorum dum bonis in eadem cõmunione sacri, sicut Iudas ab initio malus inter bonos vndecim conuersatus
Cap. 13 H est, & de bonorum paucitate, pp malorum plurimã comparationẽ, & rursus de bonorũ multitudine per seipsam considerata. Ex quibus ne longum faciam, pauca cõmemo-
Canti. 2 rabo. Est in Canticis Canticorum, quod de sancta eccleſia dictũ omnis Christianus agnoscit, Sicut lilium in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum. Vnde appellat spinas, nisi propter malignitatem morum? Et eaſdem vnde filias, nisi pp cõmunionem sacramentorum? Videt etiam Ezechiel signatos quosdam, ne cum malis
Exec. 9. interirent, de quibus ei dr, Qui gemunt & mœrent peccata & iniquitates populi mei, quæ fiunt in medio eorũ. Populum suum non diceret, quem solis illis illæsis perire mox iubet, nisi eum populũ qui eius sacra gestabat. Dicit & dominus de superſemina
Mat. 13. tis zizanijs, Sinite vtraq; creſcere vsq; ad messem: id est, triticum & zizania. Et ipse interpretatur messem, finem esse seculi, Agrum vero vbi vtrunq; seminatum est, mundum esse. Oportet itaq; vsq; in finem seculi creſcere vtrunq; per mundũ. Vnde iam non permittuntur isti suspicari, aut diſerere q̃ dicunt oẽs bonos defeciſſe de mundo, vt in sola parte Donati remanerẽt. Colnantur enim contra apertiſsimã sententiã dñi dicentis, Ager est hic mundus: Et, Sinite vtraq; creſcere vsq; ad messem: & messis est finis seculi. Est alia similitudo apertiſsima de commixtione malorum & bonorum intra eandem sacramentorum communionem & connexionem, quam dñs ipse & ponit & exponit. Simile est, inquit, regnum cœlorum sagenæ missæ in mari, quæ congregat omnia genera piscium. Cum autem esset impleta, eduxerunt eam ad litus, & sedentes elegerunt optimos in vasa sua, malos autem foras miserunt: Sic erit in consummatione seculi, Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Nulla ergo malorum commixtio terret bonos, vt propterea velint tanquam retia rumpere, & congregatione vnitatis exire, ne homines non pertinentes ad regnum cœlorum in sacramentorũ consortio pariantur. Quandoquidem cum ad litus, id est, ad finem seculi ventum fuerit fiet debita separatio, nõ humana temeritate, sed diuino iudicio. De paucitate autem bonorum ipse dominus apertiſsime dicit, Intrate per angustam portam, Quñ lata & spaciosa via quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui pergunt per illã. Quàm angusta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per illam. Istos paucos Donatiſtæ se putant esse, & ideo dicunt periſse orbem terrarum, se autem in hac paucitate quam laudauit dñs, remanſiſſe: Qui quando comparantur cum eis, longe pauciores Regatistas aut Maximinianiſtas obijcimus, qui se ab eis separauerunt, si existimant sibi de paucitate esse gloriandum. Verumtamen hanc paucitatem in comparatione multitudinis malorum, esse à domino commendatam: multitudinem autem bonorum cum per se ipſam consideratur non tacuiſſe scripturas, legant & videant q̃ plura testimonia reperiantur. Vnde enim ipſum semen Abrahæ, Cui sicut ſtellæ cœli & sicut arena maris promittitur, nisi propter innumeram multitudinem? Cum dicat Apostolus ideo dictum esse,

Rom. 9. esse, In Isaac vocabitur tibi semẽ quia non filij carnis, sed filij promiſsionis deputantur in semine. Vnde multi filij deſertæ magis q̃ eius q̃ habet virũ? Vñ multi ab Oriẽ
Mat. 8. te & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorũ, filij aũt regni ibunt in tenebras exteriores: hoc est, impij Iudæi? Vnde dicit Apo-
Ad Tit. 3. ſtolus, Vt mũdaret, inquit, nos sibi populũ abundantem, æmulatorem bonorum operũ? Vñ Apocalypſi milia milium dicit esse
Apo. 5. sanctorum eccleſiæ filiorũ? Ecce ipſi dicuntur multi, qui dicuntur & pauci. Quare, ni si multi per seipsos cõſiderati: pauci aũt, in
Mat. 10 comparatione iniquorũ? De nobis, inquiũt dictum est, Erunt primi, qui erant nouiſsimi. Ad Aphricã.n. poſtmodum Euangeliũ venit, & ideo nuſquam literarum Apoſtolicarum ſcriptum est, Aphricam credidiſſe. De Orientalibus autẽ & cæteris gentibus, quæ in sanctis libris commemorantur fidẽ recepiſſe Christianam, dictum est, Erũt noui ſsimi qui erant primi, quia receſſuri erãt a fide. Nonne iſta est hæreticorum cauendã calliditas, volentium conuertere verbũ dei a ueritate, propter quam dicta sunt ad peruerſitatem in qua ipſi sunt? Cur non.n. hoc non potius de Iudæis intelligimus, qui nouiſsimi facti sunt cum fuiſſent primi, & de Chriſtianis ex gentibus, qui primi facti sunt cum fuiſſent nouiſsimi? Quem intellectum si aliquo certiore documento procanti auditori, quòd inuenerim exitum in his verbis, vnde iſtos appareat nihil pro se actuiſſe tanquam certum, vt dubitari non posit, quia etsi non essent Iudæi & Gentes de quibus hoc dictum intelligerem, non nullæ etiam Barbaræ nationes post Aphricam crediderunt. Vnde certum sit Aphricam in ordine credendi non esse nouiſsimam. Huc accedit quòd ipse dominus de
Luc. 13 quibus hoc dixiſſet exposuit, & ora calum niatorum oppilauit. Loquẽs enim Iudæis qui ei dicturi sunt, In plateis noſtris docuiſti: Cum videritis, inquit, Abraham, Isaac, et Iacob et omnes Prophetas in regno dei, vos autem expelli foras: & venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro, et accumbent in regno dei: & ecce sunt nouiſsimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouiſsimi. Hic certe quid contradicatur non inuenitur. Item dicunt de apoſtaſia orbis terrarum dictum esse quod ait dominus, Filius hominis veniens puta s inueniet fidem in terra? Quod nos intelli- Luc. 18
gimus dictum vel propter ipſam fidei profectionẽ, quæ ita difficilis est in omnibus, vt in ipſis quoque admirabilibus sanctis, sicut in ipso Moyſe inueniatur aliquid vbi A
trepidauerint vel trepidare potuerint, vel propter illam iniquorum abundantiam & paucitatem bonorũ, de qua satis diximus. propterea enim tanquam dubitans hoc dominus dixit. Neq; enim ait, veniens filius hominis non inueniet fidem in terra: sed, putas, inueniet fidem in terra? Cui vtique cuncta scienti & præscienti de aliqua re dubitare non conuenit, sed illius dubitatio noſtram dubitationẽ figurauit, quia propter multa scandala circa finem seculi pullulantia, hoc quoque erat quandoque infirmitas humana dictura. Vnde in Psalmis dicitur, Ps. 118.
Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis. Quare dormitauit p tædio, niſi propter illud quod dominus ait, Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet Mat. 24
charitas multorũ? Et quare, cõfirma me in verbis tuis, niſi pp id quod sequitur. Qui autem perſeuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit? Sunt ergo per totum mundum, in quibus quoniam abundat iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Et sunt rursus p totum mundum qui perſeuerando vsq; in finem salui erunt, quia, Sinite, inquit, vtraque creſcere vsque ad messem: & messis est finis seculi, ager autem mundus. Cuius hu- Mat. 13
manę infirmitatis est etiam vox illa, Saluũ B
me fac domine, qñ defecit sanctus, quoniã Psal. 11.
diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Et inter hos tamen est vnum cor & vna in deum anima fideliũ clamans, Saluum me fac domine. Quia enim sic vnus est iſte homo qui dicit, saluum me fac domine: vt ex multis cõſtet: paulopoſt in eodem Psalmo dicitur, Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus, Et rursus poſt paululũ plurali numero dicit, Tu vero seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum. Qua generatione, niſi de qua superius dictum est, Defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates a filijs hominum? Sed vtrunque hoc genus per totum mũdum vsque in finem, quia sinite, inquit, vtraque creſcere vsque ad messem: & ager est mundus, messis finis seculi. Ipse enim vnus homo quod est corpus Christi ex multis constans, tanquã

Enoch

Enoch deo placens transferetur,et tanquã
Ge. 5.19 Loth de Sodomis, & tanquam Noe de di-
&.7. luuio liberabitur. In ipso est miseria inopum & gemitus pauperum,quia eius anima dormitat a tædio, cum se petit confirmari in uerbis dei.In eo autem Psalmo dicit vnde sit ipsum tædium. Tædium,inqt, detinuit me a peccatoribus relinquẽtibus
Psa.118 legem tuam.Ipse item clamat,cum eodem
C tædio cor eius angitur,sed videant vnde clamat, A finibus terræ,inquit,ad te clamaui,dum angeretur cor meum. Ipse persecutionem vere pro iustitia patitur,non solum si tormẽtis corporalibus patiatur, hoc enim non semper, sed quod semper quandiu transeat iniquitas,patitur cruciatus videlicet cordis cum eum tædium detinet a peccatoribus relinquentibus legem dei. Neque enim nullam persecutionem Loth in Sodomis patiebatur,vbi tamen ei habitãti nullus per corporales pœnas molestus fuit, sed aspectu & auditu iustus inhabitãs animam iustam iniquis aliorum factionibus cruciabat. De hoc dicit Apostolus, Sed & oẽs qui volunt pie viuere in Chri-
2.Ti. 3. sto,persecutionem patientur. De illis autẽ qui relinquunt legẽ dei,de quibus dicit idẽ
Psa.118. ipsum corpus Christi,Vidi insensato⁹,& tabescebam.Mali,inquit, & facinorosi proficient in peius, ipsi errantes & alios in erro
Mat.13. rem mittentes.Sed vtrunque hoc genus p totum mundum vsque in finem, quia sinD te,inquit, vtraq; crescere vsq; ad messem: ager autem est mundus,messis finis seculi. Verumtamen istos miror nõ attendere qđ dicant, cum velut pro se commemorãt qđ ait dominus. Filius hominis veniens pu-
Luc.18. tas inueniet fidem in terra, quasi Aphrica non sit terra.Si enim hoc ita dixit, tanquã omnino in nullis inuenturus sit fidem aut de quadam terra dixit, & incertum est de qua dixerit,& non inueniũt qũo de Aphrica nõ dixerit, sane videãt ne forte cõsequẽ tibus verbis tales tetigerit,q̃les ĩsti sunt. Cũ.n.dixissẽt filiꝰ hominis putas inueniet fidem in terra, credo quia poterat quibusdam superbis hæreticis qui in aliqua parte terrarum se ab orbis vnitate superauerant, ascendere in cor vana & inflata cogitatio, quòd ipsi essent iusti, deficientibus & pereuntibus a fide cæteris gentibus, per quas ecclesiæ communio dilataretur, continuo sequitur Euangelista, Dixit autem, inquit, ad quosdam qui sibi iusti videbantur, & spernebant cęteros similitudinem istam. Et sequitur de illis duobus in templo orantibus, Pharisæo, & publicano, in quibus duobus figuratur superba gloriatio bonorum operum, & humilis confessio peccatorum. Desinant ergo isti, si respondere huic epistolæ parant, ea testimonia commemorare, quæ nos cum ipsis commemoramus, vel in perditionem eorum, vel in zizania, siue paleam, siue malos pisces totius mundi. Et sicut nos manifestissimis testimonijs asseruimus ecclesiam toto orbe diffusam, sic & ipsi manifestum aliquid proferant, vnde ostendant esse prædictum cæteris gentibus a fide Christi pereuntibus, solam Aphricam remansuram, & quocunque Episcopi ex Aphrica mitterentur.

Scriptum est, inquiunt, in Canticis Canticorum, sponsa, id est, ecclesia dicente ad sponsum, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Hoc est vnicum testimonium quod pro se isti resonare arbitrantur, eo q̃ Aphrica in meridiana orbis parte sit constituta. Vnde primum quæro, quomodo Christum interrogat ecclesia vt annuncier ei vbi sit ecclesia, neq; enim duæ, sed vna est. Aut isti ostendant, quoniam non negant hæc verba ecclesiam Christo dicere, quæ sit ecclesia quæ interrogat, & quæ sit ecclesia de qua interrogat. Quærit enim quo veniat ad sponsum suum, & dicit ei, Annuncia mihi quem diligit anima mea, vbi pascis,ubi cubas in meridie. Iã ista ecclesia est quæ loquitur & quærit,vbi sit ecclesia in meridie. Neque enim interrogat vbi pascis,vbi cubas, & ei respondetur in meridie,tanquam sponsus respõdeat,in meridie pasco,in meridie cubo, sed omnia ista verba ad interrogationem pertinent,vbi pascis vbi cubas in meridie? Adhuc enim ipsa dicit,Ne forte fiam sicut operta super greges sodaliũ tuorum?Iam vero ille rñdet. Nisi cognoueris temetipsam ò decora inter mulieres:& cætera.Non ergo his uerbis ostenditur in sola parte meridiana esse Ecclesiã, sed alijs mundi partibus cõstitutam. Interrogat fortasse quid ad eius cõionem pertineat in meridie,id est,vbi sponsus eius pascat & cubet in meridie, quia suos pascit & in suis cubat. Veniunt enim quædam membra eius, id est, boni fideles ex partibus transmarinis in Aphricam, & eum audierint hinc esse partem Donati, timentes ne incidãt in manus alicuius rebaptizatoris,invocant Christum orantes & dicentes, Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea,vbi pascis,vbi cubas in meridie? Id est, q̃ sint meridies vbi tu pascis & cubas, id est, qui habent charitatem & non diuidunt vnitatem. Et vide quid adiungat,Ne forte fiam velut operta super greges sodalium tuorum.i.velut latens & incognita & nõ reuelata. Hoc est.n.operta fiam,non super gregem tuum, sed super greges sodalium tuorũ, qui cum primo tecum essent extra colligere voluerunt,nõ tuum gregem,sed suos greges, nec audierunt te dicentem, Qui mecum non colligit,spargit:nec quod Petro dixisti,Pasce oues meas,non tuas. Non est aũt ista operta,quia non est sub modio,sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.Et de illa dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Sed Donatistis velut operta est,quia audiunt tã lucida & manifesta testimonia quæ illam toto orbe esse demonstrant, & malunt clausis oculis offendere in montem,q̃ in eum ascẽdere,qui cum esset lapis præcisus de mõte sine manibus,creuit & factus est mõs ingens, & impleuit vniuersam terrram. Põt & alio modo intelligi,vbi pascis, vbi cubas in meridie? Ipsius enim vox est in Psalmis ex persona Moysi famuli dei. Dexterã tuã notam fac mihi,& eruditos corde in sapientia. In illis n.meridies dicitur,pp ingentẽ sapientiæ lucem,& ingentem charitatis ardorem. Vnde quendam cum exhortaretur spiritus dei ad bona opera per Prophetam, Hoc illi etiam promittit, Et tenebræ tuæ sicut meridies erunt.Sed si aliquis mundi locus intelligendus esset, quod dictum est in meridie,tñ ipsa verba sicut dixi,quæ omnia vnam faciunt interrogationem, nullo modo permitterent quenquã ad suum sensum istam detorquere sententiam. Et si tanquã quærenti vbi pasceret,& vbi cubaret,de terreno loco responderetur,in meridie:non cõtinuo Aphricã accipere deberemus. Aphrica enim in parte quidem meridiana mundi est,sed ad Aphricum,non ad Austrum,vbi vere meridies est. Ibi enim sol facit mediũ diem sub qua cœli plaga potius Aegyptus inuenitur. Si ergo sponsus ab sponsa tanquam de loco familiarius dilecto & cubili quodam suo secreto interrogatus, responderet esse in meridie,multo probabilius Ecclesia catholica in his membris suis hoc agnosceret, quæ sunt in Aegypto in milibus seruorum dei,qui per eremum,sancta societate viuunt,perfectionem præcepti euangelici studentes tenere quod dictum est, Vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cœlis & veni sequere me. Quanto enim melius ibi secretius pascere & accubare, id est,requiescere filius dei dici potest, quàm in turbis inquietis furiosorum Circumcellionum, quod malum Aphricæ proprium est? Nam de Aegypto ita Esaias prophetat, Illo die erit altare domini in regione Aegyptiorum, & titulus ad fines eorum domino, & erit in signum in æternum domino in regione Aegyptiorum. Quoniam clamabunt ad dominum aduersus eos qui eis pressuram faciebant, & mittet eis dominus hominem qui saluos eos faciet,iudicans seruabit eos. Et cognitus erit dominus Aegyptijs, & timebunt Aegyptij dominum illo die,& facient sacrificia, & vota promittent domino,& reddent: Et feriet dominus Aegyptios plaga, & sanabit eos sua misericordia, & conuertentur ad dominum & exaudiet eos. Quid ad hæc dicit? Quare non communicant Ecclesiæ quæ prædicta est, Aegyptiorum: Aut si præfiguratione prophetica Aegyptus mundum significat,quare non communicant Ecclesiæ orbis terrarum? Proinde perscrutentur scripturas, & contra tam multa testimonia,quibus ostenditur Ecclesia Christi toto orbe terrarum diffundi,vel vnum proferant tam certum: & tam manifestum quàm illa sunt, quo demonstrent Ecclesiam Christi periisse de cæteris gentibus, & in sola Aphrica remansisse, tanquam ab alio initio, non ab Hierusalem, sed à Carthagine vbi primo Episcopum contra Episcopum leuauerunt. Si autem voluerimus intelligere Donatum principem Tyri, quia Tyrus Carthago cognominata est, quæ in eum per Ezechielem prophetantur, vbi eum maxime designat, quòd ei dicitur, Ostendam tibi, quia homo es & non deus. Isti enim de huius magis quàm de dei nomine gloriantur, Et cum solus deus sine peccato sit, & sacerdos ille qui interpellat pro nobis, quia & de ipso dictum est, Qui est super omnia deus benedictus in secula: isti Donati imitatores ita sine peccato se volunt videri, vt etiam iustificatores hominum se asse-

Mat.19. I

Esai.19.

K

Ezc.28

Rom.9.

rant,

Psa.140. rant, & suum oleum quod non sit oleum peccatoris: merito dicitur principi Tyri, Dixisti, deus sum, es autem homo & non deus. Cui etiam dicitur, Nunquid tu melior quàm Daniel? Confitetur e-
Can. 9. nim Daniel peccata sua & peccata populi sui: Isti autem pertinentes ad principē Tyri, ideo se dicunt orantes audiri pro peccatis populi, quia ipsi sine peccato sunt. Meri-
L to dicitur principi Tyri, Nunquid tu melior es q̄ Daniel? Ecce nos possumus inuenire aliquid proprium, & hoc malum maximum à capite Aphricæ, id est, Carthagine exortum. Norunt.n. homines quàm congruēter Tyrus pro Carthagine accipitur, & tamen non agimus talibus. Fortasis.n. aliquid aliud significet Tyrus, quanto magis meridies cum & ipsa verba ad alium cogant intellectum? Sed q̄is non permittantur saltem quærere aliquid quod probent esse prædictum, deficientibus à fide Christiana cæteris gentibus, in sola Aphrica Ecclesiam remansuram, attendant illud quod
Mat.13. sæpe cōmemoraui, Sinite vtraq; crescere vsque ad messem, & agrum esse mundum, messem finem seculi, non nobis, sed ipso dño interpretante parabolam suam. Est aliud euidentissimum, quod eis omnino auferat laborem quærendi, vnde probent Ecclesiā mūdo perdito ad solos Aphros redactam. Pōt enim aliquid esse & non inueniri, non esse autem & inueniri non potest. Desinant ergo quærere quod inuenire non poterunt, non quia occultum est, sed quia nō est. Sunt enim adhuc nonnullæ gentes, in quibus nōdum est Euangelium prædicatum, necesse
M est autem impleri omnia quæ de Christo & Ecclesia prædicta sunt, Oportet ergo & in eis prædicari, Quod cum impletum fuerit, tunc erit finis.

Luc.15. Cap.24 Quomodo ergo ibi dicunt iam esse completum quod dñs ait, prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, sed postea cæteris deficientibus, solam Christo Aphricam remansisse, cum ad huc illud implendum sit, nondum impletum? Cum aūt impletum fuerit, veniet finis. Sic.n. dñs ait, Et prædicabitur hoc Euāgelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quomodo ergo cum adimpleta esset fides omnium gentium, tunc perditio gentium, excepta Aphrica consecuta est? Quādoquidem ipsa fides omnium gentium non dum impleta est. Nisi forte hoc restat horum Mā-
num insaniæ, vt dicant nō ex illis ecclesijs, quæ fundatæ sunt per Apostolorum labores, adimpleri prædicationem Euangelij in omnibus gentibus, sed illis pereuntibus & earum reparationem ex Aphrica per partem Donati & residuarum gentium acquisitionem. Puto q̄ ipsi etiam rideant cum hoc audiunt, & tamen nisi hoc dicant quod erubescunt si dicant, non habent omnino quod dicant. Sed quid ad nos? Nemini iam demus, legant nobis hoc de scripturis sanctis & credimus, Hoc, inquam, nobis ex cæ-
tis & ctedimus, Hoc, inquam, nobis ex cæteris gentibus, quæ nondum audierunt, prę dicandum Euangelium. Hoc nobis legant, Quid morantur? Quid tergiuersantur? Quid impediunt salutem gentium? Legāt hoc, & cum ipsa lectione nouos Apostolos mittant ad tot gentes rebaptizandas, & ad residuas baptizandas. Sed plane videant, Colos.
cum ad Colossenses venerint, quomodo ibi vel legant vel audiant ad eos epistolam dā-
tā, vbi eis dicit Apostolus, Gratias agimus deo patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis deprecantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu & dilectionē quā habetis in omnes sanctos propter spem quę reposita est vobis in cœlis, quam ante audi-
B stis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit in vos, sicut in omni mundo est fructiferans & crescens, sicut & in vobis ex qua die audistis & cognouistis gratiam dei in veritate. Hæc enim verba conueniunt cum Euangelio vbi dictum est, Simile est Mat.13.
regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Postea exponitur, ager esse hic mundus. Sicut enim hic ex quo seminatum crescere prædictum est vsque ad messem, ita & Apostolus dicit, In omni mundo fructificans & crescens, sicut & in vobis ex qua die audistis, Crescit autem vsq; ad finē, quia vsq; ad messem. Messis enim est finis seculi. Dicent ergo non solum Colossenses, ad quos data est, sed etiā cæteri omnes apud quos legitur hæc epistola, vbi per Apostolicas literas constat bonum semen esse seminatum, etiam tunc crescere & fructificare cœpisse. Quid nobis affertis noui? Nunquid iterum seminandum est bonum semen, qū ex quo seminatū est, crescit vsq; ad messem? Si dicitis perisse in illis locis quod erat per Apostolos seminatum, & ideo esse rursus ex Aphrica seminā-
C dum, Rñdetur, Legite nobis hoc ex diuinis
Mat.13. oraculis, quod profecto legere nō potestis, nisi prius ostenderitis falsum esse quod scriptum est, semē illic ante seminatum, crescere vsq; ad messem. Et quia nullo pacto sibi diuina eloquia contradicunt, nullo modo in eis inuenietis, quod contra hoc tam manifestum recitare possitis. Restat ergo vt nō ex diuinis libris, sed ex vobis ista dicatis. Pro-
inde dignissime respondebitur, anathema si
Gal.1. tis. Tenent enim ecclesiæ Apostolico labore fundatæ cum quanta cura sibi prædictū sit. Si quis vobis euāgelizauerit prętereā quod accepistis, anathema sit.
Cap.16 Qm igitur in scripturis sanctis ecclesia manifestè cognoscitur, incipiens ab Hierusalem, & per alias gentes crescēs donec omnes occupet vsq; ad finem seculi, non autē sola frumenta, sed & purgamenta eius commemorantur, prius correcti communicate frumentis, & tunc videbitis quid in eis zizania vel paleam dicere debeatis, alioquin & malos bonorū laudibus exornare, & bonos malorum criminibus accusare detestā-
do errore cogimini, Nempe in manibus documenta gestamus, quibus probemus maiores vestros quorum schisma sectamini & in municipalibus gestis sanctos libros ignibus tradidisse, & ecclesias non pollusse, eosdem
D que inter iudices fuisse illos, qui apud Carthaginem contra Cæcilianum & collegas eius absentes sententias contulerunt. Nempe ijdem leguntur gestis & municipalibus & ecclesiasticis traditores, qui postea profecti sunt à vobis tanq̄ traditorum absentium damnatores. Nempe Nundinarius illius tē-
poris diaconus vester, apud Zenophilum consularem omnes Lucillæ nundinas patefecit, quæ damnationem Cæciliani emit ab Episcopis, qui ei factus fuerat inimicus, verum prædicans. Nempe ipsi postea literas ad Imperatorem Constantinum dederūt, datisq; ab eo, sicut petiuerant, disceptatoribus Episcopis non consenserunt, eosdemq; postmodum apud illum tanquam iniquos iudices accusauerunt, & ab alijs sibi ad Arelatum datis, ad ipsum Imperatorem appellauerunt, eodemq; inter partes audiente, calumniatores inuenti atq; damnati, in eadē furoris ptinacia pmāserūt. Nempe vosipsi qui p̄pea dicitis Christianam sanctitatem de tot gentibus in quibus Apostoli eā fundatissimam reliquerunt, penitus esse deletam, quia communicauerunt eis, quos vestri maiores septuaginta Eporum concilio Carthaginensi damnauerant. Nonne illis E quos trecenti decem Vagaiensi concilio cū Maximiniano damnastis modo communicatis? Nonne Prætexatus Assuritanus in ipso concilio damnatus legitur, & gestis p-consularibus à vobis accusatus & oppugnatus, & tamen in quo damnatus erat honore susceptus, & in vestra communione defunctus est? Nonne Felicianus Musticanus eodem modo in eadem causa, eodem concilio damnatus ab Episcopis accusatus apud iudices, postea receptus à vobis, nunc vobiscū Episcopus viuit? Nonne alij qui ab istis dānatis baptizati sunt, in eodem baptismo vobis modo communicant? Sed videlicet tot ecclesiæ trāsmarinæ Apostolico labore fundatæ, si communicauerint sacra cū eis, quos nec apud se accusatos ipsi damnauerunt, alijs postea purgatos & absolutos audierūt, amittūt salutem religionēq; Christianam, pars autem Donati & damnat quos voluerit, & in ipsa damnatione sacrilegia schismatis eorum sic exaggerat, vt illis quos viuos terra sorbuit comparare non dubitet, & eis
rursus cum voluerit in eodem honore su- Nu.16.
sceptis communicat, & sancta atq; integra perseuerat. O regula iuris Numidici, ò prius legia Vagaitana, & baptismus Christi exsufflatur in eis qui eum in ecclesijs Apostolicis acceperunt, in eis autem quos damna- F
ti sacrilegi, sicut in Vagaitano concilio scriptum est, Prætexatus & Felicianus baptizauerunt, parcitur baptismo Christi, non q̄a baptismus Christi est, sed quia per eos datus est qui à suis damnatoribus Episcopis recedere & ad suos damnatores Episcopi redire meruerunt. Nempe hæc omnia quę iam diu commemoro, regalibus literis & ecclesiasticis & municipalibus & procōsularibus gestis facta recitamus, tamen ò Donatistæ, si vos teneretis ecclesiam toto orbe diffusam, quæ manifestissimis canonicarū scripturarum testimonijs designata & expressa est, nihil aduersum vos omnia ista valere deberent, quia neq; vobis paleæ crimina præiudicarent, si vos in ea triticum esse tis, nec si vos essetis palea & vestra essent crimina,

Universidad de Deusto Biblioteca

crimina, tritico dominicæ segetis aliquid p̃ iudicaretis, quod ita in agro domini semina tum est, vt crescat vsque ad messem, id est, quod ita in immũdo seminatum est, vt crescat vsq; in finem seculi. Eo ergo modo, si forte quod adhuc nobis nunquam probastis aduersus paleam nostram talia documẽ
G ta gereretis, nos autem aduersus vos tanta ista quæ commemorauimus non haberemus, ẽt si nihil frumentis nostris toto orbe diffusis omnino præiudicaret quicquid in eorum paleam quanuis verisimum, quanuis manifestissimum, quãuis probatissimum diceretis. Proinde remoueantur omnes morato riæ tergiuersationes, quicquid de peccatis hominum falsum objcitur, conueniatur cõscientia, & non objciatur. Quicquid de peccatis hominum etiam verum dicitur, vel probari non potest, vel cum debuit probari non potuit, non objciatur. Quicquid de peccatis hominum & verum & probatũ objcitur, nec tamen ad frumenta quæ inter paleam latent, sed ad ipsam paleam quæ in fine separabitur pertinet, non objciatur. Hæc.n. & nos multo copiosius & probabilius objcere possumus, nõ ea inanitate qua illi, vt in eis causam nostram cõstituamus, sed vt eis ostendamus, non ideo nos nolle talibus fidere, quia nõ inuenimus talia quæ dicamus, sed ne tempus rebus necessarijs vtile, in rebus non necessarijs conteramus. Quod propterea illi faciunt, quia robusta & firma veritate subnixa documenta, quibus causam suam tueantur inuenire nõ possunt, & volunt videri aliquid dicere, dum
H tacere erubescunt, & inania loqui non erubescunt. Remotis ergo omnibus talibus, Ecclesiam suam demonstrent si possunt, non in sermonibus & ruboribus Aphrorũ, non in concilijs Episcoporum suorum, non in literis quorumliber disputatorum, non in signis & prodigijs fallacibus, quia etiam contra ista verbo domini p̃parati & cauti redditi sumus, sed in præscripto legis, in Prophetarum p̃dictis, in Psalmorum cantibus, in ipsius pastoris vocibus, in Euangeliistarum prædicationibus & laboribus, hoc est in omnibus canonicis sanctorum librorum authoritatibus. Nec ita, vt ea colligant & cõmemorent, quæ obscure vel ambigue vel figurate dicta sunt, quæ quisq; sicut voluerit interpretetur secundum sensum suum: Talia.n. recte intelligi exponiq; non possunt, nisi prius ea q̃ apertissime dicta sunt, firma fide teneantur. Quisquis ergo huic epistolæ respondere se præparat, ante denũciationem mihi dicat, Illi codices dominicos ignibus tradiderunt, illi simulachris gẽtium sacrificauerunt, illi nobis iniquissimã persecutionẽ fecerũt, & vos eis in omnibus consensistis. Breuiter.n. respondeo quod supra rñdi, aut falsa dicitis, aut si vera sunt, nõ pertinent ista q̃ dicitis, Non inde petit Ecclesia, q̃ optimo iudicio vẽtilata, istorũ omnium separatione purgabitur. Ego ipsam Ecclesiam requiro, vbi sit, Quæ audiendo verba Christi & faciendo ædificat super petram, & audiendo & faciendo tolerat eos, qui audiẽdo & non faciendo ædificant super arenam. Vbi sit triticum quod inter zizania crescit vsq; ad messem, nõ quid fecerint vel faciãt ipsa zizania. Vbi sit proxima Christi in medio filiarũ malarum sicut lilium in medio spinarum, non quid fecerint vel faciant ipsæ spinæ. Vbi sint pisces boni, qui donec ad litus perueniant, tolerant pisces malos peruersos irretitos, non quid fecerint vel faciant ipsi pisces mali. Omissis ergo istis morandi tendiculis, ostendat Ecclesiam vel in sola Aphrica perditis tot gentibus retinendam, vel ex Aphrica in omnibus gentibus reperiendam atq; adimplendam, & sic ostendat vt non dicat, verum est quia hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collegæ mei, aut illi Episcopi vel clerici vel laici nostri: aut ideo verũ est, quia illa & illa mirabilia fecit Donatus vel Pontius, vel quilibet alius, aut quia homines ad memorias mortuorum sorũ orant & exaudiuntur, aut quia illa & illa ibi contingunt, aut quia ille frater noster, aut illa soror nostra talem visum vigilans vidit, vel tale visum dormiens somniauit. Remoueantur ista vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium spirituũ: aut enim nõ sunt vera quæ dicuntur: aut si hæreticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus: quum dixisset dominus quosdam futuros electos si fieri posset fallerent, adiecit vehementer commendans & ait, Ecce prædixi vobis. Vnde & Apostolus admonens, Spũs autem manifeste dicit, quia in nouissimis tẽporibus recedent quidam à fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum. Porro si aliquis in hæreticorũ memorijs orãs exauditur, nõ pro merito lo-

ci, sed pro merito desiderij sui recepit siue malum siue bonũ. Spiritus autem dñi, sicut Sapiẽ.1. scriptũ est, repleuit orbẽ terrarũ: Et, Auris zeli audit omnia, & multi deo irato exaudiuntur. De qualibus dicit Apostolus, Tra Rom.1. didit illos deus in cõcupiscentias cordis illorũ. Et multis ꝓprius deus nõ tribuit q̃d 2.Cor.12 volunt, vt q̃d vtile est tribuat. Vñ idẽ Apostolus, ait, de stimulo carnis suæ angelos Satanæ, quẽ sibi datũ dicit, a quo colaphizare-
1. tur: ne magnitudine reuelationũ extolleretur. Propter quod ter dñm rogaui, vt auferret eũ a te. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate perficit. Nonne legimus ab ipso dño deo nonnullos exauditos in excelsis montium Iudææ, quæ tũ excelsa ita displicebant deo, vt reges qui ea non euerterent laudarentur? Vnde intel
2.Cor.11 ligitur magis valere petentis affectũ q̃ petitionis locũ. De uisis autẽ fallacibus legant quæ scripta sunt, & quia ipse Satanas transfigurat se tanquam angelum lucis, & quia multos seduxerunt somnia sua, audiant ẽt q̃ narrent Pagani de templis & dijs suis mirabiliter vel facta vel visa, & tñ dij gentiũ
Psal.95. dæmonia, dñs autem cœlos fecit. Exaudiuntur ergo multi & multis modis, non solum Christiani catholici, sed & Pagani & Iudæi & hæretici, varijs erroribus & superstitionibus dediti. Exaudiuntur ãt vel ab spiritibus seductoribus qui tamen nihil faciunt, nisi permittantur deo sublimiter atq; inefabiliter iudicante quid cuiq; tribuendum sit, siue ab ipso deo, vel ad pœnam malitiæ, vel ad solatium miseriæ, vel ad monitionẽ quærẽdæ salutis æternæ. Ad ipsam vero salutẽ ac vitã æternã nemo puenit, nisi q̃ habet Christũ. Habere aũt caput Chm̃ nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit,
Col.2. q̃ ẽ ecclesia, quã sicut ipsum caput in scripturis sanctis canonicis debemus agnoscere, nõ in varijs hominũ rumoribus & opinionibus, & factis & dictis & visis inquirere. Nemo mihi hæc opponat qui mihi rñdere paratus est, quia nec ego dico ideo mihi esse credendum, communionem Donati non esse Ecclesiam Christi, quia quidã qui apud eos Episcopi fuerũt diuina instrumẽta ignibus tradidisse gestis ecclesiasticis & municipalibus & iudicialibus conuincuntur: aut quia in iudicio Episcoporũ, quod ab Imperatore petiuerant, causam suam non obtinuerunt: aut quia prouocantes ad ipsum Imperatorem, etiam ab ipso contra-

riam sibi sententiam meruerunt: aut quia tales sunt apud eos Circuncellionum principes: aut quia tanta mala committunt Circuncelliones: aut quia sunt apud eos qui se per abrupta præcipitent, vel concremando ignibus inferant, quos ipsis sibimet accenderunt aut trucidationem suam etiam inuitis hominibus terrendo extorqueant, & tot spontaneas & furiosas mortes, ut colantur A ab hominibus appetant: aut quod ad eorũ sepulchra ebriosi greges vagorum & vagarum permixta nequitia die noctuque se vino sepeliãt, flagitijsque corrumpãt. Sit ista omnis turba palea eorum, nec frumentis præiudicet si ipsi ecclesiam tenẽt. Sed vtrũ ipsi ecclesiam teneant, non nisi diuinarum scripturarũ canonicis libris ostendãt, quia nec nos propterea dicimus nobis credere oportere quòd in ecclesia Christi sumus, quia ipsam quam tenemus commemorauit Mileuitanus Optatus, vel Mediolanensis Ambrosius, vel alij innumerabiles nostræ communionis episcopi, aut quia nostrorũ collegarum concilijs ipsa prædicata est, aut quia per totum orbem in locis sanctis, quæ frequentat nostra communio, tanta mirabilia vel exauditionum vel sanitatum fiunt, ita vt latentia per tot annos corpora martyrum, quod possunt à multis interrogantes audire, Ambrosio fuerint reuelata, & ad ipsa corpora cæcus multorum annorum ciuitati Mediolanensi notissimus oculos lumenque receperit: aut quia ille somnium vidit, & ille spiritu assumptus audiuit, siue ne iniret in partem Donati, siue vt recederet a parte Donati: Quæcunque talia in catholica fiunt, ideo sunt approbanda, quia in catholica fiunt: B non ideo ipsa manifestatur catholica, quia Luc.2. hæc in eo fiunt. Ipse dominus Iesus cum resurrexisset à mortuis, & discipulorum oculis videndum manibusque tangendum corpus suum offerret, ne quid tamen fallaciæ se pati arbitrarentur, magis eos testimonijs legis & Prophetarum & Psalmorum confirmandos esse iudicauit, ostendens ea de se impleta, quæ fuerant tanto ante prædicta. Sic & ecclesiam suam commen Ibidem. dauit dicens, prædicari in nomine ſo pœnitentiã & in remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem. Hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse scriptũ ipse testatus ẽ, hoc eius ore cõmendatum tenemus. Hæc sunt causæ nro

Universidad de Deusto
Biblioteca

documenta,hæc fundamenta,hæc firmamẽ
Acto.17 ta. Legimus in Actibus Apostolorum dictum de quibusdam credentibus, ꝙ quotidie scrutarentur scripturas,an hæc ita se haberent. Quas itaq; scripturas, nisi canonicas legis & Prophetarũ? Huc accesserunt euangelia, Apostolicæ epistolæ, Actus apostolorum, Apocalypsis Ioãnis.Scrutamini hæc omnia, & eruite aliquid manifestum quo demõstretis ecclesiã, vel in sola Aphrica remãsisse,vel ex Aphrica futurã esse, vt
C impleatur qđ dñs dicit, Prædicabitur hoc
Mat. 24 euangeliũ regni in vniuerso orbe in testimoniũ omnibus,& tũc veniet finis. Sed aliquid ꝓferte qđ nõ egeat interprete,nec vn
de cõuincamini qđ de alia re dictum sit,& uos illud ad vestrũ sensum detorq̃re conemini.Videtis.n.illud vnicũ qđ ꝓferre cõ
Canti. 1 suestis, Vbi pascis, vbi cubas in meridie: quẽadmodum excusis omnibus eiusdẽ loci verbis, lõge aliud indicat q̃ uos putatis. Et si hoc sanaret qđ vultis, Maximinianistæ uos in eo vincerent.Magis enim meridies prouincia Byzantium tripolis, vbi illi sunt quicunque sunt, q̃ Numidia vbi uos præpolleretis. Ita ergo ipsi germanius & distinctius pñt de meridie gloriari, vt eos excludere ab hac sententia nõ posìtis, nisi in illis verbis verum sensum & catholicum teneatis, oñdentes ei sc̃m quatuor angulos orbis terrarũ ab Austro magis q̃ ab Aphrica esse meridiẽ, sc̃m figuratas ãt scripturarum locutiones,perfectam mentis illuminationẽ feruoremq́; maximum chari
Esai. 58. tatis, vocari meridiẽ. Vnde scriptum est, Et
D tenebræ tuæ tanquam meridies erunt. Ali
Gen. 22 quid ergo proferte quod non contra uos verius interpretetur,sed quod interprete omnino non egeat.Sicut non eget interprete,
Gala. 3. Esai. 62 In semine tuo benedicentur omnes gentes, quia semen Abrahæ Phrisꝰtum, non ego, sed Apostolus interpretatur.Sicut non eget interprete, Tu enim vocaberis voluntas mea in ea,& terra tua orbis terrarum,quia ei dicitur quem nemo christianus, nisi ecclesiam Christi intelligit. Sicut non eget interprete,Commemorabuntur & conuer
Psal. 21. tentur ad dominum uniuersi fines trræ,Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium,quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentiũ: quia in eo Psalmo dicitur vbi passio domini etiam teste euangelio declaratur. Sicut non eget interprete. Quia oportebas Christum pati & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccato Luc. 24
rũ per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem . Sicut non eget interprete,Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudæa Act. 1
& Samaria & vsq; in totam terram. Cœpit enim ab Hierusalẽ atque inde ille circum Iudæam & Samariam & cæteras gentes, consequentia gesta testantur canonicis firmata documentis. Sicut non eget interprete, Et prędicabitur hoc euangelium Mat. 24
regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus,& tunc veniet finis. Interrogatus.n.dominus de fine huius seculi,cũ quædam initia parturitionum dixisset,ait, Sed nondum statim finis, Finem aũt futurum prædixit posꝰ prædicationem euãgelij in vniuerso orbe in omnibus gentibus. Sicut non eget interprete,Sinite vtraque crescere vsq; ad messem:quia cum egerit interprete,ipse dñs interpretatus est, & ipse exposuit cui nemo contradicere potest,maxime in parabola, quæ ab illo prolata est, & ipse ait,bonum semen esse filios regni,agrũ mundum, messem finem seculi . Tale aliquid proferre vel vnum quo apertissime Aphrica declaretur,vel in reliquis sola derelicta, vel ad principium renouandi & implendi orbis sola seruata. Neq; enim tot testimonijs cõmendaretur quod erat citò peritrum,& sic taceretur,aut quod solum esset relinquendum,aut ex quo solo totum esset reparandum & implendum . Si autem non potestis qui tam iuste a uobis flagitamus ostendere,credite veritati, conticescite, obdormiscite,a furore expergiscimini ad salutẽ. An adhuc dicitis, Si apud uos est ecclesia,vt quid nos ad eius pacem persequendo compellitis, aut si mali sumus quid nos q̃ritis? Et si zizania sumus,sinite nos crescere dis possumus aliud agamus,nisi te triticum simul eradicetur dum ante rps zizania separantur. Quicũq;.n.boni in æternum futuri sunt,& si ad tps mali sunt , non zizania, sed triticum sunt in præscientia dei. Sic nos accusatis, q̃re uos q̃ramus si mali estis, & ideo q̃si nõ eo perieritis quo mali estis, & ideo sitis quærẽdi,qa periꝰtis, vt perditi quæramini,quæsiti inueniamini, inuenti reuocemini,sicut illa ouis a pastore, sicut illa drachma a muliere, sicut ille filius, qui mortuus erat,reuixit, perierat & inuentus est. Ille uos enim quærit qui in sanctis habitat, & im-

Luc.15. & imperat,vt quæramini.
De per- De persecutione aũt vestra querela sesecutio- dabitur,si cogitetis & intelligatis,prius nõ
ne. Cap. 17 oẽm persecutionem esse culpabilẽ,alioquin non laudabiliter diceretur, Detrahentem secreto ꝓximo suo,hunc ꝓsequebar. Nam quotidie videmus , & filium de patre tanq̃ de persecutore suo conqueri , & coniugem de marito, & seruum de Domino, & colonum de possessore,& reũ de iudice,& militem,vel prouincialem de duce,vel rege, cũ
G illi plerũq; ordinatissima potestate sibi homine subdito per terrores leuiorum pœnarum a grauioribus malis prohibeant atq; compescant,plerunq; autẽ a bona vita,& a bonis factis minando , & sæuiendo deterreant. Sed cum a malo,& illicito prohibẽt, correctores,& cõsultores sunt: cum autem a bono & licito, persecutores, & oppressores sunt. Culpantur ẽt qui prohibẽt a malo,si modum peccati modus coertionis excedat. Item iure culpandi sunt,qui turbide atq; inordinate in eos coercendos insiliũt, qui nulla sibi lege subiecti sunt . Proinde Circumcellionum vestrorum inordinatas licentias & superbas insanias iuste reprehendimus, ẽt cum aliquibus pessimis vioab illicitis deterrere,non est bonum . Cum vero,& innocentes,vel causa incognita,vel iniquissimis inimicitijs persequunt̃, quis eorum latrocinia non perhorrescit? At vero ꝙ Maximinianistarum furorẽ legibus publicis coercendũ putastis,vt eos per iusta iudicum, & executionem officiorum, & auxilia ciuitatum pulsos de Basilicis quas tenebant , ad considerationem sui sceleris argueretis , non reprehendimus , nisi quia hoc in eis insectati estis quod ipsi fecistis, immo multo leuius q̃ fecistis. Illi.n.aduer
H sus partem Donati, vos aũt aduersus orbẽ terrarum,& aduersus eius verba,qui Eccle siam suam incipientem ab Hierusalem per omnes gentes commendauit,sacrilegæ dis
Luc. 24 sensionis altare erexistis. Porrò si Maximianistæ iussionibus iudicum aduersum se impetratis illicite & furiosè resistere audent,nonne ipsi sibi iudicium acquirerent?
Rom. 13 dicente Apostolo, Qui.n.resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aũt resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt: Principes.n. non sunt timori bono operi,sed malo. Cũ ergo eorum malum opus existeret,qđ vos per ordinatas potestates cohibere conabamini,si vellent illi pro ipso malo opere suo peiore opere legibus aduersari, nunquid a vobis,& non a seipsis quicquid eis mali accideret paterentur? Quemadmodum quicunq; voluisset dicere blasphemiã in Deũ Sidrach Misac & Abdenago, & secundum Dan. 3.
edictum regis , cum domo sua disperderet, nunquid hoc ab istis tribus viris,quibus de igne liberatis rex cõmotus illud edixerat, aut vero etiam ab ipso rege,ac non potius a seipsis illa digna mala paterentur? Si etiam Acto. 23
quadraginta illi Iudæi, qui Paulum interficere coniurauerant ,in armatos a quibus ordinata tuitione idem Paulus deducebat irruissent , nunquid eos Paulus,ac non se I
ipsi potestatibus resistendo peremissent? Quapropter & vos sine tumultu animi,sine turbulenta contentione,sine amaritudine odiorum considerate diligenter ea , quæ cõtra vos reges nostræ cõionis constituũt, qua causa patiamini , Et si vos in Ecclesia Matt. 5.
Christi esse inueneritis, gaudete & exultate,quia merces vra multa est in cœlis. Vos enim tanq̃ martyres coronamini , illi autẽ tanquam persecutores ¦martyrum iudicantur . Si aũt vos contra Ecclesiam Christi altare erexisse,& a Christiana vnitate,quæ toto orbe diffunditur , sacrilego schismate separatos esse, & corpore Christi quod est Ecclesia toto orbe diffusa,& rebaptizando, & blasphemando,& quantum potestis oppugnãdo aduersarij sancta,& canonica scriptura conuincit, vos impij atque sacrilegi, illi aũt,qui vos pro tãto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel bonorum,vel pecuniæ priuatione deterrendos coercendosq́; decernunt, vt cogitãtes quare ista patiamini,sacrilegiũ vestrum cognitum fugiatis , & ab æterna dãnatione liberemini,& rectores diligentissimi,& cultores pijssimi deputantur. Hanc vobis dilectionem debent Christiani catholici Im K
peratores,vt sacrilegia vra, & ꝓp christianam mansuetudinem,nõ pro merito punire decernant,& ꝓp christianã solicitudinẽ nõ omnino impunita dimittant.Hoc in eis Deus operatur,cuius misericordiam etiam in his molestijs , de quibus conquerimini non vultis agnoscere.Nos aũt quantum in nobis est,quantum Dñs donat atque ꝓmittit, nec ipsas leges lenissimæ coertionis aduersus vos mouemus , nisi vt Ecclesia catholica propter infirmorum fragilitatem, vt eis liceat sine timore eligere qđ teneant

uel sequantur, à uestris territoribus libera
præstetur, ut si aliquid uestris in nostros
violenter fecerint, tunc uos quos tanquam
obsides in fundis & in ciuitatibus habe-
mus, non qualia uestri faciunt patiamini,
sed per ordinata iudicia subiecti legibus dā
no pecuniario uapuletis. Quod si uobis gra-
ue uidetur, uestri nobis parcāt & quiescāt.
Si autem in nos non quiescēdo illi sæuiūt,
qui uel sub uobis, uel uobiscum sunt, quod
de nobis conqueramini nō habetis, qui in
uestra, uel uestrorum ptāte posuimus, ut ēt
sectātes hæresim uestram, nulla damna pa
L tiamini, si nullas catholica, siue à uobis si-
ue a uestris uiolentias patiatur. Quòd si ali
quæ factæ fuerint uobis inuitis & cōpesce
re non ualentibus, misericorditer ipsis dā-
nis & iuste admonemini, quales hēatis à q̄
bus contaminari non putatis, atq; hinc in-
telligere cogamini, quam inanes calumnias
ecclesiæ Xp̄i toto orbe diffusæ faciatis. Ne-
que iam nobis obiiciatis, q̄ persequimur
uos, sed uestris potius, si & nos suis uiolen-
tiis infestari, & uos publicis legibus malūt
cōteri quā se à solito furore sedari. Si quid
sane à nostris xp̄ianæ charitatis modū uo-
tumq́; non custodiētibus, odiose & pnicio
se patimini, nō esse illos nros cito dixerim,
sed aut futuros, si se correxerint, aut in fine
seperandos, si in malitia perdurarint. Nos
tū nec pp̄ uasa in contumeliam facta domum ma
gnam deserimus. Quod si uos quoq; illos
à quibus talia catholica patitur, non esse ue
stros eadem regula dicitis, pbate animū ue
strum, corrigite errorē, amplectimini unita-
tē spūs in uinculo pacis. Nam si nec uos
illi contaminant, nec nos isti, nō nobis inui
ce alienis criminib. calumniemur, In una
charitate frumenta crescamus simul, usq;
ad uentilabrum paleam toleremus Quā-
M obrem si nullo interprete indigent, Canō-
nicarum scripturarū testimonia quæ cōmē
dant ecclesiam in totius orbis communio-
ne cōsistere, & separationi uestræ in Aphri
ca constitutæ, ex eisdem libris nulla talia
potestis inuenire suffragia, nec iuste de per
secutionibus cōquerimini quas grauiores
ipsa perpetitur, quo latius diffunditur, fide
ac spe & charitate omnia tolerat, non
tantū talia, qualia uti Circūcelliones &
eorū similes ubi pūt membris infligūt, sed
omnia uariarum iniquitatū scandala p uni
uersum mundum scatentia, de quibus do-
minus exclamatur, Væ mundo ab scanda-
lis. Grauius enim persequitur filius pa-
trem male uiuendo, quam pater filium ca- Mat.
stigando. Et grauius ancilla Saram perse-
cuta est per iniquam superbiam, quam ea Go
Sara per debitam disciplinam. Et grauius
dominum persequebantur propter quos di
ctum est, Zelus domus tuæ comedit me,
quam eos ipse cum eorum mensas euertit, Ps
& eos flagello de templo expulit.

Quid habetis amplius quod dicatis? An illud ultimum uestrum iam placet. In
medium proferamus. Ecce, inquiunt, uos Co
tenetis ecclesiam. Quomodo nos suscipitis A
si ad uos transire uoluerimus? Breuiter re-
spondeo, Sic uos suscipimus quomodo su-
scepit ecclesia, quam in sanctis libris ca-
nonicis inuenimus. Deposita quippe ani-
mositate contradicendi, qua tument omnes
qui ueritate dei uinci uolunt, & sua pernec
sitate uincuntur, facile potestis intelligere
& in bonis esse & in malis sacramenta di-
uina, sed in illis ad salutem, in illis ad dam-
nationem. Et cum tantum distet inter eos
qui hæc digne indigneq́; tractauerint, ipsa
tamen eadem sunt, illis ad præmium uale
tia, illis ad iudicium. Qua propter quando
plures quam Ioannes dominus baptizabat
sicut in euangelio scriptum est, ubi subie Ioā
cit Euangelista, qnanuis ipse non baptiza-
bat, sed discipuli eius, cum tantum distares
inter Petrum & Iudam, nihil tamen di-
stabat inter baptismum, qui debeatur per
Petrū, & qui dabat̄ per Iudā. Illud n. quod
per eos dabatur, unum erat cū ipsi non es-
sent unum. Et illud Xp̄i erat, illorum au-
tem, unus ad mēbra Christi, alter ad pars
diaboli pertinebat. Cū uero Ioānes Baptis-
ta & Paulus Apostolus unū eēnt, q̄a uter
que spōsi amicus erat, tū quia nō erat unus
baptismus qui dabatur a Ioanne, & qui da-
bat a Paulo, iusit Paulus Christi baptismo
baptizari eos, qui baptismo Ioannis fuer at
baptizari. Itaq; ille baptismus Ioannis di-
ctus est, q. aūt per Paulū datus est, non ēt
dictus baptismus Pauli sed iusticeos, inquit
baptizati in Christo. Ecce unū sunt. Ioan
nes & Paulus, & non uoū dant. Ecce non
sunt unū Petrus & Iudas, & unū dant. At
uero Petrus & Paulus, unū sūt, & unū dāt.
Abrahā & Cornelius ex fide iustificati u-
num sunt, & non unum sacramentum ac-
ceperunt. Idemque Cornelius & Simon
magnus non sunt unū, & unū sacramentū

Actō. 8. acceperunt. At vero Cornelius, & ille spa-
do, quem Philippus in itinere baptizauit,
& vnum sunt & vnum sacr̄m acceperunt.
Cum ergo vnum est sacr̄m, nec diuersi da-
tores, nec diuersi perceptores, faciunt vt nō
sit vnum quod vnum est. Isti autem cū vo-
lunt hominum esse quod Christi est, res fal
sissimas & absurdissimas persuadere conan
tur, vt propè tot sint baptismi, quot homi-
nes per quos dantur. Itaq; illud quod dīs
Matt. 7. ait de homine & opere hominis, Arbor bo-
na bonos fructus facit, arbor mala fructus
malos facit, isti adhuc detorquere conan-
C tur, vt à bono baptizatus bonus sit, & à ma
lo baptizatus malus sit: Tum sequitur eos
etiam si nolunt, vt à meliore baptizatus me
lior sit, & ab inferiore baptizatus inferior
sit. Ex quo fit, ut illi quos ante dñi passionē
non ipse Iesus baptizabat, sed discipuli eius,
multo sanctius nascerentur si ab ipso ba-
ptizarentur. Quis enim vel cogitare pos-
sit, quantum intereat inter ipsum, & disci-
pulos eius à quibus baptizabantur? Ergo
inuidit eis sanctiorem generationem, quos
à discipulis suis se hic constituto maluit ba
ptizari? Quod vtiq; quisquis credit insa-
nus est. Quid ergo dīs eo ipso demōstrare
Ioan. 1. dignatus est, nisi suum esse quod daretur p
quemlibet daretur, & se baptizare, de quo
amicus ille sponsi dixerat. Hic est qui bapti
zat, & per cuiuslibet manus ministri bapti
1. Co. 1. zaretur qui credidisset in eum. Dicit etiam
Paulus, Gratias deo q̄ neminem nestrum
baptizaui, nisi Crispū & Caiū, ne q̄s dicat
quod in nomine meo baptizaui. Et iste er-
go credatur inuidisse hominibus meliorem
sanctificationem, si quanto melior erat tan
to melius poterant baptizari, qui ab illo ba
ptizarentur: Immò uero ad hoc ipsum vigi
lauit cautissimi & fidelissimi dispensatoris
intentio, ne quisquam ideo sanctius se ba-
etizatum putaret, quod à ministro sanctio-
re baptizaretur, & quod dñi erat seruo tri-
D bueret. Cum igitur boni & mali dent & ac
cipiant baptismi sacr̄m, nec regenerati spiri
taliter in corpus & membra Christi coēdi-
ficentur nisi boni, profecto in bonis est illa
ecclesia, cui dicitur, Sicut lilium in medio
spinarum, ita proxima mea in medio filia-
rum. In his est. n. qui ædificant supra pe-
Mat. 16 tram, id est, qui audiūt verba Christi & fa-
ciunt, quia & Petro confitenti sē Christum
filiū dei, sic ait, Et super hanc petrā ædifica
bo ecclesiā meā. Non est ergo in eis q̄ ædi-
ficant super arenā, id est, qui audiunt verba
Christi & non faciunt. Ipse. n. dixit, Qui Matt. 7
audit verba mea & facit ea, similabo eū vi-
ro sapienti qui ædificat domum suā super
petrā. Et ibidem paulopost, Qui audit, in-
quit, verba mea & non facit ea similabo eū
viro stulto qui ædificat domum super are-
nam. Qui ergo compage charitatis incor-
porati sunt, ædificio super petrā constituto
& lilio inter spinas candenti, ipsi vtiq; pos
sidebunt regnū dei. Qui autem super are-
nam ædificant, vel in spinis deputantur, q̄s
dubitauerit, quod regnū dei nō possidebūt?
Nihil utiq; prodest talibus baptismi sacra E
mentū, nec tū propter eorum instabile fun
damentū sterilemq́; malitiam sacramento
quod habent vlla iniuria facienda est, Pro-
inde in loco illo ex Epistola Pauli Aposto
li quam scripsit ad Galatas, sine studio con-
tentionis aduertite, q̄ recte fiat, vt hæreticū
corrigentes errorē, si sacramentum hoc ha
bent, quod habere debuerunt, illud accī-
piant quod eis deerat, non improbetur &
blasphemetur quod inerat, Manifesta, in-
quit, sunt opera carnis, quæ sunt, fornica- Galat. 5
tiones, immunditiæ, luxuriæ, idolorum ser
uitus, veneficia, inimicitię, contentiones,
æmulationes, animositates, dissensiones, hę
reses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, &
his similia, quæ prædico vobis sicut prædi-
xi, quoniam qui talia agunt, regnum dei
non possidebunt.

Oēs itaq; isti non sunt in lilio, nec super Hæreti-
petrā, inter hos aūt & hæretici positi sunt. ci quō
Cur ergo vos, vt omittam cætera, nō bapti recipian
zatis post ebriosos, luxuriosos, inuidos, qui tur.
regnum dei non possidebunt, & ideo in pe Cap. 19.
tra non sunt? Et quia in petra non sunt, p-
culdubio in ecclesia non deputantur, quia
super hanc petram, inquit, ædificabo eccle-
siam meam: Et vos vultis vt baptizemus
post hæreticos, q̄ inter easdē spinas regnū
dei non possessuras enumerati sunt, & qui- F
bus similiter sacramenta insunt q̄ñ eadem
sunt, sed non prosunt, quia cum illa recta
sint ipsi peruersi sunt. Hæc sine pertinacia
considerantes atque cogitantes, facile pote-
stis intelligere, id in quoquam corrigendū
esse quod prauum est, quod aūt rectum est
approbandū, & hoc dandū esse quod deerit,
quod aūt inerit agnoscendum. Veniēs itaq;
hæreticus vt catholicus fiat, errorem cor-
rigat proprium, non Christi violet sacra-
mentum. Accipiat vinculum pacis q̄ non

habebat,sine quo ille prodesse non poterat baptisma quod habebat: Vtrunq; n. necessarium est ad regnũ dei adipiscendũ, & baptismus,& iustitia. Et in contemptorẽ quidem baptismi Christi non potest esse iustitia. Baptismus aũt & in eo qui iustitiã non
Ioan. 3. habent,potest esse, sed non potest prodesse. Sicut.n.veritas dixit, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu,non intrabit in regnum cœlorum: ita eadem veritas dixit,
Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra super scribarum & Pharisæorũ,non intrabitis in regnũ cœlorũ:vt non baptismus solus,sed ẽt iustitia perducat ad regnum. Cui aũt vel vtrũq; vel vnum defuerit, illuc peruenire
G non potsit. Quapp cum dicat hæreticis, Iustitia vobis deest, q̃ sine charitate ac vinculo pacis habere nullus potest, cunque & ipsi fateantur multos baptismum habere & iustitiã non habere,& si non fateantur,eos conuincat scriptura diuina, miror qũo putent,cũ eos habentes non suum sed Christi baptismum,iterum nolumus baptizare, ita nos agere, ac si eis iam nihil deesse iudicemus,& quia baptismus eis in catholica nõ datur, quem habere inueniuntur, nihil se illic accipere arbitrantur,vbi hoc accipiũt, sine quo illud quod habent eis ad perniciem valeat,non ad salutem. Quod si nolunt intelligere, sufficit nobis, quod eam tenemus ecclesiam quæ manifestissimis sanctarum & canonicarum scripturarum testimonijs demonstratur. Dicat mihi nunc hæreticus. Qũo me suscipis? Cito respondeo, Sicut suscipit ecclesia cui Christus perhibet testimonium. Nunquid tu melius potes nosse qũo suscipiendus sit, q̃ saluator noster medicus vulneris tui? Hic forte dicis, Lege ergo mihi quemadmodum Christus suscipi iusserit eos qui ab hæreticis trãsire ad ecclesiã volunt. Hoc aperte atque euidenter,nec ego lego,nec tu. Si. n. hæreticus esset Ioannes,& in nomine patris & fi-
H lij & spiritussanctꝰ baptizaret, post cuius baptismum iusit Paulus homines baptizari,tu obtineres quod dicis, ita vt contra quid dicerem,non haberem. Rursus si Petrus in nomine patris,& filij,& spirituſſancti ab hæreticis baptizatus fuisset, cui dns ait, Qui lotus est semel,non habet necessitatem iterum lauandi:ego obtinerem quod dico,ita vt tu contra quid diceres, non haberes. Nunc vero cum in scripturis non inueniamus aliquos ad ecclesiam transisse ab hæreticis,& sicut ego dico,aut sicut tu dicis esse susceptos,puto si aliquis sapiens extitisset,cui dns Iesus Christus testimonium perhibet, & de hac quæstione consuleretur à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere q̃ ille dixisset, ne non tam ipsi q̃ dño Iesu Christo,cuius testimonio commẽ dabatur,repugnare iudicaremur. Perhibet autem testimonium Christus ecclesiæ suæ, Ecce Euangelium, lege vbi ait, Oportet Chr̃m pati & resurgere tertia die,& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in oẽs gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quo ergo suscipit ista ecclesia per oẽs gentes incipientibus ab Hierusalem remotis omnibus ambagibus & tergiuersationibus, sic suscipiendus es. Quod si non vis,non mihi,aut cuiquã homini,qui vult ita suscipere, sed ipsi saluatori contra salutem tuã perniciosissime reluctaris, qui te sic suscipiendum esse non vis credere, quemadmodum suscipit illa ecclesia, q̃ testimonio suo cõmendat ille cui fatemur nefarium esse non credere. Ait.n.dixit Hieremias, Facta est mihi vt aqua mẽdax, non habens fidem. Non de hac aqua dixit quam putas: Lege diligẽter. Ipsam.n.hominum mendacium multitudinẽ dixit aquam mendacẽ,more prophetico, sicut figuratè loqui solent, sicut in Apocalypsi, populos aquarum nomine nouimus appellatos. Nã sic ait Hieremias. Vt quid qui contristant me prævalent? Plaga mea valida est,vnde sanabor? Facta est mihi vt aqua mendax non habens fidem. Plagam suam sibi dixit factã vt aquam mendacem,eandem vero plagam suam eos appellauit qui se contristabant. Quod enim ait, qui contristant me: hoc dixit postea plaga mea: & quod supra dixit, prævalent: hoc postea dixit, valida est. Sic & illic facitis vbi scriptũ est, Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis. Putatis enim de baptismo dictum, qui est apud hæreticos, vt ideo sit aqua aliena, q̃ & hæretici regnum dei non possidebunt: quasi non ita sit & apud ebriosos & apud inuidos,& cæteros huiusmodi, de quibus patet dictum est, Regnũ dei non possidebunt. Et & tñ in omnibus talibus si secundum Euã gelium baptizati sunt, Christi est baptismus, non ipsorum. Vnde aqua illa non est aliena,cum ipsi alieni sint,quibus dicturus est, Non noui vos. Cur non ergo portus intus ligam aquam alienã & fontem alienum de

strinam esse maligni spiritus qua decipiuntur,& seducuntur alienati a Deo per ignorantiam,quæ est in illis propter cæcitatem cordis eorũ? Hoc expressius commendan-
1. Ti. 4. te Apostolo, Spiritus aũt manifeste dicit, quia in nouissimis tpibus recedent quidã a fide,attendentes spiritibus erroris & doctrinis Dæmoniorũ. Hæc est aqua aliena, & fons alienus. Si.n.aqua in bono intelligitur,& spũssanctus,cur nõ aqua in malo intelligatur & spũs malignus? Non.n.semp, vbi aquam nominat scriptura, hoc visibile baptismi sacr̃m vult intelligi, sed aliquãdo ipsum,aliqũ aliud. Iam.n.hoc visibili baptismo ẽt alios discipuli Dñi baptizauerant, anteq̃ veniret in eos secundum eius pmissionem spiritussanctus. De quo tñ idem Ioan. 7. Ie sus dicit, Si quis sitit, veniat,& bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viuæ,fluent de ventre eius. Et sequit Euangelista, & exponit vnde sit dictum, Hoc aũt, inquit,dicebat de spiritu, quẽ accepturi erant ij,qui in eum erãt crediturι. Spiritus enim nondum erat datus,q̃a Iesus nondum fuerat datus, cum iam aqua illa baptismi multis fuisset data. Vnde & illud
Prou. 5. est,Bibe aquam de tuis vasis,& de puteorũ tuorum fontibus, & fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & nemo alienus cõmunicet tibi, & non superfluant tibi aquæ foras, & in plateis tuis discurrant aquæ tuæ,non visibilem baptismum quem possunt habere,& alieni.i.qui regnum Dei non possidebũt, sed hoc donum commendat spirituſſancti, quod proprũ est eorum tm̃,qui regnabunt cum Christo in æternum, Q̃m charitas
Rom. 5. Dei,sicut dicit Apostolus,diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Ipsa.n.latitudo cordis, quam charitas facit,vnde illam diffusam dicit, & vnde ad Corinth. ita loquitur, Os nostrũ
2. Co. 6. patet ad vos ò Corinthij, cor nr̃m dilatatũ est,platearum nomine significata est. Q̃d ergo aperte audimus, Nolite omni spiritui credere, sed pbare spũs si ex Deo sint,hoc figurate audimus: Ab aqua aliena abstinete,& de fonte alieno ne biberitis. Et q̃ apte audiuimus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum,qui datus est nobis,hoc figurate audimus. Fõs aquæ tuæ sit tibi pprius, & nemo alienus communicet tibi. Multa enim munera Dei possunt habere, & alieni, non solũ ista cõmunia cum lapidibus & arboribus, sicuti est esse,& vigere, nec solum communia cũ pecoribus, sicuti spirare, sentire, sed etiam maiora iam hominum propria,sicut est ratio,locutio, artes vtiles, innumerabiles, & alia multa, ipsa etiam,quæ domui Dei data sunt, nonnulla ex eis habent alieni. i. non posse futuri regnum Dei,quibus in fine dicetur,Non noui vos,etiam cum dixerint, in Matt. 25
nomine tuo pphetauimus,& virtutes mul Matt. 7.
tas fecimus:quia & si habeam,inquit, pro- 1. Co. 13
phetiam,& sciam omnia sacramenta,& omnem scientiam, & si habuerõ omnem fidẽ, ita vt montes transferam, charitatẽ autem non habeam,nihil sum. Hoc est ergo donũ spiritus sancti proprium sanctorum, vnde A
nemo communicat alienus. Hoc deest om Acto. 8.
nibus malignis, & gehennæ filijs, etiam si Christi baptismo baptizentur, sicut Simõ fuerat baptizatus. Hoc deest etiam hæreticis. Hoc accipiunt cum correcti veniũt, & vnitatis vinculum synceriter amplectunt. Quod si non acciperent, etiam habentes baptismum Christi, non erant possessuri regnum Christi, quia non introierant ad fontem illum proprium aquarum discurrentium in plateis sanctorum,& foras non excurrentium,quo fonte charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum,qui datus est nobis. Desinite itaque Rom. 5.
illa testimonia commemorare,quæ aut nõ intelligitis, aut pro nobis cõtra vos esse intelligitis. Quod si ambigue posita, & pro nobis,& pro vobis possent interpretari,nihil vtique adiuuarent causam vestrã, quia & nos si talibus vti vellemus,innumerabilibus vteremur, quæ causam nostram nihil similiter adiuuarent. Sed planè talia malã causam,vel moras faciendo sustentant. Ecce inquiunt de corpore Domini aqua profluxit. Et quid te hoc adiuuat ò hæretice? Multum, inquit, Baptisma enim significat non esse,nisi in corpore Domini, id est, in
Ecclesia. Melius diceres de corpore Domi- B
ni,hoc est,de Ecclesia,etiam si iam constet, quod adhuc forte diligentius requirẽdum est, aqua illa baptismum esse significatum. Nam & nos baptismum quem habetis, de corpe Domini esse dicimus,hoc est de Ecclesia,quamuis in ea ipsi non sitis,sicut omnes, qui non ædificant super petram, sed super arenã. Quare tũ non attendis aquã illam,qua baptismũ significatum dicis,non tantum in corpore Dñi fuisse, sed etiam de

corpore eius foras exisse,& hoc per uulnus
persecutoris? Neq;n. & hæretici & omnes
mali secum foras sacramenta traxissent, si
unitatis integritatem in corpore domini
custodissent. Sed etiam hoc uidetis quam p
fundũ sit, & quanta mysterii altitudine occultũ. Iam sufficiat: Desinite talibus agere.
Omnia quæ hmõi protuleris aut pro nobis sunt, aut ut multum causæ nostræ minuã, incertum est pro quibus sint. Sed libẽter in opertis immoramini, ne fateri aperta
cogamini. Ecce ecclesia, rogo quid patiminí? Ecce ecclesia tot manifestissimis sanctarum scripturarum testimoniis commendata & expressa, prædicta & demonstrata:
Sicut audiuimus, ita & uidimus, quid tergi
uersaris quõ suscipiaris? Cur detractas sic
℄ suscipi quo illa suscipit, cui testimonium
perhibet qui mentiri non potuit? Doce scripturas canonicas apertas dixisse baptizandum esse in ecclesia catholica, qui apud hæreticos in nomine patris & filii & spũs sancti fuerit baptizatus. Qđ si hoc docere non
potes, illud doce huic cõmunioni tuę. i. parti Donati, ubi hoc didicisti, apertum aliquid & manifestum testimoniũ a scripturis
canonicis perhiberi, & fateor ad te esse trãseundum, nec aliter eẽ suscipiendos hæreticos quã sicut scripsit ecclesia in qua es, quia
tali testimonio declarata est. Quid æstuas?
quid perturbaris? Non inuenis in scripturis canonicis qđ a te iustissime exigimus.
Cant. 1. Nam quod dicere soletis, Vbi pascis, ubi
cubas in meridie, uides quale sit, & quam
pro te non sit. Noli ergo talia quærere, qa
& si in partibus Aquilonis Meridianis, di
Psa. 74. ceret de se esse dictum, Montes Sion, latera
Aquilonis, ciuitas regis magni. Nam utiq;
ciuitas regis magni non est nisi ecclesia, &
hoc potius indubitanter sonat ecclesiam,
quam illud. Vbi pascis, ubi cubas in meridie. Sed fortasse illo testimonio Marcion
hæreticus uteretur, qui dicitur Ponticus
D fuisse, quæ partes ad Aquilonem sunt. Rur
Psa. 64. sus si in occidente esset pars Donati, diceret de se esse dictum, Iter facite ei qui ascendit sup occasum dñs nomen est illi. Fortasis n. sublimius esse diceret, ascendit sup occasum, quam, cubat in meridie. Hæc mysteria sunt, operta sunt, figurata sunt; aliquid
manifestum quod interprete non egeat ha
Ge. 22. gitamus. Ego itaque sic te suscipio quemadmodum suscepit semen Abrahę, in quo
benedicuntur omnes gentes, hoc forte ob-

scurum esset, nisi Paulus aperuisset semen Gal.
Abrahæ quod est Christus. Sic te suscipio, ita
quemadmodum suscepit illa sterilis, cuius
multi filii magis quam eius quæ habet uirum. Quod obscurum esset, nisi Paulus Gal.
dixisset ipsam esse ecclesiam matrem nostram; cui dictum est, dominus qui eruit te
ipse deus uniuersæ terræ uocabitur: cui di- Psa.
ctum est, Terra tua orbis terrarum. Sicut Psa.
suscipit regina illa, de qua in Psalmis dicitur, Astitit regina a dextris tuis: & cui dicitur, Pro patrib. tuis nati sũt tibi filij, cõ
stitues eos principes super oẽm terram. Po
stremo ne multa commemorẽ, sic te susci-
pio, sicut suscipit ecclesia per oẽs gentes in-
cipiens ab Hierusalem & in tota Iudæa & Luc.
Samaria, & usq; in totam terrã. Ille. n. resu-
scepit, qui hoc de illa dixit; qui in talibus ei
uerbis ne quisquam de illa dubitaret osten-
dit. Sic te suscipio quemadmodum suscepit
triticũ seminatum in agro, quod cum exzi-
nis crescit usq; ad messem. Hi sunt. n. filii Mat.
regni, ager aũt est mundus, messis est finis
seculi: Dominus exposuit, Euãgelium est,
uerba domini sunt, manifesta sunt. Pos-
sem tib dicere, sic te suscipio, quemadmodũ
& uos susceptistis quos Prætexatus & uele-
cianus a uobis dãnati, extra uestram com-
munionem baptizauerunt. Cui rei quid
contradicas omnino non habes. Sed hoc po-
tius dicam, quod & aduersus ipsos Maximi-
nianistas inuictissime ualeat, q uos in duo-
bus præcipue testimoniis, quib. imperitissi-
me, tamẽ creberrime uti soletis, omnino ui-
cerunt, & de paucitate, & de meridie. Hoc
ergo dicam quod uõs omnes tanquam pa-
riter contra nos insurgatis, extinguat. Sic
uos suscipimus si corrigi uultis, quemad-
modum suscipit ecclesia, quam dominus Ie-
sus dixit ab Hierusalem cœpturam. & Act.
in Actibus Apostolorum legimus inde
cœpisse, & per omnes gentes ituram. Et
in actibus apostolorum legimus per mul-
tas isse antequam ueniret in Aphricam, &
per omnes gentes ituram antequam ue-
niat finis, quia ipse dominus ait, Prædica-
bitur hoc euangelium in omnibus gentibus
& tunc ueniet finis, Ecce purgaméta eius
Quoniam abundabit iniquitas, refrige-
scet charitas multorum, Ecce frumenta
eius, Qui autem perseuerauerit usque
in finem, hic saluus erit. Vbi hic Aphrica nominata est in parte Donati? Ecce
iterũ frumẽta eius, Vt scias, inq; Apostolus,

quemadmodum

quemadmodum te oporteat in domo dei
conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, colum-
na, & firmamentum ueritatis. Et sine dubio
magnum est pietatis sacrm, quod manifesta
tum est in carne, & iustificatum est in spi-
ritu, apparuit angelis, prædicatum est in gẽ
tibus, creditum est in mundo, assumptum
1 Tim. 4 est in gloria. Ecce purgamenta eius, Spiri-
tus autem, inquit, manifeste dicit, quia in
nouissimis temporibus recedent quidam à
fide, attendentes spiritibus seductoribus do
ctrinisq; dæmoniorum, & cætera. Vbi hic
Aphrica in parte Donati nominata est, vt
ibi ea remanserit columna & firmamentum
ueritatis aut pietatis sacramentum, de quo
usq; in finem ita cucurrit, vt diceret, Prædicatum est in gentibus, creditũ est in mun
G do, assumptũ est in gloria? Quid ergo plu-
ribus teneam? Qui rũdere cogitat huic epi
stolæ, scrutetur scripturas, & aut manifestũ
de Aphrica, uel in qua sola, vel ex qua sola
est pars Donati, pferat testimonium: Qđ
ideo proferre non potest, quia illis tam ma
nifestis, quæ à nobis prolata sunt, repugna-
re scriptura non potest: aut si suarum suspi-
tionum uel criminationum uel calumnia-
rum sectatores credulus quærit, & vult tra
ducere in aliud euangelium quod non est
Gala. 1. aliud, atq; annunciare nobis præterquã qđ
accepimus, & si angelus de cœlo esset, ana-
thema esset, quoniam & diabolus qui pro-
Ioan. 8. pterea de cœlo cecidit, quia in ueritate non
stetit, si anathema fuisset homini, quando ei
præterquam quod à dño deo acceperat an-
nunciauit, primi parẽtes carnis nostræ nec
in penam mortis incidissent, nec de loco fe
Ioan. 10. licitatis exijssent.
Conclu Quapropter vos charissimi quibus hãc
sio libri epistolam scribo, præceptũ pastoris qui ani
sui. mam suam posuit pro ouibus suis, & nunc
glorificatus & exaltatus sedet ad dexteram
patris, corde fidelissimo & firmissimo
I propito retinete dicentis, Quæ sunt oues meæ, vo-
cem meam audiunt & sequuntur me. Au-
distis eius vocem manifestissimam, non so-
lum per legem & Prophetas & Psalmos,
sed etiam per os proprium commendantis
ecclesiam suam futuram. Et ea quæ prædi-
xit quemadmodum ex ordine consecuta
sint, in Actibus & literis Apostolorum,
quæ diuinarum scripturarum canonem cõ
plent, legendo perspicitis. Non est obscura
quæstio in qua vos fallant, quos ipse domi-
nus prædixit futuros atque dicturos, Ecce
hic est Christus ecce illic, ecce in deserto:
quasi vbi non est frequentia multitudinis, Mat. 24.
ecce in cubiculis, quasi in secretis traditio-
nibus atq; doctrinis. Habetis ecclesiam vbi
que diffundi, & crescere vsque ad messem.
Habetis ciuitatem de qua ipse qui eam con
didit, ait, Non potest ciuitas abscondi super Matt. 5.
montem constituta. Ipsa est ergo quæ non
in aliqua parte terrarum, sed vbiq; notissi-
ma est. Hæc tpales aliqñ etiam in suis fru-
mentis patitur tempestates, vt in quibusdã
locis non cognoscantur, sed tñ illic latent.
Neque enim falli potest diuina sententia,
qm̃ crescũt vsq; ad messem. Itaq; & in alijs
gentibus sæpe nonnulla membra ecclesiæ
prævalentibus hæresum & schismatum se-
ditionibus, pressa atq; obumbrata sunt, & ta
men quia inerant, paulopost nullo dubitan
te claruerunt, & in ipsa Aphrica post illud
Secundi Tigisitani apud Carthaginem se- I
ditiosum turbulentumq; concilium, vbi &
à fœmina nobili Lucilla operata corruptio,
postea iudicialibus gestis commemorata
est, cum inde literæ penè per totam Aphri-
cam, qua ecclesiæ Christi iam geminauerunt, missæ fuissent, creditum est literis cõcilij, neque enim aliter oportebat, & quasi
visa sunt per aliquam partem agri frumen
ta dominica defecisse: Nullo modo autem
defecerant quæ vere frumenta erant præ-
destinata atque seminata, & alta radice ve-
raciter germinantia. Salua enim conscien-
tia literis concilij crediderant, neque enim
ab hominibus de alijs hominibus aliquid
incredibile dicebatur, aut eis contra euan-
gelium credebatur: Sed posteaquam illi fu-
riosa pertinacia vsque ad dissensionem sa-
crilegam contra totum orbem christianum
contentione obstinatissima perdurarunt,
atque innotuit bonis fidelibus quos a Cæ-
ciliano alienauerat falsa criminatio, vide-
runt se, si in illa communione persisterent,
non iam de quodam homine, vel de quibusdam hominibus, sed de ecclesia terra-
rum orbe diffusa prauum habere iudicium,
& maluerunt Christi euangelio, quàm K
collegarum consilio credere. Itaque illis re-
lictis, mox ad catholicam pacem multi &
episcopi & clerici, & populi redierunt,
quod & antequam facerent, in tritico de-
putabantur. Tunc enim non faciebant
cum aduersus homines male sibi à colle-
gis insinuatos, non aduersus ecclesiam
dei, quæ in cunctis gentibus crescit, illa,

eorum contradictio tenebatur, Itaque & in Aphrica triticum quod filius hominis seminauerat, triticũ mansit: Ex illo vsq; adhuc creuit, & crescit, et deiceps vsq; ad messem fructificabit & crescet, sicut in omni mundo. Nonnulli etiam bonæ voluntatis per carnalem caliginem, etiam post confirmatum contra ecclesiã dei malignorum furorem, in illa dissensione diutius erraverunt, tanquam si adhuc mollia conculcarentur frumenta, & radice viua herbæ vigor attereretur, etiam ipsa tũ frumenta sua nouerat deus, quanuis vt reuiuiscerent arguenda & increpanda. Non enim eo modo dictum est Petro, Redi post me satana: quõ dictum est de Iuda, Vnus ex vobis diabolus est. Quidã quoq; & apertissimæ veritati malo studio contradixerunt: Illi vero erant dicati vel præcisi erant, sed non permanentes in infidelitate, sicut de quibusdã ramis fractis Apostolus dicit, manu diuina replãtati, aut iterum inserti sunt, Tunc. n. quisq; infructuosus & nondum a radice præcisus est, cum mala cupiditate agit quidem illa opera, de quibus dictum est, Qm̃ qui talia agunt, regnum dei non possidebunt: sed cũ pro ipsis operibus etiam veritati apertissimæ qua redarguitur, resistere cœperit, tunc præciditur. Et multi tales sunt in sacrorum communione cum ecclesia, & tũ iam non sunt in ecclesia: Alioquin si tũc quisq; præciditur cum visibiliter excõicatur, consequens erit vt tunc rursus inseratur, cum visibiliter communioni restituitur. Quid si ergo fictus accedat, atque aduersus veritatem & ecclesiam cor inimitissimum gerat, quanuis peragatur in eo illa solennitas, nunquid reconciliatur, nunquid inseritur? Absit. Sicut ergo iam denuo communicans nondum insertus est, sic & antequam visibiliter excommunicatur quisquis contra veritatem qua conuincitur & arguitur, inimicum gestat animum, iam præcisus est. Ita fit, vt & semen bonum & semen malum utraque per agrum crescant vsque ad messem, id est, & filij regni & filij maligni vtrique per mundum crescant in finem seculi illis fructum serentibus cum toleratia, illis cum sterilitate amaricantibus. Vos autem innitentes euidentissimis testimonijs legis, Prophetarum, Psalmorum, ipsius domini, & Apostelorum, de sancta ecclesia toto terrarum orbe diffusa, exigite ab istis vt ostendant ex Aphrica, quod attinet ad partem Donati, aliqua manifesta de canonicis libris testimonia. Neque enim sicut iam dixi, vllo modo fieri posset, vt ecclesia sicut dicũ, & quod absit, tam cito ex tot gentibus peritura, tot testimonijs tam sublimiter, & tam indubitanter prædicaretur. & de ista quam uolunt, sua, quæ vsque in finem sicut contendunt permansura fuerat, taceretur. Mentotie enim quid illi diuiti dictum sit, cum apud inferos torqueretur, & ad fratres suos aliquem ex mortuis mitti vellet: Habent illic, inquit, Moysen & Prophetas. Et cum ille diceret, non eos creditauros, nisi ad eos isset aliquis mortuorum: Si Moysen, inquit, & Prophetas non audiunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Epistolæ de vnitate eccclesiæ finis.

Mat. 16.
Ioan. 6.
Rom. 11
Galat. 5
M

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, operis Breuiculi collationum Præfatio.

CVm catholici Episcopi & partis Donati, iussu Imperatoris disputando inter se gestis apud Tribunum & Notarium Marcellinum cognitorem habitis conti-

peratoris reddidit Donatistis, qui se pollicerentur esse venturos, vt eo modo eos ad conferendum etiã beneficijs inuitaret. In eodẽ etiam edicto obtulit eis, vt alium quem vellent cũ illo iudicẽ constitueret, iurauitq; se hoc iudicaturũ qđ veritas suasisset, & cætera quæ ad exhortationem congregationis illorum eodẽ continentur edicto. Tertio loco recitatum est alterũ cognitoris edictum, quod proposuit iam præsentibus apud Carthaginem vtriusque partis Episcopis, qui locus & qui modus collationis futurus esset, supradicto die itidem commemorato & constituto, & admonuit vtrei pars vtraque scriberet, vtrum placerẽt quas comprehendit edicto.

Quarto loco cum partis Donati Episcopi exigerẽt proponi sibi ab aduersarijs qua causa fuissent cõgregati, cognitor distulit, vt ex ordine prius omnia recitarentur quæ antẽ diem collationis acta fuerant. Et recita ta est notaria Donatistarum, in qua dixerunt, nõ sibi placere quod in edicto suo posuisset, vt hi soli ex Episcopis conuenirent ad collationis locum, quos ad ipsam causam peragendam cæteri delegissent, qui omnes triginta sex complebãtur, decẽ & octo hinc, & decem & octo inde, id est, septem qui inter se disputarent, & alij septem qui concilio si opus esset adhibentur, & alij quaterni qui gestis custodiendis & conscribendis præessent, sed petiuerunt se omnes potius qui venerant adesse debere, vt eorum numerus appareret, dicentes quod eos aduersarij paucos esse mentiti sint, Ibi dixerunt ita se omnes venisse vsque ad grauissimos senes, vt hi soli deessent, quos aduersa valetudo corporis impedisset, & cætera quæ ipsa notaria contineantur.

Quinto loco, recitatę sunt literæ catholicorum, quas rescripserunt cognitori sicut edicto commonuerat, insinuantes consentire se ad omnia, quæ illo edicto fuerant ordinata: In eisdem literis etiam se obstrinxerunt, & polliciti sunt, quod si in parte Donati veritas ei demonstraretur ecclesiæ, non sed concilium eorum secuturos pro salute Christianam: si autem in sua communione potius veritas ostenderetur ecclesiæ, honorem se fieri bono pacis, vt intelligerent hi qui rex episcopales eis non se negaturos, & hoc bus hoc præstaretur, quod in eis catholici non Christianam consecrationem, sed humanum detestarentur errorem. Quod si plebes duos in ecclesia episcopos ferre non possent, vtrisque de medio recedentibus, singuli constituerentur episcopi, ab eis episcopi ordinandi, qui in suis plebibus singuli inuenirentur. In eisdem literis commemorata est etiam causa Maximinianistarũ, ex quibus à se dãnatis propter pacem partis Donati quosdam in honoribus integris susceperunt, & ab eis datum in sacrilego schismate baptismum non rescinderunt, & cætera quæ in memoratis literis cõtinent.

Sexto loco recitatum est etiam edictum ipsius cognitoris, quod proposuerat cum supradicta notaria Donatistarum, & supradictis literis catholicorum insinuans populo, quæ illi pars vtraque rescripserit. Septimo loco recitatæ sunt literæ catholicorum ad cognitorem datæ. Quibus Donatistarum notariæ responderunt, concedẽtes eis quod petierant, vt vniuersi qui venerãt presentes essent in eo loco vbi erat futura collatio, cum tamen illic ex catholicis episcopis illi soli adessent quos edicto suo catholicis episcopis illi soli adessent quos edicto suo cognitor definierat, vt si aliquis tumultus existeret, quod catholici valde metuebant, non illis imputaretur qui paucissimi adessent, sed eis potius qui multitudinem suam præsentem esse voluissent. In eisdem literis etiam tota causa comprehensa est, vt ostẽderetur Ecclesia catholica nõ esse pars Donati, sed illa potius quæ per totum mũdum fructificaret & creseret, incipiens ab Hierusalẽ secũdum sacrã scripturam, sed quia nihil ei præiudicarent quicunque in ea mali fuissent, diuino in fine iudicio separandi, & quia nec in ipsum Cæcilianum maiores eorum aliquid probare potuerunt, qui iudicijs Ecclesiasticis & maxime Imperatoris apud quem ab eis fuerat accusatus, innocens inuentus & pronunciatus est, & quia de iussionibus Imperatorũ quæ pro catholica constituuntur, solent facere inuidiam, commemoratum est etiam de sancta scriptura, reges decreuisse in regno suo grauissimas pœnas eis qui blasphemassent deum. Commemorata est etiam causa Maximinianistarum, quos & iudicijs ipsi publicis insectati sunt, & ex quibus damnatis quosdam in honoribus integris susceperunt, nec ab eis in schismate datum baptismum destruxerunt, quò deis quibus dilationem dederunt Maximinia-

Luc. 24.
Dani. 3.

no

Universidad de Deusto
Biblioteca

no communicantibus, dixerũt illius conta
gio nõ fuisse pollutos, & cætera quæ eisdẽ
literis continentur. Hæc aũt omnia ideo ibi
commemorata sunt, ne forte si secũ cogitas
sent Donatistæ, & uiderẽt quã malã causã
haberet pars Donati, ad hoc uoluissent om
nes qui uenerãt ingredi locũ collationis, ut
8 pax atq; unitas fieret. Octauo loco cũ co-
gnitor inquisisset, vtrũ sicut à catholicis ui
debat, ita ẽt à parte Donati electi iã eẽnt q̃
susceptã cãm perageret, Rñsum est à parte
Donati, quod iam esset acta à catholicis cã
antequam esset confligentium statuta per-
sona, p̃p illas catholicorum literas quæ to
tam cãm breuiter continebant. Deinde in-
stare cœperunt, ut prius ageretur de tpe,
de mandato, de persona, de causa, tũc ad ne
gocij merita ueniretur. Et cũ cognitor in-
terlocutus esset, nihil de causa esse mutila-
G tũ, & rursus inquisisset, utrũ de cõstituen-
do numero disputantiũ edicto eius paritũ
fuerit, quia per hoc oporteret agi omnia
quæ agenda essent: cœperũt Donatistæ age
re de tpe, quoniã causa agi non posset quin
dies pteriisset. Quartodecimo. n. calendarũ
Iuniarum die, cõpleti fuerant quatuor mẽ
ses ex die edicti cognitoris quod ad prouin
ciã miserat, sicut interrogatũ rñdit officiũ.
Et q̃m inter quatuor mẽses agi causam p̃ce
perat Imperator, ideo diẽ iam transisse di-
cebant, & petebant ut tanquam in contu-
maces catholicos sententia proferretur,
quasi catholici absentes, essent, aut Donati
stæ aliquando ad agendam causam illis ab
sentibus intrauissent, aut admoniti catholi-
ci uel euocati defuissent. Ista ergo calum-
niasse & tergiuersatione, quæ nec in foro iu
re agerentur, dicebant nolentes ut aliquid
ageretur, Sed ad hoc eis rũdit ipse cognitor
quòd in calendas Iunias pars utraque con
senserit, quanuis ẽt si quælibet pars adhuc
usque non occurrisset, duos alios menses su
peresse potuisse, quos Imperator adiunxit
9 trinis edictis fuisse seruandos. Nono loco,
quem cognitor superius dixerat de tempo-
re præscribere, ut causa non ageretur, non
H esse Epalis, sed forensis potius esse obiectio
nis, inuenit occasionem pars Donati, qua
diceret, nihil ergo secum agi publico iure
debere, sed tantum diuinis scripturis. Vnde
cum quæsisset cognitor, quid utrique parti
de hac re placeret, responsum est à catho-
licis, ut iuberet mandatum catholici con-
cilij recitari, ubi electis disputationibus a-

gendi modus iniunctus est, ibi posse melius
apparere, quòd non forensibus tergiuersa-
tionibus, sed magis diuinis testimoniis age
retur. Et aliquand u conflictio producta
est, cum catholici instarent recitari man-
datum, illi autem recusarent, Sed postea re
motis omnibus moratorus contentionibus re
recitari mandatum cognitor iusit. Deci-
mo loco mandatum catholici concilii recita
tum est, quo electis ad disputandum Epi
scopis, catholicæ ecclesiæ est iniuncta defen
sio aduersus criminationes Donatistarum.
Hoc mandato iterum sicut in superioribus
literis breuiter tota causa cõprehensa est
prius ut causa ecclesiæ quæ tota sicut pro-
missa est terrarum orbe diffunditur, a cau
sa Cæciliani qualiscunq; illa fuisset sic di-
stingueretur, ut oũderetur malos in Eccle
sia qui uel ignoranter uel pro unitate pacis
tolerantur a bonis non eis ad mala consen-
tientibus, obesse non posse, ꝓ similitudinibus
Euangelicis & exemplo Prophetarum &
ipsius domini Xp̃i & Apostolorum & Epi
scoporum & iudicio ipsorum ẽt Donatista
rum propter Maximinianistas. Deinde ip-
sius Cæciliani causa non mala fuisse certis
documentis demonstraretur, quibus & ipse
& ordinator eius Felix Aptuginensis, quẽ
in concilio suo criminosius accusauerunt,
probaretur esse purgatus. Et cætera quæ
mandato eodem continentur, siue de bapti
mo, siue de p̃secutione quæ solet catholicis
obiicere pars Donati. Nam commemorata
ibi est iterum sicut in superioribus literis
causa Maximinianistarum, qua demonstra
rentur Donatistæ suo iudicio cuncta diluit
se, quæ obiicere catholicis, uel de baptismo
uel de persecutione, uel de communionis
contagione consueuerunt. Adiectum est
etiam nũc Epis catholicis morarum inter
ponendarum gra uoluissent crimina obii-
cere, propter finiendã quæ prius urget cau
sam, audienda, & discutienda postea differ-
rentur, hoc aũt, id est, ut tota causa & supe-
rioribus literis & isto mandato comprehẽ-
deretur, eo consilio a catholicis factum est,
ne forte sicut fama iactabat aliquas mora-
torias præscriptiones Donatistæ ingere-
re conarentur, & forsitan non permitti
ab ipsa collatione resilirent, acta licet
breuiter ecclesiæ catholicæ causa, in con-
scriptione gestorum legenda remanerent,
quam timuisse intelligerentur, & ideo
noluisse conferre. Vndecimo loco cum

eum cognitor interlocutus esset in manda-
to catholicorum magis diuina testimonia
quam forensia vincula esse prolata, & ius-
sisset etiam subscriptiones omniũ recitari,
conflictus exortus est, & aliquandiu produ
ctus est, cum Donatistæ exigerent eorũ p̃-
sentiã qui mandato subscripserant, obiciẽ-
tes, quod eis suppositis qui Epi nõ fuerint,
potuissent fallere cognitorẽ, quo p̃sente sub
scripsisse legebãtur, & q̃ antiquis cathedris
alios Episcopos addiderint, vt numerus au
geretur. Catholici aũt ne sui præsentaren-
tur resistebant, verentes, ne illi tumultũ ali-
quẽ præpararent per quem prorsus abrum
peretur ipsa collatio, quam fieri Donatistæ
nolle omino videbantur, maxime q̃n de tẽ-
pore quasi iam causa lapsa esset & audiri nõ
posset præscribere voluerunt. Quem tumul
tum ideo putabantur nondum fecisse, quia
si fieret, videbant non posse imputari catho
1 licis qui pauciss̃imi aderant, sed sibi potius,
quorum præsens fuerat multitudo. Sed vo-
luntati eorum cedentibus catholicis, vt oẽs
quẽ subscripserant ingrederentur, apparuit
postea hoc ideo voluisse Donatistas, q̃a exi
stimabant non conuenisse Carthaginẽ tot
catholicos, quot subscriptiones ostendeba-
tur. Hoc autem propterea credidisse putati
sunt, quia catholici nõ ea põpa qua illi Car
12 thaginem fuerãt ingressi, & ob hoc eos pau
cos uenisse suspicabant. Duodecimo loco
ingressis Episcopis catholicis, quorum præ
sentia petebatur, omnes singillatim recita
ti & in medium procedentes à Donatistis
recogniti sunt, vel vicinis suis, vel cum qui-
bus in vno loco erant, & quicunq; recitabã
tur catholica Episcopi ex his locis, vbi non
erat pars Donati, satis & ipsis Donatistis
notum erat se ibi non habere collegas, vel
communionem suã, & esse illic catholicos,
vel quos nouerant, vel de quibus audierant
in suæ vicinitate regionis. Ita factum est, vt
omnino nullius catholici recitaretur sub-
scriptio de cuius præsentia dubitarent. Sane
cum ventũ esset ad nomen Victoriani Mu
M sticani catholici Episcopi & in medium p̃
cedẽs, respondisse se habere cõtrarios duos,
Felicianum in ciuitate Musticana, & Dona-
tum in loco Turensi, exegerunt catholici
vt actis constaret Felicianum in cõmunio-
ne esse Primiani: ipsum enim inter alios eũ
Maximiniano damnauerant, damnatorem
Primiani ordinatorẽ ipsius Maximiniani,
quem postea in integro honore receperant,

nec destruxerant baptismum in eis quos in
Maximiniani schismate baptizauerat, sed
ad interrogationem catholicorum respon-
dere noluerunt, dicentes non debere hoc ab
eis exigi. Et cum iterum prẽsius exigere
tur, dixerunt iam internæ actionis hoc es-
se, & secundum eos interlocutus est cogni-
tor, vt hoc quod cœptum fuerat, ageretur,
& illud si opus esset postea quæreretur.
In ipsa autem diœcesi Musticana apparuit
& ipsos Episcopum alium antiquæ cathe-
dræ addidisse, quod inani inuicia catholicis
obiecerant, hoc & in alijs locis eos fecisse
postea declaratum est. Tertiodecimo lo 13
co recensitis & recognitis præsentibus ca-
tholicis qui subscripserant, cognitor obtu-
lit petens, vt considentes potius agerent
quàm stantes. Donatistæ autem recusaue
runt, gratias tamen agentes quod talibus
senibus obtulisset consessum, & in ea recu-
satione multa dicentes in laudem suam: & A
in laudem ipsius cognitoris, quæ legat qui
voluerit in conscriptione gestorum, perti-
net enim ad rem quomodo quem sic lauda-
uerunt, vt dicerent, honorificum, iustum,
reuerentem, benignum, causam tamen pro-
pter cuius actionem tam multi cõuenerãt,
apud eum agi nolebant. Quartodecimo 14
hoc mandatum etiam donatistarum prola-
tum & recitatum est, breuiter factum, vt hi
quos elegerant agerent velut aduersus tra
ditores & persecutores suos. Recitata sunt
etiam eorum nomina, cũ hoc catholici fieri
petissent, vt constaret vtrum apud Cartha-
ginem præsentes subscripserant. Sed Dona-
tistæ multo instantius hoc vt fieret cognito
ri extorserunt, vt eorum quoq; numerus
appareret, quod se magna intentione velle
monstrabant. In ea sane recitatione inuen-
ti sunt quidam pro quibus absentibus alij
subscripserunt. Inuentus est etiam vnus
qui cum suo nomine recitato non respon-
deret, dixerunt eũ in itinere esse defunctũ.
Et cum quærerent catholici, quomodo po-
tuerit apud Carthaginem subscribere qui
fuerat in itinere defunctus, illi diu fluctua-
uerunt perturbati, & nescientes quid respõ
derent, Nam primo dixerunt, non de ipso
sed de alio fuisse suggestum. Et cum catho-
lici putarent de alio, id est, de clerico eos
dicere, qui pro mortuo subscribere potuit, B
quæsitum est, vtrum clericus suo nomine
an illius pro mortuo subscripserit, sed po-
tius responderunt ipsum quidẽ subscripsis-
se p̃sen

se præsentem, cum octauo calendas Iunias mandatū fieret, sed qm̃ æger subscripserat, remeantem ad propria in itinere defecisse. Quo audito, catholici petierunt superiora eorū verba recitari, vt ipsa varietas deprehēsa claresceret. Qđ cū factū fuisset & appareret, quæsiuit cognitor, vtrū saltem subdei testificatione firmarent eū fuisse Carthagini, qñ præsentes præsentibus mādauerit vt subscriberent. Vbi vehementius perturbati rñderunt, Quid si & alius pro eodē appositus? Hanc eorū falsitatē deprehensam iudicio dei relinquens, iussit cætera nomina recitare. Quibus recitatis, quæsiuit de numero Episcoporū partis vtriusq;. Rñdit officiū, nomina Donatistarū Eporū esse ducenta septuagintanouem, annumeratis etiam illis pro quibus absentibus alij subscripserant cōputato & illo defuncto. Catholicorū aūt omniū præsentibus nomina esse constitit ducenta octogintasex. Viginti enim non subscripserant, qui tū suam exhi-
C bētes pñtiā & in medio ꝓcedētes, nisi quos infirmitas corporis illic apud Carthaginē tenuit, præsentibus gestis se mandare & cōsentire professi sunt. In loco ergo collationis, hoc est in thermis Gergilionis, quia ipse postea locus placuerat, ex his catholicis qui mandato subscripserant & qui præsentes gestis mandauerant hi soli defuerūt qui illic apud Carthaginē incōmoda valetudine tenebantur. Ex his aūt quorum nomina Donatistarū subscriptio continebat, non solū illi deerant quos apud Carthaginē ægrotare rñderant, sed ēt illi pro quibus absentibus. i. apud Carthaginem non constitutis alij subscripserant. Qm̃ itaq; se Donatistæ de numerositate iactabant, excepto eo quod catholicos plures venisse Carthaginem cōstitit, dictū est à catholicis alios Episcopos cētumuigintí non venisse Carthaginē, qđ quidam eorū senectute, quidā infirmitate, quidā diuersis necessitatibus impediti. Qđ cum audissent Donatistæ respondерunt etiā suos multo plures non venisse Carthaginē, & multas esse apud se cathedras viduatas Episcopis, cum in sua notaria quam cognitori dederant, apertissime dixerint vsq; adeo se omnes venisse Carthaginem, vt nec
D grauissimos senes ætas & labor potuerit deterrere: eosq; solos non venisse quos aduersa valetudo in suis sedibus, vel in itinere tenuisset. Sane pp cathedras quas Episcopis vacuas apud se esse dixerunt, rñsum est ét à catholicis, sexaginta esse quibus successores Episcopi nondum fuerant ordinati, ac per hoc in istis vtriusq; partis subscriptionibus & falsitates in Donatistis constitit fuisse deprehensas, & eorum numerum Epōrū memorē, qñquidem soli ægroti non venerant Carthaginē pro quibus tñ minere egrotantibus alij subscripserant, & omnium nomina cum ipsis etiam pro quibus alij subscripserant, ducenta septuagintanouem subsedibus ægrotasse potuisse, & ideo non
veniſſe Carthaginem. Quintodecimo lo
co egressus omnibus, q iam superfluo præsentes erant, & remanentibus eis in quos necessarios vtriq; delegerant in perendinum diem collatio dilata est vtrorumq; cōsensu, qm̃ dies præsens iam videbatur emensus.

Collationis primi diei finis.

SECVNDI DIEI COLLATIO.

PRIMO loco cum die in termisso ad memoratum locū sicut placuerat & cōstitutum fuerat conuenitur, obtulit confessum itrū cognitor deprecans vt fieret. Et mox catholici consederunt, Donatistæ aūt recusauerunt. In qua recusatione, inter cætera id quoq; dixerunt, qđ scripserant, ducenta septuagintanouem subscripturum sibi esset cum talibus non sedere. Ad hoc catholici ne moræ fierent, tunc non responderunt, sed oportuniore loco in tertij diei collatione. Tunc ergo etiam ipse cognitor stando se cognoturum esse respondit. Secūdo loco recitata est notoria quæ pridie dederant, petentes, vt si mandatum catholicorum ederetur, quo considerato possent in diem constitutum instructi adesse, eo quod exceptores cum conscriptione gestorum occurrere non valent, & respon-
sio cognitorum in eadem notaria, qua iubet cognitor, qđ ét de subscriptionibus fieri qđ petebāt. Tertio loco cū quisset cognitor, qđ ét de subscriptionibus rīderent: id est, vtrum eis placeret quod edicto propositum fuerat, vt ꝓsecutionibus suis & subscriberet: & respondissent catholici, ita in hoc cōsensum suum literis expressisse, illis se multū moueri dixerūt, ꝙ hoc consuetudo

nō hēret. Et cū cognitor interrogasset, vtrū eis sufficeret qđ dati fuerant gestorū cōscribendorū ex vtraq; parte custodes: dilationē petere cœperunt, vt sibi cōscripta gesta ederent, & tunc rñderent. Hic ortus est diu turnus cōflictus cū eis, cū consensus eorū, quo placuerat vt illo die res ageretur, sæpe recitaretur ex tabulis. Et cum se notas ignorare dicerent, petentes vt prius eis ederent gesta conscripta, cognitor iussit, vt quod eorum notarij exceperant perlatis codicibus qui signati custodiebantur, eis recitarentur, ne contra suum consensum venirent. Cūq; & ipsi sæpe de gestorū æditione causarent, qđ exceptores nō occurrissent gesta conscribere, ét hoc eis rñsum ē, qđ notaria sua ideo se petisse dixerant edi sibi catholicorū mandatum, ad præsentem diē instructi occurrerent, quia exceptores occurrere cum gestorū editione non possent. Vbi non inuenientes quod dicerent, voluerunt iterum pscriptionem diei refricare, de qua fuerat eis satis superq; rñsum, & inde iam fuerat primo die transitum. Sed tunc eis catholici etiā ad hoc responderunt, quod non solum in edicto cognitoris calendarum Iuniarum dies constitutus legeretur, sed etiam ipsi octauo calendas Iunias suum mandatum conscribant agi debuisse causam, id est, quartodecimo calendas Iunias, dictum est etiā ipsum Primianum ad calendas Iunias se pollicitū occurrere. Quæ omnia ideo à catholicis dicta sunt, quod audierant eos etiam populo suo de hac re inuidiose locutos, & tamen in
ter hæc omnia illi in petenda dilatione vehementissime perstiterunt. Quod cum vidissent catholici ad hoc eos diu nugari, vt gesta multis verbis onerarentur, petierunt cognitorem, vt eis quam petebant dilationem concederet. Et concessa est sex dierū dilatio, respondentibus exceptoribus, quando æditio gestorum posset occurrere, & illis promittentibus cum gesta ædita fuerint se suis prosecutionibus subscripturos.

H Collationis secundi diei finis.

COLLATIO TERTII DIEI.

TERTIO die collationis. i. sexto idus Iunias, ingressis partibus: Primo loco, vtrū æditā eis gesta fuerint cognitor inq-
siuit. Rñdit officiū, se ante diē qua ꝓmiserat ædidisse, qđ ex vtriusq; partis cautionibus probaretur. Et recitatæ sunt cautiones quibus constitit catholicos accepisse gesta octauo idus Iunias hora. diei quinta, Donatistas autem eodem die, tertia. Secundo lo 2
co cum cognitor iussisset principale negocium iam proponi, dictum est, à catholicis olim se agere velle principale negocium, & hoc esse vt crimina, quæ solent Donatistæ dicere in Ecclesiā toto orbe diffusam, si possent probarent. Rñsum est à Donatistis vt prius quæreretur qui essent qui agerent, vt moræ fierent de discussione personarū. De qua re cum diu conflligeretur, catholicis recusantibus, & vt remotis superfluarū moraрum tergiuersationibus ad causam veniretur vehementer instantibus, contra Donatistæ obnixissime contendebant, vt personæ I
discuterentur, & flagitabant, vt exprimerentur qui petissent ab Imperatore istam fieri collationem: Volebāt. n. vt cōstaret catholicos esse petitores, vt ex forensi iure possent discutere personas petitorum, cum iam in actione prima recitatum fuisse catholicorū mandatum, vbi se ostendebant non petitores esse sed defensores aduersus crimina, quæ illi eorum cōmunioni obijcere solent, cum ipsi prius exegerint, vt Ecclesiæ causa non forensibus formulis, sed magis diuinarum scripturarum testimonijs ageretur, cōfessiq; fuerint lecto catholicorum mandato, scripturis sanctis eos ecclesiæ causam firmare voluisse, sequeque eadem diuinæ legis authoritate vicissim acturos esse promiserint: Tūc ergo quasi obliti quid exegerint, & quid etiam ipsi polliciti fuerint, cum de Ecclesiæ criminatione & purgatione catholici proposuissent agi oportere, cœperant personas quærere petitorum, vt eas possent ex forensi discutere. Contra ergo catholici resistebant: & propter præscindendas moras quas eos & præparare audierant & innectere iam videbant, perseueranter instabant, vt Ecclesiæ causa potius ageretur in K
conflictu. Peruentum est, vt Imperatoris præceptum quo collationem iussisset fieri legeretur, vt eo modo petitorū persona constaret. Videbatur. n. & cognitori, ne quid Donatistis etiam de ipso iure forensi velut iusta poscentibus negaretur, prius petitorū constituendas esse personas. Præcepto ergo imperiali recitato, collationem petisse catholicos declaratū est, eamq; esse cōcessam.

Tunc

Tunc Donatiſtæ etiam preces quibus ab eis illa collatio petita eſt, poſtulare cœperunt. Hic cum eis ipſe cognitor rñderet, in pragmatico reſcripto preces inſeri non ſole re, ad id ſe conuerterunt, vt mandatum catholicorum, quo mandauerant peti ab Imperatore collationẽ, eoſdemq; legatos quos ad hoc impetrandũ miſerant, ſibi æderent atq; proderent, aſſerentes diſcutere ſe debere quæ mandata ſunt, atq; ibi inuenire poſſe mandata catholicorum q̃ de illis Imperari locuti ſunt. Hoc cum intelligerent catholici, ad hoc inquiri vt inuenirentur occaſiones quibus prolixi temporis morę ac dilationes ingererentur, aſſerebãt omnino qđ peterent ad cauſam non pertinere, qñq; dẽ collationem ab eis petitam ipſe Imperator apertiſsime oſtenderet cui cognitorem dederat, vt ſuperſtitionem manifeſta rõ confutaret. Et vehementer vrgebatur, remotis
L omnibus morarũ interpoſitionibus, & aliarum interponendarum inquiſitionibus, id potius ageretur quod ea collatione agi ab Imperatore præceptum eſt, quam &̃ petitã ab illo & cõceſſam eſſe conſtabat. Inter hęc etiam de catholico nomine apud quos potius eſſet, pauca ab vtraq; parte inuicem dicta & obiecta ſunt, & iuſſum eſt principali cauſæ potius reſeruari. Et poſt aliquãta idẽ tidem cum catholici nominis facta mentione, dicerent Donatiſtæ apud ſe potius eſſe catholicam, interlocutus eſt cognitor, ſe interim ſine cuiuſquã præiudicio non poſſe aliter appellare catholicos quam eos appellauit Imperator, à quo cognitor datus eſt, illos autem quanto magis ſe eſſe catholicos dicerent, tanto magis iam cãm ipſam remotis morarum interpoſitionibus agere debere, in qua probare poſſent ſe potius eſſe catholicos. Hic Donatiſtæ poſt tantas moras & tot interlocutiones cognitoris cõtra eos prolatas, exigentis vt cauſa potius ageret, atque teſtantis de legatorum perſonis, vel à mãdato qđ eis iniunctũ eſt, nec ad cãm aliquid pertinere, nec ſi aliquid vt hinc requireret fuiſſe præceptum, dixerunt vt ſi in le-
M gatis, vel mandato quod eis datũ eſt manifeſtando falſum, noluiſſent catholici obtemperare iudicatis, ſaltẽ hoc rñderent, vtrũ loco petitorũ cõſiſteret, multũ mirãtibus catholicis, cur eos Donatiſtæ dixerũt in ædẽdo legatorũ mãdato nõ parere iudicatis, cũ potius cõtra ipſos tã multis interlocutionibus cognitor ꝓnũciauerat. Interrogauerũt ergo catholici quibus iudicatis non parerent. Et Donatiſtis ad hoc non rñdentibus, interlocutus eſt cognitor, ad illud quod de loco petitoris Donatiſtæ quæſierant, catholici rñderent. Et reſponderunt ſe hoc proponere, vt crimina q̃ ſolent Donatiſtæ cõtra eorum obijcere vel probentur, vel diluantur, vt poſsit Donatiſtarum ſeparatio, vel defendi, vel corrigi. Tunc cognitor cum tã ſionem à Donatiſtis exigeret, reſpondit Aphros qui ſe catholicos dicerent, aliena cãm velle defendere, hoc eſt, totius orbis Eccleſiam de qua ſibi nihil debere præiudicari, cum inter Aphros hoc negocium ventilatur, & expectare potius Eccleſiam tranſmarinam, vt qui vicerint, ipſi ad eã pertinere videantur, & ipſi habeant catholicũ nomẽ. Sed in fine proſecutionis ſuæ rurſus de perſona petitoris vt ſibi rñderet poſtulauerũt. Hic catholici ad vtrũq; breuiter rñderunt. Et quia de perſonis iam primo & ſecundo iudicio quæſtio fuerit terminata, & quia Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cui teſtimoniũ perhibet ſcriptura diuina, ipſi non Donatiſtæ cõmunicant, vñ catholici merito & ſunt & vocantur. Donatiſtæ autem rñderunt, non catholicum nomen ex vniuerſitate gentium, ex plenitudine ſacrorum inſtitutum, & peti uerunt, vt probarent catholici ſibi communicare oẽs gentes. Quod catholici cum grauiſsime acciperent, & peterent, vt hoc probare permitterentur, rurſus illi de mandato illo quod legatis iniunctum eſt, æderi ſibi petiuerant, quæſtionem refricare cœperunt, & à cauſa Eccleſiæ, quæ iam in medium diſcutienda peruenerat, iterum reſilire, modo mandatum ſupradictum petendo, modo de petitoris perſona vt conſtaret inſtando, modo de petitoris perſona vt conſtaret inſtando, mõ vt de his ipſis q̃ petierant iudicares cognitor, exigẽdo, de qbus iã totiens fuerat interlocutus, & eos illa fruſtra petere ꝓnũciauerat. Sed cognitor, quanq; viderent nõ recte petere æditi ſibi mãdatũ quod legatis iniũctũ eſt, qa id qđ ſufficiebat ad cauſam, collationem petitam conceſſamq; cõſtabat, non ei tamen videbatur iniuſte illos petere vt petitoris perſona conſtaret. Catholici autem videntes, quod iam ſibi fuerat antea nũciatum, & hoc eorum intentione ſatis intelligebant, non ob aliud Donatiſtas perſonã q̃rere petitorum niſi vt liceret eis perſonarũ diſcuſsione lõgiſsimas tẽporũ & dilationũ moras inſerere, qm̃ vehemẽter nolebãt, vt peruẽ-

iniunctum, aut pronunciare eos hoc ſuperfluo petiuiſſe, ille aũt & pronunciaſſe ſe diceret, & pronunciaret hoc omnino ad præſens non pertinere iudicium, vbi declararet imperialibus literis quid petitum eſſet quidve cõceſſum. Et tãdẽ aliqñ ad iuſſum eius cæperãt geſta ꝓfectoria recitari. Quorũ geſtorũ cũ dies & cõſules fuiſſent recitati, cõtinuo rurſus Donatiſtæ interruperunt, & eadẽ illa ꝓterita poſcere cœperunt. Sed cũ cognitor interloqueretur, debere geſta recitati, vt de petitoris perſona cõſtaret, illi cõtra ab initio cœperunt dicere eſſe geſta priora, q̃ deberent potius recitari. Cõtra à catholicis dictũ eſt iõ illos nolle vt geſta ꝓfectoria legerẽtur, qđ in eis ꝓſecutiones proprias formidarent. Obtulerunt ergo Donatiſtæ geſta proconſularia, & vica- E
riæ ꝓfecturæ, vbi catholici petierant eos actis municipalibus conueniri, vt collatione vtrorumq; facta, error de medio tolleret, lõge antequam ipſam collationem ab Imperatore petiuiſſent, & his geſtis catholicos volebant oſtendere, loco aſsiſtere petitorum, quia illic eos dixerat hęreticos multa cõtra diuinas leges, humanasq; cõmittere. Cõtra hoc catholici dicebant, ideo ſe etiam tunc flagitaſſe collationem, vt cõtra eorum crimina pro Eccleſia rñderẽt. Itaq; petiuerunt ſæpius, vt ſi ea geſta recitanda eſſent, q̃ priora eſſe cõſtaret, illa potius legerẽtur, vbi Donatiſtę primitus cauſam Cæciliani ad Imperatorem Cõſtantinum per Amillinum proconſulem accuſando miſerunt, recitatisq; geſtis quæ ipſi proferebant nõ ſunt recitata illa q̃ apud præfectos habita iam cœperant recitari, & cæpit eſſe cõflictus, vt ſi propterea geſta, quæ Donatiſtæ protulerãt prælata ſunt geſtis quæ à catholicis prolata fuerant, quia propria reperta ſunt, vt ipſa potius recitarentur, ſaltem poſt ipſorum recitationem recitarentur ẽt illa longe priora vbi apparerent in hac tota cauſa quæ agebatur, primitus accuſatores extitiſſe ꝓ proconſulẽ apud Imperatorem. Iſta ergo ne recitarentur, vehementer Donatiſtæ obluctabant, multis & multiplicibus perſecutionibus reſiſtẽtes, ſicut obluctati fuerant & extorſerant ne illa ꝓfectoria legerentur. In hac autem obluctaF
tione ſæpe repetebãt illud iã detritũ et tot interlocutionibus cognitoris repulſum, de mãdato legatorum ſibi ædendo. Repetebãt etiam quæſtionẽ q̃ fuerat iã ante trãſacta,

Vtrum

vt pueniretur ad cãm in qua ſe nihil hr̃e qđ dicerẽt, ſicut res ipſa vt ſero poſtea patefecit, plenisſime ſciebant. Hoc ergo videntes catholici noluerũt perſonam ſuſcipere petitorũ, aſſerentes non ſe obijcere crimina, ſed obiecta defendere, q̃ cũ defendiſſent & falſa eſſe demonſtraſſent, conſequenter eos apparere qui ſint & quãta iniquitate ſe ab vnitate diuiſerunt. Hic Donatiſtæ aſſerebant, quocũq; mõ ẽt de ipſis criminibus q̃ vellent diluere, vltro catholici cogerent ſibi aduerſarios rñdere, petitorum eos habere perſonã. Sed catholici rñdebãt ad hoc ſe petiſſe collationẽ, nõ vbi obijcienda diluenda, ſed vbi obiecta diluerẽt, qm̃ & mandatũ Donatiſtarũ aduerſus traditores & perſecutores factũ erat, & verba Primiani, qñ prius à catholicis de collatione cõuentus eſt, crimẽ eis eũ obicere teſtabant, vbi dixerat, indignũ eſt vt in vnũ cõueniant filij martyrũ & ꝓgenies traditorũ, & quanuis tunc cõferre noluiſſent, poſtea tñ in iudicio præfectorũ ſe audiri & diſcuti velle dixerat. Quẽ eorũ de collatione cõſenſum tenentes catholici, hoc vt fieret ab Imperatore petuerant. Tunc iuſsit eos cognitor obiecta à ſe crimina iam ꝓbare, nec de petita collatione ꝓſonã petitoris oñdi, ſi ẽt vtri que petiſſe ꝓbarent. Hic Donatiſtæ indẽ petere cœperũt, vt de ꝓſona ꝓnũciaret. Et pronũciauit cognitor, dicens, Si collationem pars vtraq; petiuiſſet cũ petitorẽ, qui crimina obijceret. Et exegerunt Donatiſtæ, vt probaretur à catholicis vtrum collationem vtriq; petierint. Vbi cognitor cũ dixiſſet, hoc catholici probare debebunt, ortus eſt iterũ moratorius conflictus de catholico nomine & Donatiſtarum & Cæcilianiſtarum. Deinde obtulerunt catholici geſta habita in iudicio præfecturæ, quibus probarent etiam Donatiſtas collationem petiſſe. Quæ cum iuſsiſſet cognitor recitari, rurſus illi ad præterita redierunt, & de his vt pronũciaret cognitor flagitare cœperunt, de quibus totiens pronunD
rum quod ſibi vt æderetur totiens ſuperfluo poſtulauerant. Hoc autẽ agebant, quã tum intelligebatur, timentes ne geſta prę fectoria legerentur, vbi ſuam cauſam, quibus vulnerauerant. Diu itaq; conflictatũ eſt ab eis, & maxime cũ ipſo cognitore, cũ ipſi peterent æditi ſibi mandatum legatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum te?imonijs legis, an publicis gestis catholici agere mallent: Et dicebant, vt si testimonia diuinæ ligis eligerent, facerent omniũ legũ publicarũ gestorumq; iacturã, si autem publicis legibus & gestis agere potius vellent omitteret diuina documenta. Et tũ si hoc eligerent catholici, vt publicorum gestorũ documentis potius ageret, dicebant se Donatistæ nec hoc permissuros, vt ea q̃ catholicis offerebanẽ gesta legerentur, eo q̃p haberent validã tẽporis p̃scriptionẽ, illã. i. de qua eis fuerat sufficiẽter & a catholicis & ab ipso cognitore rñsum, qa ipsam cãm lapsam & agi iam non posse dicebant, quia dies transierat quo mẽses quatuor cõplerentur. Vehementer. n. eos time re apparebat, ne gesta legerẽtur, quibus doceretur à maioribus eorũ Cæcilianũ apud Imperatorem primitus accusatum, & dein
G de iudicijs & Ecclesiasticis & imperialibus absolutum atq; purgatũ: Hoc est, ne ipsa cã omnino pp quã ventum fuerat, ageretur, vbi se euidentissime superari posse sentiebant. Si aũt nolebant & timebant, vt hoc ẽt confiteri cogerentur, dicentes q̃p sensim, id est, paulatim inducerentur in cãm, & ad causæ interna deducerentur, vt, quod vtiq; optare deberent, si nõ de inanibus & moratorijs præscriptionibus, sed de ipsius causæ veritate confiderent. Contra ergo catholici cum vehementer conarentur vt ad causam peruenireturquo eos prorsus nolle peruenire cernebãt, respondebant tamẽ iterum atque iterum eisdem ipsis quæ illi totiens iam transacta repetebãt. Et q̃m duo erant, quæ in medium venerant vnum de æditione mandati quod legatis iniunctum est, alterum vtrum diuinis testimonijs, an gestis publicis catholici agere mallent de mãdati illius æditione & catholici responderunt, non ad eos, neq; ad præsentem causam omnino pertinere. Ipse cognitor, quod sæpius pronunciauit iterum pronunciauit, legatorum personam & mandatum quod susceperũt omnino se non posse discutere, & ab eo quod sibi iniũctum est non debere discedere, quandoquidem satis apparebat imperialibus literis, quibus iudex huic
H causæ fuerat constitutus, collationem ab Imperatore concessam. De illo autem altero, vbi quærebãt quid eligerent catholici vtrum diuina documenta, an gesta publica sæpius catholici responderũt, si Donatistæ hominum crimina nõ obijcerent, quæ vellut traditoribus obijcere consueuerunt, sed tm̃ mõ id quærereẽ, quæ, vel vbi esset Ecclesia, nihil se acturos publicis gestis, sed scripturarum tm̃mõ testimonijs: si autem in illa hominum accusatione & criminatione perſisterent, quia & ipſi ista nisi talibus gestis demonstrare non possent, sine dubio & catholicos hmõi crimina gestis publicis defensuros: Aliter. n. ista nec accusari poterant, nec defendi. Hęc eis sæpius & a catholicis & ab ipso cognitore repetita & inculcata sunt, multis & varijs modis multarum persecutionũ, illis ad eadem redeuntibus & eadem repetentibus ne ageret cã esgas obstinationes, & iussit recitari q̃ à catholicis data sunt, & cœpit tandẽ agi causã pp quam tot Epi partis vtriusq; conuenerant. Q̃d mirabiliter factum est, vt cũ Donatistæ ppea quærerent petitoris personã ne peruenirent ad causam, ipsa inquisitio petitoris subito in medium mitteret cãm.

Tertio ergo loco hæc acta sunt. Lecta est relatio Marcellini proconsulis ad Imperatorem Constantinum, quam quærentibus Donatistis vnde prolata sit, catholici responderunt, in archiuo proconsulis si dubitarent, esse quærendum. In qua relatione euidentissime continetur ipsos primatus ad Imperatorem Cõstantinum per memoratum proconsulem ea quæ Cęciliano crimina obijciebant, accusando missse. Qua perlecta, Donatistę quærere cœperunt quem sibi catholici dicerent patrem. Quibus cum ab eis esset responsum secundum Euangelium, vbi scriptum est. Nemo vobis dicatis patrem in terra, vnus est. n. pater vester deus: etiam hoc audito nihilominus quærere cœperunt, vtrum eis Cæcilianus pater esset, an mr̃. Cum iam dictum fuisset à catholicis, nec patrem sibi eum esse nec matrem, sed fratrem, siue bonum, si bonus esset, siue malum, si malus esset, quia & malus propter sacramenta communia frater esset. Hinc aliquando diutius conflixerunt, Donatistis eadem repetentibus, & catholicis eadem respondentibus, Nã & hoc obiecerunt Donatistæ, quo diceret Apostolus, Et si multos pædagogos habetis in Christo, sed non multos patres: In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui. Et responsum est a catholicis, hoc honorificentiæ causa dictum propter Euangelicum

gelicum ministerium q̃d dispensabat Apostolus, Nam patrem ad fidem salutemq; æternam non esse, nisi Deum. Neq; enim posset contrariũ Christo Apostolus loqui, vt cum ille diceret, Ne vobis dicatis patrem in terra, vnus enim Pater vester Deus: cõtra Apostolus tanq̃ resistens verbis Chri Patrem se diceret eorum quibus annuncierat Euangelium, nisi esset vtique distinguẽdum, quid diuinæ gratiæ, quid humanæ honorificẽtiæ causa diceretur. Quæsierũt etiam quis ordinauerit Augustinũ, nescio quas sicut iactabatur, calumnia præparantes, Vbi cũ eis intrepide responderet a Mecallio se ordinatum, qui tunc fuerit primatus Eporum in Numidia Ecclesiæ catholicæ, & vrgeret instanter, vt iam proferrent, quæ præparauerunt, vt ibi etiam calũniosi demonstrarentur, illi intentionem in aliud detorserunt, redeuntes ad Cæciliani personam, quam dicebãt catholicæ Ecclesiæ nõ obesse ẽt si vera eius crimina monstrarentur. & tamen etiam ipsa nõ posse vera mõstrari, quas ab vniuerso cõcilio suo se accepisse dicebant, quibus responderetur mãdato catholicorum, quod primo die actionis fuerat allegatum, & die sequenti antequam ad secundam actionẽ die tertio veniretur, data notoria Donatistæ ædi sibi popoſcerant, vt instructi possent ad cognitionẽ venire. Et fortasse propter has literas diligẽter scribẽdas etiam ipsa secũda actione dilationẽ petierunt, quæ illis sex dierum cõcessa est.

Quarto itaq; loco hæc acta sunt, lectæ sunt supradictæ literæ Donatistarum, quibus conati sunt, respondere mãdato catholicorum, quod gestis primæ actionis inserendum est. Cui mandato non eos potuisse respondere inueni, & qui vtraq; legere & cõsiderare voluerit, comperiet, quia testimonia ex lege, & Prophetis, & Psalmis, & Apostolicis atq; Euangelicis literis depromptа, quibus ostenditur Ecclesia catholica p totum mundũ diffundi incipiens ab Hierusalem, vnde in propinqua & lõginqua crescendo ẽt in Aphricam venit, & in alia loca, & ciuitates per quas primitus dilatata est, in quibus multæ Ecclesiæ ad ipsam vnicam pertinentes, Apostolico labore fundatæ sunt, quibus Donatistas non communicare manifestum est, non solum nõ pertranare, sed omnino, nec attingere voluerũt, nec aliquod testimonium in tam prolixa Epistola sua proferre ausi sunt de Scripturis sanctis, q̃p assererent Ecclesiam partis Donati esse prædictam, & prænunciatam, sicut tam multi catholici protulerunt pro Ecclesia, cui communicant, quæ incipiens ab Hierusalem toto orbẽ diffundatur. Has ergo partes testimoniorũm tantorum cum omnino non attigissent, sed tãq̃am in illo mandato catholicorum, cui respõdere videbantur, dicta nõ fuerint, præterissent, illud ostendere tentauerunt prolatis multis testimonijs diuinarum scripturarum, q̃p Ecclesiã Dei non cum malorum hominũ cõmixtione futura prædicta sit: & tamẽ postea cũ ad Euangelicam similitudinem venissent, quam catholici in mandato suo posuerant de retibus in mare missis, quibus cõgregari dixit Dñs omnia genera piscium, & bonos a Matt. 13
malis in littore, hoc est, in fine seculi separari: ẽt ipsi fasi sunt in Ecclesia esse p̃mixtos saltem occultos malos. Zizania vero inter triticum non in Ecclesia, sed in ipso mũdo A
permixta dixerunt, qm̃ Dominus ait, Ager est hic mũdus. De area sanè cui paleã catholici dixerant vsq; ad tps vẽtilationis admixtam, tanq̃ omnino in Euangelio nihil tale scriptũ sit, exponere similitudinẽ istam, nec conati quidẽ sunt, sed quasi hoc a seipsis catholici dixerint eam tantũmodo reprehenderunt, velut ex testimonio Hieremiæ pro Hier. 23
phetæ, qui ait, Quid paleis ad triticum? nõ attendentes vnde hoc ille dixisset. Non. n. aiebat de Ecclesia, sed de diuinis Prophetarum visionibus, & humanis somnijs, ne vllo modo compararenẽ. Illam quoq; similitudine de ouibus, & hœdis, qui simul pascũ Matt. 25
tur, & in seculi fine segregabuntur, quam inter alias catholici ex Euãgelio posuerãt, omnino attingere noluerunt. Neq; n. potuerant illic dicere ẽt hœdos a pastoribus in cõibus pascuis ignorari, sicut dixerãt inter retia pisces malos in mari a piscatoribꝰ nõ videri. Itẽ cũ catholici in mãdato suo volẽtes ostendere toleratos a bonis in Ecclesia malos, nec bonos malorũ cõtagione pollutos, cõmemorassent exẽpla Prophetarũ, & ipsius Dñi Chri, & Apostolorũ, & post hęc ẽt bonorũ Eporũ, & iudicio ipsorũ quoq; Donatistarũ, qui quosdã suorũ in Maximiniani schismate positos negauerũt Maximiniani cõtagione pollutos. Illi in suis literis B
ad hæc rñdere conati de Prophetis, & de Dño Christo, & Apostolis, quodcũq; dixerũt, de Epis autem & Maximinianistis silue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt. In Episcopis.n. premebantur authoritate Cypriani, cuius verba ex epistola eius prolata catholici in suo mandato posuerũt, quibus manifestissime ostẽdebatur, & præcepisse vt pro vnitate in Ecclesia mali tolerarentur, nec pp ipsos Ecclesia relinquere tur, & quosdam collegas suos etiam ipsum à quorum malis moribus longe abhorrebat, & de quorũ factis pessimis nõ tacebat, ĩ Ecclesia tolerasse. Huius ergo authoritate oppressi Donatistæ, cũ de Prophetis & dño Christo & Apostolis aliquid dixisset, ad hoc tũ non tolerandos in Ecclesia permixtos malos de Epis omnino nihil dicere vo-
Ioan. 6. Phili. 1. luerunt. Et tũ etiam de Iuda traditore, & de ijs quos Paulus tolerauit per inuidiam Christus annunciantes, ipse Cyprianus sic intellexit, sic scripsit quemadmodum ea catholici in suo mandato posuerunt, ꝙ & dominus Iudam ad exemplũ malorum in Ecclesia tolerandorũ pertulerit, & Paulus eos de quibus talia dixit, non extra sed intra Ecclesiã sustinuerit, de Maximinianistis aũt
C quid responderent cum adhuc homines viuerent, de quibus possent apertissime facillimeq; conuinci? Proinde ad illud quod in mandato suo catholici dixerant, eosdẽ Maximinianistas à Donatistis per iudicia publica basilicis pulsos, vtcunque respondere conati sunt, non se criminaliter accusasse, aut ad cõionem suam inuitum aliquem coegisse, sed res suas vel suorum ciuiliter repetisse, obliti ꝙ Primianus aliquando dicẽdũ apud acta mandauit, Illi auferũt aliena, nos intermittimus ablata. Ad illa vero quæ de Maximinianistis in catholicorum mãdato dicta sunt, ꝙ à se damnatos in integro honore susceperint, ꝙ Maximiniani socios ab illo pollutos esse negauerint, quod baptismum ab eis in schismate datum approbare potius quàm rescindere atque iterare maluerint, nec leuiter respondere tentauerũt: sed illa omnia miro quodam silentio tanquam dicta non fuerint, transierunt. De ipso etiam baptismo, ꝙ in illo mandato à catholicis dictum est Apostolum de quibusdam dixisse, Veritatem in iniquitate detinent: vt ostenderetur fieri posse, vt non destruenda veritas in destruenda iniquitate
D teneatur, aut non intellexerunt, aut id qđ ipsi intellexerant, ne ab alijs intelligeretur, verbis suis obscurare voluerunt, dicentes, hoc Apostolum de gentilium errore dixisse, quasi ad rem ptineat, de quorum errore dixerit, cum tũ ostenderit posse veritatem in iniquitate detineri, vt hæc duo cum in vno homine inuẽta fuerint, & approbetur veritas & iniquitas corrigatur: sicut catholic facit, cũ agnoscit in Donatistis & amplectitur lacri veritatem, detestatur aũt in eis & corrigit hæreticam iniquitatẽ. Et illud quod à catholicis in mandato dictũ est, non ideo destruendũ baptismũ Christi, quia eũ ẽt hæretici tradunt, sicut nõ ideo negandus est Chrs, quia eũ ẽt dæmones confitentur: similiter aut nõ intellexerunt, aut obscura re uoluerunt, dicẽtes catholicos cõtra marcionitas locutus, non tũ exprimẽtes quos martyres dicerent. Dicentes ẽt eos dæmonijs velle cõmunicare: quasi hæreticis cõicetur qũ eorũ anathematizat iniquitas, quãuis in eorũ consecratione inuentus baptismus nõ destruatur: sicut anathematizatur iniquitas dæmonũ, quanuis in eorũ confessione auditũ nomen dñi non negetur. De persecutionibus ẽt quas perpeti se querunt, multa in suis literis posuerunt, nec tũ respondere ausi sunt ad illud quod mandato catholico rũ dictum est, ꝙ ipsi primitus apud Cõstantinum Imperatorem accusauerunt Cæcilianum, qui de Imperatorũ legibus cõqueruntur inuidiam catholicorum exagge-tes, siue mortes, quas eorum Circumcellio nes sibimetipsis inferunt, siue omnia quæ non pro cõione Donati, sed pro sceler bus quibus violenter sæuiunt, nefariéq; viuũt per leges publicas disciplinas q; patiuntur: sicut ẽt de oppido Vagaitano cõmemorauit ausi sunt, vbi manifestarum est, quanta ma la cõmiserint, & q̃ minora perpessi sunt. Ad illud quoq; in catholicorũ mandato, quod dictũ est de purgatione & absolutione Cæciliani & Felicis Aptuginensis, de quorum criminibus apud imperitos solebant catholicis magnam inuidiam cõcitare cũ illic tota causa ꝑꝑ quam venerant verteretur, nihil omnino rũdere in tam prolixis literis uoluerunt, quia & in eo qꝑ dicebant & diuinis testimonijs velut astruebant, nõ esse malos in Ecclesia tolerandos, sed ab eis recedendum propter contagium peccatorũ, ita se dicere demonstrabant, vt tamen ignoratis peccatis alienis neminẽ maculari possẽ se faterentur. Hoc enim & de malis piscatores, sic latentes malos in ecclesia nesciunt sacerdotes, & ab eis ideo mine polluuntur. Nec tamen uel leuiter uel leuiter in tã prolixis & tanta dilatione accepta cõscriptis literis probare cõati sunt, quod maxime in mandato catholicorũ cõmemoratũ est, ut probarent non solũ uera esse crimina Cæciliani, nã hoc parũ est, sed etiã Ecclesiæ, quæ ꝑ omnes gentes usq; ad terræ terminos dilatatur, ea probari & innotescere potuisse, ut consequenter saltem sẽm ipsos posset cognitorũ peccatorũ cõ tagione maculari. Cum itaq; literæ Donatistarũ recitatæ fuissent, uoluit cognitor, ut etiam quæ catholici recitãda dederant legerẽt. Sed Donatistæ ad ea qua scripserant ut rũderetur flagitare cœperunt. Quod & catholici magis uolebant, ne illæ literæ sic manerent quasi eis non potuerit rũderi. Intercipientibus ergo catholicis rũdere, Donatistæ interrumpere & obstrepere cœperunt, ne perpetuus rũdentis sermo decurreret si cut eorum literę nullo interpellante fuerãt recitatæ. Volentibus ergo catholicis diuina testimonia quæ ipsi posuerant, & ea quæ illic commemorauerant ostendere quemadmodum essent accipienda, ne inter se dẽhenderent esse cõtraria, cum essent utraq; diuina, & utiq; consona nõ dissona esse deberent, primitus de areæ similitudine cœperunt dicere. Tunc Donatistę interrũpentes dixerunt, ꝙ de area non legeret in Euãgelio scriptũ. Cũq; expressius a catholicis locus Euangelii commemoratur, rursus irrũpendo dixerunt occultos malos dictos es se paleam postea uentilandam. Inde inter tritici & interruptores eorum de zizaniis dissensio nata est ꝑꝑ mundi strepitus & nomen, quod Donatistæ nolebant intelligi Ecclesiam, quia scriptũ est, Ager est hic mũdus. Et multa testimonia protulerunt quibus sancta scriptura mundũ nõ nisi malos cõmemorasset, sicuti est. Qui dilexerit mũdũ, non est charitas patris in illo, & cætera talia, ut quasi ex hoc ostenderent mũdi nomine Ecclesiam significari minime potuisse. Contra catholici alia testimonia proferebant, quibus in bono mundi nomine esse positum ostenderetur, sicuti est, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & cætera huiusmodi, ubi ostẽderet Ecclesia qm ipsa utiq; per Christum reconciliatur deo. Et hæc agebantur, catholicis sermonẽ suũ prosequendo perpetuare conantibus, illis autem ne id fieret perstrepentibus, cũ suã responsionem non reseruarent, sicut catholici fecerant cum eorum epistola legeretur, sed crebras contractiones interponendo, ne catholicorum prosecutio imperturbata ꝓcurreret, impedirent. Flagitantibus itaque patientiã eorum catholicis, & ꝓ multas cognitoris interlocutiones uix impetrantib. responderunt literis eorum, ostendentes multis sanctarum scripturarum testimoniis & exemplis malos in Ecclesia sic esse permixtos, ut quamuis debeat uigilare ecclesiastica disciplina, ad eos non solum uerbis, sed etiã excommunicationibus & degradationibus corripiendos, tũ non solum in ea latentes nesciantur, sed plerunq; ꝑꝑ pacem unitatis etiam cogniti tolerẽtur: sic ostendentes, diuina testimonia cosonare, ut & illa quibus commendaretur Ecclesia cũ malorum commixtione, hoc tẽpus eius significarent, qualis est in præsenti seculo, & illa testimonia quibus commendatur non habere commixtos malos, illud eius tẽpus significarent, qualis uenturo seculo in æternum futura est, sicut nunc mortalis est, id est, ex mortalibus hominib. constat, tunc aũt immortalis erit, quãdo in ea nemo morietur, sicut ipse Xps isto tempore fuit pro illa mortalis, post resurrectionem aũt iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur, quod etiam Ecclesiæ suæ in fine seculi prędicturus est. Hæc duo tẽpora Ecclesiæ, quæ nunc est, & qualis tunc erit, significata esse etiã duabus piscationibus, Vnã ante resurrectionem Christi, quando mitti iussit retia, nec sinistram, nec dexterã nominans partem, ut nec solos malos, nec solos bonos, sed commixtos bonis malos, intra retia suorum sanctorũ futuros doceret, Post resurrectionem autem qñ iusit retia Ioã. 21.
mitti in dexterã partẽ, ut post resurrectionẽ nostrã bonos solos in Ecclesia futuros intelligeremus, ubi ulterius hæreses & schismata non erunt, quibus modo retia dirumpunt. Nã & Euangeliũ nõ tacuit in prima Lucæ. 5.
piscatione cõmemorare retia esse dirupta, & in nouissima dictũ. Et cũ tã magni ẽnt pisces, retia nõ sunt dirupta: De tali Ecclesia dictum esse, ꝙ per illam nõ erat transiturus incircuncisus & immundus. Ad immundos. n. ptinere schismaticas separationes, quia tunc nõ erunt, quia retia nõ sunt dirupta. Hoc etiã significasse, ꝙ coruus auis immunda exierit de arca, & non redierit. Quæ tamen arca exeunte coruo non K
utiq; omnibus immundis animalib. caruit, Gen. 9.

sed in ea fuerunt & munda & immunda vsque ad diluuium, sicut in Ecclesia boni & mali vsq; ad seculi finem. Sed sicut nunc de
Ibidem. immundis sed de mundis animalibus Noe obtulit sacrificiū, ita non ij qui mali sunt in Ecclesia, sed ij qui boni sunt perueniunt ad eū. De Prophetis ēt, qui dixerant Donatistæ in literis suis non eos cōicare illis in quos mala tanta dixerunt: Respōderunt catholici, ꝙ vnum tēplum fuerit quo vniuersi vtebantur, nec quemquā Prophetarum qui tanta dixerunt in malos, constituisse sibi aliud tēplū, sacrificia, sacerdotes. Et qđ Donatistæ in literis suis posuerant testimonia scripturarū, quibus ostenderet ad peccata parentum etiā filios pertinere, cum hoc vtiq; nunquā recte intellectū sit, nisi de ijs filijs qui parentum iniquitates imitarentur. Rñdetunt catholici, Cum tantum in illum populū & acerba dicta sint diuinis eloqijs, quæ etiam ipsi in suis literis cōmemorāuerunt, vt quasi nullis illic remansisse videretur bonus non solum ibi fuerunt ijdē ipsi Prophetæ sancti, verumetiam ex ipso populo exorti erant, quos ipse dominus in suæ
L carnis aduentu laudabiles reperit, sicut fue
Lucæ. 1 & 2. runt Zacharias & Helisabet, & sicut Ioannes filius eorum, sicut Simeon senex & Anna vidua. Vnde apparet quā impie, q̄ calūnioſe obijcerent catholicis toto orbe diffusis crimina Cæciliani, cum Simeoni & Annæ & cæteris talibus obijci non possent crimina illius populi in quo nati fuerant sacris eiusdem populi consecrati, quæ crimina eidem populo non humana opinio, sed
Ezec. 9. sermo diuinus obiecerat. Commemoratum est etiam testimonium propheticum, vbi signati sunt, ne cum malis perirent, qui gemebant facinora, quæ fiebant in medio eorū: nec tū corporaliter separati sunt. Deinde vbi cōmemoratū est qualis separatio bonis hoc tpe ab impijs & malis fieri debeat, nec cōmunicetur peccatis alienis corde videlicet & vitæ morumq; dissimilitudine, nec
Esai. 52. aliter intelligi debere qđ scriptū est, Exite de medio eorū, recedite inde, & immundū ne tetigeritis: id est, discernamini aliter viuēdo & immunditiæ non consenseritis: ibi ēt opportunissimo loco responsum est Donatistis ad illud quod dixerant, cum eos peteret cognitor vt sederent, scriptū sibi esse,
M vt cum talibus non sederent. Dictū est. n. à catholicis cū eorum literis responderent, non sic intelligendam esse separationem à malis hoc tēpore, quēadmodū illi intellexerant, qui secū tanq̄ cum impijs non sederunt, quia scriptum est, Non sedi in consilio impiorū: cum vtiq; si impios putaret, nec illud quod in eodē Psalmo consequenter prohibetur, facere debuerunt, Nā ibi sequit, Et cū iniqua gerentibus nō introibo. Cū ergo illi intrassent cū eis quos impios putarent, quare nō ēt sederunt, vt in vtroq; nō corporalē sed spiritalem cōsessum & in gressum deuitasse viderentur, Ibi commorata est etiam causa Maximnianistarū totiens iam illis obiecta, vbi & se & illos q̄ bus dilationem dederunt in Maximiani schismate positos eiusdem in dānatione Primiani socios, tū illius contagio dixerunt nō esse pollutos, qui Cæciliani crimin⁹ ordem Christianum vsq; ad terminos terræ periisse contenderent. Ad hæc Donatistæ cū validissimis scripturarū documentis & exemplo suo de Maximinianistis rūdere nō possent, ad illud quod iam peractum fuerat redierunt, dicentes mundum non bene intelligi Ecclesiam, in qua simul & triticū & zizania iussa sunt crescere, cū catholici & testimonia diuina iam commemorassent, q̄ bus ostenderetur mundus etiam in bona significatione positus, & in ea non nisi Ecclesia posset intelligi, & q̄libet acciperetur mundus, quando vtrunq; nomen per mundi creseeret, non debere propter zizania totius mundi triticum deseri. Cum ergo hæc iam dicta fuissent, & quæstio ipsa iam terminata videretur, ad eam rursus summa inopia redierunt eadem per eadem replicantes, q̄ rentes quomodo potuerit diabolus in Ecclesia seminare zizania, Deinde calumniantes q̄ duas Ecclesias catholici dixerint, vnā quæ non habet permixtos malos, aliam quę post resurrectionem eos non esset habitura, veluti non ijdem futuri essent sancti cū Christo regnaturi, qui nunc pro eius nomine cum iuste viuunt tolerant malos. Ad hæc catholici respōderunt, etiam ipsos in fuisse confessos esse in Ecclesia vel occultos malos, & vicissim quæsierunt, quomō eos in Ecclesia diabolus seminauerit, quod illi quasi fieri non posset de zizanijs requirebant. Repetierunt ettam catholici testimonium Cypriani, qui eandem euangelicam similitudinē non aliter intellexit, quā vt in Ecclesia diceret esse zizania, nec latere posse cerni. Cōtra qđ testimoniū illi omnino nihil ausi fuerant rūdere, cū authoritatē Cypriani tanti habeant, vt per illā conētur defendere, ꝙ male de iterando baptismo sentiunt & faciunt. De duabus etiam Ecclesijs calumniā eorū catholici refutarunt identidem, expressius ostendentes qđ dixerint. i. non eam Ecclesiā quæ nunc habet permixtos malos alienā se dixisse à regno dei, vbi non erunt mali commixti, sed eandem ipsam vnam & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc aūt aliter futuram, nunc habere malos mixtos, tunc non habituram, sicut nunc mortalem, quod ex mortalibus cōsta ret hominibus, tunc autem immortalem, ꝙ in ea nullus esset vel corpore moriturus: sicut non ideo duo Christi, quia prior mortuus postea non moriturus. Dictū est etiam de homine exteriore & interiore: quæ cum sint diuersa, non tamen dici duos homines, quanto minus dici duas Ecclesias, cū ijdem ipsi qui nunc boni tolerant permixtos malos & resurrecturi moriuntur, tunc nec mixtos malos habituri sint, nec omnino moritu ri. De ipso quoque numero, qm̄ Donatistæ scripturarum testimonio vnam Ecclesiam commendauerunt, velut contra duas quas C catholicos affirmasse iactabant, respōsum est à catholicis, etiam multas Ecclesias in
Apoc. 1 scripturis inueniri dictas, & septē ad quas Ioannes scribit, quæ tamen multæ illius vni cæ membra esse intelligerentur, vt hic apparet, multo minus sibi debere obijci duas, cum eandem ipsam vnam dixerint, non tamen nunc esse qualis in resurrectione futura esset, qūquidem Apostolicis literis obijcianter multæ, ex quibus ipsa vna cōstaret. Ad hæc Donatistæ rursus, eandē replicare non destiterunt, insuper adijcientes & inuidiose iactantes, ꝙ Ecclesiam mortalē catholici dixerint, & ideo negantes eam mortalē esse, quia trinitas immortalis est, cuius gratia cōsecratur Ecclesia. Et quia Christus ideo pro ea mortuus sit, vt eam faceret immortalē quasi catholici dixerint, non eam fieri immortalem gratia dei & effuso pro ea sanguine saluatoris, sed tempora esse discerenda dixerunt, præsens videlicet quo mo riuntur oēs sancti, sicut mortuus est ipse Christus: & futurū, qui resurgent & nullo moriturο viuent cum illo, qui iam resurrexit. Hæc inter eos cum agerentur & quāuis manifesta atque dilucida Donatistis certantibus superflua replicarentur, promisit D cognitor de his se quæ satis audisset extrema sententia iudicaturum, & iussit illud

agi potius vnde extiterit prima causa dissidij. Tunc Donatistæ vrgere cœperunt, vt de his quæ audisset primitus iudicaret. Qđ cum etiā catholici exigerent, & ille in eo qđ dixerat permaneret, iuberetq̄ue illud agi potius, vt causa primi dissidij monstraretur petierunt catholici, vt quæ offerebant recitarentur. Quod cum fieri præcepisset, obnixius Donatistæ resistere cœperunt, & cogere vt iam de cognitis iudicaret, eadem quæ transacta fuerant repetentes, & addentes, ꝙ omnino iudicare de illa causa non deberet quam uolebat agi recitatione eorum, quæ à catholicis oblata fuerant recitanda, dicentes huius causæ Christum iudicem esse debere, & inuidiam facientes catholicis, quod hominem petiuerant iudicem dicentes etiā solita de persecutionibus quas perpeti viderentur. Ad hoc catholici respōderunt, Nec de homine iudice postulato eos debere facere inuidiā, qui & de causa Maximinianistarū iudicauerunt, nec eam Christo iudici seruauerunt, & ipsam Cæciliani causam primitus ad hominē, hoc est, ad Imperatorem Constātinū accusanter miserunt. Nec
E de persecutionibus, quod aliquid ab Imperatoribus pro Ecclesia catholici peterēt, cū eorū Circūcelliones ducibus clericis tam horrenda mala cōmitterent. Vbi frustra responderunt, nihil hoc ad sacerdotes pertinere, cum clericis ducibus illi talia fecisse asserebant. Ibi etiam cum dictum esset, ꝙ calce & aceto humanos oculos persecuti sint, in quo scelere diabolum crudelitate puicerunt, qui hoc in sancti viri carne non fecit, quam in potestatem acceperat affligē
Iob. 2. dam: hic Donatistæ quæsierunt vtrum qui faciunt filij essent diaboli, an qui patiunt, quasi catholici aliud q̄ passiones suas dixerint immanissimas à clericis & Circumcellionibus eorū. Veruntū etiā hic non ptermiserunt catholici occasione oblata eis, Maximinianistas obijcere, & dixerunt secundum eorum sententiam meliores esse Maximinianistas quos apud tres vel eo amplius proconsules persecuti sunt, Illi. n. si passi sunt, victi fecerunt. Et vrgebant catholici vt rūderent vtrū ex ipsis quos damnauerāt & persecuti sunt, nō susceperint Felicianū, & vtrum non eū habebant in collegio suo. Ad qđ illi obiectū sicut semp omnino obtumescentes in aliud ierunt, obijciendo catholicis, ꝙ diabolum defendissent, quia di- F
xerant eū sancti Iob oculis peperciſſe, vn-

de illum isti crudelitate vicissent. Et susceperũt accusare Diabolum velut defensum a catholicis, dicentes eum magis crudeliter in carne Iob oculis pepercisse, vt manerent ad spectaculũ vulneris, quod vniuerso corpori inflixerat. Qđ multũ mirũ est quare hoc prõ magno dicere voluerint, nisi forte vt intelligerent pie fecisse, qui oculos in hominibus psecuti sunt, ne cruciarentẽ videndo vulnera sua, quæ ab eis per totũ corpus acceperant. Sed cum iterum Donatistæ psecutiones quas patiunt exaggerantes, suorũ quasdã mortes commemorarent in oppido Barageñsi, Responsum est a catholicis eos hoc passos esse, dum eorũ violentiæ resisteret, quã & iudici inferre conati sunt. In illo oppido commemorauerunt catholici ab eis horrẽda esse cõmissa, ita vt ẽt basilica esset incensa, & in ignẽ missi codices sãcti. Mortes aũt illorum magis esse ex consuetudine quã habẽt, vt se ipi pcipitent. Cumq; his Donatistis respõdẽtes exaggerarent idẽtidem velut psecutiones, quas paterent, tanq; ex his fructibus suos aduersarios malã esse
G arborẽ iactitantes, & petentes idẽtidem, vt de agro, & zizanijs, & de vna & immortali Ecclesia iudicaretur: contra autẽ catholici fructus eorum cõmemorarent schismata, & rebaptizationes, & qꝑ ipsi primitus maiores suos apud Imꝑatorem accusassent, atq; in hmõi mutuis obiectis diu conflictio versaretur, maluit cognitor hæc omnia cohibere, promittẽs de his iudiciũ posteriore sentẽtia. Et recitari iussit qđ a catholicis oblatũ iam legi cœperat & fuerat interruptum, Sic peracta est cã Ecclesiæ, quã magnopere catholici curauerant a Cæciliani causa distinguere, qm̃ ei non posset cuiuslibet piu dicari criminibus, quæ cõtra oẽs humanas criminatiões tot testimonia diuina meruisset. Ex hoc iam cœpit agi ẽt cã Cæciliani.

I Quinto ergo loco hæc acta sunt. Recitatæ sunt duæ relationes Amillini proconsulis ad Cõstantinũ Imꝑatorem. Vna quę iam supius erat recitata, quæ ostẽdit maiores Donatistarũ i. de parte maiorũ, dedisse sibi chartas criminũ Cæciliani, & postulasse Constantino mittendas, seq; illas memorato Imꝑatori misisse. Altera aũt quã ostẽdit, ex eiusdẽ Imꝑatoris iussione denos ex vtraq; parte, ad agendam cãm, vt mitteret eos se cõueniisse, atq; illos promisisse factu-
H ros. Tum deinde lectæ sunt ẽt literæ supradicti Imꝑatoris ad Epos datæ, vbi eis cãm Cæciliani iniunxit audiendã. Atq; inde ex ordine legi cępit etiam Episcopale iudiciũ Melchiadis Romani Epi, & aliorum cum illo Gallorum, & Italorũ Eporum, in eadem vrbe Romæ factum, cuius iudicij prima parte. i. gestis primi dici recitatis, vbi accusatores Cæciliani, qui missi fuerãt, negauerunt se habere qđ in eum dicerẽt, vbi ẽt Donatus a casis nigris in præsenti conuictus est, adhuc diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine. De Carthaginis. schismate exorta est aduersus Ecclesiã catholicam pars Donati, vbi etiam se promiserunt ijdem aduersarij Cæciliani alio die se repræsentaturos, quos causæ necessarios sibi traxisse arguebãtur, & hoc mentiti, vlterius ad iudicium accedere noluerũt. Hæc ergo iudicij parte recitata, cum cępisset recitari, quod alio die gestũ sic interrumperunt Donatistæ, & petere instãtissime cœperũt, vt prius ea, quæ offerebant recitarent, assurentes non esse ordinis, vt prius absolutio Cæciliani, quem nondum accusauerant legeretur, & de hoc aliquanto diutius contenderunt, cum catholici dicerent non debere interrumpi, quod legi iam cœperat donec eiusdem iudicij omnia gesta terminarentur: illi autem è diuerso affererent ea, quæ interrumpebantur, nec incipi debuisse, vt legerentur, quoniam non competeret prius defendi hominem quam accusari. Ad hoc catholici respondebant, Cum causa schismatis a cognitore quæreretur, petijsse vt illa legerentur, oblata fuerant ad legendum cã agereturde ꝑsona petitoris. Duas itaq; obres illas voluisse recitari, vt appareret eos primitus in hac causa hominem iudicem postulasse, qui faciebant catholicis iniudicio qꝑ in hac collatione homo cognitor redebat, & vt petitore constaret, quoniã legi cœpta fuerant, non debere interrumpi, sed vsque ad finem recitando perduci. Inter hæc cognitor cum hoc primo voluisset, quod a catholicis petebatur, vt ea, quæ recitari cœperant finirentur: postea tamen ei Donatistæ extorserunt, vt ea, quæ ipsi offerebant dilatis illis legi permitterentur. Tunc Donatistæ aliquantum præloquuntur, quod Mensurius, qui fuerat ante Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas scripturas. Et hoc vt probarent, legerunt ęius epistolam ad Secundum Tigisitanũ datam, qui tũc hẽbat ꝑ-

matũ Episcoporum Numidiæ. In qua epistola uidebatur Mensurius uelut de suo crimine confiteri q tũ non scripserat se sanctos codices tradidisse, sed potius ne a psecutoribus inuenirentur abstulisse atq; seruasse: dimisisse aũt in basilica nouorũ quæcunq; reproba scripta hæreticorũ, quæ cũ inuenissent psecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Veruntũ quosdã Carthaginẽsis ordinis uiros postea suggessisse ꝑcõsuli, qꝑ illusi fuerant q missi erãt ad Christianorũ scripturas offerẽdas & in eẽdendas, qa nõ inuenerant nisi nescio quę ad eos nõ ꝑtinentia, ipsas aũt in domo Epi custodiri unde deberent ꝑferri & incendi, ꝑconsulẽ uero ad hoc eis cõsentire noluisse. In eisdẽ etiam literis lectũ est, eos qui se offerrent psecutionibus non cõprehensi, & ultra dicerent se habere scripturas, quas non traderent, a quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mẽsurio, & ab eis honorandis eum prohibuisse Christianos. Quidam etiam in eadẽ epistola facinorosi argebantur fisci debitores, q occasione psecutionis uel carere uellent onerosa multis debitis uita, uel purgare se putarent, & quasi ablue re facinora sua uel certe acquirere pecuniã & in custodia delitiis perfrui de obsequio Christianorũ. Crimen tũ Donatistæ non ingerebant Mẽsurio, nisi de codicibus traditis, mentitũ cum quippe dicebant, qꝑ illi nõ fuerint codices sancti, & peccatũ suũ tegere uoluisse, quamuis & ipsam fictionem crimen uoluisse, quamuis & ipsam fictionem criminarentur. Recitarunt etiã rescripta Secũdi Tigisitani ad eundem Mensurium in Numidia data, ubi & ipse narrauit, in Numidia persecutores quæ egerint. Et qui cõprehẽsi & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi, & grauissimis suppliciis excruciati & occisi sunt, eosq; honorãdos pro martyrii sui merito commendauit, laudans eos non tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo, quæ duos explora-
Iudic. 2. tores in Hiericho, in quibus figurarentur duo testamenta uetus & nouũ, tradere persecutoribus noluit. Quod quidẽ exemplũ si sub hac figura est intelligendum, Mensurium potius adiuuabat. In suis. n. literis Mẽsurius reprehendebat eos, qui scripturas sanctas, quamuis eas non traderent, se tamen habere faterentur, quod mulier illa non fecit. Neque. n. eos exploratores, qui quærebantur apud se esse confessa est, sed
M negauit. Scripsit etiã Secundus & ad seipsũ missos à curatore & ordine Centurionem & beneficiarium, q̃ peterent diuinos codices exurendos, eisq; rũdisse, Christianus sum & Eps, non traditor. Et cũ ab eo uellent aliqua ecbola, aut quodcunq; accipere, nec; hoc eis dedisse exẽplo Eleazari Mac- 2. Mac. 6.
chabæi qui nec fingere uoluit suillam carnẽ se mãducare, ne aliis ꝑberet ꝑuaricationis exẽplum. Hæ literæ Mensurij & Secũdi donec legendo terminarentur, catholici patiẽter audierunt, quamuis testati fuerint eas esse familiares, nec ad causam Ecclesiæ pertinere. Cognitor ergo cõmonens Donatistas, ut patientiæ uicem redderent, iussit perlegi quę oblata a catholicis iam ex parte fuerant recitata. Hic Donatistæ poposcerunt ut prius etiam legeretur, quod de causa Cæciliani offerebant. Hoc quoq; sine ulla difficultate catholicis permittentib. & commendantibus, quã patienter hoc pmitterent, ut hoc eis & illi rependerent, iussit quod offerebaẽ cognitor recitari. Et recitatũ est a Donatistis conciliũ ferme septuaginta Eporum cõtra Cæcilianũ apud Carthaginẽ factum, ubi eũ absentem damnauerunt, quod ad eos uenire noluerit tanquam a traditoribus ordinatus, & quia cum esset A
diaconus, uinctum afferri martyrib. in eustodia constitutis, prohibuisse dicebatur. Nominati sunt etiam quidã collegæ Cæciliani, qui traditores asserebantur publicis gestis, quæ tũ gesta non legebantur. Inter hos aũt maxime Felix Abtugnensis acerbius accusatus est, ita ut fons malorum omnium diceretur. Deinde sniæ à singulis dictæ sunt. Primitus a Secundo Tigisitano qui eorum princeps fuit. Deinde à cæteris quibus expresserunt se Cęciliano & collegis eius non communicare. Hoc itaq; concilio recitato, catholici responderunt illas literas Mensurii & Secundi adinuicem datas, satis demonstrasse pacatos, nihil postea criminibns de facto Mensurii uel accusatũ uel iudicatum: concilium uero quod cõtra Cæcilianũ factũ legerant, non quidem hre consulem & diem, sed hinc se in illum crimen obiicere, quod magis negligentiæ, quã fraudis esse potuerit. Sed obtulerunt iidem catholici aliud concilium sub eodem Tigisitano habitũ in ciuitate Zertensi, cuius cõsul & dies cum legeretur, Donatistæ dixerunt, nec consulem, nec diem talia solere habere decreta. Hic catholici responderũt illorũ esse ictũ forsitan morem, qui cõcilia

B sua nollent in aliqua falsitate conuinci, catholicorum aũt concilia consules & dies semper habuisset. De inde cœpit identidem concilũ, qđ catholici attulerant recitari, ubi Secundus quosdam de quorum traditione audierat & singillatim interrogabat, & eos confessos a cõsensu remouebat. Qđ eo modo recitabatur, ut cũ ex Zertensi cõcilio lecta eẽt cõfessio traditorũ, legeret ẽt de cõcilio Carthaginẽsi nomen eius uelut traditoris in Cæciliani cã damnati. Deinde uẽtũ est ad ipsius Secũdi Tigisitani a Purpurio Limatensi crimen obiectũ, cui Purpurio idẽ Secundus occisos ab eo in carcere Nilei filios sororis eius obiecerat, Vbi ille uicisim ei crimen traditionis obiecit, dicens detentũ eum fuisse a curatore & ordine ut scripturas daret, nec eũ potuisse dimitti nisi aliquid tradidisset. Hoc aũt quod ei obiecit Purpurius, detentũ eũ fuisse a curatore & ordine, ut scripturas daret, idẽ Secundus in literis quas Mensurio rescripserat penè confessus est, vbi ait missum ad se fuisse a curatore & ordine centurionem & bũficiariũ, & a se scripturas petitas, uel quę libet ecbola quæ quidem se non tradidisse dixit. Sed cũ ipse illic cõmorauerit tot martyres qui eum tradere noluissent, excruciati & occisi sunt quo ipse detentus & conuictus nolẽs aliquid tradere, nihil pati & dimitti potuerit, nec Mẽsurio scripsit, nec Purpurio rñdit. Non.n. centurioni & bũficiario dixit se scripturas non hẽre, sed rñdit se omnino non tradere. Qđ illi auditum qũo illo dimisso renunciare potuerint, sine suo exitio non apparet, pſertim, quia idem Secũdus non quoslibet infirmos, sed ẽt patresfamilias, cũ hoc iidem persecutoribus rñdissent, crudelissimis mortibus dixit occisos. Sed de hac re catholici nullũ Secũdo crimen obiecerunt, sed tantũmodo quid ei Purpurius obiecit, & ꝓpꝑ qđ pacẽ ne schisma fieret omnia illa deo dimittẽs, cũ traditorit. fecit recitari, uoluerũt ut quales homines in absentẽ Cæcilianũ snĩas dixerint appareret. Hoc aũt recitato, petierunt catholici ut etiam illa quæ dilata fuerant legerentur de concilio Carthaginẽsi, in quo lectũ fuerat absentem Cæcilianum à multis episcopis fuisse damnatum. Hoc illud cõcilium quia catholici recitauerant, relationes Amillini proconsulis quibus appareret chartas criminum Cæciliani Constantino Imperatori esse trãsmissas. Quod C utique agentes confirmauerunt à maiori- D bus suis Cæcilianum apud Imperatorem accusatum. Responsum est autem a catholicis, illud Carthaginense concilium sic non præiudicare absenti Cæciliano, quem admodum non præiudicauit absenti Primiano concilium eorum, a quibus in Maximiniani causa damnatus est, quoniam magis tenuit pars Donati, quod actum est postea pro Primiano, quam illius concilii authoritatem quo fuerat ante damnatus, sic ergo & in Cæciliani causa debere attendi quod postea gestum est. Hic Donatistæ de Maximiniani causa coarctati dixerunt nec causam causæ, nec personam præiudicare personæ. Quam sententiam in ore habere solent omnes catholici, cum Donatistæ aliorum crimina aliis obicientes suam separationem defenderent, & orbem christianum nescio quibus Aphrorum criminibus accusarent. Nam & ista collatione totum quod egerant catholici, ut ecclesiæ causam à causa Cæciliani distinguerẽt, asserentes in ecclesia permixtos malos non obesse bonis, nec eos suis maculare peccatis hoc utique egerant, ut nec causa præiudicaret, nec persona personæ. Quod aduersariis dum aliud ageretur, uoce apertissima confirmatum est. Sed cognitor cum quæreret quod de Carthaginensi concilio catholici responderent, iterum responderunt non esse contemnẽdam similitudinem causæ Primiani, quia & dominus Christus Iudæos de factis eorum conuincens perducebat ad uerum. Deinde Donatistæ lõga prosecutione agebant, ut ex illius authoritate Carthaginensis concilii confirmaretur Cæciliani damnatio, quòd ad tot sacerdotes uenire noluerit, quasi non & Primianus ad eos à quibus damnatus est, cum eorum factionem cognosceret, simili uoluntate nõ uenerit, & quod non expectauerit Cæcilianus, ut princeps a principe ordinaretur cui aliud habeat ecclesiæ catholicæ consuetudo, ut non Numidiæ, sed ꝓpinquiores eps̃ episcopũ ecclesiæ Carthaginis ordinent, sicut nec Romanæ ecclesiæ ordinat aliquis Eps̃ Metropolitanus, sed de ꝓximo Oſtiẽsis eps̃. Hoc aũt dicentes de sua cõsuetudine, quã nescio qñ instituerunt, Ecclesiæ catholicæ præiudicare conabantur, quæ consuetudo si antiqua esset, hoc ipsum obiecisse damnauerunt. Dixerunt etiam scripsisse Optatum, ꝙ Cæcilianus dixerit, Si traditores sunt qui me ordinauerãt, ipsi ueniũt & ordinent me. Quod quidem sic dictum est, iõ dici potuit ad illos irridentes, quibus hoc mãdasse perhibetur, quoniã certus erat ordinatores suos nõ esse traditores. Nõ.n. ait, ꝙa traditores sunt: sed, si traditores sunt: ut innocentia eorũ probanda restaret, ubi probari rectè potuissent. Ad hæc si qua alia prolixa prosecutione dixerunt, breuiter rñderunt catholici nõ sufficere ad cãm Cæciliani Carthaginense cõcilium, ipsos etiam iudicasse qui eam ad Imperatorem accusando miserunt: & sic demõstrarunt hoc potius esse expectãdum, quo res puenerit usque ad Imperatoris sententiam, cui eandẽ cãm mittendam dixerunt. Hoc enim catholici instabant, ut omnibus morarũ umbraculis amputatis illa potius legerentur, quibus lectis olim cã finita & Cæciliani innocentia manifestata luce clarius appareret. Quæ Donatistæ ut legerentur, omnino nolentes, quidlibet aliud interponendo impediebant. Nam cũ cognitor quæsisset, utrũ prius esset factum carthaginense cõcilium, & postea missa fuerit ad Imperatorem causa Cæciliani: dixerunt catholici, qm̃ consulem & diem illud concilium non haberet, ad utrunque se respondere, quia si prius cã ad Imperatorem missa est, quo exitu termi- G nata sit expectari oportere. Si autẽ postea, nihilominus nõ istorum, sed illius iudiciũ esse quærendum, quo eam post indicium suum mittendam putarunt. Sed cum multa Donatistæ inserrent de consule & die, cur in suorum maiorum concilio non legeretur, ne hinc falsitatis arguerentur, & asserent hanc esse ecclesiasticam consuetudinem, ne dies & consules decretis episcopo- rum conscriberentur, legi volentes etiã concilium Cypriani, vt hoc probarent, quia nihil aliud, nisi moræ quærebantur: neque enim catholici in eo causam suam cõstituerant quando ad utrunque responderant, siue prius, siue posterius esset illud concilium, quod contra Cæcilianum apud Carthaginem fecerant, iussit cognitor catholicis instantibus, vt ista potius quæ dilata fuerant legerentur. Tunc Donatistę aliam quęstionem interposuerunt morarum plenissimã, sed re uera in qua pro se laborare uoluerunt, si possent ostendere quod volebant, illud scilicet Zertense concilium falsum esse, vbi lectæ fuerant confessiones traditorum

inuicem sibi ignoscentium ne schisma fieret, quia ipsi legebantur inter cęteros con H tra Cæcilianum absentem sentẽtias protulisse. Hoc ergo falsum demonstrare conantes multa dixerunt, sed alia leuia esse ipsi iudicantes, duo quædam in ea quæstionẽ multum commendauerunt, & in eis multũ immorati sunt. Vnum, quia contra ecclesiasticã consuetudinẽ ipsum Zertẽse concilium diẽ & consulẽ hr̃et. Alterum aũt ꝙ pſecutionis tpe non posset concilium congregari. Exigebãt ergo Donatistæ à catholicis, vt uel alia cõcilia proferrẽt antiqua eporum, vbi ostenderent consules & dies ẽt conscriptos, vel de ipsis sanctis scripturis tale aliquid recitarent. Vbi catholici cum viderẽt de re inanissima moras mirabiles & inexplicabiles interponi: quis.n. eos hinc falsitatem crederet obiecturos, vbi ad maiorẽ diligentiam temporum attestatio prænotata legeretur, ne forte per hanc esset aliquãdo necessaria indagatio veritatis: ꝙs ergo eos crederet hoc obiecturos vt præpararet antiqua concilia, quibus hanc consuetudinem demonstraret? aut quis tunc iret & vetusta ecclesiastica archiua reuolueret? Cum hoc viderent catholici & in Melchiadis cõcilio diem & consulem demonstrabant, & de ipsis sanctis scripturis cõmemorauerũt I prophetas, indicia antiquissimorum tẽporum suis literis prænotasse quoto anno, cuiusq; mense anni, quoto die mensis factum esset super eos uerbum dñi. Cognitor autẽ illud de die & consule obiectum contemnendum & remouendum existimans, iussit gesta apud Melchiadem habita cætera recitari, & recitata sunt. Quibus apparuit omnium qui tunc confederant episcoporum sententijs & ipsius Melchiadis, Cæcilianũ absolutum atque purgatum, Donatum vero damnatum, qui presens in prima fuerat actione conuictus, ille scilicet Donatus a casis nigris, quem præsentem fuisse tunc constitit. Sed hoc recitato, cum quæreretur à Donatistis, quid responderent ad illud Zertense concilium, eo redierunt conantes falsum esse monstrare. Tum dixerunt tempore persecutionis congregare non potuisse concilium. Quod cognitor non contempsit, & validum existimans, à catholicis responsionem popoſcit, atque inter hæc quæ fiuit, vnde probaretur tempus fuisse persecutionis. Tũc Donatistæ protulerunt martyrũ gesta, vbi auditi & pro cõfessione pasi sunt.

sunt. Iusſit ẽt cognitor computare offĩm,& renunciare conſideratis utriſq; conſulibus
K & diebus, & qui de concilio Zertenſi,& q de geſtis martyrũ legebantur, quia dictum fuerat à catholicis, poſt illorũ martyrum paſsionẽ,vñ perſecutionis tps probabatur, propè annũ conſecutum fuiſſe uſq; ad conſulem & diem concilij Zertenſis. Rũſio ãt cõputantis officij menſem interfuiſſe ſuggeſſerat. Voluerunt ergo catholici de talibus tolli qđ dixerãt, ut hoc ſolum geſta retinerẽt quod offĩm rũderat,hoc.n.verius eſſe crediderãt:Sed Donatiſtæ quod a catholicis dictũ erat,voluerunt de talibus tolli, vñ catholici non contenderunt, vt eorum in hoc calumnioſus animus appareret, Porrò aũt illud erat verius qđ catholici dixerant, Offĩm aũt in computando errãs falſum renunciauerat, quod poſtea conſcripta & diligentius conſiderata geſta docuerunt,ſicut põt probare, quem libuerit legere & non piguerit cõputare.Nã geſta martyrum quibus oñdebatur tps perſecutionis cõſulib. facta ſunt Diocletiano nonies & Maximiniano octies,pridie idus Februarias:geſta autẽ epiſcopalia decreti Zertẽſis poſt eorundẽ conſulatũ,tertio nonas Martias,ac per hoc tredecim mẽſes intereſſe inueniuntur, plures vtiq; q̃ vndecim, quos
L prius catholici minus diligenter computando reſponderant, ſed officium ut falleretur & menſem intereſſe reſponderet eundem conſulatum putauit, poſt conſulatum autem non aduertit ubi annus iam alius agebatur. Proinde catholici tanquam ex vera officij reſponſione cogebantur oſtendere tempore perſecution's illos vndecim uel duodecim epiſcopos in domum priuatam conuenire potuiſſe, Donatiſtis inſtantibus, vt hoc ex alijs concilijs oſtenderent,ſi aliquo tempore perſecutionis facta, Epiſcoporum concilia reperire potuiſſent. Quod catholici qm̃ tũc inquirere & ad horam veteres chartas in archiuis eccleſiaſticis diſcutere non poterant, rũdebant multo facilius duodecim homines in domũ cõ uenire potuiſſe eo tempore,quo ẽt congregationes plebium fieri ſolebant,quãuis perſecutione feruente,ſicut ipſis geſtis martyrum monſtrabatur, qui confitebanẽ in paſſionibus ſuis ſe collectam & dominicũ egiſſe.Hoc aũt catholici dixerant,& antequam ſupputaret & rũderet offĩm, dictũ eſt etiã à catholicis, Epiſcopalia geſta illa Zertenſia, quæ diligentia maiorum vſq; ad hæc tẽpora ſeruari & inueniri potuerint, ſic hũc quemadmodum illæ epiſtolæ Menſurij & M
Secundi,quas Donatiſtæ recitauerunt.Cõ cilium quippe Carthaginenſe, vbi abſentẽ Cæcilianum ſeptuaginta damnauerunt,cõ memoratum eſt ẽt à Melchiade habitum, vbi Cæcilianus eſt abſolutus. Literæ vero illæ Menſurij & Sẽdi nuſquam alibi commemoratæ dicebantur, vnde nullo alio teſtimonio veritas earum aſſerebatur,nec tã iõ dicebant catholici falſas eſſe. Dictũ eſt ẽt hoc à catholicis, vt probarent Donatiſtæ ſi poſſent tempore perſecutionis ſic ad ſe inuicem ſcripſiſſe epiſcopos,quemadmodum Menſurium & Sẽdm ſcripſiſſe proferebãt. Quod non iõ dicebant catholici, vt hinc illas Menſurij & Secundi literas falſas eſſe monſtrarẽt, quę ſeu ueræ ſeu falſæ eſſent cauſæ nihil officerent, ſed vt hinc intelligerent Donatiſtæ,quàm uana tegiuerſatione catholicos cogerent alia proferre concilia perſecutionis tempore congregata, quia ſi eis ſimili obſtinatione diceret proferre, & uos alias epiſtolas perſecutionis tpe ſic ſcriptas & miſſas, q̃ ſi aliquo modo deprehenderẽtur,& codices occultati exigi poſſent, & ordo & curator & centurio & beneficiarius ad diſcrimen capitis peruenire,qui ſecundũ tradere nolentem impunitum dimiſſe prodebantur, nullo modo ad horam reperirent alias Epiſtolas tempore perſecutionis ab epiſcopis ad epiſcopos in tã lõginqua terrarum ſimiliter datas. Cum ergo hinc diuturna conflictatio fieret, ſæpe repetentibus Donatiſtis non potuiſſe tempore perſecutionis concilium congregari ad epiſcopum ordinandum,quia in apoſtaſia erat mundus, nec erant quibus ordinaretur, & cætera talia: catholicis autem reſpondentibus, quòd & epiſcopi facile congregarentur tam pauci, vt nec concilium dici debeat quando plebes congregabãtur, ſicut geſta martyrum teſtarentur, & erant ſine dubio quibus ordinarentur epiſcopi, ipſæ vtiq; plebes quas tunc ſolitas congregari martyrum loquebantur. Hæc cũ ad fidue multis & varijs modis digeſtatur & reſponderent, & domum priuatam Chriſtianis congregandis præſtitam conſtitit tempore perſecutionis, ſicut in quibuſdam geſtis martyrum loquebatur, quia Donatiſtæ dixerunt fieri non potuiſſe, vt illo tẽpore domũ ſuã quiſquã prẽberet,& cõmo-

moratum eſt vſqueadeo non eſſe, incredibi-
le, q̃ in priuatam domum pauci illi epiſco-
B pi perſecutionis tpe conuenerunt, vt feruẽ te perſecutione ẽt in carcere docearntur baptizari martyres, & illic à chriſtianis celebrata ſacramenta, vbi chriſtiani pp eadem ſacramenta tenebantur incluſi. Inter hæc ergo tandem aliqũ, ſæpe ẽt cognitor interlocutus, fieri potuiſſe illum conuentum ab epiſcopis,qñ & plebes congregatæ probabãtur,compulit Donatiſtas, vt contra concilium iudiciumq; Melchiadis,quo Cæcilianus purgatus acq; abſolutus legebatur,ſi haberent aliquid dicerent,qm̃ illic potius quã in illo Zertenſi concilio cauſa conſiſteret. Tunc Donatiſtæ ipſum Melchiadem cœperunt crimine traditionis arguere, & dicere maiores ſuos propterea illius iudicium refugiſſe,q̃ traditor fuiſſet,quaſi non iam iudicio eius aſsiſterent, & reſponderant ſe in Cæcilianum nõ habere quod dicerent. Sed tamen facto iudice intento,vtrum de traditionis crimine Melchiadis aliquod iudiciũ vel publicum, vel eccleſiaſticum proferretur, ipſiſq; catholicis id vt probaretur expectantibus & exigentibus,legerunt Donatiſtæ geſta quædam prolixiſsima apud præfectum vbi nec præfectus ipſe cuiuſmodi eſſet apparebat,nec locus legebatur,vbi hæc agebantur. Sed geſta ipſa multos multa Eccleſiaſtica tradentes longiſsima recitatione ſonuerunt,vbi nomẽ Melchiadis omnino nõ raretur aliud promiſſum & aliud recitatũ, illi adhuc eius patientiam depoſcentes, geſta alia recitarunt,in quibus legebatur Melchiades miſiſſe diaconos cum literis Maxẽtij Imperatoris & literis præfect prætorij ad pfectũ vrbis,vt ea reciperent q̃ tpe perſecutionis ablata memoratus Imperator Chriſtianis inſſerat reddi. Et cũ his quoq; geſtis nullũ Melchiadis crimẽ & cognitori & catholicis defenſoribus appareret,dixerunt Donatiſtæ, Stratonẽ diaconũ, quẽ cũ alijs a miſerat, ſuperioribus geſtis recitatũ eſſe traditorem, & ideo volebant ẽt Melchiadẽ crimine traditionis aſpergere,q̃ diacono illo non degradato vteretur. In proſecutione autem ſua dixerunt Melchiadem tertium epiſcopum fuiſſe ab illo, qui tunc erat cum traditio illa facta eſſet. Hic cognitor requiſiuit, vtrum ſaltem in illis traditionis geſtis eſſet expreſſum,q̃ Straton diaconus fuerit. Et recitatum eſt eum hortatorem vaniſsimæ ſuperſtitionis appellatum,quod nõ ſolum ipſe ſed etiam cæteri qui tradebant appellabantur. Sed Donatiſtæ reſpondebant à gentibus perſecutoribus in contumeliam religionis & diaconos & presbyteros ita vocitatos. Ergo catholici reſponderunt. Cum mirum non eſſet, eſſerq́; in rebus humanis vſitatiſsimum,vt non duo tantum,verum etiam plures homines vno nomine vocarẽtur:fieri quidẽ potuiſſe vt ille traditor Stratõ presbyter fuerit, iſte autem alius Stratodiaconus,qm̃ Donatiſtæ dixerant & diaconos & presbyteros hortatores vaniſsimæ ſuperſtitionis à gentilibus appellari, quanq̃ omnes clericos iſto contumelioſo nomine gentiles appellare potuerint, & multo eſſet incertius cuius gradus clericus ille traditor fuerit:veruntamen etiam ſi eum diaconum fuiſſe poſſet oſtendi,neq; hoc eſſe incredibi
le aut mirum, cum ante paruum tempus in ipſa vrbe Roma duo Petri diaconi fuerint. Illud quoq; additum eſt à catholicis, quia etſi demonſtraretur,quod omnino non demonſtrabatur,eundem Stratonem diaconũ tradidiſſe,quem poſtea Melchiades ad recipienda loca eccleſiaſtica cum alijs diaconis miſit,non continuo Melchiadem iſto crimi
ne aſpergi, quem potuit perſecutio longe fa E
cere abſentem,vt hoc omnino neſciret,eum q̃ innocentem putaret, quem nemo rerũ accuſando monſtrarat. Contra hic fruſtra Donatiſtæ eadem per eadem diutiſsime cla αὐτὰ δὲ ἀὐτῶν.
mauerunt. Poſt collationem ſanè etiam de Caſsiano Melchiadi calumniati ſunt, quia etiam hoc nomen & in diaconis inuenitur, quos ad præfectum miſit Melchiades, & in illis geſtis vbi facta traditio recitata eſt.
Quod ſi in collatione dicerent, facile potuit à catholicis reſponderi, in tanta turba Romanorum clericorum nihil mirum fuiſſe ſi duo vel plures non ſolum Stratones, ſed etiam Caſsiani reperirentur, cum in duodecim Apoſtolis non ſolũ duo Iudę, ſed etiam duo Iacobi legerentur, niſi forte ipſis licuiſſet Caſsienſem à Donato Carthaginenſi diſtinguere, cum timerent, ne maior author ipſorum Donatus Carthaginenſis damnatus in Melchiadis iudicio putaretur, & catholicis non liceret in tanta multitudine clericorum Romanorum habere plures ſimilibus nominibus appellatos. Falſum enim erat quòd Donatiſtæ dixerant, conuenire perſonas, conuenire loca,

conueni-

conuenire regiones: qñ nec loca, nec regiones, nec ipſæ expreſſæ perſonarum dignitates de vtriſq; geſtis, ſed ſola nominũ conuenientia legebatur, q̃ in diuerſis perſonis generis humani conſuetudo frequentare non
F ceſſat. Spernẽs itaq; cognitor incertiſsimas ſuſpitiones, iuſsit aliquid manifeſtũ contra illa geſta proferri, aut certe Conſtantini iudicium, cuius mentio iam facta fuerat recitari. Et recitatũ eſt iudicium Conſtantini, quẽadmodũ ſe inter partes cauſam Cæciliani cognouiſſe, & ad Eumeliũ vicarium Aphricæ ſcripſiſſet, q̃ remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calũnioſiſsimos cognouiſſe teſtatus eſt, commemorans ẽt in arelatenſi oppido pro Cæciliano factũ epale iudiciũ, cui iudicio iã plurimi ex diſſenſione conſenſerant, reliquis adhuc reſilientibus & diſcordãtibus: vnde ipſe de re tota inter partes coactus ẽ iudicare. Poſt harum imperialium literarũ recitationem, quæſiuit cognitor à Donatiſtis quid contra dicerent. Ibi Donatiſtæ rurſus ad Melchiadis calumnioſam criminationẽ redire conati ſunt: vnde cũ eſſent cognitoris interlocutione depulſi, & ab eis eſſet flagitatũ, vt cõtra iudicium Melchiadis, vel imperialẽ ſententiam ſi haberent aliquid recitarent, reſponderũt ẽt imperatorias aures prauis ſuggeſtionibus inflatas. Ibi eis cognitor rñdit,
G quod attentiſsime aduerterat inter partes fuiſſe iudicatũ. At illi exigere cœperunt, vt hoc legeretur, vtrum inter partes iudicauerit imperator. Quod cum fuiſſet cognitore iubente recitatum, nihil inuenientes quod dicerent, cœperunt de conſule memoratis imperialibus literis calumniari, q̃ ſine conſule fuerant recitatæ. Hinc exorto cõflictu cum Donatiſtæ inuidioſe dicerent epale cõcilium cum conſule fuiſſe recitatũ, & Imperatoris literas conſulem non habere, & catholici reſponderent, non ibi cauſam conſiſtere, cognitor etiam interlocutus eſt euidẽtiſsimis legibus definitum Imperialia conſtituta, ẽt ſi conſules non legerentur, in dubium nõ vocari. Deinde catholici vrgebãt vt aperte diceret falſum eſſe quod lectũ eſt, poſſent in archiua conquiri. Sed hinc repulſi, velut aliquid validiſsimum prolaturi, petierũt Optatũ legi, qđ & ante petiuerant, vnde ſe probaturos dicebant Cæcilianum ab Imperatore damnatum, & promiſſum eis fuerat ſed dilatum. Prius ergo volebat cognitor vt exprimerent, vtrum literas imperatorias arguere falſitatis auderent. Qđ quidem illi minime audebant: tamen nihilominus conſulem deeſſe inuidioſiſsime cauſabantur, Optatum vero legi multo inſtantius flagitabant. Hæc cum diutius agerent, in alia charta illarum imperialium literarũ inuentus eſt conſul. Quod cũ eſſet ſuggeſtum, Donatiſtæ dixerunt, Certe conſulẽ habere non debuit: quaſi hoc aliq̃ dictum eſſet q̃ habere non debuerit, ac nõ etiam ſi conſul defuiſſet non impediri imperialis cõſtituti veritatem. Quod cum eis cognitor identidem reſpõdiſſet, recitatus eſt & Optatus. Recitantibus Donatiſtis vbi ait, Eodẽ tempore idem Donatus petit vt ei reuerti licuiſſet & ad Carthaginem accederet, tunc à Philomeno ſuggeſtore eius Imperatori ſuggeſtũ eſt, vt bono pacis Cæcilianus Brixæ teneretur, & factum eſt. In quibus verbis Optati, cum omnino nulla Cæciliani dãnatio, ſicut illi demonſtraturos ſe eſſe proferant, reperiri potuiſſet, iuſsit cognitor totam paginam recitari, vt de ſuperioribus & inferioribus verbis voluntas eius q̃ ſeriperlerat noſceretur, & ex officio recitatũ eſt, Cæcilianus omnium ſupra memoratorum innocens eſt pronunciatus. Quod cũ recitaretur, Donatiſtæ dixerunt hoc ſe non petiſſe recitari, ſtomachantes aduerſus eos, q̃ riſum tenere non poterant, cum audiſſent q̃ apertam contra ſemetipſos paginam protuliſſent. Deinde cum illis verbis quæ ipſi recitauerant, extenuaſſe dicerent Optatum damnationem Cæciliani & exprimere noluiſſe, flagitatum ab eis vt aliunde manifeſtum gerent quod ab illo dicerent extenuatum. Quod cum minime potuiſſent, etiam inde poſt aliquantas morarum inanium perplexitates, cum & de Donati nomine contenderent quòd non Carthaginenſis, ſed Caſenſis Donatus in iudicio Melchiadis aduerſus Cæcilianum aſtitiſſet, quod & catholici concedebant, aliquando tranſitum eſt. Deinde qui à Conſtantini literis, quibus cum inter partes cognouiſſe, & pro Cæciliano contra illos iudicaſſe conſtabat, cognitor eos ſi quid haberent reſpondere cogebat, petierunt ſuum libellum eſſe recitandum, quem dicebant datum Conſtãtino à maioribus ſuis. In quo libello ſatis apertemonſtrarunt quam falſum dixerint de damnatione Cæciliani apud Brixam. Idem quippe libellus oſtẽdit quemadmodum cõtra eos ſenſerit Conſtantinus. Nam ibi dicunt

eunt nullo modo ſe communicatores antiſtiti ipſius nebuloni, paratoſq; eſſe perpeti quicquid eis facere voluiſſet. Quem Conſtantini antiſtitem nebulonem vtiq; Cæ-
K lianũ intelligi volebant. Q̃uo ergo eũ Cõſtantinum loquentes non communicare confirmabant, ſi eum apud Cõſtantinũ ſuperauerant, ita vt ab illo Brixe ſcirẽt eſſe damnatum. Cũ ergo catholici dixiſſent hoc eos contra ſeipſos recitaſſe, hoc idem ipſe ẽt cognitor eſſet interlocutus, addiderunt etiã illi ſuæ falſitati conuincendæ magnũ aliud firmamentum, recitantes ipſius Conſtantini literas ſcribentis ad Verinum vicarium, vt libero eos dimittat arbitrio, ſe iuſsiſſe inuitas vt de exilio remearent. In quibus literis Conſtantinus ſic eos deteſtatur, vt nihil illa indulgentia poſsit deformius inueniri. Quos vtiq; non ita culpaſſet, ſed magis laudaſſet, ſi ab eis Cæcilianus apud illũ victus ab eoq; damnatus Brixæ relegaretur. Ac per hoc ita contra ſeipſos proferentes atq; recitantes, & à Cæciliano ſe ſuperatos memorati Imperatoris iudicio manifeſtiſsime monſtrauerunt, & ſuam falſitatẽ, qua eum dicebant eſſe damnatum apertiſsime conuicerunt. Et quia catholicos perſecutionem facere, ſe autem pati gloriabantur. Cælianum tũ per ſuas accuſationes ab Impe
L atore damnatũ ẽt falſo gloriari voluerũt. His itaq; recitatis cum catholici dicerent & cognitorem breuiter admonerent, quod ẽt ipſe cernebat pro ſe illa, hoc eſt, pro innocẽtia Cæciliani contra illos fuiſſe recitata, & hoc idem ẽt ipſe fuiſſet interlocutus, Donatiſtæ reſponderunt dicentes, De libero arbitrio nihil dicit poteſtas tua, hoc.n. putantes ſecundum Conſtantini literas ſibi poſſe à præſente cognitori concedi, eas etiam cõtra ſe pro Cæciliani cauſa recitandas exiſtimauerũt. Hic cum eis cognitor rñdiſſet, aliud ſibi eſſe à præſentis temporis Imperatore præceptum, ierunt in aliud quod contra ſe identidem multo mirabilius protulerunt. Recitauerunt ẽt alias literas eiuſdem Conſtantini Imperatoris ad Probianum procõſulem datas, quæ quidem conſules non habebant, ſed nihil quaſi de obiectione mutua catholici agere voluerunt, quanuis & hinc ſeipſos Donatiſtæ conuincerent q̃ calumnioſe catholicis id obiecerint, cũ prior charcula ex qua recitatum eſt iudicium Conſtantini, quo abſolutus eſt Cæcilianus, conſules non haberet, qui tñ mox in alia chartulæ inuenti ſunt. Iſtæ itaq; literæ ad Pro- M
bianum proconſulem datæ, continent Imperatoris iuſsionem, qua præcepit vt ad ſe Vigentius mitteretur, cuius confeſsione in proconſulis Heliani iudicio Felix Abtugnenſis ordinator Cæciliani à crimine traditionis fuerat abſolutus. Hoc autem imperiale præceptum ideo Donatiſtæ ſe recitare dicebant, vt quaſi oſtenderent Cæciliani cãm adhuc fuiſſe ſuſpenſam, etiam poſt illiud iudicium quo ſe Conſtantinus inter partes omnia terminaſſe iam ſcripſerat, cum & in ipſis literis quas ad Probianum proconſulẽ datas recitauerint, quibus quaſi oſtenderẽt adhuc pendere iudicium, qm̃ ad ſe mitti iuſſerat Imperator Vigentium, tanta contra ſe legerunt, vt omnino mirum ſit quibus illa oculis aſpicere, vel quo ore pronunciare potuerint. Ibi.n. Conſtantinus dixit ab Heliano proconſule audientiam præſtitam cõ petentem. Felicemq; innocentem ab exuſtione codicum diuinorum conſtitiſſe, illos autem eſſe in præſentia confutãdos qui diu turnis diebus eum interpellare non quieſcerẽt, vt eis liquido appareret fruſtra eos Cæciliano inuidiam comparare, & aduerſus eum violenter inſurgere voluiſſe. Hic ergo per illas literas non ſolum Cæcilianum, ſed ẽt Felicem purgatum ſeq; innocentium p- A
ſecutores atque Imperatorem extitiſſe docuerunt. Hac autem accepta opportunitate catholici recitandam protulerunt, & ipſius Heliani tunc proconſulis relationẽ de hac re ad Conſtantinum datam, vbi ſe cauſam Felicis audiſſe & finiſſe commemorat, & ipſa geſta proconſularia quibus abſolutus eſt Felix, & omnium neceſſariarum perſonarum teſtimonio à traditionis crimine innocens comprobatus. Quibus recitatis quid contradici poſſet cognitor inquiſiuit. Tunc Donatiſtæ quod & ante dicere cœperant, identidem repetierunt, quærentes vtrum ex præcepto Imperatoris directus ad comitatum fuiſſet Vigentius, & quid poſtea geſtum eſt, vt oſtenderetur à catholicis exigẽtes & geſta proconſularia, quibus poſſent verbis refellere conantes, quibus abſolutus eſt Felix, obijcientes gratiam iudicis, vel ſuppoſitas fuiſſe perſonas, & cætera quæ ſolent homines contra geſta quibus vincuntur ſuſpicioſa quærimonia iactitare. Dicebãt etiam non recte Felicem abſentem fuiſſe abſolutum. Ad iſta reſponſum eſt à catholicis,

tholicis,omnia quæ lecta sunt ad absolutionem Cæciliani & Felicis apertissime pertinere, si quid autem Donatistæ arbitrarentur missō ad comitatum Vigētio pro se fuisse iudicatum, & mutatum esse iudicium, quo Constantinus inter partes cognoscēs purgato Cæciliano illos calumniosissimos iudicauerat,ipsos debere proferre. Quando autem hoc catholici dicebant,in illa temporis breuitate non poterant considerari consules, quorum ordinem in ipsis gestis qui voluerit considerans,inueniet posterius ab Imperatore Constantino absolutum esse Cæcilianum, quàm Felicis causam ab Heliano proconsule discussam atq; purgatam. Post aliquot etiam annos Constantinum scripsisse ad Verinum Vicarium, quas literas ipsi recitauerunt, vbi sibi asserebant liberum arbitrium ab illo Imperatore concessum, in quibus literis eos tanquam pessimos & christianæ pacis inimicos ostendit. Quod vtiq; non fecisset, si aliquid pro illis contra Cæcilianum iudicasset cum ad comitatum missus esset Vigentius. Cognitor ergo interlocutus est,non posse gesta, quæ tanta roborauit antiquitas remoueri,nisi aliis posterioribus gestis econtrario recitatis. Dictum est etiam à catholicis magis ad declarandam Felicis innocentiam profuisse q̄ absens fuerat absolutus, quia gratiæ suspitio si præsens esset potius oriretur. Vrgere deinde cognitor cœpit, vt si qua posteriora gesta Donatistæ haberent contra absolutionem Cęciliani vel Felicis,iamiamq; proferrent. Hic illi ad ea quæ iam totiens dixerant & catholicis totiens ad omnia rūdentibus transacta iam fuerant, rursus quasi à capite redire & ea replicare conati sunt. Vbi cum interlocutus esset cognitor, admonens vt eos iam pigeret eadem repetere q̄ peracta & transacta iam fuerant, & identidem proferre compelleret si quid recitandum haberent aduersus Cæciliani & Felicis sic euidentissimas absolutiones,& illi nihil omnino aduersus illa proferentes, eadē repetere non cessarent vt de illis quæ dixerant iudicaretur, & contra cognitor illud potius flagitaret,vt legerent si haberent q̄d legi posset aduersus imperiale & proconsulare iudicium,vt posset de omnibus pronūciari,quoniam legibus prohibetur semiplenam proferre sententiam. Instarent etiam catholici vt rebus omnibus cognitori manifestatis, & Donatistis q̄d respondeant non inuenientibus,eadem repetentibus,tandem aliqui causa finiretur,in vltimo cognitor dixit,Si contra nihil est quod legatis, exire dignemini vt posit plena de omnibus scribi sententia. Et vtrisq; exeuntibus,sententiam scripsit, quam rursus intromissis partibus recitauit, qua complexus est omnia quæ de prolixa trium dierum actione potuit recordari. In quibus quæ iam nō eo ordine quo gesta sunt commemorauit, omnia tamen veraciter posuit,confutatos a catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione pronuncians.

Collationis tertij diei finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Liber contra Donatistas post collationem.

QVID adhuc Donatistæ seducimini ab episcopis vestris,quorum fallaces tenebrę clara luce discussę sūt, quorū apparuit error,quorum ptinacia superata est? Quid adhuc vobis iactant vana mendacia? Quid adhuc creditis hominibus victis, cū vobis dicunt iudicem præmio fuisse corruptum? Quod nouum faciunt? Quid aliud omnes victi facere consueuerunt, qui veritati consentire nolunt,nisi vt de iudicis,finitate mentiantur? Quærite ab eis, & ad hoc primum vobis respondeant,quare ausi sunt venire Carthaginem & in vnum locum nobiscum collationis gratia conuenire. Iam ante aliquot annos conueneramus eos publice,vt nobis conferentibus veritas appareret, & dissensio quæ nos diuidit de medio tolleretur.Sed ipsam veritatem refugientes, actis responderunt, Indignum est vt in vnum conueniant filij martyrum, & progenies traditorum. Quare ergo modo nobiscum conuenire voluerunt? Puto quod non facerent quod eis videbatur indignum, nisi cognoscerent non esse nos progeniem traditorum. Aut certe ipsi vobis respondeant, quare dixerunt indignum esse vt in vnum conueniant filij martyrum & progenies traditorum, & in vnum postea nobiscum conuenerint. Quæ res eos coegit facere quod indignum est? Non enim ligati adducti sunt, sed omnino liberi conuenerunt. Si dixerint, quia iusserat Imperator: ergo tunc faciunt quod indignum est quando iusserit Imperator? Quid ergo irascuntur nescio qui bus traditoribus ad cām nostram non pertinentibus? Codices.n. dominicos persecutoribus dare,vtiq; indignum est. Quod cū fecit traditor,non habet crimen, quia iusserat Imperator. Hoc dicimus non secūdum ueritatem,sed secundum ipsorum peruersitatem: Ipsi enim dixerunt, publica gesta pro clamant, apud acta dixerunt. Non quilibet ignotus, sed Carthaginensis episcopus eorum Primianus hoc dixit Primianus hoc scriptum magistratui Carthaginis dedit,& à diacono dicendum apud acta mandauit, Indignum est, vt in unum conueniant filij martyrum & progenies traditorum. Ecce conuenimus in unum, quid ad ista respondent? Si dicunt non est indignum: quare mētiti sunt: quando indignum esse dixerunt? Si dicunt, indignum est: quod indignum est quare fecerunt? Vno modo se potuerunt asserere q̄d indignum est non fecisse,& nullis Primianis uerbis non fuisse mentitos, si dicant, indignum est ut in unum cōueniāt filij martyrum & progenies traditorum: sed nos ideo vobiscum in vnum conuenimus, quia cognouimus nos non esse progeniem traditorum. Quod si ita est,quare nobis iam cōuenientes in vnum,ipsas calūnias obiecerunt,nisi forte vt etiam nos eos cognoscere mus non esse filios martyrum? Martyres testes dicuntur,testes aūt Christi, veri testes sunt. Isti aūt falsi testes inuenti sunt, qui traditionis crimina & aliena alijs obiecerunt,& nec ipsa probare potuerunt. Quid adhuc attenditis humana mendacia, & diuina testimonia non attenditis? Quid adhuc victis hominibus creditis, & veritati, quæ nunquam est victa non creditis?

Veritas enim dei, sicut in ipsa ēt collatione probauimus,perhibuit testimonium ecclesiæ suæ per multa documenta scriptu rarum sanctarum,per propheticas & euangelicas literas,& locus designatus est,vnde Christi ecclesia fuerat incœptura, & finis terræ quousq; peruentura. Per omnes gentes futuram ecclesiam suam dominus dicit, incipientem ab Hierusalem. Diuina lectio recitatur,quemadmodum cœperit ab Hierusalem, vbi primū congregatis fidelibus missus est de cœlo spūs sanctus. Diuinæ lectiones recitantur quēadmodum se ab Hierusalē per uicina & longinqua diffuderit. Expressa sunt nomina locorum, manifesta sunt nomina ciuitatum, in quibus ecclesia Chri apostolico labore fundata est. Quæ loca & ciuitates etiam epistolas ab Apostolis accipere meruerunt. Quas epistolas & ipsi in uestris cōgregationibus legunt,& tū non cōicant eorum locorū & ciuitatum ecclesijs, quæ ipsas epistolas accipere meruerunt, obijcientes eis, nescio, quæ crimina Aphrorum,quod eorum contagione perierunt,cum ipsi dixerint in hac ipsa collatione, quam modo Carthagine habuimus, quòd nec causę causa,nec personę persona præiudicet. Acto. 2

Tunc autem hoc dixerunt, quando eis diximus, Concilium quod contra Cæcilianum profertis, sic non obest absenti Cæciliano,quemadmodum concilium, quod in causa Maximiniani factum est,vbi damnatus est Primianus,nō obest absenti Primiano. Protulerūt enim ibi septuaginta & q̄d excurrit,episcopus qui absentem damnauerunt Cæcilianum, cum proferantur non minus centum episcopi partis ipsorum qui damnauerant absentem Primianū. Quia ergo diximus eis, sicut illud nō obesse Cæciliano,quemadmodum hoc non obest Primiano,qm̄ contra absentes facta sunt ambo concilia,continuo non inueniētes quid rūderent,& horribiles angustias passi, dixerunt nec causam causæ, nec personam præiudicare psonę, q̄d aduersus oēs humanas calūnias in orbe hēt vniuersa, catholica ecclesia, nūc aūt multo fortius multoq; liberius qm̄ id semp veritas tenuit,etiam inimicorum confessio confirmauit. Quis ergo hæc sine tristitia perferat graui? Quis gemitum cohibeat? Quis nō in lachrima, & in vocem doloris erūpat,qui hoc digne considerauerit? Ecce vt ab eis epis partis Donati damnatus Primianus non amittat epatū aut vt Primianus damnatus non inquietet partem Donati,nec causæ causa, nec personæ persona præiudicat, vt autem Cęcilianus,quem absentem inimici similiter damnauerunt, non deputetur eps & contaminet oēs christianas gētes vsq; ad terminos terræ,& causæ causa,& personæ psona præiudicat. Sed voce ipsius vnitatis clament ecclesię Pontifices, Bithyniæ, Asiæ, Cappadociæ,cæterarumq; orientalium regionum, ad quas Cap. 3 I K

Universidad de Deusto Biblioteca

ad quas beatus Petrus Apostolus scripsit, O pars Donati, nō nouimus quid dicatis. quare nobis nō cōicatis? Si Cæcilianus mali aliquid fecit, qđ nobis nō probatum est nec demōstratū, tñ si mali aliquid fecit quare nobis p̄iudicat? Si nos audire nō uultis, vosipsos audite dicentes, nec causæ cā, nec personæ persona p̄iudicat. An vsqueadeo pōt vestra peruersitas, vt hæc verba valeāt ne uobis p̄iudicet Primianus, & hæc verba nō valeāt, vt nobis p̄iudicet Cæcilianus?

Cap. 4. Apoc. 1. Clament ēt similiter ecclesiæ septē ortē tales ad quas scribit Apostolus Ioānes, Ephesi, Smyrnæ, Thyatyræ, Sardis, Philadelphiæ, Laodiciæ, Pergami, & dicant, Quid vobis fecimus fratres, qui potius Donati q̄ nostræ cōionis esse voluistis? Si Cæcilian9 peccauit, quāuis & ipsis crimen non potuis setis oūdere, quia sicut Primianus vester, sic ēt absens iste damnatus est. Verum qualiscunq; ille fuerit, nos vobis quid fecimus?

L Quare Christiani cum christianis pacem hr̄e non multis? Quare in nobis cōmunia sacra rescinditis? Quid vobis fecim9? Quare Primiani cā non præiudicat parti Donati, nisi quia verū est quod dixistis, nec cā causæ nec personæ persona p̄iudicat? Quare ergo cā Cæciliani præiudicat hæreditati Christi in quā sumus apostolorum labore

Apo. 3. plantati? Ad vnum nostrū scribit Apostolus Ioannes, quod habeat pauca nomina in Sardis, eorū, qui non inquinauerunt vestimenta suæ, nec tū ab eis qui in ipsa ecclesia immundi fuerunt, illorum paucorum vesti menta polluta sunt, qm̄ verum est quod dixistis, nec causam causæ, nec personam prę iudicare personæ. Qūo ergo pōt causa & persona Cæciliani præiudicare nobis? Aut si nō prę iudicat, quare seperamini à nobis? Dicant etiam ecclesiæ ad quas Paulus Apostolus scribit, Romanorum, Corinthiorū, Philippensiū, Colossensium, Thessalonicē sium, nam de Galatia & Epheso iam suprà dictum est. Dicēt ergo & isti, literas ad nos datas frēs quotidie legitis qui vultis adhuc esse de parte Donati. In ipsis epistolis per nomen pacis nos Apostolus salutauit, dicens, Gratia vobis & pax a deo patre & domino nostro Iesu Christo. Quare pacem in nostris epistolis legendo didicistis, & eā nobiscum tenere noluistis? In tam longin-

M quis terris trans mare positis Aphrum nobis obijcitis Cæcilianum. Certe verum est quod dixistis, nec causę causa præiudicat, nec personæ persona. Quæ est ista priuata & peculiaris sanctificatio, qua vobis licet vt Aphræ parti Donati causa non præiudicet Aphri Primiani, nec personæ Primiani Carthaginensis p̄iudicet Mustitani Feliciani, & ad nos Aphricana præiudicia tam longe præmittantur, vt nobis præiudicet causa Cæciliani? Dicat etiam catholica ecclesia in ipsa Aphrica cōstituta, & per pacē atque vnitatem Christi illis omnibus cōmunione copulata. Dicat etiam ipsa, Nec mihi Cæciliani causa præiudicat, cōtra quē absentem septuaginta eporum est prolata sententia, quia non præiudicat ecclesiæ quæ toto orbe diffunditur, in cuius communione permaneo: aut certe p̄iudicet parti Donati causa Primiani, quem sui collegæ simili ter absentem in numerosiore concilio damnarunt. Si autem ideo non præiudicat, quia nec causa causæ, nec persona personæ, multo magis seruanda est ista iustitia, ergo vnitatem catholicam Chr̄i, si eā seruari ergo se postulat pars Donati. Hoc ecclesia catholica in Aphrica constituta pro clamara, O pars Donati, tu ista verba dixisti, tu ista verba tua recognouisti, tu istis verbis etiā subscripsisti, nec causa causæ, nec personæ p̄iudicat. Ego inter spūs olim requescentium recito Cæcilianum, tu adhuc vides & tecum habes in corpore Felicianū, à quo dānatus est Primianus. In ipsa Primiani causa dānati, & postea sicut erat Episcopi tibiq; sociati, si tātum valet q̄ nec cā causæ p̄iudicat, nec persona personæ, vt tibi non p̄iudicet hodie tecū viuentis communio Feliciani, mihi qūo p̄iudicat olim defuncti memoria Cæciliani? Quid ad ista respondent, qui nobis adhuc iactāt inania, & suæ saluti si non se correxerint, nocitura mendacia? Quid adhuc dicūt nos iudicem corrupisse, vt pro nobis sententia proferetur? Nunquid & tāti apūd nos meriti Episcopum præclarissimum defensorem corra pimus, vt pro nobis talia loqueretur? Hoc enim agebamus omnibus viribus, hoc instabamus, vt Cæciliani causa atque persona qualiscunque fuerit, ad causam & personam ecclesiæ, quàm deus suis testimonijs roborauit, non pertinere monstraretur. Hoc agebamus similitudinibus euangelicis, vt causa & persona zizaniorum non præiudicaret causæ & personæ tritici, quando vis in eodem agro eadem pluuia simul creſcerent vsque ad messem, quando sepa-

Matt. 2 rari oporteret. Vt causa & persona paleæ non præiudicaret personæ frumenti, quāuis in eadem area simul triturarentur, doc nec nouissima ventilatione separarētur: vt causa & persona hædorum non præiudicaret causæ, & personæ ouium, quāuis cōmunibus pascuis vtraq; pecora p̄mixta seruēt, donec a pastore summo, in iudicio nouissimo, alij ad sinistram, alij ad dexteram segregentur. Vt causa & p̄sona pisciū malo rum non præiudicet causæ, & p̄sonæ piscīū bonorum, quāuis intra eadē retia renerent in extremo littore separanda, hoc est in fi

Matt. 13 ne maris, q̄ significat finē seculi. Quibus parabolis & figuris Ecclesia p̄nunciata est vsq; in finem seculi bonos & malos simul habitura, ita vt nec mali bonis obesse possint, cum vel ignorātur, vel pro pace & tranquillitate Eccles̄ię tolerant̄, si eos prodi aut accusari non oportuerit, aut alijs bonis nō potuerit demonstrari: ita sanè vt nec emendationis vigilantia quiescat, corripiendo, degradando, excommunicando, cæterisque coertionibus licitis atq; concessis, quæ salua vnitatis pace in Ecclesia quotidie fiunt secundum præceptum Apostolicū seruata,

2. Thess. 3. qui dixit, Si quis autem nō obaudit verbo nostro, per Epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & nō vt inimicū existimetis, sed corripite vt fratrem. Sicut. n. & disciplina seruat patientiā, & patientia temperat disciplinā, & ytrūq; refertur ad charitatem, ne forte aut indisciplinata patientia foueat iniquitatem, aut

Cap. 5. impatiens disciplina disipet vnitatem.

Ista cum fiunt a bonis, non inquinantur a malis, quia nec eorum peccatis consentiēdo communicant, & ab eis, & si non corpo rali segregatione, tamen spiritali vitæ dissimilitudine, & morum diuersitate discedūt,

Ioā. 13. eo modo obedientes p̄cepto dn̄ico quo ait. Discedite inde, & immundum ne tetigeritis. Nam qui hoc non spiritaliter obseruā dum putant, arrogantia vanitatis in illud incidunt quod per eundem Prophetā Dn̄s

Mal. 2. detestatur, dicens, Qui dicunt, noli me tangere, qm̄ immūdus es, hi fumus indignationis meæ. Hoc Epi vestri faciendum putauerunt, quando vtrisq; nr̄m a iudice oblato confessu, nobiscum sedere noluerūt, dicentes sibi scriptum esse, ne cū talibus sedeant, illud vtique non spiritaliter, sed carnaliter intelligentes quod in Psalmis positum est.

Psal. 25. Et cum impijs nō sedebo, & tamē fecerūt quod in eodē ipso loco Psalmi pariter prohibetur, Nam ibi dicit Propheta, Et cum iniqua agentibus nō introibo. Si ergo nos, quia iniquos, vel nouerant, vel putabant, ideo nobiscum sedere noluerunt, quare qđ similiter prohibetur nobiscum introierūt, ex parte sancti, ex parte polluti, nisi q̄a Scripturas sanctas non intelligendo, & carnaliter sapiendo ipsam vnitatem disipauerūt? Non itaq; polluunt mali bonos in eodem agro, in eadem area, in eisdem pascuis, in eisdem retibus constituti, quia non eis communicant boni, sed altari, & sacris Dei. Cōmunicant aūt malis, qui consentiunt malorum factis, Scriptum est enim. Non solum qui faciunt, verumetiam qui consentiunt facientibus. Roma. 1 Cap. 6.

Cum vero mali pacis conseruandæ necessitate tolerantur, nō iniquitatis communicandæ societate appetuntur, vt cum zizanijs triticum suauem pluuiā pariter bibat, seruet tamen vbertatem suam, nec conuertatur in zizaniorū sterilitatem, sed vtrunq; Matt. 13 E simul vsq; ad messem crescat, ne forte cum colligūtur zizania, eradicetur simul, & triticum, nullam cum bonis habent mali participationem salutis, vel perditionis. Quæ enim participatio iustitiæ ad iniquitatem? Nullam habēt cum bonis mali societatem 2. Cor. 6 regni, aut ignis æterni. Quæ. n. societas luci ad tenebras? Non habent mali cum bonis consonantiam vitæ, ac voluntatis. Quæ. n. consonantia Christi ad Belial? Nō habēt boni cum malis partē, nec in pœna criminis, nec in præmio pietatis. Quæ. n. pars fideli cum infideli? Et cum intra eadē retia, donec ad litus perueniant, pariter diuina sacramenta percipiant, isti sociantē, illi dissociantur: isti consonant, illi dissonāt: isti hūt partem cum misericordia, illi cum iudicio: qm̄ misericordiā, & iudiciū cantat Ecclesia Ps. 110. Dn̄o: & qui manducat indignè, iudiciū sibi 1. Co. 11. manducat, nō alteri. De ipso quippe pane, & de ipsa dominica manu, & Iudas partē, & Petrus accepit, & tamē quę societas, quę consonantia, quæ pars Petro cū Iuda? qm̄ nec cā causæ p̄iudicat, nec p̄sona p̄sonæ. Siue ergo exeant, de quibus scriptum est, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: 1. Ioā. 2. siue intus iudicantur esse de quibus beatus F Cyprianus apertissime loquit dicēs, Nam & si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas nr̄a, vt quoniam zizania esse in Ecclesia

cernimus,ipsi de ecclesia recedamus. Quibus uerbis Epi uestri nihil omnino ausi sunt respondere,quamuis diu fruſtra contẽderint,ꝙ non in ecclesia prædicta sint futura zizania,quia dixit dñs,Ager est hic mũdus,nec dixit, ager est ecclesia. Nos autem mundũ ꝓ ecclesia significatione positum dicebamus, sicut ẽt Cyprianus intellexit, quia p totum mundũ futura ꝓfigurabatur ecclesia. Vnde illi dicebant,mundum semp in malã significationem positũ,& testimonia de scripturis dabant,quia scriptũ est. Si quis dilexerit mundum, nõ est charitas patris in illo:& cætera talia,Nos uero non solũ in malam, sed ẽt in bonam significationẽ mundum in scripturis positum rñdebamus,& commemorabamus ẽt illud quod scriptum est. Deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi: qui utique non sibi recõciliat nisi ecclesiam.

Mat. 13.

1. Ioã. 2.

2. Co. 5.

Siue ergo exeãt mali,siue intus uel ignorent,uel uideantur, hoc agit misericordia, & iustitia dei,ut sibi ad mala nõ consentiẽtibus bonis,mali non obsint,sed utriq; propriam sarcinam portãt, ut nec filius accipiat peccata patris,nisi cum fuerit in malis imitatus, sed anima q̃ peccauerit ipsa morietur,Cum ergo malis consentit ad malũ, iã unã causam habet cũ eis,& totius societatis malorũ sit una ꝓsona,ac ꝓ hoc cũ simul peunt simulq; dãnantur,cã sua & ꝓsona sua cuiq; ꝓiudicat, nõ aliena. Cũ uero boni & mali idẽ uerbũ dei simul audiũt, & simul dei sacramenta ꝓcipiunt, & tũ dissimiles hñt actuũ suorũ causas, & dissimiles gerũt uolũtatis diuersitate ꝓsonas,eũdẽ cibũ sanctũ,aliis mãducãtibus digne,aliis indigne, nec causa causæ præiudicat, nec ꝓsona ꝓsonæ, ac per hoc quæcunq; testimonia diuinarum scripturarum Episcopi nostri commemorare potuerunt, quibus ab omni malorum hominum permixtione pura prænunciabatur ecclesia, non qualis nunc est illis testimoniis prænunciabatur, sed qualis post istam mortalitatem in uita æterna futura est.

Ezec. 8.

Cap. 8.

Et quæcunq; testimonia scripturarũ posuerunt de filiis,quos merito parentũ imitãdo malitiã, unã cum eis cãm habere noluerunt, ꝙ non intelligentes diuina testimonia secũ pugnare cogebant, nec utraſq; uoces dei ꝓ diuersitate tẽporũ, causarũ, ꝓsonarumq; distinguentes in concordiã redigebant,sed sicut contra nos ipsi, ẽt uolebant inter se ipsa diuina documenta pugnare. Nec mirum si pacem scripturæ dei nõ intelligebant, qui pacem cum eius ecclesia non habebant. Nos autem utraq; accipientes testimonia,demonstrabamus, utrorũq; concordiã Nam & illud accipiebamus, qđ in suis literis commemorauerunt ecclesiæ dictum esse, Nec adiiciet ultra per te transire incircuncisus & immundus: & illud scriptum est, Sinite utraque crescere usque ad messem:sed hoc esse in agro, illud futurũ in horreo. Denique & ipsi qui diu contenderunt,dicentes zizania quæ cum tritico simul crescere usque ad messem ꝓmissa sunt non in ecclesia, sed in mundo esse, contra intellectum martyris Cypriani, qui dixit. Et si uidentur in ecclesia esse zizania, non tñ impediri debet aut fides,aut charitas nostra, ut quoniã zizania in ecclesia esse certimus,ipsi de ecclesia recedamus. Et nolentes cõsentire mundi nomine ecclesiã ponẽ, significari,contra uerba Apostoli qui dixit, Deus erat in Xpo mundum reconcilians sibi:& contra ipsius uerba dñi qui dixit, Non uenit filius hominis ut iudicet mũdũ, sed ut saluetur mundus per ipsum. Neq; n. nisi cõciliari deo & saluari per ipsum mundus potest, nisi mundi nomine intelligatur ecclesia,quæ sola per eum deo recõciliata saluatur,tũ in illa similitudine quam ex euangelio commemorauimus, quod & boni & mali pisces quousq; in litore, hoc est i fine seculi separentur,intra eadẽ retia continentur,uicti euidentia ueritatis,malos in ecclesia usque in finẽ seculi permixtos esse cõfitentur, si sunt, sed occultos eos esse dixerunt, quemadmodũ pisces intra retia cũ adhuc in mari sunt a piscatoribus non uidentur. Quo ergo testimonium propheticum quod in sua reprobatione posuerunt qñ ecclesiæ dictũ est, Non adijciet ultra pro te transire incircuncisus & immundus, ad hoc tempus pertinere intelligitur,qñ ecclesiæ retibus cõparata est, quibus in mari adhuc positis pisces mali & bonis permixtos uel occultos esse constat? Vnde manifestum est non nisi de futuro seculo post iudicium,nullum incircumcisum & immundum per ecclesiam transiturum uiolentiam ueritatis, quæ suos non in carne,sed in corde torquet inimicos, ut etiam confiteantur inuiti.

Ecce manifestum est quod dicebatur à Cõ nobis,distinguẽda esse tẽpora ecclesiæ, non iam nunc esse talem,qualis post resurrectionem futura est:nunc malos habere permixtos,tunc omnino non habiturã,ad illã eius puritatem non ad huius tpis permixtionẽ illa diuina testimonia pertinere, quibus eã dñs prædixit ab omni malorum permixtione penitus alienam. Ecce etiam ipsi ueritate euangelica non aliud coacti sunt cõfiteri,q̃ malos occultos nunc ei permixtos esse. Sed dixerunt. Ecce nunc transit per illam licet occultus immundus, non est ergo rempus ꝙ prædictum est dicente Propheta, Non adijciet ultra per te transire immũdus & incircuncisus:nunc ergo transeunt vel occultra:odit eos prius solere transire,sed ultra non transituros. Et à nobis inuidiose requirebant, qũo potuerit in ecclesia Christi diabolus seminare zizania, cum ipsi fatemur in ecclesia malos saltem occultos esse permixtos,nec uellent attendere, à diabolo utiq; seminatos. Hoc etiam ipsum qđ sibi acutum inuenisse uidebantur, contra se potius proferebant.

Cap. 11.

Si.n. ꝓpea rebus bonos & malos congregantibus ecclesiam comparauit,quia malos in ecclesia non manifestos, sed latentes uoluit, quos ita nesciunt sacerdotes quemadmodum sub fluctibus quid acceperint retia nesciunt piscatores, Propterea ergo & area comparata est, vt ẽt mali cum bonis in ea prænunciarentur futuri. Neq;.n. palea quæ in area est permixta frumentis,etiã ipsa sub fluctibus latet, quæ sic omniũ oculis est conspicua,vt potius occulta sint in ea frumenta cum sit ipsa manifesta. De hac ãt area similitudinẽ, quia & ipsam intra cætras ex Euangelio posueramus,nihil in litteris suis contra nos scribere potuerunt, nisi Hieremiam Prophetam dixisse. Quid paleis ad triticum? Quod ideo dixit,quia simila non sunt,non quia permixta esse nõ possunt,quia in horreo non simul erunt, non quia in area pariter non triturantur, quam Hieremias cum hoc diceret non agebat de populo dei,sed de somniis hominum & uisionibus Prophetarum, quia hæc duo nulla similitudine cõparanda sunt,sicut plenitudini tritici, inanitas paleæ non potest comparari. Tentauerunt sanè Epi uestri negare in euangelio scriptũ,ꝙ areæ sit ecclesia comparata, sed mox euangelicorum uerborum cõmemoratione conuicti, ad idem se conuerterunt,vt etiam ibi dicerent occultos malos significatos, non manifestos, de quibus scriptũ est, Veniet ferens uentilabrum in manu sua,& mundabit aream suam, Matt. 3. frumenta recondet in horreo,paleas autem cõburet igni inextinguibili. Vos aũt iudicate,aperite oculos,aures intendite ueritati,ſ ꝓpea sicut ipsi dixerunt, dñs ecclesiam rebus cõparauit,quia non manifestos,sed latentes in eo uoluit intelligi,quos ita nõ uident sacerdotes, quẽadmodum pisces intra retia sub fluctibus nõ uident piscatores,nũ qd & area sub aqua uel sub terra triturat? Aut certe nocturnis horis, non in sole conterit,aut in ea rusticus cæcus operat? Quãto ergo melius seipsos corrigũt q̃ euãgelia sancta peruertũt,& ad uanũ suæ mentis errorem eloquia dñica detorquere conantur. Aut.n illa piscium similitudo non propter occultos tantum, sed ꝓp mixtos in ecclesia malos,ꝙ sicut illi ante litus,sic isti ante vẽ tilabrũ bonis in ecclesia misceantur. Ipsi nos admonent vt in areæ palea, manifestos in ecclesia malos intelligamus, q̃ pisces intra natãtia retia ꝓp occultos malos intelligi volunt, quia sicut illos nesciunt piscatores,sic istos nesciunt sacerdotes. Cur enim non dicamus, sic ergo & palea manifesti sunt mali, quia in aperto eam vident trituratores? Sed sicut illi non possunt ante litoris exitum separari, sic nec illa potest ante finẽ debitum ventilari. Custodit ãt deus innocentiã sanctorũ & fideliũ suorũ, sicut piscium bonorũ,sicut pinguiũ frumẽtorũ,vt intra ista retia nõ eis noceant permixta genera reprobãda,& in ista area nõ eis noceãt permixta palea ventilãda, ꝙa sicut ipsi dixerunt,relegerunt,subscripserũt,nec cã causę, nec personæ poterit præiudicare persona.

Hæc verba negarent se forte dixisse,nisi Cap. 11. sua possent subscriptione conuinci. Ecce q̃ diligenter actum est pro salute nostra, vt verbis nostris subscriberemus, quod fieri omnino nolebant. Et vt facerẽt tandẽ aliq̃ pudore cõpulsi sunt. Nam extant verba eorum vbi hoc facere recusarunt. Rursus alia verba vbi hoc facere consenserunt,quod primo negauerant. Omnia scripta sunt,omnibus subscriptum est. Ideo.n. videbantur nolle subscribere, vt negare se possent dixisse quod dixerant,& de gestis corrupti iudicis calumniari. Quod modo quia non possunt,dicunt ipsum esse corruptũ. Quod vt contra illos iudicaret, non nisi ipsi fecerunt, qui contra seipsos pro nobis tanta

dixerunt. Quæ vt negare non possent,etiã si coacti & inuiti, suis tñ prosecutionibus subscripserunt. Ideo ergo nolebant subscribere,vt liceret eis per calumniã corruptorum gestorũ negare quod dixerant,& ideo postea instante iudice cõsenserunt: qa sentiebant omnibus apparere,nihil sibi adiudicari nolẽdo subscribere nisi se verba sua vt sibi legerentur timere. Maluerunt.n.prosecutiones suas quibuscunq; nebulis postea defendere,quã eas tam cito dãnare.Sed videte,rogamus vos, quẽadmodũ ipsa sua defensione se prius implicent,& agant causam nr̃am & omnino perimant suã. Nam post collationem posteaq̃ victi appellare voluerunt,obiecta sunt eis hæc verba,& ea conãtur peiore sua implicatione defendere, qñ ab eis quid egerint quæritis .Ita enim vos putant non habere cor, vt non intelligatis eos omnino esse superatos, qñ vobis ea dicunt quæ omnino non dicerent si aliquid vtile quod dicerent inuenirent.

Cap. 12 Quis.n.ferat victos homines cõqueri q̃ nocte contra eos est prolata sentẽtia: quali non sæpe iudices audiẽdi necessitas teneat, C vt vsq; ad multã partẽ noctis sedere cogantur? Aut ideo non est verũ quod dicitur, qa per noctẽ dicitur? Nec audiunt scripturam
Psal.41. clamantẽ, Per diem mandauit dñs misericordiam,
Psal.91. & nocte declarauit. Et iterum, Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Ad quod dixerunt, nocte veniisse ad dominum tenendum persecutores: non attendentes qm̃ ipsis nocturnis horis etiam dominus veritatem suis discipulis prædicauit. Nec ad-
Act.20. uertere uolunt, quod scriptum est, Apostolum Paulum vsq; ad medium noctis ꝓduxisse sermonem. Si haberent verum qđ dicerent,nos eos impedire non posset, sed sanè tenebrosissimam noctem in suis mentibus patiebantur, quando contra seipsos tanta proferebant, nec ad veritatis lucem peruersum animum corrigebant. Et adhuc vtiq; dies erat, quando nobis forensi more de tpe præscribebant, dicentes causam lapsam esse,& agi iam omnino non posse:nec intelligentes nihil se hominibus ostendisse, nisi quantum timuerunt ne ageretur vbi eorum peruersitas, & catholica veritas mõstraretur. Adhuc dies erat, quando volentes destruere iudicium Romani Episcopi
D Melchiadis, quo purgatus & absolutus est Cæcilianus, & iam ipsum Melchiadem traditorem fuisse dixerunt.

Cuius criminationis cũ ab eis esset exacta probatio,gesta prolixissima recitarunt, vbi Melchiadis nomen qđ aliquid tradiderit non fuit. Et recitauerunt etiam alia gesta,vbi Melchiadem legebatur misisse diconos cũ literis Maxentij Imperatoris & præfecti prætorij ad præfectũ vrbis, vt reciperẽt loca q̃ fuerant à Chr̃ianis tpe persecutionis ablata. Vbi cũ Melchiadis crimẽ nullũ appareret,dixerunt superioribus traditionis gestis traditorem Stratonem fuisse recitatũ, ꝙ uocabitur vnus etiam ex diaconis quos ad recipiẽda loco miserat Melchiades,eundem ipsum esse contendentes & nõ ostendentes. Neq; enim Stratonẽ qui tradiderat saltem diaconum fuisse monstrabant. Quod etiam si esset, respondimus eis ante paruum tps,in eodem clero ecclesiæ Romanæ,duos Petros diaconos fuisse. Ita mentẽ cæci tenebrosas calumnias innectebant, ad dentes etiã manifestissimã falsitatem, ꝙ nõ solum nomen,sed etiam loca & regiones & personæ conuenirent, quibus non alius sed ipse esse Straton ostenderetur, cũ in illis gestis omnino nihil conueniens,præter similitudinẽ nominis legeretur, qua plena est consuetudo generis humani,vt non solum duos, sed ét plures vno nomine vocitent. Nam ipsi quoq; Donatum suũ Carthaginensem, ne iudicio Melchiadis ipse damnatus putaretur, quam multi pro magno habent,à Donato Casensi distinguendum esse clamauerunt, quia Donatus Carthaginensis contra Cæcilianum missus fuerat ad Melchiadis episcopale iudicium,tã crassam noctem in corde gestãtes, vt Donatum infamari nollent similitudine nominis sui,& Melchiadem maculari vellent similitudine nominis alieni. Nunc aũt Stratoni etiã Cassiani nomen addere dicuntur, quod in collatione tacuerunt, quasi Straton solus cognomen tale habere potuisset,& Cassianus nõ potuerit. Nec attendere potuerũt inter na sua nocte impediti,non solũ duos Ioannes,vnum baptistã, alterum euangelistam, sed etiã duos Simones,vnum Petrum,alterum magum:in ipso deniq; tã paruo numero Apostolorum non solũ duos Iacobos, vnum Alphæi,alterum Zebedæi,sed etiam duos Iudas,vnum sanctum, alterum diabolum,cui tamen Iudæ Apostolo sancto quid euis similiter mente cæcus de crimine latedæ traditoris calumniaretur, non nisi istos imitaretur.

Fimitaretur.Non.n.mirũ est si tales istos calumniatores post tam longum tps patitur exstimatio Melchiadis de duobus Cassianis,vel de duobus Stratonibus, qualis Euãgelica veritas patiẽ de duobus Herodibus. Nam qa non est expressum quis Herodes pro Chr̃o occisis infantibus continuo moriens fuerit,& quis Herodes cũ Pilato Dominum persecutus sit,putantes vnũ fuisse, objciunt Euangelio crimen falsitatis. Sic illi putantes vnum fuisse Stratonem, vel Cassianum,objciunt Melchiadi maculam traditionis,& tamen illi tolerabilius errãt, quum non solum nomen,verumetiã digni tas consonat,vterque enim legitur rex Herodes:isti autem dignitatẽ consonare mentiti sunt,quia vtrosque diaconos fuisse nul
Cap.14. lo modo legere potuerunt.

Adhuc dies erat quando Zertense concilium si tamen concilium dicendum est, in quo vix vndecim, vel duodecim Episcopi fuerunt, vbi recitauimus traditores fuisse quosdam,qui cum Secundo Tigisitano cõtra Cæcilianum sententias protulerunt,falsum volentes ostendere, dixerunt persecu
G tionis tpe non potuisse in aliquam domũ illos vndecim,vel duodecim Epos congregari,& vt probarent tps fuisse psecutionis, protulerunt martyrum gesta, vt diebus, & consulibus considerati, quod tps fuerit apparerer. Quæ martyrum gesta,contra seip los protulisse conuicti sunt. In eis quippe gestis, manifestum est illo tpe psecutionis Christianas plebes solitas congregari. Vnde constitit non esse incredibile, ꝙ etiã illi Epi in priuatam domũ similiter cõuenisse legebãtur,vt plebi,quæ poterat,sicut gestis martyrum continebatur, ét persecutionis tempore congregari,occulte ordinaret Episcopus,qui posset sibi etiam ipsi occulte clericos ordinare in tanta necessitate, Vbi anterior Eps cum clero lapsus,per Epistolam ipsius Secundi,quæ ab istis allegata est,mõstrabatur. Ex his martyrum gestis,quæ ipsi proferebãt,admoniti sumus,& in alia gesta martyrum intendere, & inuenimus, & diximus,feruente tpe persecutionis,& priuatam domum, ꝙ illi fieri potuisse negaue rant, congregationi Christianorum fuisse concessam,& in carcere fuisse baptizatos,vt viderent q̃ non esset incredibile tpe persecutionis in priuatam domum paucos Epos
H congregari,quando & in ipso carcere celebrabantur sac rameta hristi,in quo inclusi homines tenebantur pro fide Chr̃i. Quãtum nos ergo adiuuerint gesta martyrum proferendo, quis non videat,qui non similem noctem habet in corde,qualem illi habebant,qui hoc non videbant?

Qui etiam hinc gestis ipsis Zertensibus Cap. 15
calumniabãtur,quia ibi dies & consules legebantur,& exigebãt a nobis, vt aliqua Ecclesiastica cõcilia proferremus,vbi dies recitarentur,& consules. Ipsi.n.Carthaginẽse concilium factum sine die & consule ꝓferebant. Dicebant.n ét concilium Cypriani consules non habere, vbi tamen legitur dies,in illo aũt ipsorum Carthaginensi nec dies. Nos autẽ,quod in manibus erat, Romanum concilium Melchiadis, sicut illud Zertense,& diem habere demonstrabamus & consules:neque.n.tunc ad horã antiqua archiua Ecclesiastica discutienda nobis fuerunt, vnde ista consuetudo etiam veterum fuisse doceretur. Nec tamen inanes eis etiã nos calumnias mouere voluimus,quare in Cypriani concilio dies inueniretur,in ipsorum autem non inueniretur:quia illi vanas moras volebant innectere. Nam etiam hoc exigebant,vt de Scripturis sanctis ostẽderemus aliquẽ dies & consules esse conscriptos, quasi Eporum concilia scripturis I canonicis aliquando fuerint comparata,aut possint etiã ipsis de Scripturis sanctis proferre concilium,vbi Apostoli iudices sederint,& accusatũ aliquem,vel damnauerint, vel absoluerint. Et tamen respõdimus eis, ét Prophetas libros suos prænotatis,& definitis commendasse tpibus, quo anno, cuius regis,quoto mense anni,quoto die mensis factum fuerit super eos verbũ Domini, vt ostenderemus q̃ inaniter & calumniose de diebus, & consulibus Episcopalium conciliorum q̃stiones vanissimas excitarent. Fieri autẽ põt, vt in codicibus sit varietas, dum alij etiam dies & consules diligentia maiore describant, alij supfluum ptermittunt. Sicut etiã codex de quo primum legimus iudiciũ Constantini,quo inter partes Cæcilianum innocẽtem,illos aũt calũniosissimos pronũciauit, diem & consulẽ non habebat. Quo ét illi inuidiosissime proclamauerũt, ꝙ Imperatoris lr̃as sine die,& cõsule recitauimus,& tamen ét ipsi alias eiusdem Imperatoris literas in cã Felicis ordinatoris Cæciliani, quas mirabili cæcitate contra seipsos protulerunt, sine die, & cõ- K
sule recitarunt, nec eis inde aliquid obiecti-

Universidad de Deusto Biblioteca

mus, ne similiter vt ipsi tpa necessaria superfluis verbis occuparemus. Hæc aũt modo dicimus, vt uobis saltem oculos aperiamus: & tenebrosa nocte careatis, quã vestri Epi corde gestabant, qui nocturnam sententiã cogitationi iudicis obiecerunt, & ipsi p diẽ interioribus tenebris inuoluit, mirabili cæcitate contra seipsos tanta dixerunt.

Cap. 16 Legũtur in Actis apud Carthaginis magistratũ expressa verba Primiani, vbi dicit, q parentes eorũ, nostri maiores varijs exilijs vexauerunt, Et in collatione probare conantur accusantibus maioribus suis, ab Imperatore Cæcilianũ exilio esse dãnatũ. Dicunt in literis suis cõionem suam esse ecclesiam veritatis, quæ persecutionẽ patitur, non quæ facit: & conantur ostendere Cæcilianum damnatum iudicio Imperatoris psequentibus maioribus suis. Et hoc dicunt factum non per Donatum Casensem, sed per eum quem præ cæteris prædicant Donatum Carthaginẽsem. Hoc.n. scriptis suis per suos modo iactare dicuntur, Vbi victi iudicem accusant, quia noctem corde ipsorum nocturna veritas confutauit, Donatũ illum, illum inquam Donatum, quem dixerunt Ecclesiæ Carthaginensis ornamentũ
L & martyrialis gloriæ virũ, sic commendare voluerunt vt diceret, q apud Imperatoris Constantini cognitionem, ipse reũ & asserierit & conuicerit Cæcilianũ. Illum ergo virum gloriæ martyrialis apud Imperatoris cognitionẽ, Cæciliani dãnatio cõsecuta est. Illo viro gloriæ martyrialis accusante & instante, Cæcilianus ab Imperatore dãnatus est. Quod quidẽ nos falsum esse conuincimus, qui eiusdem Imperatoris literas quibus se inter partes audisse & iudicasse testatur, vbi Cæciliano absoluto atq; purgato illorum calumnias detestatus est, pla tas archiuo publico recitauimus. Contra quas omnino quid rñderent nihil inuenire potuerunt, ad eas confirmandas contra seipsos alia protulerũt. Proinde à maioribus eorum apud Imperatorem accusatum constitit Cæcilianum, damnatum aũt non constitit, immo etiam constitit absolutum. Sed tñ vel vos videte quantum adiuuerint cãm nostram Episcopi vestri, qui de illa voluerunt etiam falsitate gloriari. Si.n. Donatus ille vir gloriæ martyrialis apud Imperato-
M ris cognitionem, eum asseruit Cæcilianũ, & illo viro gloriæ martyrialis accusante & instante, Cæcilianus ab Imperatore damnatus est, respondeant vobis qñ hæc agebant, Donatus erat martyr, vtrum Donatus qui homine apud Imperatorẽ persequebatur, an Cæcilianus, qui illo persequente ab imperatore damnatus est? Vbi est nunc illa definitiua regula ipsorũ communionis Donati, esse ecclesiam veritatis quæ persecutionem patitur, non quæ facit? Ecce patitur Cæcilianus, Donatus facit. Quis eorum est vir gloriæ martyrialis? Attendite, aduertite, quite in errorem pernicioſum adhuc vſq; seduci. Veritatẽ quæ vobis occultabatur, deus aperire dignatus est: falsitatem quæ nobis ostendebatur, deus confutare dignatus est. Tanto eius beneficio, quare adhuc estis ingrati? Hoc est nempe quod vobis sæpe dicebant, vnde cordis vestri oculos alluta fallacia caligabant.

Et adhuc ẽt conuicti inde se iactant, inde cos nos lacerant, quia nos facimus persecutionẽ, ipsi patiuntur. Hoc eis remansit omni ex parte superatis, vnde adhuc nebulas faciunt imperitis, hinc se quasi ostẽdentes Ecclesiã veritatis, q persecutionẽ patitur, non q facit. Non vos ergo adhuc fallant, hoc eis facimus, qđ maiores suos, & ipsum quem prædicant velut martyrialis gloriæ virum A Cæciliano feciſſe gloriant. Hoc ille egit apud Imperatorẽ, vt conuictus Cæcilianus illius iudicio dãnaretur. Hoc & nos egimus, vt isti conuicti similia paterentur. Si male fecit, quare hoc ille Donatus faciebat? Si aũt rectè fecit, quare hoc catholica Ecclesia parti Donati non faciat? Immo rectè fecit ri nec illi dubitant, qui hoc maiores suos quos multum laudant feciſſe gloriant, nec nos dubitamus qui hoc esse faciendum negare non possumus, vt sine effusione sanguinis, qui verbis non emendantur, aliqua mitissima pœna legum corripiantur inquieti. Et si forte Imperator permotus mentis, sacrilegam pertinaciã grauiore supplicio tuit esse plectendã, mitius agant iudices quibus semper licuit lenire atq; emollire sententiã quanuis non posſit ostendi Cæcilianũ ab Imperatore Constantino esse damnatum. A vobis tñ error ille sublatus est, quo putabatis eam esse verã Ecclesiã q persecutionem patitur nõ quæ facit: fecit.n. Donatus, passus est Cæcilianus. Et si persecutionẽ patitur pars Donati, patitur cum illa & pars Maximiniani, quã & ipsi Christi Ecclesiam non esse confirmant. Ac per hoc, & facere persecutionẽ non est iniquitatis indi-

cium, quia & boni faciunt malis, & mali bonis, & pati persecutionem non est iustitiæ documentum, quia eam non soli boni pro pietate, sed mali pro iniquitate patiuntur.
Matt. 5. Cũ.n. dixisset Dñs, Beati qui psecutionẽ patiuntur: ne inde se iactent hæretici, addidit, propter iustitiam. Nam quãta mala nostris fecerint furiosissimi clerici, & Circũcelliones partis Donati, nostis & vos. Incẽ sæ sunt Ecclesiæ, missi in flammas codices sancti, incensæ ẽt priuatæ domus, rapti homines de sedibus suis, & omnibus, quæ inerant ablatis, aut perditis, ipsi etiã laniati, & excæcati. Nec ab homicidio potuit temperari, quãuis sit mitius huic luci mori, q istã lucem auferre viuenti. Ventum est ad homines, non vt retenti aliquo ducerent, sed tamen vrista paterent. Nec tamen nostros ideo iustificamus, quia ista perpessi sũt, sed quia pro Christiana veritate, pro Christi pace, pro Ecclesiæ vnitate perpessi sunt. Illi aũt sub tam multis, sub tam seueris legibus, & sub tanta Ecclesiæ catholicæ, quam Dñs ei tribuit, potestate quid tale patiuntur? Si quando enim morte mulctantur, aut ipsi se occidunt, aut eorum cruentę violẽtiæ dum resistitur occiduntur, nõ pro cõione partis C Donati, nec pro errore sacrilegi schismatis, sed pro apertissimis facinoribus suis & sceleribus suis, quæ more latronũ ruentes furore, & crudelitate committunt. Pro parte aũt Donati vix aliquid tale patiunt, quale Cæcilianum Donato instante passum esse dixerunt. Aut ergo persecutio non omnis iniusta est, aut non est psecutio dicenda cũ iusta est. Quapropter aut psecutionẽ pars Donati patitur iustam, aut persecutionem non patitur, quia patitur iuste. Non autem iuste passus est Cæcilianus, quia innocens probatus, & absolutus est. Quod quidem alli negauerunt, & potius ab Impatore dãnatum esse dixerunt, & ideo maiores suos maximeq; Donatum, a se tanta prædicatio ne laudatum, Cæciliano persecutionem fe ciſſe confessi sunt. Illum aũt conictũ atq; damnatum probare minime potuerũt, immõ etiam, p nos dicebamus eum esse absolutum atq; purgatum, ipsi quoq; multa cõtra seipsos legendo firmarunt, & tñ liberũ arbitrium sibi ab Impatore cõcessum esse iactant. Victi itaq; & confusi, id sibi etiam nunc flagitabant debere concedi, qđ maiores eorum Cæciliano non concedebãt, quẽ hic apud Imperatorem accusarunt, quem

illis accusationibus ab Impatore dãnatum D
isti ẽt mentiri voluerunt. Si volũtas libera vnicuiq; tribuenda est, Cæciliano prius tribueret. Si hæc nõ homini iudici pmittẽda, sed Deo potius dimittẽda sunt, Cęcilianus prius apud Imperatorem non accusaretur.

Expergiscimini aliquando, non vos tar- Cap. 18
tareus obliget somnus, non in profundum sacrilegi erroris adhuc impia consuetudo demergat, iam cõsonate paci, cohærete vnitati, acquiescite charitati, cedite veritati. Ec
clesiam catholicam incipientem ab Hieru- Luc. 24.
salem cognoscite vsquequaq; diffundi, non communicat pars Donati, cui cã præiudicat Cæciliani. Totiens.n. purgatus, totiens absolutus, etiam si non esset innocens, nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Hæc verba per orbem terræ vniuersa personat Ecclesia, clamat ẽt membrũ illius in Aphrica. Testimonium Dei noui, negocium Cæciliani non noui. Credo innocentem a vestris maioribus infectatum, quem lego totiens absolutum, sed qualiscunq; sit causa eius, causæ meæ nihil piudicat: qualiscunq; sit persona eius, personæ meæ nihil præiudicat. Vos hoc dixistis, vos ad hoc subscripsistis, nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Ecce Dñs dicit per E
omnes gentes incipientibus ab Hierusalẽ: diuinam veritatem in vna Ecclesia teneamus, & humanas lites aliquando finiamus. Nunquid.n. verba ista vbi dixerunt, nec causam causæ, nec personam ipræiudicare personæ, vllo modo post istam collationẽ defendere potuerunt, ac non potius se multo perplexius implicarunt? Sic nanque in quibusdã scriptis suis locuti sunt, cãm causæ, & personam non præiudicare pſonæ.

A vobis, inquiunt, dictum esse, memori- Cap. 19.
ter recensitum est, sed alloquimur nobis non præiudicari ab ijs, qui a nobis, vel reiecti sunt, vel damnati, ij aũt qui ex Cæciliani ordinatione descendunt, quos de prædecessore origo numerat ad reatum, quemadmodum non possunt ordinatoris sui crimine obligari, cum per seriem ptensus peccatorum funis quoscunq; communionis vinxerit vinculo, necesse est, vt consortes faciat esse peccati. O mira defensio, tam densum, & arctum est vbi eis adhæserunt pedes, vt cum euellere conantes, frustra & manus & caput figãt, & in eodẽ luto hæsi- In eodẽ
tantes arctius inuoluantur. Ex eis.n. quos luto hæ-
vel reiecisse se, vel damnasse commemo- sitantes.

Universidad de Deusto Biblioteca

rant,hoc est Maximinianistis,secum habẽt uecilianũ & damnatorem Primiani,& a se damnatum in causa Primiani. Quid est q̃ funem a Cæciliano usq; ad hæc tẽpora catholicæ Ecclesiæ implicare contendunt, & catenã suã in proximo non attendũt? Præclara quippe illa Bagaitana sentẽtia de Maximiniano & sociis eius. Trahit,inquit, ad consortiũ criminis plurimos catena sacrilegii. Felicianus ergo ista catena,trahebatur. Sed illis non iudicat Felicianus, quare nobis Cæcilianus? An forte ubi uolunt præiudicat,ubi autem nolunt, causæ non præiudicat causa,& pro libidine ipsorum fortior est funis antiquus quã noua catena? Non præiudicat Maximinianus Feliciano a quo damnatus est,non præiudicat Maximinianus & Felicianus Primiano a quo damnatus est,non præiudicat Maximinianus eis qui dilationem acceperunt, quibus in uno schismate sociatus est,nõ preiudicat Felicianus parti Donati,à qua in eodẽ honore susceptus est, nec baptismus quẽ in sacrilegio schismate dedit,ibi destructus est,& præiudicat Cæcilianus tot Chranis gẽtibus, qui semel damnatus est absens? Quo Primianus ter absolutus est præsens, quo non Primianus? Præiudicat nobis olim defunctus ignotus,& istis non preiudicat uiuus,a quibus legitur paulo ante damnatus,& quibus cernitur modo sociatus? Nobis inuoluitur funis Cæciliani à quibus ignoratur, & illis non inuoluitur catena Feliciani quorũ in eũ sententia recitatur ubi ipsa catena damnatur? Illis licet dicere, suscepimus quos damnauimus pro pace Donati,quia nec cã causæ præiudicat,nec psona personæ,& nobis non licet dicere propter eos quos dãnastis non deserimus pacem Xpi, quia nec cã causæ piudicat nec psona psonæ? O ferreã frontẽ,ò furoris tenebras,nocturnam sententiam iudici obiicientes,& uisu cordis nocte palpantes,offendentes,cadentes, contra nos rabide litigantes,& pro nobis tanta dicentes.

Cap.20. Insuper adhuc etiam modo commemorare audent ꝓphetica & apostolica testimonia, quibus nos uniuersaliter in illa collatione respondimus,ostendentes ipsos Prophetas sanctos cum iniquis in uno tẽplo, sub eisdem sacerdotibus,inter eadem sacramenta uersatos,nec tũ a malis fuisse pollutos,quia nouerant inter sanctum,& immũdũ,nõ sicut isti sentiunt corporaliter populũ diuidendo,sed bene iudicando & bene uidendo discernere. Et hoc sine intermissione faciebant,ut in illa domo magna,sicut dicit Apostolus,alia uasa in honorẽ,alia in cõtumeliam, seipsos a talibus morũ diuersitate mundarent & essent uasa in honorẽ utilia dño ad omne opus bonum parata. Sed bene quod ipsi ex multis testimoniis,q̃ in scripturis suis nõ intelligẽtes inseruerunt, quæ in collatione protulerunt & legerunt tãquã præcipuum de Aggeo Propheta testimonium modo post collationem uicti cõmemorarunt. In isto ergo propheta multo euidẽtius quod uolumus demõstramus, quia nõ corporalis sed spiritalis contactus,qui fit p consensionẽ,ipse polluit homines,quorum causam unã facit ipsa consensio. Nã quãdo impios dominus etiam uisibili pœna perdere uoluit, ipse ab eis iustos admonitione se parauit. Sicut Noe cum domo sua ab eis quos diluuio fuerat perditurus. Sicut Loth ab eis quos igne fuerat consumpturus. Sicut populum suũ à synagoga Abiró quam fuerat extincturus. Ideo & illum qui non habebat uestem nuptialem, nõ illi qui inuitauerunt,sed ipse dominus cuius erat cõuium ligari iussit & proiici. Neq; n. & ipse sicut pisces sub fluctib. erat, & sic ab inuicta torib. quo pisces a piscatoribus uideri non porerat. Proinde ne putaret, sicut isti putãt q̃ uelut unus in turba latenter subrepsisset ignaris,cõtinuo dominus in eodẽ ipso uno, quem ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores ex illo cõuiuio proiici iussit,multã societatẽ malorum,esse intelligendã,inter quos pauciores boni in conuiuio dñico uiuunt,significare non dubitat. Nam posteaquã dixit,Ligate illi manus & pedes & proicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium, continuo subiecit, Multi n. sunt uocati, pauci uero electi. Quo hoc uerũ est, cum potius unus & multis fuisset proiectus in tenebras exteriores, nisi qa in illo uno grãde corpus figurabat omnium malorũ ante dñi iudicii cõuiuio dñico pmixtorũ? A q̃ buse boni corde interim ac morib. separant, simul manducãtes & bibẽtes corpus & sanguinem dominum, sed cum magna distinctione, quia illi in bonore spõsi induti sunt uestẽ nuptiali, nõ sua quærentes, sed q̃ Iesu Chri, illi autem non habent uestem nuptialem, hoc est, fidelitatem sponsi charitatem, sua quærentes non q̃ Iesu Christi. Ac per hoc etiã etsi in unoeodemq; conuitio,isti miser cordiam man-
K ducant,illi iudicium, quia ipsius conuiuij
Ps.110. canticũ est, quod & supra commemorauit, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi dñe: nec iõ tũ dormit ecclesiastica disciplina,vt corripiat inquietos. Neq; n. à populo dei separamus, quos uel degradando uel excõmunicando ad humiliorem pœnitendo locum redigimus, & ubi hoc facere pacis,& tranquillitatis Ecclesiæ gra non permittimur,non tũ iõ Ecclesiã negligimus, sed toleramus q̃ nolumus, vt peruenianus quò uolumus,utẽtes cautela pcepti dñici,nec cũ
Mat.13. uoluerimus ante tẽpus colligere zizania,si mul eradicemus & triticũ: Vtentes etiã exẽplo & pcepto beati Cypriani, qui collegas suos senatores, fraudatores,raptores,pacis contẽplatione ptulit tales, nec eorũ contagione factus est talis. Vñ & nos si triticum sumus,etiusdem beati martyris uerba fidentissime dicimus, quia etsi uidentur in Ecclesia esse zizania,nõ tũ impediri debet aut fides, aut charitas nostra,ut qm̃ zizania in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Hæc verba iustissime ac pijssime diceret maiores nri, etiam si Cæcilianum & aliquos Epos eius malos viderent, quos tũ ab Ecclesia separare non possent propter illos quibus mali demonstrari nõ poterant, & eos bonos & innocentes putabant: Hæc verba omnino dicerent, hoc omnino sentirent,nec cũ vellent temere zizaniam separare,simul & triticũ eradicarent. Quod ergo iussus est quidam Propheta nec panem
3 Re.13 manducare nec aquam bibere in Samaria, quo missus fuerat vt corriperet eos,qui uacuas constituerant adorandas more idolorum Aegyptiorum,hoc omnino facere debuit quod præceperat dominus, cui tunc eo modo illos corripere placuit,vt nihil ibi alimentorum tangeret Propheta quẽ miserant. Nũquid n. in Ecclesia non fit quotidie,quãdo eos quos acrius corripimus,ẽt si in eorũ possessione sumus,nihil ibi apud eos contingimus, vt sentiant quantum eorum peccata doleamus? Nunquid tamen ideo etiam plebis discessio facienda est, vt sicut mollis herba indiscrete eradicẽtur infirmi,qui de pectoribus hominum & ignotis factis,etiam,si nobis sint cognita,iudicare non possunt? Nam in ipsa Samaria & Helia & Helisæo erãt,etsi ipsi isolitudine, non tamen deuitanda sacramentorum causa,sed quia persecutionem ab impijs regibus patiebantur. Nam illic erant non vtiq; in solitudine separata, quæ ipse ignorabat Helias,septem milia virorum,qui non curuauerunt genu ante Baal. Deniq; inter pcipuos sanctos habitus Samuel & grauiter Saulem corripuit, & cũ eo tamen ad offerendum deo sacrificium sine excusatione perrexit, nec peccatorum eius contagione pollutus est, sed omnino mundus meritorum suorum conseruatione permansit. Sed istam nobis qõnem quanuis euidẽter & in collatione & mõ soluta sit,euidentius tamẽ soluit Aggæus,cui testimoniũ p cæteris elegerunt,vt solũ adhuc p omnibus iactẽt. Arguit dñs per Aggæum Prophetã, populum ex Babylonia residuũ, vbi captiuus tenebatur,q̃ domum dei negligerent, & suas domos extollerent, & dicit propterea se plagã sterilitatis eorum percussisse regionẽ. Tunc Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnis ille populus diuinitus inspiratus operari cæpit in domo domini dei sui. Sicut enim eadẽ scriptura dicit, Et suscitauit dominus spũm Zorobabel filij Iosedech sacerdotis magni, & spiritum residuorũ omnis populi, & introierũt & faciebãt opera in domo dñi omnipotentis dei sui quarta & vicesima die mensis sexti secundo anno sub Dario rege. Ecce & dies & mẽsis & annus definitus est,quando intrauerunt ad operandum in domo domini. Credo quòd illi viri, & ille populus operans in domo domini immũdus, præsertim quia dixerat ei dominus, Ego vobiscum. Denique videte q̃d sequit, contexuit enim eadem scriptura & dicit, Septimo mense vna & vicesima die mensis, locutus est dominus in manu Aggæi Prophetæ dicens ad Zorobabel filium Salathiel ex Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum & ad omnẽ populum residuum,dicens. Quis ex vobis vidit domum hanc in claritate pristina? Et quomodo videtis eam modo, cum non sit in conspectu uestro? Et nunc præuale Zorobabel dicit dominus,& præuale Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & pualesce omnis populus terræ, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus præst in medio vestrum. Bono animo estote, quoniam hæc dicit dominus omnipotẽs, Adhuc semel & commouebo cœlum & terram,mare & aridam, & concutiam omnes gentes,& veniẽt omnia electa gentium,& implebo do-

Aggæi.1

Ibidem.

A

Aggæi.2

mum

mum hanc, dicit dominus omnipotens: & cætera quæ addidit, etiam futura prophetans quæ domini nři Iesu Christi rectius
B intelligi solent, cuius populus verisimum & sanctissimũ est templũ dei, nõ etiam in eis qui permixti tolerantur, sed etiã in eis qui nunc interim à talibus bene viuendo spiritaliter separantur, post vero etiã corporaliter separandi sunt. Veruntamen illũ populum cui prophetia ista prænunciata est, & qui tunc operabatur in domo dei, vbi erant et illi duo, Zorobabel filius Salathiel & Iesus filius Iosedech, quomõ sit exhortatus & commẽdatus à domino, satis in prõptu est videre in his verbis prophetiæ quæ sicut dicta sunt inseruimus. Nunquidnam ergo istum populum immundũ possumus dicere, ad quem si quis accesserit inquinabitur, cui populo dicit, Et nunc præuale Zorobabel dicit dominus, & præuale Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & prœualescе omnis populus terræ, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus præest in medio vestrum? Quis dementissimus dixerit istum esse populum ad quem si quis accesserit inquinabitur? Nunc ergo attendite quid post illam prophetiã, quæ huic populo de Christi temporibus annũciata est, consequẽter scriptura contexit, Quarta & vicesima noui mensis anno secundo sub Dario rege, factum est verbum domini ad Aggæũ Pro-
C phetam, dicens, Hæc dicit dominus omni-
Ibidem. potens, Interroga sacerdotes legem domini, dicẽs, Si sumpserit homo carnem sanctificatam in summo vestimenti sui, & attigerit summum vestimenti sui panem aut pulmentum aut vinum, aut omnem escam si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, non. Et dixit Aggæus, Si tetigerit inquinatus in anima aliqua horum, si inquinabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, inquinabitur. Et respondit Aggæus & dixit, Sic populus hic & gẽs hæc in conspectu meo dicit dominus, & sicut opera manuum ipsorum, & quicunque accesserit ad illum inquinabitur, ppter præsumptiones eorum matutinas à facie labiorum suorum, & odio habebatis in portis arguẽtes. Quis est iste populus tam immundus, vt quisquis ad illos accesserit, inquinetur? Nunquid ille cui dictum est, Præualesce, & spũs meus in medio vestrũ? Absit, vt ille sit. Duo igit erunt. Vnus immũdus & alter q ad immundũ phibetur accede-

re, qui exhortabat prævalescere, quia spiritus dei erat in medio eorum. Si ergo duo D erant, ostendantur & duo templa, vnum quo iste, alterum quo ille ingrediebatur. Oñdantur & duo altaria, vnum quo iste, alterum in quo ille victimas offerebat. Oñ dãtur & sacerdotes, huius alij, & illius alij, qui pro suo quisq; populo separatim sacrificabatur. Si autẽ quisquis hoc arrhimare conabat, insanit. Sic erant isti duo populi in uno populo, sub vno sacerdote magno vnum tẽplum intrantes, sicut erãt et sub vno Moyte, de qbus Apostolus dicit, Nõ in omni
bus illis bñplacitũ est deo: Neque. n. ait, in omnibus illis bñplacitũ nõ est deo: tanquã oẽs displicerẽt deo, sed ait, nõ in omnibus illis bñplacitũ est deo: ergo in qbusdã, nõ de omnibus. Et oẽs sub eisdẽ sacerdotibus erãt in uno eodemq; tabernaculo, in uno eodẽq; altari hostias offerebãt, & tũ distinguebant factis, nõ locis, animo, nõ tẽplo, moribus, nõ altaribus. Sicut alij ad alios nõ accedebãt, ne ab eis inquinarẽtur: hoc est, corũ malis factis nõ cõsentiebant ne simul damnarentur. Non. n. & illos malos Moyses tantus Propheta nesciebat, quorũ impie murmura & horrendas amaritudines g
quotidie sufferebat. Sed istũ nescisse facia-
mus: Nunquid & Samuel Saulem nesciebat, quem per eos eius æterna sententia dãnarat deus? Veruntamẽ & ipsum & sanctũ Dauid vnum dei tabernaculum intrantes inter eadem sacrificia videbat, sed distincte vtique videbat, quia distinctos videbat, & vnum eorum in æternum amabat, alium pro tempore tolerabat. Sicut & Aggæus nouerat in vno populo duos populos, vnũ templum intrantes, sub uno magno sacerdote viuentes, & alterum ostendebat immundum, alterum ad immundum accedere prohibebat, & tamen nec illos nec seipsum ab eodem templo & ab eisdem altaribus separabat. Ergo spiritalem prohibebat accessum consensionemq; factorum, qd & ipsa verba clamãt, si aures alsint quas animositas furiosa non claudat, aut strepitus variæ contentionis non impediat. Ait enim Propheta, Omnis qui accesserit illo, Aggæi
inquinabitur. Vitiũ notat quo accedi prohibuit, non homines ab hominibus corporali disiunctione secluſit. Acceditur autẽ ad uitium corruptionis, vitio consensionis. Ac ne quisquã diceret illũ populũ, cui pri-

mo dictum est. Prævalesce, qñ spũs meus præest in medio uestrum: paucis interpositis diebus in deterius cõmutatum, ut audi-
F re mererẽtur. Sic populus iste & gens ista, oĩs q accesserit illo, inquinabitur: dies. n. fermẽ nõaginta computantur inter uerba illa quæ bona in populum dicta sunt, & ista quibus eius mundicia uitanda præcipitur: ne quis ergo hoc putaret, bonum illum populũ, quãuis hoc paruo tpis interuallo tã pessimũ, effectũ, uidete qd sequitur, attẽdite quid dicatur eo ipso die, hoc est, uicesima & quarta noni mensis, quo die dictum est, Si populus iste & gens ista, oĩs q accesserit illo, inquinabitur: cũ enim hoc dixisset & mala corũ commemorasset, quorũ merito
Aggæus 1 demonstrarentur immundi, addens etiam & dicens, Odio habebatis in portis arguentes: continuo subiunxit, Et nunc ponite in
Aggæi. 2 cordibus uestris à die hoc, & suprà, priusquam ponatur lapis super lapidem in templo domini, quia eratis cum mittebatis in cap sella uiginti sata hordei, & fiebant decem sata, & intrabatis in torculari exhaurire quinquaginta amphoras, & fiebant uiginti. Percussi uos infœcũditate, & uenti corruptio
ne & grandine omnia opera uestra, & non estis conuersi ad me dicit dñs. Constituite
G igitur corda uestra a die hoc & deinceps à quarta & uicesima noni mẽsis, & à die qua fundatum est templum domini, ponite in cordibus uestris, si adhuc cognoscerẽt in area, aut si uitis, aut malum, aut ficus, aut malogranatum, & ligna oleæ quæ non fecerunt fructum a die hoc benedicam. Ecce ipso die etiam benedici meruerunt. Benedictio ergo hæc puto quod non pertineat ad illos ad quorum immunditiam prohibet accedi, sed ad illos bonos qui prohibentur accedere. In uno ergo fuerunt & permixti & separati: permixti quippe corporali tactu, separati aũt uoluntatis absceſſu. Sed more suo scriptura loquitur, quæ sic arguit malos, tanquam omnes in eo populo mali sint & sic coniolatur bonos, tanquã oẽs ibi tales sint. Pro nobis ergo Episcopi uestri, etiam in eo quod post collatiem uicti subscripsisse dicuntur, Aggei Prophetiam posuerunt, unde commemorãt euidentius probari quod dicimus, quia in uno populo, in uno templo, sub eisdem sacerdotibus, inter eadem sacra hominib. dissimili uoluntate in mentibus & diuersis moribus separantibus nec causa causæ nec personæ potest præiu-

care personã. Id etiam: quod ex Apostoli Epistola, scriptis suis etiam modo commo-
2. Co. 6. rant, ubi ait, Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ. n. participatio luci H ad tenebras, &c. quæ supra commemorauimus & qũo recte intelligeretur ostendimus, quid aliud agunt, nisi ut nos commemorent quibus hoc Apostolus scripserit? In eo quippe populo Corinthiorum quod dicimus demonstramus, ne forte arbitrentẽ prophetarum tantummodo moris fuisse, & non ad noui testamenti, sed ad ueteris consummationem pertinere, sic arguere reprehensibiles, quasi omnes in eo populo arguantur, sic alloqui laudabiles, quasi omnes ibi laudentur. Ecce & ad Corinthios. sic Apostolus loquitur, Paulus uocatus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei,
1. Co. 1. & Sosthenes frater Ecclesiæ quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro uobis, in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est vobis, ita vt nihil I vobis desit in vlla gratia. Quis hęc audiẽs credat in Ecclesia Corinthiorum esse aliquos reprobos, quandoquidẽ verba ista sicsonãt, velut ad oẽs directa sit ista laudatio? Et tamen paulopost dicit, Obsecro autem fratres vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Rursus tãquam in hoc horrendo vitio velut oẽs arguens atq; increpans dicit. Diuisus est Christus? Nũ-
Ibidem. quid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Puto autẽ eos q in eo populo dicebãt, Ego sum Christi nõ duxisse iugũ cũ eis q dicebãt, Ego sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego vero Cephę & tũ oẽs ad vnum altare accedebãt, & eadem sacra cõmunicabãt, qui eadẽ vitia non cõmunicabant. His. n. Corinthijs, etiam illud
1. Co. 11 dictũ est, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Quid. n. aliud Apostolus nisi istos uaniloquos cogitabat, vt ei non sufficeret dicere, iudiciũ mãducat & bibit, nisi adderet, sibi nę hoc ẽt ad illos pertineret, qui pariter quidẽ sed nõ iudiciũ mãducabãt? In ipsis etiam Corinthijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

thijs ibi erant qui non credebant resurrectionem mortuorum, q̃ singularis fides est
1.Co.15. Christianorũ. Qđ eis ita dicit Apostolus,
Si aũt Christus prædicatur q̃ resurrexerit
K à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Non dixit in hac terra vel in hoc mundo: sed, in vobis, inquit, Neq; posset de Christi resurrectione pscribere, nisi iã vtiq; Christianis, quibus de ipsa resurrectiõe Christi, dicit, Sic prædicamus, & sic credidistis. Nũc attendamus verba illa quibus Corinthiorũm Ecclesiã in Epistolæ principio sic lau-
1.Co.1. dãt, vt dicat, Gratias ago deo meo semp q̃ p vobis in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Ecce sic erant ditati in Christo in omni verbo & in omni scientia, ita vt eis nihil deesset in vlla gratia, vt in illis essent q̃ resurrectionem mortuorum adhuculq; nõ crederent. Puto aũt q̃ isti quibus nihil derat in vlla gratia, non ducebant iugum cũ eis qui resurr ecturos mortuos non credebant. Ecce quo nõ ducunt iugũ cũ infidelibus, quanuis eidem populo misceantur, & sub eisdem sacerdotibus, eisdem sacramentis imbuantur. Denique ipse Apostolus ne huic infidelitati consentiret, quorum iam fi
L des tenebat resurrectio mortuorum, nõ eis præcepit corporalem separationem, multi quippe erant, non sicut ille vnus, qui vxorẽ
1.Co.5. patris sui habuit quem liberiore correptione & excommunicatione iudicat dignum: Longe aliter iste, aliter vitiosa curãda & sananda est multitudo, ne forte si plebe separetur, per schismatis nefas etiam triticum eradicetur. Eos ergo qui iam credebant resurrectionem mortuorum, ab his qui eam in eodem populo non credebant, nõ corporaliter separat sed spiritaliter separare nõ cessat, dicens, Nolite seduci, Corrumpunt mo-
1.Co.15. res bonos colloquia mala. Non eorum congressum, sed consensum timet, ne malis colloquijs accommodent fidem, quæ corrũpũt bonos mores. Moribus ergo eos non altaribus admonet separari. Postremo anteq̃ eis hæc Apostolus scriberet in eadem Ecclesia erant qui resurrectionem non credebant, in qua erat quibus nihil deerat in vlla gratia, & illi istos infidelitate sua non inquinabant, quia isti illis ad eandem infidelitatẽ non consentiebant. Ecce quo illo nõ accedit, ne quisquis accesserat inquinetur: Ecce quomodo nulla participatio est lumini ad tenebras. Ecce quo q̃is intra eadem retia natent pisces vtriq;, nec causa causæ præiudicat nec persona personæ. Quod cum ita dicat nec persona personæ. Quod cum ita sit, quæ tam cruda stultitia, quis tã ferreus cordis somnus posset non aliq̃n sentire Cæciliani causam, catholico orbi terrarum, cui non communicat pars Donati, præiudicare non posse, si non præiudicat parti Donati causa Maximiniani, vel potius causa Feliciani & Primiani modo cõiunctorum, quam loante damnatorum? Sufficit certe vt ſcẽm ipsos loquamur, q̃ pisces mali sub fluctibus latitantes ignaros non polluunt piscatores, quãuis nõ sit de piscatoribus quæstio, quos fortasse in illa similitudine dominus angelos intelligi voluit. Magis enim attendẽdũ est intra ipsa retia pisces bonos à malis non posse maculari. Neq; n. & ipsi non vident inuicem simul natantes, sicut à piscatoribus intra aquam positi nõ videntur, sed vt dixi, sufficit causæ, noscere q̃ mali non polluũt, quorum malefacta nesciuntur.

Fuerunt quidem tempori Cæciliani bea Cy
ti pacifici, qui eum etiam si innocens non esset, scientes pro catholica vnitate tolerarent, cum eum viderent tot ignotis gentibus per quas ipsa vnitas dilatatur, sacramentorum participandorum communione cohærere, eisq; talem non posse mõstrari, qua & lem ipsi eum esse cognoscerent, ipsiq; secontra istas calumnias defenderent verbis beati & pacifici Cypriani, clamarentq; fideliter & dicerent. Ideo propter Cæcilianum nõ deserimus vnitatem, quia etsi videtur in Ecclesia esse zizania, non tamen impedi ri debet aut fides aut charitas nostra, vt quia zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Horum pacificæ patientiæ conueniret præclarissima laus illa quæ laudatur angelus Ecclesiæ Ephesi: Tum memo recte intelligens dubitat ipsius Ecclesiæ gestare personam, cui dicit in Apocalypsi, Apo.2
Scio opera tua & laborem & patientiam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse & nõ sunt, & inuenisti eos mendaces, & patientiam habes & sustinuisti eos propter nomen meũ, & non defecisti. Sicut illi laudantur qui in ista vita Cæciliani tempore fuerunt, qui propter nomen dñi, quod sicut vnguentũ effusum per innumerabiles gẽtes toto iam orbe

orbe fragrabat, non deficerent patientissime sustinendo etiam quẽ malũ nossent, si malus ille esset, qui eorum iudicio alijs monstrari & ab eis velle separari nõ posset: Nostra alia causa est, arrogare nobis laudẽ hius patientiæ nõ debemus: Nõ. n. possumus
B dicere nos pro pace tolerasse quod ad nostrã cognitionẽ prorsus nõ potuit puenire.
Cap.22 Nobis Cæciliani cã sub fluctibus fuit, vox nostra talis est qualis christianarũ gẽtium cæterarũ, contra quas isti nõ inuenerunt omnino qđ dicerent. Veruntũ ignotã Cæciliani cãm recte credimus bonam, quẽ semel inimicorũ factione dãnatũ, ipsis aũt accusantibus tertio legimus absolutũ. Aut credant isti ceatum ferme Epis partis Donati de criminibus Primiani, & tunc cogãt nos credere septuaginta maioribus suis de criminibus Cæciliani. Quod autem dicunt Cæcilianum obiecta sibi illo concilio crimina cum absens fuerit tacendo firmasse, firmauit ergo & Primianus crimina, quæ centũ Episcopis sibi obiecta nec postea saltem ostẽditur diluisse. Sed videlicet nec causæ præiudicat, nec persona psonæ, ne pars Donati minuat, piudicat aũt, vt Chri hæreditas diuidatur. An vero Cæciliani causa non præiudicat vnitati catholicæ quã tenemus, & cuius societate gaudemus, cum fuerit Cæcilianus Carthaginensis Episcopus, & præiudicat ei causa Nouelli Tyricẽ
C is, Faustini Tuturbitani, quos nec accusantes postea sicut Cæcilianum Felicemq; putauerunt, quorum nomina immo vero ipsa rum in quibus fuerunt ciuitatum nec vniuersæ Aphricæ nota sunt, aut fortasse nec vniuersæ procõsulari prouinciæ? Ecce quo rum piscium, etiam si mali fuerunt tã in profundo latentium causam volunt præiudicare causæ tantæ piscationis, cuius plena retia toto orbe diffusa sunt, q̃ piscibus iuxta natantibus vix noti esse potuerunt. Cur au tem non credamus etiam istos innocentes fuisse, qũ nec accusari ab eis, sicut dixi, postea meruerunt, & illę purgari potuit quem maiores eorũ malorũ omniũ fontẽ in concilio illius inimica conspiratione dixerunt?
Cap.23 Sed qualescũq; fuerint, quid pertinet ad nos? Neq; n. vere non nobis concedunt, vt istorum nescio quorum causa atq; persona non præiudicet causæ atq; personæ Ecclesiæ catholicæ, vel si nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ: & tamen obijciũt nobis vt adhuc vos seducant, quod aurum

iudici dederimus, vt pro nobis contra illos sententiam diceret, vos dicite si potestis, q̃tum dare debuerimus electis defensoribus Episcopis vestris, vt tanta contra se pro nobis vel dicerent vel proferrent, vt sic age- D
rent causam nostram, sic perimerent suam? Quanti emere debuimus, vt post verba Primiani, quibus dixerat, Indignum est vt in vnum conueniant filij martyrum & progenies traditorum: venirent tamen, & in vnum nobiscum, quod indignum dixerant, conuenirent? Quanti emere debuimus, vt more forensium aduocatorum de temporibus & diebus, de personis etiam nobis præscribere conarentur, & sic omnibus hominibus etiam illis qui nostras disputationes intelligere non possent, satis apparere monstrarent quàm malam causam haberẽt, quã proferre & agere sic timebant apud eum iudicem, cuius erga se benignitatem atq; iustiam tanto præconio laudauerant, & cuius motum aduersum se nullum adhuc senserant? Quanti emere debuimus, vt ipsi deinde exigerent non secum agi debere forensibus formulis, sed diuinis potius testimonijs, & de scripturis sanctis similiter se responsuros esse promitterent: & cum mandatum concilij catholici, quod obtuleramus, recitatum esset, atq; in eo ipsis etiam confitentibus claruisset, nos Ecclesiæ catholicæ testimonijs sanctarum scripturarum agere voluisse, rursus tanquam obliti quid sibi placere dixissent, ad easdem forenses præscri- E
ptiones perplexis & odiosis contentionibus remearent? Quãti emere debuimus, vt subscriptionum nostrarum quæ in eodem mãdato demonstrabantur numerositate commoti, exigerent totius concilio nostri præsentiam, ex quo concilij non nisi decem & octo secundum edictum cognitoris aderamus, & quæstionem falsitatis inferrent q̃ alijs subscribere non potuerunt? Sic. n. peruentum est, vt eorum quoq; numerus recenseretur, & ipsi in ea falsitate deprehenderentur cuius in nos suspicionem intendere voluerunt, ita vt non solum quidam in eorum mandato legerentur subscripsisse proabsentibus, qui nec Carthaginem venerãt, verumetiam quendam recitatum & non respondentẽ cũ in itinere defecisse dixissent, q̃sitũq; ab eis esset, qũo apud Carthaginẽ subscribere potuerit q̃ in itinere iã defecerat, post magnas angustias pturbationis atque inconstãtis & variæ rẽsionis suæ, non venien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

venientem, sed posteaquam subscripsit ad propria remeanté in itinere defecisse asseuerarent. Deniq; sub diuina testificatione interrogati, vtrũ cũ constaret fuisse Carthagini, vehemẽtius pturbati dicerẽt, qd si & alius se ꝓ eodẽ apposuit? atq; ita verbis suis falsitatẽ quã nobis obiecerãt, in suo mãdato F apparuisse, & conuictã claruisse firmarunt.

Cap. 24 Quanti emere debuimus, vt cũ vellent de numerositate gloriari, etiam in hoc mendacia sua prodiderunt? Nã cum aliquanto amplior nrorũ numerus affuisset, dictũque à nobis esset, alios centum ferme Episcopos catholicos, partim senectute, partim valetudine, partim diuersis necessitatibus impeditos non venisse Carthaginem, illi hoc audito, multo plures suos nõ venisse dixerunt: Sicut etiam nunc plusquam quadringentos pee totam Aphricam se esse iactantes, obliti sunt ꝙ in sua notaria posuerunt, vsqueadeo se omnes venisse Carthaginem, vt eis solis exceptis quos vel in propriis sedibus, vel in itinere tenuit corporis ægritudo, nec grauissimos senes annositas & labor prolixi itineris potuerit impedire. Et lectæ sunt in mãdato eorum subscriptiones, sicut facta supputatione respondit officiũ, ducenti septuagintatres, annumeratis etiam ijs in quibus falsitas deprehẽsa est, & qui pro absentibus subscripserant, ꝙ ægritudine detenti nõ potuerunt venire Carthaginem. Quomodo ergo verum est plures quadringentis eos esse, quando illos solos Carthaginem non venisse dixerunt, quos valetudo corporis impediuit, cum & pro ipsis qbusdam alij subscripserint, vt non dicamus hoc pro omnibus ægrotantibus esse factum? An forte sic eos inuaserat pestilentia, vt eorum tertiam partem repente prosterneret? Sic autem à primatu suo per tractoriam fuerunt euocati cum illis prætermissis properarent conuenire Carthaginem, vt scirent se decepisse quod haberent optimum in causa, vt ingens eorum numerus appareret, quasi tanto plus prosit ad aliquid facilius inueniendum quãto maior fuerit quærentium multitudo eorum. Quanti emere debuimus, vt in diem perendinũ vtrisq; nostrum cõsentientibus cognitione dilata, peridie per notarium peterent, vt sibi nostrum mãdatum ab officio æderetur, quo instructi adesse possent, causantes ꝙ conscribendis gestis tam angusto tempore occurrere non posset officium? Sic enim factum est vt sequẽti die cognitionis, quanuis iniuste petentes, acciperent dilationem. Qui considerata causa q̃ mandato nostro tota continebatur, magnas patiebantur angustias cum vincerentur, tñ contra suos venere cõsensus. Quid.n. iustius q̃ petere dilationem tanta veritatis firmitate conturbatos? Quid his vtinã profuisset, vt considerato mandato nostro cui respondere minime potuerunt, corrigere potius prauitatem q̃ in deterius augerent maluissent? Iustem itaq; dilationem petebant. Sed pridie nõ debuerãt in notaria sua dicere, ideo sibi nostrum ædi debere mandatum, vt parati ad diem constitutum venirent, quia exceptores occurrere cum gestorum conscriptione non possent. Nam istud quanti emendum fuit vt ipsam peterent dilationem & acciperent sex dierũ, vt nemo posit eos dicere augusti a temporis impeditos, non potuisse nostro rñdere mandato dato? Ipso vero tertio nostræ collationis die quanti emendũ fuit, vt inanissimis & superuacuis morarum interpositionibus se omnino puenire ad causam nolle monstrarent? Et q̃ malã causam haberent ipso suo timore clamabant, quam eorum timor etiam in testimonium manifestissimæ vocis erupit, qñ dixerunt, Sensim inducimur in causam. Et alio loco, Prouidet, inquiunt, potestas tua sensim nos in causæ interna deduci. O violentia veritatis, quolibet aculeo, quibuslibet vngulis fortior ad exprimendam confessionem.

Congregantur ex vniuersa Aphrica Episcopi, ingrediuntur Carthaginem, cũ tanta I specioſi agminis põpa, vt tã magnæ ciuitatis oculos in se intentionem q̃; conuertant. Qui loquanꝰ pro omnibus, eligunt ab omnibus Locus etiam re tanta dignus in urbe media procuratur. Vtrique conueniunt, iudex præsto est, tabulæ patent, suspensa omnium corda exitum tantæ collationis expectant. Tunc ab electissimis & disertissimis viris, quantis viribus agi debuit aliquid, tantis agitur vt agatur nihil. Quærunt personas forensi more discutere, in qua quæstione annosa et am tempora litigatores conterere consuerunt. Ista quippe actione catholicos mandatum suum diuinis potius testimonijs quam forensibus formulis contexisse sunt, & similiter se de scripturis respõsuros esse promiserunt. Et quoniam mirifica opitulatione deus voluit, vt cum quærunt personam petitoris, ne veniretur ad causam, ipsa inquisitio petitoris in medium subito

subito mitterer cãm, clamant prælari vi- ti ad quid agendum videbant electi, ac se potius ad nõ agendum electos esse testant, & inuidiose iudici conqueruntur, sensim se K ꝑmissis omnib. agi debuerit q̃ illud qd tanto post, vel sero agi volebant, quia nunquam prorsus agi volebant vbi vinci metuebant. Huius timoris apertissimam vocẽ, quis de illorũ clauso pectore excuteret, & nõ dico si eos donis largissimis ditaret, sed si eos pœnis crudelissimis torqueret? Cũ enim personã petitoris forensi tritura conquirerent, & uolentes oñdere nos esse petitores, vt personas nostras permitterẽtur iure discutere, & moras annotissitsimas inuenire, legerunt libellũ nostrum aliqñ procõsulã datũ, quo eos petimus conuenire vt ipsa inter nos tunc collatio fieret, quodámodo ab Imperatore ut fieret impetrauimus, & eo libello nos quasi petitores esse mõstrarent, respõsum est à nobis, iõ nos semp uoluisse fieri collationem, nõ vbi eis crimina obijceremus, sed ubi ea, q̃ solent obijcere purgaremus. ꝓp hoc hæretici & ab Ecclesiæ vnitate separati, quia crimina obijciũt, q̃ probare non possunt. Deinde quia videbatur cognitor secutus ordinem temporũ, vt gestis, q̃ protuleramus, vbi & ipsi apud præfectos collationẽ protulerant, ideo præferret libellum nostrum ab ipsis prolatum, quia gesta illa præfectoria tpe præcedebãt, facillime nos atq; nos iustissime hac occasione oblata à cognitore impetrauimus, vt sea ꝓferret quæ tpe priora esse constaret, illud iuberet potius recitari, ubi ipm apud Imperatorem Constantinum per Amillinum proconsulem accusarunt Cæcilianũ, cuius crimina nostræ cõmunioni obijciũt, quæ volebamus illa collatione purgare. Proinde poste aquam legi cœpit, qm illic apertissime in omnibus vincebantur, clamare cœperunt, Sensim inducimur in causam. Et iterum, Prouidet potestas tua sensim nos in causæ interiora deduci. O magna, sed non miranda confusio: Quando.n. dæmon sic exorciſtam timeret quomodo timuerunt ne illa legerentur, vbi apparebat Cæcilianus & ab eorum prædecessoribus apud Imperatorem accusatus, & tot iudicijs non solum episcopalibus sed etiam imperialibus absolutus? Vel quanto ꝑcio emere possemus, ꝙ ipso timore turbati, redire ausi sunt etiam ad illius tẽporis præscriptionem, vbi dixerant, lapsam iam esse causam, & quatuor mensibus euolutis agi iam omnino non posse? Quid est hoc? Quis tã idoneus iudex inuenirí potest animi eorũ, quam timor iste sic expressus, sic apertus, vt cum timor soleat adimere libertatem, isti tam libere timuerint, vt iudicium suũ M de mala sua causa nec silentio texerint, sed verbis apertissimis prodiderint? O vehementem trepidationem ad extorquendam confessionem. Tam fortis ex ore prosiliuit timor, vt eius impetu de fronte fugerit pudor. Sed cum legerentur ea quibus ostendebatur Cæcilianus accusatus arque purgatus, petitores propter agendam causam inquirebantur, personæ discutiebantur. Et quanuis morarum tendiculæ ne ad ipsam causam peruenireturtergiuersatione nectẽrentur, tamen propter agendam causam ẽt ista postulari veluti iure uidebãtur. Postquã causa optima Cæciliani recitanda prolata est, reuocatur exposa & conuicta prescriptio, diem causæ agendæ iam transisse clamatur

Quid adhuc expectatis, quid pro nobis Ca. 26. pronunciauerit cognitor, cum videatis qd contra seipsos Episcoporum vestrorũ pronũciauerit timor? Dederat certe ipse cognitor potestatem, vt alium cũ ipso quem vellent iudicem constituerent. Quod illi recusarunt, qm̃ si aliquem delegissent, mentiri uobis non possent etiam a nobis ipsum fuisse corruptum. Sed fecerunt quod recusauerunt: constituerunt prorsus cũ illo alium iudicem, non quemlibet extraneum, sed intimum suum. Ecce ipse timor eorum A alius iudex fuit, certe ipse à nobis nihil accepit & pro nobis libere iudicauit. Nõ gratificatus ẽ eorũ ꝑsonæ qbus internus hærebat, de quorum secreto cubiculo ꝓcedebat? Et antequã cã diceret prior iudicauit, qa eã prior in ipsorũ corde cognouit. Deniq; ꝓcessit ille ut cãm nosset, ꝓcessit iste q̃ nouerat. Ille iudicauit stãdo, audiẽdo, loquendo, iste tm̃mõ mediũ ꝓcedẽdo, puto ꝙ melius diceret, vt cã iã non ageret. Quãto.n. citius eam finiuit litigatoris timor q̃ cognitoris labor? Ille quærebat quid ex eorum chartulis legeretur, iste indicauit quid in eorum cordibus ageretur. Quo aũt ad Ca. 28. hoc venerant territi eis quæ prolata fuerãt recitanda, vt dicerent iam ipsam causam esse temporibus & agi non posse? Proposuerũt nobis qd iam fuerat ante transactum,

vt si

vt si de scripturis sanctis ageremus, illa mi
nime legerentur: Si autem illa recitanda le-
geremus, habere se validâ præscriptionẽ,
vt lapsam tẽporibus cãm omnino agi non
B sineret, cũ ipsi nõ seruauerint, qđ ante pro
miserant se mandato nro, vbi nos ecclesiæ
cãm scripturarũ testimonijs rũsuros, qui
petitorũ discutiendas esse psonas, non mo-
re disputantium, sed more litigantiũ contẽ
debãt. Rndimus ergo eis, vt si mihi aliud
agi mallẽt nisi vt q̃reretur quæ vel vbi sit
catholica ecclesia, cãm eius nos non nisi di-
uinis quibus prænũciata est, testimonijs a-
geremus: Si aũt hominibus aliqua crimina
obijcerent, qm̃ nec ipsi possent ea testimo-
nijs diuinis, sed aliquibus alijs talibus do-
cumentis ostẽdere, etiam nos ea documen-
tis talibus purgaturos. Sic illis assidue ina-
nia repetentibus, hæc à nobis perseuerantis
sime repetita sunt, si eos veritas vicit, vt ad
illa quæ protuleramus audienda, confuta-
tos, superatosq; constrinxerit. Videbant. n.
si nulla crimina Cæciliani obijcerent com
munioni nostræ, nihil remanere vnde suã
ab vnitate separationẽ quoquo modo excu
sarent: Si autem obiecerint crimina Cæci
liani, nec à se nihil talibus ducumentis pos-
se asseri, nec à nobis posse aliter defendi. Iã
vero inter hos eorũ cõtentiosissimos stre-
pitus quanti emendum fuit, q̃ cum dicere-
mus hoc nos proponere, vt crimina quæ p
C omnes gẽtes dilatatur, probarẽt si possent,
vt hinc eorũ separatio, vtrum iusta fuerit
nosceretur, responderunt alienam causam
agere velle, hoc est, transmarinarum eccle
siarũ quibus hæc non obijcerent, qm̃ inter
Aphros esset ista contentio, illas vero ec-
clesias potius expectare debere, vt eos sibi
copulent qui in hac collatione vicerint, &
ipsi cũ eis hẽant catholicum nomen.

Ca. 28. Quid ergo adhuc quæritis, quidve dubi
tatis, quã ecclesiã tenere debeatis? Ecce ha
betis eam, contra quam ipsi epi cãm se non
habere cõfessi sunt, cui cõmunio nostra cõ
uincta est, vnde ipsorum cõmunio separa-
ta est. Si. n. modo eam expectare debere di-
xerunt, vt qui nostrum vicerint ipsi ei co-
pulentur, & cum illa teneant catholicum
nomen, iam vtique maiores nostri, maio-
res eorum ante uicerunt, ideo illi eccleſiæ
copulati catholicum nomen in eius vnita-
te tenuerunt. Isti autem si a maioribus
nostri iam in suis maioribus victi sunt,
quare nobiscum adhuc vsque contendunt?
Si autem victi non sunt, quare nõ commu-
nicant illi ecclesiæ quam negare catholicã
non valẽtes, nullam causam contra eam se
habere confessi sunt? Ecce ecclesia catholi-
ca transmarina in tot gentibus dilata, quã
debere expectare dixerunt, vt eos sibi qui
uicerint copulet, quomodo expectare de-
bet eos sibi copulare q̃ vicerint, nisi ab eis
criminibus de quibus inter nos agitur alie
na sit? Porrò si ab his criminibus sicut fatẽ
tur aliena est, alieni & nos sumus qui ei-
dem communioni cohæremus. Nam si
propter communionem nos contaminat
crimen alienum, & ipsam cui communi-
camus crimen contaminat nostrum. Sed
ipsam professi sunt non pollutam crimine
Aphrorum, q uanuis ei sacramentorũ com-
munione socientur. Ibi ergo conuicti sunt,
nec nos pollui potuisse crimine eorũ, qui-
bus sacrorũ communione sociamur, quia
nullo nexu consensionis inuoluimur, quã
quam & ipsius Cæciliani victrix causa eis-
dem verbis istorum facillime demonstra-
tur. Si enim confligentibus nobis expecta-
re debet ecclesia transmarina ab istis crimi
nibus aliena, vt eos qui vicerint sibi & ca-
tholico nomini adiungat, tunc expectabat
quando maiores istorum cum Cæciliano
acriter confligebant. Ille ergo vicit quem
sibi post conflictum, illa quæ hoc expecta-
uerat copulauit. Aut si potuit & pollutum
sibi in sacramentorum communione copu
lare, & sicut iam confessi sunt ab his crimi-
nibus impolluta persistere, multo magis
euincimus ostendentes propriũ onus quæ-
que portare, & nec causam causæ, nec perso
nam præiudicare personæ.

Iam vero vt mandato nostro vbi vni-
uersam cãm cõplexi fueramus, nec repenti
nis verbis sed conscriptis literis respondea
dum putarent, quanti emendum fuit? Sic
enim constitit eos rndere non potuisse his
omnibus quæ in nostro mãdato posita, nec
attingere voluerunt. Neq; enim potest ali
quis dicere persecutionem nostram memo
riter eos non potuisse retinere, & propte-
rea rebus necessarijs, non omnibus respon
dere voluisse. Aeditum est eis mãdatum no
strum per notarium postulantibus, & hoc
ipsum allegantibus, vt instructi possent ad
omnia respondere. Et cum iam sepẽ essent
electi a cæteris q̃ omnia pro omnibus age-
rent, literas tamen ipsas quibus nostro mã-
dato respondere conati sunt, totius cõcilij
sui nomine protulerunt, tanquã epistolam
ab omnibus illis ad cognitorẽ datum. Quã
si nollemus admittere iure optimo facere-
mus, neq; n. ordinis erat vt, post iniunctam
septem hominibus cãm, iam quicquam nisi
per illos qui delecti fuerant ageretur. Sed
ne literis nostris, literas eorum tenuisse vi
deremur, sine vlla hæsitatione vt legerent,
admisimus. Optandum. n. & vt dixi, emen-
dum fuit, vt post tot dierũ dilationem quã
eis petentibus concesseramus, afferrent elu-
cubratum laborem, in eo mandato nostro
non rndisse, satis vtrasq; literas legentibus
apparet, & nos eisdem literis ipsis sine vlla
dilatione mox rndisse constaret. Si. n. homi
nes tam tardo ingenio sunt, vt eos arbitren
tur aliquid dixisse in quibus locis mandati
nostri tacere noluerunt, neminẽ puto esse
tam stolidum qui ẽt in his locis aliquid eos
rndisse existimet in quibus omnino tacue-
runt. Non. n. parua vel quasi contemnenda
sunt, cũ in his potius omnis causa cõsistat:
Nam testimonia scripturarũ quibus asser-
imus ecclesiam cui cõmunicamus ab Hie
rusalẽ cœptam, in toto terrarũ orbe diffun
ditanquã omnino dicta non fuerint, præte
rierunt magna mole diuinæ authoritatis
oppressi. Item quod in nostro mandato po-
situm est de beato Cypriano, qui toleran-
dos potius in ecclesia malos q̃ propter eos
ecclesiam deserendam, & præcepto admo-
uit, & suo confirmauit exemplo, attingere
omnino ausi non sunt. Cæterum intelligen
tes Cypriani authoritatẽ si in aliquo scri
pto eius labefactare tentarent, fateremur ẽt
nos authoritati eius non obedire, in
quo quod de iterando baptismo solent pro-
ferre, quã nec ipsam de baptismo Cypriani
sententiam aperte cõmemorare voluerũt,
nescientes ẽt illic si facerent se offensuros esse
fratrem, & cũ eis in illa permansit, qui de hac
re diuersa senserunt, vnde aut tunc ecclesia
periisse dicenda est, & non iam ex qua nasce
retur Donatus illorum, aut si quod verum
est permansit ecclesia, non ea contaminant
mali bonos, sicut etiam Cyprianus iudica-
uit, qui cum diuersa sentientibus in eadem
diuersitate permansit, ac per hoc isti se dete
riando sacrilegio schismatis induerunt, qui
propter nescio quorum crimina non proba
ta et si uera essent, nullo modo se ab vnita
te toto orbe diffusa separare debuerũt. Hoc
illis quantum intelligitur præuidentes, illud

testimonium Cypriani quod in nostro mã
dato cõmemoratum est, toto silentio tran-
sierunt. Illud ẽt quod in causa Maximinia
nistarũ ipsi quoque suo iudicio declarauit,
non pp malos vnitatem deserendam, qui
Maximiniani socios à Maximiniano dixe-
runt nõ fuisse pollutos, & eos quos dãnaue
runt in honore integro susceperunt, & ba-
ptismũ Christi licet foris ab ecclesia datũ,
agnoscẽdũ potius q̃ destruẽdũ esse mõstra
runt, cũ à Feliciano in schismate baptiza- H
tos, & cũ illo postea receptos iterum bapti-
zare nõ ausi sunt, hoc ergo cum in nostro
mandato legerent, tacendum potius & præ-
termittendũ, q̃ vlla contradictione refutan
dum esse censuerunt. Cãm etiã Cæciliani
à causa ecclesiæ distinctam, & tñ etiã ipsam
ex omni parte defensam, respondendo pror
sus non attigerunt. Quis ergo eos illi man
dato nostro rndisse arbitretur, qñ contra
hæc omnia nullum verbum facere, nec sal-
tem qualiscunq; rũsionis obumbratione co
nati sunt? Quod aũt nisi sunt respondere,
legat qui voluerit & iudicet, eidem ipsi mã
dato nostro conferens literas eorum præte-
rũsionem, quam continuo reddidimus, qua
omnia vanitatis eorum machinata subuer-
sa sunt.

Iam illud si mõtes aureos daremus, quã Cap. 30
to emere possemus q̃ obiecta sibi Maximi-
niani causa, vt intelligerent eo modo non
obfuisse Cæciliano conciliũ, quo in eũ ab-
sentem septuaginta epi quod voluerũt, p-
nunciauerunt, qũo non obfuit Primiano
cum similiter absentem pro Maximiniano
centum fermè epi damnauerunt, vehemen
tissime perturbati, & in horrendas contru
si angustias rũderunt, nec cãm causæ, nec
personam præiudicare personę? His pauciss- I
simis verbis totam nostram causam, de qua
cum eis superius conflige bamus, omnino
inuictam esse firmantes. Quid. n. aliud age
bamus tot testimonijs sanctorum eloquio-
rũ, tanta authoritate Prophetarum, aposto-
stolorum, episcoporum, ipsorum aduersa-
riorum demonstrantes bonos à malis sacra
mentorum cõione non pollui, si corde, vo-
luntate, moribus, operibus diuersas habeãt
causas gerant personas. Quid enim aliud la
borabamus, nisi vt appareret, nec cãm cau-
sæ, nec psonam præiudicare personæ? Hoc
ipsi breuiter compulsi summa necessitate
dixerunt, quia cum à nobis diu diceretur,
veritati cedere noluerunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cap. 31 Illud etiam quibus thesauris, quibus opibus, quibus preciosorũ lapidum aggeribus emendum fuit, ꝙ maiores suos Imperatorẽ Constantinum persecutos Cæcilianum nõ confiteri tm̃, verumetiam profiteri atq; gloriari minime dubitarunt, eumq; ab Imperatore damnatum ẽt mentiendo asseuerare conati sunt? Vbi est illa vox, qua vos decipere consueuerunt, nobis inuidiam concitantes, ꝙ apud Imperatorem causam agamus
K ecclesiæ? Vbi sunt verba Primiani apud acta magistratus Carthaginensis expressa? Illi portant multorũ Imperatorũ sacra, nos sola portamus euangelia. Vbi est illa præclara laudatio, qua extollunt separationem suã, dicentes eã esse ecclesiam veritatis, quæ persecutionem patitur, non quæ facit? Nẽpe elisa est, nempe prostrata, leguntur persecutiones eorum, negare non possunt, quia leguntur subscriptiones eorum. Tenemus eos confitentes, profitentes, gloriantes maiores suos Cæcilianũ apud Imperatorem graiter persecutos: Tenemus etiam Cæciliano eis persequentibus ab Imperatore damnatum. Non ergo iam clament segregationẽ suam ideo esse ecclesiam veritatis, quia persecutionem non facit sed patitur, aut fateantur non eam fuisse ecclesiam veritatis, qñ à maioribus eorum Cæcilianus patiebatur. Si.n. continuo boni sunt qui persecutionem patiuntur, bonus erat Cæcilianus qñ patiebatur. Si aũt potest quidem fieri vt & mali persecutionem patiantur, sed boni non possunt esse qui faciunt, non erant boni maiores eorum oñ Cæcilianũ persequebantur. Porrò si fieri põt vt & boni faciãt, & mali patiantur, non ideo nos culpandi sumus, nec ideo isti laudandi, quia tale aliquid
L patiuntur, quale Cæcilianũ maioribus suis facientibus passum esse gloriantur, & tamẽ Cæcilianum ab Imperatore damnatũ omnino non constitit, sed in eius absolutione atq; purgatione, quæ iudicij episcopalis & imperialis recitatione constiterat, nihil posthæc probari potuit immutatum: Ita factum est vt remota Cæciliani dãnatione, de qua ipsi mentiti sunt, remanserit persecutio, quã maiores suos fecisse confessi sunt. Parum fuit vt Cæcilianum ab Imperatore damnatum, & mentiendo gloriari auderent, & asserendo probare non possent, insuper etiam probauerunt, & nostra in eam rem documenta fortius adiuuerunt, Cæciliani absolutionem mantisse firmissimam, non sicut mentiti fuera nt Imperatoris posteriore iudicio in contrarium commutato. Nam primo Mileuitanæ ecclesiæ catholicum episcopum Optatum recitandum putauerunt, vel licentes inde se probaturos Cæcilianum ab Imperatore damnatum. Quæ lectio cum magis contra eos recitaretur, nemo risum potuit continere. Qui tamen risus non vtiq; conscriptioni gestorũ potuisset adiungi, & omnino latuisset, nisi & ipsum latere non sinerent dicentes, audiant qui riserunt hoc sanè scriptũ est, & subscriptũ. Quod de pro se legi voluerunt, ambiguum fuit. Vt cum rectissime cognitor iussisset patio de superius recitari, vt inde si possent verba illa clarescerent, hoc recitatum est quod nolebant. i. Cæcilianum fuisse purgatum, quæ prius legendum dederant, non sicut iactabant damnatum, sed Brixæ bono pacis retentum. Hoc cum dixissent, illis verbis Optatum damnationẽ Cæciliani extenuare voluisse, dictum est eis, vt euidentem Cæciliani damnationem, aliunde recitarent, vt ab Optato eam extenuatam posse ostendi, q̃ apertissime scripserat Cæcilianũ fuisse purgatum. Hoc.n. cum facere omnino nõ possent, interiectis atq; consummans omnium morarum superfluis ambagibus, aperte me nos adiuuare cœperunt. Tanquam.n. a nobis essent instructi, vel tanquam nobis ad innocentiam Cæciliani defendendã de clarandamq;, cum quærereretur ab eis vt possent ostẽderent quod dicebant, pollere re iudicio Cæcilianũ ab Imperatore damnatũ, cuius Imperatoris literas legerantur, quæ illum ostenderent absolutum, protulerunt libellum maiorum suorum ad eadem Constantinum Imperatorem datum, quo apertissime demonstrarent illius iudicio potius fuisse damnatos. Contigit.n. eis apud imperatoriam potestatem, qd inimicis sanctis Danielis, qui hoc ab eisdem leonibus passi sunt. Hic cum breuiter admonuissemus illum libellũ pro nobis cõtra se potius recitasse, alias addiderunt eiusdem imperatoris literas ad Verinum vicarium datas, vbi eos grauiter detestatur, & dñi iudicio qui iam in eos cœperat vindicare dimittit igniominiosissima indulgentia de exilio relaxauit. Ita manifestissime constitit, nobis illum nullam Cæciliani damnationem sed se postea consecutam, verumetiam eius absolutionem atque purgationem, & præsentem illorum & detestabilem indulgentiam fuisse firmatam. Hæc tã excellentia documenta, quod fatendum est, non habebamus in manibus, sed forsitan si alicubi esse audiremus unde nobis gratis dari non posset, per quælibet põmia pueniremus ut nobis scribẽda permitterentur. Quantũ aũt daremus, si uenale proponeretur, ut pro nobis etiam ab ipsis aduersariis legerentur?

Cap. 32 Quid uidetur addi iã posse ut nos cumulatius adiuuarent? Et tñ addiderũt, Cõmemorauerunt.n. causam Felicis Aptugnẽsis à quo Cæcilianus fuerat ordinatus, cui Felici traditionis crimen intenderant. Absoluto aũt Cæciliano cum perficiendæ instaretur unitati quæstionem de isto Felice commemorant, eo modo arbitrantes posse Cæcilianum iam purgatũ alienis criminibus irretiri. Causa ergo hæc Felicis discussa est proconsulari iudicio, ubi liquidissime fessus est, nec puniri facile debuit ubi causa epi uertebatur, nec facile à proconsule dimitti potuit tanti criminis reus, nisi imperatore consulto, quo instante illa oia gerebantur, retulit inde proconsul, & rescripsit Imperator, ut ad eius comitatum idẽ Vigẽtius mitteretur, uolens maiores istorum à quibus quotidie interpellabatur in præsentia confutari, Nihil tñ dubitans de purgatione, imo eam uerborũ quoq; suorum manifestatione confirmans sicut rescriptum eius ostendit, Hæc nos omnia documenta causa Felicis in manibus habebamus, & disposueramus tradere recitanda. In quo ipsi non preuenerunt, & easdem Imperatoris literas de Vigentio ad se mittendo, priores protulerunt & recitauerunt, iam fortasse nobis ea recitaturis, quia sufficere putabamus etiam causam Cæciliani ita peractam esse, ut nihil amplius exigi uideretur. Sed aduersariis nostris id agentibus, ut persecutio quæ per maiores eorũ apud Imperatorẽs nros maioribus nostris acta est, & eorũ calũnia supata cumulatius apparuerit: ꝙd faceremus, nisi oblata libenter accipere, & gratias dño in omnibus agere? Constantini ergo literas ipsi protulerunt, ipsi recitauerunt. Incredibile uidetur esse ꝙ dico, sed gesta testãtur. Conscriptæ sunt eorũ prosecutiones, tenẽtur subscriptæ. Ipsi, inq̃, recitauerunt Cõstãtinũ subscripsisse, ꝙ Helia no procõsuli in cã Felicis audiẽtiã præbuerit competentem, & ꝙ a criminibus traditionis innocentem Felicem fuisse constite-

rit. Sed Vigentium ad comitatum suũ propterea mitti uoluisse, ut his, inquit, qui in præsentiarum agunt, & diuturnis diebus interpellare non desinunt, præsentibus & corã assistentibus apparere & intimare posset, frustra eos Cæciliano inuidiã cõparasse, & aduersus eũ uiolenter insurgere uoluisse. Ipsi recitauerunt, quis nrm hoc nõ audire optaret, ut quos iniquitas fecerit nostros Nu. 23.
impugnatores, æquitas nostros faceret defensores? Sicut & illum Balaã quẽ temporibus antiquis ad male dicendum de popu- D
lum conduxit iniquitas, benedicere cõpulit ueritas. Sicut aũt ordo consulum ostendit, quẽ tunc considerare angustiatemporũ non sinebat, neq;. n. præsto erant libelli q̃ consulares uocantur, aut quis q̃ eos rẽ tã inanem crederet obiecturos, ut rñdere nos uellent, quid missо Vigentio gestum fuerit, uel utrum omnino sit missus Vigẽtius, cum & innocentiam Felicis proconsularis sententia declarauerit, & eandem sententiã responsio Imperatoris ab ipsis prolata & recitata firmauerit. Quod magis utique ipsi protulissent, si quid missо Vigẽtio prose gestum fuisse considerent.

Sicut ergo consulum ordo declarat, pri- Cap. 33
mo Cæcilianus epali iudicio Melchiadis est absolutus: deinde non post longum tempus Felicem proconsulis iudicio constitit innocentẽ, ac sic postea Cæcilianus ẽt ab Imperatore inter partes cognoscente purgatus est. Deinde post annum aduersarii eius ignominiosa illa indulgentia relaxati sunt. Nam Melchiades iudicauit Constantino tertium & Luciano iterum consulib. nonis Octobris, Helianus proconsul cãm consulibus quintodecimo calẽdas Martias, E
id est, post menses fermè quatuor. Constãtinus ad Romalium uicarium de purgatione Cæciliani scripsit, Sabino & Rufino cõsulibus, iiij. Idus Nouembris. i. post briẽnium & menses propè octo. Et idem Imperator ad Valerium uicarium de illorum exilio soluto, & eorum furore deo uindici remittendo, literas dederit Crispo & Constantino iterũ consulibus tertio nonas Maies. i. post quartũ annũ & mensem fermè sextũ. Vnde sine ullis ambagibus liquidissime cõstat siue missо ad comitatũ siue non missо, nihil postea cõtra Cæcilianũ fuisse iudicatum, imo eum iudiciis quoq; Imperatoriis uictorem aduersariorũ & persecutorum suorum postea declaratum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 34 Eat nunc pars Donati totiens mendax, totiens confutata, totiés modis omnibus superata atq; confusa, adhuc iactet iudicem à nobis fuisse corruptũ, quasi nõ vox illa victis esse consueuerit. Prorsus iudex corrũpendus fuit, vt quod ille egerat, illius infirmaret authoritas. Sed nec male illos egisse dixerim: Immo vero optime egerunt, qui contra suos errores pro veritate tanta dixerunt. Ná si causa eorum consideretur, re uera contra ipsos, si aũt prosecutiones eorũ legant, magis scẽm ipsos iudicauit. An ue-
F ro in ea causa, ille qui medius erat aduersaretur nobis, in qua illi qui aduerso ſtabant dixerunt, protulerunt, recitauerunt tanta pro nobis? Quid emere ab iudice deberemus, qñ ab aduersarijs illa non emimus q̃ iudicem coegerunt, ẽt si ab ipsis accepisset pecuniam pro nobis terre sententiã? Quan quam si non eum nossemus deum timentẽ & iustitiæ dilectorem, & ab omnibus huius modi sordibus alienum, nos nullam talem suspitionem diligere deberemus, qui nimia patientia cum eos videret premi veritate, nec eis videri vellet aduersus, nimium patienter pertulit homines per inania vagantes, & tam multa superflua dicentes, & ad eadem totiens conficta redeuntes vt gesta tantis voluminibus onerosa penè oẽs pigeret euoluere, & quemadmodum acta sit causa legendo cognoscere, quod illi vtrum magis inopia veritatis, an industria calliditatis egerint, nescio. Hinc tñ suam causam tam pessimã, vtcunq; adiuuare potius, q̃ deserere putauerunt. Deniq; si in illos q̃ egerunt intendãt cæteri accusationẽ, eosq; potius asserant à nobis fuisse corruptos, vt tot prosecutionibus, vel a prolatis lectionibus sic adiuuarent cãm nostram, sic perimerent
G suam, nescio quemadmodum se possent defendere, & ab ista suspitione purgare, nisi forte dicant, Si corrupti essemus, causam tã malam & per nos & per illos conuictam, cito etiam finiremus, nunc vero vel inde credite nos ex animo affuisse & aliquid pro desse voluisse, quod multum loquendo egimus ne quod actum est facile gereretur, & nos esse uictos cito cognosceretur. Si hoc ab eis non fieret, nec ipsis nec nobis iurantibus forsitan crederentur illa quæ pro nobis contra se & tam multa dixerunt, & tam multa legerũt, gratis eos nobis omnia præstitisse. Nec tñ ipsis sed deo potius hinc agimus gratias. Vt.n. illa omnia vel loquendo vel legendo pro causa nostra promerent atque propalarent, veritas eos torsit, non inuitauit.

Quapp fratres, si tñ non irascimini q̃ Cap
fratres uocamus, Illi.n. cum hoc à nobis audirent, iniuriam sibi fieri apud acta dixerunt, nec mãdato nostro admoniti, vbi hoc ex propheta testimonium positũ est, excole re potuerũt deũ præcepisse, Dicite fratres nostri estis, qui vos oderunt, & qui vos detestantur, vt nomen dñi honorifice appareat illis in iocunditate, ipsi aũt erubescebant. Ergo iam fratres appareat vobis nomen dñi in iocunditate, quod super nos inuocatum est, & cuius vtriq; sacramentum portantes, non immerito dicimur fratres: iam pacem amate, consuetudinem calumnioſam & litigioſam iam saltem conuictam confusamq; relinquite, nec eos oderitis qũ ad nos correcti transeunt, sed qñ in errore nefario permanentes, nos adhuc vsq; seducunt, nec ipsi sibi magni videantur, q̃ eis honorem in vnitate deferimus, quem possi debant liberandi: hunc.n. habẽtes extra vnitatem magis sunt inde damnandi. Signa quippe militaria pernicioſius ab vsurpatoribus habentur, q̃ si omnino non haberentur: nec tñ eis correctis & in castra Imperatoris redactis illa franguntur aut abolentur, sed eos quos ante prodebant atque punie bant, iam ornare incipiunt & munire. Quid attenditis ad eorum insanas querelas, & vana mendacia? Nocte causa finita est, sed vt non finiretur error. Nocte dicta sententia est, sed fulgens lumine veritatis. Inclusos & tanq̃ in carcere se fuisse coniuſti sunt, ibi & nos eramus. Aut vtriſq; facta est iniuria, aut vtriſq; adhibita diligentia. Sed qũo dicamus iniuriam, qñ in tam spacioſo & lucido & refrigeranti loco nos fuisse recolimus? Aut qũo erat carcer vbi erat & iudex? Postremo clausos fuisse nos mentiebamus: sed qui fugere fortasse voluerunt. Ista inania & ridenda potius, quàm refellenda, de tali cognitore non dicerent, si pro sua causa possent validum aliquid inuenire quod dicerent. Scimus q̃ multi vestrum & forte omnes aut penè oẽs dicere soleatis, O si vnum locum conuenirent, ô si aliquis conferrent, atque illis disputantibus veritas appareret. Ecce factum est, ecce conuicta est falsitas, ecce apparuit veritas. Quid adhuc contemnitur charitas? Quid nobis est per hominum nomina diuidi? Qui nos creauit unus est Christus, qui nos sociare debet unus est Christus. Iam nomen domini honoretur, & appareat uobis in iocunditate, ut cognoscatis fratres vestros in ipsius vnitate. Iam in prosecutionibus Episcoporum uestrorum error qui nos separabat est victus, aliquando in cordibus uestris vincatur & diabolus, & gregi suo collecto atque pacato sit propitius qui hoc præcepit Christus.

Libri contra Donatistas post Collationem finis.

K

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, super gestis cum Emerito Sermo.

Lacritatem vestræ charitatis quanto gaudio susciA piamus, agnoscitis. Exultamus enim i domino deo nostro, de quo Apostolus ait, Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Agimus ergo eidem domino & saluatori nostro Iesu Christo gratias, Hic præstitit nobis vt antequam habeamus fratris nostri Emeriti voluntatem, iam cognouimus, quantum diligit vnitatem. Quæ tamen principia deus uoluerit, vt de ore ipsius audiremus, accipite. Mox vt ingressus est istam ecclesiam, illo loco stans vbi primum cœpimus eum eo colloquium, inspirante domino qui & cor instruit, & linguam regit, ait nobis, Non possum nolle quod vultis, sed possum velle quod uolo. Videte quid promiserit, qui se dixit, non posse nolle q̃ uolumus. Si enim non potest nolle quod volumus, scit quid velimus. Hoc enim volumus quod & vos vultis: hoc omnes I. volumus, quod vult dominus. Quid autem velit dominus, occultum non est. Legitur enim testamentum eus qui nos fibi fecit cohæredes, in eo recitatur, Pacem meam do vobis, pacem meam relin- Ioan. 14.
quo vobis. Siue ergo cito, siue sero, non potest nolle quod volumus: Moras autem aliquas nobis facit secunda sententia, Possum velle quod volo, sic enim dixit, Non possum nolle quod vultis, sed possum velle quod volo. Potest velle quod vult, sed non potest nolle quod volumus. Illud.n. quod se dicit posse, videmus, Nam vult modo quod vult, ipsum autem q̃ non vult, nõ vult deus. Quid enim modo vult esse in dissensione à catholica ecclesia, esse adhuc in communione partis Donati, esse adhuc in schismate, esse adhuc inter illos q̃ dicunt, Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cephæ? Sed hoc non vult deus, dum increpat Apostolus. Diuisus est Chri
stus? Potest ergo velle quod vult, sed ad 1. Co. 1.
tempus, sed ad horam, sed ad verecundiæ, non ad rationem sapientiæ potest velle q̃ vult. Nam modo hoc est quod vult, & potest velle quod vult. Sed quia non potest nolle quod volumus, nolit deus quod vult, M
& faciat quod volumus. Non vos ergo permoueat fratres aliqua morula dum quod vult vult, sed orate vt faciat quod promisit, vt non posit nolle quod volumus. Et ab omnibus acclamatum est, aut hic, aut nusquam. Qui corda vestra declarastis vocibus, adiuuate nos & orationibus. Potens est dominus qui præcipit vnitatem, mutare in melius voluntatem. Quod autem acclamauit charitas vestra, aut hic aut nusquam: vocem in illum vestræ charitatis agnouimus & amamus. Hoc etiam nos non nunc primum, sed semper cogitamus, semper optamus. Idem est & animus, quod præcipue necessarium est, fratris & coepiscopi nostri episcopi vestri Deuterij, Olim nobis notus est animus eius, Nobiscum preces de hac re domino fudit, cum concilio vbi hoc illis qui foris sunt promisimus & obtulimus. Iam de hac re subscriptiones nostræ retinentur. Nũquam enim nos ita honorem nostrum fouemus, vt vnitati inuideamus. Mimores sumus honore cum simus maiores dilectione. Nouimus quemadmodum inuitanda sit infirmitas, vt perficiatur vnitas. Nec ideo dicimus hæc fratres, quasi illi qui sub schismate remanserint, aliquam spem habeant ad domi A
num. Multi enim disputant parum intelligentes quid loquantur, & dicunt, Si schismatici sunt, si hæretici sunt, quare sic illos suscipiunt? Audite fratres mei, Si eos susciperemus, iam istum susciperemus fratrem nostrum Emeritum, siue bonum, siue malum, tamen fratrem. Quod ideo dico, quia & ipse nouit per prophetam nobis dictum esse, quod illis etiam in collatione diximus, Dicite, frẽs nri estis, his q̃ vos oderũt. Oderunt nos, credimus finiendum esse quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

odiunt. Tñ & quandiu odit frater, audit, donec finiatur odium, erit nomen in testimonium. Nõ ergo sic illos suscipimus vt sunt, Absit à nobis, Nam hæretici sunt. Suscipimus aũt catholicos. Mutantur, suscipiuntur. Sed propter malum quod habent, non in eis possumus persequi bona quæ agnoscimus. Malum. n dissensionis schismatis, hæresis, malũ suum habent. Bona vero quę in illis agnoscimus, nõ sunt sua, domini nostri habent bona, ecclesiæ habent bona. Baptismus non est ipsorum, sed Christi. Inuocatio nominis dei super caput ipsorum qũ ordinantur episcopi, inuocatio illa dei est, non Donati. Non eum suscipio cpm, si qũ est ordinatus, super caput eius Donatus est
B inuocatus. In errante & deserente milite, crimen est desertoris, character autem non est desertoris, sed Imperatoris. Sed frater noster non deseruit, vbi adhuc nunquam fuit. Siquidem in illo desertoris error est natus, quando est à desertore signatus. Qui primo schisma fecit, qui se ab ecclesia catholica separauit, cum his quos secum traxit, desertor fuit. Cæteri à desertoribus signati sunt, non tamen signo desertoris, sed signo Imperatoris, Non. n. desertor characterem suum fixit. Quid est qđ dico, desertor characterẽ suũ nõ fixit? Donatus non baptizauit in noie Donati. Ná si Donatus qñ schisma fecit, in noie Donati baptizaret, desertoris characterem infigeret, ego quando vocarem ad unitatem si inuenirem desertoris characterem, exterminarem, delerem, abolerem, abijcerem, non approbarem, respuerẽ, anathematizarem, damnarem. Nunc vero ipse desertor characterem fixit Imperatoris sui. Deus & dñs noster Iesus Christus quærit desertorem, delet erroris crimen, sed non exterminat suum characterẽ. Ligo quando venio ad fratrẽ meum & colligo errantem fratrem meum, attendo fidẽ
C in nomine patris & filij & spiritus sancti. Iste est character Imperatoris mei. De isto characterе militibus suis, vel potius comi-
Mat. 28. tibus suis, vt hunc imprimerent eis quos congregabant castris eius, præcepit dicens,
1. Co. 1. Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Istum characterem à domino dictum omnibus credentibus imprimendum, quia nouerat Paulus, expauescit ad eos qui uolebant esse Pauli, & dicit eis, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Quid vultis esse mei, & non magis domini mei? Quid vultis esse mei, & non potius cuius ego sum? Agnoscite aduertite characterem vestrum. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo eos colligimus, vt non sibi blandiantur illi quos non colligimus. Et ipsi colligantur, non inflentes veniant, suscipiantur. Non in eis odimus quod dei est: non odimus & ipsos, quia dei sunt. Et quod hũt, dei est: dei sunt, quia homines sunt. Et omnis homo creatura dei est: dei est quod habet nomen patris & filij & spiritus sancti. Baptismus trinitatis, dei est: dei est euangelium quod habent, dei est fides quam habent. Et quid non habent aut mihi aliquis, qui hæc habent? Tu dicis, Habent baptismum Christi. Dico, Tu dicis habent fidem Christi. Dico, Si ergo hæc habent, quid non hũt? Quid est baptismus? Dicit Sacrm. Audi Apostolũ, Si sciero oia sacrã. Multum est, scire omnia dei sacramenta. Quantacunq; sciamus sacrã, quis nouit dei omnia sacra? Quid ait Apostolus? Si sciero omnia sacra, si habeam omnem propheti. Adde adhuc, Et omnem scientiam. Sed de fide dixeras. Audi adhuc, Si habeam omnem fidem. Difficile est habere omnem fidem, qũo difficile est nosse omnia sacra. Et quid est quod dicit, omnem? Ita vt montes transferam, charitatem aũt non habeam, nihil sum. Intendite fratres, intẽdite obsecro vos Apostoli vocem, & videte quare cum tantis laboribus & periculis fratres nostros quæramus. Charitas eos quærit de cordibus nostris. Propter fratres meos, & proximos meos dicit Psalmus, loquebar pacem de te: ad sanctam Hierusalem loquens. Videre ergo fratres mei quid dixit Apostolus, Si habuero omnia sacramenta, omnem sciẽtiam, prophetiam, fidem. Qualẽ fidem? Ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Non dixit illa omnia nihil sunt: sed, si charitatem non habeam, nihil sum. Quis. n. demens diceret, nihil sunt dei sacramenta? Quis demens diceret, nihil est propheta, nihil scientia, nihil fides? Non illa nihil sunt, sed cum illa magna sint, ego magna habeus si charitatem non habeam, nihil sum. Magna illa sunt, & magna habeo, & nihil sum si charitatem non habeo, per quam mihi prosint quæ magna sunt. Si enim non habeo charitatem, illa inesse possunt, prodesse non possunt. Attende ergo frater, obsecro te. Dicis mihi, Quid me quæris?

ris? Respondeo, Quia frater meus es. Respondes mihi & dicis, Si perij, quid me quæris? Et ego respondeo, Si non periss, non quærerem. Quid me quæris dicis mihi, si perii, ad me quæris? Cũ ego rñdeã, quæro quia peristi. Et quare quæro? Quo
Luc. 5. fructu quæro? Et aliquando dicatur mihi, Frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Respondes & dicis mihi. Sed hẽo sacrm. Habes, agnosco. Propter hoc te quæro. Magnam causam addidisti, quare te diligentius quæram; Ouis es. n. de grege domini mei, cum signo errasti. Ideo qro magis, quia ipsum signũ habes. Quare unam ecclesiam nõ possidemus? Vnum signum habemus, quare in uno ouili non sumus? Ideo te quæro ut hoc sacrm sit tibi in
H salutis adiutorium, non in damnationis testimonium. Nescie quia desertor de chara
Apoc. 3. cte damnatur, de quo militans honorat? Ideo te quæro ut non pereas cum signo. Salutis. n. signum est, si habeas salutem, si habeas charitatem, hoc. n. signum salutis extra tibi inesse potest, prodesse non põt. Veni ut prosit tibi quod habebas, non ut accipias quod habebas, sed nt prodesse tibi incipiat quod habebas, & accipias quod non habebas. Habebas. n. signum pacis, ipsam pacem non habebas. In domo illa. i. in te discordia habitabat, & in limine titulos pacis figebat. Agnosco titulos, sed quæro habitantem. Lego titulum pacis, baptismum in nomine patris & filii & spiritus sancti. Titulus pacis est, lego. Quis habitat qro, fratrẽ meũ attẽdo, titulũ pacis agnosco. Ipsũ & ego habeo, intrare uolo. Quid ẽ intra re volo? Fratrẽ me accipe, ut simul oremus patrem. Nõ recũ oro. Tituli pacis sunt, & mihi discordia cõtra dicit? Planè laborabo aduuãte dño, eiicere discordiã male possidentem, & introducere pacem tanquam legitimum possessorẽ. Cum ergo discordiam excludo, pacẽ introduco, titulos pacis quare depono? Dico planè dño meo. O Chri-
Psal. 8. ste qui es pax nostra, q fecisti utraq; vnũ,
Psal. 32. fac nos unũ ut recte cantemus. Ecce quã bonum & quam iocundum habitare fratres in unum. Introduc concordiam, pelle discordiam, introduc te ipsum in titulos
Luc. 23. tuos. Tu mane. Non alter possideat, & de tuis titulis fallat. Tu muta istum contra tradictorem, qui una hora in cruce mutasti latronem. Et certe uideamus quid habet. Habeo, inquit, sacramentum, habeo baptismum. Si dicam tibi, proba: ostendis quod acceperis, dicis quid confessus fueris, dicis quid teneas. Agnosco, non muto, nõ exufflo. Absit ut cum quæro salutem deseratoris, faciam iniuriam imperatori. Ergo q̃ basti mihi quod habeas sacramentum, exponendo sacramentum, Probasti mihi te habere fidem, proba mihi q̃ habeas charitatem. Tene unitatem, nolo mihi dicas, habeo charitatem. Proba, unum patrem habemus, simul oremus. Quid tu dicis quando
Matt. 6. oras, rogo te? Pater noster qui es in cœlis, Deo gratias. Secundum magisterium domini nostri addidisti, qui es in cœlis. Singulos enim patres habebamus in terris, unum simul in cœlis. Pater noster qui es in cœlis, ipsum inuocas patrem. Pater noster unam coniugem uoluit habere. Qui ergo adoramus unum patrem, quare non agnoscimus unam matrem? Si natum te dicis de alia & de sinu alieno, ipsa te peperit. Quod dixi, non omnes intelligere potuistis. Nouimus per legitimas coniuges factum esse, ut etiam qui non de legitimis coniugibus nascerentur, in eadem hæreditate sociarentur, hoc uoluntas coniugis fecit. Nam Hismael exhæredatus est, Ipsum Sara pepererat, & si de utero alieno. Sara pepererat utero alieno, uoto suo. Ipsa enim dixit, Volo enim de ista mihi filios facias. Et ideo fecit Abraham. Vxor. n.
Ge. 16. non habet potestatem corporis sui, sed uir:
1. Co. 7. Similiter uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Nam filius esset, si non superbisset. Superbus est exhæredatus Htsmael. Erexit. n. ancilla ceruicem, ut diceret, Eiice ancillam & filium eius, non. n. hæres erit filius ancillæ, cum filio meo Isaac.
Ge. 21. Nam uis nosse quid ualeat pax, quid ualeat concordia, quid ualeat humilitas, & quid impediat superbia? Hismaelem exhæredauit. Filios autem ancillarum de Iacob, quia & illi ut nascerentur cõiugia iusta uoluerunt, filios ergo ancillarũ de Iacob nouimus in unam hæreditatẽ aduocatos. Simul numerati sunt omnes Patriarchæ duodecim, Nullum ab altero uteri diuersitas separauit, quia oẽs charitas sociauit. Quid interest ubi baptismum acceperis? Baptismus meus est, dicit tibi Sara, Baptismus meus est, dicit tibi Rachel. Noli superbire, ueni I ad hæreditatem, Maxime quia ipsa hæreditas non est illa terra, quæ data est filiis Iacob. Filiis Israel data est terra. Quan-

to a pluribus possidebatur,tanto plus angu
Ioā. 14. stabatur. Hæreditas nr̄a pax vocat̄. Testm̄
lego,Pacem meam do vobis,pacem meam
relinquo vobis. Simul teneamus,quod di-
uidi non potest. Nō eam angustat nume-
rosus possessor quanticunque venerint, si-
Gen. 22 cut promissum est. Sic erit semen tuum
tanquam stellæ cœli, & sicut arena, quæ
est ad labium maris: In semine tuo benedi-
Apoc.7. centur oēs gentes. Et vidi,inquit,in Apo-
calypsi, multos in stolis albis, & habentes
palmas,quos numerare nemo pōt. Venien-
tes ex omnibus gentibus veniant, pacē te-
neant. Angusta non sit nr̄a possessio. Angu
stias non facit,nisi sola dissensio. Ecce frēs
mei,vt angustias adhuc patiamur, dissensio
facit fratris nostri. Consentiat in pace, &
facta est latitudo. Sed quid faciamus, nisi
fraternam infirmitatem feramus, & nō de-
K ficiamus? Sudor iste meus,credimus quod
erit fructuosus. Dominus Deus nr̄, qui vo
luit vt veniremus ad vos,qui iussit,vt eum
quæreremus, qui fecit, vt eum interim fa-
cietenus inueniremus,adiutos orationibus
vestris faciet nos inuenire cor eius, lætari
de concordia eius gras agere Deo de salute
eius,quam non pōt habere,nisi in Ecclesia
catholica. Extra Ecclesiam catholicā totū
pōt præter salutem. Pōt habere honorem,
pōt habere sacrm̄,pōt cantare halleluia,po-
test respondere amen, pōt Euangeliū tene-
re,pōt in nomine Patris & Filij & Spiritus
sancti fidem,& habere,& p̄dicare,sed nusq̄
nisi in Ecclesia catholica salutē poterit inue
nire. Transeunt enim omnia ista frēs mei.
Modo putat,quia magnus erit apud suos si
non consenserit,& dictus fuerit martyr par
tis Donati. Absit, tollatur in nomine Dñi
1.Co.15 de corde eius iste typhus. Nouit & ipse,le-
git & ipse, si tradidero corpus meū, vt ar-
deam, charitatem autem non habeā, nihil
mihi prodest. Ego non dico, si aliquas iniu
rias quasi iactet se passum eē pro parte Do
nati,aut aliqua damna terrena,nihil ei pro-
dest. Ego plus dico,si patiat̄ foris inimicum
Christi,non catholicū frēm suum quæren-
L tem salutem eius, sed inimicum Christi si
foris patiatur, & dicat ei foras ab Ecclesia
Chri, inimicus Christi, Pone thus idolis,
adora Deos meos,& non adorās occidatur
ab inimico Chri, sanguinem fundere pōt,
coronam accipere nō potest. Ipsi nouerūt
quando in collatioone nostra fuerunt,quam
Carthagine habuimus, quomodo confessi
sunt ,quia parentes eorum fecerunt perse-
cutionem Cæciliano Episcopo. Tunc a
catholico discordantes, schisma fecerunt,
persecuti sunt illū parentes ipsorum, id est
primi, qui fecerunt partem Donati, perse-
cuti sunt Cæcilianum, perduxerunt illum
persequendo vsq; ad iudicium Imperato-
ris. Miserunt crimina ipsius Imperatori,
quæ vera non existebant. Iussit audire cau-
sam Impator. Audita est apud Episcopos,
falsa illa crimina inuēta sunt, absolutus est
Cæcilianus. Nec illi a persequendo desti-
terunt, sed Imperatorem sæpe interpella-
runt, vbi postea iudicem causæ constitue-
runt. Et ipse inter partes audiuit,& cogno-
uit. Cognouit Imperator, innocentem Cæ
cilianum iudicauit. Et cū hoc obijceremus,
contenderunt nobiscum, & dixerunt, quia
Cæcilianum damnarit Impator in exiliū.
Quod falsum est. Sed tamen videte quid
dixerunt. Quia persequentibus maioribus
suis adductus est ad Imperatorem Cæcilia
nus,& missus in exilium. Gesta legimus,
persecutiones ipsius sunt, manus ipsius te-
nentur subscribentis verbis suis, intendite
obsecro vos, diiudicate modo cām nostrā.
Certe persecuti sunt maiores sui Cæcilia-
num,certe ad Imperatorem perduxerunt,
certe vt damnaretur fecerunt. Nolo dice-
re, quia non est damnatus, nolo dicere,qa
innocens est pronunciatus. Sed hoc sit qd
dicunt. Quando eum persequebant,quan-
do dānari fecerunt,tunc quid erat Cæcilia-
nus? Qñ persecutionem patiebat a maiori
bus istorū,quid erat? Dicat mihi. qd erat?
Christianus erat? catholicus? aut qd erat?
Non dicunt,non erat catholicus,sed crimi
nosus. Pōt ergo pati persecutionē a sanctis
homines criminosi? Prorsus hoc accipia-
mus. Criminosus erat Cæcilianus,qui pla
tiebantur,sed fallebātur,vt & nos ifths con
sentiamus. Criminosus erat. Quid facie-
bant? quid erant? Quod vis elige, Si ini-
qui erant, desere iniquos, veni ad nos. Si
autem sancti erant,potest ergo fieri, vt san
cti persequantur iniustum. Noli nobis
irasci, si persequimur, noli dicere, iniusti a
estis,qui persequimini. Iam.n.ostenditis,
quia fieri potest, vt & iusti psequantur in-
iustum. Fieri potest,aut non potest? Vnum
de duobus dicat mihi. Si fieri nō pōt,quare
vestri pscuti sunt Cæcilianū? Si aūt fieri
potest,quid miraris? Quid laudas pœnam,
& non

Matt.5. & non ostēdis causam? Beati,ait dominus,
qui pscutionem patiuntur, Adde propter
iustitiam. Et separasti latrones, separasti
maleficos,separasti adulteros, separasti im-
pios, separasti sacrilegos, separasti hæreti-
cos. Tales persecutionem patiuntur, sed
non propter iustitiam. Et tamen qualem
persecutionem patitur frater noster qui ad
ductus est ad nos? Ipsa est persecutio glo-
riosior. De illa prorsus profiteor. Repre-
Ps.100. hendat qui vult, talem persecutionem pro
fiteor. Psalmum lego, Detrahentem proxi
mo suo occulte proximo detrahentem, nō
rectius persequor dei ecclesiā publice blas-
phemantem, quando dicit,non est ipsa: qñ
dicit, nostra est, quæ in parte est: quando
dicit, illa meretrix est? Ergo blasphemantem
tem ecclesiam non persequar? Persequar
planè,quia membrum sum ecclesię: prose-
Ps.17. quar planè,quia filius sum ecclesiæ. Ipsius
B vocē ecclesiæ vtor,ipsa ecclesia per me dicit
in Psalmo, Persequar inimicos meos & cō
prahendam illos, & non conuertar donec
deficiant: Deficiant in malo,proficiant in
bonum. Fratres,ne putetis aliquid nouum
factum esse fratri nostro. Pars Donati qñ
præsiebat Constantiæ laicum nostrum
catechumenum, natum de parentibus ca-
tholicis,Petilianus tenuit,vim fecit nolen-
ti,scrutatus est fugientem,inuenit latentē,
extraxit pauentem,baptizauit trementem,
ordinauit nolentem. Ecce qualem violen-
tiam fecit in nostro. Raput ille ad mortē,
nos nō trahimus ad salutem? Hæc locutus
sum charitati uestræ, propter illud quod
dixistis,aut hic,aut nusq̄. Hoc.n.& nos vo
lumus,vt hic hic,sed in unitate in pace, hic
hic,sed in charitatis societate, Tunc be-
ne hic. Nam melius nusquam quàm hic.
Sed præstet dominus, vt hic potius, quàm
nusquam. Si non hic, absit vt non alibi:
absit hic, aut alibi. Audistis, audiuit.
Quid in eius animo deus egerit, ipse no-
uit. Nos enim autem aurem forinsecus
percutimus,ille nouit loqui, ille iotus præ
C dicat pacem, nec cessat prædicare si audia-
tur. Aderit misericordia eius, adiuuan-
tibus orationibus vestris, vt sit fructuosus
labor noster. Tamen si hodie communi-
care noluerit quanuis fatigari non debea-
mus, sed instare quantum possumus de-
bemus, nec sic tamen fatigari debemus.
Differri possumus, auferre instantiam no-
stram nec possumua nec debemus. Ade-
rit ille qui huc illum ad nos perduxit,
vt nos faciat cum illo in vnitate vobiscum
& in sua pace gaudere.

Concionis Augustini super gestis cum
Emerito Donatist. Episcopi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de gestis cum Emerito Donatistarū Episcopo, Lib. vnus.

GLoriosissimis Imperatoribus, Honorio duodecimo, & Theodosio octauo consulibus, duodecimo calendas Octobris. Cæsariæ in ecclesia maio-
ri, cum Deuterius Episcopus Metropolita
nus Cæsarienſis, vna cum Alipio Tagastē
si, Augustino Hipponensi, Possidio Cala
mensi, Rustico Cartenitano, Palladio Ti-
gabitano, & cæteris Episcis, in exedram D
processissent, præsentibus presbyteris &
diaconibus, & vniuerso clero, ac frequentis
sima plebe, adesset etiam Emeritus partis
Donati Episcopus, Augustinus Episcopus
Ecclesiæ catholicæ dixit, Fratres charissi-
mi, qui ab initio catholici fuistis, & quicū-
que ad catholicam ex Donatistarum error
re venistis, & pacē huius sanctæ Ecclesiæ
catholicæ cognouistis & veraci corde te-
nuistis, & qui adhuc forte de catholicæ vni
tatis veritate dubitatis, audite nos solicitos
pura dilectione pro vobis. Quando uenit
ad hanc ciuitatem die nudiustertiana fra-
ter noster Emeritus, Donatistarum adhuc
Episcopus, perlatum est ad nos subito eū
esse præsentem. Et quoniam charitate, quā
deus videt, desiderabamus eius præsentiā,
ad eum videndum continuo cōuolauimus,
inuenimus eum stantem in platea. Facta
inuicem salutatione admonuimus, quòd
durum esset ac turpe eum in platea rema-
nere, vt ad ecclesiam nobiscum veniret. At
ille nobis sine vlla recusatione consensit,
vbi nos putauimus eum ita communionem
catholicam non recusaturum, quemadmo-
dum vel spontaneum obtulit aduentum,
vel ecclesiam venire minime dubitauit.
Illo autem in peruesitate hæretica quanuis
intra ecclesiam catholicam diutius remo-
rante, allocutus sum dilectionem vestram,
sicut meminisse dignamini, Multa dixi, E
quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ audistis, & quæ sine dubio quantum potestis etiam meministis. Multa de pace, multa de charitate, multa de sanctæ ecclesiæ, quàm deus promisit & præstitit, vnitate. In quo meo sermone & vos alloquebar, & illum exhortabar, & quantum in me poterant viscera charitatis, omnes in periculo animæ suæ cõstitutos in illo meo sermone parturiebant & parere domino cupiebant, Hoc enim & beatus Paulus Apostolus dixit quibusdam, Filioli mei, quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Sed etiam post sermonem nostrum cum adhuc in illa sua perduraret pertinacia, nec sic desperãdum putauimus, sed nec de quoquam quandiu uiuit in hoc corpore homine desperandum putamus. Neque enim sic dixi nudiustertius me non desperasse, vt hodie audeã desperare. Sed ad hũc articulum causa perducta est, vt quoniam venit, & quantum cognouimus, sponte uenit, non sit huic ecclesiæ infructuosus eius aduentus. Aut enim quod magis optamus & cupimus etiam de illius salute vobiscũ in catholica pace gaudebimus, aut si, quod abominamur & detestamur, ipse in illa pertinacia perduranerit, debetis uos eius præsentia melius nosse quid interfit inter catholicam pacem & hæreticam dissentionẽ, Partis enim Donati Episcopus est, sed à Donatistis huius ciuitatis ordinato. Quos Donatistas in nomine Christi in gremiũ catholicum iã magna ex parte suscepimus, ita vt penè omnes communioni catholicę sociatos esse gaudeamus. Sed quoniam & qui iam communicauerunt, non quidem vniuersi, sed quidam uidentur de ipsa, vt pauloante dixi, catholica ueritate dubitare, quidam uero non saltem dubitant, sed adhuc corde positi in parte Donati, præsentiam nobis exhibent corporalem, siue uiri siue fœminę, carne intus, spiritu foris, bonum esse æstimamus episcopum ipsorum interrogare, vt si habet aliquid quod pro ipsa parte adhuc dicat, post factam apud Carthaginem omnibus notam collationem, si habet aliquid quod adhuc dicat, dicat sine præiudicio partis Donati, quod tamen pro desse existimet vobis, in quorum ciuitate pro uestra in Christo salute se existimat ordinatum, & nos respondebimus sine præiudicio catholicæ, quoniam modo nullus partes defensionis imposuit: quod tamen, G sicut existimamus & uolumus, prodesse uobis posit præsentibus contra præsentem, vt si seductus est, non seducat: si autem non seducebamus ipso præsente qui foris forsitan se multa iactitat arguamur, refellamur, conuincamur, doceamur. Hoc propterea dixi, ne ideo loqui nolit, quia potest dicere, nullas mihi modo pars mea partes defensionis imposuit. Non enim post ipsam collationẽ non loquebatur, aut post illam collationẽ non ad istam ciuitatem venit, aut de ista prouincia aliquando discesit, aut credimus eum omnino post illam collationẽ nullo modo uerbum pro parte Donati fecisse. Nobis, qui ex ipsa parte venistis, noui quid dicebatur vobis, nos cognitoris emisse sententiam. Noui dictũ esse uobis, quòd ille fuerit cõmunionis nostræ, & propterea istos loqui omnia quæ vellẽt minime permisit, & eos potestate potius oppressit, quàm probitate, quod loquebantur non accepit. Ista omnia iactata sunt post collationẽ, siue ab ipso, siue ab hominibus communionis illius. Quid interest à quo vos perturbemini, quos volumus in catholica pace esse tranquillos? Si absens esset, dicerem de illo vobis, Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicunque est ille: Hæc enim quæ dixi, beati Pauli verba sunt aduersus absentes, quibus simplices turbabantur. Non autem præsens est, modo nobis dignetur dicere quare aduenerit. Frater Emerite, præsens es collationibus interfuisti, si victus es, quare venisti? Si autem te victum esse non putas, loquere vnde tibi victor esse videaris. Tunc enim victus es, si veritate victus es. Si autem videris victus potestate, & vicisti ueritate, non est hic potestas qua victus videris. Audiant ciues tui, audiant de te uictorem præsumis esse. At si nolli aduersus te iuictricem fuisse veritatem, quid adhuc respuis unitatem? Emerite episcopus partis Donati, dixit. Gesta indicant, si victus sum, aut victi. Si ueritate victus sum, aut potestate oppressus sum. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Quare ergo venisti? Emeritus Episcopus partis Donati dixit, Vt hoc dicerem quod requiris. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Requiro, quare veneris, hoc non quæreré, si non venisses. Emeritus epṡ partis Donati dixit notario qui excipiebat. Fac, Cumque reticeret, Augustin. epṡ ecclesiæ catholicæ dixit, Si ergo sub veritate tacuisti, nõ fuisti. Cumq; diu reticeret, Augustinus episcopus eccl. sic catholicæ dixit, Videtis fratres diu tacentem, moneo vt optetis resipiscentem, obsecro ne sequanimi pereuntẽ. Veruntamen, quoniam cum gesta commutionis nostræ commemorauit, vbi apparere posse dixit, vtrum veritate sic victus, an potestate oppressus, multa sunt quidem, vbi superfluis & moratorijs persecutionibus gesta cumularunt, nihil aliud magnis viribus agentes, nisi vt nihil ageretur. Sed dño præsidente, & causam suam agente, vẽtum est quo noluerunt. Dicta causa atq; definita est. Sed si omnia gesta vobis legere velimus, quanquam præsentibus vobis fratrem & coepiscopum meum Deuterium obstringo, vt quemadmodum sit apud Carthaginem, apud Tagastem, apud Constantinam, apud Hipponem, apud oẽs diligentes ecclesias, sic et deinceps facere non pigrescat. Vt annis omnibus per ieiuniorum dies, id est, quadragesima ante paschа, qñ vobis maxime ieiunantibus plus vacat audire, eadem gesta collationis per annos singulos, vniuersa à capite in finẽ ex ordine recitentur. Tñ vt dicere cœperam, quia non omnia vobis modo legere possumus dignamini prius audire ante collationem, quas literas dederimus ad cognitorẽ, vbi promisimus, vel quẽ admodum suscipi vellemus si victi fuissemus, vel quemadmodum eos susciperemus si vinceremus, vt videretur non in contentione, sed in humilitate esse victoria. Alipius Episcopus ecclesiæ catholicæ epistolã recitauit: Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili, tribuno & notario Marcellino, Aurelius Siluanus, et vniuersi episcopi catholici. Dicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietiq; seruandæ, & veritati manifestandæ & muniendæ consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has intimamus, illa etiam veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, vt si nobis hoc cum quibus agimus demonstrare potuerunt, cum scẽm dei ꝓmissa populi Christiani vsquequaque crescendo, tam magnam partem orbis implesse sent, & in cæteram dilatarentur implendã, subito ecclesiam Christi nescio quorum, quos isti accusant peccatorum perisse contagione, & in sola remansisse parte Donati, I. Si hoc vt dictum est demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopatus requiremus, sed eorum sequemur pro sola salute consilium, quibus tanti gratiam beneficij pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere, ecclesiã Christi omniũ, non solũ Aphricanarũ, verũetiã transmarinarũ prouinciarum, multarum gentium spatia, feracissima populorum copia iam tenentem, & sicut scriptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse? Si denique ipsorum, qui tunc accusare voluerunt potius q̃ cõuincere valuerũt q̃stionem definitam, quanuis non in eis ecclesia cõsistat, & Cæcilianum innocentem, illos autẽ violentos & calumniosos esse indicatos ab eo Imperatore, ad cuius examen criminationes suas vltro accusando miserunt. Postremo si quid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel diuinis probauerimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus appetitã, aut Xp̃i ecclesiam cuius communioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic eius nobiscum teneant vnitatem, vt non solum viam salutis inueniant, sed nec honorẽ M Episcopatus amittant. Neq; n in eis diuinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris. Quibus sublatis, fraternum pectus complectemur Christiana nobis charitate coniunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit quippe vnusquisq; nostrum honoris sibi socio copulato vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo iuxta considentem collegam hoc cum alternis basilicis vtrunque conceditur, vtroque alterum cum honore mutuo præueniente: quia vbi præceptio charitatis dilatauerit corda, possessio pacis non fit angusta, vt vno eorum defuncto, deinceps iam singulis singuli pristino more succedant. Nec nouum aliquid fiet, Nam hoc ex ipsius separationis exordio in eis, qui damnato nefariæ discissionis errore vnitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, catholica dilectio custodiuit. Aut si forte populi Christiani singulis delectantur episcopis, & duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt, vtrique de medio discedamus, & ecclesijs singulis, damnata schismatis causa in unitate pacifica constitutis, ab his singulis in ecclesijs singulis annuentibus vnitati factæ, per loca necessaria singuli constituant Episcopi. A

Et cum

Et cum legeret. Augustinus Episcopus dixit. Dicam charitati vestræ & cõmemorẽ rẽ dulcissimam & suauissimã, quã dño adiuuante sumus experti: Cũ ante ipsam collationẽ inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur, quia pro pace Christi Epi debent esse, aut debẽt nõ esse, qđ vobis fatendũ est, circũspicientes oẽs fratres & coepiscopos nostros, nõ facile nobis occurrebant, q hoc vellent suscipere, & de hac humilitate dño sacrificare, dicebamus vt fieri solet: ille potest, ille non potest, ille consentit hoc, ille non tolerat: loquentes magis pro suspitionibus nostris, qui corda illorum videre minime poteramus. Qũ autem ventũ est vt hoc palam fieret, in concilio vniuersorum tam frequenti pene trecentorũ Eporum, sic placuit omnibus, sic exarserunt oẽs, vt parati essent Episcopatum pro Christi vnitate deponere, & non perdere, sed deo tutius commendare. Duo ibi vix inuenti sunt, quibus displiceret. Vnus annosus senex, qui hoc ẽt diceret liberius ausus est, alter voluntatem suam tacito vultu significauit. Sed posteaquam illum semẽ lib rius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mu
B tante sententiam, vultum etiam ille mutauit. Audite ergo quibus modis etiam ipsa exhortatio facta est, propter illum qui ait,
Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur. Item legit, Quid.n. dubitemus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de cœlis in humana membra descendit, vt membra eius essemus, & nos ne ipsa eius mẽbra crudeli diuisione lanimẽtur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius, q̃ Christiani fideles & obedientes simus. Hoc ergo semp sumus. Episcopi autem pp Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro Episcopatu faciamus.

Augustinus Episcopus dixit, Propter vos hoc debemus esse quod vos. Quid debes esse tu, cuicunq; loquor vestrum? Christianus fidelis, obediẽs hoc tu pp te, hoc & ego ppter me. Ergo quod tu pp te, & ego pp me, semper esse debemus. Quod autem tum pp te, sim, si tibi prodest, non sim si tibi obest. Ecce quod dictum est, attendite.

Item legit, Si serui vtiles sumus, cur domini æternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus inuidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi deposita magis collegerit, quàm re- C tenta disperserit. Cumq; recitaret. Augustinus Episcopus dixit, Fratres mei, si dominum cogitamus, locus iste altior speculatorius est, non fastigium superbientis. Si cum volo retinere Episcopatum meum, dispergo gregem Christi, quomodo est damnum gregis, honor pastoris? Item legit, Nã qua fronte in futuro seculo promissum à Christo sperabimus honorem, si christianã in hoc seculo nolter honor impedit vnitatem? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribẽda curauimus, & vt per te innotescant omnibus postulamus, vt in adiutorio domini dei nostri, quo admonente ista dimittimus, & quo adiuuante nos implere posse confidimus, etiam ante collationem si fieri potest, charitas, aut sanet, aut edometiac sic tam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostrã, vel præcedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt esse pacificos beatos, quoniam ipsi filij dei vocabuntur, multo dignius & facilius eos vel le, vt pars Donati vniuerso orbi christiano reconcilietur, quàm vniuersus orbis Christianus à parte Donati rebaptizetur, cum præsertim de Maximiniani sacrilego & donato schismate venientes, quos etiam terminum potestatum iussionibus in sectando emendare curarunt, tanta diligentia quæsierunt, vt nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, & quosdam eorum damnatos sine vlla honoris diminutione sulcis perent, quosdam vero in illius diuisionis societate impollutos esse censerent. Quorum inter se concordiæ non inuidemus. Sed eos oportet aduertere quàm pie ramũ à se fractum tanto studio radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter à se parũ fragmen incisum sic colligere laborauit. Et alia manu. Optamus te fili in domino bene valere. Quo recitato Augustinus Episcopus dixit, Audite qui nescitis, audite obsecro vos. Deo gratias, quia ipso præsente loquor. Causam istam Maximinianistarum, quam volo modo vobis exponere, vbi omnium calumniarum suarum tanq̃ malarum merciũ nauẽ fregerunt, cãm ergo istã Maximianistarũ cũ totiens obiecissemus in nostra collatione, nihil aduersus eã dicere potuerũt: id est, aduersus obiectionẽ nr̃am totiens insertã, totiens repetitã, totiens corũ frontibus illisam, nihil omnino rñdere potuerunt, quia quod rñderẽt nõ inuenerũt. Audite ergo illam diligenter. Ecce hic est, audit me, si mentior redarguat, probare me compellat. Gesta quidẽ ipsa hic non sunt, sed ibi sit causa. Feramus quaslibet dilationes, vt ad documenta necessaria veniamus, si probauero quod dico. Si tñ inde habitat, aut quod absit dubitare se fingit, quod pace eius dixerim, non cõmunicet, si non probauero: si aũt scit iam me verum dicere, & noluit propterea rñdere noluisse, quia qđ rñderet non potuit inuenire, rogo vos vt ipsi iudicetis, qđ sit tolerabilius in honore suo suscipere a se damnatũ, an fratrẽ agnoscere non aliqñ à se conuictum. Intendite obsecro, audite narrationẽ. Maximinianus quidã diaconus fuit Carthaginensis, in parte Donati, siue merito superbiæ suæ, siue vt ipsi putant merito iustitiæ suæ, offendit Episcopum suum. i. Primianum Carthaginẽsem, siue inique, si superbus meliorẽ, siue iuste, si probus improbiorẽ. Excommunicatus est à Primiano, prexit ad Epos vicinos, concitauit inuidiã Primiano, accusauit eũ apud illos. Ventũ est ad Carthaginem. Venerunt qui venerunt multi Episcopi Donatistæ, ad se venire Primianum, sicut voluerunt: maiores istorum ad se venire Cæciliani. Factione cognita, noluit ad istos venire Primianus, sicut ad illos noluit veni re Cæcilianus. Dãnatus est ab istis absens Primianus, sicut ab illis damnatus est absens Cæcilianus. Qualem imaginẽ rerum voluit deus ante oculos nostros recenti tpe ponere, qñ nimis antiquam iam delebat obliuio. Damnatus est absens. Ab alijs Epis partis Donati, Primianus cõioni est restitutus, immo quia eũ non deposuerunt, in sua fede firmatus est. Damnati sunt Maximianistæ, sicut à pegrinis Episcopis & trãsmarinis absoluto Cæciliano meruit dãnari Donatus. Damnatus est Maximinianus cum duodecim ordinatoribus suis. Factio quidẽ ipsa plurimos continebat, centũ erãt fortasis Episcopi. Sed ne maior præcisio fieret, isti noluerunt paucis dejectis, multis imponere disciplinam. Damnauerunt solos q̃ afuerunt ordinationi Maximiniani, qñ cõtra Epm suum illicite est eleuatus Eps, Cæteri in ipsa factione constituti, si redire ad Ecclesiã vellent, in suis permitterentur honoribus. Verbis qdẽ suis ostendebãt, eos foris esse ab Ecclesia. Quem.n. hortaris vt intret, foris est. Cõstituto ergo die, intra quẽ diem si redirent nihil eis obesset quæ aduersus Primianum dicebantur, decreto Bagaiensi firmarunt. Damnatus est Maximi- G nianus cum duodecim. Cœpit agi, vt damnati de basilicis pellerẽtur. Interpellantur iudices, interpellantur proconsules, in iudicium allegatur Episcopale Bagaiense concilium. Dicuntur hæretici, demonstrantur damnati, impetrantur iussiones, auxilia cõgregantur, venitur adijciendos de basilicis homines damnatos & in sua pertinacia cõstitutos. Illis condemnatis, populi qui fauebant restiterunt. Vbi non potuerunt, victi sunt. In locum eorum qui victi sunt & expulsi, alij ordinati sunt. Ex quibus duos nouimus, vt de cæteris taceamus, vnum Felicianum, alterum Prætexatum Assuritanũ. Quos post annos duos aut tres, per Optatum Gildonianum post multas illis illatas persecutiones, iudiciarijs persecutionibus & tota acrimonia potestatum, in suis honoribus susceperunt. Post damnationem suã, post ejectionem, post persecutiones susceperunt illos in honoribus suis, adiunxerũt sibi socios atq; collegas. Nã in loco vnius ipsorum Prætexati Assuritani, alium iam ordinauerunt nomine Rogatũ, qui modo catholicus est, cui exercitus istorum, id est, H agmen Circumcellionum, linguam & manum præcidit. Illi autem qui per ipsum tẽpus quo illi damnati foris erant ferme per triennium baptizati sunt à damnatis, baptizati sunt foris ab Ecclesia istorum, sic sunt susceptι, Nemo dixit, non habes baptismũ, quia foris es baptizatus, & rebaptizatur q̃ venit de Epheso, de Smyrna, de Thessalonica, de cæteris Ecclesijs quas suo labore Apostoli plantauerunt, & ad quas legimus missas Apostolorum Epistolas, quas audimus in Ecclesia recitari. Sententia tenetur, Et quantum audiuimus ab ipso fratre nostro, quem deus faciat pacatum fratrem nostrum, ab isto Emerito est dictata sententia vbi illi damnati sunt. Legatur ipsa sententia vbi illi damnati sunt, & legatur sententia vbi Cæciliani num damnauerunt maiores istorũ, & videamus q rei peiores facti sũt, q grauiore sentẽtia puniti, q strepitu maiore dãnati. Ibi dixit. Licet. n. vipei seminis noxios partus venenati vteri alueus diu texerit, & concepti sceleris, vt aqualiculus in aspidũ mẽbra, tardo se calore euaporauerit, tũ cõceptũ virus euanescẽte vmbraculo occultari

Contra Cresconiũ. l. 4. cap. 2.

cultari nõ potuit. Nã etsi sero, publicum tũ parricidiũ, facinus suũ fœta scelerũ vota pe
I perũt. Qđ añ p̃dictũ est, Parturijt iniustitiã, cõcepit dolorẽ, & peperit iniq̃tatem. Sed
Psal.7. qm̃ serenũ iã fulget è nubilo, nec est cõfusa criminũ sylua cũ ad plenum designata sunt nomina, indulgẽtiæ. n. añ hac fuerat, dũ clemẽtiæ dimittimus lineã, inuenit cã quos pu
Contra Gresco- niat. Et inter cætera, Loquamur charissimi frẽs, schismatis cãs, q̃a iã nõ possumus tacenii li. 3. re p̃sonas Maximinianũ fidei æmulũ, veri
c. 19. & tatis adulterũ, Ecclesiæ matris inimicũ, Da
53. than, Chore & Abirõ ministrũ. Hæc verba sunt partis Donati in Maximinianistas, isto vt audiuimus dictãte, plata. Scitis autẽ
Nu. 16. q̃ sint Dathã Chore & Abiron, Ipsi primo schisma fecerũt, q̃bus pœna vsitata nõ suffecit, uiuos apta terra deuorauit Dathã Chore & Abirõ ministrũ. Verba ipsius sunt. De pacis gremio sentẽtiæ fulmẽ excussit. Audite adhuc, Et q̃ adhuc eũ, inq̃t, dehiscés terra nõ absorbuit, ad maius iudiciũ supis reseruauit. Raptus. n. sui cõpendio lucrauerat funeris vsuras, nũc grauioris colligit fœnoris cũ mortuus interest viuis. Verba sunt ip
K sius Maximinianũ dãnãtis vel potius vt ipse dicit, ore veridico fulminãtis: Et tñ collecti sunt aspides, vipæ, parricidæ, nec exuffla tur baptismus quẽ dedit aspis, vipa, parricida. Audistis q̃tus ignis exarserit eloquẽtiæ, qñ inuenit fœnũ qđ posset incendere. Frater Emerite amplexus es fratrẽ tuũ Felicianũ, tui oris fulmine cõdẽnatũ, agnosce fratrẽ Deuteriũ, tibi ẽt genere sociatũ. Quoti enscũq; frẽs mei cãm istã Maximinianistarũ, quã sicut potui vobis exposui, eis cũ in collatione ageremus obiecimus, plus inde tacuit, q̃ mõ in omnibus tacet. Nõ se occultẽt tergiuersatoria, nõ defensione, sed fuga. Dicũt. n. qđ dilationẽ illis dederint, & intra dilationẽ illos suscepint. Hoc falsum ẽ, duodecim. n. cũ Maximiniano dãnati sunt, cæteri aũt nõ aderãt ordinationi eius, qñ ei manus ipposita est. Illis dilationẽ dederũt, Nã verba ipsius ista sunt. Nec solũ hũc, in
Vbi su- q̃t, sceleris sui mors iusta cõdẽnat, trahit ẽt
pra. ad cõsortiũ criminis plurimos catena sacri
Psal.90. legij, de q̃bus scriptũ est, Venenũ aspidum sub labijs eorũ, quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, veloces pedes eorum ad affundẽdũ sanguinẽ, Cõtritio & infœlicitas in vijs eorũ, & viã pacis nõ cognouerũt. Nõ est timor dei añ oculos eorũ. Nolemus q̃dẽ tanq̃ ꝓprij corporis secare iũctuL rã, sed qm̃ tabescẽtis vulneris putredo pesfera plus habet in abscisione solaminis, q̃ in remissione medicaminis, inuẽra est cã salubris, ne per cuncta membra pestilens irreperet virus, vt cõpendioso dolore natũ deciderit vulnus. Famosi ergo criminis reos esse nominat duodecim, inter quos & Felicianũ & Prætexatũ. Sed nomina omniũ mihi nõ occurrunt. Et infert sic, Qui funesto operditionis vas sordidũ collecta feculentia sordidarunt. Sed & clericos aliq̃ Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori intersunt, illicito incestui præbuerunt lenocinium, dei p sidentis arbitrio vniuersalis concilij ore veridico dãnatos esse cognoscite. Eos ãt quos sacrilegi surculi nõ polluere plantaria, hoc est, q̃ à Maximiniani capite ꝓprias manus verecundo fidei pudore retraxerũt, ad matrẽ Ecclesiæ redire p̃misimus. Volebant pumicare faciẽ suã qua sacrilegis ignoscebãt, & aperte schismaticis viã redeundi cõcedebãt. Quid est hoc? Rogo mõ mihi dignentur exponere, qũo eos sacrilegi surculi nõ polluere plãtaria. Quare illis dilationẽ das si M nullam partem in Maximiniani schismate habere potuerunt? Si autem socij sunt fectionis, quanuis non fuerint præsentes ordinationi, quomodo illos non inquinat Maximinianus, & totum orbem terrarum semel absens damnatus, tertio præsens abluit? tus inquinat Cæcilianus? Nõ inquinat Apher Aphros, viuus viuos, notus notos, patticeps socios, & Cæcilianus inquinat trinmarinos, inquinat longe positos, inquinat nõ damnatos? Tecum sedit à te damnatus, & non te inquinat Felicianus. Ego illum non vidi, tu istum nosti. Ego illum innocentem credo, tu istum nocentem damnasti. Aut si fateris innocentis te fuisse receptorẽ, fateris te innocentis fuisse damnatorem. Et tamen fratres mei non inuidemus concordiæ ipsorum, inter se suscitatã odia diaboli ca finierunt, quomodo putant, in pacem recidere? Sed hoc dico, Si Ramus fractus q̃s uit virgultum à se fractum, qua diligentia debet arbor ipsa quærere ramum ex se fectum? Ideo sudamus, ideo laboramus, ideo inter eorum arma & cruentas furias Circumcellionum periclitati sumus, & adhuc reliquias eorum qualicunq; donata à deo & patientia toleramus, dum arbor quærit ramum, dum grex ex ouili Chri, oue perdita quærit. Si pastoralibus viscẽribus prædiri sumus per sepes & spinas nos coarctare de

bemus. Membris laceratis ouem quæramus, & pastori principique omnium cum lætitia reportemus. Multa diximus etiam fatigati, & tamẽ frater noster, propter quẽ ista dicimus vobis, & cui pariter dicimus, & pro quo tanta agimus, adhuc pertinax consistit. Constantem se putat fortitudo crudelis. Non adhuc de vana & falsa fortitudine glorietur. Audiat Apostolus dicentem, Virtus in infirmitate perficitur.
2 Cor. 12 Oremus pro illo, Vnde scimus quid velit
Ioan. 3. deus? Multæ cogitationes sicut scriptum est in corde viri, consilium autem domini manẽt in æternum.

AD LECTOREM.

Huic loco congruebat liber ad Bonifaciũ Comitẽ de correctione Donatistarum.
8 Cuius Augustinus meminit in retracta tionibus, sed is excusus est inter Epistolas, numero quinquagesima: satis voluminum est, etiam si non iterentur eadem, quemadmodum factum est in æditione prima.

Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Fulgentium Donatistam Liber.



Libellum, quem mihi religio tua frater Fulgenti direxit, non aspernatus accepi, quem vtrum ipse dicta ueris, an aliũde quæsieris non satis admiror. Est. n. & hoc nostræ religionis officium, non personas intendere, sed veritatem in omnibus
Th. q quærere, inuentam agnoscere, & agnitam
C custodire. Sic enim Apostolus Paul9 dicit, Omnia probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala vos abstinete. Breuiter igitur dicam quod ingeniosius literis dilatasti. Dixisti vnum esse baptisma, quod Samaritanus, id est, hæreticus habere non meruit. Vnum hortum conclusum, qui est Ecclesia, fontem habere signatum, de quo nullus alienus attingit. Vnum oleum quod est chrisma sanctissimum, quod morituræ nuscæ corrumpunt, & peccatores omnino non dabunt. Cõtra hæc mihi in adiutorio domini paranda responsio est, nec aliunde sumenda, nisi ex lectione diuina. Verbi ergo principium iã sumamus, immo ipsum uerbum principium Iesum dominum, du- Ioan. 8.
cem ac principem cœlestis militiæ teneamus, bella geramus, & eius manu sacrata tuba petamus muros validissimos ciuitatis nefariæ Hierico, id est, altitudinem mũdanæ sapientiæ testamentis dominicis circundemus, veritatis & libertatis uocibus concrepemus, aduersarios in domo Raab, id, est, Ecclesiæ quæ nuncios eius suscipit, propter mundi excidium cõfugere compellamus: pertinaces anathemate condemnemus, vt hactenus victores esse possimus. Hæc ergo ex lege aduersus legem, ex dei te D
stamento aduersus dei testamentum, ex veritatis fonte aduersus veritatis fontem tam obice forti prima fronte sumpsisti, quasi possit veritas à semetipsa deuinci, aut gloria luminis sua luce fuscari. 1

Donatista dixit, Dominus & saluator noster Iesus Chrs vnici baptismi doctor & custos ne sitientes animas per aridos lacus mentis error abduceret, perennes haustus sibi esse proclamans, in Euangelio suo ita Ioan. 7
testatus est, dicẽs, Qui sitit, veniat & bibat, qui credit in me, sicut Esaias dicit. Cath. respondit, Non habet, sicut dicit Esaias: sed sicut dicit scriptura. Sed ista velut impedimenta despiciam, ne longo sermone utilita- 2
tem legẽtis excludam. Donatista dixit, Qui credit in me, sicut dicit Esaias, flumina de ventre eius fluẽt aquæ uiuæ: & ne passim & vbique viui posse diceretur, merita aquarum ipse discreuit, dum Samarię apostasiæ originẽ in proprio fonte damnauit, Qui biberit, inquit, ex hac aqua, sitiet ite- Ioan. 4.
rum: qui biberit ex aqua quam ego dedero, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitam æternam. Cath. rñdit, Hæc vtiq; ideo posuisti, vt nos catholicos quasi Samaritanos & sine baptismo demonstrares. Iã ergo Donatistas in Samari E
tanis incipe speculari, Samaritanorum dog Compa-
ma Regnorum libro docente tale fuit, Deũ ratio
timebant, & simul figmenta colebant: diui Donati-
nam legem seruabant, & patrum errores starum
minime deserebant. circuncisionis signum ad Sama
habebant, & Israelitarum collegium nõ te ritanos.
nebant. Hoc & vos facitis, Deum metuitis, & figmentum luteum Donatum pariter colitis. Et hic. n. ex terræ puluere figuratus ẽ.

Diuinam

Diuinam legem seruatis, & parendum errorem non relinquitis. Baptismi habetis sacramentum,& catholicorum nõ vultis habere consortiũ. Ecce vos eis per omnia similatis. Sicut ergo tunc Samaritanorũ circuncisio secundo dari non poterat, ita nũc Donatistarum baptisma iterari non debet,
Ioan. 3. dño dicente, Qui semel lotus est,nõ habet necessitatem iterum lauandi. Circuncisio .n. Samaritanorum baptisma significat Do-
Colo.2. natistarũ,dicẽte Apostolo, Circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Chri,cõsepulti ei in baptismo. Quòd aũt
Ioan.4. ait dñs, Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum:nõ de baptismate,sed de terreno locu-
F tus est elemento. Nam si baptisma hic vel let ostẽdere,nullo modo à Samaritana muliere postulasset. Deniq; puteus ille non Samariæ dictus est sed Iacob,& vtique Iacob nõ fuit hæreticus,sed deo dilectus, semper charus,& ipse ex eo bibit,& filij eius et pecora eius. Donatista dixit, Nunquam ergo Ecclesiæ spiritus patitur iungi quod ore diuino meruit diffamari, legis pconio prænonente, Duo contra duo, vnum contra
Ecc. 32. unum. Et dñs in Euangelio, Tunc,inquit,
Mat.24. duo erunt in agro,vnus assumetur,& unus relinquetur: duæ molentes in molendino, vna assumetur & una relinquetur. Vides ergo duo genera esse baptismatum & duo præmia meritorum,dum vnum lætalis ingenij ardor exurit,& bibulæ sitis perennes haustus excoquit, alterum quod semel potandarum meatibus sitium uitæ perennitatem sanciuit, vtique in effossis gurgitibus perpetuas ariditates ostendit, & dum eius pie meritum clausit,mortis aditum patefe
Hier.2. cit,dicente Hieremia, Duo mala fecit populus iste: Me dereliquerunt, & effoderũt sibi lacus detritos,qui copiam non possunt
Hie.17. portare. Et iterum, Oẽs qui derelinquunt te,confundentur:recedentes à te, scribẽtur in libro mortis, quoniam dereliquerunt te fontem uitæ. Cath. respondit, Tu vnum
G contra vnum,ego multa baptismata assero contra unum. Etenim Paganus baptizat, & Iudæus baptizat,& Saducæus baptizat, & multi extra regulam datę legis baptizare non cessant,sed illud est vnum quod verum,illud verum quod Christi,illud Christi quod patris & filij & spirituſſancti: hoc est verũ,hoc salubre,huic nullum est cõparandũ. Hoc q̃ non accipit,ipse sibi & vitæ meritũ clausit, & mortis aditu patefecit, Donatista dixit, Quod sicut asseris una fides in utroq; consistit,cur inter fidelẽ aquã & perfidam iusta separatione discreuit, testante domino per Esaiam, Quis nũciauit uobis quia ignis ardet? Quis nũciauit Eũ uobis locũ illũ æternũ? Ambulans in iustitia, pdicans uiã rectã,odio habens facinus & iniustitiã, & manus abstinens à muneribus,& grauans aurẽ ut non audiat iudiciũ sanguinis,& cõprimens oculos suos ne uideant iniquitatẽ, hic inhabitabit in alta spefortis,panis illi dabit̃,& aqua eius fidelis. A cuius fide pfidiã separans, Hieremia restãte, sic posuit, Vt q̃d iniuriãtes me pualent? Hoc plaga mea solida facta est,unde sanabor? sacta est mihi sicut aqua mendax nõ habens fidẽ. Cath. rñdit, Hæretici oẽs licet in sua sibi disputatione discordent. in baptismi tñ H traditione solẽni uerbo cõcordãt. Sicut circũcisio una, sed fide uaria in Iudæis & Samaritanis ueteribus constabat. Necesse est ergo sicut tunc ita & nunc fieri oportere conuersis, ut q̃d disputatione sola petaũ, solã iterum disputatione soluat̃,ut audire de dño possint. Iã mũdiestis pp sermonẽ quẽ locutus sum uobis, Manete in me,& ego in uobis. Omnia. n. in figura contingebant illis, scripta sunt aũt ad correptionẽ nostrã, in quos fines seculorum deuenerunt.

Donatista dixit, Ezechiel quoq; scripsit, Et uidebũt, q̃a plures sunt q̃ auerterũt aquã antiquæ piscinæ, & nõ aspexerunt ad eũ qui fecit eam ab initio, & eũ qui illam condidit nõ uiderunt. Inaudita dementia fidorũ, nec diuinis uelle uocibus credere, nec Apostoli simplicem doctrinam erroris sui faucibus uelle seruare. Cath. respondit, Absit,absit ut aquam antiquæ piscinæ, sicut uos in parte ducamus, aut diuinis eloquijs nõ credamus,q̃d legimus credimus, & quod credimus,pdicamus. Audi quæ sit origo nr̃a, & ubi eius aqua diffusa. In Zacharia sic habes, Exibũt aquæ uiuæ ad Hierusalem, mediũ earum ad mare orientale, & mediũ earũ ad mare nouissimũ hoc est, ab Hierusalem usque ad fine terræ: æstate & hyeme erunt. i. omni tempore erunt. Et erit dominus rex super omnem terram, hoc est,omni terræ Christus dominabitur non Donatus. Hæc est possessio, hæc hæreditas Christi, quæ a sanctis colitur, & perenni fonte rigatur, de qua ei dictum est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & pos-

Psal.2. possessionem tuam terminos terræ. Qui in ipsa est,hæres ascriptus est: qui in ipsa non est, iam damnatus & morti destinatus est, scriptura dicente, Qui egressus fuerit fores
6 domus tuæ, ipse sibi reus erit. Donatista dixit, Hinc sibi Deus vnicum baptisma esse proclamat: hinc Apostolus vnus cunctis
Cant.4. dixisse confirmat, Deo per Salomonẽ probante, Hortus conclusus, soror mea, sponsa mea, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorũ. Cath. respondit, Recordare, lege omnia, aduerte diligenter, & vide q̃ ex hoc paradiso, ex hoc horto concluso, ex hoc fonte signato, ẽt foris salutis vnda decurrat, quæ vadit contra Assy-
Zach.2. rios, contra vos videlicet Donatistas, Ex Assyrijs. n. Samaritani illi nascunt, qui vo-
K bis sunt comparati, Ipse est, inquit scriptura, fluuius qui vadit contra Assyrios, con-
2.Cor.2. tra inimicam Dei populo gentem: non pro illis vadit, sed cõtra. Quibusdam enim est
1.Cor. odor mortis in mortem, quibusdam vero odor vitæ in vitam. Sicut. n. qui manducat
Iohan.6. & bibit sanguinem Domini indigne, iudi-
Ibid. cium sibi manducat, & bibit. Sic & qui accipit indigne baptisma, iudicium accipit non
salutem. Nam & Iudas proditor bonũ cor pus, & Simon magus bonũ baptisma Chri
percepit, sed quia bono bene non vsi sunt,
1.Tim. mali male vtendo delecti sunt. Bonum est baptisma, bonũ est Christi sanguis & corpus, bona est & lex, sed si quis ea legitime vtatur. Neq; n. & quia foris est, diuina nõ est, aut quia ab alienis habetur, aliena puta bitur, aut quia a malis iniuste tractatur, a nobis iuste dãnabitur. Aqua paradisi, aqua Trinitatis est, hanc vbi agnoscimus, paradisi non negamus, hanc vbi non perspicimus, paradisi omnino non dicimus, quæcũque foris nata est, paradisi nullo modo dicenda est. Vt puta Manichæus, quia nunq̃ fuit in paradiso, nec sicut vos de Ecclesia
Zach.9. foras egressus est, aqua paradisi potandus est, quia foris exortus est. Hic opus habet, vt viuat, ne in æternum moriatur, sed vt le-
1.Cor.3. gentne viuat, in ipsa viuat ne iudiciũ man-
7 dicet, & bibat. Donatista dixit, Econtra
Apostolus dixisse testãt, Vnus Deus, vna
4.fides, vnum baptisma. Nulla in doctrina
diuina varietas, per omnia Dominũ sequitur seruus, in nullo differt a magistro discipulus. quem sequeris? quem imitaris? quẽ huius flagitij arbitraris authorẽ? Cath. respondit, Da mihi aliquem sanctorũ post

Trinitatem rebaptizare, quod facis. Lege mihi non illas scripturas quarum authoritate non teneor, sed noui & veteris testamẽti quibus vtrique subijcimur. Si vnum est baptisma, cur duplicas vnum? Non enim aliud iteras q̃ quod inuenis verum. Qm̃ ergo, quæ destruxistis, ea iterum reædificatis, præuaricatores vos esse monstratis.

Donatista dixit, Aut si vnum putas cũ 8
reis aliqua permixtione coniunctum sacramentum baptismi, audi prophetas quibus sit recte dispensatum, dicente Salomone, Fons vitæ in manibus iusti. Cath. respõdit, Bene de vobis Dominus dixit, qui errorem vestrum ante præuidit, Vos estis q̃ Luc.16.
iustificatis vos corã hominibus, Dñs aũt nouit corda vestra, quia q̃d astũ est hominib. abhominabile est apud Deu. Si iustus es,& fons vitæ in manu tua est, non hõ, sed Deus es, Ad te confugiatur, tibi credatur, M
in te spes omnis vitæ ponatur, ipsum baptisma in nomine tuo detur, & de Domino taceatur. Vis scire vbi hunc fontem vitæ Psal.35.
req̃ras? in Psalmo habes, Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Non legisti, Filius malus superbos oculos habet: filius malus ipse se iustum dicit, exitus aũt suos non abluet? Nisi te vt hominẽ reum esse cognoueris, nisi te peccatorẽ veraci corde clamaueris, iustificari omnino non poteris, dicente Propheta, Dic prior Esa. 43.
iniquitates tuas, vt iustificeris. Et Ioannes 1. Ioã. 1.
Apostolus, Si dixerimus, quia peccatũ non 9
habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Donatista dixit, Et Dauid
dicit, Oleum autem peccatoris non impin- Ps. 140.
guet caput meum. Cath. respondit, Dic ergo mihi aliquem tuorum quem probes Eccles.7
non esse peccatorem, vt oleum vestrũ non possit esse peccatoris, cum scriptũ sit, Nullus est hominum, qui non peccet. Interpretes malo desuper. Lege, vt sensum possis accipere, sic ait, Corripiet me iustus in misericordia,& increpabit me, oleum aũt peccatoris non vngat caput meum: hoc est, Melior est misericors increpatio q̃ lenis adulatio: sicut & illud, Meliora sunt vulnera amici, q̃ voluntaria oscula inimici. Oleum pec A
catoris blãdimentum est adulatoris, de quo Pro.27.
alibi dicit, Molliti sunt sermones eius sup Psal.54.
oleum, & ipsi sunt iacula. Oleum iusti spũs Acto.10
est Dei, dicente Petro, Iesum a Nazareth, quem vnxit Deus spiritu sancto. Desine itaq; spiritum sanctũ oleum dicere peccato-

ris,ne Deum incipias asserere peccatorem.

Donatista dixit, Aperta confessio perfidorum isto loco monstratur, quæ inimica præsumptione a facinoroso sacerdote consuncta polluitur, cuius sacrificium velut
Esai.66. oleum voce diuina respuitur. Facinorosus, inquit, qui sacrificat mihi velut qui canem occidat: & qui offert similaginē, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thus in memoria, quasi blasphemus. Cath. respondit, Certum est, ꝙ sacerdotis & plebis exeretur Deus, ac despiciet holocausta, si bona non affuerit conscientia, Aut si de sacerdotibus solum dictum cupis intelligi, qūo apud vos facinorosorum non polluit confectio sacerdotum? Dicis, quandiu male latet inquinare non possunt. Propter quod scriptum est, Quæ occulta sunt, mihi, quæ manifestata sunt, vobis? Si ergo quandiu mali latent inquinare non possunt, cur longe positas nationes, quibus nomen Donati & Cæciliani habetur incognitum, rebaptizare non times? Quis vestrum aliquorū mala in eorum pertulit aliquando notitiā? Et si pertulisset, & non probasset, in nullo
B prorsus obesset, iuxta illud, Quæ occulta sunt, mihi: quæ manifestata sunt, vobis?

11 Donatista dixit. Adhuc eius aquas turbidas Prophetа spiritu manifestat, Impo-
Abac. 3. suisti, inquit, in mari equos tuos turbantes
Oseæ. 6. aquas multas, Me contempsit Galaad ciuitas, quæ operatur stulta, turbas aquas, &
Psal. 36. fortitudo tua, sicut hominis piratæ. Cath. respondit, Agnosce in te tua tela conuerti, sicut scriptum est, Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur, Fortitudo tua Donatista, sicut hominis piratæ, qui viribus rebaptizas, viribus in aqua pugnas, viribus in aqua necas, Ista gerens, pirata captus occideris, nisi conuersus pœnitueris, & regi Christo in catholica militaueris. Donatista dixit, Si ergo
12 vnic⁹ fonte Eccl'sia gloriatur, vtique traditorum spelūca est, quæ in aquarum multitudine extollitur, & baptismi sui ebrietate confusa, cum regibus fornicatur, dicente
Apoc. 17 C Ioanne, Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ sedentis sup aquas multas, & inebriati sunt omnes inhabitātes terram a vino fornicationis eius. Rogo quæ sūt aquæ multæ, nisi plura baptismata? quæ mulier fornicaria, nisi traditorum spelūca, quæ regum voluptatibus seruit obnoxia, a quibus persecutionibus poculum bibens, ebria cæcitate populis miscet, & in amentia quos rigauerit ducit? Cuius accessum sapientissimus Salomō interdixit, Ab aqua, Proinquit, aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, vt longo viuas tpe, & adijcient tibi anni vitæ tuæ, Fons aquæ priuatus sit tibi, Ne quisquam extraneus communicet tibi. Solus ergo priuatum non hēt fontem, qui vi meretricis aquarum possidet multitudinem, Ioannes quoq; Apostolus aquarum multitudinē improbat, dicēs, Et dixit mihi Angelus, Aquas quas vidisti, super
quas sedet fornicaria illa, populi, turbæ, &
nationes sunt. Carth. respōdit, Et video vbicunque aqua nominata est male, bene baptisma credidisti. Sed in bono tibi, in malo mihi illam tribuere voluisti, vt de vobis impleretur quod Paulus Apostolus dixit, Nescientes neq; quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Quemadmodum enim Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati. Angelus dicit, Aquas quas vidisti, populi, turbæ, & nationes sūt, Et tu Angelo exponenti dicis, Rogo quæ sunt aquæ multę, nisi plura baptismata, & mulier fornicaria, nisi traditorum spelunca? Si & traditorum vocabula cupis addiscere, habes vestros. Syluanum Circēsem, Felici curatori sacra tradētem. Habes Marianum ab aquis Tibilitanis, Romano curatori tres codices offerentem: Habes Victorem Ruficeazienſem quatuor Euangelia veluti deletitia comburentem, qui Cæcilianum absentem damnare ausi sunt innocentem. Hæc est spelunca latronum, hæc prostitutarum, hæc mulier fornicaria, quæ relicto Christo, Donato prostituit lupanaria, cuius domus iuxta Salomonem declinauit ad mortis, cuius viæ sunt inferorū, quæ se mundam vocat, cū sit sordibus plena: quæ se innocentem clamat, cum sit sceleribus irretita: quæ pudenda committit, & facta sua in alteram dicit, ne prior audiat, quæ cōmisit, de factis. n. vestris catholicos infamatis, vt populos a Domino separetis. Proinde ꝙ quasi tuos, vt ab aqua nostra se abstineant, hortaris & dicis, Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, fons aquæ tuæ priuatus sit tibi, ne quisquam extraneus communicet tibi: quis nō videat Prophetam coniugibus pudicitiam commendasse, & te a veritate procul errasse? Aut si fonti tuo communicare nullus debeat extraneus, cur extraneos quæris, cur catholicos

rebaptizas? Donatista dixit, Claret ergo apud traditores esse multitudinem aquarum, vbi diuersa schismatū semina, vbi hæreticorū multimodas pestes, vbi Manichæorum detestanda sordium fœculenta, vel in abruptum cœnosi gurgitis laeum in æterna morte abrepta, charybdis vidit, & exterminij oleum flāmis edacibus animauit. Cath. respondit, O probare, ò errare, ò delirare. Claret ergo apud traditores esse multitudinē aquarum. vbi diuersa schismatum semina, vbi hæreticorū multimodas pestes, vbi Manichæorum detestāda sordium fœculenta, qūo probas nobiscū esse schismaticorum multimodas pestes? Si nobiscum essent, non hæretici, sed catholici essent. Donatista dixit, Audi dicente Salomone, Mulcæ morituræ extermināt con-
fectionem suauitatis, Olei est ergo genuina suauitas, q̄ si tactu improbo fuerit viola
ta sic ingrata confectione polluta. Et recte spm̄ sanctum immundis alitibus traditores
æquatis, ꝙ in aliena mēsa improbi corruāt,
& olei suauitatem immundis tactibus fœdent. Cath. rīdit, Quis tactu improbo violat, qui qđ inuenit seruat, an qui confectum impudenter exterminat? Qū oleum vīm tetigimus, qū spm̄ sanctum iniuriando fugauimus? Docete aliquem nr̄m in diuinis
tatis oleum improbe cecidisse, aut Trinitatis baptisma, sicut vos illicite violasse. Mucæ morituræ Donatistæ circumuolāt per
conius corporis mēbra, sicubi reperiant vulnerata, sana pungūt, ægra lambunt, & eorū vlceribus pctōrum vermes fundunt, quæ conscientiā mordeant, quæ animā finiant, quæ putredinē nutriant, quæ nec ipsis mortuis cadueribus parcant. Muscæ morituræ eum oleum exterminant, oleo perimūtur, neq; n. viuitis qui spiritū sanctum efflatis.
15 Donatista dixit, Hoc proprie Dauid sanctissimus, nr̄æ fidei regulam subministrās, edocet idem pctōris oleum, nec salutem afferre, nec cuius q̄ caput debere contingere. Oleum, inquit, peccatoris non vngat caput meum. Ergo diligenti examine peccatoris requirenda persona est, si non de sacerdote sacrilego, vt prophani asserunt, Dūs dixit. Cath. rīdit, Cum sis peccati cōscius, audes dicere, pctōris requirēda persona est. Audi quæ sit peccatoris ista persona. Apostolus dixit, Omnes. n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Et Salomon, Nullus est hominem qui non pecce. Et Iob, In Angelis suis reperit prauitatem: quanto magis in filijs hominum, qui terrenum habent domicilium? Hæc est persona peccatoris, id est, omnis homo peccator, Si sacerdos es, homo es: & si homo es, peccator es. Quem teipsum facis? Dixisti te solum esse sanctum, solum iustum, solum sine peccato, solum sine macula Dixisti tuum esse baptisma, tuū oleum sanctum, tuam mensam dominicam, tua illa omnia, quæ fidelibus diuinitus tribuuntur. Quid restat, nisi vt scelerate & impie Deū te esse pronuncies? Sed audi quid caput superbiæ audire meruit, Qūo cecidisti de cœ Esai. 14
lo Lucifer, qui mane oriebaris, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, Super cœlum ascendam, & super astra Dei exaltabo sedem meam, sedebo in mōte testamēti in lateribus Aquilonis, & ero similis altissimo? Veruntamen in Infernum descēdes, & in profundum laci. Nisi ergo pœnitueris, nisi cōuersus fueris, nisi deposita superbia pctōrum veniam postulaueris, audies ꝙ & ille, quia cum sis homo, facis teipsum Deū. Donatista dixit, Similiter Do H
16 minus per Aggæum Prophetā, immundos tactus, inquinamenta conferre, nec pollutū quenquā posse sancire, si illicita p̄sumptione cōtinetur attingere qđ sanctum videat contineri, salubri expositione monstrauit, dum pro nobis Prophetā cautū exhibuit. Aggæi. 2
Interroga, inquit Dūs, sacerdotes, dicens, Si alligauerit homo carnem sanctā in summo vestimento, & tetigerit summitas vestimenti aliquam creaturam panis, aut vini, aut olei, si sanctificatur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt, Non. Et dixit Dominus, Si tetigerit inquinatus in animā horum aliquid, si inquinabitur? Et dixerunt sacerdotes, inquinabitur. Et dixit Dominus, Sic & populus hic, & sic gens ista, Omnis qui illuc accesserit, inquinabitur.

Cath. respondit, Hoc aduersum te vsus es testimonio, qui donum Dei in tuo ponis arbitrio. Si enim tactus sancti, immundi inquinamenta non tollit, vanum est quod geritur, quod conficitis, quod lauatis. Si tetigerit, inquit, quod sanctum est, creaturam panis, aut vini, vel olei, sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt, Non. Vbi est, quòd vos extollitis, I
quòd sanctitatem vestram munditiā conferre iactatis? Aut si illud mouet quod ait, Sic populus hic, & sic gens ista, Omnis qui illuc accesserit inquinabitur: doce-

te Aggæum qui ista dicebat, de medio ejusdē plebis exijsse, ne inter eos ēt & ipse pollutus uiueret, Tactus ille opera significat. Si sanctus, inquit tetigerit immundū, non sanctificabit. Si immundus tetigerit sanctū, inquinabitur: id est facilius sanctus q̄ iunctus fuerit genti huic pessimæ pessimatur, q̄ gens ista in melius cōmutetur, quia proeliuius ad imitationē malorum curritur q̄ ad virtutes bonorum animus excitatur, sicut melli plurimo parum absinthij iniectū, velocem amaritudinem trahit, mellis vero etiam si duplum inijciatur, non poterit eius obtineri dulcedo. Exeundum ergo nobis est è medio malorum mente, nō carne:
Ephe 5. operibus, non corporibus. Nolite, inquit, Apostolus communicare operibus infructuosis, tenebrarū operibus ait, non altaribus, Scriptū est enim in Esaia, Qui dicunt,
Esai. 65. recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es, isti fumus erunt in ira mea, ignis ardens tota die. Site hominum dicta non terrent, saltem dei minantis ira conuer
K tat. Dona. dixit, Nunquam latro in lucē
17 protulit prædam, semper operarij noctis, gratam bonis omnibus lucem sæpius horruerunt, solus traditor nec dei minis frangi tur, & in aliena veste improbus gloriatur. Contra quem per Sophoniam dns proclamat, nec auditur: Ergo inquit, in die sacrificij
Soph. 1. dñi, & vindicabo in principibus, & in oēs vestitos veste aliena. Cath. respon. Tua non timeo crimina, quia mea munita est conscientia. Quem dicis tradidisse, nomen locumq; traditoris ostende: nunquam id valebis ostendere, sicut nec antea voluisti, sed & si aliquem protuleris, mihi obesse
Ezec. 18 non poterit, dicente domino, Anima patris mea est, anima filij mea est, anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ego tñ non in aliena veste congaudeo, qui in catholica fide semper exulto. Illa est quam habeo, qua me in die redemptionis misericors & benignus
Luc. 15 pater in decore vestiuit. Afferte, inquit, stolam illā primam & induite illum, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est, illam nimirum de qua
Galat. 3 Paulus Apostolus dixit, Quotquot in Xpo baptizati estis, Christum induistis. Hanc habeo, in hac gaudeo, in hac semper gloriosior apparebo: Hæc est quam vos aut vel latrones abstuliistis, aut miseri sordidatis.
L 28 Dona. dixit, Inquantum enim improbitas deuios errores alienis bonis cupit astruere, & falsa catholica mendacij nebula conatur obtegere, per colles tortuosos intedit. Cui prr Hieremiam dns contradictor Hier obuiauit, Nolite, inquit, fidere in vobis in verbis falsis, quia per omnia non prodesunt vobis, dicentes, templum dñi, templū dñi est. Et dns in Deuteronomio, Attende tibi ne offeras in holocaustomata in omni loco quemcunq; videtis, sed in loco quem elegerit dns deus tuus in tribu tua, in hac offeres holocaustomata, & ibi facies omnia quæcunq; præcipio tibi hodie. Cath. respon. Optime, & saluti tuæ multum conueniens testimonium posuisti, Attende tibi ne offeras holocaustomata in omni loco quēcunque videris, sed in loco quem elegerit dns deus tuus in tribu tua, in hac offeras holocaustomata & ibi facies omnia quæcunque præcipiet tibi. Audi ergo qui sit locus electus, & quę tribus dñi prædicata, in Psal
mo. 131. habes, Quoniam elegit dns Sion, elegit eam in habitationē sibi, Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniā præelegi eam. Item in Psalmo. 121. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, Illuc enim ascenderunt tribus, tribus dñi, testimonium Israel. Hic est locus electus, hic mons sanctificatus, hæc ciuitas iuper montem posita, ita vt abiecndi non possit, hæc radix catholica, hæc uitis fructifera longe lateque diffusa, quæ in Ecclesiastico clamat & dicit, In Sion fundata sum, & in Hierusalem potestas mea. Et enim oportuit Christū pati & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionem peccatorum per oēs gēes, incipientibus ab Hierusalem. Recte me argueres si in hac hæreditate manerem. At cū in hac dei patris hæreditate non maneās, in hac Christi regis tribu non milites, cur desertor corripis militem, cur reus increpas innocentē? Et ego tibi dico, Attende tibi ne offeras in omni loco, hoc est, in omni hæresi, & dicas, & hic deus, & ibi deus est, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus in tribu tua, hoc est, in tribu eius, ibi offeres holocaustomata tua, & ibi facies omnia quæcunque præcepta sunt tibi: hoc fac & vince.

Dona. dixit. Baptisma vtique dici non potest quod aquarum turba disperserit, quod Ecclesiæ fonte malitia separauerit, quod debilis vnda siccauit, quod nec angelum vidit, nec Prophetam, qui se mederi posset inuenit,

uenit, sicut in libro Regnorum quarto le-
4. Re. 1. tales aquas Helisæus sanctissimus discussa morte sanauit, & maritante sermone in fœtus vberes meare permisit. Et dixerunt viri ciuitatis ad Helisæum, Ecce commemoratio ciuitatis bona, sicut & tu domine vides, sed aquæ multæ & steriles sunt hic, & dixit Helisæus, Accipite mihi vnum vas fictile, & immittite in illud sal. Et acceperunt illud, & venit ad exitus aquarum, & proiecit sal & dixit, Hæc dicit dominus, sanaui aquas istas, & non erit mors in eis neq; sterilitas. Et sanatæ sunt aquæ vsque in hunc diem. Cath. respon. Gratias deo patri, q̄ quod futurum ostendit, in nobis fidelis impleuit. Gratias, inquam, deo patri, qui nobis non angelos solum, non Prophetas, sicut prius in Hiericho nostram. i. in hunc mundum, sed proprium filium destinauit, dñm videlicet angelorum & principem Prophetarum, Qui aquarum sterilitatem, hoc est, gentium infœcunditatem discussa morte sanaret. Accepit vas fictile: hoc est, corpus fragilitatis humanæ: sal misit, id est, sapientia
Matt. 3. diuina repleuit. In aquam proiecit, hoc est, in Iordanem descendit: aquas suo descensu sanauit, id est, gentes suo aduentu redemit, & maritante sermone, Ecclesiam ex gentibus congregauit, & in fœtus vberes longe lateq; diffudit. Hoc in nobis impletum qui non uidet, cæcus: qui non credit, insanus ē. Attende vberes fœtus, dic vbi hæc non sit Ecclesia, dic ubi tua, præterquam in angulo Aphricæ inueniatur male collecta, tanquā fermentum inutile, ex hac vbi præcisa est, de radice præcisa statim exaruit. Dominus dixit, Accepit vna ciuitas saluatoris aquæ substantiam, accepit & olei dona vna cum liberis vidua, nec beneficium diuinum passim Propheta commisit, nisi ei quam vnum vas olei habere cognouit, regnorum verita
Matt. 12. te probante, Et mulier una ex mulieribus Prophetarum clamabat post Hælisæum dicens, Seruus tuus, vir meus mortuus est, Et tu scis quomodo seruus tuus erat timens dominum: Et ecce quibus debeo, venerunt accipere duos filios meos in seruos. Et dixit Helisæus, Quid faciam? Indica mihi, quid est tibi in domo tua? At illa dixit, Non est mihi ancillæ tuæ aliquid in domo nisi vas vnum olei. Et dixit Helisæus, Vade, pete, tibi vasa de foris ab omnibus commodantibus tecum vasa copiosa, & introibis, & claudes ostium ad te & ad filios tuos, & impletis vasa oleo, & reddes debitum. Helisæus n. per veri baptismi liniamenta opera tus est, Nam quia tuum non cōprobo, ideo tuos fideles exufflo. Cath. respon. Omnes enim hoc faciunt, quod & tu, omnes fideles exufflant, dum vnicum baptismi sibi vendicant sacramentum. Talem cum inueneris, non capies, non tenebis, non isto vinculo colligabis, sed agnito signo piratico, vt tecum artem peragat, securum abire permittis. Fulgen. dixit, Absit vt abire permittam, qm̄ deus dixit: Compelle omnes Luc. 14.
introire vt impleatur domus mea. Qui omnes dixit, nullum excepit. Aug. respon. Quid ergo facies? Fulgen. dixit, Docebo illum Ecclesiam meam esse certissimam.

Aug. respon. In quo? Nunquid Christū qui à parte omnes gentes accepit, ad Aphricanam particulam tantum remantisse monstrabis? Fulgē. dixit, Dicam quòd in paucis constet. Aug. respon. Quid si & eius paucos habebit? Omnes enim in compara D
tione catholicæ paucos habent. Fulgen. dixit, Ostendam quoniam hęc est vera quę persecutionem patitur, non quæ fecit.

Aug. respon. Quid si & eius persecutionem omnino non fecit? Fulgen. dixit, Insinuabo secundum Apostolum, quòd ecclesia mea rugas & maculas sola non ha- Ephe. 5.
beat. Aug. respon. Continuo probabitur habere: Scriptum est enim. Nemo mundus Iob. 14.
à sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius super terram. Sed quid pluribus? quolibet ingenio capies & tenebis, quomodo suscipis qui fideles tuos forte retinxit, qui spiritum sanctum in corde credentis extinxit? Fulgen. dixit, Distingo illum, exufflo, & in remissione peccatorum vera aqua baptizo.

Aug. respon. Quomodo eius peccata dimittis, cum scriptum sit, blasphemiam spiritus sancti in seculum dimitti non posse? Sed hunc omittamus, alterum videamus. Dic Matt. 12.
& Maximinianistæ æmulo tuo, quod & mihi dixisti, quomodo alter habere potest, si mihi soli concessum est? Aut si iuri tuo asseris traditum, quare comprobas alienum? Respondebit & iste Maximinianista, Quo alter habere non potest, cum & mihi sicut tibi tu probaueris esse concessum? Christianos enim meos & clericos extra Ecclesiam E
tuam baptizatos vel ordinatos absque ulla demutatione baptismi vel honoris in integro recepisti, quod vbi Marcellini ge-

stis obiectum est, refellere nullatenus valuisti. Item Augus. respon. Si iustus es, cur sententia tua diuersa est? Cur Maximinianistas suscipis, & meos fideles exufflas?

Fulgent. dixit, Quia ille meus erat.

Augus. respon. Et tu meus eras, cur in schismatico tuo pius, in catholico impius, & implacabilis perseueras? Fulgent. dixit, Plus peccasti, & ideo in te aliter vindicat.

Augus. respon. Quid ergo? baptisma pro vindicta ponis, & quod ad salutem promittitur, a te pro pœna tribuitur? Si in baptismo non delicta donas, sed peccata castigas si in aqua non liberas, sed flagellas, piratam te esse aperte demonstras: & tamē quid plus peccaui, quid feci? Fulgen. dixit, Codices tradidisti, & idolis immolasti.

Augus. respon. Doce, non feci, facta tua mihi supponis. Fulgent. dixit, Pater tuus fecit. Augus. respon. Ego patrem nescio
Matt.23. nisi Deum. Scriptum est. n. Nolite vobis
E patrem vocare super terram, vnus est enim Pater vester cœlestis. Fulgent. dixit. Patrem tuum dico Cæcilianum, ipse tradidit, ipse thurificauit, ipse omnia mala commisit. Augus. respon. Lege. quis illum accusauit? quis conuicit? quis coram positum condemnauit? Esto, fecit quod non fecit, nunquid filius pro patre damnabitur,
Ezec.18. cum scriptum sit, Anima patris mea est, & anima filij mea est, Anima quæ peccauerit, sola morietur? Fulgent. dixit, Tu filius eius non quidem tradidisti, sed nobis persecutionem fecisti. Augus. respon. Equidem non feci, credo tamen q̃ mei facere potuerint. Quære causam quare, quid si merebamini? Non enim malos persequi peccatum est, nam & sanctos & sanctū sanctorum Dñm malos legimus persecutos Dæmones, nunq; persecutionem Domini non ferentes, clamabāt. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? venisti perdere nos. Et Paulus Elimam magum vltus est cæcitate, &
Acto.13. blasphemum hominem tradidit Satanæ.
& 5.& 2 Et Petrus Ananiam, & Saphirā eius vxo-
1.Co.5. rem mendaces occidit, Et Simonem magū
Acto 8. tam diu persecutus est, donec morte perimeret. Sed & Dauid in persona Christi cla
Psal.17. mat, & dicit, Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant, Affligam illos, nec poterunt
G stare: Non igitur omnis, qui persecutionē passus est, iustus continuo putandus est: sed qui propter iustitiam passus est, ille profecto beatus est, dicente Petro, Quæ enim 1.Pet.
gloria est si peccantes colaphizati sufferetis, sed si bene facientes patimini, & patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum,

Fulgen. dixit, Sancti quos memoras edicta iudicum secularium non meruerunt quæ vestri fecerunt. Augus. respon. Licet, an non licet? Si licet de licito murmurare nō decet: Si non licet, tuum crimen emendā dum licet: Maximinianistas enim schismaticos tuos, sicut gesta declarant, & auctoritatibus iudicum secularium, & administris ordinum virorum, & executione militum diuersorum institutis defensoribus Ecclesiæ persecutus es, vt eos a suis basilicis depulisses. Qui me increpas, cur non teipsum primum emendas? Fulgen. dixit, Ideo schismaticis nostris basilicas tulimus, vt veræ Ecclesiæ redderemus. Augus. respon. Hoc & nostri fecerunt vobis, suis schismaticis tulerūt, & matri catholicæ reddiderunt, quod vestri fecerūt pro pace Donati, hoc nostri fecerunt pro pace corporis Christi. Fulgen. dixit, Vos estis schismatici, qui & thurificatis & codices tradidistis.

Augus. respon. Efficiamur infirmi, vt infirmos lucrifaciamus. Video quod fieri non potest, pars Donati, totum Christi corpus deuicit. Angulus Aphricanus, orbem terrarum exclusit. Gens vna, vniuersas gentes adduxit: sarmentum de vite præcidit, & ramusculos arborum amputauit: saltem priorum tuorum circa nos constitutas seruare leges, non rebaptizares, sed per pœnitentiam errantium vt æstimas, animas liberares: reliqui decisa patrum tuorum, & vide quid de traditoribus thurificatis, & schismaticis quum aduersus Cæcilianum Carthaginem conspirati venissent, fieri oporteret decreuerint, Marcianus vester inter cæteros talem sententiam protulit dicens, quam vtique septuaginta, qui aderant non improbabant. Eam probans in Euangelio suo, inquit, Dominus ait, Ego sum Ioan.
vitis vera, & Pater meus agricola: omnem palmitem in me non afferentem fructum, excidet, & proijciet, & omnem manentem in me, & fructum ferentem purgat illum. Sic ergo palmites infructuosi amputati proijciuntur, ita thurificati traditores abhorrentes Deo, manent in Ecclesia Dei non possunt, nisi cognito vlulatu suo per pœnitentiam reconci-

lientur. Vnde Cæciliano in schismate à traditoribus ordinato non communicare oportet: Hæc est patrum tuorum fixa sententia. Ecce, quod abhit, nostra dedimus, nos thurificauimus, nos schismata cōmisimus, quur transgrediminī mandatum seniorum vt vestras traditiones statuatis? Sicut palmites, inquit, infructuosi amputati proijciuntur, ita thurificati traditores & qui in schismate cū traditoribus ordinantur, manere in Ecclesia dei non possint nisi cognito vlulatu suo per pœnitentiam, reconcilientur per pœnitentiam, non per tinctionem. Si digna ris, vel tui te principes vincant, aut illorū confirma decreta & tua depone figmenta, Aut si tua non vis valere statuta, illos erraſſe pronuncia. Apud nos veritas regnat, quur traditio vestra discordat? Saluator in Euangelio sic ait, Omne regnum in seipsum diuisum non stabit, sed desolabitur.

Libri contra Fulgentium.
Donatistam finis.

AD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de peccatorum meritis & remissione, & de baptismo paruulorum ad Marcellinum, Liber I.

Cap. 1.

QVāuis in medijs & magnis curarum æstibus atque tædiorum, quæ nos detinent à peccatoribus derelinquē tibus legē dei, licet ea quoque ipsa nostrorum etiam peccatorum meritis imputemus, studio tamen tuo Marcelline charissime, quo nobis ergratior atque iocundior, diutius esse detitor nolui, atque vt verum dicam, non potui. Sic enim compulit vel ipsa charitas, qua in uno incommutabili vnum sumus in melius commutandi, vel timor, ne in te offenderem deum, qui tibi desiderium tale donauit, cui seruiendo illi seruiam, qui dedit. Sic, inquam, me compulit, sic duxit & traxit ad dissoluendas pro tantillis viribus quæstiones, quas mihi scribendo indixisti, vt ea causa in animo meo paulisper vinceret alias, donec aliquid efficerem quo me bonæ tuæ voluntati, & eorum quibus hæc curæ sunt, & si non sufficienter, tamen obedienter deseruisse constaret.

Qui dicunt Adam sic creatum, vt etiam sine peccati merito moreretur, non pœna culpæ, sed necessitate naturæ, profecto illud quod in lege dictum est, Qua die ederitis, morte moriemini: non ad mortem corporis, sed ad mortem animæ quæ in peccato fit, referre conantur. Qua morte mortuos significauit dominus infideles de quibus ait, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Quid ergo respondebunt, cum legitur hoc deum primo homini etiam post peccatū increpando & damnando dixisse, Terra es, & in terram ibis? Neque enim secundum animam, sed quod manifestum est secundum corpus erat terra erat, & morte eiusdem corporis erat iturus in terram. Quanuis enim secundum corpus terra esset, & corpus in quo creatus est animale gestaret, tamen si non peccasset in corpus fuerat spiritale mutandus, & in illam incorruptionem quæ fidelibus ac sanctis promittitur, sine mortis periculo transiturus. Cuius rei desiderium
M nos habere non solum ipsi sentimus in nobis, verumetiam admonente Apostolo cognoscimus, vbi ait, Etenim in hoc ingemi-
2.Co.5 scimus habitaculum nostrum, quod de cœlo est, superindui cupientes; si tamen induti non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Proinde si non peccasset Adam, non erat expoliandus corpore, sed superuestiendus immortalitate, & incorruptione, ut absorberetur mortale à vita, id est ab animali in spiritale transiret.

Neque enim metuendum fuit, ne dum Aliud ē
forte diutius hic viueret in corpore anima esse mor
li senectute grauaretur, & paulatim veterata- talem, a-
scendo peruenire ad mortem. Si enim hui mor
deus Israelitarum vestimentis & calciamē ti obno-
tis præstitit quòd per tot annos non sunt xium.
obtrita, quid mirum si obedienti homini Cap. 3.
eiusdem potentia præstaretur, vt animale Deu.29
ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum quo sine defectu esset annosum, tempore quo deus uellet à mortalitate ad immortalitatem, sine media morte venturus? Si enim hæc ipsa caro quam nunc habemus, non ideo non est vulnerabilis quia non est necesA se vt vulneretur, sic illa non ideo non fuit mortalis, quia non erat necesse vt more-

retur. Talem puto habitudinem adhuc in corpore animali,atq; mortali,ēt illis qui si
Gen.8. ne morte huic translati sunt fuisse cōcesā.
4.Re.2. Neq; n.Enoch & Helias per longam ætatem senectute marcuerūt,nec tū credo eos iam in illam spiritalē qualitatem corporis commutatos,qualis in resurrectione promittitur, quæ in domino prima præcesit, nisi quia isti fortasse nec his cibis egent qui sui consumptione reficiunt,sed ex quo trāslati sunt,ita uiuunt ut similem hēant satietatem illis quadraginta diebus quibus
3. Reg. Helias calice aquę & ex collyride panis sine cibo uixit,aut si his sustētaculis opus est ita fortasse in paradiso pascūtur,sicut Adā priusquā pp pcm exinde exire meruisset. Habebat.n.quantū existimo & de lignorū fustibus refectionem cōtra defectionem, & de ligno uitę stabilitatem cōtra uetustatē. Præter hoc autē qđ puniēs deus dixit,
Genes.3. Mors corporis ēt ex pec cato. Terra es,& in terrā ibis:quod nisi de morte corporis,quomō intelligi possit,ignoro.

Sunt alia testimonia q bus euidentissime apparear,non tantum spūs, sed ēt corporis mortem propter pcm meruisse ge
Cap. 4. B nus humanū. Ad Romanos Apostolus di
Rom.8. cit,Si aūt Christus in uobis est,corpus quidem mortuum est propter pcm, spūs aūt uita est propter iustitiam.Si ergo spūs eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis,qui suscitauit Chm Iesū a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitātem spm eius in uobis. Puto q nō expositorem, sed tm lectorem opus habet tam clara & aperta sententia. Corpus, inquit,mortuum est non pp fragilitatem terrenā,quia de terrę puluere factum est, sed propter peccatū:quid amplius quærimus? Et uigilantissime non ait,mortale,sed mortuum.

Mortale & mortuum ac morituru m. Cap. 5. Nanq; antequam mutaretur in illam incorruptionem quę in sanctorum resurrectione permittitur,poterat esse mortale,q̄uis non moriturum,sicut hoc nostrū pōt, ut ita dicam,esse ægrotabile, quamuis non ægrotaturum. Cuius.n.caro est, quæ non ægrotare possit, etiam si aliquo casu prius quam ęgrotet occumbat? Sic & illud corpus iam erat mortale, quam mortalitatem fuerat absumptura mutatio in æternam incorruptionē,si in homine iustitia.i. obedientia permaneret, sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum.

C Quia uero illa in resurrectione futura mutatio,non solum nullam mortem quæ facta est pp peccatum,sed nec mortalitatem habitura est,quā corpus animale habuit antę pcm,non ait, Qui suscitauit Christum Rom.8. Iesum à mortuis,uiuificabit & mortua corpora uestra:cum supra dixisset,corpus mortuū:sed uiuificabit,inquit,& mortalia corpora nestra: ut. s. iam non solum non sint mortua,sed nec mortalia, cum animale resurget in spiritale, & mortale hoc induet immortalitatem, & absorbebitur mortale à uita.

Mirum si aliquid quæritur hac manifestatione liquidius, nisi forte audiendū est, quod huic perspicuitati contradicitur, ut mortuum corpus scđm illum modum hic intelligamus quo dicto est,Mortificate mē bra uestra quæ sunt super terram. Sed hoc modo corpus propter iustitiam mortificatur, nō propter peccatum. Vt.n.operemur iustitiam mortificamus membra nostra q̄ sunt super terram. Aut si putant ideo additū propter peccatum, ut non intelligamus quia peccatum factum est,sed ut peccatum non fiat,tanquā diceret,corpus quidē mortuum est pp non faciendū peccatū. Quid sibi ergo vult quod eum adiunxisset, Spūs autē uita est:addit pp iustitiam? Sufficeret. n.si adiungeret,uita spūs, ut etiam hic subaudiret propter non faciendū peccatum,ut sic utrunq; propter unam rem intelligeremus,& mortuum esse corpus, & uitam esse spiritum propter non faciēdum peccatum. Ita quippe etiam si tantum modo uellet dicere,propter iustitiam,hoc est, propter faciendam iustitiam;ad utrunq; posset hoc referri,& mortuum esse corpus,& uitam esse spiritum propter faciēdam iustitiam. Nāc uero & mortuum dixit esse corpus propter pcm, & spm uitam esse propter iustitiam, diuersa merita diuersis tribuens rebus,mortui quidem corporis,meritum peccati, uitæ autem spiritus,meritum iustitiæ. Quocirca si ut dubitari non poterit,spiritus uita est propter iustitiam,hoc est,merito iustitiæ, profecto corpus mortuum propter peccatum, quid aliud quam merito peccati intelligere debemus aut possumus, si apertissimum scripturæ sensum non pro arbitrio peruertere ac detorquere conamur. Huc etiam uerborum consequentium lumen accedit. Cum enim præsentis temporis gratiam determinans diceret,mortuum quidem esse corpus propter peccatū, quia in eo

in eo nondum per resurrectionem renouato,peccati meritum manet, hoc est necessitas mortis: spm autem vitam esse pp iustitiā, quia licet adhuc corpore mortis huius oneremur,sed secundum interiorem hominem cœpta renouatione in fidei iustitiam respiramus, Tū ne humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret,etiam ipsum quod pp meritum peccati in præsenti seculo dixerat mortuum, in futuro propter meritum iustitiæ dicit viuificandum, nec sicut tantum ex mortuo viuum fiat, verum rumpetiam ex mortali immortale. Quan
Quo. do potius obscuret, Apostolicæ tamen sen. 7. tentiæ lumē attende.Si aūt Chs, inquit,in
Rom.8. vobis est, corpus quidem mortuū est propter pcm,spūs aūt vita est propter iustitiā. Hoc dictū est ne ideo putarēt homines vel nullum, uel paruum se hābere beneficiū de gra Chri,quia necessario morituri sunt corpore, Attendere quippe debent corpus quidem adhuc peccati meritū gerere,quod conditioni mortis obstrictū est, sed iam spiritu cœpisse viuere pp iustitiam fidei,qui & ipse in homine fuerat quadā morte infidelitatis extinctus. Non igitur, inquit, vobis parum mineris, putetis esse collatum, per id quod Chs in vobis est, q̄ in corpore pp peccatū mortuo, iam propter iustitiam vester spiritus uiuit,nec ideo de vita quoq; ipsius corporis desperetis: Si enim spūs eius qui suscitauit Christum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum à mortuis,uiuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Quid adhuc tantæ luci fumus contentionis offunditur? Clamat Apostolus, Corpus quidem mortuum est in vobis propter peccatum,sed viuificabuntur etiam mortalia corpora vestra propter iustitiam, quoniam nunc spiritus iam vita est, quod totū perficietur per gratiam Christi, hoc est inhabitantem spiritum eius in vobis, & adhuc reclamatur? Dicit etiam quemadmodum fiat,vt vitam in se mortē mortificando contemnat. Ergo fratres,inqt, debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus, Si enim secundum carnem vixeritis,morie-
Rom.8. mini,Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis. Quid est aliud,quam hoc si secundum mortem vixeritis,totum morietur:si autem secundum vitam uiuēdo mortificaueritis, totum viuet.

Item quod ait,Per hominem mors, & p hominem resurrectio mortuorum : quid aliud quam de morte corporis intelligi potest, quando vt hoc diceret de resurrectione corporis loquebatur, eamque instantiisi ma & acerrima intentione suadebat? Quid est ergo quod hic ait ad Corinthios, Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum? Sicut.n.in Adam omnes moriuntur,sic & in Christo oēs viuificabūtur:nisi quod ait ēt ad Romanos, Per vnū hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors? Hanc illi mortē nō corporis,sed animæ intelligi volunt, quasi aliud dictum sit ad Corinthios,Per hominē mors,vbi omnino animæ mortem accipere non sinuntur,quia de resurrectione corporis agebatur,quæ morti corporis est cōtraria. Ideo etiam sola mors ibi per hominem facta commemorata est,nō etiam peccatū, quia non agebatur de iustitia quę contraria tur peccato,sed de corporis resurrectiōe, q̄ contraria est corporis morti. Hoc autem Peccatū apostolicum testimonium in quo ait, Per propaga vnum hominem intrauit peccatum in mū tione nō dum,& per peccatum mors:conari eos quidem in aliam nouam detorquere opinionē imitatio ne tātū tuis literis intimasti, sed quidnam illud sit, rrāsisse quodin his uerbis opinentur tacuisti. Quā in oēs tum autem ex alijs cōperi,hoc ibi sentiunt Cap. 9. q̄ & mors ista, quæ illic cōmemorata est, Rom.5. non sit corporis,quam volunt Adam pecā- H do meruisse, sed animæ quæ in ipso peceato sit, & ipsum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine,sed imitatione transisse. Hinc n.ēt in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum, q̄ in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed si Apostolus peccatū illud cōmemorare vol sisset, quod in hunc mundum non propagatione sed imitatione 1.Ioā 5. intrauerit, eius principem non Adam, sed Sapiē.2. diabolum diceret, de quo scriptum est, Ab initio diabolus peccat. De quo etiam legitur in libro sapientiæ, Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniā ista mors sic à diabolo venit in homines, non quod ab illo fuerint propagati, sed quòd eum fuerint imitati, continuo subiunxit, Imitantur autem eum qui sunt ex parte eius. Proinde Apostolus cum illud peccatum ac mortem commemorat, quæ ab vno in omnes propagatione transisset, eum principē posuit, à quo propagatio generis

neris humani sumpsit exordium. Imitanſ
I quidem Adam quotquot per inobedientiã
transgrediuntur mandatum dei. Sed aliud
est quod exemplum est voluntate peccanti
bus, aliud quod origo est cum peccato na-
scentibus, Nam & Christum imitãtur san-
cti eius ad sequendã iustitiam. Vnde & idẽ
Apostolus dixit, Imitatores mei estote si-
1.Co.4. cut & ego Christi. Sed præter hanc imita-
tionem gratiæ eius, illuminationem iustifi-
cationemq; nostram etiam intrinsecus ope
1.Co.5. re de quo idem prædicator eius dicit, Ne-
que qui plãtat est aliquid neq; qui rigat, sed
qui incrementum dat deus. Hæc enim gra-
tia baptizatos quoque paruulos suo inserit
corpori, qui certe imitari aliquem nondum
1.Co.15. valent. Sicut ergo ille quo omnes uiuifica-
buntur, præterquam quòd se ad iustitiam
exemplum imitantibus præbuit, dat etiam
sui spiritus occultissimam fidelibus gratiã,
latenter infundit & paruulis, Sic & ille in
quo omnes moriuntur, præterquam q̃ eis
qui præceptum domini voluntate transgre
diuntur, imitationis exemplum est, occulta
etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ ta-
K bificauit in se omnes de sua stirpe venientes.
Rom.8. Hinc omnino nec aliũde Apostolus dixit,
Per vnum hominem pcm̃ intrauit in mũ-
dum, & per pcm̃ mors, & ita in omnes ho-
mines pertransiuit, in quo oẽs peccauerũt.
Hoc si ergo dicerem, resisterent isti, meq;
non recte dicere, non recte sentire clama-
rent. Nullam quippe in his verbis intellige
rent sententiam cuiuslibet hominis qui di-
ceret hæc, nisi istam quam in Apostolo in-
telligere nolunt: Sed quia eius verba sunt,
cuius authoritati doctrinæque succumbũt,
nobis obijciunt intelligendi tarditatem, cũ
ea quæ tã perspicue dicta sunt, in nescio qd
aliud detorquere conantur, Per vnum, in-
quit, hominem peccatum intrauit in mun-
dum, & per peccatum mors, hoc propaga-
tionis est, nõ imitationis, nam per diabolũ
diceret, quod autem nemo ambigit, istum
primum hominem dicit, qui est appellatus
Adam, & ita inquit, in omnes homines per
transijt.

In solo Chſo iustifica mur. Cap. 10 Rom. 5.

Deinde quod sequit, In quo omnes pec-
cauerunt: quã circunspecte, q̃ proprie, q̃ si-
ne ambiguitate dictum est, Si enim pecca-
tum intellexeris qd per vnum hominẽ
intrauit in mundum, in quo oẽs peccaue-
runt: certũ manifestumq; est, alia esse pro-
pria cuiq; peccata, in q̃bus hi tm̃ peccant,
quorum peccata sunt, aliud hoc vnum, in
quo oẽs peccauerunt, q̃ omnes ille vnus L
hõ fuerunt. Si aũt non pcm̃, sed ille vnus
homo intelligitur, in quo vno homine om
nes peccauerunt, quid ét ista manifestatio-
ne manifestius? Nempe legimus iustificari
in Christo qui credunt in eum, propter oc Gala.3
cultam communionem & inspirationem
gratiæ spiritalis, qua quisquis hæret domi-
no vnus spiritus est, quãuis eum & imiten 1.Co
tur sancti eius. Legitur mihi tale aliquid de
iis, qui sanctos eius imitati sunt, vtrum quif
quam dictus sit iustificatus in Paulo aut
in Petro, aut in quolibet horũ, quorum in
populo dei magna excellit autoritas, nisi
quòd in Abraham dicimur benedici, sicut Gala.3
ei dictum est, Benedicentur in te oẽs gen-
tes propter Christum qui semen eius est se
cundum carnem, quid manifestius dicitur,
cum hoc idem ita dicitur, Benedicentur in
semine tuo omnes gentes? Dictum autem Ge.22
quẽquam diuinis eloquijs peccasse, vel pec
care in diabolo, cum eum iniqui & impij
omnes imitentur, nescio vtrum quisquam
reperiat, quod tamẽ cum Apostolus de pri
mo homine dixerit, in quo omnes peccaue- M
runt, adhuc de peccati propagine disceptã-
tur, & nescio quæ nebula imitationis oppo
nitur. Attende etiam quæ sequuntur. Cum Rom.5
enim dixisset, In quo omnes peccauerunt:
secutus adiunxit, Vsque ad legem. n. pecca-
tum in mundo fuit: hoc est, quia nec lex
potuit auferre peccatum, quæ subintrauit
ut magis abundaret peccatum, siue natura-
lis lex in qua quisque iam ratione vtens, in
cipit peccato originali addere, & propria, si-
ue ipsa quę scripta per Moysen populo da- Gala.3
ta est. Si enim data lex esset quæ posset vi-
uificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed
conclusit scriptura omnia sub peccato, vt Rom.4
promissio ex fide Iesu Christi daretur cre-
dentibus. Peccatum autem non deputabat,
cum lex non esset. Quid est, nõ deputaba-
tur: nisi ignorabatur, & pcm̃ esse nõ puta-
batur? Neq; n. ab ipso domino deo tanquã
nõ esset habebatur, cum scriptum sit, Qui-
cunque sine lege peccauerunt, sine lege pe- Rom.2
ribunt. Sed regnauit, inquit, mors ab A- Rom.5
dam vsq; ad Moysen, id est, à primo homi
ne vsque ad ipsam etiam legem quæ diui-
nitus promulgata est, quia nec ipsa potuit
regnum mortis auferre. Regnum enim
mors vult intelligi, qñ ita dominantur in
hominibus reatus peccati, vt eos ad vitam

æternam, quæ vera vita est venire nõ sinat,
sed ad secundam ét, quæ pœnaliter æterna
est, mortem trahat. Hoc regnũ mortis sola
in quolibet homine gratia destruit saluato-
ris, q̃ operata est ét in antiquis sanctis, qui-
cunq; antequã in carne Chſs veniret ad e-
ius tũ adiuuantem gratiã, non ad legis lite-
ram quæ iubere tm̃, non adiuuare poterat,
pertinebant. Hoc nanq; occultabatur in ve
tere testamento pro temporũ dispensatio-
ne iustissima, quod nũc reuelatur in nouo.
Ergo in omnibus regnauit mors ab Adam
vsq; ad Moysen, qui Christi gratia nõ adiu
ti sunt, vt in eis regnum mortis destruere-
tur. Ergo & in eis qui non peccauerunt in
similitudine præuaricationis Adæ: id est, q̃ Rom.5
nondum sua & propria voluntate sicut ille
peccauerunt, sed ab illo peccatum originale
traxerunt, qui est forma futuri, quia in illo
constituta est forma condemnationis futu-
ris posteris qui eius propagine crearentur
vt ex vno oẽs in condemnationem nascerẽ
tur, ex qua non liberat nisi gratia saluato-
ris. Scio quidem plerosq; Latinos codices
sic habere. Regnauit mors ab Adã vsq; ad
Moysen in eos qui peccauerunt in similitu
dinem puaricationis Adæ, quod ét ipsum
B ctũ, vt in similitudinem puaricationis Adæ
peccasse accipiant, qui in illo peccauerunt,
vt ei similes crearẽtur, sicut ex homine ho-
mines, ita ex peccatore peccatores, ex mori-
turo morituri, damnatoq; damnati. Græci
autem codices, vnde in Latinam linguam
interpretatio facta est, aut omnes aut pene
omnes, id quod à me primo positũ est hũ-
tio. Si. n. ob unius delictum multi mortui
sunt, multo magis gratia dei & donum in
gratia vnius hominis Iesu Christi in mul-
tos abundauit, nõ magis multos, id est mul
to plures homines, neq;. n. plures iustifican
tur q̃ condemnantur, sed multo magis abũ
dauit: Adam q̃ppe ex vno delicto suo reos
genuit. Christus aũt ét quæ homines deli
cta propriæ voluntatis ad originale in quo
nati sunt addiderunt, gratia sua soluit atq;
donauit, quod euidentius in consequẽtibus
dicit. Verum illud diligentius intuere,
quod ait, ob vnius delictum multos mor-
tuos. Cur. n. ob vnius illius, & non potius
ob delicta sua propria, si hoc loco intelligẽ-
da est imitatio, non propagatio? Sed attende
quod sequitur, Et non sicut per vnum pec-

cantem, ita est & donum. Nam iudicium C
quidem vno in cõdemnationem, gratia au- Csp.12.
tem ex multis delictis in iustificationem. Rom.5.
Nunc dicant, vbi locum habeat in his ver-
bis illa imitatio. Ex vno, inquit, in condem
nationem: quo vno, nisi delicto? Hoc enim
explanat, cum adiungit, Gratia autem ex
multis delictis in iustificationem. Cur er-
go iudicium ex vno delicto in condemna-
tionem, gratia vero ex multis delictis in iu-
stificationem? Nonne si nullum est origina
le delictum, non solum ad iustificationem
gratia, sed etiam iudicium ad condemnatio
nem ex multis delictis homines ducit? Ne
que enim gratia multa delicta donat, & nõ
etiam iudicium multa delicta condemnat.
Aut si propterea ex vno delicto in condem
nationem ducũtur, quia omnia delicta quę
condemnantur, ex illius vnius imitatione
commissa sunt, eadem causa est, cur ex vno
delicto etiam ad iustificationem duci intel-
ligantur, quia omnia delicta quæ iustifica-
tis remittuntur, ex illius vnius imitatione
commissa sunt. Sed hoc videlicet non intel-
ligebat Apostolus, cum dicebat, Iudicium
quidem ex vno delicto in condemnationẽ,
gratia vero ex multis delictis in iustificatio
nem? Imo vero nos intelligamus Aposto- D
lum, & videamus ideo dictum iudicium ex
vno delicto in condemnationem, quia suffi
ceret ad condemnationem etiam si non es-
set in hominibus nisi originale peccatum.
Quanuis enim condemnatio grauior sit
eorum, qui originali delicto etiam propria
coniunxerunt, & tanto singulis grauior,
quanto grauius quisq; peccauit, tamen etiã
illud solum quod originaliter tractum est,
non tantum à regno dei separat, quo paru-
los sine accepta Christi gratia defunctos in
trare non posse illi ipsi etiam confitentur
verum, & à salute ac vita æterna facit alie-
nos, quæ nulla esse alia potest præter regnũ
dei, quo sola Christi societas introducit.

Ac per hoc ab Adam in quo omnes pec
cauimus non omnia nostra peccata, sed tan
tum originale traduximus: à Christo vero
in quo omnes iustificamur, non illius tan-
tum originalis, sed etiam cæterorum quæ
ipsi addidimus peccatorum remissionem
consequimur. Ideo non sicut per vnum Rom.5
peccantem, ita est & donum. Nam iudiciũ
quidem ex vno delicto si non remittitur,
id est, originali, in condemnationem iam
potest ducere: gratia vero ex multis de-

lictis

lictis remissis, hoc est, non solum illo originali, verumetiam omnibus cæteris ad iusti
E ficationem perducit. Si.n.ob vnius delictũ mors regnauit per vnũ, multo magis qui abundantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per vnũ Iesum Chm. Cur ob vnius delictũ mors regnauit p vnũ, nisi quia mortis vinculo tenebãtur in illo vno in quo oẽs peccauerunt, ẽt si propria peccata nõ adderẽt? Alioquin non solũ ob vnius delictũ mors per vnũ regnauit, sed ob delicta multa multorum per vnumquenq; peccãtem. Nam si ꝓpea cæteri ob alterius hominis delictũ mortui sunt, quia illum in delinquendo præcedentẽ, subsequentes imitati sunt, ille quoq; & multo magis ob alte
Geue.3. rius delictũ mortuus est, quẽ diabolus delinquendo ita præcesserat, vt ei delictum etiã ipse suaderet: Adam vero nihil suasit imitatoribus suis, & multi qui eius imitatores dicuntur, eum fuisse & tale aliquid commisisse vel non audierunt, vel omnino non credũt. Quanto ergo rectius, sicut iã dixi, diabolum principem constituisset Apostolus,
Roma. à quo vno peccatum & mortem per omnes transisse diceret, si hoc loco non propagationem, sed imitationem dicere voluisset? Multo n. rationabilius Adam dicitur imitator diaboli quem suaſorem habuit peccati, si
F potest quisq; imitari ẽt illum qui nihil ei tale suasit vel omnino quẽ nescit. Quid est autem ꝙ abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, nisi ꝙ non ei tantũ peccato in quo omnes peccauerunt, sed eis etiam quæ addiderunt, gratia remissionis datur, eisq; hominibus tanta iustitia donatur, vt cum Adã consenserit ad peccatum suadenti, non cedant isti etiam cogenti. Et quid est, multo magis in vita regnabunt, cũ mortis regnum multo plures in æternam pœnam trahat, nisi intelligamus eos ipsos in vtroq; dici qui transeunt ab Adam ad Chm, id est, à morte ad vitam, quia in vita æterna sine fine re
Rom.5. gnabunt, magis q̃ in eis mors temporaliter & cum fine regnauit. Itaq; sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ. Hoc vnius delictum, si imitationem attendamus, non erit nisi diaboli, sed quia manifestum est de Adam non de diaboli dici, restat intelligenda non imitatio, sed propagatio peccati.

Nam & quod ait de Christo, Per vnius iustificationem: magis hoc expressit, quam Chris
si per vnius iustitiam diceret. Eam quippe vnam
iustificationem dicit, qua Christus iustificat impium, quam non imitandam propo-
suit, sed solus hoc potest. Nam potuit Apostolus recte dicere, Imitatores mei estote si Chri
cut & ego Christi: nũquam autem diceret, Imitatores mei estote si ego sum iustificatus à Christo: qm̃ possunt esse, & sunt, & fuerunt multi iusti homines & imitandi, iustus autem & iustificans nemo nisi Christus. Vnde dicitur, Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiã. Quisquis ergo ausus fuerit dicere, iustificor te: consequens est, vt dicat etiam, credo in Iesum: potuit, nisi sanctus sanctorum. Creditis in deum & in me credite: vt quia ipse iustificat impium, credenti in eum qui iustificat impium, deputetur fides ad iustitiam.

Nam si sola imitatio facit peccatores per Adam, cur non etiam per Christum sola imitatio iustos facit? Sicut.n. inquit, per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, sic & per vnius iustificationẽ vitæ. Pro omnes homines ad iustificationẽ vitæ. Christus, sed Adam & Abel constituti debuerũt. Quoniam cum multi nos in huius vitæ fine precesserint peccatores, eosq; imitati sumus, fuerint qui posteriore tempore peccarunt, ideo tamen volunt isti non nisi Adã H dictum, in quo omnes imitatione peccauerunt, quia primus hominum ipse peccauit. Ac per hoc Abel dici debuit, in quo vno similiter omnes imitatione iustificentur, qa ipse primus hominum iuste vixit. Aut ꝓpter quendam articulum temporis ad noui testamenti exordiũ pertinentẽ, Chs est positus ꝓp imitationem caput iustorũ, Iudas eius traditor, caput poni debuit peccatorum. Porrò si ꝓpea Chs vnus est in quo oẽs iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritũ regenerans gratia, ꝓpea & Adam vnus est in quo omnes peccauerunt, quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem pœnerans pœna. Ob hoc ẽt dictũ est, oẽs, & oẽs neq; enim qui generantur per Adam ipsi omnes per Christũ regenerantur, sed hoc recte dictum est, quia licut nullius carnalis generatio nisi per Adam, sic spiritalis nullius nisi per Christum. Nam si aliqui possent carne generari nõ per Adam, & alii

qui regenerari spiritu non per Christũ, nõ liquide omnes, siue hic, siue ibi diceretur. Eosdẽ aũt oẽs postea multos dicit: Possunt quippe in aliqua re oẽs esse qui pauci sunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos & spiritalis, quanuis non tã multos hęc spiritalis q̃ illa carnalis. Veruntamen quẽ-
Rom.5. admodũ illa omnes habet homines, sic ista omnes iustos homines. Quia sicut nemo p̃ ter i lam homo, sic nemo præter istam iustus homo & in vtraque multi. Sicut.n. per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam vnius hominis iusti constituuntur multi. Lex autẽ subintrauit, vt abundaret delictũ. Hoc ad originale homines addiderunt voluntate iam propria, nõ per Adam, sed hoc quoque soluitur sanaturq́; per Christum, quia vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia, vt quemadmodum regnauit peccatum in mortem etiam ꝙ non ex Adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. Non tamen aliqua iustitia præter Christum, sicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum dixisset, quem admodum regnauit peccatum in mortem: hic non addidit per vnum, aut per Adam, quia supra dixerat etiam de peccato illo qđ & subintrante lege abundauit, & hoc vtiq; nõ ẽt originis, sed iam propriæ volũtatis. Cũ autem dixisset, sic & gratia regnet per iustiam in vitam æternam: addidit, per Iesum Christum dominum nostrum. Quia generante carne illud tantummodo trahitur, quod est originale peccatum. Regenerante autem spiritu, non solum originalis, sed ẽt voluntariorum sit remissio peccatorum.

Potest proinde recte dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros dicente Apostolo, Iudicium ex vno delicto in condemnationẽ. Et paulopost Per vnius delictum in oẽs homines ad condemnationem. Quando ergo peccauit Adam non obediens deo, tunc eius corpus quanuis esset animale atq; mortale gratiam perdidit, qua eius animæ omni ex parte obediebat. Tunc ille extitit bestialis motus pudendus hominibus, quem in sua erubuit nuditate. Tunc etiam mortiõe concepto factum est in illis, vt illa in qua creati sunt stabilitate ætatis amissa, per mutabilitatem ætatum irẽt in morrem. Quanuis ergo annos multos postea vixerint, illo tamẽ die mori cœperunt, quo mortis legem, qua in senium veterascent, accepe L runt. Non.n. stat vel temporis puncto, sed sine intermissione labitur, quicquid continua immutatione sensim currit in finem, non perficientem sed consumentem. Sic itaque impletum est, quod dixerat deus, Qua
Gene.2. die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quisquis carnaliter generatur, regenerari spiritaliter opus habet, vt non solum ad regnum dei perducatur, verumetiã à peccati damnatione liberetur. Simul itaq; peccato & morti primi hominis obnoxij nascuntur in carne & simul iustitiæ vitæque æternæ secundi hominis sociati renascuntur in baptismo. Sic & in ecclesiastico scriptum est. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Siue aũt à muliere, siue ab Adam dicatur, vtrunque ad primum hominem pertinet, qm̃ sicut nouimus, mulier ex viro est, & vtriusq; caro M
vna est. Vnde & illud quod scriptum est, Erunt duo in carne vna. Igitur iam nõ duo, inquit dominus, sed vna caro.

Quappropter qui dicunt paruulos ideo bapti Ecc.25.
zari, vt hoc eis remittatur quod in hac vita Quidã
proprium contraxerunt, non quod ex Adã infanti-
traduxerunt, non magno molimine refellẽ bus pec-
di sunt. Quando.n. secum ipsi paululum si catũ per
ne certandi studio cogitauerint q̃ sit absur sonale
dum nec dignum disputatione quod dicũt, tribue-
continuo sententiam commutabunt. Quod bant, de
si noluerint, non vsq; adeo de humanis sensi quo ali-
bus desperandum est, vt metuamus ne hoc cubi du-
cuipiam persuadeant. Ipsi quippe vt hoc di bitat Au
cerent alicuius alterius sententiæ ꝓiudicio, gustin.
nisi fallor, impulsi sunt: ac ꝓpea cũ remitti quũ hic
baptizato peccata necessario faterentur, nec velut ab
fateri vellent ex Adã ductum esse peccatũ, surdisi-
quod remitti fatebantur infantibus, ipsam mũ ex-
infantiam coacti sunt accusare, quasi accusa plodat.
tor infantiæ hoc securior fierer, quo accusatus ei respondere non posset. Sed istos, vt dixi, omittamus, neq; enim sermone vel documentis opus est, quibus innocentia probetur infantium, quãtum ad eorum pertinet, vitam, quam recenti ortu in se ipsis agunt, si eam non agnoscit sensus humanus, nullis adminiculis, cuiusquam disputationis adiutus. Cap.17.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frustra Sed illi mouẽt, & aliquid consideratio-
paruuli ne ac discussione dignũ uidẽtur afferre, qui
baptizã dicunt paruulos recenti uita ædítos uisce-
tur, siribus matrũ, non propter remittendũ pec-
peccato catum pcipe baptismum, sed ut spiritualẽ
uacant. procreationem (nõ) hũtes creent in Chro
Cap. 18. & ipsius regni cœlorum participes fiant,
Rom. 8. eo modo filii & hæredes dei, cohæredes aũt
A Christi. A quib. tũ cũ quæritur, utrum nõ
Rom. 8. baptizati & nõ effecti cohæredes Christi,
regniq; cœlorũ participes habebãt saltem
beneficium salutis æternæ in resurrectio-
ne mortuorum, laborant uehementer, nec
exitum inueniunt. Quis.n. christianorũ
ferat, cum dicitur ad æternam salutem pos-
se quenquam peruenire si non renascatur
in Christo, qđ p baptismum fieri uolue-
runt, eo, iam tpe quo tale sacramentũ constituẽ
dum fuit, regenerandis in spem salutis æter
Ad Tit. næ? Vnde dicit Apostolus, Non ex operib.
3. iustitiæ quę nos fecimus, sed secundũ suã
misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ
regenerationis. Quam tũ salutem in spe
dicit esse, cum hic uiuimus, ubi ait, Spe.n.
salui facti sumus. Spes aũte quæ uidet non
Rom. 8. est spes: Quod. n. uidet quis quid sperat?
Si aũte quod non uidemus speramus, per
patientiam expectamus, Sine ista ergo re-
generatione saluos in ęternum posse paru-
Rom. 5. non pro eis mortuus sit Christus? Etenim
B Christus pro impiis mortuus est. Itli aũte
qui, ut manifestum ẽ, nihil in sua propria
uita impie commiserunt, si nec originaliter
ullo impietatis uinculo detinentur, quomõ
pro eis mortuus est q pro impiis mortuus
est? Si nulla originalis peccati ægritudine
sauciati sunt, quomodo ad medicum Chri-
stum, hoc est ad percipiendum sacramentũ
salutis æternæ suorum currentium pio ti-
Lucæ. 5. more portantur, & non eis in ecclesia dici-
tur, Auferte hinc innocentes istos, non est
opus sanis medicus, sed male hũtibus: Non
uenit Christus uocare iustos, sed peccato-
res? Nunq̃ dictum est, nunquã dicitur, nun
quã omnino dicetur in ecclesia Christi ta-
le commentum.

Ac ne qs existimet ideo paruulos ad ba
ptismum afferri oportere, qa sicut peccato
res nõ sunt, ita nec iusti sunt, qũo ergo qui
dã meritum huius ætatis a domino lauda-
tum esse cõmemorant, qñ ait, Finite paruu
Cap. 19 los uenire ad me, talium est.n. regnũ cœlo
Mat. 19. rũ. Si.n. hoc non propter humilitatis simi-
litudinem, qđ humilitas paruulos facit,
sed pp puerorũ uitã laudabilẽ dictum est,
profecto & iusti sunt, Non.n. recte aliter
dici potuit, talium est regnum cœlorũ: cũ C
esse non possit nisi iustorũ. Sed forte hoc q
dem non congruenter dicitur qđ paruulo
rũ uitã laudauerit dominus dicens, talium
esse regnũ cœlorum, cũ uerax sit ille intel-
lectus, quod humilitatis similitudinem in
parua ætate posuerit. Veruntamen fortitan
hoc tenẽdum est, qđ dixi propterea paruu
los baptizari debere: quia sicut peccatores
non sunt, ita nec iusti sunt, sed cũ dicit, Nõ
ueni uocare iustos. quasi ei respondereturq,
quos ergo uocare ueniſtiſ continuo subiun
xit: sed peccatores in pœnitentiam. Ac per
hoc qũo si iusti sunt, ita etiam si peccatores
non sunt, non eos uenit uocare, qui dixit,
Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Et
ideo baptismo eius qui eos non uocat, non
tantum frustra, uerũetiam improbe uiden-
tur irruere, qđ absit ut sentiamus. Vocat
eos igitur medicus, qui non est opus sanis,
sed ægrotantibus, nec uenit uocare iustos
sed peccatores in pœnitẽtiam. Et ideo quia
suæ uitæ propriæ peccatis nullius adhuc te
nẽtur obnoxii, originalis in eis ęgritudo sa
natur in eius gratia qui saluos facit per la-
uacrũ regenerationis. Dicet aliquis. Qũo
ergo & ipsi uocantur in pœnitentia? Nam D
quid tantillus põt aliquid pœnitere? Huic
respondetur, Si propterea pœnitentes dicẽ
di non sunt, quia sensum pœnitendi non-
dum habent, nec fideles dicendi sunt, quia
similiter sensum credendi nondum habeat.
Si autem propterea recte fideles uocantur,
qñ fidem per uerba gestantium quodãmo
do profitentur cur non prius etiam pœni-
tentes habentur, cum per eorundem uerba
gestantium diabolo & huic seculo renun-
ciare monstrantur? Totum hoc in spe fit ui
delicet sacramenti & diuinæ gratiæ, quam domi-
nus donauit ecclesiæ.

Cæterum quis ignorat, quod baptizatus
paruulus si ad rationales annos uenien-
non crediderit, nec se ab illicitis concupis-
centiis abstinuerit, nihil ei proderit, quod
paruus accepit? Veruntamen si perceptor
baptismate de hac uita emigraueriſ, soluto
reatu cui originaliter erat obnoxius, perfi-
cietur in illo lumine ueritatis, quod incom Cap. 22
mutabiliter manens in æternum, iustifica- Ebion.
tos præsentia creatoris illuminat. Peccata
enim sola separant inter homines & deum,
quæ

quæ soluunt Christi gra, per quem media-
torem reconciliamur cũ iustificat impium.
Ioan. 3. Terrẽtur autem isti sententia dñi dicentis,
Nisi quis natus fuerit denuo, nõ uidebit re
gnum dei. Qđ cũ exponeret, ait, Nisi quis
renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intra-
bit in regnum cœlorum: & ppea conantur
paruulis non baptizatis innocentiæ merito
salutem ac uitam æternam tribuere, sed qa
baptizari non sunt, eos a regno cœlorum sa
cere alienos, noua quadam & mirabili præ-
sumptione, quasi salus ac æterna uita possit
esse præter Christi hæreditatem, præter re-
gnum cœlorum. Habẽt enim uidelicet quo
confugiant, atque ubi delitescant, quia non
ait dominus. Si quis non renatus fuerit ex
aqua & spiritu, non habebit uitam: sed ait,
non intrabit in regnum dei. Nã si illud di-
xisset, nulla hinc dubitatio posset oboriri.
Auferat ergo iã dubitatio, dum audiamus,
nõ suspitiones cõiecturasq; mortaliũ: Dum
audiamus, inquam, non quidẽ hoc de sacra
mento lauacri dicentem, sed de sacramento
sanctæ mensæ suæ, quo nemo rite nisi bapti
zatus accedit, Nisi manducauceritis carnem
Ioan. 6. meam & biberitis sanguinem meum, non
habebitis uitam in uobis. Quid ultra queri
mus? Quid ad hoc respondere potuerunt,
tisi gunatia pugnaces neruos aduersus cõ-
stantiam perspicuæ ueritatis intendat? An
uero quisquam etiam hoc dicere audebit, qp
ad paruulos hæc sentẽtia nõ pertineat, pos-
tquã sine participatione corporis huius &
sanguinis in se habere uitam, quia non ait,
qui non manducauerit, sicut de baptismo, q
non renatus fuerit, sed ait, si non manduca-
ueritis, uelut eos alloquens qui audire &
intelligere poterant, quod utique non ualẽt
paruuli: Sed qui hoc dicit, non attendit, qa
nisi omnes ista sententia teneat, ut sine cor-
pore & sanguine filij hominis uitam habe-
re non possint, frustra etiã ætas maior id cu
rat. Potest enim si non uoluntatem, sed ver
ba loquentis attendas, eis solis uideri dictũ,
quibus tunc dominus loquebatur, quia non
ait: qui non manducauerit: sed, si non man-
ducauerit. Et ubi est quod eodem loco de
hac ipsa re ait, Panis quem ego dedero, caro
mea est pro seculi uita? Secundum hoc n.
etiam ad nos pertinere illud sacramentum
intelligimus, qui tunc nondum fuimus qñ
ista dicebant, quia non possumus dicere ad
seculum nos non pertinere, pro cuius uita
Christus suam carnem dedit. Quis autem
ambigat seculi nomine homines significatos
esse, qui nascendo in hoc seculum ueniunt?
Nam sicut alibi ait, Filij seculi huius gene-
rant & generantur. Ac per hoc etiam pro
paruulorum uita caro data est, quę data est G
pro seculi uita, & si non manducauerint car
nem filij hominis, nec ipsi habebunt uitam. Ioan. 4.
Hinc est etiam illud, Pater diligit filium,
& omnia dedit in manus eius. Qui credit
in filium, habet uitam æternam: qui autem
incredulus est filio, non habebit uitam, sed
ira dei manet super eum. In quo igitur
horum genere ponemus infantes: in eorum
qui credunt in filium, an in eorum qui sunt
creduli filio? In neutro ait aliquis, quia cum
adhuc credere non possunt, nec increduli
deputandi sunt. Non hoc indicat ecclesiasti
ca regula, quæ baptizatos infantes fidelium
numero adiungit. Porrò si isti qui baptizan-
tur propter uirtutem celebrationemq; tan-
ti sacramenti, quanuis suo corde atque ore
non agant quod ad credendum confitendũ-
que pertineat, tamen in numero credentiũ
computantur, profecto illi quibus sacramẽ
tum defuerit, in eis habendi sunt qui non
credunt filio, atque ideo si huius inanes gra
tiæ de corpore exierint, sequetur eos quod
dictum est, non habebunt uitam, sed ira dei
manet super eos. Et unde hoc, quando eos
clarũ est peccata propria non habere, si nec
originali peccato tenentur obnoxij? Bene
autem non ait, ira dei ueniet super eum: sed,
manet super eum. H

Ab hac quippe ira, qua omnes sub pecca Inscru-
to sunt, de qua dicit Apostolus, Fuimus & tabile,
nos aliquando naturaliter filij iræ sicut & quur a-
cæteri: nulla res liberat nisi gratia dei, per lij disce-
Iesum Chm dñm nostrũ. Hæc gratia cur dant fru
ad illum ueniat, ad illum non ueniat, occul- strati ba
ta esse causa põt, iniusta non põt. Nunquid ptismo, a
enim iniquitas apud deum? absit. Sed prius lij non.
sanctarum scripturarum authoritatibus col Cap. 21.
la subdenda sunt, ut ad intellectum per fidẽ Ephe. 2.
quisq; perueniat. Neq; n. frustra dictũ est, Rom. 9.
Iudicia tua sicut abyssus multa. Cuius abyſ Psa. 35.
si altitudinem ueluti expauescens, exclamat Rom. 11.
Apostolus, O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ
& scientię dei: permiserat quippe sententiã
miræ profunditatis, dicens, Conclusit enim
deus omnes in incredulitate, ut omniũ mi-
sereatur. Cuius profunditatis ueluti hor-
rore percussus, O altitudo, inquit, diuitia
rũ sapientiæ & scientiæ dei, quã inscruta-
bilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ
eius.

eius. Quis.n.cognouit sensum domini, aut quis consiliarius illius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorū amen: Valde ergo paruum sensum habemus ad discutiendam
I iustitiam iudiciorum dei, ad discutiendam gr̃am gratuitā nullis meritis præcedentibus, non inquam, quæ non tam mouet cū præstatur indignis, quam cum æque indignis aliis deneg atur Nam & hi quibus uidetur iniustum, ut paruuli sine gratia Chr̃i de corpore exeuntes, non solum regno dei, quo & ipsi fatentur, nisi per baptismū renatos intrare non posse, uerum ēt uita æterna & salute priuentur, quærentes qūo iustū sit ut alius ab originali impietate soluatur, alius non soluatur, cū eadē sit utriusq; conditio, ipsi rūdeant secundum suā sniam qūo idēitidem iustum sit, ut huic præstetur baptismus quo intret in reggum dei, illi nō præstetur, cum sit utriusq; par causa. Si. n. mouet, cur ex his duob. cū ex æquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc uinculo soluitur, cui conceditur baptismus, alius non soluitur, cui talis gratia nō conceditur, cur non pariter mouet, quod ex duobus originaliter innocentibus, alius accipit, baptismum, quo in regnum dei possit intrare, alius non accipit, ne ad regnum dei possit accedere? Nempe in
K utraq; causa ad illā exclamationem redi-
Rom.11. tur, O altitudo diuitiarum. Ex ipsis de inde baptizatis paruulis dicatur mihi, cur alius rapit, ne malitia mutet intellectū eius & alius uiuit impius futurus? Nonne si ambo raperentur, ambo in regnum cœlorum
Sapiē 4. ingrederentur? Et tū nō est iniquitas apud deum. Quid est illud; quem non moueat, quem non in tanta altitudine exclama-
Hiere.1. compellat, qđ alii paruuli spiritu immūdo uexātur, alij nihil tale patiunt, alii ēt in u-
Rom.11. teris matrū, sicut Hieremias sanctificātur, Refellit cum oēs si est originale peccatum, pariter eos qui rei sint, si non est, pariter innocentes sint. iuxta Pla Vnde ista tāta diuersitas, nisi qa inscrutabi tonē pu- lia sūt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius? tant alias An forte illud iam explosum repudia- ob deli- tumq; sentiendum est, quod animæ prius cta alibi in cælesti habitatione peccantes, gradatim comissa, atque paulatim ad suorum meritorum in corpo corpora ueniant, ac pro ante gesta uita mara detru gis minusve corporeis pestibus affligent. di. Cui opinioni quāuis sancta scriptura aper

tissime contradicat, quæ cum gratiam commendaret, Nondum, inquit, natis, nec quialiquid egerant boni aut mali vt secundum electionem propositū dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quod Ca. 9
maior seruiet minori: nec ipsi tamē qui hoc Le
sentiunt: euadūt huius qōnis angustias, sed Rom.
in eis coarctati & hærentes similiter, O alti Ro.
tudo exclamare cogūtur. Vñ.n. fit vt hō ab
ineunti pueritia modestior, ingeniosior, tem
perātior, ex magna parte libidinum victor,
qui oderit auaritiam, luxuriā detestetur, ar-
que ad virtutes cætera prouectior aptiorq;
consurgat, & tū eo loco sit vbi ei prædicari
gratia Christiana nō possit ē Quomodo.n. Ro.
inuocabunt in quem non crediderunt? aut
quomodo credunt ei quem non audierunt?
Quomodo autem audient sine prædicante?
Alius autem tardus ingenio, libidini dedi-
tus, flagitijs & facinoribus coopertus ita gu
bernetur ut audiat, credat, baptizetur, rapia
tur, aut si detentus hic fuerit laudabiliter ui
uet? Vbi duo isti tam diuersa merita contra
xerunt, non dico vt iste credat, ille non cre
dat, quod est propriæ uoluntatis, sed vt ille
audiat quod credat, ille non audiat: Hoc.n.
non est in hominis ptāte: Vbi, inquam, hæc
tam diuersa merita contraxerunt, si in cæ-
lo egerunt aliquā vitam, vt pro suis actibus
propellerentur, vt laberentur in terras, con
gruisq; suæ anteactæ vitæ corporeis recep-
taculis tenerentur: ille vtique melius ante
hoc mortale corpus vixisse credendus est, M
qui eo non multum meruit prægrauari, vt
& bonum haberet ingenium, concipiscen-
tijs eius nutritoribus urgeretur, quas posset
facile superare, & tamen eam sibi gratiam
prædicari nō meruit, qua sola posset à secun
dæ mortis pernicie liberari. Ille autem pro
meritis deterioribus sicut putant grauiori
corpori implicitus & ob hoc cordis obtusio,
cum carnis illecebris ardentissima cupidi-
ne vinceretur, & per nequissimam vitā pec-
catis pristinis quibus ad hoc venire meruit
rat adderet peiora terrena, aut in cruce ti
audiuit, Hodie mecum eris in paradiso: aut
alicui cohæsit Apostolo, cuius prædicatio-
ne mutatus & per lauacrum regenerationis
saluus effectus est, vt vbi abundauit pecca-
tum, superabundaret & gratia. Quid huic
respondeant, omnino non video, qui volen
tes, humanis cōiecturis iustitiam dei defen
dere, & ignorātes altitudinem gratiæ, fabu-
las improbabiles texuerunt. Multa enim dici

dici possunt de miris vocationibus homi-
num, siue quas legimus, siue quas experti
sumus, quibus eorum opinio subuertatur,
qui credunt ante ista corpora sua, quasdam
A proprias vitas gessisse animas hominum,
quibus ad hæc venirent pro diuersitate me
ritorum, diuersa hic experturæ, vel bona
vel mala, sed terminandi huius operis cura
non sinit in his diutius immorari. Vnum
tamen qđ inter multa mirabile cōperi non
tacebo. Quis non scām istos, qui ex meri-
tis prioris vitæ ante hoc corpus in cœlesti-
bus gestæ animas terrenis corporibus ma-
gis minusve grauari opinātur, affirmet eos
ante istam vitam sceleratius immaniusque
peccasse, qui mentis lumē sic amittere me-
ruerunt, vt sensu vicino pecoribus nascerē
tur, non dico tardissimi ingenio, nā hoc de
alijs dici solet, sed ita excordes, vt ēt curati
ad mouendum risum, exhibeant cordatis
delitias fatuitatis, quorum nomē ex Græco
Moriones. deriuatum moriones vulgus appellat. Ta-
liuen tamē quidam fuit Christianus, vt cū
esset omnium iniuriarum suarū mira fatui-
tate patientissimus iniuriam tū Christi no
minis, vel in seipso religionis reuerentia,
qua imbutus erat, sic ferre non posset, vt
blasphemantes videlicet cordatos, a quibus
hæc vt prouocaretur audiebat, insectari la-
pidibus non desisteret, nec in ea causa, vel
Dūis parceret. Tales ergo prædestinari &
B Dei gratiam, & spm̄, qui vbi vult spirat, ob
hoc omne ingenij genus in filijs misericor
dia non præterire, item q; omne ingenij ge
nus in gehennæ filijs præterire, vt qui glo-
riatur in Dño glorietur. Illi autē qui pro
vitæ meritis superioris accipere quasq; ani
mas diuersa terrena corpora affirmāt, qui-
bus aliæ magis, aliæ minus grauenē, & pro
eisdem meritis humana ingenia variari, vt
acutiora sint qdam, & alia obtusiora, proq;
ipsius vitæ superioris meritis diuinā quoq;
gr̃am liberandis hominibus dispēsari, quid
de isto poterunt rūdere? Qūo ei tribuent
teterrimam vitam superiorē, vt ex hoc fa-
tuus nasceretur, & tam bene meritā, vt ex
hoc in Christi gratia multis acutissimis p̄-
ferretur? Cedamus igitur & cōsentiamus
authoritati Sanctæ scripturæ, q̄ nescit falli,
nec fallere, & sicut nōdum natos ad discer-
nenda merita eorum aliquid boni vel mali
egisse non credimus, ita omnes sub peccato
esse, quod per vnum hominem intrauit in
mundum, & per omnes homines pertransijt, a quo non liberat nisi gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum, & nasci minime dubitemus.

C Cuius medicinalis aduentus non est o- Rom.7.
pus sanis, sed ægrotantibus: quia non venit Ex gr̃a
vocare iustos, sed pc̄tōres: in cuius regnum salus, nō
nō intrabit, nisi qui renatus fuerit ex aqua ex libe-
& spiritu, nec præter regnum eius salutem ro arbi-
ac vitam possidebit æternam, Qm̄ qui non trio.
manducauerit carnem eius, Et qui incredu Cap. 23
lus fuerit filio non habebit vitam, sed ira Matth. 9
Dei manet super eum. Ab hoc peccato, ab Ioan. 3.
hac ægritudine, ab hac ira Dei, cuius natu- Ioan. 6.
raliter filij sunt, qui ēt si per ætatem nō ha Ioan. 3.
bent propriam, trahunt tū originale pc̄tm̄, Ephes. 2.
non liberat, nisi Agnus Dei, qui tollit pec-
cata mundi, non nisi medicus, qui nō ve nit
propter sanos, sed propter ægrotos, nō nisi
Saluator, de quo dictum est generi huma- Lucæ.2.
no, Natus est vobis hodie Saluator, nō nisi
Redemptor, cuius sanguine deletur debitū
nostrum. Nam quis audeat dicere, nō esse
Christum infantum Saluatorem, nec Re-
demptorem? Vnde aūt saluos facit, si nulla
in eis est originalis ægritudo peccati? vnde
redimit, si non sunt per originē primi ho- Baptis-
minis venundati sub peccato? Nulla igitur mus om
ex nostro arbitrio præter baptismū Chri- nibus ne
sti, salus æterna promittat infantibus, quā cessarius
non promittit scriptura diuina, humanis Cap. 24
omnibus ingenijs præferenda.

Optime Punici Christiani baptismum
ipsum nihil aliud q̄ salutem & sacramentū
corporis Christi, nihil aliud q̄ vitā vocāt.
Vnde nisi ex antiqua vt existimo, & apo- D
stolica traditione, qua Ecclesiæ Chr̃i institū
tenent, præter baptismum & participatio-
nem Dñicæ mensæ, non solum non ad re-
gnum Dei, sed nec ad salutem, & vitam æ-
ternam posse quenquam hominum perue-
nire? Hoc.n. & scriptura testatur, secundū
ea quæ supra diximus. Nam quid aliud te-
nent, qui baptismum nomine salutis appel- Ad Tit.
lant, nisi quod dictum est, Saluos nos fecit 1.Pet.3.
per lauacrum regenerationis: & qđ Petrus
ait, Sic & vos simili forma baptisma saluos
facit. Quid aliud etiam, qui sacramentum
mensæ dominicæ vitam vocant, nisi quod
dictum est, Ego sum panis vitæ, qui de cę- Ioan. 6.
lo descendi, & panis quem ego dedero, ca-
ro mea est pro seculi vita: &, Si non mādu
caueritis carnem filij hominis & sanguinē
biberitis, non habebitis vitam in vobis? Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo vt tot & tanta diuina teſtimonia conci-
nunt, nec ſalus nec vita æterna ſine bap-
tiſmo & corpore & ſanguine dñi cuiquã
ſperanda eſt, fruſtra ſine his promittitur
paruulis. Porrò ſi à ſalute ac vita æterna
hominẽ niſi peccata non ſeparant, per hæc
E ſacra non niſi peccati reatus in paruulis ſol
Iob. 25. uitur, de quo reatu ſcriptum eſt, neminem
Pſal. 50. eſſe mundum, nec ſi vnius diei fuerit vita
eius. Vnde eſt & illud in pſalmis, Ego enim
in iniquitatibus conceptus ſum, & in pecca
tis mater mea, me in utero aluit. Aut. n. ex
perſona generali ipſius hominis dicitur,
aut ſi proprie de ſe Dauid hoc dicit, nõ uti
que de fornicatione, ſed de legitimo connu-
bio natus fuit. Non itaq; dubitemus ẽt pro
ioſantibus baptizatis ſanguinẽ fuſum, qui
priuſquam funderetur, ſic in ſacro datus, &
commendatus eſt, vt diceretur, Hic eſt ſan-
Mat. 26. guis meus, qui pro multis effundetur in re-
Mar. 14 miſſionẽ peccatorũ, Negant. n. illos libera-
ri, qui ſub peccato eſſe nolunt fateri. Nam
vnde liberantur, ſi nulla ſeruitute peccati
Ioã. 12. tenentur obſtricti? Ego, inquit, lux in ſecu-
lũ veni, vt omnis qui crediderit in me, non
maneat in tenebris. Hoc dicto quid oſten-
dit, niſi in tenebris eſſe oẽm qui non credit
in eum, & credendo efficere ne maneat in
tenebris? Has tenebras, quid niſi peccata
intelligimus? Sed quodlibet aliud intelligan
tur hæ tenebræ, profecto qui non credit in
Chriſtum manebit in eis, & vtique pœna-
les ſunt, non quaſi nocturnæ ad quietẽ ani-
mantium neceſſariæ.

F Proinde paruuli ſi per ſacrm qđ ad hoc
Paruuli quomõ illumi nentur. Cap. 25 Ioan. 1. diuinitus inſtitutũ eſt, in credẽtium nume
rum nõ tranſeant, profecto in his tenebris
remanebunt. Quanuis eos nonnulli mox
natos illuminari credant, ſic intelligentes
quod ſcriptũ eſt, Erat lumen verum, quod
illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc
mundũ. Quod ſi ita eſt, multum mirãdum
eſt, quõ illuminati ab vnico filio, quod erat
in principio uerbum deus apud deum, non
admittantur ad regnũ dei, nec ſine hæredes
dei, cohæredes aũt Chriſti. Hoc. n. eis non
niſi per baptiſmum præſtari, etiam qui hoc
ſentiunt, confitentur. Deinde iam illumina
ti ſi ad conſequendum regnum dei nondũ
ſunt idonei, ſaltem ipſum baptiſmum, quo
ad hoc idonei fiunt, læti ſuſcipere debue-
runt, cui tamen eos videmus cum magnis
fletibus reluctari, eamque ignorantiam
in illa ætate contemnimus, vt ſacramenta
quæ illis prodeſſe nouimus, in eis etiã relu-
ctantibus cõpellamus. Cur. n. & Apoſtolus
dicit, Nolite pueri eſſe mentibus, ſi iam il i. Cor.
lo lumine vero q̃ uerbum dei eſt, illumina
tæ ſunt eorum mentes? Itaque illud quod
in Euangelio poſitum eſt, Erat lumen ve- Ioan.
rum quod illuminat oẽm hominem veniẽ
tem in hũc mundũ: ideo dictũ eſt, quia nul
lus hominũ illuminatur niſi illo lumine ve
ritatis, quod deus eſt, ne quiſquã putaret ab
eo ſe illuminari à quo aliquid audit vt di-
ſcat, non dico ſi quenquã magnũ hominẽ,
ſed nec ſi angelum ei contingat habere do-
ctorem. Adhibetur. n. ſermo veritatis ex- 1. Cor.
trinſecus vocis miniſterio corporalis, verũ
tñ neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui ri-
gat, ſed qui incrementum dat deus. Audiꝛ
quippe homo dicentem uel hominẽ uel an-
gelum, ſed ut ſentiat & cognoſcat verum et
ſe quod dicitur, illo lumine intus mens eius
aſpergitur, quod æternũ manet, quod etiam
in tenebris lucet. Sed ſicut ſol iſte a cæcis
non videtur, quanuis eos ſuis radijs quo-
dammodo ueſtiat, ſic ab ſtultitiæ tenebris
non comprehenditur. Cur aũt cũ dixiſſet,
quod illuminat oẽm hominem: addiderit,
venientẽ in hunc mundum: vnde hæc opi-
nio nata eſt, quod in exortu corporali ab
vtero matris recentiſsimo illuminet mẽ-
tes naſcentium paruulorũ, quanuis in Græ
co ita ſit poſitum, vt poſsit etiam intelligi
lumen ipſum veniens in hunc mundum: ita
men ſi hominem venientem in hunc mundum
dum, neceſſe eſt accipi, aut ſimpliciter ci-
ctum arbitror, ſicut multa in ſcripturis re-
periuntur, quibus etiam detractis nihil ſen
tentiæ minuatur, aut ſi propter aliquam H
diſtinctionem additum eſſe credẽdum eſt,
fortaſſe hoc dictum eſt, ad diſcernẽdam ſpi-
ritalem illuminationem ab iſta corporali,
quæ ſiue per cœli luminaria, ſiue quibuſ-
cunque ignibus illuminat oculos carnis,
vt hominem interiorem dixerit venientem
in hunc mundum, quia exterior corporeus
eſt, ſicut hic mundus: Tanquam dicerꝛt
illuminat omnem hominem venientem in
corpus, ſecundum illud quod ſcriptum eſt,
Sortitus ſum animam bonam & ueni in cor
pus incoinquinatam. Aut ergo ſic dictum
eſt, ſi diſtinctionis alicuius gratia dictum
eſt. Illuminat omnem hominem venientẽ
in hunc mundum, tanquam dictum ſit,
Illuminat oẽm hominẽ interiorẽ, quia ho-
mo interior cum veraciter ſit ſapiens, non

niſi ab iſto illuminatur qui eſt lumen uerũ.
Aut ſi rationem ipſam qua humana anima
rationalis appellatur, q̃ ratio adhuc uelut
quieta & quaſi ſopita, tamen inſita & quo-
dammodo inſeminata in paruulis latet, illu
minationẽ uoluit appellare tanq̃ interioris
oculi creationẽ, non reſiſtendum eſt, tunc
tam fieri cũ anima creatur. Et non abſurde
debet hoc intelligi, cum homo uenit in mũ
dũ, ueruntamen ẽt ipſe quãuis ia creatus
Ioculus, neceſſe eſt ut in tenebris maneat, ſi
Ioan. 12. non credat in eũ, qui dixit, Ego lux in ſe-
culũ ueni, ut omnis q̃ credit in me nõ ma-
neat in tenebris, qđ p̃ ſacramentũ baptiſ-
matis in paruulis fieri non dubitat mater
eccleſia, quæ cor maternũ eis præſtat, ut ſa-
cris myſteriis imbuantur, quia nondũ poſ-
Ioan. 10. ſunt corde proprio credere ad iuſtitiã, nec
ore proprio confiteri ad ſalutẽ. Nec ideo
tamen eos quisq̃ fidelium fideles appella-
re cunctatur, qđ à credendo utique nomẽ
eſt, quanuis hoc non ipſi, ſed alii pro eis in
ter ſacramenta reſponderit.

Concilia Nimis longum fiet ſi ad ſingula teſti-
de pec. monia ſimiliter diſputemus. Vnde commo
orig. dius eſſe arbitror raceruatim cogere, quæ oc
Pelag. currere potuerint, uel quæ ſufficere uide-
lib. 2. buntur, quib. appareat dominum Ieſum
Chriſtũ nõ aliã ob cauſam in carne uenis-
ſe, ac forma ſeruiaccepta factum obedientẽ
Philip. 2. uſq; ad mortẽ crucis, niſi ut hac diſpẽſatio
ne miſericordiſsimæ gratiæ oẽs, quibus tã
quã mẽbris in ſuo corpore conſtitutis ca-
put eſt, ad capeſſendum regnum cœlorum
Ex uiuificaret, ſaluos faceret, liberaret, redime
ret, illuminaret, qui prius fuiſſent in pecca
torum morte lãguoribus, ſeruitute, captiui
tate, tenebris conſtituti, ſub poteſtate diabo
li principis peccatorum, ac ſic fieret media-
tor dei & hominum, per quem poſt inimi
citias impietatis noſtræ, illius gratiæ pace fi
nitas, reconciliaremur deo in æternã uitam
ab æterna morte quam talibus impende-
bat erepti. Hoc. n. cum abundantius appar
uerit, conſequens erit ut ad iſtam Chriſti
diſpenſationem quæ per eius humilitatem
facta eſt, pertinere non poſsit, quia uita, ſa-
lute, liberatione, redemptione, illuminatio
ne non indigent. Et quoniam ad hanc per-
tinet per baptiſmum quo Chriſto con-
ſepeliuntur, ut incorporentur illi mem-
bra eius, hoc eſt fideles eius, profecto nec
baptiſmus eſt neceſſarius eis, qui illo re-
miſſionis, & reconciliationis beneficio
quod ſit per mediatorem, non opus ha-
bent. Porro quia paruulos baptizandos eſ-
ſe concedunt, qui contra authoritatẽ uni-
uerſæ eccleſiæ proculdubio per dominum
& Apoſtolos traditam uenire non poſſunt,
concedant oportet eos egere illis beneficiis
mediatoris, ut oblati p̃ ſacramentum chari
tatis q̃ fidelium, ac ſic incorporati Chriſti
corpori, qđ eſt eccleſia, reconcilientur deo,
ut in illo viui vt ſalui, vt liberati, vt redem
pti, vt illuminati fiant. Vnde, niſi a morte, L
uitiis, reatu, ſubiectiõe, tenebris peccatorũ,
quæ q̃m nulla in ea ætate per ſuam uitam
propriã cõmiſerunt, reſtat originale pctũ.

Congerit teſtimonia ſcriptura rum. Cap. 27.

Hæc ratiocinatio tunc erit fortior, cũ ea
quæ promiſi teſtimonia multa congeſſero.
Iã ſupra poſuimus, Nõ ueni uocare iuſtos,
ſed peccatores. Itẽ cũ ad Zachæum eſſet in
greſſus, Hodie, inquit, ſalus domui huic fa-
cta eſt, q̃m & iſte filius eſt Abrahæ: Venit. Lucæ. 5.
n. filius hominis quærere & ſaluare quod Luc. 19.
perierat. Hoc & de oue p̃dita & relictis no Luc. 15.
nagintanouẽ quæſita & inuenta, hoc & de
drachma q̃ perierat ex decẽ. Vnde oporte- Luc. 24.
bat ut dicit prædicari in nomine eius pœni
tentiã & remiſsionem peccatorũ in oẽs gẽ
tes, incipientibus ab Hieruſalẽ. Marcus ẽt
in fine Euangelii ſui dũm dixiſſe teſtatur, Mar. 16.
Euntes in mundũ uniuerſum prædicate e-
uãgeliũ omni creaturæ: Qui crediderit &
baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uero non
crediderit, condẽnabitur. Quis aũt neſciat
credere eẽ infantẽ ib. baptizari, non credere
aũt, non baptizari? Ex Ioannis aũt Euange Ioan. 1.
lio quanuis iã nonnulla poſuerimus, atten Ioan. 10.
dẽ ẽt iſta, Ioannes Baptiſta, inquit, de illo,
Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mun
di. Et ipſe de ſeipſo, Qui de ouibus meis
ſunt, uocẽ meam audiunt, & ego noui illas M
& ſequuntur me: & ego uitã æternam do il
lis, & nõ peribunt in æternũ. Q̃m ergo de
ouibus eius eſſe non incipiunt paruuli niſi
p̃ baptiſmũ, profecto ſi hoc non accipiunt,
peribunt, Vitam enim æternam, quam ſuis
dabit ouibus, non habebunt. Item alio lo- Ioan. 14
co, Ego ſum uita ueritas & vita: Nemo ue-
nit ad patrem niſi per me. Hanc do-
ctrinam ſuſcipientes Apoſtoli, uide quanta 1. Petr. 1.
teſtatione declarent. Petrus in prima
epiſtola, Benedictus, inquit, deus & pater
domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum mul
titudinem miſericordiæ ſuæ, qui rege-
nerauit nos in ſpem uitæ æternæ per reſur-
rectionem Ieſu Chriſti in hæreditatem

Universidad de Deusto. Biblioteca

immortalem & incontaminatam, florentē, seruatam in cœlis, vobis qui in virtute dei conseruamini per fidem, in salutem paratā palam fieri in tempore nouissimo. Et paulopost, Inueniamini, inq̄t, in laudem & honorem dei Iesu Christi, quem ignorabatis, in quē modo non videntes creditis, quē cū videritis, gaudebitis gaudio inenarrabili &
A honorato gaudio, percipientes testīm fidei
1.Petr.2 salutem animarū vestrarum. Item alio loco, Vos aūt, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptione vt uirtutes enuncietis eius, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum.
1.Petr.3 Et iterum, Christus, inquit, pro peccatis nostris passus est iustus pro iniustis, vt nos adducat ad deum. Itē cum commemorasset in arca Noe, octo homines saluos factos, sic & vos, inquit, simili forma baptisma saluos facit. Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli & in perditione ac tenebris remanebunt, nisi per adoptionem populo dei fuerint sociati tenentes Chīm passum, iustum pro iniustis, vt eos adducat ad deum. Ex Epistola etiam Ioannis hæc mihi occurrerunt quæ huic qōni necessaria visa sunt.
1.Ioan.1. Quòd si in lumine, inq̄t, ambulauerimus, sicut & ipse est in lumine, societatem habemus inuicem, & sanguis Iesu filij eius purgabit nos ab omni delicto. Item alio loco, Si testimonium, inquit, hominū accipimus, testimonium dei maius est, quia hoc est testimoniū dei qđ maius est, quia testificatus
1.Ioan.5 est de filio suo, Qui crediderit in filiū dei, hēt testimoniū dei in semetipso: Qui non crediderit deo, mendacē facit deū, quia non credidit in testimoniū quod testificatus est
B de filio suo. Et hoc est testimoniū, quia vitā æternā dedit nobis deus, & hæc vita in filio eius est. Qui hēt filiū, habet vitam: qui nō
1.Ioan.3 habet filium, non habet vitam. Non solum igitur nec regnum cœlorum, sed nec vitā paruuli habebunt, si filium non habebunt, quem nisi per baptismum eius habere non possunt. Item alio loco, In hoc, inquit, manifestus est filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Nō ergo pertinebunt paruuli ad grām manifestationis filij dei, si non in eis soluat opera diaboli. Iam nunc attende ad hanc rem Pauli Apostoli testimonia tanto vtiq;
Rom.10 plura, quanto plures Epistolas scripsit, & quanto diligentius curauit commendare gratiam dei aduersus eos qui de operibus gloriabantur, atq; ignorantes dei iustitiam, & suam iustitiā volentes constituere, iustitiæ dei non erant subiecti. In Epistola ad Romanos. Iustitia, inq̄t, dei in oēs qui credunt: Non.n. est distinctio: omnes.n. peccauerunt & egent gloria dei. Iustificati gratis per grām ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propiciatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ eius pp remissionem præcedentiū peccatorum in dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tpe, vt sit iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Item alio loco, Ei qui operatur, inquit, merces non imputatur secundū grām, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credit autem in eum, qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiā, sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati quorum rremisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dūs peccatum. Item paulopost, Non est aūt scriptum, inquit, ppter illum tm̄, quia deputatum est illi ad iustitiam, sed, & propter nos quibus deputabit credentibus in eum, qui excitauit Iesum Christum dūm nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et paulopost, Si enim Christus, inquit, cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus, pro impijs mortuus est. Et alibi, Scimus, inquit, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato: Quod enim operor, ignoro, non.n. quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, cōsentio legi qm̄ bona est. Nūc aūt iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatū. Scio.n. quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum, nā bonū velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non.n. quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Si aūt quod nolo, ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legē mihi violenti facere bonum, qm̄ mihi malum adiacet, condelector.n. legi dei secundum interiorē hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Iesum Christum dūm nostrum.

Dicunt qui possunt, homines non nasci in corpore mortis huius, vt possint etiam dicere, non eis necessariam gratiā Dei per Iesum Christum, qua liberentur de corpore mortis huius. Item paulopost, Quod.n. impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne. Dicant qui audent oportuisse nasci Christū in similitudine carnis peccati, nisi nos nati essemus in carne peccati. Item ad Corinthios, Tradidi.n. vobis in primis, inquit, quod & accepi, qa Chīs mortuus est pro peccatis nostris secūdum scripturas. Item ad eosdem Corinthios in secunda, Charitas.n. Christi compellit nos iudicātes hoc, quoniā si vnus pro omnibus mortuus est, ergo oēs mortui sunt: Et pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: Et pro omnibus vnus mortuus est, vt & qui viuunt, iam nō sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos a modo neminem nouimus secūdum carnem, & si noueramus secūdum carnem Chīm, sed nunc iam non nouimus. Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera trā sierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia aūt ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministeriū reconciliationis: quemadmodū? quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis. Pro Chīo ergo legatione fungimur, tanq̄ Deo exhortāte per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari Deo: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis pēm fecit, vt nos simus iustitia Dei in illo, Cooperantes aūt rogamus, ne inuacuum gratiā Dei suscipiatis. Dicit.n. tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Ad hanc reconciliationem & salutē, si non pertinēt paruuli, quis eos quærit ad baptismū Christi? Si aūt pertinent, inter homines mortui sunt pro quibus ille mortuus est, nec ab eo reconciliari & saluari pūt, nisi remissa non
Gala.1. deputet delicta eorū. Itē ad Galatas, Gra vobis & pax a Deo Patre, & Domino Iesu Chīo, q̄ dedit semetipsum pro peccatis nris, vt eximeret nos de pūti seculo maligno. Et alio loco, Lex transgressionis grā posita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositā p Angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnius nō est, Deus vero vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si.n. data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub pēcō, vt promissio ex fide Iesu Chīi daret credētibus, Ad Ephesios etiā, Et vos cū essetis mortui
Ephe.2. delictis & peccatis vīis in quibus aliquādo ambulastis secūm seculū mūdi huius, secūm principem ptātis aeris, spūs eius, qui nunc
G operatur in filijs diffidentiæ, in quibus & nos oēs aliq̄n cōuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes volūtatē carnis, & affectionū, & eramus naturaliter filij iræ, sicut & cæteri. Deus autē qui diues est in misericordia pp multam dilectionem qua dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius grā salui facti sumus. Et paulopost, Grā, inquit, salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est. Non ex operibus ne forte quis extollatur: Ipsius.n. sumus figmentū, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ pparauit Deus, vt in illis ambulemus. Et paulopost, Qui eratis, inquit, in illo tpe sine Christo, alienati a societate Israel, & peregrini testamentorū & promissionis, spem nō habētes, & sine Deo in hoc mundo, nunc aūt in Chīo Iesu, qui aliq̄n eratis longè, facti aūt estis prope in sanguine Christi. Ipse est.n. pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & mediū parietem maceriæ soluens inimicitias, in carne sua legē mandatorum decretis euacuās, vt duos cōderet in ipse vnū hominem nouum faciens pacem, & commutaret vtroq; in vno corpe Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem
H vobis, qui eratis longè, & pacem his q̄ prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spū ad Patrem. Item alibi, Sicut
Ephe.4. veritas est in Iesu deponere vos secundum priorem conuersationē veterem hominē, eum qui corrūpitur, secūm concupiscētias deceptionis. Renouamini autē spū mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundū Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Et alibi. Nolite cōtristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redēptionis. Ad Colossenses etiam ita loquitur, Gratias agētes Patri idoneos
Coloss. facienti nos in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum filij

charitatis suæ,in quo habemus redemptionẽ in remissione peccatorum. Et alio loco,
Et estis,inquit in illo repleti , qui est caput
Colo. 2. omnis principatus & ptátis . In quo etiam circunciſi estis circunciſione non manufacta, in expoliatione corporis carnis , ſed in circunciſione Chriſti , conſepulti ei in baptiſmo , in quo & conſurrexiſtis per fidem opationis dei qui ſuſcitauit illũ à mortuis.
Et vos cum eſſetis mortui delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo donans nobis omnia delicta, & delẽs qđ
I aduerſus nos erat chirographũ decreti, qđ erat contrarium nobis , tollens illud de medio ,& affligens illud cruci,exuens ſe carnẽ principatus & poteſtates exemplauit fiducialiter triumphans eos in ſemetipſo. Et ad
1. Tim. 1. Timotheum,Humanus,inquit,ſermo & omni acceptione dignus , quia Chriſtus Ieſus venit in mundum peccatores ſaluos facere,quorum primus ego ſum.Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum,vt in me oſtẽderet primo Chriſtus Ieſus oẽm longanimitatem ad informationem eorum,qui ere
1. Tim. 2 dituri ſunt illi in vitam æternam. Itẽ dicit, Vnus enim deus vnus & mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus,qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. In ſecunda ẽt ad eundem , Noli ergo,inquit,
2. Tim. 1 erubeſcere teſtimonium dñi noſtri neq; me vinctũ eius, ſed collabora Euangelio ſecđm virtutem dei ſaluos nos facientis,& uocantis vocatione ſua ſancta,non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam , quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante ſecula æterna, manifeſtata autem nunc per aduentum dñi noſtri Ieſu Chri-
K ſti,euacuantis quidem mortem, illuminan
Ad Ti. 2 tis aũt vitam & incorruptionem per Euangelium. Ad Titum etiam,Expectantes, inquit, illam beatam ſpem & manifeſtationẽ gloriæ magni dei , & ſaluatoris noſtri dñi noſtri Ieſu Chriſti , qui dedit ſemetipſum pro nobis,vt nos redimeret ab omni iniquitate , & mundaret ſibi nos populum abun-
Ad Ti. 3 dantem,æmulatorẽ bonorũ operũ. Et alio loco. Cum aũt benignitas & humanitas illuxit ſaluatoris dei noſtri,non ex operibus iuſtitiæ, quæ nos fecimus , ſed ſecundũ ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpirituſſan. ẽti , quem ditiſsime effudit ſuper nos per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum , vt iuſtificati ipſius gratia hæredes efficiamur ſecđm ſpẽ vitæ æternæ. Ad Hebræos quoq; Epiſtola, quanquã nonnullis incerta ſit,ſũ qm̃ legi quoſdam huic noſtræ de baptiſmo paruulorũ ſententiæ contraria ſentientes, ẽt ipſam quibuſdam opinionibus ſuis teſtẽ adhibere voluiſſe , magisq; me mouet auctoritas Eccleſiarum Orientalium , quæ hanc etiam in canonicis habẽt, quanta pro nobis teſtimonia contineat aduertendum eſt. In ipſo eius exordio legitur, Multis patribus & multis modis olim deus locutus ẽ Hebr. 1. patribus in Prophetis,poſtremo in his diebus locutus eſt nobis in filio ſuo, quẽ conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula . Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius,gerens quoq; omnia verbo virtutis ſuæ purgatione peccatorum à ſe facta,ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.Et poſt pauca Si enim qui p angelos dictus eſt,ſermo factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam accepit mercedis retributionem, qũo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? Et alio loco, Propterea ergo quia pueri cõmunicauerunt ſanguini & carni , & ipſe Hebr. 2. propemodum eorum participauit , vt per mortem euacuaret eum, qui poteſtatem habebat mortis,id eſt,diabolũ, & liberaret eos qui timore mortis, per totam vitã rei erant ſeruitutis. Et paulopoſt,Vnde debuit,inq; ſecundum omnia fratribus ſimilis eſſe, vt miſericors eſſet,& fidelis princeps ſacerdotum eorum quæ ſunt ad deum propitiandum pro delictis populi . Et alibi, Tenemus, inquit, confeſsionem , non habemus Hebr. 4. enim ſacerdotem , qui non poſsit compati infirmitatibus noſtris: Etenim expertus eſt omnia ſecundum ſimilitudinem ſine peccato. Et alio loco , In tranſgreſsibile, inquit, Hebr. 7. habet ſacerdotium , vnde & ſaluos perfice perficere eos qui adeuntur , per ipſum ad deum, ſemper viuens ad interpellandũ pro ipſis. Talem enim decebat habere nos principem ſacerdotum iuſtum ſine malitia, incontaminatum, ſeparatum à peccatoribus, altiorem cœlis factum, non habẽtem quotidianam neceſsitatem ſicut principes ſacerdotum primum pro ſuis peccatis ſacrificare, deinde pro populi,Hoc.n. ſecit ſemel offerens ſe. Et alio loco , Non.n. in manu fabricata ſancta introiuit Chriſtus, quæ Hebr. 9. ſunt ſimilia verorum , ſed in ipſum cœlum apparere ante faciem dei pro nobis non vt ſæpius offerat ſemetipſum,ſicut princeps ſacerdotum intrat in ſancta , in anno ſemel cum ſanguine alieno. Cæterum oportebat cũ ſæpius pati à mundi cõſtitutione, nunc ẽt ſemel in extremitate ſeculorũ ad remiſſionẽ peccatorũ per ſacrificiũ ſuũ manifeſtatus eſt Et ſicut conſtitutũ eſt hominibus ſemel tm̃ mori,& poſt hoc iudicium , ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt vt multorũ peccata portaret, ſecundo ſine peccatis apparebit eis,qui eum ſuſtinent ad ſalutem. Apo-
Apoc. 5. calypſis etiam Ioannis has laudes Chriſto
A per canticum nouum teſtatur offerri . Dignus es accipere librum & aperire ſignacula eius,qm̃ occiſus es & redemiſti nos deo
Apoc. 5. in ſanguine tuo, de omni gente & lingua & populo & natione. Itẽ in Actibus Apoſtolorũ inceptorẽ vitæ Petrus Apoſtolus dixit eſſe dñm Ieſum, increpans Iudæos q̃ occidiſſent eũ,ita loquẽs, Vos aũt ſanctum & iuſtum oneraſtis & negaſtis, & poſtulaſtis
Act. 3. hominẽ homicidã viuere : & donari vobis, Nam incœptorem vitæ occidiſtis . Et alio loco,Hic eſt lapis reprobatus à vobis ædificantibus , qui factus eſt in caput anguli .
Act. 10. Non eſt enim aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus in quo oportet nos ſaluos fieri .
Et alibi , Deus patrum ſuſcitauit Ieſum , quẽ vos interfeciſtis ſuſpendentes in ligno. Hunc deus principẽ & ſaluatorẽ exaltauit
Ibidem. gloria ſua,dare pœnitentiã Iſrael & remiſſionẽ peccatorũ in illo. Itẽ alio loco, Huic
Act. 13. Prophetæ teſtimonium perhibent , remiſſionem peccatorum accipere per manũ illius oẽm credentem in eum.Item in eodẽ libro Apoſtolus Paulus, Notum ergo vobis ſit,inquit,viri fratres,quoniam per hũc vobis remiſsio peccatorum annunciatur ab omnibus,quibus non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari , in hoc omnis credens iuſtificatur . Hoc tanto aggere teſtimoniorum , cuius aduerſus veritatem dei elatio non pmat ur? Et multa quidem alia reperiri poſſunt,ſed & finiendi huius operis cura non negligenter habenda eſt. De libris quoque veteris teſtamenti multas conteſtationes diuinorum eloquiorum adhibere in hanc ſententiam ſuperuacaneum putaui , quandoquidem illic quod occultatur ſub velamen
Luc. 24. noui teſtamenti prędicatione reuelatur . Et ipſe dñs librorum veterum vtilitatem breuiter demonſtrauit & definiuit,dicens, Oportuiſſe impleri quæ de illo ſcripta eſſent in lege & Prophetis & Pſalmis,& hęc

ipſa eſſe,q̃ oportebat Chriſtum pati,& refurgere à mortuis tertia die,& prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſsionẽ peccatorum per oẽs gentes , incipientibus ab Hieroſolymis. Et Petrus dicit,quod paulo
Act. 10. ante cõmemoraui, Huic omnes Prophetas teſtimonium perhibere, remiſsionẽ peccatorum accipere per manũ eius oẽm credentem in eum. Veruntamen cõmodius eſt ẽt ex ipſo vetere teſtamento teſtimonia pauca depromere,quæ vel ad ſupplementum, vel potius ad cumulum valere debebunt . Ipſe C
Pſal. 15. dñs per Prophetam in Pſalmo loquens ait, Sanctis qui ſunt in terra eius,mirificauit omnes voluntates meas in illis. Non merita eorum:ſed,voluntates meas. Nam illorũ quid,niſi quod ſequitur? Multiplicatæ ſunt
Rom. 5. infirmitates eorũ ſupra id q̃ infirmi erant.
Rom. 5. Ad hoc & lex ſubintrauit , vt abundaret delictum.Sed quod adiungit,Poſtea accelerauerunt,multiplicatis infirmitatibus, hoc eſt , abundante delicto , alacrius medicum quæſierunt,vt vbi abundauit peccutum,ſuperabundaret gratia. Denique non congre
Pſal. 15. gabo, inquit , conuenticula eorum de ſanguinibus , quoniam multis ſacrificiorum ſanguinibus , cum primum in tabernaculum uel in templum congregarentur , conuincebantur potius peccatores,quàm mundabantur. Non ergo iam,inquit,de ſanguinibus congregabo conuenticula eorum . Vnus enim ſanguis pro multis datus eſt , quo veraciter mundarentur . Denique ſequitur,Nec memor ero nominum illorum per labia mea tanquam innouatorum . Nã nomina eorum erant prius filij carnis,filij ſeculi,filij iræ,filij diaboli,im mundi peccatores,impij,poſtea vero filij dei,homini nouo nomen nouum,canticum nouum cãtanti nouum,per teſtm̃ nouum . Non ſint ingrati homines gratiæ dei , puſilli cum magnis,à minore vſq; ad maiorẽ. Totius Ec-
D Pſal. 118. cleſiæ vox, Erraui ſicut ouis perdita : Om-
Eſa. 53. nium membrorum Chriſti vox eſt , Omnes vt oues errauimus , & ipſe traditus eſt pro peccatis noſtris . Qui totus prophetiæ
Act. 8. locus apud Iſaiam quoque per Philippum ſibi expoſitus,ſpadoille Candacis regiæ in eum credidit . Vide quotiens hoc ipſum cõmendet , & tanquam ſuperbis neſcio quibus , vel contentioſis identidem inculcet ,
Eſa. 15. Homo,inquit,in plaga,& qui ſciat ferre infirmitates , propter quod & auertit ſe facies eius , iniuriata eſt,nec magni æſtima-

ta est. Hic infirmitates nostras portat, & ꝓ nobis in doloribus est, & nos existimauimus illū in doloribus esse & in plaga & in pœna, ipse autē vulneratus est ꝓp peccata nostra, infirmatus est ꝓp iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ super eū, in liuore eius sanati sumus: omnes vt oues errauimus, & dñs tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse qm̄ male tractatus est non aperuit os, vt ouis ad immolandū ductus ē, E & vt agnus ante eum qui tonderet fuit sine voce, sic non aperuit os suū. In humilitate sublatū est iudicium eius, generationē eius qs enarrabit? qm̄ tollet de terra vita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Dabo ergo malos pro sepultura eius, & diuites ꝓp mortem eius, ob hoc q̄ iniquitatem non fecerit, nec dolum in ore suo dñs vult purgare illum de plaga. Si dederitis vos ob delicta vestra animam vestram, videbitis semen longæ uitæ vestræ, & uult dominus auferre à doloribus animam eius, ostendere illi lucem, & figurare p sensum, iustificare iustum bene seruientem pluribus, & peccata illorum ipse sustinebit, ꝓpterea ipse hæreditabit quam plures, & fortium partientur spolia, propter quod tradita est anima eius ad mortem, & inter iniquos æstimatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & ꝓp iniquitates eorū traditus est. Attende etiam illud eiusdē Prophetæ, quod de se cōpletum, lectoris etiam functus officio in synagoga ipse recitauit,

Isa. 61. Spiritus domini super me, propter quod unxit me, Euangelizare humilibus misit me vt refrigerētur, qui in pressura cordis sunt, prædicare captiuis indulgentiam, & cæcis

F visum. Omnes ergo agnoscamus nec vllus exceptus sit eorum, qui volumus corpori eius adhærere per eum in ouile eius intrare ad vitam & salutem, quam suis promisit

1. Pet. 2 perpetuam peruenire. Oēs, inquam, agnoscamus eum, qui peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit corpore suo sup lignū, vt à peccatis separati cū iustitia viuamus, cuius cicatricibus sanati sumus infirmi cū essemus tanquam pecort errantia.

Colligit oēs agere mortē Chri. Cap. 28

Quæ cum ita sint, neminē vnquā eorū qui ad Christum accesserūt per baptismū, sana fides & sana doctrina putauit exceptū à gratia remissionis peccatorum, nec esse posse alicui præter regnum eius, æternam salutem. Hæc enim parata est reuelari in tempore nouissimo, hoc est, in resurrectione mortuorum pertinentium non ad mortem æternā, quæ secunda mors appellatur, sed ad vitam æternā, quam promisit nō mēdax deus sanctis & fidelibus suis, cuius vitæ participes omnes non viuificabuntur nisi in Christo, sicut in Adam omnes moriuntur. Quemadmodum.n. omnes omnino ꝓ. 1. Co. tinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur, nisi in Adam in quo omnes peccauerunt, sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem voluntatis spiritus, non viuificantur nisi in Christo, in quo omnes iustificantur, Quia per vnū G omnes ad condemnationem, sic per vnum Rom. oēs ad iustificationē. Nec est vllus nulli medius locus vt possit esse nisi cum diabolo, q̄ non est cum Christo. Hinc & ipse dñs volens auferre de cordibus male credentium istam nescio quam medietatem, quā conatur quidam paruulis non baptizatis tribuere, vt quasi merito innocentiæ sint in vita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitiuā pro- tulit ad hæc ora obstruenda sententiā, vbi ait, Qui mecum non est, aduersum me est. Mat. Constitue igitur quemlibet de paruulum, Si iā cū Christo est, vt quid baptizatur? Si autē q̄d habet veritas, ideo baptizatur vt sit cū Christo, profecto non baptizatus nō est cū Christo. Et quia non est cum Christo, aduersus Chm̄ est: neq;.n. eius tā manifestā debemus aut possumus infirmare, vel immutare sententiam. Vnde igitur aduersus Chm̄, nisi ex peccato? neq;.n. ex corpore & anima q̄ vtraq; dei creatura est. Porrō si ex peccato, quod in illa ætate nisi originale & antiquum? Vna est quippe caro peccati, in qua oēs ad damnationem nascuntur, & vna est caro in similitudine carnis peccati, per quam omnes à damnatione liberātur. H Nec ita dictum est omnes, velut quicunq; nascuntur in carne peccati, idem ipsi omnes mundari intelligantur per carnem similem carni peccati, Non enim omnium est fides, sed omnes pertinentes ad generationē connubij carnalis, non nascuntur nisi in carne peccati, & omnes pertinentes ad generationem connubij spiritalis, non mundantus nisi per carnem similem carni peccati. Hoc est illi per Adam ad condemnationē, isti per Christum ad iustificationem. Tanquam si dicamus, verbi gratia, vna est obstetrix in hac ciuitate, quæ omnes excipit, & vnus est hic literarum magister, qui omnes docet, neq; ibi intelligi pñt omnes, nisi qui nascuntur, neq; hic oēs, nisi qui discunt: nō tñ oēs qui nascunt literas discūt, sed cuius claret ingenium, quod & illic remanus nemo nascit, & hic recte dictū est, oēs docet, præter cuius magisterium nemo discit. Cōsideratis autem omnibus diuinis testimonijs quæ commemoraui, siue singillatim de vnoquoq; disputans, siue acerua- tim multa cōgestans, vel quæcūq; similia nō cōmemorauī, nihil inuenitur nisi quod uniuersa Ecclesia tenet, q̄ aduersus omnes prophanas nouitates vigilare debet, omnē hominem separari a deo, nisi qui per media torem Christū reconciliatur deo, nec sepa- Gen. 3. rari qenquā nisi peccatis intercludentibus posse. Non ergo reconciliari nisi peccatorum remissione per vnā gr̄m misericordissimi saluatoris, per vnam victimam verissimi sacerdotis: ac sic oēs filios mulieris, quæ serpēti credidit, vt libidine corrumperetur, non liberari a corpore mortis huius, nisi ꝓ filium virginis, quæ angelo credidit vt sine libidine fœtaretur.

Luc. 1. Bonum ergo coniugij nō est feruor concupiscentiæ, sed quidā licitus & honestus il

Bonum coniugij lo feruore vtendi modus, propagandæ pro- non explendæ libidini accommodatus.

Cap. 29 Volūtas ista nō voluptas illa nuptialis est.

Quod igitur in membris corporis mortis huius inobedienter mouetur, totumq́; animum in se deiectum conatur attrahere, & neque cum mens voluerit exurgit, neque cum mens voluerit cōquiescit, hoc est, malum peccati, in quo nascitur omnis homo. Cum autem ab illicitis corruptionibus refrenatur, & ad sola generis humani supplementa ordinate propaganda permittitur, hoc est, bonō cōiugij, ꝓ q̄ ordinata societate nascit hō, Sed nemo renascit in Chri- re. corpore, nisi prius nascat in peccati corpore. Sicut autem bono vti male, malum est: sic malo bene vti, bonum est. Duo igitur hæc, bonum & malum, & alia duo, vsus bonus & vsus malus sibimet adiūcta quatuor differentias faciunt. Bū vtitur bono, continentiam dedicans deo. Male vtitur bono, continentiam dedicans idolo. Male vtitur malo, concupiscentiam relaxans adulterio. Bū vtitur malo, cōcupiscentiā restringens cōnubio. Sicut ergo melius ē bū vti bono, q̄ bū vti malo, cū sit vtrunq; bonū, ita qui dat virginē suā nuptui, bū facit, & qui non dat, melius facit. De qua q̄one multo vberius & multo sufficiētius in duobus libris, vno de bono cōiugali, altero de sancta virginitate, quātū dñs dedit ꝓ mearū virium exiguitate disserui. Non itaq; per nuptiarū bonū defendāt cōcupiscētiæ malū, q̄ carnē & sanguinem ꝓuaricatoris aduersus carnē & sanguinē redēptoris extollūt: nō eriganē in superbiā erroris alieni, de quorū paruula ætate nobis dedit dñs humilitatis exēplū, solus sine peccato natus est, quē sine uirili complexu non cōcupiscētia carnis, sed obedientia mentis virgo concepit. Sola nostro vulneri medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germem piæ prolis emisit.

Luc. 1.

L

Quid sit nasci denuo. Cap. 30 Ioan. 3.

Iam nunc scrutemur diligentius quantū adiuuat dñs, etiam ipsum Euangelij capitulum vbi ait, Nisi quis renatus fuerit ex aq̄ & spiritu, non intrabit in regnum dei. Qua isti sententia nisi mouerentur, omnino paruulos nec baptizandos esse cēserent. Sed qa non ait, inquiunt, nisi q̄s renatus fuerit ex aqua & spiritu, non habebit salutē vel uitā ꝑternā: tantū modo aūt dixit, nō intrabit in regnū dei: ad hoc paruuli baptizandi sunt, vt sint ēt cū Christo in regno dei, vbi non erunt si baptizati nō fuerint, quanuis & sine baptismo si paruuli moriātur, salutē vitamq́; æternā habituri sint, qm̄ nullius peccati vinculo obstricti sunt. Hęc dicentes, primo nunquam explicant isti, quia per iustitiam nullum peccatum habēs imago dei separat a regno dei: deinde videamus vtrū dominus Iesus vnus & solus magister bonus in hac ipsa Euangelica lectione nō significauerit & oñderit, non nisi per remissionem peccatorum fieri, vt ad regnum dei perueniant baptizati, quanuis recte intelli genti sufficere debuerit, quod dictū est, Ni M si quis natus fuerit denuo, nō pōt videre regnum dei. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnū dei. Cur enim nascatur denuo, nisi renouandus? vnde renouandus, nisi à vetustate? qua vetustate, nisi in qua vetus hō noster simul crucifixus est cum illo, vt euacuetur corpus peccati? Aut vnde imago dei nō Rom. 6 intrat in regnum dei, nisi impedimēto prohibente peccati? Veruntamen vt proposuimus, totam ipsam circunstantiam Euangelicæ lectionis ad rem de qua agitur pertinē tem, intente quantum possumus diligenter q̄ videamus. Erat autē hō, inquit, ex pha- Ioan. 3.

risæis

risæis. Nicodem9 nomine, princeps Iudeorũ, hic uenit ad eũ nocte, & dixit ei, Rabbi scimus, q̃a a deo uenisti magister, Nemo. n. põt hæc signa facere q̃ tu facis, nisi fuerit deus cũ eo. R̃ndit Iesus & dixit ei, Amẽ amẽ dico tibi: Nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. Dicit ad eũ Nicodemus, Qũo, potest homo nasci cum sit senex? Nũquid potest in uterum matris suæ iterum introire & nasci? Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ dei. Q̃d natũ est ex carne, caro est, & quod natum ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & uocẽ eius audis, sed nescis unde ueniat aut quò vadat, Sic est omnis qui natus est ex spiritu. R̃ndit Nicodemus, & dixit ei. Qũo possunt hæc fieri? R̃ndit Iesus & dicit ei, Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Amen amẽ dico tibi quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & testimoniũ nostrũ non accipitis, Si terrena dixi uobis & nõ credidistis, qũo si dixero uobis cœlestia credetis? Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui in cœlo est. Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, ut omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat uitã æternam. Sic. n. dilexit deus mũdũ ut filium suum unigẽtiũ daret, ut omnis qui credit eum non pereat sed habeat uitam æternam. Non. n. misit deus filium suum in mundum ut iudicet mũdũ, sed vt saluẽ mũdus p ipsum. Qui credit in eũ, non iudicatur. Qui aũt nõ credit iã iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est aũt iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem. Erant. n. eorum mala opera. Omnis. n. qui male agit odit lucẽ, & nõ venit ad lucem, ne arguantur opera eius: qui aũt facit ueritatẽ uenit ad lucem, vt manifestentur eius opera, q̃a in deo sunt facta. Hucusq; est ad rem de qua quærimus ptinens totus sermo ille cõ textus, deinceps in aliud narrator accedit.

A

Nu. 21.

B

Deus homo, Ecclesia, vnus Christus.

Cap. 31.

Cum ergo Nicodemus quæ dicebantur non intelligeret, quæsiuit a domino quomodo possent ista fieri. Videamus quid dominus ad hoc respondeat. Profecto. n. si adstus. interrogata respondere dignabitur quomodo possunt ista fieri hoc dicturus est, quo posſit fieri regeneratio spiritalis uenientis hominis ex gñatione carnali. Notata itaq; paululũ eius impitia, qui se cæteris de magisterio præferebat, & omnium talium incredulitate reprehensa, q̃ testimonium nõ acciperent ueritatis, addidit etiã se illis terrena dixisse nec eos credidisse, quærens uel admirans qũo essent cœlestia credituri. Sequitur tamen & rñdet, q̃ alii credent, si illi non credunt, ad illud quod interrogatus erat, qũo possunt ista fieri. Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descẽdit filius hominis qui est in cœlo. Sic, inquit, fiet generatio spiritalis, ut sint cęlestes homines ex terrenis, q̃d adipisci nõ poterunt nisi membra mea efficiãtur, vt ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascendit nisi qui descendit. Nisi ergo in unitatẽ Christi omnes mutandi leuandiq; concurrãt, ut Christus qui descendit ipse ascendat, non aliud deputãs corpus suum, id est Ecclesiam suã, q̃ seipsum, quia de Christo & Ecclesia uerius intelligitur, Erũt duo in carne una, de qua re ipse dixit, Itaq; iã nõ duo, sed una caro, ascendere omnino poterunt, quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cęlo. Quãuis. n. in terra factus sit filius hominis, diui nitatẽ tamen suã, qua in cœlo manens descendit ad terrã, non indignam censuit nomine filii hominis, sicut carnem suam dignatus est noie filii dei, ne quasi duo Christi ista accipiantur, unus deus, & alter homo, sed vnus atq; idem deus & homo: deus, quia in principio erat uerbũ, & deus erat uerbũ: homo, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac per hoc distantia diuinitatis & infirmitatis filius dei manebat in cœlo, filius hominis ambulabat in terra, p unitatẽ uero personæ, qua utraq; substantia unus Christus est, & filius dei ambulabat in terra, & idem ipse filius hominis manebat in cœlo. Fit ergo credibilior fides ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina substantia longe distantior, que incomparabili diuersitate sublimior, potuit, propter nos ita suscipere humanam substantiam, ut una persona fieret, ac sic filius hominis qui erat in terra per carnis infirmitatem, idem ipse esset in cœlo per participatam carni diuinitatem, quanto credibilius alii homines sancti & fideles eius fiunt cum homine Christo unus Christus, vt omnibus per eius hanc gratiam societatemq;

temq; ascendentibus, ipse unus Christus

1. Cor. 15. in cœlũ, qui de cœlo descẽdit? Sic & Apostolus ait, Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corpora cum sint multa vnum est corpus, ita & Christus: nõ dixit, ita & Christi, id est corpus Christi, uel membra Christi, sed ita & Christus, unum Christum appellans caput & corpus.

Magna est & mira dignatio, quæ q̃m sine ri nõ potest nisi per remissionẽ peccatorũ, sequi & dicit, Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filium hois, ut omnis q̃ crediderit in eũ nõ peat, sed habeat uitã æternã. Quid tũc in determinato factum sit nouimus, serpentũ morsibus multi moriebãtur, tũc populus peccata sua confitẽs, p Moysen deprecatus est deũ, ut hoc ab eis uirus auferret. Ac sic Moyses ex præcepto dñi exaltauit in deserto æneũ serpẽtẽ, admonuitq; populũ, ut illũ exaltatũ q̃s a serpente morderetur attenderet: hoc facientes sanabantur continuo. Quid ẽ exaltatus serpẽs nisi mors Christi, eo significandi mõ quo p efficiẽtẽ id q̃d efficitur significatur? A serpente quippe mors uenit, qui pctm quo mori mereretur homini persuasit. Dñs aũt in carnẽ suã non pctm transtulit tanquã uenenum serpentis, sed tamẽ transtulit mortem ut esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, unde in carne peccati, & culpa solueretur & pœna. Si cut ergo tunc, qui cõspiciebat exaltatũ serpẽtẽ & a ueneno sanabatur & a morte liberabatur, sic nunc qui cõformatur similitudini mortis Christi p fidẽ baptismũ; eius, & a peccato p iustificationẽ, & a morte p resurrectionem liberatur. Hoc est. n. quod ait, Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternã. Quid igitur opus est ut Christi morti per baptismũ confirmetur paruulus, si morsu serpentis non est omnino uenenatus?

Cap. 33.

Deinde si quod cõsequenter dicit, Deus sic dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam, peritурus erat paruulus nec habiturus uitam æternam si per sacramentum baptismi non crederet unigenitum filium dei, dum interim sic venit vt non iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum, præsertim quia sequitur & dicit, Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti filii dei. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos, nisi inter fideles, sicut uniuersæ ubiq; Ecclesiæ clamat authoritas? ergo inter eos qui crediderunt, hoc. n. eis acquiritur per uirtutem sacri & offerentium rñsionem. Ac per hoc eis qui baptizati nõ sunt, inter eos qui non crediderunt. Porrò si illi q̃ baptizati sunt non iudicãt, isti q̃a carent baptismo iudicantur. Quod uero adiungit, hoc est autẽ iudicium, quia luxvenit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. Vnde lux venit in mundum, nisi de suo dicit aduentu, sine cuius aduentus sacramento qũo paruuli esse dicuntur in luce? Aut qũo non & hoc in dilectione tenebrarũ habent, qui quẽad modũ ipsi non credunt, sic nec baptizandos suos paruulos arbitrantur, q̃n eis mortem corporis timent? In deo aũt dicit facta opera eius, qui uenit ad lucem, quia intelligit iustificationem suam, nõ ad sua merita, sed ad dei gratiã pertinere. Deus est. n. inquit Apostolus, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona uoluntate. Hoc modo ergo fit omnium ex carnali generatione ad Christũ uiuentium regeneratio spiritalis. Ipse hoc aperuit, ipse monstrauit cũ ab eo q̃reretur, qũo possent ista fieri, nemini humanam argumentationem in hac causa liberam fecit, ut nõ alienentur paruuli à gratia remissionis peccatorum. Non aliter trãsitur ad Christum, nemo aliter põt deo reconciliari & ad deum uenire nisi p Xpm.

Phili. 2.

Duplex de paruulis error.

Cap. 34

Quid de ipsa forma sacramenti loquar? Duellem aliquis istorum qui contraria sapiunt, mihi baptizandum paruulum afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Ipse certe mihi fuerat responsurus pro eodẽ paruulo quẽ gestaret, quia ille pro se respondere nõ posset, quomodo ergo dicturus erat eum renunciare diabolo cuius in eo nihil esset? Quomodo conuerti ad deum, à quo non esset auersus, credere inter cætera in remissionem peccatorũ, quæ illi nulla tribueretur? Ego quidẽ si contra hæc eũ sentire existimarẽ, nec ad sacra cũ paruulo intrare p mitterem, ipse aũt in hoc qua fronte ad homines, qua mẽte ad deum si ferret ignoro, nec uolo aliquid grauius dicere. Falsam igitur uel fallacem paruulis tradi baptismatis formam in qua sonaret quod utique agi uideretur, & tamen nulla fieret remis-

sio

Universidad de Deusto Biblioteca

ſio peccatorũ, viderunt aliqui eorum nihil execrabilius ac deteſtabilius dici poſſe atq; ſentiri. Proinde quod attinet ad baptiſmũ paruulorũ vt eis ſit neceſſarius, redemptionem ẽt ipſis opus eſſe concedunt, ſicut cuiuſdã eorum libello breuiſsimo continẽ, qui tñ ibi remiſsionem alicuius peccati aptius exprimere noluit. Sicut aũt ipſe literis intimaſti, fatentur iam vt dicis etiam in paruulis per baptiſmum remiſsionem fieri peccatorum. Nec mirum, non.n. redemptio alio modo poſſet intelligi. Non tñ originaliter, inquiunt, ſed in vita iã propria poſteaq̃ nati ſunt, peccatum habere cœperunt. Quã obrem vides iam q̃tũ diſtet inter eos cõtra
I quos in hoc opere diu iam multumq; diſſerui, quorum etiam vnius legi librum ea continẽtem, quæ vt potui refutaui. Inter iſtos ergo vt dicere cœperam, qui omnino paruulos ab omni peccato & originali & proprio puros & liberos eſſe defendunt, & iſtos qui eos iam natos propria putant contraxiſſe peccata, à quibus eos credunt per baptiſmum oportere purgari, quãtum interſit vides. Proinde iſti poſteriores intuendo ſcripturas & authoritatem totius Eccleſiæ, & formam ipſius ſacri, bene viderunt per baptiſmum in paruulis peccatorum fieri remiſsionem, ſed vt originale eſſet quicquid illud in eis eſt, vel nolunt dicere, vel videre non poſſunt: illi aũt priores in ipſa natura humana, quæ ab omnibus vt conſideretur in promptu eſt, bene viderunt·q· facile fuit ætatem illam in ſua iam vita propria nihil peccati potuiſſe contrahere, ſed ne peccatũ originale fateantur, nullũ eſſe omnino peccatum in paruulis dicunt. In his ergo quæ ſingula vera dicunt, prius inter ſe ipſi conſentiant, & conſequenter fiet vt à nobis nulla ex parte diſſentiant. Nã ſi paruulis baptizatis remiſsionem fieri pc̃ſorũ concedant illi iſtis, paruulos aũt, vti ipſa natura in taci
K tis infantibus clamat, ſuæ vitæ propriæ nullum adhuc contraxiſſe peccatum concedãt iſti illis, concedant vtrique nobis, nullũ ni ſi originale reſtare, quod per baptiſmum ſoluatur in paruulis.

In paruulis nõ ſputari, & tempus ad hoc impẽſuri ſumus, eſſe peccatum vitæ. Cap 35.

An vero & hoc quæſituri, & de hoc diuersi, vt probemus atq; doceamus qũo per ꝓpriã voluntatẽ, ſine qua nullũ vitæ propriæ põt eſſe peccatum, nihil mali cõmiſerint infantes, qui pp hoc vocantur ab omnibus innocentes? Nonne tãta infirmitas animi & corporis, tanta rerum ignorantia, tã nulla omnino præcepti capacitas, nullus vel naturalis vel conſcriptæ legis ſenſus aut motus, in alterutram partẽ rationis vſus, hoc multo teſtatiore ſilentio, q̃ ſermo noſter proclamat atq; indicat? Valeat aliquid ad ſeipſam perſuadendam ipſa euidentia, nã nuſquã ſic non inuenio quid dicam, q̃ vbi res de qua dicitur manifeſtior eſt, q̃ omne quod dicitur. Vellem tñ quiſquis hoc ſapit diceret, quod peccatum viderit vel putarit infantis recentis ab vtero, cui redimendo fatetur iã baptiſmum neceſſariũ, quid mali in hac ꝓpria ſua vita per animum propriũ corpus ve cõmiſerit. Si forte ꝓ plorat tædioq; eſt maioribus, mirum ſi hoc iniquitati, non infœlicitati potius deputandum eſt. An ꝓ ab ipſo fletu nulla ſua ratione, nulla cuiuſquã prohibitione compeſcitur? At hoc ignorantiæ eſt, in qua profundiſsima iacet, qua etiã matrem cum poſt exiguum tempus voluerit percutit iratus, & ſæpe ipſas etiam mammas, quas dum eſurit, exugit. Hæc non modo feruntur, verumetiam diliguntur in paruulis, & hoc quo affectu niſi carnali, quo et riſus iocuſq; delectat, acutorum quoq; hominum ipſa quaſi abſurditate conditus, quaſi eo modo ſentiretur, vt dicitur, non iam illi tanq̃ faceti, ſed tanq̃ fatui riderentur? Ipſos quoq; fatuos videmus, quos vulgo moriones vocant, ad cordatorum delitias adhiberi, & in mancipiorum æſtimatione pretioſiores eſſe cordatis, tantum valet carnalis affectus etiam minime fatuorum in delectatione alieni mali. Nam cum hominis iocunda ſit aliena fatuitas, nec ipſe tamen talis eſſe voluiſſet, & ſi ſuum paruulum filiũ, à quo garriente talia pater lætus expectat & prouocat, talem præſciret futurum eſſe cum creuerit, nullo modo dubitaret miſera bilius lugendum eſſe quam mortuum. Sed dum ſpes ſubeſt incrementorum, & ingenij lumen acceſſurum creditur ætatis acceſſu, fit vt conuitia paruulorum etiam in parentes, non ſolum iniurioſa non ſint, verũ etiam grata atq; iocunda ſint. Quod quidẽ prudentium nemo probauerit, vt à dictis vel factis huiuſmodi non tantum non prohibeantur, cum prohiberi iam poſſunt, verum in hac etiam concitentur ſtudio riſi di & vanitate maiorum. Nam plerunque illa ætas iam patrem matremq; agnoſcens, neutri eorum audet maledicere, niſi ab altero eorum, aut ab vtroque vel permiſſa vel iuſſa. Verum hæc eorum ſunt paruulorum, qui iam in verba prorũpunt, & animi ſui motus qualitcũq; linguæ ſignis prõptitare iã poſſunt. Illã potius recentium natorum profundiſsimã ignorantiam videamus, ex qua ad iſtã non permanſuram balbutientem fatuitatẽ, tanquã ad ſcientiã locutionemq; tendentes, proficiẽdo venerũt.

Virgo. Illas, inquam, cõſideremus tenebras mẽtis, in his vtiq; rationalis, in quibus & deum prorſus ignorant, cuius ſacris etiam cũ baptizãtur obſiſtunt. In has quæro vnde & quando ſubmerſi ſint. Itane vero eas hic contraxerunt, & in hac vita ſua iam propria per animiã negligentiã obliti ſunt deum, prudẽtes vero & religioſi vixerunt vel in vteris matrũ? Dicant iſta qui auſi fuerint, audiãt qui voluerint, credant qui potuerint. Ego aũt puto, ꝙ oẽs quorũ mentes non obnubilat, tiæ malum, & ideo nec purgandum? Et ꝙd ſit illa vox? Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memineris? Etſi enim damnabiliora peccata ſunt, q̃ ab ſcientibus committuntur, tñ ſi ignorantiæ pctã nulla eſſent, hoc legeremus quod cõmemoraui, Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memineris. In illas igitur ignorantiæ dẽſiſsimas tenebras, vbi anima infantis recentis ab vtero vtiq; anima hominis, vtiq; anima rationalis non ſolũ indocta, verumetiã indocilis iacet, quare, aut qñ, aut vnde contruſa eſt ſi naturæ eſt hominis ſic incipere, & non iam vitioſa eſt iſta natura? Cur non talis creatus eſt Adam? Cur ille capax præcepti & valens vxori & omnibus animalibus nomi
Gen. 2. nã imponere? Nã & de illa dixit, Hæc vocabitur mulier: & quodcunq; vocauit Adã
Gen. 3. animã viuã, hoc eſt nomen eius. Iſte aũt ne ſciens vbi ſit, quid ſit, à quo creatus, à quibus genitus ſit, iã reus delicti, nec dũ capax
Rom. 5. præcepti, tam profunda ignorantiæ caligine inuolutus & ꝑſſus, vt neq; tanq̃ de ſomno excitari poſsit vt hæc ſaltem demonſtrata cognoſcat, ſed expectetur tempus quo hãc neſcio quam velut ebrietatẽ, non per vnã aliquot mẽſes atq; annos paulatim digerat, qd donec fiat tã multa, q̃ in maioribus putamus, toleramus in paruulis, vt numerari omnino nõ poſsint, hoc tã magnũ ignorantiæ atq; infirmitatis malũ, ſi in hac vita iã nati paruuli contraxerunt, vbi, qñ, qũo modo gna aliqua impetate commiſſa, repente tantis tenebris inuoluti ſunt?

Dicet aliquis, Si hæc natura pura nõ eſt, ſed vitioſa primordia, ꝙa talis nõ eſt creatus Adã, cur Chriſ lõge excellẽtior & ſine vllo peccato natus ex virgine, in hac infirmitate atq; ætate procreatus apparuit? Huic propoſitioni rñdemus. Adã proptерea non talem creatũ, quia nullius parẽtis præcedente peccato eſt creatus in carne peccati, Nos ideo tales, quia illius ꝑcedente peccato, nati ſumus in carne peccati. Chriſtus ideo talis, quia vt de peccato condemnaret peccatũ, natus eſt in ſimilitudine carnis peccati. Non.n. hic agitur de Adã quod pertinet ad corporis quantitatẽ, quia non paruulus factus eſt, ſed perfecta mole membrorum. Poteſt.n. dici etiã pecora ſic creata, nec tñ eorum peccato factum eſſe, vt ex eis pulli paruuli naſcerenrur, qd̃ quale ſit nunc nõ q̃rimus, ſed agitur de illius mẽtis quadam valentia vſuq; rationis, quo præceptum dei legemq; mandati & docilis Adã caperet, & facile poſſet cuſtodire ſi vellet. Nunc autẽ hõ ſic naſcitur vt omnino non poſsit ꝑp horrendã ignorantiã atq; infirmitatẽ, nõ carnis ſed mentis, cũ oẽs fateamur in paruulo non alterius ſed eiuſdẽ ſubſtantiæ cuius in primo homine fuit, hoc eſt, rationalẽ animã degere, quanquã ẽt ipſa tanta carnis infirmitas, neſcio quid, quantũ arbitror, pœnale demonſtrat. Mouet.n. ſi primi illi homines non peccaſſent, vtrum tales eſſent filios babituri, qui nec lingua nec manibus nec pedibus vterentur. Nã ꝑp vteri capacitatẽ fortaſſe neceſſe fuerit paruulos naſci, quanuis cum exigua ſit pars corporis coſta, non tñ propter hoc deus paruulam viro coniugem fecit, quã ædificauit in mulierem, vnde & eius filios poterat omnipotẽtia creatoris mox editos grandes protinus, facere.

Sed vt hoc omittam, poterat certe quod multis ẽt pecoribus ꝓſtitit, quorum pulli quanuis ſint paruuli neq; accedentibus corporis incrementis ẽt mente proficiant, qm rationalẽ animã non habent, tñ ẽt minutiſimi & currunt & matres agnoſcunt, nec ſugendis vberibus cura & ope admouentur aliena, ſed ea ipſi in maternis corporibus loco abdito poſita mirabili facilitate nouerunt. Contra homini nato nec ad inceſſum pedes idonei, nec manus ſaltẽ ad ſcalpendũ habiles, & niſi opere nutrientis admotis labris

Ignorãtia infantium. Cap. 38.

bris papillæ uberis ingerantur, nec vbi sint sentiunt, & iuxta se iacẽtibus mãmis magis polsint esurientes flere, quã sugere. Proinde infirmitati mentis cõgruit hæc omnino in-
Rom.8. firmitas corporis, nec fuisset caro Christi
Sapiẽ.9. in similitudine carnis peccati, nisi caro esset ista peccati, cuius pondere rationalis anima sic grauatur siue & ipsa ex parentibus tracta sit, siue ibidem creata, siue desuper inspirata, quod nunc quærere differo.

Quõ euacuet peccatũ p baptismũ non tollatur in paruulis, similiter & in adulto, cum qua pugnet eamq; adiuuante deinde cõperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc pstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotẽtissimi creatoris a peccato, excepto uno mediatore dei & hominũ homine Christo Iesu, qui dedit se metipsum redemptionem pro omnibus, quã ipse donat diligentia vel facultate, differẽdum enodandumq; susceperit, cui disputationi se identidem aliqua necessitate vel oportunitate, inseruerit qstio de baptismo vel peccato paruulorum, mirandũ nõ erit, nec defugiẽdũ vt eis locis ad omnia, q nostram flagitant, sicut valemus respondeamus.

In paruulis certe gratia dei p baptismũ eius, q venit in similitudine carnis peccati, id agitur vt euacuet caro peccati. Euacuat p baptismũ non vt in ipsa viuente carne concupiscẽtia insit, sed ne obsit mortuo, q iserat nato. Nã si post baptismũ vixerit, atq; ad ætatẽ capacẽ pcepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet eamq; adiuuante deotis, & q̃d superet, si non inuacuum gratiã eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec
Cap. 39 grandibus hoc pstatur in baptismo, nisi for
Rom.7. tuitatis te miraculo ineffabili omnipotẽtisimi creatoris a peccato, excepto illo qui dixit, Ecce venit princeps mũdi & in me nihil inueniet: aliquanto diligentius differendum est, iste sit huius voluminis modus vt illud ab alio quæramus exordio.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
de peccatorum meritis & remissione, & de baptismo parvulorum ad Marcellinũ, Liber Secundus.

DE Baptismo paruulorum Cap. 1
Marcelline charissime, q̃d non solũ eis ad regnũ dei, verumetiã ad salutem vitamq; æternã adipiscendã detur, quam sine dei regno, & sine Christi saluatoris societate, in quam nos sanguine redemit, habere nullus potest, priore libro satis, ut arbitror, disputauimus, In hoc aũt viuatne aliquis in hoc seculo, vel vixerit, victurusve sit sine vllo omnino peccato, excepto uno mediatore dei & hominũ homine Christo Iesu, qui dedit se metipsum redemptionem pro omnibus, quã ipse donat diligentia vel facultate, differẽdum enodandumq; susceperit, cui disputationi se identidem aliqua necessitate vel oportunitate, inseruerit qstio de baptismo vel peccato paruulorum, mirandũ nõ erit, nec defugiẽdũ vt eis locis ad omnia, q nostram flagitant, sicut valemus respondeamus.

Huius aũt qstionis solutio de hominis Libero vita sine vlla subreptione vel præoccupatione peccati, pp quotidianas etiã nostras ora tiones maxime necessaria est. Sunt.n. quidã tantum præsumentes de libero humanq; voluntatis arbitrio, vt ad non peccandum nec adiuuandos nos diuinitus opinentur, semel ipsi naturæ nostræ concesso liberæ voluntatis arbitrio. Vnde fit cõsequens, vt nec orare debeamus ne intremus in tentationem, hoc est, ne tentatione vincamur, vel cum fallit & præoccupat nescientes, vel cum premit atq; vrget infirmos. Quam sit autem noxium & saluti nostræ, quæ in Christo est, pernicioſum atq; contrarium, ipsiusq; religioni quã imbuti sumus, & pierati qua deum colimus, quam vehementer aduersum, vt Matt. 6. pro adipiscendo beneficio deum non rogemus, atq; in ipsa oratione dominica, ne nos inferas in tentationem, frustra postum ex. Nonstimemus, verbis explicare non possumus, pro
strum hoc vllus ignoret, q̃ si nolumus non Cap. 3
peccamus, nec præciperet deus hominẽ q̃d non
esset

esset humanę impossibile volũtati. Sed hoc non vident q̃ ad nonnulla superanda, vel quę male cupiuntur, vel q̃ male metuunt, magnis aliqũ & totis viribus opus est volũtatis, quas nos nõ pfecte in omnibus adhibituros fuidit, q̃ p Prophetã veridice dicit Psal. 32. voluit, Nõ iustificabit in cõspectu tuo omnis viuẽs. Tale itaq; nos dũs futuros puidens, quædã salubria remedia contra reatũ & vincula peccatorũ etiam post baptismũ dare ac valere dignatus est, opera.s. misericordiæ, cum ait, Dimittite & dimittetur uobis: date & dabitur vobis. Qui.n. cũ aliqua ipe adipiscendæ salutis æternæ de hac vita migraret, manet illa sententia, q̃ quicunque totã legẽ seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, nisi post pauIacob. 2. lulam loqueretur, Sic loquimini, & sic facite tanquam per legem libertatis incipiẽtes iudicari? Iudicium.n. sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Superexalt autem misericordia iudicium.

Concupiscentia igitur tãquam lex peccati manens in membris corporis mortis huius, cum paruulis nascit, in paruulis baptizatis a reatu soluitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla dãnatione persequitur. Paruulos non baptizatos secum innectit, & tanquam iræ filios etiã si paruuli moriantur ad condemnationem trahit. In grandibus autẽ baptizatis, in qui bus iam ratione vtentibus quicquid eidem concupiscentiæ mens ad peccandum cõsentit, propriæ voluntatis est, deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu, quo vinctos originaliter detinebat, ad agonem interim manet, non sibi ad illicita consentientibus nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoria, & pace perfecta nihil qd ad illicita reos tenet, & nisi per medicinã pœnitentiæ & opera misericordiæ per cœlestem sacerdotem pro nobis interpellantem saluetur, ad secundã mortem damnationẽque perducit. Propter hoc & dũs orare nos docens, inter cætera monuit vt dicamus, Dimitte nobis debita nra sicut & nos dimittimus debitoribus nris, & ne nos inferas in tẽtationẽ, sed libera nos a malo. Manet.n. malũ in carne nra, nõ natura in qua diuinitus creatus est hõ, sed vitio quo volũtate ꝓlapsus est, vbi amissis viribus, nõ sanat. De hoc malo dicit Apostolus, Scio qm̃ nõ habitat in carne mea bonũ. Cui malo nos nõ obedire pcipit cũ dicit, Nõ ergo Rom. 6. regnet pctm̃ in vestro mortali corpore ad obediẽdũ desiderijs eius. Si ergo his desiderijs concupiscẽtiæ carnis illicita volũtatis inclinatione cõsenserimus, ad hoc sanandũ dicimus, Dimitte nobis debita nra: adhibẽtes remediũ ex ope misericordiæ, in eo qd addimus, Sicut & nos dimittimus debitoribus nris. Vt aũt nõ ei cõsentiamus, deprecamur adiutoriũ dicẽtes, Et ne nos inferas in tẽtationẽ: vel sicut nonnulli codices habẽt, ne nos inducas in tẽtationẽ: Nõ qd ipe deus tali tẽtatione aliquẽ tẽret, nã deus intẽta tor malorũ est, Ipse.n. neminẽ tẽtat, sed vt si forte tẽrari à cõcupiscẽtia nra, adiutorio eius nõ deseramur, vt in eo posimus uincere, ne abstrahamur illecti. Deinde addimus, quod pficietur in fine, cũ absorbebit mortale a vita, Sed libera nos a malo. Tunc.n. nulla erit talis cõcupiscentia cum qua certare, & cui nõ consentire iubeamur. Sic ergo totũ hoc in tribus beneficijs posirũ breuiter peti põt, Ignosce nobis ea in q̃bus sumus abstracti a concupiscentia, adiuua ne abstrahamur a concupiscentia, aufer a nobis concupiscentiam.

Volũtas hominis eget ope dei

Ad peccandum nanq; non adiuuamur a deo, iusta aũt agere vel iustitiæ præceptum omni ex parte implere nõ possumus, nisi adiuuemur a deo. Sicut enim corporis oculus non adiuuatur a luce, ut ab eadẽ luce clausus auersusve discedat, vt aũt videat adiuuatur ab ea, neq; hoc omnino nisi illa adiuuerit, potest: ita deus qui lux est hominis interioris adiuuat nostræ mentis obtutum, vt non scẽm nostram, sed secundum eius iustitiam boni aliquid operemur. Si autẽ ab illo auertimur, nostrũ est, & tunc scẽm carnem sapimus, tunc cõcupiscentiæ carnis ad illicita consentimus. Conuersos ergo deus adiuuat, auersos deserit. Sed etiam vt conuertamur, ipse adiuuat, ꝓ certe oculis corporis lux ista nõ pstat. Cũ ergo nobis iubet dicens, Cõuertimini ad me et ego cõuertar ad uos: nosq; illi dicimus, Cõuerte nos deus sanitatũ nrarũ, & deus virtutũ conuerte nos: qd aliud dicimus, quã da qd iubes? Cũ iubet dicẽdo, Intelligite ergo q insipientes estis in populo: & nos illi dicimo, Da mihi intellectum vt discã mãdata tua: qd aliud dicimo, quã da qd iubes? Cũ iubet dicẽdo, Post concupiscentias tuas non eas, nosq; dicimus, Scimus q̃ a nemo potest esse continens

Zach. 1. M
Psa. 76.
Psal. 93.
Ps. 118.
Eccl. 18.
Sapiẽ. 8.

nens nisi deus det:quid aliud dicimus, quã da qđ iubes? Cum iubet dicendo, Facite iu
Ps.118. stitiã:nosq; dicimus, Doce me iustificatio-
Matt.5. nes tuas: quid aliud dicimus quã da quod iubes? Itēq; dicit, Beati q̃ esuriunt & sitiũt iustitiam, qñ ipsi saturabunt. A quo debemus petere cibũ potumq; iustitiæ, nisi ab illo q̃ esurientibus eã & sitientib. promittit eius saturi tatem? Repellamus itaq; ab auribus & mentibus nr̃is eos q̃ dicũt accepto semel liberæ uoluntatis arbitrio, nec ora re nos debere, ut deus nos adiuuet ne pecce
Luc.18. mus. Talibus.n. tenebris nec phariseus ille cęcabatur, q̃ quãuis in hoc erraret, quod sibi addendũ ad iustitiã nihil putabat, seq; arbitrabatur, eius plenitudine saturatum, deo tñ gratias agebat, q̃ nõ eẽt sicut cæteri ho
A mines, iniusti, raptores, adulteri, sicut ille publicanus, q̃ bis in sabbato ieiunaret, q̃ omnium quę possidebat decimas daret, nihil sibi addi ad iustitiã iam petebat: sed tũ ex ijs quæ habebat gras de agendo, ab illo se accepisse omnia fatebatur, & tũ improbatus est, & quia veluti saturatus nihil de alimentis iustitiæ iam rogabat accipere, & q̃ eã publicano esurięti ac sitienti se uelut insultans p̃ferre gestiebat. Quid ergo illis fiet, qui & si fateantur se non hr̃e, uel non plenã hr̃e iustitiam, tñ à semetipsis hñdam non a suo creatore ubi horreũ eius & fons eius est, deprecandam esse p̃sumunt? Nec ideo tñ de hac re solis uotis agendum est, ut non subinferatur ad bene uiuendum, ẽt nostræ efficacia uoluntatis. Adiutor.n. noster deus dicitur. Nec adiuuari põt, nisi q̃ aliquid sponte conatur, quia nõ sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorũ natura rõnem uoluntatemq; non cõdidit, salutem nr̃am deus operatur in nobis. Cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet: illum tantum, illum autem non tantum: istũ illo, illum isto modo, pœnes ipsum est & æquitatis tam secretæ ratio & excellentia potestatis.

Hõ potest absq; pctõ uiuere ope diuina.

Nam qui dicunt esse posse in hac uita hominem sine peccato, non est eis cõtinuo incauta temeritate obsistendum. Si. n. esse posse negauerimus, & homines libero arbitrio, qui hoc uolendo appetit, & dei uirtuti uel misericordiæ, qui hoc adiuuando efficit derogabimus. Sed alia quæstio est, utrum esse possit: alia utrum sit: alia si non est cũ possit esse, cur non sit: alia utrum qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit,
Cap. 6. B

non solum quisquam sit, uerumetiam potest aliqñ esse uel possit. In hac quadripartita propositione q̃num si à me quæratur, utrum homo sine pctõ posit esse in hac uita, confitebor posse per dei gram & liberum eius arbitrium: ipsum quoq; liberum arbitrium, ad dei gratiam, hoc est, ad dei donum, optinere non ambigẽs, nec tantum ut sit, uerũetiam ut bonũ sit. i. ad facienda mandata dei conuertatur, atq; ita dei gratia nõ solum ostendat quid faciendũ sit, sed adiuuet ẽt ut posit fieri quod ostenderit. Quid. 1. C. n. habemus quod non accepimus? Vnde & Hieremias, dicit, Scio dñe, quia non est in homine uia eius, nec uiri est ut ambulet & p̃dirigat gressus suos. Hinc & in Psalmis, cuidam dixisset deo, Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis: continuo non de se ꝑsumpsit, sed optauit ut faceret. Vtinã, inq̃t, dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas, tũc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua. Quis autem optat quod in pñte sic habet, ut ad faciendum nullo indigeat adiumẽto? A quo aut id optet, quia non a fortuna, uel a fato, uel a quolibet alio præter deum, in cõsequentibus satis ostendens, Itinera mea, inquit, dirige scđm uerbum tuum, & non dñetur mihi omnis iniquitas. Ab huius execrandæ donationis seruitute liberantur, quibus dominus Iesus cum recipientibus dedit promittens filios dei fieri. Ab ista horrẽda damnatione liberandi fuerant quibus dicit, Si uos filios liberauerit, tũc uere liberi eritis. His atq; hmõi aliis innumerabilibus testimoniis dubitare nõ possum, nec deum aliquid impossibile homini ꝓcepisse, nec deo ad opitulandum & adiuuãdũ, quo fiat qđ iubet impossibile aliquid esse, ac per hoc posse hõ si uelit, esse sine pctõ, adiutus a deo.

Si aũt quod secundo loco posueram, ꝙ sit utrum sit, esse non credo. Magis.n. credendo scripturæ dicenti, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Et beatum misericordia dei opus est, quæ superexaltat iudicium, quæ illi non erit qui non facit misericordiam. Et quod Propheta ẽt D diceret, Dixi pronunciabo aduersus me de iniustitias meas dño, & tu dimisisti impietatem cordis mei: continuo subiunxit, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Non ergo omnis peccator, sed omnis sanctus: uox. n. sanctorum est,

1.Ioa.1. Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Vnde in eiusdem Apostoli Apocalypsi, illa centum quadraginta, et quatuor milia sanctorum qui se cum mulieribus non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt, & non est inuentum in ore eorum mendacium, quia irreprehensibiles sunt: profecto ideo irreprehensibiles sunt, quia seipsos ueraciter reprehenderunt. Et ideo nõ est inuentũ in ore eorum mendacium, quia si dicerent se pctm non hr̃e, seipsos deciperent, & ueritas in eis non esset, & utiq; mendacium esset ubi veritas non esset, qm iustus cum in sermonis exordio accusator sui est, nõ utiq; mentitur. Ac per hoc in eo quod scriptũ est, Qui natus est ex deo nõ peccat, & non põt peccare, quia semen eius in ipso manet: & si quid aliud eo modo dicũ est, multum falluntur minus considerãdo scripturas. Nõ.n. aduertunt eo quousq; fieri filios dei, quo esse incipiunt in nouitate spiritus, & renouari in interiorem hominem scđm imaginem eius qui creauit eos: Non.n. ex qua hora quisq; baptizatur oĩs uetus infirmitas eius absumitur, sed renouatio incipit a remissione omnium pctõrũ. Et inquantum quisq; spiritalia sapit, tantũ renouatur. Cætera vero in eo facta sunt, donec ẽt in re fiant vsq; ad ipsum corporis renouationem in meliorem statum immortalitatis & incorruptionis, quã induemur in resurrectione mortuorũ. Nã & ipsam dñs regenerationem uocat, nõ utiq; talem qualis sit per baptismum, sed in qua ẽt in corpore perficietur quod nũc in spiritu inchoatur. In regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nã in baptismo quamuis tota & plena fiat remissio peccatorũ, tñ si continuo tota & plena etiam hominis in æternam nouitatem mutatio fieret, non dico & in corpore, qđ forte manifestum est adhuc in veterem cor ruptionẽ atq; in mortem tendere, in fine postea renouandum qñ uere tota nouitas erit, sed excepto corpore, si in ipso animo q̃ est homo interior, perfecta in baptismo noua fieret, non diceret Apostolus, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Profecto. q̃ dum totus est renouatus: & inquantum nõ dum est renouatus, intantum adhuc in uetustate est. Proinde ex hoc quod adhuc in vetustate sunt, quamuis iam baptizati, ex hoc etiam adhuc sunt filii seculi. Ex hoc autem q̃ in nouitate sunt, hoc est, ex plena & perfecta remissione peccatorũ, & quã tuncunque illud est quod spiritaliter sapiunt, eique congruos mores agunt, filii dei sunt. Intrinsecus enim exuimus veterem hominem & induimus nouum, quoniam ibi deponimus mẽdacium & loquimur ueritatem, & cætera quibus Apostolus explicat quid sit exui veterem hominem, & indui nouum qui secũdum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et hoc vt faciant, iam baptizatos fideles q; adhortat̃, quod adhuc monendi non essent si hoc in baptismo iam perfecte factum esset, & tamen factum est, sicut & salui facti sumus. Saluos.n. nos fecit per lauacrum regenerationis. Sed alio loco dicit, quemadmodum hoc sit factum. Non solum, inquit, sed etiã nosipsi primitias hũtes spũs, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe.n. salui facti sumus. Spes aũt quæ videtur, nõ est spes. Quod.n. uidet quis, quid sperat? Si aũt quod non videmus speramus, per patientiã expectamus.

Ephe.4.

G

Rom.8.

Perfectio quã do. Cap.8.

Adoptio ergo plena filiorum redemptione fiet, ẽt corporis nostri. Primitias itaq; spũs nunc habemus vñ iam filii dei re ipsa facti sumus, in cæteris uero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filii dei: re aũt ipsa q̃a nondum salui ideo nondum plene innouati, nõdum etiam fili dei, sed filii seculi. Proficimus ergo in renouationem iustamq; uitam per qđ filii dei sumus, & per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur, ẽt illud per quod adhuc filii seculi sumus, per hoc. n. & peccare adhuc possumus. Ita fit ut & qui natus est ex deo, nõ peccet. Et si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Consumetur ergo qđ filii carnis & seculi sumus, & p̃ficietur qđ filii dei & spiritu renouati sumus. Vnde idem Ioãnes, Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondũ apparuit qd erimus. Quid ẽ hoc, sumus & erimus, nisi quia sumus in spe, erimus in re? Nam sequitur & dicit, Scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, qñ videbimus eũ sicuti est. Nunc ergo ei & similes eẽ iã cœpimus primitias

1.Ioa.3.
1.Ioa.1.

H

1.Ioa.3.

hũtes spũs,& adhuc dissimiles sumus, per reliquias vetustatis. Proinde inquantum si miles ,intantũ regenerante spiritu filii dei, inquantum aũt dissimiles, intantũ filii carnis & seculi. Illinc ergo peccare non possumus. hinc vero si dixerimus quia pctm̃ nõ habemus nosipsos decipimus donec totum transeat in adoptionẽ, & non sit peccator, & quæras locum eius & non inuenias.

1. Ioan. 1. Psal. 36. Quare iustus non gignit iuramẽtũ. Cap. 9.

Fruſtra itaq; nõnulli ẽt illud argumentantur vt dicant, Si pctõr genuit pctõrem, ut paruulo eius reatus originalis peccati in baptismi acceptione soluatur, ẽt iustus iustum giguere debuit, quasi ex hoc quisque carnaliter gignat qꝺ iustus est, & nõ ex hoc potius, qꝺ in membris eius concupiscentialiter mouetur, & ad vsum propagãdi lex peccati mentis lege conuertitur. Ex hoc ergo gignit qꝺ adhuc uetustum trahit inter filios seculi, non ex hoc quo in nouitatem ꝺ mouit inter filios dei. Filii.n. seculi huius generant & generantur. Inde & quod nascitur tale est, quia & qꝺ nascitur de carne, caro est. Iusti aũt nõ sunt filii dei. Inquantũ aũt sunt filii dei, carne nõ gignunt, quia ex spiritu ipsi, non carne nati sunt. Sed ex hoc carne gignunt quicunq; eorũ gignunt ex quo nõdum in nouitatem perfectam totius vetustatis reliquias cumulauerunt. Vnde quisquis filius de hac parte nascitur vetusta & infirma, necesse est ut ẽt ipse uetustus sit & infirmus: idcirco oportet ẽt vt ipse in aliam gñationem per remissionẽ peccati spiritu renouetur, quod si in eo non fit, nihil ei proderit pater iustus: spiritu.n. iustus est quo eum non genuit, si autem fit, nihil ei oberit ẽt pater iniustus. Iste. n. gratia spiritali in spem nouitatis æternę transitum fecit: ille aũt mente carnali totius in uetustatẽ permansit.

I Luc. 20 Ioan. 3.

Cõfert scripturas. Cap. 10 1. Ioa. 3 2. Ioa. 1

Non igitur contrariũ testimoniũ est illud qꝺ dictum est, qui natus est ex deo non peccat ei testimonio quo iam natis ex deo dicitur, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus nosipsos decipimus & veritas in nobis non est. Quandiu. n. homo q̃is totus in spe iam in re ex parte in regeneratione spiritali renouatus, adhuc tũ portat corpus quod corrumpitur & aggrauat animam, quid quo pertineat & quid unde dicatur etiam in uno homine distinguendum est.

K

Nam ut ego arbitror nõ facile cuiqam scripture det tam magnum iustitiæ perhibet testimonium, quam tribus famulis eius, Noe, Daniel, & Iob quos Ezechiel propheta dicit ab imminente quadam iracundia dei solos posse liberari. In tribus utiq; illis uiris tria qdam hominum liberãda generа præfigurans, in Noe, quantũ arbitror iustos plebium præpositos, ꝓp arcæ cang ecclesiæ gubernationẽ: In Daniele, iustos continentes: In Iob, iustos coniugatos, & si quis est forte alius intellectus, de quo nunc non est necesse disquirere, ueruntamen quã ista iusti iustitia præeminuerint, & hoc prophetico & alijs diuinis testimonijs, satis apparet. Nec ideo quisquam sobrius dixerit ebrietatem non esse peccatum, quæ tamen subrepsit tanto viro: nam Noe, sicut legimus, fuit aliquando ebrius, quamuis abhinc ut fuerit ebriosus. Daniel uero post orationem, quam fudit deo, de seipso dicit, Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo. Propter chielem, cuidam superbissimo dicitur, Num quid tu sapientior quam Daniel? Neq; hic dici, potest, quod quidam contra orationem dñicam argumentantur, quia etsi orabant eam, inquiunt, sancti & pfecti iã Apostoli, nullũ omnino hũtes peccatum, non tã pro seipsis, sed pro imperfectis, & adhuc pctõribus dicebant, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vt per hoc, inquiunt, ꝓ dicerent nostra, in vno esse corpore demonstrarent: & illos adhuc habentes peccata, & seipsos, qui tam carebant omni ex parte peccato. In Daniele certe hoc non potest dici, qui, vt credo, quam Propheta præuidens hanc aliquando præsumptionem futuram, cum in oratione exposuit, cur hoc dixerit, vt ab illo audiremus. Cum orarem, & confiterer peccata mea, & populi mei domino deo meo, nec ad huc distinctione confusa, vt esset ingenium propter vnius corporis societatem is diceret, cum peccata nostra confiteremur domino deo meo: sed omnino tam distincte, tanquã de ipsa distinctione satageus, eamq; magnopere vehementerq; commendans, peccata inquit, mea, & peccata populi mei. Quis huic euidentiæ contradicit, nisi quem plus delectat defensare quod sentit, quã quod sentiendum sit inuenire? Iob autem potest tam magnum de illo iustitiæ testimonium, quid dicat ipse videamus. In veritate, inquit, scio quia ita est, quemadmodum iustus comparatur homo ante deum: si autem velit contendere cum eo, non poterit obedire ei: Et paulopost, inquit, Quis iudicio eius aduersabit? Quod si fuero iustus, os meũ impie loquetur. Iterũ paulopost, Scio, inquit, quia immunitũ me non dimittit, quia sum impius. quare nõ sum mortuus? Qꝺ si purificatus fuero mundis manibus & mundatus fuero mundis manibus sufficienter in sordibus me tinxisti. Itẽ in alio suo sermone, Quia cõscripsisti, inquit, aduersus me mala, & induisti me iuuẽtutis meæ peccata, & posuisti pedẽ meũ in prohibitionem, seruasti omnia opera mea & in radices pedũ meorũ conspexisti, qui veteracescunt sicut uter, uel sicut uestimentum à tinea comestum. Homo.n.natus ex muliere parui est tpis, & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit & decidit, discessit sicut umbra, non manet. Nonne & huius curam fecisti uenire in iudicium tuũ? Quis enim erit mũdus à sordibus? Nemo, nec si unius diei fuerit vita eius. Et paulopost, Dinumerasti, inquit, necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inuitus cõmisi. Ecce & Iob confitetur peccata sua, & in ueritate dicit se scire, quia non est iustus quisquã ante deũ. Et ideo iste hoc in veritate scit, quia si nos dixerimus nõ habere peccatũ, ipsa ueritas in nobis non est. Proinde secũdm modum cõuersationis humanæ, perhibet ei deus tam magnum iustitiæ testimonium. Ipse aũt se metiens ex regula illa iustitiæ, quam sicut potest cõspicit apud deũ, in ueritate scit quia ita est. Et adiungit, Quemadmodum.n. iustus erit homo ante deũ? Si.n. velit contendere cum eo, non poterit obedire ei: id est, si iudicandus ostende re voluerit, non in se inueniri posset quod damnet, non poterit obedire ei: amittit.n. etiam illam obedientiam qua obedire possunt, & præcipienti confitenda esse peccata. Vnde quosdam increpat dicens. Quid vultis mecum iudicio contendere? Quod ille prẽ cuncta, Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo: qm̃ non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ideo ẽt dixit Iob, Quis.n. iudicio eius aduersabitur? Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur, hoc est.n. si me iustum dixero contra iudicium eius, ybi perfecta illa iustitiæ regula me cõsentit iniustum, profecto impie loquetur os meum, quia contra dei veritatem loquetur. Fragilitatem quoque ipsam vel potius

damnationem carnalis generationis ostendens ex originalis transgressione peccati cũ de peccatis suis ageret, uelut eorum causas reddens, dixit hominem natum ex muliere parui esse tpis, & plenum iracundia. qua ira cundia nisi qua sunt oẽs, sicut dicit Apostolus, naturaliter, hoc est, originaliter iræ filij, qm̃ filij sunt concupiscentiæ carnis & seculi? Ad ipsam iram pertinere ẽt mortem hominis consequenter ostendens, Cum enim dixisset, parui est tpis, & plenus iracundia, addit ẽt, Et sicut flos cum floruit, & decidit, discessit sicut vmbra, non manet. Cum aũt subiungit, Nonne & huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis.n. erit mũdus à sordibus? Nemo, nec si vnius diei fuerit uita eius, hoc utiq; dicit, Curam hominis breuis vitæ fecisti venire in iudiciũ tuum, Quamtumlibet enim breuis fuerit vita eius, etiam si vnius dici esset, mundus à sordibus esse non potest, & ideo iustificame in iudicium tuum veniet. Illud vero qꝺ ait, Dinumerasti oẽs necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis, signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si qd inuitus commisi: nõne satis apparuit etiam illa peccata iuste imputari, quæ non delectationis illecebra committuntur, sed causa deuitandæ molestiæ alicuius, aut doloris, aut mortis? Nam & hæc dicuntur quadam necessitate committi, cum omnia superanda sint amore & delectatione iustitiæ. Potest etiam ꝓ dixit, Et annotasti si quid inuitus commisit: ad illam vocem videri pertinere qua dictum est, Non.n quod volo ago, sed quod odi hoc facio. Quid quod ipse dominus qui ei perhibuerat testimonium, cum etiam scriptura, hoc est, dei spiritus dixerit, In omnibus, quæ contigerunt ei: non eum peccasse labijs suis ante deum. Postea tũ cũ eis loqueretur increpans locutus est, sicut ipse Iob testis est dicens, Quid adhuc ego iudicor monitus, & increpationes dñi audiens? Nemo aũt iuste increpatur, nisi in quo est aliquid quod increpatione sit dignum.

Iob. 14a. Ephe. 2. Iob. 9.

Iob. 14.

C Iob. 14.

Rom. 7.

Iob. 1.

Solus Christꝰ vere iustus. Cap. 11. D

Et ipsa increpatio qualis est, quæ ex domini Christi persona intelligitur, enumerat illi diuina opera potestatis suæ sub hac sententia increpans, vt eum dicere appareat, Nunquid potes hæc tanta quæ possum? Quo autem pertinet, nisi vt intelligat Iob, etiam hoc ei diuinitus credimus inspiratũ, vt præsciret Christum ad passionem esse venturum? Intelligat ergo quàm debeat æ-

quo animo tolerare q̃ pertulit, si Chr̃s in quo pc̃m, cum pp nos homo factus esset, omnino nullú fuit,& in quo deo tanta potentia est, nequaquã tñ pasionis obedientiã recusauit, ꝙ puriore cordis intentione
Iob.141. Iob intelligens responsioni suæ addidit, Auris auditu audiebam te prius, & nunc ecce oculus meus videt te, ideo vituperaui meipsum & distabui,& æstimaui meipsum terrã & cinerem. Quare sibi ita in hoc tam magno intellectu displicuit? Neque.n. opus dei quo erat homo, recte illi poterat displicere
Psal.37. cum ẽt ipsi deo dicatur, Opera mannú tua rum ne despexeris: Sed profecto scd̃m illã iustitiam qua se nouerat iniustú, se vituperauit atq; distabuit, æstimauitq; se terram & cinerem, mente conspiciens Christi iustitiam: in cuius non tantum diuinitate, sed nec in anima nec in carne vllum potuit es-
E se peccatum: Scd̃m quam iustitiam quæ ex
Phili. 3. deo est, etiam Paulus Apostolus illud suũ quod secundum iustitiam quæ ex lege est, fuit sine querela, non solum damna, verũ etiam stercora existimauit.

Nemo iustus in omnib. Cap. 12. Ps. 142. Non igitur præclarum illud testimoniũ dei quo laudatus est Iob, contrarium est ei testimonio quo dictum est, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens: quia non id persuadet prorsus in illo nihil fuisse quod uel ab ipso ueraciter, uel à dño deo recte reprehenderetur, quanuis iam iustus & verax dei cultor & ab omni opere malo se abstinens, non mendaciter diceret. Hæc .n. de illo uerba sunt dei, An non aduertisti in puerũ meum Iob: non.n. est illi homo similis super terrã, sine querela, iustus, uerus dei cultor, abstinens ab omni opere malo? Primis verbis ex hominum qui sunt in terra comparatione laudatur. Proinde omnibus qui tunc in terra iusti esse potuerunt excellebat. Non ergo ipse ꝓpea nullũ peccatum omnino hẽbat, quia in profectu iustitiæ cæteros anteibat. Deinde adiungitur, sine querela: de cuius uita nemo iuste quereretur. Iustus qui tanta morum probitate profecerat ut nullus ei esset æquandus. Verus dei cultor, quippe ẽt suorũ peccatorum
F uerax humilisq̃; confessor, abstinens se ab omni opere malo, mirum si ab omni etiam verbo & cogitatu malo. Quanuis quidem Iob fuerit ignoramus, sed nouimus iustũ, nouimus ẽt in perferendis horrendis tribulationũ tentationibus magnũ, nouimus non pp peccata, sed pp eius demonstrandã iustitiam illa omnia fuisse perpessum. Verũtamen hæc verba quibus à dño laudatur, possunt ẽt de illo dici qui condelectatur legi dei secundum interiorem hominem: videt aũt aliam legem in membris suis repugnantem legi mẽtis suæ præsertim quia dicit, Non quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago, Si aũt quod odi malũ boc facio, iam non ego operor illud, sed qd habitat in me peccatum. Ecce & iste secundũ interiorem hominẽ alienus est ab omni opere malo, quia illud non operatur ipse, sed quod in carne eius habitat malum, & nõ cum illud ipsum quo cõdelectatur legi dei non habeat nisi ex gratia dei, adhuc liberationis indigens clamat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Sunt ergo in terra iusti, sunt magni, sortes, prudentes, cõtinentes, patientes, pij, misericordes, temporalia mala omnia pp iusti
tiã æquo animo tolerantes: Sed si uerũ est, immo quia & uerũ est, si dixerimus qa peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, nõ sunt sine peccato: nec quisquam eorum tam arroganter insanit, vt non sibi pro suis qualibuscunq; peccatis dominicã oratione opus esse arbitretur. Nam de Zacharia & Helisabet, q nobis sæpe in huius quæstionis disputationibus obiiciuntur, qd dicamus, nisi quod euidenter scriptura testatur, eminenti iustitia fuisse Zachariã in principibus sacerdotũ ad offerenda ueteris testamenti sacrificia pertinentia. Legimus aũt in Epistola quæ ad Hebræos inscribit, quod testimonium in libro superiore iã posui, solũ Chr̃m esse principẽ sacerdotum, qui non haberet necessitatẽ sicut illi qui sacerdotũ principes dicebantur, sacrificia & suis primum offerre peccatis quotidie, deinde pro populo. Talem enim dicebat, qui habere nos principem sacerdotum, separatum, sine malitia, incontaminatum, separatũ à peccatoribus, altioré à cœlis factũ, nõ habentem quotidianam necessitatem sicut principes sacerdotũ, primum pro suis peccatis sacrificiũ offerre. In hoc sacerdotum genere Zacharias, in hoc Phinees, in hoc ipse Aaron, à quo iste ordo exorsus est, fuit, & quicunque alij in illo sacerdotio laudabiliter iusteq̃; uixerunt, qui tñ habebant necessitatẽ sacrificium primitus pro suis delicta offerre

quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt, extensus secundũ intentionem sequor, ad palmam supernæ uocationis dei, in Christo Iesu: Ipse te confitetur nondum accepisse nõdũ esse perfectũ in plenitudine iustitiæ quã adipisci dilexit in Xp̃o, sed adhuc secũdũ intẽtionẽ seq̃, & pterita obliuiscẽte in ea q̃ ante sunt extendi, ut nouerimus etiam ad ipsum pertinere illud qd̃ ait, Etsi exte- 2.Co.4
rior hõ noster corrũpitur, sed interior renouatur de die in diem, quãuis iã esset perfectus uiator, etsi nõdũ erat ipsius itineris perfectione peruentor. Deniq; tales vult se cum in isto cursu comites rapere, quibus continuo subiungit & dicit, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter
sapitis, hoc quoq; deus vobis reuelabit, ve- Phili. 3.
rũtñ ait Apostolus, in quod peruenimus, in eo ambulemus: Ambulatio ista, nõ corporis pedibus sed mentis affectibus & uitæ moribus geritur, vt possint esse perfecti iustitiæ possessores, qui recto itinere fidei de L
die in diem sua renouatorie proficientes, iã perfecti facti sunt eiusdẽ iustitiæ viatores.

Sic itaq; omnes, quicunque in hac vita diuinarum scripturarum testimonijs in bona voluntate atque actibus iustitiæ præ- ne pctõ.
dicati sunt, & quicũq; tales uel post eos fue- Cap.14
runt, quãuis nõ in eisdem testimonijs p̃dicati atq; laudati, vel nunc vsq; ẽt sunt, uel postea quoque futuri sunt, omnes magni, omnes iusti, oẽs veraciter laudabiles sunt, sed sine pctõ aliquo non sunt, qm̃ scripturarum testimonijs quibus de illorum laudibus credimus, hoc ẽt credimus, non iustificari in conspectu dei omnem viuentem, Et ideo rogari, ne intret in iudicium cũ ser uis suis, & nõ tm̃ uniuersaliter fidelibus om Ps.142.
nibus, uerumẽt singulis esse orationem dominicã necessariã q̃ tradidit discipulis suis.
At enim dñs ait, Estote perfecti sicut pater Mati.5.
vester cœlestis pfectus est: ꝙ nõ p̃ciperet, inquit, si sciret fieri nõ posse quod p̃cipit. Non nunc quæritur vtrum fieri possit: si istã perfectionem ad hoc accipiũt, ut sine vllo sit quisq; pctõ cũ hãc agit vitã, iã.n. supra respondimus posse fieri, sed vtrũ aliqs fiat, hoc nõ q̃rimus. Neminẽ aũt esse qui tm̃ velit, quantũ res exigit, ante p̃cognitũ M
est, sicut scripturarũ, quæ supra commemo Perfe-
raui testimonia tanta declarant. Et tamẽ ctus se-
cum dicit, Cuiusq; pfectio qua in re dicat cũdum
videdũ est, Nã ex Apostolo testimonium q̃ddam.
paulo ante posui, ubi se fatetur in acceptio- Cap.15

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philip.3 ne iustitiæ q̃ desiderat, nondum esse perfectum, & tamen continuo dicit, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus: ꝙ vtruq; non diceret nisi in alia re perfectus esset, in alia non esset. Velut si iam sit quisquam sapientiæ perfectus auditor, ꝙ nondum erat illi

1. Co 3. & 2. quibus dicebat, Lac vobis potum dedi non escam, nondum. n. poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Eis quippe, & illud ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. vtique perfectiores auditores volens intelligi. Põt ergo fieri, sicut dixi, vt iam sit aliquis sapiẽtiæ perfectus auditor, cuius nondũ sit perfectus & doctor: põt perfectus esse iustitiæ cognitor, nondum pfectus effector: potest perfectus esse, vt diligat inimicos, qui nondum est pfectus, vt sufferat. Et qui pfectus est in eo, ꝙ oẽs homines diligit, ꝙppe qui ẽt ad inimicorum dilectionem peruenerit, q̃ritur vtrum iam sit in ipsa quoq; dilectione perfectus. i. vtrum quos diligit, tm̃ diligat, quantum illa incommutabilis regula

A veritatis diligendos esse præscripsit. Cum ergo legitur in scripturis cuiusq; perfectio qua in re dicatur, non negligenter intuendum est, qm̃ non ideo quisque prorsus sine pctõ esse intelligitur, quia in aliqua re dicitur esse perfectus, quanq̃ & in hoc possit ita dici, vt non quia ism non est, quo proficiat, sed quia ex maxima parte ꝓfecit, hoc nomine dignus habeaꝰ. Sicut in doctrina legis dici põt quisquam pfectus, ẽt si eum aliquid adhuc latet, sicut perfectos dicebat

Philip. 3 Apostolus, qbus tamen ait, Et si qd aliter sapitis, id quoq; vobis Deus reuelabit, veruntñ in qd̃ peruenimus in eo ambulemus.

Quur Deus p̃cipit qd̃ scit non obseruãdum. Cap. 16. Neq; negandum est hoc Deum iubere, ita nos in facienda iustitia esse debere perfectos, vt nullum habeamus omnino pctm̃: nam neq; peccatum erit si quid erit, si non diuinitus iubeatur, vt non sit. Cur ergo iubet, inquiunt, quod scit nullum hominum esse facturum? Hoc modo ẽt dici põt, cur primis illis hominibus iusserit, qui duo soli erant, quod sciebat eos non esse facturos? Neq;. n. dicendum est, ideo iussisse, vt nr̃m aliquis id faceret, si illi non facerent, hoc. n. ne de illa. s. arbore cibum sumerent, nõ nisi

Genes. 2 illis solis Deus iusserit, quia sicut sciebat qd iustitiæ facturi nõ erant, ita ẽt sciebat quid iustitiæ de illis ipse erat facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus, vt non fa-

B ciant vllum pctm̃, quãuis sit pscius neminẽ hoc impleturum, vt quicunq; impie ac dãnabiliter eius præcepta contempserũt, ipse faciat in eorum dãnatione qd̃ iustum est: quicunq; aũt in eius pceptis obedienter, & pie proficientes, nec tñ omnia, quæ pcipit implentes, sicut sibi dimitti volũt, sic alijs pctã dimiserint, ipse faciãt in eorum mũdatione qd̃ bonum est. Qũo. n. dimittẽti dimittitur per Dei misericordiam, si peccatũ non est: aut qũo non vetatur per Dei iustitiam si pctm̃ est? Sed ecce, iuquiunt, Apostolus dicit, Bonum certamen certaui, fidẽ seruaui, cursum cõsummaui, supereſt mihi corona iustitiæ: quod non diceret si haberes vllum pctm̃. Immò vere rũdeant, qũo potuit hæc dicere, cui adhuc restabat ipsius passionis, quam sibi iam impẽdere dixerat, tam magna conflictatio, tam molestum, & tam grande certamen? An ad eius consummandum cursum parum adhuc deerat: quando illud deerat vbi erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quod si ideo talibus vere certus securusq; gaudebat, quia de victoria futuri tanti certaminis certum eum

C securumq; iam fecerat, qui eandẽ passionẽ iam illi reuelauerat imminere, non re plenissima, sed spe firmissima hæc dixit, & qd̃ futurum esse pſumpsit tanq̃ factum fuerit indicauit. Si ergo his verbis ẽt hoc adderet vt diceret, nullũ habeo iã pctm̃: hoc quoq; illũ intelligeremus, non de rei factæ: sed de rei futuræ pfectione dixisse. Sic. n. ad ipsius cursus cõsummationẽ ptinebat nullã hr̃e pctm̃, qd̃ isti putãt cũ hæc diceret iam in illo fuisse cõpletũ, quẽadmodũ ad ipsius cursus cõsummationem ptinebat, ẽt in certamine passionis aduersariũ supare, qd̃ ẽt ipsi necesse est, fateãtur cũ hæc diceret, adhuc in illo fuisse cõplendũ, hoc ergo totum nos dicimus tunc fuisse adhuc perficiendũ, qñ iam de Dei prõmissione prænideus rotum ita dicebat tanq̃ fuisset ẽfectum. Ad ipsius quippe cursus consummationẽ pertinebat etiam, ꝙ ipse peccata dimittebat debitoribus suis. atq; ita sibi vt dimitteretur orabat, qua Domini pollicitatione certissimus erat in illo fine, quem adhuc futurum iam fidendo dicebat impletum, nullum se habiturum esse pctm̃. Nam vt alia omittam, miror si cũ verba illa dicebat, per quæ istis visus est nullum habuisse peccatum, iam fuerat ab illo ablatus ille stimulus carnis, de quo a se auferendo Dominum terrogauerat, responsumque acceperat, Sufficit tibi gratia mea, virtus in infirmitate perficitur.

pficitur. Huic tanto uiro perficiendo necessariũ fuit ut ab illo angelus satanæ non auferretur, a quo propterea colaphizabaꝰ, ne magnitudine reuelationũ extolleretur: & audet quisquã quenq̃ uel putare uel dicere posit̃ sub onere huius uitę ab omni omni no mundũ esse pctõ: sint licet homines tã excellentes iustitia, ut ad eos de colũna nubis loquatur deus, qualis Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel in his qui inuocant nomẽ eius, cuius magnæ laudes pietatis & innocẽtiæ scriptura ueridica pdicaꝰ, ab ineũte pueritia ex quo eũ mater uotũ soluens in tẽplo dei constituit & seruũ dño dedicauit, ẽt de talibus tñ scriptũ est, Tu propitius eras illis & uindicans in omnes affectiones eorũ. In filios quippe dã nationis uindicat iratus, in filios aũt gratiæ uindicat propitius, dũ quem diligit corripit, & flagellat oẽm filiũ quem recipit. Nulla aũt vindicta, nulla correptio, nullũ dei flagellũ debetur nisi pctõ, excepto illo qui in flagello paratus est, vt experiretur omnia se eũdũ similitudinẽ sine peccato, ut esset sanctus sanctorũ sacerdos interpellans ẽt pro sanctis, qui non mendaciter ẽt, quiq; de se dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nr̃is. Vnde & ipsi qui cõtra hæc disputãt, cũ sint casta uita, moribusq; laudabiles, nec dubitẽt facere quod illi diuiti pro consequenda uita æterna consilium requirenti, cum se respondisset iam omnia legis impleuisse mandata, pcepit dñs, si uellet esse perfectus uenderet omnia q̃ hẽret & daret pauperibus, thesaurumq; transferret in cœlum, nemo tñ eorũ audet dicere se esse sine peccato, Quod sicut credimus non fallaci animo dicũt, si autẽ mentiuntur eoipso incipiunt uel augere uel habere peccatum.

Iam ergo quod tertio loco posui uidea-

mus. Cũ uoluntate humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac uita posit hõ eẽ, cur non sit, possem facillime ac uera cissime respondere quia homines nolunt. Sed si ex me quæritur quare nolint, imus in longũ. Veruntñ etiam hoc sine iudicio diligentioris inquisitionis breuiter dicam. Nolunt homines facere qd̃ iustum est, siue quia latet an iustũ sit, siue quia nõ delectat. Tanto. n quidq; uehementius uolumus, quanto certius quã bonũ sit nouimus, eoq; delectamur ardentius. Ignorantia igitur & infirmitas uitia sunt quæ impediunt uolun-

tatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, uel ab opere malo abstinendũ. Vt aũt innotesceret quod latebat & suaue fiat quod nõ delectabat, gr̃æ dei est, quæ hominũ ad iuuat uoluntates, qua ut nõ adiuuent in ipsis itidẽ causa ẽ nõ in deo, siue damnandi pdestinati sunt propter iniquitatẽ superbię: siue contra ipsam suã superbiã iudicand· & erudiendi si filii sint misericordię. Vñ Hie remias cum dixisset, Scio dñe quia non est in homine uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos: cõtinuo subiunxit, Corripe me domine, ueruntamen in iudicio, & non in furore tuo. Tanquã diceret, scio ad correptionem meam pertinere, qd̃ minus abs te adiuuor, ut persdcte dirigantur gressus mei, uerũtñ hoc ipm noli mecũ sic agere, tanquam in furore quo iniquos damnare statuisti, sed tanquam in iudicio, quo doces tuos non superbire. Vnde alibi dicitur, Et iudicia tua adiuuabunt me. Nullius proinde culpæ humanæ in deum referas cãm. Vitiorum nanq; omnium humanorum causa superbia est. Ad hanc conuincendam atq; auferendam talis medicina cę litus uenit, ad elatum hominem per superbiam deus humilis descendit per misericordiam, gratiam claram manifestamq; commendans in ipso homine, quem tanta præ participib. suis charitate susceipit. Neq;. n. & ipsa ita uerbo dei coniunctus ipsa coniunctione vnus filius dei, & idẽ ipse unus filius hominis fieret, præcedentib. suæ uolũtatis meritis fecit. Vnum quippe illum esse oportebat. Essent aũt & duo & tres & plures si hoc fieri posset, non per dei propriũ donum, sed per homines liberum arbitriũ. Hoc ergo præcipue commendatur, hoc in sapientiæ atq; scientię thesauris in Christo absconditis, quantum existimare audeo, pcipue docetur & discitur. Ideo quisq; nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut nouerit non suæ facultatis, sed diuini muneris esse uel qd̃ scit, uel qd̃ delectatur, ac sic ab elationis unitate sanetur, & sciat quam uere non de terra ista, sed spiritaliter dictum sit, Dominus dabit suauitatem & terra nostra dabit fructũ suum. Tãto aũt magis delectat opus bonũ, quanto magis diligitur deus summum atq; incommutabile bonum, & author qualium cunq; bonorum omnium. Vt autem diligatur deus, charitas eius diffusa est in cordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus nostris, non per nos, sed per spũ sanctum qui datus est nobis.

Voluntas bona à deo. Cap. 18 1. Co. 4

Sed laborãt homines inuenire in nostra voluntate quid boni sit nostrum, quod nobis nõ sit ex deo, & quõ inueniri possit ignoro. Excepto. n. qđ Apostolis ait, cum de bonis hominum loqueretur, Quid. n. habes quod non accepisti? Si aũt & accepisti, q̃d gloriaris quasi non acceperis? Ipsa ẽt ratio, quæ de iis rebus a talibus quales sumus, inire põt, quẽlibet nostrum q̃reutem uehemẽter anguſtat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium auferre uideamur: rursus ne liberum sic asseramus arbitrium, ut superba impietate ingrati dei gratiæ iudicemur. Nãq; illud Apostoli quod cõmemoraui, sic defendere quidam uoluerunt ut dicerent ideo quicquid ẽt bonæ uolũtatis habet homo, deo tribuendum esse, quia & hoc in illo esse non posset, si homo ipse nõ eẽt: cum uero ut sit aliq̃d atq; ut homo sit, nõ habeat nisi a deo, cur non authori deo tribuatur ẽt quicquid in illo est bonæ uoluntatis, quod nõ esset, nisi esset in quo eẽt? Sed hoc modo ẽt illud dici potest, malã quoq; uoluntatem deo authori esse tribuendam, quia nec ipsa esse posset in homine, nisi homo esset in quo esset: ut aũt homo sit, deus author est: ita & eius malæ uoluntatis, quæ nisi hominem hr̃et in quo eẽt, esse omnino non posset ad authorem deum esse referendum: quod nefas est dicere. Quapropter nisi obtineamus non solum uoluntatis arbitrium quod huc atq; illuc liberum flectitur, atq; in eis naturalibus bonis est, quibus & male uti malus põt, sed ẽt uoluntatem bonam quæ iam in eis bonis est, quorum esse vsus non põt malus, nisi ex deo nobis esse non posse, nescio quemadmodum defendamus qđ dictum est, Quid. n. habes quod nõ accepisti? Nam si nobis libera quædam voluntas ex deo est, quæ adhuc põt esse vel bona vel mala: bona vero voluntas ex nobis est, melius est id quod a nobis quam quod ab illo est, quod si absurdissime dicitur oportet fateantur etiam bonam voluntatem nos diuinitus adipisci, quãquam voluntas mirum si põt in medio quodam ita consistere, vt nec bona nec mala sit. Aut. n. iustitiam diligimus & bona est, & si magis diligimus magis bona: si minus, minus bona est: aut si omnino diligimus, non bona est. Quis uero dubitet dicere voluntatem nullo modo iustitiam diligentem, non modo esse malã, sed etiam pessimam voluntatẽ? Si ergo uoluntas aut bona ẽt aut mala, & vtiq; malam non habemus ex deo, restat vt bonã voluntatem hẽamus ex deo: alioquin nescio cũ ab eo iustificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et hinc scriptũ arbitror, Paratur voluntas a dño. Et in psalmis, A dño gressus hominis dirigentur & viã eius uolet. Et q̃ Apostolus ait, Deus est. n. qui operatur in uobis & Philus ait, Deus est. n. qui operatur in uobis & velle & operari pro bona voluntate. Quo circa q̃ à deo nos auertimus, nostrum est, & hæc est uoluntas mala: q̃ uero ad deum nos conuertimus, nisi ipso excitante atque adiuuante nõ possumus, & hæc est volũtas bona. Quid habemus qđ non accepimus? Si aũt accepimus, quid gloriamur quasi nõ acceperimus? Ac p hoc vt qui gloriatur in dño glorietur, quibus hoc dñs donare voluerit, eius misericordiæ est, non meriti illorũ: quibus aũt noluerit, veritatis est, Iusta nanq; pctõribus pœna debetur, q̃m misericordiam & veritatem diligit dñs deus: & misericordia & veritas occurrerunt sibi: & vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et quis explicet, q̃ crebro hæc duo contas. Et quis explicet, q̃ crebro hæc duo coniuncta diuina scriptura commemoret? Aliq̃n ẽt mutatis nominibus vt gratia pro misericordia ponatur. Vnde est, Et vidimus Ioan. gloriam eius gloriam tanquam vnigeniti a patre plenum gratia & veritate. Aliq̃n pro veritate iudicium, sicut est, Misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Quare autem illos velit conuertere, illos pro auersione punire, quanquam & in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem, & in vindicta exercenda, nemo iuste reprehendat veracem, sicut in illis euangelicis operarijs, alijs placitam mercedem reddentem, alijs etiam non placitam largientem, nullus iuste culpauerit, consilium tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est. Nos autem quantum conceſſum est sentiamus & intelligamus, si possumus, dominum deum bonum ideo ẽt sanctis suis alis exercuisse, vt in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes, domino deo nostro gratias agamus, & cũ gloriamur, in illo gloriemur.

Quartum iam illud restat, quo explicato quantum adiuuat dominus, sermo quoque iste tam prolixus tandem terminum sumat, Vtrum qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, habiturusve sit, non solum quisquam natorum hominum sit, ve-

quod non delectabat, qa & hoc ab illo esse
Deprecandum, eius grã didicimus, dũ antea
lectaret eius grãtia dileximus, dũ antea non
delectaret, vt qui gloriatur non in se, sed in
dño glorietur? Extolli quippe in superbiam,
propriæ voluntatis est hominum, non operis deinceps. n. ad hoc eos cõpellit aut adiuuat deus. Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus q̃dã, ppriæ ptãtis, vt fiat inobediens per superbiã. Hic aũt appetitus ẽt si nõ esset, nihil molestum esset, & cum hoc voluit hõ sine difficultate noluisset, secutũ iã molestum esset obedire iustitiæ. Q̃d vitium nisi adiuuante gratia superetur, ad iustitiã nemo conuertitur: nisi operante gr̃a fauet, iustitiæ pace nemo pfruit. Cuius autem gr̃a vincit & sanat, nisi illius cui dicit, Cõuerte nos deus sanitatum nostrarũ, & auerte irã tuã a nobis? Q̃d etsi facit, miseri cordia facit, vt dicat, Non secundum pecca ta nostra fecit nobis, nec secm iniquitates nras retribuit nobis. Et quibus non facit, iu dicio nõ facit. Et quis dicet illi quid fecisti, Aut cui misericordia & iudicium pia sanctorũ mẽte cantatur? Idcirco ẽt sanctos & fideles suos in aliquibus vitijs tardius sanat, vt in his eos minus, q̃ implendæ ex omni parte iustitiæ sufficit, delectet bonum, siue cum la tet, siue cum ẽt manifestum est, vt quãtum pertinet ad integerrimã regulam ueritatis eius, non iustificetur in conspectu eius omnis viuens. Nec in eoipso vult nos damnabiles esse, sed humiles, cõmendans nobis eã dem gratiã suam, ne facilitatẽ in omnibus assecuti, nostrum putemus esse quod eius est. Qui error multum est religioni pietati q̃ contrarius. Nec ideo tamen in eisdem vitijs nobis permanẽdum esse existimemus, sed aduersus ipsam maxime superbiam, p p quam in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipsum deprecemur ardẽter, siquòd sic deprecamur dono illius nos habe re, vt in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes, domino deo nostro gratias agamus, & cũ gloriamur, in illo gloriemur.

Quartum iam illud restat, quo explicato quantum adiuuat dominus, sermo quoque iste tam prolixus tandem terminum sumat, Vtrum qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, habiturusve sit, non solum quisquam natorum hominum sit, verumẽt potuerit aliq̃n esse vel posit. Hunc nisi, vprorsus pter unum mediatorẽ dei & hominum hominẽ Chm̃ Iesum nullum vel esse vel fuisse uel futurum esse certissimum est. Vñ iã multa diximus de baptismo paruulorum, q̃ si nullum pctm̃ hñt, nõ solum sunt homines innumerabiles sine pctõ, verumẽt fuerũt & erunt. Porrò si veraciter illud cõstitit, vñ sẽdo loco egimus, neminẽ esse sine pctõ, ꝓfecto nec paruuli sine pctõ sunt. Ex quo conficit & si q̃squã in hac vita esse potuisset, q̃ virtute ita pficeretur, vt ad tantam plenitudinem iustitiæ pueniret, qua nullum haberet omnino pctm̃, fuisse tamen eum antea peccatorem vñ in istã nouitatem vitæ conuerteretur, non esse dubitãdum. Etenim in sẽdo illo loco, aliud q̃rebatur, aliud in hoc quarto propositum est. Nam in illo, vtrum aliquis in hac vita ad pfectam, quæ prorsus sine ullo peccato est, vitam peruenire per gratiã dei studio uoluntatis hoc requirebatur: in hoc aũt quarto, vtrum esset in filijs hominũ, uel esse potuisset, aut posset qui non ex peccato ad iustitiam perfectissimam peruenire, sed nullo omnino unquã peccato esset obstructus, hoc quæritur, Ideo si illa uera sunt, q̃ tam multa de paruulis diximus, nec est in filijs hominũ quisquã, nec fuit, nec erit, excepto uno mediatore, in quo nobis propiciatio & iustificatio posita ẽ, per q̃ finitis inimicitijs peccatorum reconciliamur deo. Non itaq; ab re est quantum præsenti causæ sufficere videtur, ab ipso exordio generis humani pauca repetere, quibus aduersus quædam, quæ mouere possent legentis animus informetur. Posteaquã illi primi homines vir unus Adam, & ex illo Eua uxor eius acceptо dei præcepto seruare obedientiam noluerũt, iusta eos pœna ac debita consecuta ẽ. Sic. n. cõminatus fuerat dñs, q̃ ea die qua vetitũ cibũ ederent, morte morerent.

Proinde quia vtendi ad escam omni ligno q̃ in paradiso erat acceperant potestatem, in quo ẽt lignũ vitæ plantauerat deus: ab illo aũt solo eos prohibuerat, quod appellauit scientiæ boni & mali, quo nomine significaretur experientiæ cõsequẽtia, & q̃d boni custodita et quid mali essent transgressa prohibitione sensuri: recte profecto intelliguntur ante malignam diabolі persuasionem abstinuisse cibo vetito, atq; vsi fuisse cõcessis, ac p hoc & cæteris, & pcipue ligno vitæ. Quid. n. absurdius q̃ ut credan-

Lignũ vetitũ. Cap. 20. Gen. 2.

tur

tur ex alijs arboribus alimenta sumpsisse, non aũt etiam ex illo quod & similiter permissum fuerat,& vtilitate præcipua per ætatum lapsum mutari, quanuis animalia corpora in mortem veterascere nõ sinebat,tribuens hoc corpori humano de suo corpore beneficiũ, & mystica significatione demonstrans, q̃d per sapientiam,cuius figuram gestabant cõferretur animæ rõnali, vt alimento eius viuificata nequaquã in labẽ mortẽque nequitiæ verteretur? Merito.n.de illa dr, Lignum vitæ est amplectentibus eã, Sicut hæc arbor in corporali, sic illa spiritali paradiso: ista exterioris, illa interioris hominis sensibus præbens vigorẽ sine vlla in deterius ꝛpis cõmutatione vitalem. Seruiebant igitur deo vehementer sibi cõmendata pietate obedientiæ:qua vna colitur deus. Quæ ꝑ seipsam quanta sit, quãq; sola sufficiat ad tuendam rõnalẽ sub creatore creaturam non potuit excellentius intimari, q̃ vt a ligno ꝓhiberentur nõ malo. Absit.n. vt bonorũ creator qui fecit omnia & ecce bona valde, mali aliquid in illis etiam corporalis paradisi fertilitate plantaret. Sed vt ostenderetur homini,cui esset sub tali domino vtilissima seruitus,quantũ esset obedien

Prou.3.

E tiæ bonum,q̃ sola de famulo exegerat, cui obedire non ꝑꝑ ipsius dominatũ, sed ꝑꝑ seruientis vilitatem potius expediret,ab eo ligno sunt prohibiti,nihil mali omnino paterentur, vt q̃ illo post prohibitionem vtẽtes pasi sunt, satis ostenderetur quòd eis hoc non intulerit arbor cibo noxio pernitiosa,sed tantum obedientia violata.

Rebillio carnis vñ. Cap.22

Hanc ergo priusquã violassent placebãt deo & placebat eis deus, & quanuis corpus animale gestarent, nihil obediens in illo aduersum se moueri sentiebãt, Faciebat qꝑpe hoc ordo iustitiæ, vt qa eorũ anima famulũ corpus à domino acceperat, sicut ipsa eidem dño suo,ita illi corpus eius obediret atque exhiberet vitæ illi congruum sine vlla resistentia famulatum. Hinc & nudi erant & non confundebantur. Animam quippe rationalẽ naturali uerecundia nunc pudet, quòd in carne, in cuius seruitutem ius potestatis accepit, nescio quàm infirmitatẽ efficere non potest, vt se nolente non moueantur membra,& se uolente moueantur. Quæ propter hoc in quouis casto,merito appellatur pudenda, quòd aduersus dominam mentẽ quasi suæ sint potestatis sicut libitum est excitantur. Idq̃e solum iuris in his hũt frena virtutis, vt ad immundas & illicitas corruptiones ea pueanire non si-

Gal.5.

nant. Hæc igit̃ carnis inobedientia, q̃ in ipso motu est ẽt si habere nõ ꝓmittatur effectum, nõ erat in illis tũc primis hominibus cum quippe anima rõnali domina carnis, proca inobedientẽ experiret carnẽ famulã suã cum sensu quodam confusionis & molestiæ suæ, quẽ sensum certe ipsa per inobedientiã suã nõ intulit deo. Neq; n.deo pudendũ est aut molestũ si nos ei non obedimus, cuius in nos summã potestatem nullo modo minuere valemus, sed nobis pudẽdum est q̃ imperio nr̃o caro non seruit, q̃ hoc fit per infirmitatẽ q̃ peccando meruimus, vocaturq; peccatũ habitans in membris nr̃is, Sic est autẽ hoc pctũ vt sit pœna peccati. Deniq; posteaquã est illa facta trãsgressio,& anima inobediens, à lege sui dñi auersa est, habere cœpit contra eam seruus eius,hoc est corpus eius legẽ inobedientiæ, & puduit illos homines nuditatis suæ, animaduerso in se motu, quem ante non senrant, q̃ animaduersio apertio dicta est oculorũ, neq; enim oculis clausis inter illas arbores oberrabãt, Sic & de Agar scriptum est, Aperti sunt oculi eius & vidit puteum. Tunc illi homines pudenda texerunt, qua Nudeus illis mẽbra, ipsi vero pudẽda fecerũt, ex

De hac lege peccati nascitur caro peccati expiãda p illius sacrm, qui venit in similitudine carnis peccati, vt euacuet̃ corpus Rom.8. peccati,q̃d & corpus mortis huius appellat &. vñ miserum hominẽ non liberat nisi gratia dei per Iesum Chrm dñm nostrum. Sic enim ab eis transitum fecit in posteros ista lex initium mortis, quemadmodum labor quo cũcti homines laborãt in terra, quemadmodũ in fœminas parturitio cũ dolore. bus. Hæc.n.cũ de peccato arguerent̃ dei sententia meruerũt,q̃ nõ in eis solis, sed ẽt in successoribus eorũ, in alijs magis, in alijs minus tñ in omnibus videmus impleri. Cũ itaq; primorũ illorũ hoium fuerit prima iustitia obedire deo,& hãc in mẽbris aduersus legẽ mẽtis suæ legẽ cõcupiscẽtiæ nõ habere, nũc post eorũ pctũ nata ex eis nãta carne peccati ꝑ magno obtinet ab his, qui obediunt deo desiderijs eiusdem concupiscentiæ non obedire, & crucifigere in se carnem cum passionibus & concupiscentijs, vt sint Iesu Chri, q̃ hoc in sua cruce figurauit,

rauit, quibus per gratiam suam dedit potestatẽ filios dei fieri. Non.n.omnibus hominibus dedit,sed quotquot receperunt eũ, vt deo renascerentur spiritu,qui ꝛeculo nati e-

Iohan.1.

rãt carne, Sic.n.de his dictũ est, Quotquot aũt receperunt eũ, dedit eis potestatem filios dei fieri,qui non ex carne, non ex sanguine,non ex voluntate viri,nec ex voluntate carnis,sed ex deo nati sunt.

Aduer. Pelag. lib. 1. Cap. 24. lib. 2. Cap. 1.

Secutus aũt addidit, Et verbum caro factum est & habitauit in nobis. tanq̃ dicens, magnũ quidem hoc in his factũ est, vt deo nascerentur ex deo,qui prius nati fuerãt ex carne seculo, quis creati ab ipso deo,sed longe mirabilius factũ est, ꝙ cum istis naturæ fuerit nasci de carne, beneficij vero nasci ex deo,ꝑꝑ hoc impertiendum beneficij:illi qui de deo naturaliter natus est, nasci ẽt misericorditer de carne dignatus est: hoc ẽ enim & verbũ caro factũ est & habitauit in nobis. Per hoc,inquit,factum est vt nati de carne caro, postea nascendo de spiritu spũs essemus & habitaremus in deo, q̃a & deus factus est & habitauit in nobis: verbum.n. caro factũ est,in principio erat, & apud deum deus erat. Veruntũ ipsa participatio illius in inferiora nostra vt nostra esset in superiora illius, tenuit quandã & in carnis natiuitate medietatẽ, vt nos quidem nati essemus in carne peccati, ille autem in similitudinem carnis peccati: nos non solum ex carne & sanguine,verumẽt ex voluntate viri & voluntate carnis: ille aũt tm̃ ex carne & sanguine & non ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis,sed ex deo natus est. Et ideo nos in mortem propter peccatum, ille ꝑꝑ nos in mortem sine peccato. Sicut autẽ inferiora eius quibus ad nos descendit non omnimodo coæquata sunt inferioribus nostris in quibus nos hic inuenit, sic & superiora nostra quibus ad eum ascendimus nõ coæquabuntur superioribus eius in quibus eũ illic inuẽturi sumus. Nos.n ipsius gratia facti erimus filij dei, ille semp natura erat filius dei. Nos aliq̃n conuersi adhærebimus deo, Nos participes vitæ æternæ, ille vita æterna. Solus ergo ille etiã homo factus manens deus, peccatum nullum habuit vn quam, nec sumpsit carnem peccati quanuis de natura carnis peccati. Quod.n.carnis inde susceptum, id profecto aut susciendum mundauit, aut suscipiendo mundauit.

Ideo virginem matrem nõ lege carnis peccaai,id est,nõ cõcupiscentiæ carnalis motu concipientẽ, sed pia fide sanctũ germẽ in se fieri promerentẽ, q̃ elegerat creauit, de qua crearet̃ elegit. Quanto magis ergo caro peccati baptizanda est ꝑꝑ euadẽdum iudiciũ, si baptizata est caro sine peccato ꝑꝑ imitationis exemplum? Quod autem supra respõdimus aduersus eos qui dicunt, si pctor genuit peccatorẽ, iustus quoq; iustum gignere debuit,hoc ẽt his rñdemus, qui dicũt de homine baptizato natum, iam velut baptizatum haberi debuisse. Cur.n.nõ,inquiũ, in lũbis patris sui potuit baptizari, si scm Epistolam q̃ ad Hebræ.scripta est, In lumbis Abrahæ Leui potuit decimari? Hoc qui dicunt, attẽdant non ꝑꝑea Leui postea nõ fuisse decimatum, quia iam fuerat decimatus in lumbis Abrahæ, sed quia sic ordinatus est honore sacerdotij vt acciperet decimas,non ꝑberet,alioquin nec cæteri fratres eius qui ei præbebant, decimarentur, quia & ipsi in lũbis Abrahæ à Melchisedech iã fuerant decimati. Sed ne quis dicat ꝑꝑea re ẽte potuisse Abrahæ filios decimari,quanuis iam fuissent in lũbis patris sui decimati, quia decimato talis res erat quæ in vnoquoque homine sæpe fuerat facienda, sicut Israelitæ annis omnibus, immo ex fructibus omnibus decimas tota vita sua crebras solent præbere Leuitis, baptismum aũt tale sacramentum esse quod semel datur, Etsi iam hoc acceperat quisq; cum in patre suo esset, non nisi baptizatum fuisse deputandum,cũ de illo qui baptizatus fuerat gigneretur. Qui hoc dicit:ne diu disputem,circumcisionem respiciat,quæ semel fiebat & tũ in singulis singillatim fiebat. Sicut ergo tempore illius sacramenti de circunciso qui nasceretur circuncidendus fuit: sic nunc de baptizato qui natus fuerit baptizandus est. At enim ait Apostolus, Filij vestri immundi es sent, nunc autẽ sancti sunt: & ideo inquiũt, fidelium filij iam baptizari minime debuerunt. Miror hoc dicere qui negant peccatũ ex Adam originaliter trahi. Si enim hanc Apostoli sententiam sic accipiunt, vt credãt de fidelibus sanctificatos filios nasci, cur eos etiam ipsi baptizari oportere non dubitant? Cur deniq; nolunt fateri de parente peccatore aliquod peccatum originaliter trahi, si de sancto aliqua sanctitas trahitur? Et contra nostram quidem non est assertionem, etiã si ex fidelibus sancti propagãtur,

Hebr.7.

1.Co.7.

Universidad de Deusto Biblioteca

q̄ eos dicimus si non baptizantur, pergere
M in damnationem, quibus & ipsi regnum cœ
lorum intercludunt, quanuis eos dicant nō
habere vllū vel propriū, vel originale pec
catum. Aut si eis indignū videtur vt sancti
damnentur, qūo erit dignū vt à regno dei
sancti seperentur? Et illud potius attendāt,
qūo non de peccatoribus parentibus traha
tur aliquod peccatū, si de sanctis aliqua san
ctitas trahitur & non immunditia de im
mundis. Vtrunq; n. dixit qui dixit, Alioq̄n
filij vestri immundi essent, nunc aūt sancti
sunt. Explicent ēt qūo iustum sit vt sancti
ex fidelibus & immundi ex infidelibus na
ti, pariter tū si baptizati non fuerint regnū
dei non permittantur intrare. Quid ergo
illis ista sanctitas prodest? Nam si damnari
faterentur immūdos ex infidelibus natos:
sanctos autem filios fidelium in dei quidem
regnum intrare non posse, nisi fuerint ba
ptizati, non tamē damnari quia sancti sunt,
esset qualisēunq; distinctio? Nunc vero na
tos & de sanctis sanctos, & de immūdis im
mundos æqualiter dicunt, & quia peccatū
non habent, non dānari, & quia baptismum
non hūit, à dei regno separari. Hanc absur
ditatem talia ingenia non videre quis cre-
A dat? Nostræ autē, imo ipsius Apostoli sen-
Rom. 5. tentiæ, qui dixit, Ex vno omnes ad condem
nationem, & ex vno omnes ad iustificatio
nem vitæ, q̄ non sit contrarium hoc quod
1. Co. 7. ait, cum de alia re ageret, Alioquin filij ve
stri immundi essent, nūc autem sancti sunt,
paululum attende.

Sanctificatio multiplex. Non vnius modi est sanctificatio, Nā & catechumenos secundum quendam modū suū p signum Chri & orationē manus impositionis puto sanctificari, & qd' accipiūt
Cap. 36 quanuis non sit corpus Christi, sanctū est tamē, & sanctius, q̄ cibi quibus alimur qm̄ sacramentum est, verum & ipsos cibos qui bus ad necessitatem sustentandæ huius vitę
1. Ti. 4. alimur, sanctificari idem Apostolus dixit, per verbum dei & orationem qua oramus vtiq; nostra corpuscula refecturi. Sicut autem ista ciborum sanctificatio non efficit, vt quod in os intraverit non in ventrem vadat & secessum emittatur per corruptionem, qua omnia terrena soluūtur, vnde ad aliam escam quæ non corrumpitur nos dominus exhortatur: ita sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum cœlorum, aut ad peccatorum remissionem. Ac per hoc & illa sanctificatio cuiuscunq; modi sit, quam in filijs fidelium esse dixit Apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine, vel B remissione q̄nem omnino nō ptinet. Nā & coniuges infideles in cōiugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso loco ita loquens, Sā 1. Co. ctificatur. n. vir infidelis in vxore, & sancti ficatur mulier infidelis in fratre, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc aūt sancti sunt. Nō opinor quisquam tam infideliter intelligit, quodlibet in his verbis intelligat, vt ob hoc existimet etiā maritū nō Christianum, quia Christiana fuerit vxor eius, neq; iam baptizari oportere, & ad peccatorum remissionem peruenisse, & in regnum cœlorum esse intraturum, q̄a sanctificatus dictus est in vxore.

Quisquis vero adhuc mouet, quare ba- Cap. ptizentur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breuiter accipiat, Sicut generatio carnis peccati per vnum Adam in condemnationem trahit omnes qui eo modo generantur, sic generatio spiritus gratiæ per vnum Iesum Christum ad iustitiam vitæ æternæ ducit oēs qui eo modo prædestinati regenerantur. Sacramentū aūt baptismi profecto sacrm regenerationis est. Quocirca si cut homo qui non vixerit, mori non potest: & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest: ita qui natus non fuerit renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo C parente renasci potuisse non natū. Oportet autem vt si natus fuerit renascatur, quia ni si qui natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Oportet igitur vt sacramento regenerationis, ne sine illo male de hac vita exeat, etiam paruulus imbuatur. Quod nō fit nisi in remissione peccatorum, quod etiā ipso loco Christus ostendit, cum interrogatus quomodo possent ista fieri, commemorauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. Cum itaq; per baptismi sacramentum morti Christi cōformantur infantes, eos à serpentis morsu fatendum est liberari, si à Christianæ fidei regula nolumus aberrare. Quem tamen morsum non in sua vita propria, sed in illo cui primitus inflictus est acceperunt. Neque illud falla. q̄ si nec parenti post conuersionem obsunt propria peccata, quanto magis, inquiunt, filio eius obesse non possunt. Sed qui hoc sentiunt, non attendunt, quia sicut parenti per hoc quòd spiritu renatus est propria peccata non obsunt, ita qui de illa natus est, nisi eo modo

eo modo renascatur, quæ à parente tracta
D sunt, oberunt. Quia & innouati parētes nō
ex primitijs nouitatis, sed ex reliquijs vetu
statis carnaliter gignunt, & filij ex parentū
reliqua vetustate toti vetusti, in peccati car
ne propagati, damnationem veteri homini
debitam sacramento spiritalis regeratio-
nis & renouationis euadunt. Illud nanq;
præcipue p̄ q̄stiones, quæ de hac re mo
tæ sunt, vel moueri adhuc possunt, attende-
re ac meminisse debemus, tantummō pecca
torum omniū plenā perfectāq; remissionē
baptismo fieri: hominis vero ipsius qualita-
tem non totam continuo cōmutari, sed spi-
ritales primitias in bene proficientibus de
die in diem nouitate crescente commutare
in se quod carnaliter vetus est donec totū
ita renouetur, vt animalis etiam infirmitas
corporis, ad firmitatem spiritalem incorru
ptionemq; perueniat.

Hæc aūt lex peccati, quod etiam peccatū
appellat Apostolus, cū dicit, Non ergo re-
gnet peccatū in vestro mortali corpore ad
obediendū desiderijs eius: non sic manet in
mēbris eorum qui ex aqua & spiritu renati
sunt, tanquā non sit eius facta remissio, vbi
omnino plena & perfecta fit remissio pec-
catorum, omnibus inimicitijs interfectis q̄
has separabamur à deo, sed manet in vetu-
state carnis ranq̄ superatū & peremptum, si
non illicitis consensionibus quodammodo
reuiuiscat, & in regnum propriū domina-
tionēq; reuocetur. Ab hac autem vetustate
carnis, in qua est lex ista peccati vel pecca-
tū iā remissum, vsqueadeo spiritus vita di-
scernitur, in cuius nouitate baptizati p dei
gratiā renascuntur, vt parū fuerit Apostolo dicere, tales non esse in pctō, nisi ēt dice-
ret in ipsa illos carne non esse antequam ex
hac mortali vita migrarent. Qui n. in car-
ne, inquit, sunt, deo placere nō possunt: vos
autem non estis in carne, sed in spiritu, si ta-
men spiritus dei habitat in vobis. Veruntā
sicut ipsa carne quanuis corruptibili bene
vtuntur qui mēbra eius ad opera bona con
uertunt, in qua carne non sunt, quia non se
cundum eam sapiunt neq; viuunt, sicut de-
nig; etiam morte, quæ primi peccati pœna
est, bene vtuntur qui eam pro fratribus, p̄
fide, pro quacunq; vera & sancta iustitia for
titer & patienter impendunt: sic illa etiam
lege peccati, quod iam remissum in vetu-
state carnis manet, bene vtuntur coniugati
fideles, qui ex eo p̄ sunt in Christi nouita-
te, dominari sibi libidinem minime patiun-
tur: ex eo autem q̄ adhuc trahunt Adæ ve F
tustatem, regenerandos immortaliter filios
mortaliter generant cum ea propagine pec
cati, qua illi qui renati sunt obnoxij non te
nentur, & qua illi qui nascuntur renascen-
do soluuntur. Quandiu ergo manet lex cō
cupiscentialis in membris, manente ipsa rea
tus eius soluitur, sed ei soluitur qui sacra-
mentum regenerationis accepit renouariq;
iam cœpit. Ex illa autem manente concupi
scentiæ vetustate quod nascitur renasci in-
diget vt sanetur. Quia parentes fideles &
nati carnaliter & renati spiritaliter, filios
carnaliter genuerunt, filij vero antequam
nascerentur, renasci quomodo potuerunt?
Nec mireris, q̄ dixi, manente concupiscen
tiali lege peccati reatum eius solui per gra-
tiam sacramenti. Sicut. n. facta & dicta & co
gitata iniqua quantum ad ipsos motus ani-
mi & corporis pertinet, iam præterierunt
& non sunt, eis tamen præteritis & non iā
existentibus reatus eorum manet, nisi pec-
catorum remissione soluatur, sic contra in
hac non iam præterita, sed adhuc manente
lege concupiscentiæ reatus eius soluitur &
non erit, cum fit in baptismo plena remis-
sio peccatorum. Deniq; si continuo conse-
quatur ab hac vita migratio, non erit omni
no quod obnoxium hominem teneat, solu- G
tis omnibus quæ tenebant. Sicut ergo non
est mirum præteritorum dictorum factorū
atq; cogitatorum reatum manere ante pec-
catorum remissionem: sic contra non debet
esse mirum manentis concupiscentiæ reatū
præterire post peccatorum remissionem.

Quæ cum ita sint, ex quo per vnum ho Christi
minem peccatum intrauit in hunc mundū, infantia
& per peccatū mors, & ita in oēs homines caruit
pertransijt vsq; in finem carnalis huius ge- ignoran
nerationis & corruptibilis seculi, cuius filij tia.
generant & generantur, nullo existente ho Cap. 29
mine de quo in hac vita constituto veraci- Vbi Ma-
ter dici posit, q̄ nullū habeat omnino pec- ria?
catum, excepto vno mediatore, qui nos crea
tori nostro conciliat per remissionē pecca-
torum. i. ipse dominus noster hāc suam me-
delā nullis generis humani tēporibus ante
vltimum adhuc iudiciū denegauit eis, quos
per certissimam præscientiā & iustissimam
beneficentiam secum regnaturos in vitam
prædestinauit æternam. Nanq; ante natiui
tatē carnis, infirmitatēq; passionis, & virtu
tem resurrectionis suæ, earū rerum futura-
rum

H rum fide eos qui tunc fuerant, informabat ad hæreditatem salutis æternæ, quarum rerum præsentiũ fide informauit eos, qui cũ gererent aderant atq; impleri prædicta cernebant, quarũ ẽt præteritorũ rerũ fide qui postea fuerunt, & nosipsos, & qui deinde futuri sunt informare nõ cessat. Vna ergo fides est quæ oẽs saluos facit, qui ex carnali generatione in spiritalẽ renascendo saluantur, terminata in eo, qui venit pro nobis iudicari & mori iudex viuorũ & mortuorũ. Sed huius vnius fidei pro significationis opportunitate per varia tempora sacramenta variata sunt. Idẽ ipse itaq; saluator est parvulorum atque maiorum, de quo dixerunt
Lucę. 2. angeli, Natus est vobis hodie saluator, &
Matt. 1. de quo dictum est ad virginem Mariã, Vocabis nomen eius Iesum, Ipse. n. saluum facit populum suum à peccatis eorum, vbi apte demonstratum est eum hoc nomine quo appellatur Iesus, propter salutem quam nobis tribuit nominari: Iesus quippe latine saluator est. Quis est igitur qui audeat dicere dominum Christum tantum maioribus
Rom. 8. non etiam paruulis esse Iesum, qui venit in similitudine carnis peccati, vt euacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus mẽbris anima rationalis miserabili ignorantia
1 prægrauatur. Quam plane ignorãtiam nul
Sapiẽ. 9. lo modo crediderim fuisse in infante illo, in
Ioan. 1. quo verbum caro factum est, vt inhabitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis. Per hãc. n. etiam cũ motibus irrationabilibus perturbantur nulla ratione, nullo imperio, sed dolore aliqũ vel doloris terrore cohibentur, vt omnino videas illius inobediẽtiæ filios, quæ mouetur in membris repugnans legimentis, nec cum vult ratio, conquiescit. Ve-
Rom. 7. rum & ipsa sæpe vel dolore corporis, tanq̃ vapulando compescitur, vel pauescendo, vel tali aliquo animi motu, non tamen voluntate præcipiente comprimitur. Sed quia in eo erat similitudo carnis peccati, mutationes ætatum perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia, vel ad mortem videatur etiam senescendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuuenis fuisset occisus. Quæ tamẽ mors in carne peccati inobedientiæ debita redditur, in similitudine autem carnis peccati obedientiæ voluntate susceptа est. Ad eam quippe iturus eamq; passurus, hoc ait, Ecce venit princeps mundi huius & in me nihil
Ioã. 14. inueniet, sed vt sciant oẽs quia voluntatem
Aetr. 3. turũ? Deniq; hoc quibusdã in fine largie
Cap. 33 tur, vt mortẽ istã repentina cõmutatione
1. Tim. 4. nõ sentiãt, sed simul cũ resurgentibus rapiã
M tur in nubibus obuiã Christo in aera, & sic semper cũ dño viuant. Et recte illis, quia non erunt iam posteri qui propter hoc credant non sperando qđ non vident, sed amãdo quod vident. Quæ fides est eneruis & debilis, nec fides omnino dicẽda, qũdoquidem fides ita definita est, Fides est sperantiũ subsistantia & cõuictio rerũ, quæ non uidenter. Vũ ẽt in eadem vbi & hoc scriptũ est ad Hebræos epistola, cum cõsequenter enumerasset quosdam, qui deo fide placuerunt, sed m fidem, inquit, mortui sunt, hi omnes cum non accepissent promissiones, sed longe eas videntes & salutantes & confitentes, quia hospites & peregrini sunt super terram. Et paulopost eandem fidei laudem ita cõclusit, Et omnes, inquit, testimonium consecuti per fidem, non tulerũt promissiones dei: pro nobis enim meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur. Hæc laus fidei non esset, nec omnino, vt iam dixi, fides esset, si homines in credẽdo præmia visibilia sequerentur: hoc est, si fidelibus merces immortalitatis in hoc seculo redderetur. Hinc & ipse dñs mori voluit, vt quẽadmodum de illo scriptum est, per mortem euacuaret eum, qui ptãtem habebat mortis, id est diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitã rei erant seruitutis. Hoc testimonio satis etiã
Gen. 3. illud monstratur & mortem istam corpo-
ris principe atq; authore diabolo, hoc est, ex peccato accidisse, quod ille persuasit, neque enim ob aliud ptãtem habere mortis verissime diceretur: Vnde ille qui sine vllo
Ioã. 14. pctõ vel originali vel proprio moriebatur dixit, quod paulo ante commemoraui, Ecce veniet princeps mundi, id est, diabolus, qui ptãtẽ habet mortis & in me nihil inveniet. i. peccati, propter qđ homines mori fecit. Et q̃si diceretur ei, quare ergo moreris? Sed vt sciant omnes, inquit, quia volũtatẽ patris mei facio, surgite eamus hinc: i. vt moriar non habens mortis causam de peccato sub ipsius patre peccati, sed de obedientia & iustitia factus obediens vsque ad mortẽ. Et hoc ergo illo testimonio demõstratum est, & q̃ timorem mortis fideles vincunt, ad agonem ipsius fidei pertinere, qui profecto defuisset, si mox esset credentibus immortalitas consecuta.

Quanuis itaq; multa dñs visibilia miracula fecerit, vũ ipsa fides velut quibusdam primordijs lacteſcẽtibus germinaret, & in suum robur ex illa teneritudine coalesceret, tãto est. n. fortior, quanto magis iã ista non q̃rit, tũ illud qđ promissum speramus inuisibiliter voluit expectari, vt iustus ex fide viueret, intm̃ vt nec ipse qui die tertio resurrexit inter homines esse voluerit, sed eis demõstrato in sua carne resurrectionis exemplo, quos huius rei testes habere dignatus est, in cœlum ascenderit, illorum quoq; se oculis auferẽs nihilq́; tale cuiusquã eorũ carni iam tribuens, quale in carne propria demonstrauerat, ut & ipsi ex fide viuerent, eiusq́ue iustitiæ, in qua ex fide viuitur, præmium quod postea erit visibile, nunc interim per patientiã inuisibiliter expectarent. Ad hunc intellectũ credo etiã illud esse referẽdũ, qđ ait de spiritusancto,
Ioã. 16. Non põt ipse venire nisi ego abiero: hoc .n. erat dicere, nõ poteritis iuste viuere ex fide, qđ de meo dono. i. de spiritusancto habebitis, nisi a vestris oculis hoc qđ intuemini abstulero vt spiritaliter cor vestrum inuisibilia credendo proficiat. Hanc ex fide iustitiam identidẽ loquẽs de spũsancto, ita cõmendat. Ille, inquit, arguet mundum de G peccato, de iustitia & de iudicio. De pctõ quidẽ, qa non crediderunt in me: de iustitia, qa ad patrem vado, & iam non videbitis me. Quia est ista iustitia, qua eum non viderunt, nisi vt iustus ex fide viueret, & non respicientes, quæ videntur, sed quæ non uidentur, spiritu ex fide spem iustitiæ expectaremus?

Quur solus Christ9 resurrexit. Cap. 32 Rom. 1.

Qui autem dicunt, Si peccato mors ista corporis accidisset, nõ vtiq; post remissionẽ pctõrũ quã redẽptor nobis tribuit moreremur, non intelligũt qũo res, quarũ rea tum ne post hanc vitã obsint, deus solut, tamẽ eas ad certamẽ fidei finit manere, vt p illas erudianẽ & exerceanẽ, proficientes in agone iustitiæ. Posset. n. & alius hoc nõ intelligens dicere, Si p p pctm̃ dixit deus homini, In sudore vultus tui edes panem tuũ, & spinas & tribulos pariet tibi terra: quare & post remissionẽ pctõrũ labor hic permanet, & hæc dura & aspera pariter etiã terra fidelium? Item si propter peccatum dictum est mulieri, In gemitu paries: cur etiam post peccatorum remissionem fœminæ fideles eosdem dolores parturiẽdo patiuntur?
Cap. 33
Gen. 3.

tiuntur? Et tñ constat ꝓpter pctm quod ad
miserant, illos a deo primos homines hæc
D audisse atq; meruisse, nec resistit his verbis
diuini libri, quæ posui de labore hominis
& de parturitione mulieris, nisi q prorsus
alienus a fide catholica eisdē literis aduer
Quur satur. Verū qa & tales nō desunt quemad-
remisso modum eis hac qōne proposita rñdemus
peccato, dicentes, ante remissionem esse ilka supplī-
pœna e- cia peccatorū, post remissionem autem cer
xigitur. tamina exercitationesq; iustorū: ita & illis
Cap. 34 quos de morte corporis similiter mouet rñ
dere debemus, vt eam & pctō accidisse fa-
teamur, & post pctorum remissionem, vt
magnus timor eius a proficientibus supere
tur, ad certamen nobis relictā esse non de-
Gala. 5. dignemur. Si.n. parua virtus esset fidei, q
per dilectionē operatur, mortis metū vin-
cere, non esset tanta martyrum gloria: nec
dñs diceret, Maiorem hac charitatē nemo
Ioa. 15. habet q vt animam suam ponat pro ami-
cis suis. Quod in epistola sua Ioānes ita di
1. Ioā. 3 cit, Sicut ille animā suam ꝓ nobis posuit,
sic & nos debemus animas ꝓ fratribus po
nere. Nequaquā igitur in morte pro iusti-
tia subeunda uel contemnenda laudaretur
E ꝑcipua patientia, si mortis non esset magna
multumq; dura molestia. Cuius timorē q
vincit ex fide, magnam ipsius fidei compa-
rat gloriā iustamq; mercedem. Vnde mirā
dum non est, & mortem corporis non fuis-
se euenturā homini, nisi præcessisset pctm,
cuius ēt talis pœna consequeretur, & post
remissionem peccatorum eā fidelibus eue-
nire, vt in eius timore vincendo exercere-
tur fortitudo iustitiæ. Caro.n. quæ primo
facta est, non erat caro peccati, in qua no-
luit homo inter delitias paradisi seruare iu
stitiam. Vnde statuit deus, vt post eius pec-
catum propagata caro peccati ad recipien-
dam iustitiam, laboribus & molestijs nite-
retur. Propter hoc etiam de paradiso eie-
Gen. 3. ctus Adam, contra Eden habitauit, id est,
contra sedem delitiarum, vt significaret ꝙ
in laboribus qui sunt delitijs cōtrarij, eru-
dienda esset caro peccati, quæ in delitijs o-
bedientiam non seruauit antequam esset ca
ro peccati. Sicut ergo illi primi homines po
stea iuste uiuendo, vnde merito creduntur
per domini sanguinem ab extremo supplī-
cio liberati, non tamen in illa vita merue-
runt ad paradisum reuocari: & caro pecca
ti etiam si remissis peccatis homo in ea iu
ste vixerit, nō continuo meretur eam mor
tem non perpeti quam traxit de propagi-
ne peccati. Tale aliquid nobis insinuatum F
est de patriarcha Dauid in libro Regnorū, 2. Re.
ad quem Propheta cum missus esset eique
propter pctm quod commiserat euentura
mala ex iracundia dei comminaretur, con-
fessione peccati veniam meruit, respondēn
te Propheta, ꝙ illud ei flagitium facinusq;
remissum sit, ꝙ tamen consecuta sunt quæ
deus fuerat comminatus, vt sic humiliaret
a filio. Quare & hic non dicitur, si deus ꝓ-
pter peccatum illud fuerat cōminatus, cur
dimisso peccato quod erat minatus imple-
uit, nisi quia rectissime si sic dictum fuerit,
respondebitur remissionem illam peccati
factam, ne homo a percipienda vita impe-
diretur æterna, subsecutū uero illius com-
minationis effectum vt pietas hominis in
illa humilitate exerceretur atq; ꝓbaretur.
Sic & mortē corporis ꝓp hoc pctm deus
homini inflixit, & post peccatorum remis-
sionem propter exercendam iustitiam non
ademit. Teneamus ergo indeclinabilem Quid
fidei confessionem. Solus vnus est qui sine fi
peccato natus ē, in similitudine carnis pec-
cati, sine peccato vixit inter aliena peccata, mo
sine peccato mortuus est ꝓpter nostra pec Cap.
cata, non declinemus in dexteram aut in si Rom.
nistram. In dexteram enim declinare, est G
seipsum decipere dicendo se esse sine pecca
to. In sinistram autem per nescio quā per-
uersam atque prauam securitatem se tan- Prou
quam impune dare peccatis. Vias enim q
a dextris sunt nouit dominus, qui solus si-
ne peccato est, & nostra potest delere pecca
ta, puersæ autem sunt, quæ a sinistris sunt
amicitiæ cum peccatis. Tale etiam illi vi-
ginti annorum adolescētuli figuram noui
populi præmiserunt, qui in terram promis
sionis intrarunt, qui nec in dexteram nec
in sinistram dicti sunt declinasse: Nō enim
ea viginti annorum ætas comparanda est
innocentię paruulorum: sed, ni fallor, hic
numerus mysticum aliquid adumbrat &
resonat. Vetus enim testamentum in quin-
que Moysi libris excellit, nouū autē qua-
tuor Euangeliorum authoritate prefulget,
qui numeri per se multiplicati ad vicena-
rium perueniunt, quater. n. quini vel quin-
quies quaterni viginti sunt. Talis populus,
vs prædixi, eruditus in regno cœlorum per
duo testamenta vetus & nouum, non decli
nans in dexteram superba præsumptione
iustitiæ, neque in sinistram secura delecta-
tione

tione peccati, in terram illius promissionis
intrabit, vbi iam peccata vlterius nec nobis
donanda optemus, nec in nobis punienda ti
meamus, ab illo redemptore liberati q non
venundatus sub peccato, redemit Israel ab
omnibus iniquitatibus eius, sine propria cu
iusq; vita cōmissis siue originaliter tractis.
H. Non enim parum diuinarum scripturarū
Cap. 5. authoritati veritatiq; cesserunt.
Qui etsi noluerūt literis suis aperte ex-
primere paruulis remissionem necessariā
peccatorum, redemptionem tñ eis necesse
esse confessi sunt. Alio quippe verbo, etiam
ipso de Christiana eruditione deprompto
nihil aliud omnino dixerunt: Nec dubitan
dum esse his qui diuinas scripturas fideli-
ter legunt, fideliter audiunt, fideliter tenēt,
ꝙ ab illa carne quæ prius voluptate peccati
facta est caro peccati, deinceps per successio
nē transeunte in oēs proscriptione iniqui-
tatis & mortis, caro sit propagata peccati,
excepta vna similitudine carnis peccati, q
tñ non esset, nisi esset caro peccati. De ani-
ma uero virum & ipsa eodem modo propa
gata, reatu qui ei dimittatur obstricta sit,
nec. n. possumus dicere, solam carnem par
uuli, non etiam animam indigere saluato-
ris & redemptoris auxilio, alienamq; ab ea
R. 101. esse gratiarum actionē quæ in Psalmis est,
vbi legimus & dicimus, Benedic anima mea
dñm, & noli obliuisci oēs retributiones e-
ius, qui propicius fuit omnibus iniquitati-
bus tuis, qui sanat oēs languores tuos, qui
redemit de corruptione vitam tuam, an ēt
non propagata, eoipso quo carni peccati ag
rauāda miscetur, iam ipsius peccati remis
sione & sua redemptione opus habeat, deo
per summam præscientiam iudicante, qui
paruulorum ab isto reatu non mereantur
absolui, ēt qui nondum nati nihil alicubi
propria sua vita peregerunt vel boni vel
mali, & qūo deus etiam si non de traduce
animas creat, non sit tñ author reatus eius-
dem: propter quem redemptio sacramenti
necessaria est animæ paruuli, magna qstio
est, aliamq; disputationem desiderat, eo tñ
quantum arbitror moderamine temperatā,
vt magis inquisitio cauta laudetur, q præci
pitata reprehendatur assertio. Vbi.n. de re
obscurissima disputatur, non adiuuantibus
diuinarum scripturarum certis clarisq; do
cumentis, cohibere se debet humana præ-
sumptio, nihil faciens in partem alterā de-
clinando. Etsi.n. quodlibet horum, quemad
modum demonstrari & explicari possit,
ignorem, illud tñ credo, ꝙ etiam hinc diui-
norum eloquiorum clarissima authoritas
esset, si homo illud sine dispendio promis-
sæ salutis ignorare non posset. Habes ela-
boratum, vtinam tam commodum quām K
prolixum pro meis viribus opus, cuius
prolixitatem fortasse defenderem, nisi il-
lud vererer facere defendendo prolixius.

Libri Secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI,
de peccatorum meritis & remis
sione, & de baptismo par-
uulorum ad Marcel
linum Epistola
seu Liber
tertius.

Cap. 1.

CHarissimo filio Marcellino, Augustinus Eps seruus Christi seruorumque Christi in dño salutē. De quæstionibus quas mihi proposueras ut ad te aliqd scriberem aduersus eos, qui dicunt Adam etiam si non peccasset fuisse moriturū, nec ex eius peccato quicquam ad eius posteros propagando transisse: maxime propter bap- L
tismum paruulorum quem more pijssi-
mo atq; materno vniuersa frequentat Ec-
clesia, & ꝙ in hac uita sint, fuerint, futuriq;
sint filij hominum nullum habentes omni
no peccatum iam duos prolixos absoluerā
libros, quibus mihi visus sum non quidem
omnibus omnium occurrisse in hac causa
motibus animarum, quod vel a me vel a
quoquam vtrum fieri possit, ignoro, immo
fieri non posse non dubito, sed tamen egisse
aliquid, quo de his rebus à maioribus tradi
tæ fidei defensores contra nouitates eorum
qui aliter sentiunt non inermes vsquequaq;
consisterent. Verum post paucissimos dies
legi Pelagij quædam scripta, viri ut audio
sancti, & non paruo profectu Christiani,
quæ in Pauli Apostoli Epistolas expositio Rom. 5.
nes breuissimas continerent, atq; ibi cōperi
cum ad illum uenisset locum, vbi dicit Apo
stolus, Per unum hominem peccatum in-
trasse in mundum & per peccatum mortē,
atq; ita in oēs homines pertransisse, quan-
dam eorum argumentationem qui negant
paruulos peccatum originale gestare, quam

fateor in illis tam longis voluminibus meis
M non refelli, quia in mentem mihi omnino
non uenerat quenquam posse talia cogita-
re, vel dicere: Quapropter quoniam illi o-
peri, quod tam certo fine concluseram, nil
addere uolui, & ipsam eisdem verbis quibus
eam legi, & quid mihi cõtra videatur, huic
epistolæ inferendum putaui.

Refellit Pelagiũ. Cap. 2

Si ergo illa argumentatio posita est, Hi autem, inquit, qui contra traducem peccati sunt, ita illam impugnare nituntur: Si Adæ, inquiunt, peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest: quia similiter, immõ & magis dicit per vnum saluari, quam per unum ante perierunt. Huic ergo, ut dixi, argumento in illis duobus libris quos ad te scripsi nihil respondi, neque id mihi prorsus redarguendum proposui. Nunc ergo prius illud attende, quemadmodum cum dicunt, Si Adæ peccatum etiam non peccantibus nocet, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest, absurdissimum vtique & falsissimum iudicant, vt Christi iustitia etiam non credentibus prosit, vnde putant confici nec primi hominis peccatum paruulis non peccantibus nocere potuisse, sicut & Christi iustitia prodesse illis non credentibus non potest. Dicant itaq;, Christi iustitia quid baptizatis paruulis p-sit. Dicant omnino quod volunt: Profecto enim si se Christianos esse meminerunt, ali quid prodesse non ambigunt. Quodlibet igitur prosit, prodesse sicut etiam ipsi asserunt non credentibus non potest. Vnde coguntur paruulos baptizatos in credentium numero deputare, & authoritati sanctæ ubique Ecclesiæ consentire, quæ fidelium nomine eos censet indignos, quibus iustitia Christi etiam secundum istos prodesse non nisi credentibus posset. Sicut ergo eorum per quos renascuntur, iustitiæ spiritus responsione sua traijcit in eos fidem, quam uoluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum per quos nascuñ caro peccati traijcit in eos noxam quam nondum vita propria contraxerunt. Et sicut eos vitæ spiritus in Christo regenerat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generauerat peccatores: Illa enim carnalis generatio ẽ, hæc spiritalis: illa facit filios carnis, hæc filios spiritus: illa filios mortis, hæc filios resurrectionis: illa filios seculi, hæc filios dei; illa filios iræ, hæc filios misericordiæ: ac per hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati vinculo liberatos. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus authoritate diuina cõsentire cogamur, bene quod ipsi nos admonent, iustitiam Christi nisi credentibus prodesse non posse, & prodesse aliquid paruulis confitentur, unde, vt diximus, necesse est eos baptizatos in credentium numero sine vlla tergiuersatione cõstituãr. Cõsequẽter igitur si non baptizentur, inter eos qui non credũt erunt, ac per hoc nec vitã habebũt, sed ira dei manet super eos: Qm̃ qui nõ credit filio, non habebit vitã sed ira dei manet super eum: Et iudicati sunt, qm̃ qui nõ credit etiam iudicatus est. Et condemnabuntur, qm̃ qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Iam nunc videant isti, qua iustitia tentent vel conẽtur asserere, non ad vitam æternam, sed iram dei pertinet & diuinitus iudicari ate; damnari homines qui sine peccato sunt, si quemadmodum proprium, ita nullum in eis est etiam originale peccatũ. Iam cæteris quæ Pelagius insinuat eos decere, qui contra originale peccatum disputant, in illis duobus prolixi mei operis libris satis quantum arbitror diluciderq; respondi. Quod & si quibusdam vel parum vel obscurum videbitur, dent veniam & cõponant cum eis, qui fortasse illud non quia parum est, sed quia nimium reprehendunt, & qui ea quæ pro natura quæstionum diligẽtia dicta existimo adhuc non intelligunt, non mihi calũnientur pro negligentia vel pro meæ facultatis indigentia, sed demptius pro accipienda intelligentia deprecentur. Veruntamen nos negligenter operis tet aduertere istum, sicut eum qui nouerunt, loquuntur bonum ac prædicandum virum, hanc argumentationem contra peccati propaginem, non ex propria intulisse persona, sed quod illi dicant qui eam non approbant intimasse, nec solum hoc quod modo proposui eiq; respondi, verumetiam cætera quibus me illis libris iam respondisse recolui. Nam cum dixisset, Si Adæ, inquiunt, peccatum ẽt non peccantibus nocuit, ergo & Christi iustitia ẽt non credentibus prodest, quod in ijs quæ respondi eorum: q̃ non solum non expugnet, quod dicimus, sed etiã nos admoneat quid dicamus, secutus adiunxit: Deinde aiunt, Si baptismus mundat antiquum illud delictum, quo de duobus baptizatis nati fuerint debent hoc carere peccato: non.n. potuerunt ad posteros trãsmittere, qđ ipsi minime habuerunt. Illud quoq; accedit, inquit, quia si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantũ habet traducem peccati, & ipsa sola pœnã meretur, iniustum esse dicentes, ut hodie nata anima non ex massa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum. Dicũt etiam inquit, nulla ratione concedi, ut de-us qui propria peccata remittit, imputet, aliena. Vides ne obsecro quemadmodum hoc totum Pelagius, non ex sua, sed ex alio rum persona indiderit scriptis suis, usqueeo sciens hanc nescio quam esse nouitaẽ, quæ contra antiquã Ecclesiam insitam opinionem sonare nunc cœperit, vt eã ipse confiteri aut verecundatus aut veritus fuerit. Et forte hoc ipse non sentit & sine ptõ nascatur homo, cui fatetur necessariũ esse baptismũ, in quo sit remissio peccatorũ & q̃ sine baptismo damnetur homo, quem necesse non baptizatum in non credentib. deputari, quia vtiq; scriptura euangelica falsa non potest, in qua apertissime legitur, Qui non crediderit condemnabitur. Postremo q̃ sine baptismo imago dei non admittatur ad regnũ dei, qm̃, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei, atq; ita uel in æternã mortem sine pcto præcipitetur, uel quod est absurdius, extra regnum dei habet vitam æternã, cum dominus prædicens quid suis in fine dicturus sit, Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod uobis paratum est ab initio mũdi, manifestauerit etiam quid sit ipsum regnum quod dicebat, ita concludens, Sic ibunt illi in ambustionem æternam, iusti autem in uitam æternam. Hæc ergo & alia quæ hunc sequuntur errorem, nimium peruersa & Christianæ repugnantia ueritati, credo q̃ uir ille tam egregie, Christianos omnino non sentiat. Sed fieri potest, ut etiam istorum argumentis, qui cõtra peccati traducẽ sentiunt, adhuc fortasse ita moueatur vt audire vel nosse quid contra eos dicatur, expectet, & ideo quid illi dicant qui contra peccati traducem sentiunt, nec tacere uoluit, vt quæstio discutiendo insinuaretur & a persona sua remouit, ne hoc ẽt ipse sentire iudicaretur. Ego aũt si refellere istorum argumenta non uacat, & si leam, video tamen inhærendum esse iis quæ in scripturis sunt apertissima, vt ex his reuelentur obscura: aut si mens nondũ est idonea, quæ possit ea uel demonstrata cernere, uel abstrusa inuestigare, sine ulla hæsitatione credantur. Quid autẽ apertius F tot tantisq; testimoniis diuinorum eloquiorum, quibus dilucidissime apparet, nec præter Christi societatem ad uitam salutemq; æternam posse quenquam hominum peruenire, nec diuino iudicio posse aliquem iniuste damnari: hoc est, ab illa uita ac salute separari. Vnde sit consequens, vt quoniam nihil agitur aliud cum paruuli baptizantur, nisi ut incorporentur Ecclesiæ, id est, Christi corpori membrisq; socientur, manifestum sit eos ad damnationem nisi hoc eis collatum fuerit pertinere, non autẽ dãnari possent si peccatum utiq; non haberẽt. Hoc quia illa ætas nullum in uita propria contrahere potuit, restat intelligere, uel si hoc nondum possumus, saltem credere, trahere paruulos originale peccatum. Ac per hoc si ambigui aliquid habent uerba Apostolica, quibus dicit, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, possuntq; in aliam duci trãsferriq; sententiam: nunquid & illud ambiguum est, Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & spiritu non potest introire in regnum dei? Nũ quid & illud, Vocabis nomen eius Iesum, ipse.n. saluum faciet populum suum a peccatis eorũ? Nunqd ẽt illud, Quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: hoc est, quia non est necessarius Iesus eis qui nõ habent peccatũ, sed eis q̃ saluandi sunt a pcto? Nunqd etiã illud, Quia nisi manducauerint homines carnẽ eius hoc est, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitã? His atq; hmõi aliis q̃ nũc præteo, testimoniis diuina luce clarissimis, diuina authoritate certissimis, nonne ueritas sine ullaambiguitate proclamat, nõ solũ in regnũ dei non baptizatos paruulos intrare nõ posse, sed nec uitã æternã posse habere præter Christi corpus, cui vt incorporentur sacro baptismatis imbunutur. Nonne ueritas sine ulla dubitatione testatur, eos nõ ob aliud ad Iesum: hoc est, ad saluatorẽ & ad medicũ Christũ piis gestãtium manib. ferri, nisi ut per medicinam sacramentorum eius possint a peccati peste sanari?

Baptismus parit de qb. forte dubitamus ẽt ipsa sic intellige uulorũ. Cap. 5.

Quid ergo cunctamur Apostoli uerba

Rom. 5. Ioan. 3. Mat. 1. Mat. 9. Ioan. 6.

Rom. 5. tare non possumus? Quanq; toto ipso loco H vbi per vnius peccatum multorum cõdem nationẽ,& p unius iustitiam multorũ iusti ficationẽ Apostolus loquitur,nihil mihi vi deatur ambigui,nisi q̃ ait, Adã formã futu ri. Hoc n. reuera non solũ huic sententiæ conuenit, qua intelligitur futuros eius posteros,& eadem forma cum peccato esse generatos, sed etiam in alios & alios intellectus possunt hæc uerba deduci. Nã & nos aliud inde aliqũ diximus, & aliud fortasse dicemus, quod tũ huic intellectui non sit aduersum, & ipse Pelagius non vno modo id exposuit. Cætera uero quæ ibi dicunt si diligenter aduertantur,atq; tractent, sicut in primo duorũ illorũ libro vtcunq; conatus sum,et si subobscurũ patiuntur rerum ipsarũ necessitate sermonẽ, non tamen poterunt alium sensum hre,nisi per quem factũ est, vt antiquitus vniuersa Ecclesia pertineret, fideles paruulos originalis peccati remissionẽ p Christi baptismũ cõsecutos. Vnde nõ immerito beatus Cyprianus satis ostendit q̃ hoc ab initio creditum & intellectũ seruet Ecclesia, qui cum paruulos a materno vtero recentissimos iã idoneos ad percipiendum Christi baptismum assereret,qm consultus fuerat,vtrum hoc ante octauũ diem fieri deberet, quantũ potuit conatus est eos demonstrare perfectos, ne I quis quasi pro numero dierum, quia octauo antea circundebant infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cum magnũ eis defensionis patrocinium præstitisset, ab originali tamen peccato eos non immunes esse confessus est,quia si hoc negaret,ipsius baptismi causam p̃p quem percipiendum eos defendebat,auferret. Potes ipsam epistolam memorati martyris de baptizandis paruulis legere si uolueris,neq; n. potest deesse Carthagini. Verum in hanc ẽe nostram, quantũ præsentium quæstioni satis visum est,pauca inde transferenda arbitratus sum

Pertinere constanter tenere.

Cypria nus in epistola de baptizandis paruulis

quæ prudenter attende. Quantum vero,inquit, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diẽ quo nati sunt constitutos, baptizari non oportere, & considerandam esse legem circumcisionis antiquę, vt intra octauum diem Gen.17. eum qui natus est baptizandum, & sanctificandum non putares,longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam dei & gratiam denegandam: Nã cũ dñs in Euangelio dicat, Filius hominis nõ uenit animas hominum perdere,sed saluare,quantum in nobis est,si fieri potuerit, Luc. nulla anima perdẽda est. Aduertis ne quid dicit, quemadmodum sentiat,non tm carni sed animæ quoq; infantis exitiabile esse atq; mortiferũ sine illo salutari sacro exire de hac vita? Vñ si iã nihil aliud diceret,intelligere nm fuit sine pctõ animam perire non posse. Sed vide paulopost defendẽs innocentiam paruulorum, quid tandẽ de illis apertissime fateatur. Cæterum si homines,inquit,impedire aliquid ad consecutionẽ græ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire pctã gratiora. Porrò autem si etiam grauissimis delictoribus & in deum multũ antè peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorum datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur,quãto magis prohibere nõ debet infans qui recens natus nihil peccauit,nisi q̃ secm Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit,qui ad remissam peccatorum accipiendam in hoc ipso facilius accidit,q̃ illi remittuntur, non propria sed aliena peccata. Vides quanta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula uir tantus ista loquatur? Quia hæc documenta certissima ideo L protulit,vt illud quod erat incertum,vnde consuluerat ille cui rescribit,& vnde conci lij decretum constitutum esse commemorat, vt.s.etiam ante octauum diem ex quo die natus esset infans, eum si afferretur,baptizare nemo dubitaret, per hæc figmenta probaretur. Neque enim hoc tũc quasi nouũ aut quasi aliqua cuiusquã contradictio ne pulsatum cõcilio statuebatur seu firmabatur, q̃ obstricti originali peccato teneretur infantes, sed cum illic illa consultatio versaretur, & disceptaretur propter legem circunctionis,vtrum eos & ante octauum diem baptizari oporteret, ideo ei qui hoc negabat,nemo consensit,quia tam non consulendum nec disceptandum,sed firmũ certumq; habebatur, animam saluti æternæ perituram,si hãc vitam sine illius sacramenti consecutione finiret, quanuis ab vtero recẽtissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti. Quare illis esti multo facilior quòd alienorum, sed tamen etiam necessaria remissio peccatorum. Hiis

His certis, illa incerta de octauo die quæstio dissoluta est,atq; in concilio iudicatũ, homini nato ne in æternũ pereat,omni die licere succurrere,cum etiam de ipsa carnali circoncisione ratio redderetur, q̃ umbra esset futuri,nõ q̃ intelligeremus etiam baptismũ octauo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circuncidi, q̃ tertio quidem post diem passionis, in diebus tm hebdomadarũ,quibus tempora prouoluuntur octauo, hoc est post sabbatum primo die a mortuis resurrexit.

Et nunc nescio cuius nouæ disputationis ausu,ne nis audacia quidã nobis facere conantur in re ni incertum,quod maiores nostri ad dissoluẽ dubi da quædam, quæ nonnullis uidebantur in certa, tanquã certissimũ proferebant. Quã Cap. 6. do.n. primitus hoc disputari cœperit, nescio. Illud tm scio, q̃ sanctus Hieronymus, qui hodieq; in literis ecclesiasticis tam excellentis doctrinæ fama ac labore uersatur, ad quasdam soluẽdas in suis libris quæstiones, etiam hoc certissimum adhibet sine vl Ibi. si disceptatione documentum. Nam in eo quod in Ionã Prophetam scripsit, cum ad eum uenisset locum, vbi commemorantur Ion. 3. etiam paruuli ieiunio castigati. Maior, inquit, ætas incipit & usq; ad minorem pervenit. Nullus. n. absq; peccato, nec si unius quidem diei fuerit uita eius & innumerabi les anni uitæ illius. Si. n. stellæ mundæ non sunt in conspectu dei, quanto magis uermis & putredo,& ij qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxij? Hunc doctissimum uirum si facile interrogare possemus q̃ multos utriusq; linguæ diuinarum scripturarũ tractatores & Christianarum disputationem scriptores cõmemoraret, qui non aliud ex quo Christi Ecclesia est cõstituta,senserunt,non aliud a maioribus,ac reperunt, non aliud posteris tradiderunt. Ego quidem quamuis longe pauciora legerim, non memini me aliud audisse a christianis qui utrunq; accipiunt testamentum nõ solũ in catholica Ecclesia, uerumẽt in qualibet hæresi uel schismate constitutis, nõ memini me aliud legisse apud eos, quos de his rebus aliquid scribentes legere potui,q̃ scripturas canonicas sequerent,uel se quos se crederẽt credive voluissent. Vnde no bis hoc negocium repẽte emerserit nescio. Nam ante paruum tempus a quibusdam transitorie colloquentibus cursim mihi au

res pstrictæ sunt, cũ illic apud Cathaginẽ essemus non ideo paruulos baptizari, vt remissionẽ accipiant peccatorum,sed ut sanctificentur,in Xpo. Qua nouitate pmotus, B & quia opportunũ non fuit, vt contra aliquid dicerem, & non tales homines erant de quorum esse authoritate solicitus,faciIe hoc in transactis atque abolitis habui. Et ecce cõtra Ecclesiã iam studio flãmante defendit,ecce scribendo etiã memoriæ cõmẽdat, ecce res in hoc discriminis adducitur, vt hinc ẽt a fratribus consulamur,ecce contra disputare atq; scribere cogimur.

Ante paucos annos Romæ quidam exti Cap. 7. tit Iouinianus nomine, qui sanctimoniali Iouinia bus etiam ætate prouectioribus nuptias p· nierror. suasisse dicitur,non illiciendo quo earũ aliquã ducere uellet uxorẽ, sed disputando uirgines sanctimoniæ dicatas,nihil amplius fidelibus coniugatis apud deũ habere meritorũ: Nunquam tm ei hoc commentum uenit in mentem,ut asserere conaret sine originali peccato nasci hominũ filios. Et utiq; si hoc astrueret, multo procliuius uellent fęminę nubere,fœtus mundissimos paritu ræ. Huius sane scripta, nam & scribere ausus est,cum fratres ad Hieronymũ refellenda misissent,non solum in eis nihil tale cõperit,verum etiã ad quædam eius uana refutanda hoc tanq̃ certissimum de hominis originali peccato unde utiq; nec ipsum dubitare credebat inter multa sua documenta deprompsit. Id agẽtis hæc verba sunt, Qui C dicit se,inquit,in Christo manere,debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat 1.Ioã.2 aduersarius e duobus quod uult,optionem ei damus,manet in Chro,an non manet? Si manet,ita ergo ambulet ut Xps: Si aũt temerarium est similitudinem uirtutũ domini polliceri,non manet in christo, quia nõ ingreditur ut Christus. Illeũ peccat non 1.Pet.2. fecit,neq; inuentus est dolus in ore eius, q Esa. 53. cũ malediceretur non remaledixit, & tan- Ioã.14. quam agnus corã tondente,sic non aperuit 2. Co.5 os suũ,ad quem uenit princeps mundi isti Iacob.3 us,& inuenit in eo nihil, qui cum peccatũ Iob.25. non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit deus: Nos autem iuxta Epistolam Iacobi, Multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis, nec si unius quidem diei fuerit uita eius. Quis. n. gloriabitur castum se Pro.20. habere cor, aut quis confidet mundum se esse a peccatis? Tenemurq; rei in similitu- Rom.5 dine præuaricationis Adam, Vnde & Da-

uid,Ecce,inquit,in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.
D Hæc non ideo commemoraui,q̃ disputato rum quorũlibet sententijs tanquã canonica authoritate nitamur,sed vt appareat ab initio vsque ad præsens tempus quo ista nouitas orta est,hoc de originali peccato apud Ecclesiæ fidẽ tanta cõstantia custoditũ, vt ab eis qui dñica tractarent eloquia, magis certissimũ proferretur ad alia falsa refatanda, q̃ id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur. Cæterũ in sanctis canonicis libris viget huius sentẽtiæ clarissima & plenissima authoritas,clamat Apostolus,Per
Rom.5. vnum hominẽ peccatum intrauit in mundum,& p peccatum mors, & ita in omnes homines pertrãsijt, in quo omnes peccauerunt. Vnde nec illud liquide dici potest,q̃ peccatum Adæ etiam non peccantibus nocuit,cum scriptura dicat,in quo omnes peccauerunt. Nec sic dicuntur ista aliena peccata, tãquam omnino ad paruulos nõ pertineant,siquidẽ in Adam omnes tunc peccauerunt,quando in eius natura illa insita, in qua eos gignere poterat,adhuc omnes ille vnus fuerunt,sed dicunt aliena,quia nõdum ipsi agebant vitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine, vita vnius
E hominis continebat.
Interrogãt multi quæ ipsi nõ. possunt explicare. Cap. 8. Nulla, inquiunt,ratione conceditur,vt deus qui propria peccata remittit,imputet aliena. Remittit,sed spiritu regeneratis,nõ carne generatis. Imputat vero nõ iam aliena,sed propria: Aliena quippe erant quãdo hi qui ea propagata portarẽt nondũ erant, nunc vero carnali generatione iam eorum sunt q̃bus nõdũ spiritali regeneratione dimissa sunt. Sed si baptismus,inquiũt, mundat antiquũ illud delictũ, q̃ de duobus baptizatis nati fuerint,debẽt hoc carere peccato: Non.n.potuerunt ad posteros transmittere,quod ipsi minime habuerunt. Ecce vnde plerunque conualescit error,cum homines idonei sunt his rebus interrogandis, quibus intelligendis non sunt idonei. Cui .n. auditori, vel quibus explicẽ verbis,quo modo mortalia vitiosa primordia non obsint eis, qui alijs primordijs immortalibus inchoati sunt, & tamẽ obsint eis, quos ijdem ipsi,quibus iam non obsunt, ex eisdẽ vitiosis primordijs generauerint, quomõ id intelligat homo cuius tardiusculam mẽtem impedit, & suæ sententiæ præiudiciũ, & peruicaciæ grauissimæ vinculum? Veruntamen si aduersus eos mihi esset causa ista suscepta, qui omnino paruulos baptizari prohiberent,aut superfluo baptizari cõtenderent,dicentes eos ex fidelibus natos, parentum meritũ necessario cõsequi,tunc deberem ad hanc opinionẽ conuincendam laboriosius fortassis & operosius excitari. Tunc si mihi apud obtusos & contentiosos propter rerum naturæ obscuritatẽ difficultas refellendi falsa, & persuadendi vera resisteret,ad hæc forte quæ in vsu atque in promptu essent exẽpla confugerẽ,vicissimq̃; interrogarem,vt quia eos moueret, quõ pctm̃ quod mũdatur per baptismum, maneat in eis quos genuerint baptizati,ipsi explicarent,quõ præputium quod p circũcisionem aufertur,maneat in eis quos genuerint circuncisi, quõ etiam palea, quæ opere humano tanta diligentia separatur, maneat in fructu qui de purgato tritico nascitur.

His & talibus forsitã vtcunq; conarer exemplis persuadere hominibus,qui munerationis sacramenta superfluo filijs mundatorum crederent adhiberi, q̃ recto consilio baptizatorum paruuli baptizẽtur,quãquam fieri possit vt homini habenti vtrumque semen,& mortis in carne,& immortalitatis in spiritu non obsit regenerato per spiritum, quod obest eius filio generato per carnem, sitq̃; in isto remissone mũdatum, quod sit etiam in illo simili remissione, vel circuncisione,velut trituratione ac vellitatione mundandum. Nunc vero cũ quidem cum eis agimus,qui confitentur baptizatorum filios baptizandos,quanto melius sic agimus vt dicamus vos, qui asseritis de hominibus à peccati labe mundatis sine peccato nasci filios debuisse,cur non attenditis eo modo uobis posse dici de Christianis parentibus Christianos nasci filios debuisse? Cur ergo eos Christianos fieri debere censetis? Nũq̃d in eorũ parẽtibus corpus Xpi, nõ erat, quibus dictũ est, Nescitis quia corpora uestra mẽbra sunt Christi? An forte corpus quidem Christianũ de Christianis parẽtibus natum est,sed nõ Christiana animã accepit? Hoc vero multo est mirabilius, nanq; vtrumlibet de anima sentiatis, quia profecto cum Apostolo non eam ere-

ditis antequam nasceretur aliquid egisse bo ni aut mali, aut de traduce attracta est, & similiter ut corpus de Christianis Chr̃m, sic anima etiam Christiana esse debuit, quæ a

Christo creata,vel in Chr̃iano corpore,vel pp Chr̃ianum corpus Chr̃iana debuit seu creari seu mitti: Nisi forte dicetis Xp̃ianos homines Chr̃ianũ corpus gignere potuisse H & ipsum Chr̃m animam Chr̃ianã non potuisse procreare. Cedite itaq; veritati, & videte sicut fieri potuit quod & vos fatemini,ut de Christianis Chr̃ianus, de mẽbris Chr̃i non mẽbrum Christi, atq; vt occurramus ẽt omnibus, qui licet falso, tũ quocunq; religionis nomine detinentur,de cõsecratis non consecratus, ita etiam fieri vt de mundatis non mundatus nascatur. Quid respondebitis, quare de Christianis non Christianus nascatur, nisi quia non fit generatio, sed regeneratio Chr̃ianos? Hanc igitur vobis reddite rationem, quia similiter à peccatis nemo nascendo,sed oẽs renascendo mundantur. Ac per hoc de hominibus ideo mundatis, quoniam renatis, homo qui nascitur,renascitur,vt etiam ipse mundetur: Potuerunt.n.parentes ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Non solum sicut frumenta paleam, & præputium circuncisis,sed etiam quod & vos dicitis,fideles infidelitatem in posteros trajciunt, quod non est iam illorum per spiritum regeneratorum, sed quo in carne generati sunt,mortalis seminis vitium. Nã vtiq; quos paruulos per sacramentum fidelium fideles faciendos esse iudicatis, infideles natos ex parentibus fidelibus non iudicatis.

At.n.si anima non ex traduce, sed sola ex cato, ipsa tantum habet traducẽ peccati, & iniustum esse dicentes,vt hodie nata anima non ex massã Adæ tam antiquum peccatũ portet alienum:attende obsecro te quemadmodum circunspectus vir Pelagius, nam ex eius libro hæc quæ modo posui verba transcripsi, sensit q̃ in difficili de anima q̃stione verſetur: Non.n.ait,quia anima non est ex traduce: sed, si anima non est ex traduce; rectissime faciens de re tam obscura, de qua nulla in scripturis sanctis certa & aperta testimonia possumus inuenire, aut difficillime possumus cunctanter loqui potius q̃ fidenter. Quapp ego quoq; huic propositioni non præcipitãti assertione respondeo. Si anima non est ex traduce, ergo ipsa iustitia est, vt recens creata & ab omni delicto prorsus immunis,ab omni peccatiõis contagione penitus libera,passiones carnis diuersosque cruciatus, & quod est horribilis etiam dæmonum incursus in paruulis sustinere cogatur? Neq;.n.aliquid horum caro sic patitur,ut nõ ibi anima potius q̃ viuit ac sentit pœnas luat. Hoc.n.si iustum ostenditur, sic etiam ostendi põt qua iustitia in carne quoq; peccati subeat originale peccatũ, baptismatis sacro & gratiæ miseratione mundandũ. Si aũt illud ostendi non põt,neque hoc posse arbitror. Aut ergo vtrunq; occultum feramus,& nos homines esse meminerimus,aut alias aliud de anima opus si necesse videbitur caũtela sobria disputando moliamur. K

Nunc tñ illud quod ait Apostolus, Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundum, & per pctm̃ mors,& ita in omnes homines pertransijt,in quo oẽs peccauerunt: sic accipiamus, ne tot tantisq̃; apertissimis diuinarum scripturarum testimoniis,quibus docemur præter Christi societatẽ quæ in illo & cũ illo fit, cum sacris eius imbuimur, & eius mẽbris incorporamur, vitam salutẽq̃; æternam adipisci neminem posse,nimis insipienter atq; infœliciter repugnare iudicemur. Neque enim alio sensu dictum est ad Romanos, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, atq; ita in oẽs homines pertransijt, q̃ alio loco quo dictum est ad Corinthios, Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Sicut.n.in Adam omnes moriuntur,sic & in Christo oẽs viuificabuntur. Nemo quippe ambigit hoc ibi de corporis morte dictum, qm̃ de resurrectione corporis magna Apostoli intentione q̃stio versabatur,& ideo videtur ibi de peccato tacuisse,quia nõ erat quæstio de iustitia. Hic autẽ ad Romanos vtrunq; posuit,& vtrunque diutissime commendauit, peccatum in Adam,iustitiã in Chr̃o,& mortẽ in Adam, vitam in Christo, quæ omnia verba sermonis Apostolici quantũ potui satisq̃; visum est in primo, vt iam dixi, duorum illorum libro perscrutatus aperui. Quanquam ibi etiam ad Corinthios locum ipsum de resurrectione domini tractatum sic in fine concluserit,vt nos dubitare non sineret, mortẽ quoq; corporis merito accidisse peccati, cũ enim dixisset,Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ,& mortale hoc induere immortalitatem: Cum autem corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem

Aculeus mortis quid. Cap. 11 Rom.5.

1.Co.15.

L

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ose.13. tune fiet,inquit,sermo qui scriptus est,Absorpta est mors in victoria,vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Dein de subiecit,Aculeus autem mortis est peccatū,virtus vero peccati lex. Quia ergo sicut
M Apostoli apertissima verba declarāt,eo ab-
Rom.8. sorbebit mors in victoria, quo corruptibile, & mortale hoc induet incorruptionē & immortalitatem.i.quo viuificabit deus & mortalia corpora nostra, pp habitantem spm̄ eius in nobis, manifestum est & huius mortis corporis, quæ resurrectioni carnis cōtraria est,aculeum fuisse peccatū: aculeū aūt quo mors facta est,non quem mors fecit.pctō.n.morimur,non morte peccamus. Sic itaq; dictum est, aculeus mortis,qūo lignum vitæ,nō quod hominis vita faceret, sed quo vita hominis fieret:& qūo lignum scientiæ, per quod scientia fieret hominis, non quod per suā scientiam fecerit homo: Sic ergo & aculeus mortis, quo mors facta est,non quem mors fecerit, Sic.n.dicimus & poculum mortis,quo aliquis mortuus sit vel mori posit, non quod moriens mortuusve cōfecerit. Aculeus itaq; mortis pec-
1.Co.15 catum est peccati puncto mortificatū,est genus humanum. Quid adhuc quærimus cuius mortis,vtrum animæ an corporis? Vtrū primæ qua nunc omnes morimur,an secundæ qua tunc impij morientur? Nulla causa est exagitandi quæstionē, nullus tergiuersandi locus, Apostoli uerba quibus id agebat,interrogata respondent. Cum mortale hoc,inquit,tnduerit immortalitatem, tunc
A fiet sermo qui scriptus est, Absorpta ē mors in uictoria, vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Aculeus aūt mortis pctm̄,virtus vero peccati lex. De resurrectione corporis agebat, qua absorbebitur mors in victoria cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc ipsi morti insultabitur, quæ in victoria resurrectionis corporis absorbebit: Tunc ei dicetur, vbi est mors victoria tua? vbi ē mors aculeꝰ tuus? Morti ergo corporis hoc dicetur, Hanc.n. absorbebit victoriosa immortalitas, cum mortale hoc immortalitate induetur, Morti,inquā,corporis tūc dicetur, vbi est mors victoria tua qua hic oēs sic viceras,vt ēt dei filius tecum confligeret, teq; non vitando sed suscipiendo superaret? Vicisti in morientibus,victa es in resurgentibus. Victoria tua qua absorbueras corpora morientiū,tpalis fuit: victoria nostra qua in corporibus absorpta es resurgentium, æterna cōstabit. Vbi est aculeus tuus? hoc est pctm̄, quo puncti & venenati sumus, ut ēt in nostris corporibus fieres, & ea tam longo tpe posideres? Aculeus aūt mortis est pctm̄, a Co virtus vero peccati lex. Peccauimus in vno omnes, vt moreremur in vno oēs, accepi- B mus legem non vt emendatione finiremus Rom pctm̄,sed vt trangressione augeremus. Lex Gala enim subintrauit ut abundaret pctm̄, & con clusit scriptura omnia sub peccato. Sed deo gratias qui dedit nobis victoriam per dm̄ nostrum Iesum Christum,vt vbi abūdauit 1.Co pctm̄ superabundaret & gratia, acq; vt promissio ex fide Iesu Christi daretur creden Gala tibus,& vinceremus mortem per immortalitatē,resurrectionē, & aculeum eius pctm̄ per gratuitam iustificationem.

Nemo itaq; de hac re fallatur & fallat. Adhuc Oēs adimit atq; aufert iste sanctæ scriptu- ra ræ sensus manifestus ambages. Quemad- modum ab origine trahitur mors in corpo re mortis huius, sic ab origine tractum est & peccatum in hac carne peccati, propter quod sanandum, & propagine attractū & voluntate auctum, atque ad ipsam carnem resuscitandam,medicus venit in similitudine carnis peccati, qui non est opus sanis sed ægrotantibus,nec venit vocare iustos, sed peccatores. Proinde quod ait Apostolus cū fideles moneret vt se ab infidelibus coniugibus non disiungeret. Sanctificatus est.n. a C vir infidelis in vxore,& sanctificata est mu lier infidelis in fratre, alioq;n filij vestri im mundi essent, nunc autem sancti sunt: aut sic est accipiendum,quemadmodum & nos alibi,& Pelagius cū eandem ad Corinthios epistolam tractaret exposuit,p exempla iā præcesserant & virorum quos vxores,& fe minarum quas mariti lucrifecerant Christo.& paruulorum,ad quos faciendos christianos voluntas christiana ēs vnius parentis euicerat: aut si,quod magis verba Apostoli videntur sonare & quodammodo cogere, aliqua illic intelligenda est sanctificatio,qua sanctificabantur vir vel mulier infidelis in coniuge fideli, & qua sancti nascebantur filij fidelium, siue quia in mēstruo cruore mulieris, à concubitu contrahebat, quicunque vir vel fœmina id in lege didicerat: nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit quæ non figurate accipienda sunt,sive propter aliam quamlibet, quæ ibi aperte proposita non est, ex ipsa necessitudine coniugiorum satq; filiorū sanctitatis aspergine, illud tū sine dubitatione tenēdū est,qcunq; illa sanctificatio sit,non valere ad christianos faciendos, atq; ad dimittenda pctā,nisi christiana & ecclesiastica institutione & sacris efficiant fideles. Nā nec coniuges infideles quanlibet sanctis & iustis cōiugibus hæreant, ab iniquitate mū dantur, quæ a regno dei separatos in damnationem venire compellit, nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisq; procreati originalis peccati reatu absoluunt,nisi in Chro fuerint baptizati,p quibus tāto impensius loq debemus, quanto ,p se ipsi minus pñt. Id.n.agit illa disputatio, cōtra cuius no uitatem antiqua veritate nitendum est, vt infantes omnino superfluo baptizari videā tur.Sed aperte hoc non dicitur,ne tam firmata salubriter ecclesię consuetudo violatores suos ferre non posit. Sed si pupillis opem ferre pręcipimur, quanto magis pro istis laborare debemus, qui destitutiores & miseriores pupillis etiam sub parētibus remanebūt, si eis Christi gratia denegabit, quam per se ipsi flagitare non pñt. Illud āt quod dicunt, sine vllo peccato aliquos homines iam ratione propriæ voluntatis utētes,in hoc seculo vixisse vel viuere, optandum est vt fiat, conandum est vt fiat,suppli candum est vt fiat, non tamen quasi factū fuerit confidendum est: hoc enim optantibus & conantibus, & digna supplicatione E deprecantibus quicquid remanserit peccatorum,per hoc quotidie soluitur,quod veraciter in illa oratione dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam orationem quisquis cuilibet etiam homini sancto & dei voluntatem scienti atque facienti, præter vnum sanctum sanctorum dicit in hac vita necessariam non fuisse, multum errat:nec pōt omnino illi ipsi placere quē laudat,si autem seipsum talem putat,ipse se decipit & ueritas in eo nō est,non ob aliud nisi quia falsum putat. Nouit ergo ille medicus qui non est opus sanis, sed ægrotanti bus quemadmodum nos curando perficiat in æternā salutē,qui & ipsam mortē,quanuis peccati merito inflicta sit,non aufert in hoc seculo eis, quibus peccata dimittit, ut etiam cum eius timore superando suscipiāt pro fidei synceritate certamen, & in quibusdam etiam iustos suos quoniam adhuc extolli possunt, non adiuuat ad perficiendā

iustitiam, vt dum non iustificatur in conspectu eius omnis viuens,actionem gratiarum semper indulgētię ipsius debeamus,et sic ab illa prima causa omnium uitiorum, Ps.142. hoc est,à tumore superbiæ sancta humilitate sanemur. Hanc epistolam dum disputatio magna breuem parturit, liber prolixus est natus,vtinam tam perfectus quàm tandem aliquando finitus.

Liber tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Liber de natura & gratia & ad Timasium, & Iacobum contra Pelagianos.

LIbrum quem misistis cha Iustitia
risimi filij Timasi & Ia dei quę.
cobe, intermissis paululū Cao. 1.
quę in manibus erant,cur sim quidem, sed non mediocri intentione perlegi, & uidi hominem zelo ardentissimo accensum aduersus eos, qui cum in suis peccatis humanam voluntatem debeant accusare, G naturam potius accusantes hominum, per illam se excusare conantur, nimis exarsit aduersus hanc pestilentiam,quam etiam literarum secularium authores grauiter arguerunt exclamātes,Falso quæritur de na- Salusti9
tura sua genus humanum. Hanc etiā pror in prolo
fus iste sententiam quantis potuit ingenij go Iu-
viribus aggerauit. Veruntamen timeo ne il gurthini
lis potius suffragetur qui zelum dei habēt, belli.
sed non secūdum scientiam, Ignorantes.n. Ro. 10.
dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quæ sit autem iustitia dei de qua hic loquitur, consequenter aperit adiungens. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hāc itaque iustitiam dei,non in præcepto legis, Gala.3. quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Chri,ad quā solā vtiliter,legis velut pædagogi timor ducit, constitutam esse qui intelligit ipse intelligit quare sit Christianus. Nam si per legem iustitia,ergo gratis Chri Gala.2. stus mortuus est:si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium, Rom.3. deputatur fides ad iustitiam. Omnes enim Rom.3. peccauerunt & egent gloria dei, Iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicunque

quæ autem non putantur pertinere ad hos oēs, q̄ peccauerunt & egēt gloria dei, profecto nullam necessitatem habent ut christia
H ni fiant, quia nō est opus sanis medicus, sed
Mat. 9. ægrotantibus: vnde non venit ille uocare iustos sed peccatores.

Nec per legē nec per naturā iustitia. Ac per hoc natura humani generis ex illius vnius præuaricatoris carne procreata si potest, sibi sufficere ad implendam legē, perficiendamq́; iustitiam, de præmio debet esse secura, hoc est, de vita æterna, etiā si in
Cap. 2. aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. Non. n. iniustus deus qui iustos fraudet mercede iustitiæ, si eis non est annunciatum sacramentum diuinitatis & humanitatis Chri-
1. Tim. 3 sti, quod manifestatum est in carne. Quomodo. n. crederent quod non audierunt:
Rom. 10 aut quō audirent sine prædicante? Fides. n. ex auditu, sicut scriptum est, auditus autem
Psal. 18. per verbum Christi. Sed dico, inquit, Nunquid non audierunt? In omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed antequam hoc inciperet fieri, antequam deniq; usque ad fines totius orbis terræ prædicatio ipsa perueniat, quo-
Diss ētis niam non desunt adhuc vltimæ gentes, li-
Ambro. cet vt perhibesur pauciſsimæ, quibus hoc nondum fuerit prędicatum, quid faciet humana natura, uel quid fecit, quæ vel ante non audierat sloc futurum, vel adhuc non
I comperit factum, nisi credendo in deum, qui fecit cœlum & terram, à quo & se factam naturaliter sentit, & recte uiuendo eius impleat uoluntatem nulla fide passionis Christi, & resurrectionis imbuta? Q̄d si fieri potuit, aut pōt, hoc & ego dico q̄d de lege dixit Apostolus, Ergo Christus gratis mortuus est. Si enim hoc ille dixit de lege, quam accepit gens vna Iudęorum, quāto iustius dicitur de lege naturæ, quam accepit vniuersum genus humanum. Si per naturā iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem non gratis Christus mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari & redimi ab ira dei iustissima, hoc est uindicta, nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi.

Natura condita & corrupta. Cap. 3. Natura quippe hominis primitus incul pata, & sine ullo uitio creata est. Natura uero ista hominis qua vnusquisq; ex Adā nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem bona quæ habet in formatione, vita, sensibus, mente, à summo deo habet creatore & artifice suo: Vitium Eccles. 7. uero, quod ista natura bona contenebrat & infirmat, vt illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod K commissum est libero arbitrio. Ac per hoc natura pœnalis ad uindictam iustissimam pertinet. Si. n. iam sumus in Christo noua creatura, tamen eramus natura filii iræ sicut & cæteri. Deus aūt qui dives est in misericordia, propter multam dilectionē quā Ephes. 2. dilexit nos, & cum essemus mortui delictis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti.

Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ętate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur propter quod gratia nominatur. Iustificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Vnde hi qui non per illam liberantur, siue q̄a audire nondum potuerunt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cum per ætatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierēt non acceperunt, iuste utiq; damnantur, q̄a sine peccato non sunt, uel quod originaliter traxerunt, uel quod malis moribus addiderunt. Oēs. n. peccauerunt, siue in Adam, siue in semetipsis, & egent gloria dei.

Vniuersa igitur massa pœnas debet: & si omnibus debitum damnationis suppliciū redderetur, non iniuste proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberatur, non uasa meritorum suorum, sed uasa misericordiæ nominantur. Cuius misericordiæ, nisi illius qui Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores saluos face re, quos prēsciuit & prædestinauit & vocauit & iustificauit & glorificauit? Quis igitur multa quibus id agit, etiam hoc dicit, agat ineffabiles gratias misericordiæ, quos voluit liberantis, qui recte nullo modo posset culpare iustitiam, vniuersos omnino damnantis?

Hoc si secundum scripturam sapiamus, nō cogimus contra xp̄ianā gfam disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur naturā humanam, neq; in paruulis medico indigere q̄a sana est, & in maioribus sibi ipsam ad iustitiam si velit posse sufficere. Acute quippe vīr hæc dici, sed in sapientia vera bi, qua euacuatur crux Christi. Non est ista desursum sapientia descendens. Nolo quales homines quidam tempore aliquos

Co. 1. quod sequitur dicere, ne amicis nostris, quo-
Iacob. 3. rum fortissima & celerrima ingenia nō in peruersum, sed in directum currere volu-
Augustinē mus, facere existimemur iniuriam.
in Pela- Quanto igitur zelo accensus est libri hu
gia. ius quem misistis, cōditor, aduersus eos qui
Cap. peccatis suis patrocinium de naturæ huma næ infirmitate perquirunt, tanto & multo ardentiore zelo nos oportet accendi, ne euacuetur crux Christi. Euacuatur aūt, si aliquo modo præter illius sacrm ad iustitiam vitamq́; æternam peruenire posse dicatur. Quod in libro isto agitur, nolo dicere absciente, ne illum qui eum scripsit, ne christia num quidem iudicem, sed quod magis credo à nesciente, magnis sane viribus, sed eas sanas volo, nō quales phrenetici habere consueuerunt. Nam prius distinguit, aliud esse quærere, an possit aliquid esse, q̄d ad solam possibilitatem ptinet: aliud, vtrū ne sit. Hanc distinctionem verā esse nemo ambigit, consequens. n. est, vt quod est, esse potuerit: non est aūt consequens, vt quod potuit esse, & sit. Quia. n. dūs Lazarum suscitauit, nunquid dicendum est non potuit? Potuit ergo, sed noluit. Nam si voluisset, eadem ēt hoc potestate fecisset, quia & filius quos vult viuificat. Sed hac distinctio ne vera atq; manifesta, quo tendat, & quid efficere conetur aduertite. Nos, inquit, de sola possibilitate tractamus, de qua nisi q̄d certum constiterit, transgredi ad aliud gra-
Augustinum esse, atq; extra ordinē ducimus.
Hoc versat multis modis & sermone diuturno, ne quis eum aliud, q̄ de non peccandi possibilitate quærere existimet. Vnde in ter multa quibus id agit, etiam hoc dicit, Idem iterum repeto, Ego dico posse esse hominem sine peccato: tu quid dicis? nō posse esse hominem sine peccato? Neq; ego dico, inquit, hominem esse sine peccato: neq; tu dicis non esse hominem sine peccato. De posse & non posse, non de esse & nō esse cōtendimus. Deinde nonnulla eorum quæ ad uersus eos de scripturis proferri solent, ad ista q̄stionē non pertinere, in qua quæritur, possit ne an non possit homo esse sine peccato, ita commemorat, Nam nullus, inquit, mundus est à sorde: & non est homo q̄ non peccet: & non est iustus in terra: & non est qui faciat bonum: & cætera his similia, inquit, ad non esse, non ad non posse profiuntur. Huiusmodi. n. exemplis ostenditur, fuerint, non q̄ aliud esse non potuerint, vnde & iure inueniuntur esse culpabiles. Nā si idcirco tales fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, culpa carent. Videte quidd dixerit.

Ego autem dico, paruulum natum in eo Damnā
loco vbi ei non potuit per Christi baptis- tur &
mum subueniri, morte præuentum, idcirco ij
talem fuisse, id est, sine lauacro regenera ficari nō
tionis exisse, quia esse aliud non potuit. Ab potue-
soluat ergo eum, & aperiat ei contra sentē- runt.
tiam domini regnum cœlorum. Sed non B
eum absoluit Apostolus qui ait, Per vnum Cap. 8.
hominem peccatum intrauit in mundum, Ioan. 3.
& per peccatum mors, & ita in omnes ho- Rom. 5.
mines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Recte ergo ea damnatione, quæ per vniuersam massam currit, non admittitur in regnum cœlorum. Quanuis Christianus non solum non fuerit, sed nec esse potuerit. Cap. 9.

Sed nō damnatur, inquiunt, quia in Adā Rom. 5.
peccasse omnes, non propter peccatum nascendi origine attractum, sed propter imitationem dictum est. Si ergo ideo dicitur Adam author omnium, quia subsecuti sunt peccatorum, quia primus peccator in hominibus fuit, cur nō potius Abel, quam Christus ponitur caput omnium iustorum, quia Gene. 4.
primus in hominibus iustus fuit? Sed de in Heb. 11.
fante non loquor. Iuuenis vel senex in ea regione defunctus est, vbi non potuit Christi nomen audire, potuit fieri iustus per naturam & liberum arbitrium, an non potuit? Si potuisse dicunt, Ecce quod est, crucem Christi euacuare sine illa quenquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium iustificari posse contendere, dicamus & hic, Gala. 2.
ergo Christus gratis mortuus est: hoc enim C
omnes possent, etiam si mortuus ille non esset: & si iniusti essent, quia vellent essent, nō quia iusti esse non possent. Si autem sine Christi gratia iustificari omnino non potuit, etiam istum si audet absoluat secundū verba sua, quia si idcirco talis fuit, q̄ aliud esse non potuit, culpa caruit. Citat

Sed obijcit sibi quasi ab alio dictū, & ait, verba ad
Potest quidem esse, sed per gratiam dei, in- uersarij.
quis. Deinde velut respondendo subiungit, Cap. 10.
Ago humanitati tuæ gratias, q̄ assertionē meam quā dudum oppugnabas, non modo non oppugnare, aut confiteri solum cōtentus non es, verumetiam non refugis cōprobare. Nā dicere, potest quidē, sed per illud

aut

aut illud : quid aliud est, quàm non solum consentire quod possit esse, verumetiã qũo vel qualiter possit ostendere ? Nullus itaq; magis alicuius rei possibilitatem probat, q̃ qui eius ẽt qualitatem fatetur, quia neque absq; re esse qualitas põt. His dictis iterum sibi obijcit. Sed tu, inquies, hoc in loco dei
D gratiam, quandoquidem eam non commemoras, videris abnuere. Deinde respondet, Ego ne abnuo, qui rem confitendo confitear necesse est, & per quod res effici põt: an tu qui rẽ negando & quicquid illud est per quod res efficitur, proculdubio negas ? Oblitus est iam se illi respondere, qui rem non negat, Cuius obiectionem pauloante proposuerat dicentis, Potest quidẽ esse, sed per gratiam dei. Qũo ergo illam pro qua iste multum laborat possibilitatẽ negat, q ei iam dicit, potest esse, sed per dei gratiam ? Veruntñ quia isto dimisso qui rem iam cõfitetur, agit adhuc aduersus eos, qui negant esse possibile hominem esse sine peccato. Quid ad nos ? Contra quos vult agat, dum tamen hoc confiteatur, quod impietate scelerattissima negatur, sine gratia dei, hominẽ sine peccato esse non posse. Dicit ergo, Siue per gratiam, siue per adiutorium, siue per misericordiam, & quicquid illud est per qđ esse homo absq; peccato potest, confitetur
Cap.11. quisquis rem ipsam fatetur.

Fateor dilectioni vestræ cum ista legerẽ, lætitia repente perfusus sum, q̃ dei gratiam non negaret, per quam solam homo iustificari potest: hoc.n in disputationibus talium
E maxime detestor & horreo. Sed pergens legere cætera, primo ex datis similitudinibus cœpi habere suspectum. Ait.n. Nunc si dixero, homo disputare potest, auis volare, lepus currere, & nõ ẽt per quæ hæc effici possunt commemorauero, id est, linguam, alas, pedes, num ego officiorum qualitates negaui, quia officia ipsa confessus sum ? Videtur certe hæc eum commemorasse, quæ natura valent, creata sunt enim hæc membra huiusmodi naturis lingua, alæ, pedes, non tale aliquid posuit, quale de gratia intelligi volumus, sine qua homo non iustificatur, vbi de sanandis, non de instituendis naturis agitur. Hinc iam ergo solicitus cœpi legere cæ
Cap.12 tera, & me non falso comperi suspicatum.

Quo priusquam veniam, videte quid dixerit, cum tractaret quæstionem de differẽtia peccatorum, & obijceret sibi, q̃ quidam dicunt leuia quædam peccata ipsa multitudine, q̃ sæpe irruant non posse cuncta vitari, negauit debere argui ne leui quidem correptione, si vitari omnino nõ possunt. Scripturas vtiq; non aduertens noui testamenti, vbi dicimus hanc esse intentionem legis arguentis, vt propter illa quæ perperam fiunt, confugiatur ad gratiam domini miserantis, velut pædagogo concludente in eadem fide, quæ postea reuelata est, vbi & remittantur, quæ male fiunt, & eadem gratia iuuante non fiant, Proficientium est.n. via, quanuis bene proficientes dicantur perfecti viatores, Illa est autem summa perfectio cui nihil addatur, cum id quo venditur, cæperit possideri.

Iam vero illud quod ei dicitur, Ipse tu si ne peccatores ? re vera non pertinet ad eam rem de qua vertitur quæstio. Sed quod dicit negligentiæ suæ potius imputari, q̃ non est sine peccato, bene quidem dicit, sed dignetur inde & orare deum, ne illi hæc imputẽtur. Quem rogamus. Os.n. quod mentitur, occidit animã. qua negligentia dominetur. Quem rogabat quidam quando dicebat, Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas, ne dum fuæ diligentiæ quasi proprijs viribus fidit, neque hic ad verã iustitiã, neq; illic, vbi sine dubio pfecta desiderẽda est & speranda, peruenit.

Et illud quod ei à quibusdã dicitur, nullum quam esse scriptum his omnino verbis, posse esse hominem sine peccato, facile refellit, quia non est ibi quæstio, quibus verbis dicatur quæq; sententia. Non tamen fortasse sine causa, cum aliquoties in scripturis inue niatur homines dictos esse sine querela, nõ inuenitur qui sit dictus sine peccato, nisi vnus solus, de quo aperte dictum est, Cum G qui non nouerat peccatum, Et eo loco vbi de sacerdotibus agebatur, Etenim expertus est omnia, secundum similitudinem abs; peccato: in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem carnis peccati, quanuis non esset caro peccati. Quam tamen similitudinẽ non haberet, nisi cæterã omnis esset caro peccati. Iam illud quomodo accipiendum sit, Omnis qui natus est ex deo, non peccat, & non potest peccare, quia semen eius in ip so manet: cum ipse Apostolus Ioannes qua si non sit natus ex deo, aut eis loqueretur, qui nondum nati essent ex deo, aperte posuerit, Si dixerimus quoniam peccatum nõ habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: in libris quos de hac re ad Marcellinum scripsi, sicut potui explicare curaui. Et illud quod dictum est, nõ potest peccare: pro eo dictũ esse, ac si diceretur, non debet peccare: non improbanda mihi videtur huius assertio. Quis.n. insanus dicat debere peccari, cũ ideo sit peccatum quia non debet fieri?

Cap.14 Sane q̃d Apostolus Iacobus ait, Linguã aũt nullus hominum domare põt: nõ mihi videtur ita intelligendum, vt exponere voluit, quasi p exprobrationem dictũ, tãquã diceret, ergo ne linguam nullus hominum domare põt: tanq̃ obiurgans & dicens, Do mare feras potestis, linguam non potestis: quasi facilius sit linguam domare, q̃ feras. Non puto quod iste sit sensus hoc loco. Si enim hoc sentire vellet, de facilitate domãdæ linguæ, cætera sequerẽtur in bestiarum comparatione. Nunc vero sequitur, Inquietum malum plena veneno mortifero, vtiq; nocentiore, q̃ bestiarum est atq; serpẽtum. Nam illud carnem interficit, hoc vero animam. Os.n. quod mentitur, occidit animã. Non ergo quasi id esset facilius, q̃ mansuefactio bestiarum, sanctus Iacobus illam sententiam pronunciauit, aut ea voce voluit p nunciari, sed potius ostendens quantum sit in homine linguæ malum, vt à nullo hominum domari possit, cum ab hominibus domẽtur & bestiæ. Neq; hoc ideo dixit, vt huius rei desperatione nos mali dominationem per negligentiã permanere patiamur, sed vt ad domandum linguam diuinæ gratiæ poscamus auxiliũ. Non.n. ait, linguam nullus domare potest: sed, nullus hominum: vt cum domatur, dei misericordia, dei adiutorio, dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam, & dum conatur, poscat auxilium, & oret linguam, vt dometur lingua domante illo qui dixit ad suos, Non.n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Itaq; præcepto facere commonemur, quod conantes & nostris viribus non valẽtes, adiutorium diuinum p̃emur. Proinde & ipse cum exaggerasset linguę malum inter hæc dicens, Non oportet frẽmei hæc ita fieri: continuo monuit, consumatis his quæ hinc dicebat, quo adiutorio illa non fierent, quæ dixit fieri non oportere. Quis.n. sapiens & disciplinatus inter vos ? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autẽ desursum est sapientia, primum quidem pudica est deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordiæ & fructibus bonis, inæstimabilis, sine simulatione. Hæc est sapientia quæ linguam domat, desursum descendens, non ab humano corde prosiliens. An & istam quisquam ab K rogare audet gratiæ dei, & eam superbissima vanitate ponit in hominis potestate ? Cur ergo oratur vt accipiatur, si ab homine est vt habeatur ? An & huic orationi contradicitur, ne fiat iniuria libero arbitrio, q̃ sibi sufficit possibilitate naturæ ad implenda omnia præcepta iustitiæ ? Contradicatur ergo eidem ipsi Apostolo Iacobo admonenti & dicenti, Si quis autem vestrum indiget Iacob.1. sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei : postulet autem in fide nihil hæsitans. Hæc est fides ad quam præcepta compellunt, vt lex imperet & fides impetret. Per linguam enim quam nullus hominum domare potest, sed sapientia desursum descendens, in multis offendimus omnes. Non e- Iacob.3. nim & hoc iste Apostolus alio modo pronunciauit, sicut illud quod ait, Linguam nullus hominum domare potest.

Nec illud quisquam istis pro impossibilitate non peccandi similiter obiecerit, quod dictum est, Sapientia carnis inimica est in Rom.8. deum, legi enim dei non est subiecta, nec.n. potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Sapientiam quippe carnis dixit, non sapientiam desursum descendentem, & in carne esse non eos qui nondum de corpore exierunt, sed eos qui secundum L carnem viuunt, significatos esse manifestũ est. Non autem ibi est quæstio quæ versatur. Illud est quod expecto ab isto audire, si possim eos qui secundum spiritum viuũt, & ob hoc etiam hic adhuc viuẽtes iam quodammodo in carne non sunt, vtrum gratia dei viuant secundum spiritum, an sibi sufficiant, iam data cum creantur possibilitate naturæ, & sua propria voluntate, cum plenitudo legis, non sit nisi charitas, & charitas Rom.13 dei diffusa sit in cordibus nostris non per Rom.5. nosipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis ? Tractat etiam iste de peccatis ignorantiæ, & dicit hominem prænigilare debere ne ignoret, ideoq; esse culpandam

ignoran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignorantiam, quia id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset, dum tamen omnia potius disputet quã
Ps. 118. vt oret & dicat, Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Aliud est enim non cu-
22. cap. rasse scire, quæ negligentiæ peccata etiam
Est aũt. per sacrificia quædam legis videbantur expiari. Aliud intelligere velle, nec posse, & facere contra legem, non intelligendo quid
M fieri velit. Vnde admonemur à deo petere sapientiam, qui dat omnibus affluenter, vtique his omnibus qui sic petunt, & tantum petunt quomodo & quantum res tanta petenda est.

Cap. 18 Diuinitus tamen esse expianda peccata commissa, & pro eis dominum exorandum esse fatetur, propter veniam scilicet promerendam, quia id quod factum est, facere infectum multum ab isto laudata potentia naturæ & voluntas hominis etiam ipso fatente, non potest: quare hac necessitate restat vt oret ignosci: vt autem adiuuetur ne peccet, nusquam dixit, non hic legi. Mirum de hac re omnino silentium cum oratio dominica vtrunq; petẽdum esse commoneat, & vt dimittantur nobis debita nostra, & vt non in
Matt. 6. feramur in tentationem, illud vt præterita expientur, hoc vt futura vitentur. Quod licet non fiat, nisi voluntas adsit, tamen ut fiat voluntas sola non sufficit, ideo pro hac re nec superflua, nec impudens domino immolatur oratio. Nam quid stultius, q̃ orare vt facias, quod in potestate habeas?

Cap. 19. Iam nunc videre quod ad rem maxime pertinet, quomodo humanam naturam tanquam omnino sine vllo vitio sit, conetur ostendere, & contra apertissimas scripturas dei deletur sapientia verbi, qua euacuetur
A crux Christi. Sed plane illa non euacuabit̃,
1. Co. 1. ista potius sapiẽtia subuertetur. Nam cum hoc ostenderimus, aderit fortasse misericordia dei, vt & ipsum hæc dixisse pœniteat. Primo, inquit, de eo disputandum est, q̃ p peccatũ debilitata dicitur & immutata natura. Vnde ante omnia quærendum puto, inquit, quid sit peccatum, substantia aliqua, an omnino substantia carens nomen, quo non res, non existentia, nõ corpus aliquod, sed perperam facti actus exprimitur. Deinde adiungit, Credo ita est, Et si ita est, inquit, quomodo potuit humanam debilitare vel mutare naturam, quod substãtia caret? Videte quæso quomodo nesciens nitatur euertere medicinalium eloquiorum voces saluberrimas. Exo dixi, domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Quid sanatur si nihil est vulneratum, nihil sauciatum, nihil debilitatum atq; vitiatum? Porro si est quod sanetur, vnde vitiatum est? Audis confitentem, quid desideratum disputantem? Sana, inquit, animam meam. Ab illo quære, vnde vitiatum sit, quod sana ri rogat, & audi quod sequitur, Quoniam peccaui tibi. Hunc iste interroget, ab isto quærat quod quærendum putat, & dicat, O tu qui clamas, sana animam meam qm peccaui tibi: quid est peccatum? Substantia aliqua, an omnino substantia carens nomẽ, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed tantum perperam facti actus exprimitur? Respõdet ille, ita est vt dicis, Nõ est peccatum aliqua substantia, sed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. Et contra iste. Quid ergo clamas, Sana animam meam qm peccaui tibi? Quo potuit vitiare animam tuam, quod substãtia caret? Nonne ille mœrore confectus vultu eneris sui, ne disputatione ab oratione auerteretur, breuiter responderet & diceret, Recede à me obsecro, cum illo potius disputa si potes, qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, Non veni vocare iustos, sed peccatores autem appellauit ægrotos.

Cernitis ne quo tendat, & quo manu porrigat hæc disputatio, vt omnino frustra dictum putetur, Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suũ à peccatis eorum? Quomodo enim saluũ faciet, vbi nulla est ægritudo? Peccata quippe, à q̃bus dicit euangelium saluum faciendum pulum Christi, substantiæ non sunt, & secundũ istũ vitiare non pũt. O frater benẽ dere ista fortasse sufficeret, sed tamen quia disputare vis, nec obest, imo etiam prodest, si firmissima præcedat fides, nec existimemus peccato naturam humanam nõ posse vitiari, sed diuinis credentes scripturis peccato eam esse vitiatam, quomodo id fieri potuerit inquiramus, quæ peccatum iam didicimus non esse substantiam. Nonne attẽdi tur, vt alia omittam, etiam non manducare, non esse substantiam? A substantia quippe receditur, quoniam cibus substantia est. Sed abstinere à cibo non est substantia, & tamen substantia corporis si omnino abstinet à cibo, ita languescit, ita valetudinaequalitate

equalitate corrumpitur, ita exhauritur viribus, ita lassitudine debilitatur & frangit, vt si aliquo mõ perduret in vita, vix possit ad cibum reuocari vnde abstinẽdo vitiata est. Sic non est substãtia pctũ sed substãria est deus, summaq; substantia, & solus verus rõnalis creaturæ cibus, a quo per inobedientiam recedendo, & per infirmitatẽ non ualendo capere quod debuit & gaudere, audis quemadmodum dicat, Percussus sum sicut fœnum & aruit cor meum, quoniam oblitus sum comedere panẽ meũ.

Attendite autem qũo adhuc se urgeat verisimilibus rationibus contra scripturæ sanctæ veritatẽ. Dñs Iesus dicit, qui ppea Iesus vocatur, quia ipse saluũ facit populũ suũ a peccatis eorũ. Dicit ergo dñs Iesus, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Nõ veni vocare iustos, sed pctores. Vñ dicit & Apostolus, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Chrs venit in hunc mundum pctores saluos facere. Et iste contra fidelem sermonẽ & omni acceptione dignum, dicit non debuisse hanc ægritudinem contrahi peccatis, ne ad hoc esset ista pœna peccati, vt commmitterentur plura peccata. Queritur ergo paruulis tanquam medicus opitulator. Et iste dicit, Quid quæritis? Sani sunt pp quos medicũ quæri ra. Nec ipse primus hõ ideo morte damnatus est, nã postea nõ peccauit, quasi aliquid postea de pfectione iustitiæ eius audierit, nisi quod commendat ecclesia & ipsum dominj Christi misericordia liberatum. Eius quoq; posteros iste dicit, non solũ illo non esse infirmiores, sed etiam plura implesse præcepta, cum ille vnum implere neglexerit, Quos posteros videt ita nasci, qũo certe iste factus non est, nõ solum præcepti in cupacee, quod omnino nõ sentiunt, sed vix cupacee papillæ cum esuriunt, eos tamen in matris ecclesiæ gremio cum saluos gratia sua facere velit, qui saluum facit populum suum à peccatis eorum, contradicunt homines, & quasi creaturam, quæ per illum condita est, melius illo inspicere nouerint, voce non sana sanos esse pronunciant.

Materiam peccati dicit esse vindictam, si vt ad hoc pctor infirmatus est, vt plura peccaret. Nec cogitat prævaricatorem legis, q̃ digne lux deserat veritatis. Qua desertus cæcus, & plus necesse est offendat, & cadẽdo vexetur, vexatusq; nõ surgat, vt ideo tantum audiat vocem legis, quo admoneatur implorare gratiam saluatoris.

An nulla pœna est eorum de quibus dicit Apostolus, Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ? Vtiq; ista obscuratio vindicta & pœna iã fuit & tamen per hanc pœnam, id est, per cordis cæcitatem, quæ fit deserente luce sapientiæ, in plura & grauia peccata collapsi sunt. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Grauis hæc pœna est, si quis intelligat, & ex hac pœna vide quo ierunt, Et immutauerunt, inquit, gloriam incorrupti bilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Ista fecerunt ex peccati pœna, qua obscuratum est insipiens cor eorũ, Et propter hæc tamen, quia licet pœnalia etiam ipsa peccata sunt, adiungit, & dicit, Propterea tradidit illos deus in desideria cordis illorum in immunditiam, Ecce quemadmodum deus grauius condemnauit, tradens illos in desideria cordis illorũ in immunditiam. Videte etiã ex hac pœna quid faciant, ut contumelijs, inquit, afficiãt corpora sua in semetipsis. Et qa pœna est ista iniquitatis, cum sit & iniquitas, euidentius commendat dicens, Qui transmutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. amen. Propter hoc, inquit, tradidit deus illos in passiones ignominiæ. Ecce quotiens vindicat deus, & ex eadem vindicta plura & graviora peccata cõsurgunt. Nam fœminæ eorum, inquit, mutauerunt naturalem usum, in eum vsum qui est contra naturam, similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in appetitum suum in inuicem, masculi in masculos deformitatem operantes. Atque vt ostẽderet sic esse ista peccata, vt etiam pœnę sint peccatorum, etiam his adiunxit, Et mercedem mutuam, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Videte quotiens vindicet, eademque vindicta, quæ pariat pullulet que peccata adhuc attendite, Et sicut non probauerunt, inquit, deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobam mentem, vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate cũ circunuẽtione, malitia, vauaritia, plenos inuidia, homicidio, conten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contentione,dolo,malignitate,susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos,elatos,inuentores malorum, parentibus non obedientes,insipientes,incompositos, sine affectu,sine misericordia. Hic nunc iste dicat, nō debuit sic vindicari peccatum,vt peccator per vindictam plura cō
Cap.23. mitteret. Fortasse respondeat, deum ad ista non cogere, sed dignos deserti tantum deserere. Si hoc dicit,verissime dicit,deserti quippe vt dixit luce iustitiæ, & p hoc cō tenebrati quid pariāt aliud, quàm hæc omnia, quæ commemoraui opera tenebrarū,
Ephe.5. donec dicatur eis,si dicto obaudiant, Surge H qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus? Mortuos veritas dicit,
Matt.8. vñ est & illud,Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos ergo veritas dicit, quos iste dicit lædi & vitiari non potuisse peccato,quia videlicet didicit peccatū non esse substantiam. Nemo ei dicit,sic hominē factum,vt de iustitia quidem posset in peccatum ire, & de peccato ad iustitiam redire non posset,sed vt in peccatum iret, sufficit ei liberum arbitrium,quo seipse vitiauit:vt autem redeat ad iustitiam, opus habet medico,quoniam sanus non est,opus habet viuificatore,quia mortuus est. De qua gratia omnino nihil iste dicit,quasi sola sua volūtate se possit sanare, quia eum potuit sola vitiare. Non.n.dicimus mortem corporis ad peccatū valere, vbi sola vindicta est. Nemo autem peccat corpore moriēdo, sed ad peccatum valet mors animæ, quam deseruit vita sua,hoc est,deus eius, quæ necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratia reuiuiscat. Famē & sitim & cæteras molestias corporales,absit vt dicamus necessitatē habere peccādi, quibus molestijs exercitata vita iustorum splendidius enituit,& eas per patientiam superādo maiorem gloriā comparauit, sed adiuta gratia dei,adiuta spiritu dei,adiuta misericordia dei, non superba voluntate se extollens,sed humili confessione fortitudinem promerens. No-
I uerat.n.deo dicere,Quoniam tu es patien
Psal.70. tia mea. De qua gratia & adiutorio & misericordia, sine qua bene non possumus viure, nescio quare iste omnino nihil dicit, imo etiam velut sibi ad iustitiam sufficientem si voluntas sua adsit, defendendo naturam,gratiæ Christi,qua iustificamur apertissime contradicit. Cur autem soluto per gratiā peccati reatu ad exercitationem fidei mors corporis maneat, quamuis veracit de peccato, iam & hoc in illis ad sanctæ memoriæ Marcellinum libris vt ualui diserui.

Quod vero dominū dicit sine peccato Libro mori potuisse: illi etiam nasci,potestas misericordiæ non conditio naturæ fuit. Sic fili etiam mortuus est potestate,& hoc est pre cium nostrum,qua nos à morte redimeret. Et hoc istorum disputatio euacuare conte dit, cum ab eis ita natura humana defendi tur,vt posit liberum arbitrium isto precio nō egere,vt à potestate tenebrarum & prę positi mortis in regnum Christi dominā transferantur. Et tamen quando dominus ad passionem perrexit,Ecce,inquit,veniet princeps huius mundi, & in me nihil inuenit:& vtique nihil peccati, vnde præpositus tus mortis iure suo ageret, vt perimeret, Sed vt sciant omnes,inquit,quia voluntatem patris mei facio, Surgite eamus hinc. quia nō morior necessitate peccati,sed obedientiæ voluntate. Dicit nullum malū bonum alicuius esse causam,quasi pęna bonum ni non sit, qua tamen multi emendati sunt. Sunt ergo mala quæ prosunt mirabili misericordia dei. Nunquid ille boni aliquid passus est,qui dixit, Auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus? Non vtique, & tamen hæc ei conturbatio contra ea perbiam fuit medicinalis quodámodo. Dixerat.n.in abundantia sua, nō mouebor in æternum:& sibi tribuebat quod à domino habebat, Quid.n.habebat quod non acceperat? Quare ostendendum ei fuerat vade haberet vt reciperet humilis,quod superbus amiserat. Ideo,domine,inquit,in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, In qua ego abundantia mea dicebam, Non mouebor, cum hoc mihi esset absq; non à me: Denique auertisti faciem tuam & factus sum turbatus.

Hoc superbus animus omnino nō sapit, Vbi sed magnus est dominus, qui persuadeat seruo quomodo ipse nouit. Nam procliuiores sumus quærere potius quid contra ea respondeamus,q̄ nostro obiiciuntur errori, quàm diligentiæ intendere,quàm sint salubria, vt careamus errore. Vnde cum istis non tam disputatio nibus, quàm pro eis sicut pro nobis oratio nibus est agendum. Non enim hoc eis dicimus quod sibi iste opposuit, vt esset causa misericordiæ dei necessarium fuisse peccatum. Vtinam non fuisset miseria,ne ista esset misericordia necessaria. Sed iniquitatē peccati tanto grauiorem, quāto facilius hō non peccaret, quem nullam adhuc tenebat infirmitas, pœna iustissima subsecuta est, vt mercedē mutuam peccati sui in semetipso reciperet, amittens sub se positam sui corporis quodammodo obediētiam, quam præcipuam sub domino suo ipse cōtempserat. Et q̄ non cum eadem lege peccati nascimur, quæ in membris nostris repugnat legi mentis,neque aduersus deum murmurare,neque contra rem manifestissimam di
Rom.7. sputare,sed p̄ pœna nostra illius misericor
Ad Ti- dia quærere & orate debemus.
moth. 1. Attēdite sanè vigilāter quomodo dixe-
Cap. 14. rit,Adhibet quidem huic etiā parti,si quā-
Matt. 9. do necessariū fuerit misericordiam suam deus, quia homini post peccatum ita subue
Marci 2. niri necesse est, nō quia deus causam huiuscemodi necessitatis optauerit. Videtisne quemadmodum non dicat necessariam misericordiam dei vt non peccemus,sed quia peccauimus? Deinde subiungit,Sed & medicus ad curandum iam vulneratum paratus esse debet,non debet aūt sanus vulnerari optare. Si ista similitudo rebus de quibus agimus congruit, certe vulnerari non potest natura humana peccato,quoniā peccatum nulla substantia est. Sicut ergo vulnere, verbi gratia,claudicans ideo curat, vt sanato malo pterito, futurus dirigatur incessus. sic mala nostra non ad hoc solum supernus medicus sanat,vt illa iam nō sint, sed vt de cætero recte ambulare possimus, quod quidem etiam sani non nisi illo adiuante poterimus. Nam medicus homo cū sanauerit hominem, iam de cætero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, vt eadem sanitas apto subsidio conualescat atque persistat,ideo dimittit,qui prębet ista in carne viuentibus,cuius erāt etiā illa,quæ dum curaret,adhibebat. Non.n. quenquam medicus ex his rebus,quas ipse creauerit sanat, sed ex illius operibus,qui creat omnia necessaria sanis atq; vitiosis. Ipse autem deus cum per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum spiritaliter sanat ægrum vel viuificat mortuum,id est,iustificat impium, & cū ad perfectam sanitatem,hoc est,ad perfectam vitam iustitiamq; perduxerit, non deserit si non deseratur, vt pie semper,iusteq; viuat. Sicut.n.oculus corporis etiam plenissime sanus,nisi candore locis adiutus nō potest cernere: sic homo etiam perfectissime iustificatus,nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur,recte non potest viuere. Sanat ergo deus,nō solum vt deleat quod peccauimus, sed vt præstet etiā ne peccemus.

Peccatū peccato tollitur. Ca.27.

Acute sanè tractat & versat,& quātum sibi videtur redarguit atque conuincit q̄ eis dicitur,etiam necessarium fuisse homini ad auferendam superbiæ vel gloriæ occasionem, vt absque peccato esse non posset. Absurdissimum quippe & stultissimum putat peccatum fuisse ne peccatum esset, quoniā & ipsa superba vtique peccatum est quasi non & vlcus in dolore sit, & sectio dolorē operetur,vt dolor dolore tollatur. Hoc si experti non essemus,& in aliquibus terris vbi ista nunquam contigerant,audiremus, sine dubio vtique deridentes, fortassis etiā verbis huius vteremur & diceremus, Absurdissimum est dolorem necessarium fuisB se,ne vlceris dolor esset. Sed deus, inquiūt, potest omnia sanare. Hoc vtique agit vt sanet omnia,sed agit iudicio suo, nec ordinē sanādi accipit ab ægroto. Proculdubio q̄ pe firmissimum Apostolum volebat effice
2.Co.12 re,cui tamē dixit, Virtus in infirmitate p̄ficitur:& non ei totiens oranti auferet nescio quem stimulum carnis,quem sibi dicit datum,ne magnitudine reuelationū extolleretur, Cætera.n.vitia tantum in malefactis valent,sola autem superbia etiam in recte factis cauenda est. Vnde admonētur illi, ne dona dei suæ potestati tribuēdo sesēque extollendo grauius pereant, quam si nil operarentur boni,quibus dicitur, Cum timore & tremore vestram ipsorum salu-
Phili.2. tē operamini, Deus.n.est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Quare ergo cum timore & tremore, & nō potius cum securitate,si deus operatur, nisi quia propter voluntatem nostram sine qua bene non possumus operari,cito potest subrepere animo humano, vt quod bene operatur, suum tātummodo existimet, & dicat in abundantia sua, nō mouebor in
Psal.26. æternum? Ideo qui in voluntate sua præstiterat decori eius virtutem, auertit paululū faciem suam,vt qui hoc dixerat fieret conC turbatus,quoniam ipse est ille tumor lanādus doloribus.

Ca. 28. Non itaque dicitur homini, Necesse est peccare ne pecces,sed dicitur homini, desit aliquantum deus,vnde superbis,vt scias non tuum,sed eius esse, & discas superbus

non esse, Nam illud etiam Apostoli quale est, nõne ita mirabile, vt nisi quia ipse dicit, cui vera dicenti contradicere nefas est, non
Gene. 3. sit incredibile, Quis. n. nesciat fidelium à satana veniſſe primam peccati suasionem, &
1. Tim. 1. q̃ ille primus author sit omnium peccatorum? Et tñ quidam traduntur satanæ vt discant nõ blasphemare. Qũo igitur opus satanæ excluditur opere satanæ? Hæc atq; huiusmodi intueantur, ne videantur ei nimis acuta, quæ acute sonant, & discussa inueniuntur obtusa, Quid quod etiam similitudines adhibet quibus magis admoneat q̃d ei debeat responderi? Quid amplius dicam, inquit, nisi quia potest credi, quod ignes ignibus extinguũtur, sic credi potest quòd peccatis peccata curentur? Quid si ignes extinguere quisquam non potest ignibus, sed tamen possunt, vt docui, dolores curari doloribus, possunt etiam si quærat & discat venenis venena depelli? Nam si & aduertit aliquando calores febrium quibusdam caloribus medicinalibus frangi, etiam ignis ignibus fortasse concedat extingui.

Non oẽ peccatũ superbia est.

Quo nam modo, inquit, superbiã ipsam à peccato seiunctam esse dicimus? Quid. n. hoc vrget, cum manifestum sit etiam ipsam esse peccatum? Tam peccare, inquit, superbire est, q̃
Cap. 29 superbire peccare. Nam quære quid sit q̃dcunque peccatum, & vide si inuenies aliquod sine superbiæ appellatione peccatũ. Hanc autem sententiam sic exequitur, & sic probare conatur. Omne, inquit, peccatũ, nisi fallor, dei contemptus est: & omnis dei contemptus superbia est. Quid. n. tam superbum, q̃ deum contemnere? Omne ergo peccatum & superbia est, etiam scriptura
Eccl. 10. dicente, Initium omnis peccati superbia ẽ, Quærat diligenter, & inueniet in lege multum discretum esse, à cæteris peccatis, peccatum superbiæ. Multa. n peccata per superbiam committuntur, sed neque omnia superbe fiunt, quæ perperam fiunt, certe à nescientibus, certe ab infirmis, certe plerunque à flentibus & gementibus. Et quidem superbia cum magnum sit ipsa peccatum, ita sine alijs per se ipsa est, vt etiam plerunque, vt dixi, non in peccatis, sed in ipsis recte factis pede celeriore superueniat & obrepat. Sed ideo verisime dictum est, quod iste alter intellexit, Initium omnis peccati superbia: q̃n diabolum à quo extitit origo peccati, ipsa deiecit, & subsequente inuidentia, hominem stantem vnde ipse cecidit, inde subuertit. Nam vtique iactãtiæ ianuam, qua intraret serpẽs ille quæsiuit, quãdo ait, Eritis sicut dij. Ideo dictum est. Initium o-
Gene. 3. mnis peccati superbia, & initium superbiæ hominis apostatare à deo.

Quid autem sibi vult quod dicit, Deinde Eccl. quõ deo pro illius peccati reatu subditus ei Cap. 10 se poterit, quod suum non esse cognouerit? Suum enim non est, inquit, si necessarium est. Aut si suum est, voluntarium est, & si voluntarium est vitari potest. Nos respondemus, suũ est omnino, Sed vitium quo cõmittitur, nondum omni ex parte sanatum est, quod quidem vt inolesceret de non recte vsa sanitate descendit, Ex quo vitio iam male valens, vel infirmitate, vel cæcitate, plura committit. Pro quo supplicãdum est vt sanetur, & deinceps in perpetua sanitate viuatur, non superbiendum, quasi homo eadem potestate sanetur, qua potestate vitiatus est.

Et hæc quidem ita dixerimus, vt altius dei consilium me fatear ignorare. Cur etiã ipsam superbiam, quæ in recte factis animo insidiatur humano, non cito deus sanet, pro qua sananda illi piæ animæ cum lachrymis & magnis gemitibus supplicãt, vt ad eã superandam, & quodammodo calcandã & obterendam, dexteram conantibus porrigat. Vbi. n. lætatus homo fuerit in aliquo bono opere, se ẽt superasse superbiam ex ipsa lætitia caput erigi & dicit, Ecce ego viuo, quid triumphas, & ideo viuo, quia triumphas: ante tps. n. fortasse de illa quasi victa triumphare delectat, cum extrema eius vmbra illo meridie, quantum arbitror, absorbebitur. Qui meridies scriptura dicente promittitur, Et educet sicut lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum sicut meridiem: si fiat quod supra scriptum est, Reuela dño viam tuam & spera in eo, & ipse faciet, non sicut quidam putant quòd ipsi faciant.

Nullos. n. videtur attendisse cum dixit, Cap. 2 & ipse faciet: nisi eos qui dicunt nos faciamus, id est, nosipsi nosipsos iustificamus. Vbi quidem operamur & nos, sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius Psal. 58 præuenit nos. Præuenit autem vt sanemur, quia & subsequetur vt etiam sanati vegetemur. Præuenit vt uocemur, subsequetur vt glorificemur. Præuenit ut pie viuamus, subsequetur vt cum illo semper uiuamus, q̃a sine illo nihil possumus facere. Verunq; nascriptũ est, & deus meus misericordia eius præueniet me, & misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ meæ Reuelemus ergo ad eum viã nr̃m confessione, non defensione laudemus. Si. n. non est ipsius via sed nostra, q̃culdubio non est recta. Reuelemus eũ confitendo, quia nõ eũ latet ẽt si operire cõemur. Bonũ est aũt cõfiteri dño.
Psal. 91. q̃d ei displicet in nobis, displiceat & nobis.
Cantic. Auertet, sicut scriptum est, semitas nostras
cap. 8. a uia sua, & nostram faciet esse quæ sua est
Psal. 33 q̃m ab ipso p̃betur credentibus in eũ, & speran. tibus in eo, vt ipse faciat. Ipsa est. n. vna iusta. q̃ ignorantes qui zelum dei hñt, sed non secundum scientiam, & suã volẽtes cõstituere iustitiam, iustitiæ dei non sunt sub
Rom. 10 iecti. Finis. n. legis Xp̃is ad iustitiã omni cre
Gal. 4. denti, qui dixit, Ego sum uia. In qua iã ambulãtes tamen terruit vox diuina, ne quasi de propriis in ea viribus extollantur. Nam
Psal. 2. quibus propter hoc ait Apostolus, Cum timore & tremore vestram ipsorum operamini salutẽ, Deus. n. est qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate: eis propter hoc ipsum dicit etiã Psalmus, Psal. 2. Seruite domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Apprehendite disciplinã, ne quãdo irascatur dominus & peatis de uia iusta: cũ exarserit in breui ira eius super eos. Nõ ait, ne q̃n irascatur dominus, & non uobis ostendat uiam iustam: aut, nõ vos introducat in uiam iustam: sed iam illic ambulantes sic terrere potuit ut diceret, ne pereatis de via iusta Vnde? nisi quia superbia, quod to
Cap. 3 tient dixi & sæpe dicẽdum est, ẽt in ipsis rene factis cauẽda est, id est, in ipsa via iusta, ne homo dum quod dei est deputat suum, amittat quod dei est & redeat ad suũ? Ideo
Psal. 34. quo Psalmus iste concludit, sacramus, Beati omnes qui confidunt in eo: vtiq; vt ipsa faciat, ipse ostendat viam suam, cui dicitur, Ostẽde nobis domine misericordiam tuã,
Psal. 35. & ipse det salutem, vt ambulare possimus, cui dicitur, Et salutare tuum domine da
Psal. 58. nobis. Ipse in eadem via deducat, cui dicitur, Deducme domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Ipse ad illa quo ducit
Psal. 138. dimissa perducat, cui dicitur, Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Ipse ibi pascat recumbentes
Luc. 22. cum Abraham, Isaac & Iacob, de quo dictum est, Facit eos recumbere & transibit & ministrabit eis. Non. n. cum ista commemoramus, arbitrium voluntatis tollimus, sed dei gratiã prædicamus. Cui enim sunt ista volenti, sed humiliter volenti, nõ se de voluntatis viribus, tanquam ad perfectionem iustitiæ sola sufficiat, extollenti.

Abſit autem vt ei dicamus, quod a quibusdam contra se dici ait, comparari homi- Nec mo
nem deo, si absq; peccato esse asseratur, qua destiæ si vero angelus quia absq; peccato est, com cã meparetur deo. Ego quidem hoc sentio, quia tiendũ.
etiam cum fuerit in nobis tanta iustitia, vt Cpa. 34
ei addi omnino nihil possit, non æquabitur creatori. Si autem aliqui putant tantum nostrum futurum esse profectum, vt in dei substantiam conuertamur, & hoc efficiamur prorsus quod ille est, viderint quemadmodum astruant sententiam suam, mihi hoc fateor non esse persuasum. Iam sane hoc multum faueo libri huius authori q̃ aduersus eos qui dicunt, rationabile quidẽ videtur esse quod asseris, sed superbum est dici hominem absq; peccato esse posse, ita respondet, vt omnino si verum est nullo modo superbum esse dicendum sit. Ait. n. K
acutissime atq; verissime, in qua magis parte humilitas collocanda est, sine dubio falsitatis, si in ea quæ veritatis probatur esse, superbia est. Ac per hoc placet illi, & recte placet, in parte veritatis non vt in parte falsitatis magis humilitas collocetur. Ex quo est consequens vt ille qui dixit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, 1. Ioã. 1.
nosipsos decipimus & ueritas in nobis non est: verum dixisse minime dubitetur, nec causa humilitatis hoc falsum dixisse uideatur. Propterea. n. addidit, & veritas in nobis non est: cum forte sufficeret dicere nosipsos decipimus, nisi attẽderet quosdam putare dictum nosipsos decipimus, quia etiam de vero bono qui se laudat extollitur. Addendo itaq;. Et veritas in nobis non est, manifesto ostendit, sicut etiam huic rectissime placet, hoc omnino verum non esse, si dixerimus quia prccatum non habemus, ne humilitas constituta in parte falsitatis, perdat præmium veritatis. Porro autem quod dei causam sibi agere uidetur, defendendo naturam, non attendit quod eandem naturam sanam esse, dicendo, medici repellit misericordiam. Ipse est autem creator eius qui saluator eius. Non ergo L
debemus sic laudare creatorem, vt cogamur dicere, imo vere conuincamur dicere superfluum saluatorem. Naturam itaque hominis dignis laudibus honore-

mus, easq; laudes ad creatoris gloriã refera
mus. Sed q̃a nos creauit, ita simus grati, vt
L nõ simus q̃a sanat ingrati. Vitia sane nr̃a q̃
sanat, non diuino operi, sed humanæ volun
tati iustæq; illius uindictæ tribuamus. Sed
ut in nostra potestate fuisse ne acciderent
confitemur, ita ut sanẽtur in illius magis es
se misericordia quã in nostra potestate fa-
teamur. Hanc iste misericordiã & medici-
nale saluatoris auxilium tantum in hoc po-
nit, vt ignoscat commissa præterita, non ut
adiuuet ad futura vitanda. Hic pernicios-
sime fallitur, hic & nesciens prohibet nos
uigilare & orare ne intremus in tẽtationẽ,
cum hoc ne uobis accidat, in nostra tantum
potestate esse contendit.

Cap. 35. Quorundam sana exempla quos peccas
se legimus, non iõ scripta dicit, qui sanum sa
pit, ut ad disperationem non peccandi ualeat,
& securitatem peccandi nobis quodam
modo p̃bere uideantur, sed ut disceremus,
M uel pœnitendi humilitatẽ, vel ẽt in talibus
lapsibus non desperãdam salutem. Quidã.
n. in peccata prolapsi desperattone plus per
eunt, nec solum pœnitendi negligunt medi
cinã, sed ad expleda inhonesta & nepharia
desyderia serui libidinũ & sceleratarum cu
piditatum fiunt, quasi perdant si non fece-
rint quod instigat libido, cum eos iam ma-
neat certa damnatio. Aduersus hunc mor
bum nimium periculosum & exitiabilem,
valet commemoratio peccatorum, etiam in
quæ iusti sanctiq; prolapsi sunt. Sed acute
videtur interrogare, quomodo istos sanctos
de hac uita abiisse credendum sit, cũ pecca
to, an sine peccato? Vt si responsum fuerit,
cũ peccato, putetur eos secuta dãnatio, q̃d
nephas est credere. Si autem sine peccato
dictum fuerit eos exisse de hac uita, probet
hoiem saltem propinquante morte fuisse si
ne peccato in hac uita. Vbi parum atten-
dit, com sit acutissimus, non frustra etiam
Mat. 6. iustos in oratione dicere, Dimitte nobis de
bita nostra, sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris: dominumque Chri-
stum cum eandem orationem docendo
explicuisset, ueracissime subdidisse. Si
enim dimiseritis peccata hominibus, di-
mittet uobis pater uester peccata uestra.
Per hoc enim quotidianum spiritale
A quodammodo incensum, quod ante deum
in altari cordis quod sursum habere admo
nemur, infertur, etiam si non hic viuatur si
ne peccato, licet non sine peccato, dum
subinde venia delẽtur, quod subinde igno-
rantia vel infirmitate committitur.

Deinde commemorat eos qui nõ modo sanctos
non peccasse, verumetiam iuste vixisse refe rũ. ad
runtur, Abel, Enoch, Melchisedech, Abra- peccat.
hã, Isaac, Iacob, Ioseph, Iesum Naue, Phi-
neem, Samuel, Nathan, Heliam, Helisæũ,
Micheam, Daniel, Ananiã, Azariã, Misael.
Ezechiel, Mardocheũ, Simeon, Ioseph cui
desponsata erat virgo Maria, Ioannem. Ad
iungit etiam fæminas, Delboram, Annã Sa
muelis matrẽ, Iudith, Hester, alterã Annã
filiam Phanuel, Elizabet, ipsam etiam dñi
ac saluatoris nostri matrem, quam dicit se
ne peccato confiteri necesse esse pietati. Ex
cepta itaq; sancta virgine Maria, de qua p
pter honorem dñi nullam prorsus cum de
peccatis agitur, habere volo q̃né, Vnde n.
scimus, q̃ ei plus gratiæ collatum fuerit, ad
vincendũ omni ex parte peccatũ, quæ con-
cipere ac parere meruit eum, quem constat
nullum habuisse pctm: Hac ergo virgine ex
cepta, si oẽs illos sanctos & sanctas cum hic
viuerent, congregare possemus, & interro-
gare vtrum essent sine pctõ, quid fuisse rñ-
suros putamus: vtrum hoc q̃d iste dicit, an
quod Ioannes Apostolus? Rogo vos quan-
talibet fuerint in hoc corpore excellentia
sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, vna
voce clamassent, Si dixerimus quia pec-
catum non habemus, nosipsos seducimus, &
veritas in nobis non est. An illud humilius
rñderent fortasse q̃ verius? Sed huic iã pla-
cet & recte placet laudẽ humilitatis in pa-
te non ponere falsitatis. Itaq; hoc si verum
dicerent, haberent peccatũ, quod humiliter
faterentur, quia veritas in eis esset. Si autẽ
hoc mentirentur, nihilominus haberent
peccatum, quia veritas in eis non esset.

Dicent forsitan, inquit, Nunquid om- Cap. 8
nium potuit scriptura commemorare pcã?
Et verum ei dicent quicunq; dicent, nec eũ
contra hoc aliquid validum video rñdisse,
quanuis videam tacere voluisse, Quid n. di
cit quæso attendite, Hoc, inquit, recte põ
dici de his quorum neq; bonorum, neq; ma
lorum scriptura sit memor. De illis vero
quorum iustitiæ meminit, & peccatorum si
ne dubio memimisset, si qua eos peccasse sen
sisset, Dicat ergo non pertinuisse ad iusti-
tiam tantam illorum fidem, qui magna mul
titudine præcedentes & consequentes cum
laudibus dñi asellum etiam inter frementes
quare hoc facerent inimicos, clamabant C
dicentes,

Mat. 21 dicentes, Osanna fili Dauid, bñdictus qui
venit in nomine domini. Audeat ergo dice
re iste si potest, neminem fuisse in tanta il-
la multitudine qui vllum haberet omnino
peccatũ. Quod si absurdissimũ est dicere,
cur nulla pctã eorum scriptura cõmemora
uit, quæ tantum bonũ fidei ipsorum cõme
morare curauit? Sed esto aliis tpibus tur-
bæ numerositate omnium dissimulauerit
pctã contexere, in ipso statim mundi pri-
mordio, vbi nõ nisi quatuor homines erãt,
quid, inquit, dicimus, cur non omnium vo
luerit delicta commemorare? Vtrum ingen
tis multitudinis causa, quæ nondũ erat, an
quia illorum tantũ qui commiserant me-
minit, illius vero qui nulla commiserat, me
minisse non potuit? Ad hęc adiungit uerba
quibus ista sentẽtia vberius & planius astrua
tur, Certe, inquit, primo in tpe Adam &
uxor tantum homines fuisse referuntur, Pec
cauit Eua, scriptura hoc prodidit, Adã quo
que deliquit, eadem scriptura non tacuit.
D Sed & Cain peccasse, ipsa æque scriptura te
stata est. Quorum non modo peccata, verũ
etiam peccatorũ indicat qualitatẽ. Quod si
& Abel peccasset, & hoc sine dubio scriptu
ra dixisset, sed non dixit, ergo nec ille pecca
uit quinetiam iustum ostendit. Credamus
igitur quod legimus, & q̃d non legimus ne
quas credamus astruere.

Hæc dicens, parum attendit quod paulo
ante ipse dixerat, Iã exorta multitudine ge
neris humani, turbæ numerositate potuisse
scripturam dissimulare omnium peccata cũ
texere? Hoc. n. si satis attendisset, uideret ẽt
in vno homine turbam & multitudinẽ pec
catorũ leuium, vel non potuisse, uel si etiã
potuit, non debuisse conscribi. Ea quippe
scripta sunt quibus & modus adhibendus
fuit, & paucis exemplis ad multa necessaria
lector instruendus. Nam cum ipsos tũc ho
mines, licet adhuc paucos, quot uel qui fue
rint, id est, Adã & Eua, quot filios & filias
procreauerint & quæ illis nomina impo-
suerint scriptura commemorare voluerit, in
de nonnulli parum considerantes quam
multa scriptura tacite ptereat, ipsum Cain
cum matre concubuisse putauerunt, unde
proiem quæ commemorata est procrearet,
putantes illis filiis Adam sorores non fuis-
se, quia eas scriptura tunc tacuit postea re-
capitulando inferens quod prætermiserat,
Adam filios & filias procreasse, nec tempus
quo nati sunt, nec numerum, nec uocabula
ostendens: ita nec commemorandum fuit: si
Abel, quamuis merito iustus appellatus est
paulo immoderatius aliquando risit, uel a-
nimi remissione iocatus est, vel vidit ali-
quid ad concupiscendum vel aliquando im
moderatius poma decerpsit, uel plusculo ci
bo crudior fuit, vel cum oraret cogitauit
aliquid vnde eius in aliud auocaretur intẽ-
tio, & quoties illi ista ac similia multa sur-
repserint, An forte peccata non sunt de qui
bus generaliter cauendis atque cohibendis
admonemur præcepto Apostolico, vbi di-
cit, Non ergo regnet peccatum in vestro Rom. 6.
mortali corpore ad obediendum desideriis
eius? His quippe ne obediamus ad ea quæ
non licent, vel minus decent, quotidiana &
perpetua conflictatione certandum est. Nã
vtiq; ex hoc vitio mittitur, vel dimittitur
oculus, quo non oportet, Quod vitium si
conualuerit, etiam adulterium perpetratur
in corpore, quod in corde tanto fit citius,
quanto est cogitatio celerior, & nullum im
pedimentum morarum. Hoc peccatum, id
est, hunc vitiosæ affectionis appetitum qui
magna ex parte frenarunt, vt non obedirẽt
desideriis eius, nec exhiberent ei membra
sua arma iniquitatis, etiam iusti appellari
meruerunt, & hoc adiutorio gratiæ dei. Ve
rum quia sæpe in leuissimis & aliquãdo in
cautis obrepit peccatum, & iusti fuerunt,
sine peccato nõ fuerunt. Postremo si in A-
bel iusto charitas dei, qua una vere iustus
est quicunq; iustus est, adhuc erat, quo pos
set & deberet augeri, q̃ q̃d minus erat, ex
vitio erat, & cui non minus sit donec ad illã
eius fortitudinẽ ueniatur, vbi tota hominis
absorbebatur infirmitas.

Magna planè sentẽtia cõclusit hũc locũ
cũ ait, Credamus igit q̃d legimus, & q̃d nõ Cap. 3.
legimus nefas credamus astruere, q̃d de cũ
ctis ẽt dixisse sufficiat. Cõtra ego dico, nec
omne q̃d legimus credere nos debere, p̃p il
lud q̃d Apostolus ait, Omnia legite, quæ
bona sunt tenete: & astruere aliquid etiam 1. The. 5
quod non legimus nefas nõ esse: possumus.
n. aliquid bona fide testibus astruere quod
experti sumus, etiam si forte non legimus.
Hic fortasse respondet, Ego cum hoc di-
cerem de scripturis sanctis agebam. O
vtinam non dicat aliud quam in illius lite- G
ris legi: verum contra id quod legit, nihil

vellet astruere, fideliter & obedienter audi
Rom.5. ret qđ scriptum est, Per vnũ hominẽ pec-
catũ intrauit in mundum & p pctm̃ mors,
& ita in oẽs homines ptransijt,in quo oẽs
Act.4. peccauerunt, & nõ infirmaret tanti medici
gratiã;dum fateri non uult naturã humanã
esse uitiatam. O vtinam sicut Christianus
legeret, præter Iesum Chm̃ nullũ esse no
men sub cœlo,in quo oporteat saluos fieri
nos,& non posibilitatem naturæ humanę
ita defenderet, vt homo per liberum arbi-
triũ etiam sine isto nomine saluus esse pos-
se credatur.

Non sa- Sed putat fortasse iõ necessariũ eẽ Chri
tis ẽ scire nomen, vt per eius Euangelium discamus
re quid quẽadmodũ viuere debeamus,non ẽt vt e-
agendũ. ius adiuuemur gr̃a qua bene viuamus, vel
Cap. 40 hinc saltẽ cõsiteatur eẽ miserabiles tenebras
in animo humano, qui scit quẽadmodũ de
beat leonem domare, & nescit quẽadmodũ
viuere. An & hoc vt sciat sufficit ei liberũ
arbitriũ lexq; naturalis? Hæc est sapientia
verbi,qua euacuatnr crux Chri.Sed qui di
Abdæ.1 xit,perdã sapientiam sapientũ,qa ista crux
1.Cor.1 non potest euacuari, profecto istã sapiẽtiã
H p stultitiã pdicationis qua credentes sanan
tur euertit.Si.n.posibilitas naturalis per li
berũ arbitriũ,& ad cognoscendũ qũo viue
re debeat, & ad bene viuendũ sufficit sibi
ergo Christus gratis mortuus est,ergo eua
euatũ est scãdalum crucis. Cur non etiam
Gala.5. ego hic exclamem, imo exclamabo & istis
increpitabo dolore Christiano, Euacuati
estis à Chr̃o,qui in natura iustificamini,à
Rom.10 gr̃a excidistis: ignorantes.n.dei iustitiam &
vestrã volentes constituere,iustitiæ dei nõ
estis subiecti.Sicut.n.finis legis, ita etiã natu
ræ humanæ vitiosæ saluator Christus est,
ad iustitam omni credenti.

Qũo ac Quod aũt sibi opposuit ab eis dici con
cipiendũ tra quos loquit.Omnes.n.peccauerunt:ma
omnes. nifestum est p de his dicebat Apostolus q̃
Cap.41. tunc erant,hoc est,de Iudæis & gentibus.
Rom.5. Sed plane illud qđ cõmemorauí, Per vnũ
hominem peccatum intrauit in mundum,
& per peccatum mors, & ita in omnes ho
mines pertransijt, in quo omnes peccaue-
runt:& antiquos & recentiores, & nos &
posteros nostros sententia ista complecti-
tur. Ponit etiam illud testimonium vn-
de probet cum dicuntur omnes, non sem-
per omnes omnino nullo prætermisso in-
B telligi oportere. Sicut per vnius, inquit,
delictum in omnes homines in condemna-
tionem,sic & per vnius iustitiam in omnes
homines in iustificationem vitæ. Cum per
Christi,inquit,iustitiã,non omnes,sed eos
tantum qui illi obedire voluerunt,& baptis
mi eius ablutione purgati sunt, sanctifica-
tos esse nũ dubium sit,Non plane istotesti
monio probat quod vult.Nam.sicut dictũ
est,Sicut per vnius delictum in omnes ho-
mines in condemnationem,vt nullus præ-
termitteretur, sic & in eo quod dictum est R
p vnius iustitiã in homines in iustificatio-
nem vitæ, nullus prætermissus est, non
quia oẽs in eum credunt & baptismo eius
abluuntur, sed quia nemo iustificatur nisi
in eum credat & batismo eius abluatur.Ita
que oẽs dictum est,ne aliquo modo alio p-
ter ipsum quisquã saluus fieri posse creda-
tur.Sicut.n.vno literarum magistro in ci-
uitate cõstituto,rectissime dicimus, omnes
iste literas docet:non quia omnes eiues li-
teras discũt,sed quia nemo discit nisi quẽ il
le docuerit, Sic nemo iustificatur nisi quẽ
iustificauerit Christus.

Sed isto,inquit,consentiã,quia oẽs pecca
tores fuisse testatur, Dicit enim qđ fuerint
non quod aliud esse non potuerint. Quam no
obrem & si omnes homines peccatores, in p
quit,possent probari, definitioni tñ nostræ le
nequaquã id obesset,qui non tam quid ho
mines sint,q̃ quid possint esse defendimus.
Hic recte facit aliquando consentire, quia
non iustificab tur in cõspectu dei omnis vi
uens.Non tñ ibi esse quæstionem,sed in ip
sa non peccandi posibilitate contendit, in
qua nec nos aduersus eum certare opus est.
Nam neq; illud nimis curo, vtrũ fuerint
hic aliqui vel sint,vel esse posint,qui perfe
ctam,cui nihil addendum esset,habuerint,
vel habituri sint charitatem dei:Ipsa est ue
rissima,plenissima,perfectissimaq; iusti
tia, quoniam id p voluntate hominis ad
iuta per dei gratiam fieri posse confiteor &
defendo,quando vel vbi,vel in quo fiat mi
mium certare non debeo. Neque de ipsa
posibilitate contendo,cum sanata & adiu-
ta hominis uoluntate posibilitas ipsa fi-
mul cum effectu in sanctis peruenit,dum
charitas dei quantum plenissime natura
nostra sana atq; purgata capere potest, dif-
funditur in cordibus nostris per spiritum
sanctum,qui datus est nobis. Melius ita.
que dei causa agitur, quam se iste agendo
dicit defensare naturam, cum & creator &
saluator agnoscitur,quam cum defensa ve

lut sana uiribusq; integris creatura, opitula
Per fi la tio saluatoris inanitur.
fect nõ Verum est aũt quod ait, q̃ deus tam bo-
tri. nus q̃ iustus talem hominẽ fecerit, cui pec-
cati malo carere sufficeret, sed si voluisset.
Cap.43 Quis.n.eum nescit sanum & inculpabilem
Lec.10. factum,& libero arbitrio atq; ad iuste viuẽ
dum potestate libera constitutum? Sed nũc
de illo agitur,quem semiuuum latrones in
via reliquerunt, qui grauibus saucius con-
fossusq; vulneribus,non ita potest ad iustiti
tiæ culmen ascendere, sicut potuit inde de-
scẽdere. Qui ẽt si iam in stabulo est,adhuc
curatur. Non igitur deus impossibilia iu-
bet,sed in iubendo admonet,& facere quod
possit, & petere qđ non possit. Iã nunc vi-
deamus vnde possit, unde non possit. Iste
dicit, voluntate non est, quod natura põt.
Ego dico,uoluntate quidẽ non est homo iu
M stus si natura potest, sed medicina poterit
Cap.44. quod uitio non potest.

Quid ergo iã opus ẽ in pluribus immo-
rari,ueniamus interius ad cãm, quã in hac
duntaxat q̃one uel solã, vel penè solã cum
istis habemus.Sicut.n.ipse dicit ad qđ nunc
agit non pertinere vt quæratur, utrum fue
rint vel sint aliq̃ homines in hac vita sine
peccato, sed vtrum esse potuerint siue pos-
sint,ita ego ẽt si fuisse,uel esse cõsentiã,nul
lo modo tñ potuisse vel posse confirmo,ni-
si iustificatos gratia dei per Iesum dominũ
Chm̃ nm̃ & hunc crucifixum,Ea quippe
Tim.2 fides iustos sanauit antiquos quæ sanat &
Cor.1. nos,id est, mediatoris dei & hominũ homi
nis Iesu Christi,fides sanguinis eius, fides
crucis eius, fides mortis & resurrectionis
eius.Habentes ergo eundẽ spm̃ fidei,& nos
credimus pp qđ et loq̃mur. Iste vero obie
cta sibi q̃one, in qua reuera in intolerabilis
videtur cordibus Christianis, quid rñdeat
attendamus. Ait.n.Sed hoc esi qđ multos
mouet,inquies, q̃ non per dei gr̃am homi-
nes sine peccato esse posse defendis. Prorsus
hoc est quod mouet, hoc est qđ obijcimus.
Rem ipsam dicit,hoc omnino egerrimè su-
stinemus:hinc à Christianis talia disputari,
ea quã in alios & in ipsos hẽmus dilectio-
ne, non ferimus. Audiamus igitur qũo se
ab obiectione q̃nis huius expediat. O igno
rantiæ cæcitas, inquit, o imperitæ mentis
ignauia, quæ id sine dei gratia defensari exi
stimat,quod deo tñ audiat debere reputari.
A Si nescit remus quæ sequantur,his tantũmo
do auditis,falla nos de illis iactante fama,&
quibusdam fratribus idoneis testibus asse-
uerantibus credidisse putaremus. Quid.n.
dici breuius potuit & uerius q̃ posibilitatẽ
non peccandi quantacunque est vel erit in
homine,non nisi deo debere reputari? Hoc
& nos dicimus,iungamus dexteras. Cap.45.

An audienda sunt cætera? Audienda pla
nè,& corrigenda utiq; vel cauenda. Nam
cum dicitur,inquit,ipsum posse,arbitrij hu
mani omnino nõ esse, sed authoris naturæ
dei scilicet, & qui fieri põt vt abiq; dei gr̃a
intelligat quod ad deum proprie pertinere
censetur? Iã cœpit apparere quid dicat. Sed
ne forte fallamur, latius id explanat & cla-
rius.Sed vt hoc manifestius,inquit,fiat,pau
lo latius disputandum est. Dicimus.n.cuiuf
que rei posibilitatem, non tam in arbitrij
humani potestate, q̃ in naturæ necessitate
consistere. Exemplis etiam vel similitudini
bus quid dicat,illustrat, Vt puta,inquit,lo-
qui possum,Quòd loqui possum,meum nõ
est,q̃ loquor,meum est,id est, propriæ vo-
luntatis,& quia q̃ loquor meum est,vt run
que facere possum, id est & loqui & non lo
qui. Quia uero quòd loqui possum,meum
non est,id est, arbitrij mei atque voluntа- B
tis,necesse est me semper loqui posse. Et si
uoluero non posse loqui,nisi forte membrũ
illud adimam, quo loquendi impleri offi-
cium potest.

Multa quidem dici possent, quibus si ve A V G.
lit,homo adimat sibi posibilitatem loquen-
dis,non adempto illo membro quo loqui-
mur. Velut si aliquid fiat vnde vox ipsa tol
latur,loqui nemo poterit manẽtibus mem-
bris. Non.n.vox hominis membrum est:
vexato sanè aliquo interiore membro,fieri
potest,non adempto. Sed ne verbo preme-
re videar,mihiq; contentiose dicatur,etiam
vexare adimere est,possumus.quidem id ef
ficere & ore aliqbus vinculis sic clauso at-
que obserato, vt id aperire minime valea-
mus, neque vt aperiatur in nostra sit pote-
state,cum in potestate fuerit, vt clauderе-
tur manente integritate & sanitate mem-
brorum.

Sed quid ad nos? videamus quid inde cõ Cap. 46
texat,Voluntatis.n.arbitrio,inquit ac deli-
beratione priuatur quicquid naturali neces
sitate constringitur. Et hic nõnulla quæstio
est. Per quàm.n.absurdum est vt ideo dica-
mus non pertinere ad voluntatẽ nostrã q̃
beati esse volumus, quia id omnino nolle
non possumus, nescio qua & bona constri C

ctione naturæ, nec dicere audemus, ideo deum non uoluntatem, sed necessitatẽ habere iustitię, quia non potest velle peccare.

Cap. 47. Attendite ẽt quæ sequuntur, Hoc, inqt, & de auditu, odoratu, vel uisu sentire possibile est, ꝙ audire, odorari, videre, potestatis nostræ sit, posse vero audire vel odorari uel videre potestatis nostræ non sit, sed in naturali necessitate consistat. Aut ergo non intelligo qd dicat, aut ipse. Quo enim in potestate nostra non est uidendi possibilitas, si in potestate nostra est non videndi necessitas, quia in potestate est cæcitas qua idipsum videre posse nobis, si uolumus, adimamus? Quo autem in potestate nostra est uidere si velimus, cum etiam salua integritate naturæ, corporis, oculorumq; nrorum, nec volentes videre possimus, siue per noctem luminibus quæ forinsecus adhibẽtur ademptis, nos quisquam in tenebroso loco aliquo includat? Itẽ si ꝙ audire possumus, vel non possumus, in nostra potestate non est, sed in naturæ constrictione, ꝙ vero audimus vel non audimus, hoc est propriæ voluntatis, cur non attendit, quanta audiamus inuiti quæ penetrant in sensum nrm etiam auribus obturatis, sicuti est de proximo terræ stridor, vel grunnitus suis? Quan quam obturatio aurium ostendit, nõ in potestate nostra esse apertis auribus non audire, facit etiã fortasse talis obturatio, quæ ipsum sensum nostrum adimat, vt in nostra potestate sit etiam audire non posse. De odoratu autem quod dicit, nonne parum attendit nõ esse in nostra potestate posse odorari vel non posse, sed in nostra potestate esse, hoc est in libera voluntate odorari vel non odorari, cum inter odores graues & molestos qñ constituti fuerimus, si quis nos illic manibus ligatis constituat, seruata pr sus integritate ac salute membrorum velimus non odorari, nec omnino possimus, quia cum spiritum ducere cogimur, simul & odorem quem nolumus trahimus?

Cap. 48. Sicut ergo istæ similitudines falsæ sunt, ita & illud propter quod eas uoluit adhibere. Sequitur enim & dicit, Simili ergo modo de non peccandi possibilitate intelligendum est. Quod non peccare nostrum sit, posse vero peccare, non nostrum, sed de integra & sana hominis natura loqueretur, quam modo non habemus, Spe. n. salui facti

Rom. 8. sumus, Spes autẽ quæ videtur non est spes, E Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, nec sic recte diceret, ꝙ non peccare nrm tantummodo sit, quanuis peccare nrm esset, nam & ibi esset adiutorium dei tanquã lumen sanis oculis, quo adiutu videant se præbere volentibus. Quia vero de hac vita disputat, vbi corpus Sapi. 9 quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, miror quo corde etiam sine adiutorio medicinæ saluatoris nostri, nostrum putet esse non peccare, posse vero non peccare naturæ esse contendat, quam sic apparet esse vitiatam, vt hoc maioris vitij sit non videre.

Cap. 49. Quia non peccare, inquit, nostrum est, possumus peccare & non peccare. Quid si alius dicat, quia nolle infœlicitatem, nostrũ est, possumus eam & nolle & velle, & tamẽ eam velle omnino non possumus? Quis. n. vllo modo velle esse possit infœlix, etiam si aliud vult vbi eum & nolentem infœlicitas consequatur? Deinde, quia dei multo magis est non peccare, num audebimus eũ dicere & peccare posse & non peccare? Absit à nobis vt deum peccare posse dicamus, Nõ. n. vt stulti putant, ideo non erit omnipotens, quia nec mori potest, & negare seipsum nõ potest. Quid est ergo quod loquitur, & q̃ bus locutionum regulis conatur persuadere, quod non vult considerare? Adhuc addit & dicit, Quia vero posse non peccare, nostrum non est, & si voluerimus non posse non peccare, non possumus non posse non peccare. Intorte hoc dixit, & ideo subobscure. Sed ita posset dici plenius, quia posse non peccare nostrum non est, seu velimus, seu nolimus possumus non peccare. Non enim ait, seu velimus, seu nolimus, nõ peccamus: sine dubio enim peccamus si volumus, sed tñ velimus nolimus, habere nos asserit non peccandi possibilitatem, quam naturæ insitã dicit. Sed de homine sanis pedibus tolerabiliter dici potest velle nolit, habet ambulandi possibilitatẽ, Confractis vero, & si velit non habet. Vitiata est natura de qua loquitur, Quid superbit terra & cinis? Vitiata est, medicũ implorat, Saluũ me fac dñe clamat, Sana animam meã clamat. Quid intercludit has voces, vt defendẽdo quasi præsentẽ possibilitatem, futurã impediat sanitatem? Et videte quid adiungat vnde illud confirmare existimat, qa nulla, inquit, adimere voluntas potest, quod insitum probatur esse naturæ. Vnde

Vnde ergo illa vox, Vt non quæ uultis illa Gala. 5. facitis. Vñ etiam illa, Nõ. n. qd uolo facio G bonum, sed quod odi malum hoc ago? Vbi Rom. 7. est possibilitas, quæ inseparabiliter insita ꝙ batur esse naturæ? Ecce homines non ea q̃ volunt faciunt, & de non peccando vtique gebat, non de volando, quia homines non alites erant. Ecce homo quod vult bonum agit, sed quod non uult malum hoc agit, vel le illi adiacet, pficere autem bonum non ad iacet. Vbi est possibilitas, q̃ inseparabiliter infira probat esse naturæ? Quemlibet. n. in se transfiguret, si de se ipso ista nõ dicit Apostolus, hominẽ certe in se trãsfigurat. Ab isto autem ipsa humana natura inseparabi le nihil peccandi possibilitatẽ habere defendit. Sed his verbis id agitur, etiã a nescien te qui loquitur, non autẽ nesciente illo qui hæc loquenda incautis, ẽt deum timẽtibus suggerit, vt euacueẽ Chri gra humana sibi ad iustitiam suam quasi sufficiente natura.

Cap. 51. Vt autem declinetur inuidia qua Chriliani etiam pro salute sua clamãt & dicũt, quare adiutorio gratiæ dei dicis hominem posse non peccare? Ipsa, inquit, nõ peccandi possibilitas non .am in arbitrij potestate, q̃ in naturæ necessitate est, Quicquid in natu Hræ necessitate positum est, ad naturæ pertinere non dubitatur authorem utiq; deum. Quo ergo, inquit, absq; dei gratia dici existimatur, quod ad deum proprie pertinere monstrat? Expressa est sententia q̃ latebat, Non est quemadmodum possit abscondi, Ideo dei gratiæ tribuit nõ peccandi posibi litatẽ, qa eius naturæ deus author ẽ, cui possibilitatẽ nõ peccãdi inseparabiliter insiram dicit. Cũ vt vult ergo faciat, qa nõ vult nõ facit. Vbi. n. ẽ inseparabilis possibilitas, ei ac

Rom. 7. cidere nõ põt voluntatis infirmitas, uel potius voluntatis adiacentia, & pfectionis inꝛ, pficere aũt bonũ nõ adiacet? Si. n. iste q̃ hunc librũ scripsit, de illa hominis natura loqueretur, q̃ primo inculpata et salua cõ dite est, vtcunq; acceptaretur hoc dictum, quanquam inseparabilem habere possibilitatem, id est, ut ita dicam inamisibilem, nõ debuit illa natura dici quæ vitiari posset, & mecum quærere, qui cæci oculos sanaret, & videndi possibilitatem restitueret, quæ fuerat amissa per cætera, quam cæcus puto quòd uelit videre, sed non potest, si autem vult, & non potest, ineſt voluntas, sed amissa est possibilitas.

Adhuc videte quas moles conetur qua suam sententiam ducat irrumpere si valeret, Obijcit. n. sibi qõnẽ dicens, Sed caro nobis secundũ Apostolũ cõtraria est, inqens, Deinde rñdet, Qui fieri potest, ut cuicunq; baptizato sit caro contraria, cũ scm eundem Apostolum in carne nõ esse intelligatur? ita. n. ait, Vos autem in carne non estis. Bene quod baptizatis dicit carnem contrariam esse non posse, quod utrũ uerum sit, post uidebimus. Nunc uero quia nõ potuit penitus se obliuisci esse Christianum, sed id licet tenuiter recordatus est, recesit à defensione naturæ. Vbi est ergo inseparabilitas possibilitatis? An forte nondum baptizati in natura hominum non sunt? Hic pr sus, hic posset vigilare, & si aduertat potest. Qui fieri potest, inquit, ut cuicunq; baptizato sit caro contraria? ergo non baptizatis põt care esse contraria, Exponat quẽadmodum cum sit etiam in ipsis illa ab eo multũ defensa natura, certe vel in eis concedit esse vitiatam, si iam in baptizatis ille saucius, sanus de stabulo egressus est, aut sanus in stabulo est, quo eum curandum misericors Samaritanus aduexit. Porrò si uel istis concedit carnem esse contrariam, dicat quid cõtigerit cũ sit utrunq;, hoc est, & caro & spiritus creatura unius eiusdemq; creatoris ꝙculdu io bona, q̃a boni, nisi quia hoc est uitium, quod propria inflictum est uolũtate, & hoc vt in natura sanetur, eo ipso opus est saluatore eaque illius medicina, quia uerbũ caro factũ est ut habitaret in nobis, si opus esse fateamur paruis & magnis, id est a uagitibus infantum usque ad canos senum, tota quæ intus nos est, huius qõnis cõtrouersia dissoluta est.

Cap. 52. Luc. 10. K Ioan. 1.

Cap. 53 Nũc iam uideamus, utrum etiam baptizatis legatur caro esse cõtraria, Vbi quæro, quibus dicebat Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem? Hæc enim inuicem aduersantur, ut non ea quę uultis faciatis. Ad Galatas ut opinor, adscripsit quibus dicit, Qui ergo tribuit uobis spiritum, & uirtutes operatur in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Vnde apparet eum Christianis loqui, & quibus deus tribuerat spiritum, ergo etiam baptizatis. Ecce & baptizatis caro inuenitur esse contraria, & non adesse possibilitas illa, quã inseparabiliter insitam dicit esse natur. Vbi est quod ait, Qui fieri potest, ut cuicunque baptizato sit caro contraria? L

Gala. 5. & 3.

Q no-

Quomodolibet intelligat carnẽ, quia reuera non natura eius, q̃ bona est, sed uitia carnalia carnis hoc nomine nuncupantur. Ecce tamen etiã baptizatis cato contraria est, & quomodo contraria, vt non quod volũt faciant? Ecce adest voluntas in homine, vbi
Rom.7. est posibilitas illa naturæ? Fateamur gratiam necessariam, clamemus, Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondetur nobis, Gratia dei p Iesum Chr̃m dñm nostrum. Qũ enim istis rectissime dicitur. Quare sine adiutorio gratiæ dei dicitis hominẽ posse esse sine peccato, non tũc de illa gratia quæstio est, qua est homo cõditus, sed de ista qua fit saluus per Iesum Christum dominum nostrum.
Matt. 6. Fideles enim orantes dicunt, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos malo. Si adest posibilitas, vt quid orant: aut a quo malo se liberari orant, nisi maxime de corpore mortis huius? vnde nõ liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum no-
Rom.7. strum. Non vtiq; de substantia corporis q̃ bona est, sed de vitijs carnalibus, vnde non liberatur hõ sine gratia saluatoris, ne quando per mortẽ corporis discedit à corpore, & hoc vt discereT Apostolus quod supra di-
M xerat, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuũ me ducentem in lege peccati quæ est in mẽbris meis. Ecce quod vitium naturæ humanæ inobedientia voluntatis inflixit. Orare sinatur, ut sanetur. Quid tantum de naturæ posibilitate præsumitur: uulnerata, sauciata, vexata, perdita est, uera cõfessione nõ falsa defensione opus habet. Gratia ergo dei nõ qua instituatur, sed qua restituatur, quæratur, quæ ab isto sola clamatur non esse necessaria, cum tacetur. Qui si omnino nihil de gratia dei diceret, nec eam quæstionem soluendam sibi proponeret, ut à se de hac re inuidiã remoueret, posset putari hoc quidem sentire, quod veritas habet, sed non dixisse, quia non ubiq; omnia dicenda sunt. Proposuit de gratia quæstionem, id respondet quod habebat in corde, definita quæstio est, non quam volebamus, sed vbi quid sen-
Cap.54 tiret dubitabamus. Deinde multis uerbis Apostoli conatur ostendere, unde non est controuersia, quòd caro ab illo ita sæpe nominetur, ut uelit intelligi non substantiam, sed opera carnis. Quid hoc ad rem? Vitia carnis contraria sunt uoluntati hominis: non natura accusatur, sed uitijs medicus quæritur. Quid est quod interrogat, quis fecit homini spiritum? & respondet sibi, sine dubio deus. Et itẽ interrogat, carnẽ quis creauit? Itemq; respondet, dẽ credo deus. Interrogat tertio, Bonus est qui vtrunque creauit deus? respondet, nulli dubium est. Adhuc interrogat. Et vtrunque quod bonus author creauit bonũ est? & adhoc respondet, confitendum est. Deinde concludit, Si igitur & spiritus bonus, & caro bona, ut a bono authore cõdita, q̃ fieri potest, vt duo bona possint sibi esse contraria? Omitto dicere, quia tota huius ratiocinatio turbatur, si quis ab eo quæreret, æstus & frigus quis fecit? responderet enim sine dubio, deus. Non ego multa interrogo, ipse concludat, vtrum aut ista possint dici bona aut non appareant inter se esse contraria. Hic forte dicit, qualitates sunt istæ substantiarum, non substantiæ. Ita est, verum est, sed qualitates naturales & ad dei creaturã sine dubio pertinentes, Substantiæ quippe non per seipsas, sed p suas qualitates, sicut aqua & ignis dicuntur sibi esse contrariæ. Quid si ita sunt caro & spiritus? quod quidem nõ affirmamus, sed ut ratiocinationem eius nõ necessaria illatione conclusam oñderemus, hoc diximus. Possunt enim & cõtraria nõ inuicem aduersari, sed ex alterutro temperari & bonam valetudinem reddere sicut in corpore siccitas & humiditas, frigus & calor, quorum omnium temperatione bona corporalis valetudo consistit. Sed quòd Gala. 5.
contraria est caro spiritui, vt non ea, quæ volumus faciamus, uitium est non naturæ, gratia medicinalis quæratur & controuersia finiatur. Duo quippe ista bona, à bono deo condita, quomodo contra huius ratiocinationẽ in nõ baptizatis hominibus possunt sibi esse contraria? An & hoc cũ dixisse pœnitebit, qđ affectu aliquo fidei Christianæ locutus est? Cũ enim dixit, Qui fieri põt ut cuicũq; iam baptizato sit caro contraria: significauit nõ baptizatis carnẽ posse esse contrariam. Ná cur addidit, iam baptizato, cum posset etiam hoc non addito dicere, Qui fieri põt, vt cuicunque sit caro contraria: atque ad hoc probandum subijcere illam ratiocinationem suam, quia utrumque bonũ est a bono cõditum, & nõ põt inter se esse contrarium? Si ergo nõ baptizari, quibus certe fatẽt carnẽ esse cõtrariã, suis illũ interrogationibus vrgẽt & dicãt, Quis fecit homini spiritum? Ille rñdebit, deus,

deus, Itemq; illi, Carnem quis creauit? rñdebit ille, idem credo deus. Illi tertio, Bonus est qui vtrũq; creauit deus? & iste, nulli dubium est. Atq; illi vnum quod restat inquirant, Et vtrunq; quod bonus author creauit bonũ est? iste fatebitur. Tunc illi cũ suo gaudio iugulabunt inferentes conclusionẽ eius & dicentes, Si igitur spũs bonus & caro bona vt à bono authore condita, qui fieri põt, vt duo bona sibi possint esse cõtraria? Hic forte ille rñdebit, Date veniã, quia nõ debui dicere cuicunq; baptizato carnẽ non posse esse contrariã, vt hoc modo vobis non baptizatis contrariã confiterer, sed sine vlla exceptione dicere debui carnem nulli esse
Rom.7. contrariã. Ecce quo seipso cõpingit, ecce q̃ loquitur qui nõ vult clamare cũ Apostolo, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra dei per Iesum Christũ dñm nostrũ. Sed cur, inqt, clamem iam baptizatus in Christo, illi hoc clament qui nondũ tale beneficiũ perceperunt, quorũ in se voces figurabat Apostolus, si rñ vel hoc dicũ? Sed naturæ ista defensio, nec illos hac voce extura est, & in non baptizatis natura nõ est, Rom.8. Aut si vel in illis vitiata esse conceditur, vt non sine causa clament, infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, eisq; subueniatur in eo quod sequitur, Gra dei p Iesum Christum dñm nostrũ, concedatur iam tandem aliquando humanam medico Christo indigere naturam.

Quæro aũt, vbi natura istam perdiderit libertatem quã sibi dari exoptat cum dicit, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Non. n. & ille substãtiã carnis accusat, cum dicit liberari se cupere de corpore mortis huius, cum ẽt corporis sicut animæ naturã deo bono authori tribuenda sit. Sed vtique de vitijs corporis dicit, Nam de corpore mors corporis seperat, sed, contracta ex illo vitia cohærent, quibus iusta pœna debetur, quam etiam in inferno ille dines inuenit. Hinc se non poterat vtiq; liberare qui dicit, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Vbicunq; aũt istã perdiderit libertatẽ, certe inseparabilis est posibilitas illa naturæ, habet posse per naturale subsidium, habet velle p liberum arbitrium, cur quæcommissa præterita, vt ea tantum ignoscantur quæ fieri infecta non possunt? Dimitte hominem, clamet quod clamabat. Non. n. tantum desiderat, vt per indulgẽtiam sit de præteritis impunitus, sed etiam vt sit de cætero ad non peccandum fortis & validus. E
Condelectatur. n. legi dei secundum interiorem hominẽ, videt autem aliã legem in membris suis repugnantẽ legis mentis suæ, videt esse, non recolit fuisse, præsentibus vrgetur, non præterita reminiscitur. Nec tantum repugnantem videt, verumetiam captiuantem se in lege peccati, quæ est in membris eius, non quæ fuit. Hinc est quod clamat, Infœlix homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Sinatur orare, sinatur adiutoriũ medici potentissimi flagitare. Quid contradicitur? quid obstrepitur? quid miser misericordiam Christi petere prohibetur, & hoc à Christianis? Ná & illi cum Chri- Mat.20.
sto ambulabant, qui cæcos lumen clamando petere prohibebant, sed etiam inter tumultum contra dicentium audit ille clamãtem, vnde huic responsum est. Gratia dei p Iesum Christum dominum nostrum. Porro si ab istis vel hoc impetramus, vt nondũ baptizati implorent auxilium gratiæ saluatoris, non est hoc quidem parum aduersus illam falsam defensionẽ tanq̃ sibi efficientis naturæ & potestatis liberi arbitrij. Neque. n. sibi sufficit qui dicit, Infœlix ego homo quis me liberabit: aut plenam libertatẽ hr̃e dicẽdus ẽ, q̃ se adhuc postulat liberari. F

Veruntamen etiam illud videamus, v- Cap. 56
trum illi qui baptizati sunt faciant bona q̃ volunt, nulla carnis concupiscentia repugnante. Sed quid hinc dicamus, ipse commorat, vbi concludens hunc locũ, vt diximus, inquit, illud quo continetur, Caro cõ Gala. 5.
cupiscit aduersus spiritum: non de carnis substantia, sed de operibus substantiæ sentire necesse est. Hoc & nos dicimus, non de carnis substantia, sed de operibus dictum q̃ veniunt de carnali concupiscentia, de peccato. s. de quo præcipit, vt non regnet in nostro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius.

Nec attẽdit ẽt ipse iã baptizatis fuisse di Rom.6.
ctũ, Caro cõcupiscit aduersum spiritum, & Cap.57.
spũs aduersus carnẽ, vt nõ ea q̃ vultis faciatis: Et ne ab ipsa pugna desides facerer, & p Gala. 5.
hãc sentẽtiã laxamentũ peccãdi dedisse videretẽ adiũgit, Quod si spiritu ducimini, nõ adhuc estis sub lege. Sub lege est. n. qui timore supplicij, quod lex minaẽ non amore iustitiæ se sentit abstinere ab ope peccati, nõdũ liber nec alienus à volũtate peccãdi:

in ipsa

in ipsa.n.voluntate reus est, qua mallet si fieri posset, non esse quod timeat, vt liberę
G faciat qđ occulte desiderat. Ergo si spũ, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege vti que lege q̃ timorẽ incutit, non tribuit cha-
Rom.5. ritatem, quæ charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis literam, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hæc est lex libertatis, non seruitutis, quia charitatis vtiq; non timoris. De qua & Iacobus
Iacob.1. Apostolus ait, Qui aũt perspexerit in legẽ perfectam libertatis. Vnde & ille non quidẽ
Rom.7. iam lege dei terrebatur vt seruus, sed conde lectabatur ei secundum interiorem hominem. Videt tamẽ adhuc aliam legem in mẽbris suis, repugnantem legi mentis suæ. Ita & hic, Si spiritu, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege. Inquantum quisq; spiritu ducitur, non est sub lege, qui a inquantũ condelectatur legi dei, non est sub legis timore: quia timor tormentum habet non delectationem.

Cap.58 Proinde si recte sentimus, sicut pro mẽbris sanatis gratias agere, ita pro sanandis orare debemus, vt absolutissima cui nihil addi possit sanitate, perfecta dei suauitate, plena libertate perfruamur. Non.n.abnuimus humanam naturam posse esse sine peccato, aut vllo modo negare debemus perfici posse, q̃ proficere non negamus, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrũ,
H eo adiuuante fieri dicimus, vt iusta & beata sit, à quo creata est vt sit. Facile itaq; refelli tur quod à quibusdã sibi dicit opponi, Diabolus nobis aduersatur. Prorsus huic obiectioni eadem verba respondemus, quæ ipse
Iaco. 4. respondit, Resistamus illi & fugiet. Resistite, inquit beatus Apostolus, diabolo, & fugiet à vobis. Vnde animaduertendum est quid possit his nocere quos fugit, vel quã virtutem habere intelligendus sit, qui solis prævalere non resistentibus potest. Hæc & mea verba sunt, verius.n.dici non potest. Sed hoc interest inter nos & istos, q̃ nos ẽt cum diabolo resistimus, poscendum dei adiutorium, non solum non negamus, verum etiam prædicamus: isti autem tantam tribuunt potestatem voluntati, vt pietati auferant orationem. Nã vtiq; ut diabolo resistamus & fugiat à nobis, ideo precantes di-
Matt.6. cimus, Ne nos inferas in tentationem: ideo & admoniti sumus tanquam ab Imperatore milites exhortante & dicente, Vigilate
Mar.14. & orate ne intretis in tentationem.

Quod vero contra eos disputat qui dicunt, Et quis nolit sine peccato esse, si hoc in hominis esset positum ptãte? Recte quidẽ disputat, hoc ipso eos confiteri non esse impossibile, quia hoc vel multi, vel oés volunt, sed hoc vnde sit possibile confiteat, & pax est. Ipsa est.n.gra dei p Iesum Chm dominum nostrum, qua omnino iste nos orantes adiuuari vt non peccemus, nusquam dicere voluit, Quod si forte latenter sentit ignoscat aliter suspicantibus. Ipse.n.hoc sacit, qui cum tãtam de hac re patiamur inuidiam, sentire id vult & confiteri non vult. Quid erat magnum vt hoc diceret, cũ præsertim sibi hoc tanq̃ ex persona aduersario rũ oppositũ tractare & aperire susceperit? cur illic solã naturã defendere voluit, & qa homo ita creatus est, vt non peccare posset, si, peccare noluisset asseruit, ac per hoc q̃ ita creatus est eam posibilitatem ad gratia dei pertinere definiuit, qua posibilitate si noluerit peccare, non peccat, & noluerit ali quid dicere de eo, q̃ ipsa natura gratia dei per Iesum Christum dominum nostrũ vel sanatur quia vitiata est, vel quia sibi nõ sufficit adiuuare?

Cap.59 Vtrum.n.in hoc seculo fuerit, vel sit, vel possit esse aliquis ita iuste viuens, vt nullã habeat omnino peccatum, poteſt esse aliqua quæstio inter veros piosq̃; christianos, posse tũ esse certe post hanc vitam quisquis ambigit, desipit. Sed ego nec de ista vita volo contendere. Quanquã.n.mihi non videat aliter intelligendũ quod scriptum est, Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs, & si qua similia, vt tũ possit oſtẽdi, vel hæc testimonia melius aliter intelligi posse, vel perfectam plenãq̃; iustitiã cui prorsus nihil addendum sit, & vel heri fuisse in aliquo, dũ in isto corpore uiueret, & hodie esse, & cras futuram, dum tamen longe plures sint, qui cum sibi vsq; ad vltimum vitæ huius diem necessarium esse non dubitent, vt veraciter dicant, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: spem suam tamen in Christo atq; in eius promissionibus veram, certam, firmam esse confidant, nullo tamen modo nisi adiuuante gratia saluatoris Christi crucifixi, & dono spiritus eius, vel quoslibet ad plenissimam perfectionem, vel quenq̃ ad qualemcunq; profectum veræ piæq̃; iustitiæ peruenire, qui negauerit, nescio vtrũ recte posit in qualiũcunque christianorum numero deputari. Ac

Testimonia humana. Ac per hoc & ea testimonia, quæ non quidem de scripturis canonicis, sed de quibusdam catholicorum tractatorum opusCap.61. culis posuit, volens occurrere ijs qui cum solum dicerent illa defendere, ita sunt media, vt neq; contra nostrã sententiam sint, neq; contra ipsius. In quibus ẽt non nihil de libris meis interponere voluit, me quoq; alicui deputans, qui cum illis cõmemorari dignus viderer, Vnde ingratus esse non debeo, & familiariore affectu nolo vt erret, q hunc mihi detulit honorem. Prima.n.quæ posuit, quia nomen eius qui ea dixit, non ibi legit, siue quia illa non scripsit, siue quia codex quem misistis, id aliqua forte mendositate non habuit, pertractare quid opus est? Maxime quoniam me in huiusmodi quorumlibet hominum scriptis liberum, quia solis canonicis debeo sine vlla recusatione consensum: nonnihil mouet quod de illius scriptis cuius nomen non ibi inueni, ille posuit. Oportuit magistrum doctorẽq; virtutum homini simillimum fieri, vt vincendo peccatum doceat hominem vincere posse peccatum. Qũo enim dictũ sit author huius sententiæ viderit, qualiter posit exponere, dũ tñ nos minime dubitemus peccatum Christum in se non habuisse quod vinceret, qui natus est in similitudine carnis peccati, non in carne peccati. Aliud eius dem ita posuit, & iterum in desiderijs carnis edomitis, doceret non necessitatis esse peccare, sed propriæ voluntatis. Ego desideria carnis, illicitam concupiscentiam hic dictã accipio, sicuti est fames, sitis, refectio lassitudinis, & si quid huiusmodi est, Per hæc enim quidam quanuis ea sint inculpabilia, in culpas decidunt, quod ab illo salutore abfuit, etiam si hæc in eo fuisse pp similitudinem carnis peccati Euangelio tẽ videamus.

Beatus vero Hilarius cuius verba hæc posuit, Non enim nisi spiritu perfecti & immortalitate mutati, quod solis mundis corde dispositum est, hoc quod in deo est immortalitate cernemus, quid dixerit consequenter id quod dicimus, uel quid istum adiuuet uere nescio, nisi quia posse esse hominem mundo corde testatus est. Quod quis negat? Sed gratia dei per Iesum Christum dom nr̃m, non sola arbitrij libertate. Item quod eum dixisse cõmemorat. Quas Iob literas legerat, vt abstineret se ab omni re maligna, quia deum sola mente vitijs non admixta venerabatur, deum autem colere iustitiæ proprium officium est. Quid fecisset Iob dixit, non quod in hoc seculo perfecisset, aut sine gratia saluatoris, quem etiã propheturit, uel feciſſet vel perfeciſſet? Abstinet enim se ab omni re mala, etiam qui habes peccatũ, quod in se regnare non sinit, cui surrepit improbanda cogitatio, quã peruenire ad finem operis non permittit. Sed aliud est non habere peccatum: aliud non obedire desiderijs eius. Aliud est implere quod præceptum est. Non concupiſces. Et aliud est quendam abstinentiæ conatum saltem id agere quod item scriptũ est, Post concupiscentias tuas non eas: nihil horum tamen scire te recte posse, sine gratia saluatoris. Facere est ergo iustitiam, in uero dei cultu cum interno concupiscentiæ malo interna conflictatione pugnare: Perficere autem, omnino aduersarium non habere. Nam qui pugnat, & ad huc periclitatur, & aliquando percutitur, & etiam si nõ sternitur: Qui autem non habet aduersarium, plena pace lætatur. Et ipse esse sine peccato uerissime dicitur, in quo nullũ habitat peccatum, non qui per abstinentiã mali operis dicit, Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Nam & ipse Iob de peccatis suis non tacet, & utique huic amico vestro merito placet humilitatem nullo modo in falsitatis parte ponẽdam. Vnde id quod Iob confitetur, quia verax dei cultor est, proculdubio veraciter confitetur. Et ipse Hilarius cum locũ Psalmi exponeret vbi scriptũ est, Spreuisti omnes discedentes à iudicij tuis, ait, Si enim deus peccatores sperneret, omnes vtique sperneret: qa sine peccato nemo ẽ. Sed spernit discedentes à se, quos apostatas vocat. Videtis quemadmodum non dixerit, quia sine peccato nemo fuerit, tãquam de præteritis loquens, sed q̃ sine peccato nemo sit, vnde quidem vt dixi non contendo. Quisquis enim non credit Ioanni Apostolo q nec ipse ait, Si dixerimus quia peccatum nõ habuimus: sed, non habemus, Episcopo Hilario quomodo cessurus est? Pro gratia Xpi clamo, sine qua nemo iustificatur tanquam sufficiente naturæ libero arbitrio, Imo ipse pro ea clamat, ei credatur dicenti, Sine me nihil potestis facere.

Sanctus autem Ambrosius reuera in eo loco quem iste commemorat, illis resistit qui dicunt hominẽ non esse posse sine peccato

A Exo.20. Ecclesiastici. 18. Rom.7. 1.Ioã.1. B Hilario. Psa.118. Ioã.13. Cap.63 Ambrosius sup

Lucam. cato in hac vita. Vt.n.ea diceret accepit oc-
Luc.1. casionē de Zacharia & Elizaber, q̄ in Euan
gelio cōmemorati sunt ambulasse in omni-
bus iustificationibus legis sine q̄rela. Nun
quid tū negat gratia dei fieri p Iesum Chri
C stum dñm nostrū? Ex qua fide ēt ante eius
passionē iustos vixisse non dubium est, qui
præstat spiritum sanctū, q̄ datus est nobis,
per quem diffunditur charitas in cordibus
nostris, qua vna iusti sunt q̄cūq; iusti sunt,
Quē spiritum memoratus Ipse ēt precibus
impetrandum admonet. Ita illi voluntas di
uinitus non adiuta non sufficit: vbi in hym
no suo dicit, Votisq; præstat sedulis, sanctū
mereri spiritum. Commemorabo & ego de
hoc ipso opere sancti Ambrosij aliquid ex
quo iste commemorauit quod cōmemorā
dum putauit. Visum est, inquit, mihi. Potest
non soli visum esse quod visum sibi esse de-
clarat, Non.n. voluntate tātum humana vi
sum est, sed sicut placuit ei qui in me, inq̄t,
loquitur Christus, qui vt id quod bonum
est, nobis quoq; bonū videri possit operaē.
Quem.n. miseretur, & vocat. Et ideo qui
Chm̄ sequitur, potest interrogatus cur es-
se voluerit christianus, rndere, visum est
mihi. Q̄d cū dicit, non negat deo visum, A
deo.n. præparatur voluntas hominū: vt.n.
deus honorificetur à sancto, dei gratia est.
Ecce quid iste sapiat, Si verbis Ambrosij de
lectatur, q̄ à deo præparatur voluntas ho-
minum, & nulla, vel non magna q̄stio est,
quis vel quando perficiatur, dum tū sine
gratia Christi idipsum fieri posse minime
dubitetur: deinde quantum erat vt attende-
ret iste vnum versum de Ambrosij verbis
D q̄ posuit: cum n. ille dixisset, Nam cū Eccle
sia ex gentibus, hoc est, peccatoribus con-
gregata sit, qūo ex maculatis immaculata
potest esse, nisi primo per Christi gratiam
abluta delicto sit? Deinde q̄ per qualitatem
non peccandi abstineat à delictis, ille addit,
quod iste apparet cur addere noluerit. Ait
nāq; ille, Nec ab initio immaculata, huma-
næ.n. hoc impossibile naturæ, sed per dei
gratiam & qualitatē sui, quia iam non pec-
cat, fit vt immaculata videatur. Hæc verba
iste, cur non addiderit, quis non intelligat?
Hōc agitur vtiq; nunc in hoc seculo, vt ad
istā quā oēs sancti cupiunt immaculatissi-
mā puritatē Ecclesia sancta perueniat, q̄ in
futuro seculo neq; aliquo malorū hominū
sibi permixto, neq, aliqua in se lege peccati
resistente legi mētis ducat mundissimā vitā
in æternitate diuina. Tñ attendat iste quid
secūdum scripturas Ambrosius Episcopus
scripserit, Nec ab initio immaculata, huma
næ.n. hoc impossibile naturæ. Vtique enim
ab initio dicit quo ex Adam nascimur. Nā
& ipse Adam immaculatus procul dubio fa
ctus est. Sed in eis qui sunt natura filij iræ,
ducentes ex illo quod vitiatum est, in illo
ab initio esse immaculatos, humanæ natu-
ræ impossibile definiuit. Cap

Item Ioannes Constātinopolitanus E-
piscopus, cuius posuit sententiam, dicit pec
catum non esse substantiam, sed actum mali
gnum: quis hoc negat? Et quia non est natu
rale, ideo contra illud legem datam, & q̄ de
arbitrij libertate descendit etiam hoc quis
negat? Sed non id agitur de humana natura
quæ in hac vita est, sed agitur de gratia dei
qua sanatur per medicum Chm̄, quo non
indigeret si sana esset, quæ ab isto tanquā sa
na vel tanquā sibi sufficiente voluntatis ar
bitrio posse non peccare defenditur. Quis
item Christianus ignorat, quod beatissimū
Sixtum Romanæ Ecclesiæ Ipm̄ & dominū
martyrem dixisse commemorat, quia liber
tatem arbitrij sui pmisit hominibus deus,
vt pure & sine peccato viuentes similes
fiant deo. Sed ad ipsum arbitrium pertinet,
vocantem audire & credere, & ab eo in quē
credit non peccandi adiutorium postulare.
Nam vtiq; cum dicit, similes fiant deo, per
charitatem dei futuri sunt similes deo, q̄ dif
fusa est in cordibus nostris, non naturæ pos
sibilitate, nec libero arbitrio quod est in no
bis, sed per spiritum sanctū q̄ datus est no-
bis. Et quod dicit idem martyr, Templum
sanctum est deo mens pura, & altare opti-
mum est ei cor mūdum & sine peccato, q̄
nescit ad istam perfectionem perducendum
cor mundum, dum interior homo renouā-
tur de die in diem, non tamē sine gratia dei
per Iesum Christum dominum nostrum?
Item quod ait ipse, Vir castus & sine pecca
to potestatem accepit à deo esse filius dei:
vtiq; admonuit, ne cum quisquam factus
fuerit ita castus & sine peccato, quod vbi
& quando in eo perficiatur nonnulla quæ-
stio est, sed iuter pios bene quæritur, inter
quos tamen cōstat fieri posse, & sine media-
tore dei & hominum homine Christo Iesu
fieri non posse, Tamen vt dicere cœperam,
prudenter Sixtus admonuit, ne cum fuerit
quisquam talis factus, & per hoc recte iuter
filios dei deputatus, putetur ipsius fuisse

potestatis, quam per gratiam accepit à deo,
cum eam non haberet in natura iam vitiata
atq; deprauata, sicut in Euangelio legitur,
Quotquot autem receperunt eū, dedit eis
potestatem filios dei fieri, quod vtiq; non erant
per naturam, nec omnino essent, nisi eum
recipiendo accepissent, per eius gratiam hu
iusmodi potestatem. Hæc est potestas quā
sibi vendicat fortitudo charitatis, quæ non
est in nobis, nisi per spūmsanctū q̄ datus est
nobis. Q̄d vero presbyter uenerabilis Hie
ronymus dixit, in ijs quæ illum dixisse com
memorat, cū exponeret q̄d scriptum est,
Beati mundo corde, qm̄ ipsi deum videbūt:
quos non arguit conscientia ulla peccati, &
adiecit, Mundus mundo corde conspicitur,
templum dei non potest esse pollutum: hoc
vtiq; agitur in nobis conando, laborando,
orando, imperando, vt ad illam perfectionē
in qua possimus deum mundo corde conspi
cere, eius gratia perducamur p Iesum Chri
stum dominum nostrum. Item quod ait à
memorato dictum esse presbytero, liberi ar
bitrij nos condidit deus, nec ad uirtutē, nec
ad vita necessitate trahimur, alioq̄n ubi ne-
cessitas, nec corona est: quis non agnoscat?
quis non toto corde suscipiat? Quis aliter
conditam humanam neget esse naturā? Sed
in recto faciendo, nullum est vinculum ne-
cessitatis, quia libertas est charitatis. Redi
ergo ad apostolicam sententiā, Charitas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. A quo nisi ab
illo, qui ascendit in altum, captiuauit capti-
uitatem, dedit dona hominibus? Quod autē
ex uitijs naturæ, non ex conditione naturæ
sit quædam peccandi necessitas, audiat ho-
mo atque ut eadem necessitas nō sit, discat
deo dicere: De necessitatibus meis educ
me: quia & in huiusmodi oratione certamē
est aduersus tentatorem de ipsa contra nos
necessitate pugnantem, ac per hoc opitulan
te gratiā per Iesum Christum dominū no-
strum, & mala necessitas remouebitur, & li
beras plena tribuetur.

Veniamus ad nos, Item, inquit, Augusti
nus Episcopus in libris de libero arbitrio,
Quæcūq; ista causa est voluntatis, si non
potest et resistit, sine peccato ei creditur: si āt
potest, non ei cedatur & non peccabitur.
An forte fallit incautum? ergo caueat ne fal
lat. Sin tāta fallacia ē ut caueri ei no nō pos-
sit, & ita est, nulla ergo pctā sunt. Quis.n.
peccat in eo q̄d caueri nullo modo potest?
Peccatur aūt, caueri igitur pōt. Agnosco,
verba mea sunt, sed etiā ipse dignetur agno-
scere superius cuncta q̄ dicta sunt. De gra- I
tia quippe dei agitur, quæ nobis per media-
torem medicina opitulatur, non de impos-
sibilitate iustitiæ. Pōt ergo ei causæ quæcū-
que illa est, resisti, potest planè. Nam in hoc
adiutorium postulamus, dicētes, Ne nos in- Matt. 6.
feras in tentationem: quod adiutorium nō
posceremus, si resisti nullo modo posse cre-
deremus. Pōt pctm̄ caueri, sed opitulante il
lo, q̄ non potest falli. Nā & hoc ipsum ad ca
uēdū pctm̄ pertinet. si ueraciter dicimus, Di
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit
timus debitoribus nostris. Duobus.n. modis
etiā in corpore cauet morbi malū, & vt nō
accidat, & vt si acciderit, cito sanetur. Vt nō
accidat, caueamus dicendo, Ne nos inferas
in tentationem. Vt cito sanetur, caueamus
dicendo, Dimitte nobis debita nra. Siue er-
go immineat, sine insit, caueri igitur potest.
Sed ut non tm̄ illi, verumetiam ijs qui eos-
dē libros meos, quos iste legit de libero ar-
bitrio non legerunt, atq; illis non lectis, hūc
forsitan legunt, de hac re sententia mea sa-
tis appareat, ex ipsis libris commemorare
me oportet, quod iste si sentiret atq; in suis
literis poneret, nulla inter nos de hac re cō-
troversia remaneret. Cōtinuo quippe post
uerba mea quæ iste commemorauit, quod
occurrere poterat ipse subiecī, & quantum
potui pertractaui dicens, Et tamen etiā per K
ignorantiam facta quędam improbantur, & Li. 3. de
corrigenda iudicantur, sicut in diuinis au- libero ar
thoritatibus legimus, Atque hinc adhibitis bi. c. 19.
exemplis, etiam de infirmitate locutus sum, 2. sen. pi.
dicens, Sunt autem necessitate facta impro 38. ca. q̄
banda, vbi uult homo recte facere & non autē, &
potest. Nam vnde sunt illæ uoces, non ca. illud
enim quod uolo facio bonum, sed quod autē. &
odi malum, hoc ago? Atque alijs istic in ad q̄.
hanc sententiam commemoratis testimo- Rom. 7.
nijs diuinorum eloquiorum. Sed hæc in-
quam, omnia hominum sunt uoces ex illa
mortis damnatione venientium. Nam si
non est ista pœna hominis, sed natura, nul-
la ista peccata sunt. Deinde paulopost, Re-
linquitur ergo, inquam, vt hęc pœna iusta
de damnatione hominis veniat. Nec miran
dum est, q̄ vel ignorando, non habet liberū
arbitrium uoluntatis ad eligendum quod
recte faciat, uel resistendo carnali consue-
tudini, quæ violentia mortalis succes-
sionis quodammodo naturaliter inoleuit.

Videat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Videat quid recte faci ēdum sit & velit, nec posſit implere. Illa e ſt enim peccati pœna iuſtiſsima vt amittat quiſque quo bene vti noluit, cum ſine ulla poſſet difficultate vti
L ſi vellet. Id eſt, autem, vt qui ſciens recte nō facit, amittat ſcire quod rectum ſit, & qui rectum facere cum poſſet noluit, amittat poſſe cum velit. Nam ſunt reuera omni peccāti animę duo iſta pœnalia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia dehoneſtat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare
3.ſen.di. falſa pro veris, vt errēt inuitus, & reſiſtente
15.c.tra atq; torquente dolore carnalis vinculi non
dit au- eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna dam
thoritas. nati. Cum autem de libera voluntate recte faciēdi loquimur, de illa ſcilicet, in qua homo factus eſt loquimur. Hinc iam hominiLi.3. de bus de ipſius ignorantiæ difficultatiſque in
libero ar prolem primi hominis traiectis intus atque
bi.ca.19. transfuſis velut iuſtam querelam deponentibus ita reſponſum eſt. Quibus breuiter, inquam, reſpondetur, vt quieſcant & aduerſus deum murmurare deſiſtāt. Recte enim fortaſſe quererentur, ſi erroris & libidinis nullus hominum victor exiſteret. Cum vero vbique ſit præſens, qui multis modis per creaturam ſibi domino ſeruientem, auerſum vocet, doceat credentem, cōſoletur ſperantem, diligentem adhortetur, conantem
M adiuuet, exaudiat deprecantem. Non tibi deputatur ad culpam qđ inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras. Neq; illud cp vulnerata membra non colligis, ſed cp volentem ſanare contemnis. Ita & exhortatus ſum quantum potui ad recte viuendum, & gratiam dei non euacuaui, ſine qua natura humana iam contenebrata atq; vitiata illuminari non poteſt & ſanari. De qua re cū iſtis tota vertitur quæſtio, ne gratiam dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, peruerſa naturæ defenſione fruſtremur. De qua natura item paulopoſt dixi, etiam ipſam naturam aliter dicimus, cum propriè loquimur naturam hominis in qua primum in ſuo genere inculpabilis factus eſt, aliter iſtam in qua ex illius dānati pœna, & ignari & carni ſubditi naſcimur, iuxta quem modum dicit Apoſtolus, Fuimus enim & nos naturaliter filij iræ ſi-
Ephe.2. cut & cæteri.
Fides Si ergo volumus animos ad recte viuen-
reddit dum frigidos & pigros, chriſtianis exhorta-
dociles. tionibus & excitare & accendere, primitus
Cap.68. exhortemur ad fidem qua Chriſtiani fiant, & eius nomini ſubijciantur, ſine quo ſalui eſſe non poſſunt. Si aūt iam chriſtiani ſunt, & recte viuere negligunt, verberentur terroribus & præmiorum laudibus erigantur ita ſanè, vt non ſolum ad bonas actiones verumetiam ad pias orationes eos exhortēmeminerimus, atque hac inſtruere ſanitate A doctrinæ, vt & illi gratias agant cum inſtituerint bene viuere, & aliquid ſine difficultate fecerint, & vbi difficultatem aliquā ſentiunt, fideliſsimis & perſeuerantiſsimis pręcibus & miſericordiæ promptis operibus facilitatem a domino impetrare perſiſtant. Sic autem proficientes, vbi & quando pleniſsima iuſtitia perficiantur, non nimis cunro. Vbicunque autem & quandocunq; perfecti fuerint, nō niſi gr̄a dei p Ieſum Chriſtum dominum noſtrum perfici poſſe confirmo. Sanè quādo liq̄do cognouerint nullum peccatum ſe habere, non ſe dicant non habere peccatum, ne ueritas in eis non ſit, ſicut in eis veritas non eſt, qui cum habeāt, non habere ſe dicunt.

Valde autem bona ſunt præcepta ſi legi- B time his vtamur. Eo quippe ipſo quo firmiſſime creditur deum iuſtum & bonum, imporibilia non potuiſſe præcipere, hinc admonemur, et in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe Mfiunt facilia charitati, cui Chriſti ſarcina leuis eſt, aut ea una eſt ſarcina ipſa quæ leuis eſt, ſecundum hoc dictum eſt, Et præceptа eius grauia nō ſunt, vt cui grauia ſunt, conſideret non potuiſſe diuinitus dici gratuia non ſunt, niſi quia poteſt eſſe cordis affectus cui grauia non ſunt, & petat quo deſtituitur, vt impleat quod iubetur: Et quod Deus dicitur ad Iſrael in Deuteronomio, ſi pir, ſi ſpiritaliter intelligatur hoc idem ſignificat, Re quia vtique cum hoc teſtimonium commoraſſet Apoſtolus, Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in manibus tuis: in corde enim ſunt ſpiritales manus, hoc eſt, inquit, uerbum fidei quod prædicamus. Conuerſus ergo quiſque ſicut ibi præcipitur ad dominum deum ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, manda tum dei non habebit graue: Quomodo eſt enim graue cum ſit dilectionis mandatum? Aut enim quiſque non diligit, & ideo graue eſt, aut diligit, & graue eſſe non poteſt. Dilegit autem, ſi quod illic admonetur Iſrael, conuerſus fuit ad dominum deum ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua: Man-

datum, inquit, nouum do vobis, vt uos inuicem diligatis. Et qui diligit proximum le-
Rom.13 gem impleuit: & plenitudo legis charitas. Secundum hoc & illud dictum eſt. Si ambularent ſemitas bonas, inuenirent vtique ſe-
C mitas iuſtitiæ leues: Quomodo ergo dicitur, Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vitas duras: niſi quia vtrumque verum eſt?

Duræ ſunt timori: leues amori. Charitas ergo inchoata, inchoata iuſtitia eſt: charitas
D proiecta, proiecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt: ſed charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta: quæ tunc maxima eſt in hac vita quando pro illa ipſa contemnitur vita. Sed miror ſi non habet quo creſcat cum de mortali exceſſerit vita. Vbicunque autem & quandocunq; ita plena ſit, vt ei non ſit quod adijciatur, non tamen diffunditur in cordibus noſtris, vel naturæ, vel voluntatis operibus quæ ſunt in nobis, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, qui & infirmitati noſtræ opitulatur, & ſanitati cooperatur: Ipſa eſt enim gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, cui eſt cum patre & ſpiritu ſancto æternitas, bonitas, in ſecula ſeculorum.

Libri de natura & gratia finis.

DD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Pelagium & Celeſtiū de gratia Chriſti, Liber primus.

QVantum de veſtra corporali & maxime ſpiritali ſalute gaudeamus ſynceriſsimi fratres, dilecti à Deo
E Albine, Piniane, & Melania, quia effari non poſſumus, vobis cogitandum credendumq; cum miſerimus, vt ea de quibus nos conſuluiſtis, potuerimus iam loquamur. Feſtinante. n. per lato inter occupationes noſtras, multo apud Carthaginem quam vbicunque alibi denſores, quantum deus donare dignatus eſt, vt potuimus, iſta dictauimus.

Scripſiſtis mihi cum Pelagio vos egiſſe, vt quæcunque aduerſus eum dicerētur ſcripto damnaret, eumq; dixiſſe audiētibus vobis, Anathemo qui vel ſentit vel dicit, gratiā dei qua Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, non ſolum per ſingulas horas, aut per ſingula momenta, ſed etiam per ſingulos actus noſtros non eſſe E neceſſariam: Et qui hanc conantur auferre, pœnas ſortiūtur æternas. Quiſquis hæc audit & ſenſum eius ignorat, quem in libris ſuis ſatis euidenter expreſsit, non illis quos dicit inemendatos ſibi fuiſſe ſuſceptos aut omnino ſuos negat, ſed in illis quos literis ſuis quas Romam miſit commemorat, omnino eum putat hoc ſentire quod veritas habet. Quiſquis autem quid in eis apertius dicat aduertit, debet habere etiam iſta verba ſuſpecta: Quia etſi gratiam dei, qua Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere, in ſola remiſsione peccatorum conſtituat, poteſt huic ſenſui iſta verba coaptare, dicens, Ideo eam per ſingulas horas, per ſingula momenta, & per actus ſingulos neceſſariam, vt ſemper in memoria retinētes & reminiſcentes dimiſſa nobis eſſe peccata, non peccemus vlterius, adiuti non aliqua ſubminiſtratione virtutis, ſed viribus propriæ voluntatis, quid ſibi remiſsione peccatorum præſtitum fuerit per actus ſingulos recordantes. Item quoniam ſolēt dicere nobis in eo Chriſtum ad non peccandum præbuiſſe adiutorium, quia iuſte ipſe viuendo iuſteq; F docendo reliquit exemplum, poſſunt etiam ad hoc iſta verba coaptare, vt dicant, per ſingula momenta, per ſingulos actus neceſſariam nobis eſſe huiuſmodi gratiam. i. vt in omni conuerſatione noſtra intueamur dominicæ cōuerſationis exemplum. Peruidet autem fides veſtra à confeſsione gratiæ, de qua quæſtio eſt, quam ſit diſtinguenda iſta confeſsio, & tamen obtegi poteſt iſtorum ambiguitate verborum.

Sed quid mirum? Quandoquidem ipſe Cap. 3.
Pelagius cum epiſcopalibus geſtis ſine vlla recuſatione damnauerit eos, qui dicunt gratiam dei & adiutorium nō ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe, vel in lege atque doctrina, vbi putabamus eius de hac re omnes tergiuerſationes eſſe cōſumptas. Dānauerit etiam eos, qui docent gratiam dei ſecundum merita noſtra dari, tamen in libris quos ædidit pro libero arbitrio, quorum mentionem facit in epiſtola quam Romam miſit, nihil aliud ſentire monſtratur, quam id quod damnaſſe videbatur. Nam gratiam dei & adiutorium, quo adiuuamur ad non peccandum, aut in natura & libero ponit G arbitrio, aut in lege atque doctrina, vt vide

licet cum adiuuat deus hominem, vt declinet à malo & faciat bonum, reuelando & ostendendo quid fieri debeat, adiuuare credatur, non ẽt cooperãdo & dilectionem inspirãdo, vt id quod faciendũ esse cognouerit, faciat. Nam cum tria constituat atq; distinguat, quibus diuina mandata dicit impleri, posſibilitatem, voluntatem, & actionem: posſibilitatem. ſ. qua potest homo esse iustus: voluntatem, qua vult esse iustus: actionem, qua iustus est: horũ trium primum. i. posſibilitatem datam confitetur à creatore naturæ, nec esse in nostra potestate, sed eã nos hr̃e etiam si nolimus duo vero reliqua. i. volũtatem & actionem, nostrae esse asserit. atq; ita nobis tribuit vt non nisi a nobis esse contendat. Deniq; gratia dei nõ ista duo, q̃ nr̃a omnino vult esse. i. volũtatẽ & actionem, sed illam quæ in potestate nostra nõ est, & nobis ex deo est. i. posſibilitatem perhibet adiuuari, tanquam illa quæ nr̃a sunt, hoc est voluntas & actio, tam sint ualentia ad declinandum a malo, & faciendum bonum, ut diuino adiutorio non indigeant, illud vero quod nobis ex deo est, hoc sit inualidum. i. posſibilitas, ut semper gratiæ adiuuetur auxilio.

H

Cap. 4. Sed ne q̃ forsitan dicat nos vel non recte intelligere quæ loquitur, uel maleuolo animo in aliũ sensim quæ nõ ita dicta sunt vertere, ipsa iam eius verba accipite, Nos, inquit, sic tria ista distinguimus & certum velut in ordinem digesta partimur. Primo loco posse statuimus, secundo velle, tertio esse. Posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. Primum illud. i. posse ad deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit, duo vero reliqua, hoc est velle, & eẽ, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Ergo in volũtate & opere bono laus hominis est, imo & hominis & dei, qui ipsius uoluntatis & operis posſibilitatem dedit, quiq; ipsam posſibilitatem gratiæ suæ adiuuat semper auxilio: Quod vero homo potest velle bonum atq; perficere, solius dei est. Potest itaq; illud vnum esse etiam si duo ista nõ fuerint: ista vero sine illo esse non pũt. Itaq; liberũ mihi est, nec voluntatem bonam hr̃e, nec actionem, nullo autẽ modo possum non habere posſibilitatem boni, inest mihi etiam si noluero, nec ocium sui aliquando in illo natura recipit. Quem nobis sensum exempla aliqua faciant clariorem. Quod posſumus videre oculis nostrum non est, q̃ vero bene aut male videmus, hoc nostrũ est. Et generaliter vniuersa complectar, q̃ possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat. Quod vero bene vel agimus, uel loquimur, uel cogitamus, nostrũ est, quia hęc omnia vertere etiam in malũ possumus. Vnde quod propter calumniam nostrã sæpe repetendum est, cum dicimus hominem posse esse sine peccato, & confessione posſibilitatis acceptę laudamus deum qui nobis hoc posse largitus est. Nec est ibi ulla laudandi homines occasio, vbi solius dei causa tractat̃. Non. n. de velle, nec de esse, sed tantummodo de eo quod potest esse, disseritur.

Verba Pelagii.

Ecce est totum dogma Pelagii in libro Cap. 1. eius tertio pro libero arbitrio, his omnino verbis diligenter expressum, quo tria ista, unum quod est posse, alterum quod est velle, tertium quod est esse. i. posſibilitatem, voluntatẽ, actionem tanta subtilitate curauit distinguere, ut q̃cunq; legimus uel audimus diuinæ gr̃æ adiutoriũ cõhteri, ut à malo declinemus bonũq; faciamus, siue in legge atq; doctrina, siue ubilibet constituat, sciamus quod loquitur, Nec erremus, aliter eum intelligendo, q̃ sentit. Scire quippe debemus, q̃ nec uoluntatem nostrã, nec actionem diuino adiuuari credit auxilio, sed solam posſibilitatem uolũtatis atq; operis, quam solam in his tribus non hr̃e affirmat ex deo, ranquã hoc sit infirmum quod ipse deus posuit in natura, cætera vero duo quæ nostra esse voluit, ita sint firma & fortia & sibi sufficientia, vt nullo indigeant eius auxilio. Et ideo non adiuuet vt velimus, non adiuuet vt agamus, sed tantũmodo adiuuet vt velle & agere valeamus. Contra autem Apostolus, Cũ timore uestram ipsorum operamini salutem. Et vt scirent, quia non tantum in eo quod operari possint, hoc in. & in doctrina iam acceperant, sed etiam in eo quod operantur diuinitus adiuuentur, non ait, deus est enim qui operatur in nobis posse: tanquam ipsi iam velle & operari per seipsos habeant, nec in his duobus adiutorio eius indigeant, sed ait, Deus enim est qui operatur in nobis & uelle & perficere: vel sicut in alijs & maxime Graecis codicibus legitur, & velle & operari. Videte si. non Apostolus gratiæ dei fines aduersarios sancto spiritu tantũ

antè prænidit, & hæc duo. i. & velle & operari, quæ iste ita nostra esse voluit tãquam ipsa diuinæ gratiæ non adiuuentur auxilio, deum in nobis dicit operari.

Cap. 5. Neque Pelagius hinc incautos fallat & simplices, vel ẽt seipsum q̃n cum dixisset, Ergo in voluntate & opere bono laus hominis & dei. Nõ. n. hoc propterea dixit, q̃a fidem sanam doctrinam intelligi voluit, q̃ & velle & operari deus operetur in nobis, sed cur hoc dixit, satis euidenter ostendit continuo subiungendo. Qui ipsius voluntatis & operis posſibilitatem dedit, Hanc autem posſibilitatem in natura eum ponere, de verbis eius superioribus clarum est. Sed ne nihil de gratia dixisse videretur, adiunxit, Quiq; ipsam posſibilitatem gratiæ suæ adiuuat semper auxilio, non ait, ipsam voluntatem, vel ipsam operationem: quod si diceret, non abhorrere a doctrina apostoli videretur. Sed ait, ipsam posſibilitatem, illud vidèlicet ex tribus quod in natura uocauit, gratiæ suæ adiuuat semper auxilio, vt. s. in voluntate & actione, non ideo laus sit & dei & hominis, quia si sic vult homo, nisi inspiret, & sic operatur vt homo, vt tamen deus cooperetur, sine cuius adiutorio, quis est homo? Sed ideo ad hãc laudem adiunxit & deũ, quia nisi natura esset, in qua nos condidit, qua uelle & agere possemus, nec vellemus nec ageremus. Hãc autem naturalem posſibilitatem q̃ adiuuari dei gratia confitetur, non est hic apertum, vel quã dicat gram, vel quatenus ea naturam sanam adiuuari, sed sicut alijs locis in quibus euidentius loquitur intelligi potest, non vult aliud accipi quàm legem atq; doctrinam, qua naturalis posſibilitas adiuuetur.

Cap. 7.

Nam quodam loco ait, His nos imperitissimi hominum putant iniuriam diuinæ gratiæ facere, quia dicimus eam sine uoluntate nostra nequaquam in nobis perfici sanctitatem, quasi deus gratiæ suæ aliquid imperauerit, & non illis quibus imperauit, etiam gratiæ suæ auxilium subministraret, vt quod per liberum homines facere iubentur arbitrium, facilius possent implere per gratiam. Et tanquam explicaturus quam dicat gratiam, secutus adiunxit, dicens, Quam nos non, vt tu putas, in lege tantummodo, sed & in dei esse adiutorio confitemur. Quis non hic desyderet, vt ostendat, quam velit intelligi gratiam? Propter hoc. n. maxime de illo expectare debemus, vt dicat hoc quod dicit, non in lege tantummodo se gratiam confiteri. Sed nobis hac expectatione suspensis, quid addidit intuemini. Adiuuat. n. nos, inquit, deus per doctrinã & reuelationem suã, dum cordis nostri oculos aperuit, dum nobis ne p̃sentibus occupemur, futura demõstrat, dũ diaboli pandit insidias, dũ nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cœlestis illuminat. Deinde sententiam suã quadam velut absolutione concludens, Qui hoc dicit, inquit, gratiam tibi videtur negare? An & liberum hominis arbitrium & dei gratiam confitetur? In his omnibus non recesit à cõmendatione legis atq; doctrinæ, hanc esse adiuuantem gratiam diligenter inculcãs, & hoc exequens q̃d propositum fuerat, cũ diceret, Sed in dei esse adiutorio confitemur. Deniq; dei adiutorium multipliciter insinuandum putauit, cõmemorando doctrinã & reuelationem, & oculorũ cordis adapertionem & demonstrationem futurorum, & apertionem diabolicarum insidiarum, & multiformem & ineffabilem dono gratiæ cœlestis illuminationẽ, ad hoc vtiq; vt diuina præcepta & p̃missa discamus: Hoc ẽ ergo gr̃am dei ponere in lege atq; doctrina.

B

Hic itaq; apparet hanc eũ gratiã, confiteri, qua demonstrat & reuelat deus quid agere debeamus, non qua donat atq; adiuuat vt agamus, cũ ad hoc potius valeat legis agnitio, si gratiæ desit opitulatio, vt fiat manda ti prævaricatio. Vbi enim non est lex, ait Apostolus, nec prævaricatio. Et concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Ac per hoc vsq; adeo aliud est lex, aliud est gratia, vt lex non solum nihil p̃sit, verumetiam plurimum obsit, nisi adiuuet gratia, & hæc ostendatur legis vtilitas, q̃n quos facit prævaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos, & vt concupiscentias malas superent adiuuandos. Iubet enim magis quàm iuuat, docet morbum esse, non sanat, immò ab ea potius quòd non sanatur augetur, vt attentius & sollicitius gratiæ medicina quæratur. Quia litera occidit, spiritus autem viuificat. Si enim data esset lex quæ posset iustificare, omnino ex lege esset iustitia. Inquantum tñ lex adiuuet, adiungit & dicit, Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, vt p̃missio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaq; lex, inquit, pædagogus noster

Legis reuelatio non est gr̃a iustificans. Cap. 8. Rom. 4. Rom. 7. Exo. 20. 2. Co. 2. Gala. 3.

C fuit in Xpo Iesu. Hocipsum ergo superbis est vtile, sub peccato arctius manifestiusque concludi, ne ad faciendam iustitiam de liberi arbitrij quasi proprijs viribus psumatur, sed omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo, qa nō iustificabitur ex lege ois caro coram illo. Per legem.n. cognitio peccati, nunc aūt sine lege iustitia dei manifestata est, testificata p legem & Prophetas. Quo ergo sine lege manifestata, si p legem testificata? Non ita sine lege manifestata, sed sine lege iustitia, quia iustitia dei est, id est, q̄ nobis nō ex lege sit, sed ex deo, nō quę illo imperante cognoscendo timeatur, sed q̄ illo donante diligendo teneatur, vt & qui gloriatur, in domino glorietur.

Rom. 3.

1. Co. 1. Cap. 9. Quid ergo est, q̄p iste legē atque doctrinā deputat gratiam, qua iuuamur ad operandā iustitiā, quæ vt multū adiuuet, ad hoc adiuuat vt gratia requiratur? Nemo.n. potest le g m implere per legem. Plenitudo.n. legis charitas: Charitas aūt dei nō per legem diffusa est in cordibus nostris, sed p spiritum sanctum qui datus est nobis. Proinde per legem gratia demonstratur, vt lex per gratiā compleatur. Quid. n. iuuat Pelagium, quia diuersis verbis eandē rem dicit, vt non intelligatur in lege atque doctrina gratiam constituere, qua posibilitatem naturæ asserit adiuuari? Quantum autem existimo, ideo veretur intelligi, quia damnauit eos, qui dicunt gratia dei & adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina, & tamen latere se putat, cum alijs atque alijs locutionibus versat significationem legis atque doctrinæ.

Rom. 13
Rom. 5.

D

Gratia. proprie iustificans q̄.

Et alio quippe loco, cum diu asseruisset, non adiutorio dei, sed ex nobisipsis in nobis effici voluntatem bonam, opposuit sibi ex Apostoli epistola quæstionem, atque ait, Et quomodo, inquit, stabit illud Apostoli, Deus est enim qui operatur in nobis & uel le & perficere? Deinde vt hanc oppositionem veluti solueret, quam videbat dogmati suo vehementer esse contrariam, secutus adiunxit, Operatur in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctū est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum pollicitatione succendit, dum reuelatione sapientiæ in desiderium dei stupentem suscitat voluntatem, dum nobis q̄d tu alibi negare non metuis, suader omne quod bonum est. Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiam, qua deus in nobis operatur velle quod bonum est, q̄ legē atq; doctrinam? In lege nanq; & doctrina sanctarum scripturarum futurę gloriæ atq; præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinā pertinet ēt q̄p sapientia reuelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonū est. Et si inter docere, & suade re, vel potius exhortari, distare aliquid videtur, ēt hoc tū doctrinæ generalitate concluditur, quæ quibuscunq; sermonibus vel literis cōtinetur. Nam & sanctæ scripturæ & docent & exhortantur, & potest esse in docendo & exhortando ēt hominis opatio. Sed nos eam gratiam nolumus, Istā aliquā fateatur, quæ futuræ glorię magnitudo non solum p̄mittitur, verumēt creditur & speratur, nec solum reuelatur sapiētia, uerum etiam & amatur, nec suadetur solum omne quod bonum est, verum & persuadetur. Non enim omnium est fides, qui audiunt per scripturas dīm regnum cœlorum pollicentem, aut omnibus persuadetur quibuscunq; suadetur, vt veniāt ad eum, qui dicit, Venite ad me oēs qui laboratis. Quorum autem fides, & quibus persuadetur, vt ad eum veniant, satis ipse demonstrauit, vbi ait, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et paulopost cum de non credentibus, loqueretur, Dixi, inquit, vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solū uocari, verumetiam esse Christianus.

Quid autem dicam de reuelatione sapientiæ? Neque enim facile quisquam sperat proficere in hac vita posse peruenire ao magnitudinem reuelationum Apostoli Pauli. Et 2. Cor. 12. vtiq; in eis quid aliud credendum est ei reuelari solere, nisi quod ad sapientiam pertineret? Et cum dicit, in magnitudine reuelationum mearū ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanę qui me colaphizet: Propter quod ter dominum rogaui, vt auferret eum à me: Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Proculdubio si iam summa & cui nihil esset addendum, charitas in Apostolo tunc fuisset, quæ omnino non posset inflari, nunquid necessarius esset angelus satanæ, quo colaphizante reprimeretur elatio, quæ in magnitudine reuelationū posset existere? Quid est aūt aliud elatio q̄ inflatio? Et vtiq; de charitate verissime dictū ē, Charitas nō æmulat, nō inflat. Hæc itaq; charitas adhuc ēt in tanto Apostolo de die in diē profecto augebatur, quā diu homo eius interior de die in diem renouabatur, perficienda sine dubio ubi iam non posset inflari. Tunc aūt mens eius adhuc erat vbi inflarē magnitudine reuelatio nis, donec impleretur solido ædificio charitatis. Nondum. n. peruenerat, quo perficiendo currebat.

1. Cor. 13. 2. Cor. 12.

Ideoq; nolenti ppeti molestiā qua eius cohiberetur elatio, anteq̄ esset in eo charitatis vltima & summa pfectio rectissime dicitur, Sufficit tibi gratia mea: Nā virtus in infirmitate perficit: in infirmitate. s. nō vt ille putat carnis tm̄, sed & carnis & animi, qa & animus erat in cōparatione summæ illius pfectionis infirmus, qū extolleretur, Proinde stimulus carnis angelus satanæ in telligebatur datus, q̄uis esset in carnalium vel animaliū, nondū perficiētiū q̄ sunt spiritus dei, comparatione firmissimus. Quocirca si uirtus in infirmitate perficit, quisquis se non fatetur infirmū, non pficitur. Hæc aūt gratia qua virtus in infirmitate p ficitur, prædestinatos, & secūdū propositū ēt vocatos, ad summā perfectionē glorificatio nēmq; perducit: Qua gratia agitur non solū ut facienda nouerimus, uerumetiā ut co gnita faciamus, nec solum ut diligenda credamus, verumetiam vt credita diligamus.

Hæc gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, vt altius & interius eam deus cum ineffabili suauitate credatur infundere, non solum per eos qui plantant & rigāt extrinsecus, sed etiam per seipsum qui incrementum suum ministrat occultus, ita vt non ostendat tantummodo veritatem, uerumetiam impediat charitatē. Sic. n. docet deus eos qui secundum propositum vocati sunt, simul donans & quid agant scire, & q̄d sciunt agere. Vnde ad Thessalonicenses sic Apostolus loquitur, De charitate autem fraternitatis non opus habetis vobis scribi: Nam ipsi uos a deo didicistis vt diligatis inuicem. Atque vt probaret eos à deo didicisse, subiunxit, Etenim facitis illud in omnes fratres, in vniuersa Macedonia: Tāquā hoc sit certissimum iudicium quod à deo didiceritis, si id quod didiceritis isto modo sunt omnes secundum propositum uocati, sicut scriptum est in Prophetis, Docibiles

dei, Qui autem nouit quidem quid fieri debeat, & non facit, nondum a deo didicit se cundum gratiam, sed secundum legem: non I secundum spiritum, sed secundum literam. Quanuis multi, quod imperat lex facere, videantur timore pœnę, non amore iustitiæ, quam dicit Apostolus iustitiam suā quæ ex lege est, tanquam sit imperata, non data. Si autem data est, non dicitur iustitia nostra, sed dei, quia sic fit nostra, ut sit nobis ex deo. Dicit. n. Vt inueniar in illo nō hūs meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eā quæ ex fide est Iesu, iustitiam ex deo Tantum igitur inter legem distat, & gratiam, vt cum lex esse non dubitetur ex deo, iustitia tī quæ ex lege est nō sit ex deo, sed iustitia quæ p gratiam cōsummatur ex deo. Quia ex lege iustitia dicitur, quæ sit propter legis mandatū, iustitia ex deo dicitur, quæ data per gratiæ beneficium, vt non fit terribile, sed suaue mandatum, sicut oratur in Psalmo, Suauis es dñe, & in tua suauitate doceme iustitiam tuam: id est, ut non fortitudine pœnæ seruiliter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Præceptum quippe liber facit quilibēs facit. Et hoc modo quisquis discit, agit omnino quic quid agendum didicerit.

Psa. 54.

Phili. 3.

Psa. 118.

Gratia efficit. Cap. 14. Ioan. 6. K

De isto docendi mō, ēt dominus ait, Omnis qui audiuit à patre meo & didicit, venit ad me. Qui ergo non venerit, non de illo recte dicitur, audiuit quidem & didicit sibi esse veniendum, sed facere non vult q̄p didicit. Prorsus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet deus. Si. n. sicut ueritas loquitur, Omnis qui didicit, venit, quisquis non venit, profecto nec didicit. Quis aūt non videat & venire quē quam & non venire arbitrio voluntatis? Sed hoc arbitrium potest esse solum si non venit, non aūt potest nisi adiutum esse si venit. Et sic adiutū ut non solum quid faciēdum sit sciat, sed quod scierit etiam faciat. Ac per hoc quando deus docet, non per legis literam, sed per spiritus gratiam, ita docet, vt quod quisq; didicerit, non tantum cognoscendo videat, sed etiam volendo apperat, agendoq; perficiat. Et isto diuino docendi modo etiā ipsa voluntas & ipsa operatio, non sola uolendi & operandi naturalis posibilitas adiuuatur. Si enim solum posse nostrum hac gratia iuuaretur, ita diceret dominus, Omnis qui audiuit à patre & didicit, potest venire ad me. Non

autem ita dixit, Sed omnis, inquit, qui audi
Ioan.6. uit à patre & didicit, venit ad me. Venire
posse in natura ponit Pelagius, uel etiam
L ut modo dicere cœpit in gratia, qualemli-
bet eam sentiat, qua ipsa, ut dicit, posibilitas adiuuatur, venire aũt iam in voluntate & opere est. Non est aũt consequens vt q̃ potest venire ẽt veniat, nisi id voluerit atq; fecerit. Sed omnis qui dedicit à patre, non solũ potest venire, sed venit, vbi iã & posibilitatis profectus & voluntatis affectus & actionis effectus est.

Cap.15. Quid ergo sibi volunt exempla, nisi q̃a reuera nobis eius sensum fecerũt sicut pol licitus est clariorẽ, non vt ea sentire debea mus, sed vt id q̃ ipse sensit manifestius aper tiusq; noscamus? Quod possumus, inquit, videre oculis, nostrum non est: q̃ vero bene aut male videmus, hoc nostrum est. Rñ
Ps. 118. deat illi Psalmus, vbi deo dicitur, Auerte oculos meos, ne videant uanitatem. Quod & si de oculo mentis dictum est, inde uti que procedit in hos oculos carnis, vel bene videre, vel male, non quemadmodum dicũtur bene videre sanis oculis intuentes, & male, lippiẽtes: sed bene videre ad subueniendũ, male videre ad concupiscendum. Quanuis.n. per hos exteriores oculos videatur & pauper cui subuenitur, & mulier
M q̃ concupiscitur, tñ ex interioribus ad male vel bene videndũ misericordia vel libido p cedit. Cur ergo dicitur deo, Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ? Cur petitur q̃ ad nostram pertinet potestatem, si deus nõ adiuuat uoluntatem?

Cap.16. Quòd loqui possumus, inquit, dei est, q̃ vero bene uel male loquimur, nostrum est: Non hoc docet ille, qui loquitur bene, Nõ
Mat. 10 enim uos estis, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et vt generaliter inquit, vniuersa complectar, quod possumus omne bonũ facere, dicere, cogitare, illius est, q̃ hoc posse donauit qui hoc posse adiuuat. Ecce ẽt hic superiorẽ repetit sensum, quod illorũ trium, id est posibilitatis, voluntatis, actionis non nisi posibilitas adiuatur. Deniq; adiungens vt impleat q̃ intẽdit: Q̃d vero bene, inquit, vel agimus uel loq̃mur, vel cogitamus nostrũ est. Oblitus est q̃ superius quasi correxerat, vbi cum dixisset, Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est, adiunxit atque ait, imo & hominis & dei, qui ipsius uoluntatis & operis posibilitatẽ dedit. Cur etiam in his exemplis hoc non recordatus est, vt saltem in eorum fine diceret, q̃d possumus omne bonum facere, dicere, cogitare A illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat, q̃d vero bene vel agimus vel loquimur, vel cogitamus, & nostrum est & illius? Non hoc dixit, sed, nisi fallor, videor mihi videre quid timuit.

Cum. n. vellet ostendere quare nostrũ Cap.16
sit, Quia hæc, inquit, omnia uertere ẽt in malum possumus. Illud ergo timuit, vt nõ diceret, & nostrũ est & dei, ne sibi rñdere-
tur, si quod bene agimus, loquimur, cogita mus, ideo ẽ & nostrum & dei, quia ille hoc posse nobis donauit: ergo & quod malũ agi mus, loquimur, cogitamus, & nostrum est & dei, quia illud posse ad vtrunq; donauit, atque ita quod absit, quemadmodum cũ deo laudamur in operibus bonis, sic cũ illo cul pamur in malis. Posibilitas quippe illa, q̃ dedit, tã nos facit bona posse quàm mala. Cap.17
De q̃ posibilitate Pelagius in libro pri mo pro libero arbitrio, ita loquitur. Habemus aũt, inquit, posibilitatem utriusq; partis à deo insitã, velut quandam, vt ita dicam radicem fructiferã atq; fœcundam, quæ ex voluntate hominis diuersa gignat & pariat, & q̃ eposit ad proprij culcoris arbitrium, vel nitere flore virtutũ, vel sentibus horre re uitiorũ. Vbi non intuens quid loquatur, vnam cãdemq; radicem cõstituit bonorũ & malorum, contra euangelicã veritatem, doctrinãq; Apostolicam. Nam & dominus nec arborem bonam dicit posse facere fructus malos, nec malam bonos. Et Apostolus Paulus cum dicit radicem malorum om nium esse cupiditatem, admonet utiq; intelligi radicem bonorum omnium charitatẽ. Vnde si duæ arbores bona & mala duo sunt homines, bonus & malus, quid est bonus homo, nisi voluntatis bonæ, hoc est arbor radicis bonæ? Et quid est homo malus nisi voluntatis malæ, hoc est arbor radicis malæ? Fructus aũt harum radicum atq; arborum, facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt, q̃ bona dẽ bona voluntate procedunt, & malа de mala.

Facit autẽ hõ arborem bonã q̃n dei accipit grãm: Non.n. se ex malo bonum p seip sum facit, sed ex illo & per illum & in illo qui semper est bonus, nec tantum vt arbor sit bona, sed etiam vt faciat fructus bonos, eadem grã necessarium est, vt adiuetur, sine qua boni aliquid facere non põt. Ipse quip-

pe in bonis arboribus cooperatur fructum, qui & forinsecus rigat atq; excolit per quẽ C libet ministrum, & per se dat intrinsecus incrementum. Malam vero arborem homo facit, q̃n seipsum malum facit, q̃n à bono incommutabili deficit, ab eo quippe defectus est origo voluntatis malæ. Qui defectus, non aliam naturã malam initiat, sed eam quæ bona est condita vitiat. Sanato autem vitio, nullũ malũ remanet, quia vitiũ natu
Cap.20 ræ quidem inerat, sed vitiũ natura nõ erat. Illa ergo posibilitas, non vt iste opina-
Th. 6. tur, vna eademq; radix est bonorum & malorum: Aliud.n. est charitas radix bonorũ, aliud cupiditas radix malorum, tantumq̃ inter se differunt, quantum virtus & vitiũ. Sed planè illa posibilitas vtriusq; radicis est capax, quia non solum potest homo hr̃e charitatem, qua sit arbor bona, sed potest ẽt cupiditatem, qua sit arbor mala. Sed cupiditas hominis quæ vitium est, hominem habet authorem, vel hominis deceptorem, nõ hominis creatorem. Ipsa est.n. concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non est ex parte, sed ex mundo est. Quis aũt nesciat mundi nomi-
Cap.21 nic solere appellare scripturam, à quibus habitatur hic mundus?

Charitas aũt quæ virtus est, ex deo nobis est, non ex nobis, scriptura teste, quæ dicit, Charitas ex deo est, & omnis qui dili-
D git, ex deo natus est, & cognouit deum, q̃a deus charitas est. Secundum istam charitatem, melius intelligitur dictum, Qui natus ex deo, non peccat: & quia non potest peccare, quia charitas secundum quã natus ex deo est, non agit perperam nec cogitat malum. Cum ergo peccat homo, non secũm charitatẽ, sed secundum cupiditatem peccat, secũm quam non est natus ex deo, q̃n illa posibilitas, vt dictum est, vtriusque radicis est capax. Cum ergo dicat scriptura, Charitas ex deo: vel quod est amplius, Deus charitas est: cum apertissime clamet Ioannes apostolus, ecce qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei uocemur & simus: Iste audiens, Deus charitas est, quare adhucusque contendit, q̃ ex illis tribus tantummodo posibilitatem habeamus ex deo, bonam vero voluntatem, bonamq̃ actionem habeamus ex nobis? Quasi vero aliud sit bona voluntas quàm charitas, quam scriptura nobis esse clamat ex deo, & à patre datam, vt filij eius essemus.

Sed forte vt daretur nobis, præcedentia Cap.22
merita nostra fecerunt. Sicut iste de gratia dei sentit in eo libro, quem ad sacram virginem scripsit, cuius etiam cõmemorationem fecit in liceris, quas Romã misit. Ibi enim interposito Iacobi apostoli testimonio, quo E
ait, Subditi estote deo, resistite autem Iaco. 4.
diabolo, & fugiet à vobis: subiungit & dicit, Ostendit quomod oresistere debeamus diabolo, si vtiq; subditi simus deo, eiusque faciendo voluntatem, diuinam mereamur grãm, & facilius nequam spiritui auxilio sancti spũs resistamus. Ecce q̃ veraci corde dãnauit in ecclesiastico iudicio palæstino eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari: An adhuc eum id sentire & apertissime prædicare dubitamus? Quo ergo verax ruit in episcopali examine illa confessio? An forte iam istum scripserat librum, vbi apertissime dicit grãm scẽm merita nostra dari, quod in orientali synodo sine vlla recusatione damnauit. Cõ fiteretur ego sic se aliquando tenuisse, sed iam non tenere vt de correctione eius apertissime gauderemus. Nunc vero cum illi inter cætera & hoc fuisse obiectum, rñdit, Hæc vtrum Celestij sint, ipsi viderint qui dicunt ea Celestij esse. Ego vero nunquam sic tenui sed anathematizo qui sic tenent. Quo nunquam sic tenuit, si hunc ante conF
diderat librum? Aut quomodo anathematizat eos qui sic tenent, si hunc librum postea condidit? Sed ne forte respondeat ita se hic dixisse, Dei faciendo voluntatem, diuinam mereamur grãm, sicut fidelibus & pie viuẽtibus additur gratia, qua resistant fortiter tentatori, cum tñ gratiam etiã primitus accepissent, vt dei facerent voluntatẽ. Ne forte ergo ita respondeat, aha de hac re verba eius accipite. Qui currit, inquit, ad deum, & à deo se regi cupit, id est, voluntatem suam ex eius voluntate suspendit, qui ei adhæren
do iugiter, vnus, secundum Apostolum, cũ 1.Co.6.
eo fit spiritus, non hoc nisi de arbitrij efficit libertate. Videte quantam rem dixerit non effici nisi arbitrij libertate, ac per hoc sine adiutorio dei nos deo existimat adhærere, hoc est enim non nisi de arbitrij libertate, vt cum adhæserimus deo non adiuuante, tunc iam quoniam adhæsimus, etiam adiuuari mereamur.

Sequitur enim & dicit, Qua qui bene Cap.23.
vtitur. i. arbitrij libertate qui bene vtitur, ita se, inquit, totum tradit deo, oẽmq; suam

Gala. 2. mortificat voluntatem, vt cum Apostolo
Pro. 21. possis dicere, Viuo aũt iam non ego, viuit
aũt in me Christus: ponitq; cor suũ in manũ dei, vt illud quo voluerit deus, ipse declinet. Magnũ profecto adiutorium diuinæ
G gratiæ, vt cor nostrum quo voluerit deus, ipse declinet. Sed hoc tam magnum adiutorium sicut iste desipit, tunc meremur cum sine vllo adiutorio non nisi de arbitrij libertate ad dñm currimus, ab eo nos regi cupimus, voluntatem nostram ex eius voluntate suspendimus, eiq̃ adhærẽdo iugiter, vnus cum illo efficimur spiritus. Hæc. s. tã ingentia bona, non nisi de arbitrij secũdum istum efficimus libertate, vt his præcedentibus meritis sic eius gratiam cõsequamur, vt cor nostrum quo voluerit ipse declinet. Qũo est ergo gratia, si non gratis datur? Qũo est gratia, si ex debito redditur? Qũo
Ephe. 2. verum dicit Apostolus, Non ex nobis, sed
Rom. 11. dei donum est, non ex operibus, ne forte qs extollatur? Et iterũ, Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam nõ est gratia. Qũo inquam, hoc verum est, si opera tanta præcedunt quæ nobis adipiscendæ gratiæ meritum faciant, quo nobis non donetur gratuita, sed reddatur ex debito? Ergone vt perueniatur ad adiutorium dei, ad deum curritur sine adiutorio dei? Et vt deo adhærentes adiuuemur à deo, non adiuti non adhærebimus deo? Quid homini maius, quid ve tale poterit gra ipsa præstare, si iam sine illa vnus cum dño spũs ef-
H fici potuit, non nisi de arbitrij libertate?

Ca. 24. Sed vellem vt iste diceret, utrum rex il-
Hest. 15 le Assyrius cuius Hester sancta mulier exe erabatur cubile, quando considebat in thro no regni sui, & omni stola illustrationis suæ indutus erat, totus auro variatus lapidibusq; preciosis, & erat formidolosus valde, & eleuata facie sua inflammata in charitate intuitus est eam, tanquam taurus impetu indignationis suæ, & timuit regina & conuersus est color eius per dissolutionem, & inclinauit se super capat delicatæ suæ, quæ præcedebat eam. Vellem ergo diceret iste nobis vtrum rex ille ad deum iam cucurrerat, & ab eo se regi cupiuerat, suamque voluntatem ex eius voluntate suspenderat, & ei iugiter inhærẽdo vnus cum illo spũs sanctus erat, non nisi de arbitrij libertate? vtrũ se totũ deo tradiderat, oẽmq; suã mortificauerat voluntatem & cor suum in manu dei posuerat? Puto non desipere, sed insanire hominem, quisquis de illo rege qualis tunc erat hoc senserit, & tũ conuertit deus & transtulit indignationem eius in lenitatem. Quis aũt non uideat multo maius esse indignationẽ a cõtrario in lenitatem cõuertere atq; transferre, q̃ cor neu I tra affectione præoccupatũ, sed inter vtrũ que medium in aliquid declinare? Legant ergo & intelligant, intueantur, non lege atque doctina insonante forinsecus, sed inerna atque occulta mirabili ac ineffabili ptãte operari deũ in cordibus hominv, non solũ ueras reuelationes, sed ẽt bonas voluntates.

Desinat itaq; iam Pelagius & scipsum & alios fallere, contra dei gratiam disputan Cap. 26. do: Non propter illorum triũ unum. i. propter posibilitatem bonæ voluntatis atque operis, sed ẽt pp voluntatem & operationẽ bonam erga nos gra dei prædicanda est. Nã illam posibilitatem ad utrunq; valere desinit, & tamen non ideo tribuenda sunt deo etiam nostra peccata, sicut & propter eandẽ posibilitatem uult tribuere bona opera nostra. Non ideo tm adiutorium diuinæ gratiæ commendetur, quia posibilitatem adiuat naturalem. Desinat dicere, q̃ possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, q̃ vero bene vel agimus vel loquimur uel cogitamus, nrum est. Desinat, inquã, ista dicere, Non solum enim deus posse nrum donauit atq; adiuuat, sed etiã velle & reri operatur in nobis. Non quia nos non uolumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec K uolumus aliq̃d boni, nec agimus. Quomo- Philip. 2. do enim dicitur, quod possumus bene agere, dei est, quòd autem agimus, nostrum est, cum dicat Apostolus orare se ad deum pro eis ad quos scribebat ne quid mali fa- 2. Cor. 13. ciant, & ut quod bonum est, faciant? Non enim ait, oramus ut possitis nihil mali facere: sed, ne quid faciatis mali, nec vt possitis bonum facere: sed, bonum faciatis. Quoniam de quibus scriptum est. Quotquot. n. spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei: prote- Rom. 8. cto vt agant quod bonum est, ab illo agun- Gala. 5. tur qui bonus est: Quomodo dicit Pelagius, quòd bene loqui possumus dei est, q̃ bene loquimur, nostrum est, cum dicat dominus, spiritus patris vestri est qui loq- Mat. 10. tur in uobis? Neq; enim ait, nõ uos estis q̃ dedistis uobis bene posse loqui: sed ait, non uos estis qui loquimini. Nec ait, spiritus patris vestri est qui uobis dat, vel dedit posse bene

bene loqui: sed ait, qui loquitur in vobis: nõ L significans posibilitatis profectum, sed expressis cooperationis effectum. Qũo dicit liberi arbitrij elatus assertor, q̃ possumus bene cogitare, dei ẽ, q̃ aũt bene cogitamus, Ca. 3. nostrum est? Cui rñdet humilis gratiæ prædicator, Nõ quia idonei sumus cogitare ali quid à nobis, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Non n. ait, posse cogitare: sed, cogitare. Cap. 26.

Istam dei gram in diuinis eloquiis manifestam ẽt Pelagius manifeste fateatur, seque tandiu contrà senssse non operiat impudentissimo pudore, sed dolore saluberrimo aperiat, vt sancta ecclesia non turbẽt pertinaci eius obstinatione, sed veraci correctione læ- Ca. 8. cetur. Cogitationem & electionẽ sicut sunt discernenda, discernat, qa sciẽtia inflat, charitas ædificat. Et tunc scientia non inflat qũ charitas ædificat. Et cũ sit vtrũque donum dei: sed vnũ minus, alterũ maius, nõ hic iustificatoris nostri extollat, vt horũ duorũ quod minus est, dimino tribuat adiutorio, quod aũt maius est, humano vsurpet arbitrio. Et si consenserit nos gratia dei accipere charitatem, non sic sentiat tanquam vlla merita bona nostra præcesserint. Nam quæ merita bona tunc habere poteramus, quando deum non dili- Ca. 4. gebamus? Vt. n. acciperemus dilectionẽ qua Ioan. 4. diligeremus, dilecti sumus cũ eã nõdũ habe- Colos. 1. remus. Hoc Ioãnes Apostolus apertissime dicit, Non q̃ nos dilexerimus deum, sed qa ipse prior dilexit nos. Et alibi, Nos diligamus, inquit, qa ipse prior dilexit nos. Optime omnino atque verissime. Non. n. haberemus vnde illum diligeremus, nisi hoc ab illo cum prior nos diligeret, sumeremus. Quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non facimus, si diligamus? Et si. n. dei mandatum videtur aliquando non a diligentibus, sed à timentibus fieri, tamen vbi non est dilectio, nullũ bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur, quia omne quod non ex fide est, peccatum est. Et fides per dilectionem operatur. Ac per hoc gratiam dei, qua charitas dei diffunditr in cordibus nostris per spiritum, sanctum, qui datus est nobis sic cõueniatur, qui vult veraciter confiteri, vt omino nihil boni, sine illa, quod ad pietatem pertinet veramq; iustitiam, fieri posse non dubitet. Non quomodo iste, qui cum dicit, propterea dari gratiam, vt quod à deo præcipitur facilius impleatur, quid de illa sentiat satis ostendit. s. q̃ etiam sine illa etsi minus facile, fieri tamen quod diuinitus præcipitur, potest. A

In libro quippe ad virginem sacrã, quod & supra commemoraui, cum dicit, Diuinã mereamur gratiam & facilius nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistamus: significat profecto quid sapiat. Vt quid. n. hoc verbum interposuit, id est, facilius? An vero non erat integer sensus, vt nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistamus? Sed quantum detrimẽtum hoc additamento fecerit, quis nõ intelligat? Volens vtique credi tantas esse naturæ vires, quas extollendo præcipitat, vt etiam sine auxlio spirituſſancti, etsi minus facile, tamẽ aliquo modo nequam spiritui resistatur. Cap. 27. Cap. 28.

Item in primo libro pro libero arbitrio, Cum autem tam forte, inquit, tam firmum ad non peccandum liberum in nobis habeamus arbitrium, quod generaliter naturæ humanæ creator inseruit, rursus pro eius inæstimabili benignitate, quotidiano ipsius munimur auxilio. Quid opus est hoc auxilio, si tam firmum est ad non peccandum liberum arbitrium? Sed etiam hic vult intelligi ad hoc esse auxilium, vt facilius fiat per gratiam, quod etsi minus facile, tamen putat fieri præter gratiam. Cap. 29

Item in eodem libro alio loco, Vt quod per liberum, inquit, homines facere iubentur arbitrium, facilius possint implere per B gratiam. Tolle, facilius, & nõ solũ plenus, verumetiam sanus est sensus, si ita dicatur, vt quod per liberum facere iubentur homines arbitrium, possint implere per gratiã. Cum autem, facilius, additur, adimpletio bo ni operis etiam sine dei gratia posse fieri ta Ioan. 15 cita significatione suggeritur. Quæ sensum Cap. 30. redarguit, qui dicit, Sine me nihil potestis facere.

Emendet hæc omnia, ne si in rerum magnarum profunditate humana errauit infirmitas, etiam diabolica huic accedat errori vel fallacia vel animositas siue negando quod sensit, siue defendendo quod perperã sensit, cum id se non debuisse sentire commemorata perspicua veritate cognouerit. Roma. 5 Istam quippe gratiam qua iustificamur, id est, qua charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis, in Pelagij & Celestij scriptis quæcunque legere potui, nusquam eos inueni quẽ-

admo-

admodum confitẽda est, confiteri Prorsus
Rom.9. nunquã eos aduerti sicut agnoscendi sunt,
agnoscere filios promissionis, de quibus di
cit Apostolus, Nõ ij qui filij carnis, hi filij
dei, sed filij promissionis deputanẽ in semi-
Cne. Qđ n. promittit deus, non facimus nos
per arbitriũ seu p naturã, sed facit ipse per
gr̃am. Nã vt de Celestij opusculis interim
taceã vel libellis eius, quos iudicijs eccleſia
sticis allegauit, q̃ nobis omnia cũ alijs quas
necessartas existimauimus, q̃bus omnibus
diligenter inspectis, positis aduertere, non
eum ponere dei gratiam qua iuuamur, vel
ad declinandum a malo, uel ad faciendum
bonum, p̃ter naturale arbitrium uoluntatis,
nisi in lege atq; doctrina, ita ut ipsas quo-
que ofones ad hoc asserat necessarias, ut oñ
datur homini quid concupiscat & diligat.
Vt. n. hæc interim omittã, nempe ipse Pela
gius & literas nuper & libellũ Romam fi-
dei suæ misit, scribẽs ad beatæ memoriæ pa-
pam Innocentium, quem defunctum esse
nesciebat. In his ergo literis dicit esse de q̃-
bus eum homines infamare conantur: Vnũ
quod neget paruulis baptismi sacramentũ,
& absque redemptione Christi aliquibus
regna cœlorum promittat. Aliud, quod ita
dicat posse hominem uitare peccatũ, vt dei
excludat auxilium, & intantum libero con-
fidat arbitrio, ut gratiæ repudiet adiutoriũ.
Sed de baptismo paruulorum, quanuis eis
dandum esse concedat, quàm peruerse con-
tra fidem Christianam et catholicã sentiat
ueritatem, non hic locus est vt diligentius
disserамus, nunc n. de adiutorio gratiæ, qđ
D instituimus peragendum est. Vnde ad id
quod proposuit quid etiam hinc respõdeat
videamus. Vt. n. omittamus eius inuidiosas
Pelagij- de suis inimicis querelas, vbi ad rem ventũ
defensio est, ita locutus est. Ecce, inquit, apud bea-
Cap. 31. titudinem tuam Epistola ista me purget
in qua pure atque simpliciter ad peccãdum
& ad non peccandũ integrum liberum ar-
bitrium habere nos dicimus, quod in omni
bus bonis operibus diuino semper adiuuat
auxilio. Cernitis itaq; pro intellectu, quem
uobis dominus dedit, hæc eius verba soluẽ
dæ non sufficere quæstioni: Quærimus. n.
adhuc, quo auxilio liberum adiuuari dicat
arbitrium, ne forte sicut solet, uelit intelligi
legem atque doctrinam: Si enim quæras
cur dixerit, semper poterit respondere,
P al. 1. quia dictum est, Et in lege eius meditabitur
die ac nocte. Deinde cum de hominis cõdi
tione, & ad peccandum atque non pecca-
dum naturali eius posibilitate quædam in
terpoluisset, adiunxit dicens, Quam liberi
arbitrij potestatem dicimus in omnibus ei-
se generaliter, in Christianus, Iudæis atque
gentilibus. Ita omnibus est liberum arbi- B
triũ æqualiter per naturã, sed in solis Chri
stianis iuuatur gratia. Iterũ quærimus qua
gratia? Et adhuc poterit respondere, lege at
que doctrina Christiana. Deinde quãliber
sentiat gratiam ipsis Christianis secundum
merita dari dicit, cum eos qui hæc dicunt iã
in palæstina sicut supra commemoraui sua
illa præclara purgatione damnauerit. Nam
verba eius ista sunt, In illis, inquit, nudum
& inerme est conditionis bonum, in eis di-
cit qui Christiani non sunt. Deinde cætera
contexens, In his vero, inquit, qui ad Chri
stum pertinẽt, Christi muniuntur auxilio.
Videtis adhuc incertum esse quo auxilio, se
cũdum ea quæ supra diximus. Sed adhuc se-
quitur de illis qui Christiani nõ sunt, & di
cit, illi ideo iudicandi atque damnandi sunt,
quia cum habeant liberum arbitrium per
quod ad fidem venire possent, & dei gratiã
promereri, male vtuntur libertate concessa.
Hi vero remunerandi sunt, qui bene libero
vtentes arbitrio merentur domini gratiam,
& eius mandata custodiunt. Nempe man-
festum est eum dicere gratiam secundum
merita dari, quamlibet eam, vel qualemli-
bet significet, quam tamen aperte non expri
mit. Nam cum eos remunerandos dicit, qui F
bene vtuntur libero arbitrio, & ideo mereri
domini gratiam, debitum eis reddi facetur.
Vbi est ergo illud Apostoli, Iustificati gra-
tis per gratiam ipsius? Vbi est & illud, Gra-
tia salui facti estis? Et ne putarent per ope-
ra, addidit, per fidem: Rursus ne ipsam fidẽ
sine dei gratia sibi putarent esse tribuendã,
Et hoc, inquit, non ex uobis, sed dei donum
est. Nempe ergo illud vnde incipit omne,
quod merito accipere dicimus, sine merito
accipimus, id est, ipsam fidem. Aut si nega-
tur dari, quid est q̃ dictum est, Sicut vnicuique Ro. 12
que deus partitus est mensuram fidei? Si au
tem sic dicitur dari, vt reddatur meritis, nõ
donetur: quid est hoc quod iterum dicit, Vo
bis donatum est pro Christo non solum vt Philip.
credatis in eum, uerumetiam vt patiamini
pro eo? Vtrũq; n. donatũ esse testatus est, &
qđ credit i Chm̃, & qđ patit q̃sq; p̃ Xpo.
Isti aũt libero arbitrio sic applicant fidẽ, ut
fidei videlicet reddi videatur non gratui-
ta, sed

ta, sed debita gratia, Ac per hoc iam nec gra
Rom. 11 tia, quia niſi gratuita, non est gratia.
Cap. 32 Sed ab his literis Pelagius ad fidei suæ li
brũ vult transire lectorẽ, cuius nobis cõme
morationem fecit. In quo ea de quibus non
interrogabatur multa disseruit. Sed nos de
quibus agimus cum illis videamus. Cum
Genim ab vnitate trinitatis vsq; ad resurre-
ctionem carnis, quod ab illo nemo q̃rebat,
disputationẽ q̃tã voluit terminasset, Et ba-
ptisma, inquit, vnũ tenemus, qđ ipsũ sacri
verbis infantibus, q̃bus ẽt in maioribus di-
cimus esse celebrandũ. Hoc certe vos & à
ſente audisse dixistis. Sed q̃d prodest, qđ
eisdem verbis in paruulis, q̃bus & in maio-
ribus celebrari dicit baptismi sacr̃m, cũ res
à nobis, non sola verba queranẽ? Plus est q̃
vobis ore ꝓprio interrogantibus rñdit, vbi
scribitis, infantes in remissionẽ peccatorũ
p̃cipere baptismũ. Nõ n. & hic dicit in ver
bis remissionis peccatorum, sed eos baptiza
ri in ipsam remissionem, confessus est, Et
tamen si ab eo quærereris, quid peccati eis
Cap. 33 crederatur remitti, non eos aliquid habere
contenderet.

Quis crederet sub hac quasi manifesta
confessione sensum latere contrarium, nisi
eũ Celestius aperuisset? Qui in libello suo,
quem Romæ gestis Ecclesiasticis allega-
uit, paruulos & baptizari in remissionem
peccatorũ confessus est, & negauit vllũ hr̃e
Et originale peccatũ. Sed nũc non de baptisma
te paruulorum, sed de adiutorio gratiæ po-
nitur ẽt in libello fidei suæ, quẽ Romam mi-
sit, quid Pelagius senserit attendamus. Li-
berum, inquit, sic confitemur arbitriũ, vt di
camus nos indigere dei semp auxilio. Ecce
Ecclesiã q̃rimus, quo auxilio nos indigere fa-
teatur, & iterũ inuenimus ambiguũ, qm̃ po
test rñdere legẽ se dicere doctrinãve Chri-
stiana, qua naturalis illa posibilitas adiuue
tur. Nos aũt illam gratiã in eorũ confessio
ne requirimus, de qua dicit Apostolus, Nõ
enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed
virtutis, & charitatis & continentiæ. Non
est aũt consequens, vt qui habet donũ scie-
næ, quo nouerit quid agere debeat, habeat
etiam charitatis, vt agat.

Illos ẽt quos in eisdẽ literis, quas misit
ad sanctæ memoriæ papã Innocẽtiũ, libros
illos vel scripta cõmemorat, legi, p̃ter vnam
Epistolã, quã se breuẽ misisse ad sanctum
Cõstantinũ Epm̃ dicit, nec alicubi potui re-
pire hãc eũ gr̃am cõfiteri, q̃ nõ solũ posibi
litas naturalis volũtatis & actionis, q̃ dicit
nos habere ẽt si nec volumus nec agimus
bonũ, sed ipsa ẽt volũtas & actio submini-
stratione sancti spiritus adiuuatur. Cap. 35

Legant, inquit, illã Epistolã, quã ad san-
ctũ virũ Paulinũ Epm̃ ante duodecim fere I
annos scripsimus, q̃ trecentis forte versibus
nihil aliud, q̃ dei gratiã & auxiliũ confiteẽ,
nosque nihil omnino boni facere posse sine
deo. Hãc ergo Epistolã legi, & inueni eum
pene per totã non immorari, nisi in faculta-
te & posibilitate naturæ, & pene ibi tm̃ dei
gratiam constituere, Christianã vero gr̃am
tanta breuitate sola nominis cõmemoratio-
ne perstringit, vt nihil aliud videatur q̃ eã
tacere timuisse. Vtrũ tñ eam in remissionẽ
peccatorum velit intelligi, an ẽt in doctrina
Christi, vbi est & eius conuersationis exẽ-
plum qđ aliquot locis suorum opusculorũ
facit, an credat aliquod adiutorium bene a-
gendi adiunctum naturæ atq; doctrinæ per
inspirationem flagrantissimæ & luminosis-
simæ charitatis, non apparet omnino. Cap. 36

Legant ẽt, inquit, ad sanctum Constan-
tium Epm̃, vbi breuiter quidem, sed plane
libero hominis arbitrio dei gratiam auxiliũ
que coniunxi. Hanc Epistolã, vt superius Epistola
dixi, non legi, sed si non est dissimilis cæte- ad De-
ris, quæ mihi nota commemorat, non habet metria-
etiam ipsa quod quærimus. dem.

Legant ẽt, inquit, quam ad sacrã Chri Cap. 37
sti virginem Demetriadem in Oriente cõ-
scripsimus, Et inueniẽt nos ita hominis lau- K
dare naturam, vt dei semper gratiæ adda-
mus auxilium. Istam sane legi, mihiq; pene
persuaserat hanc illum gratiam, de qua quæ
stio est confiteri, quamuis in multis eius
opusculi locis sibiipsi contradicere videre-
tur. Sed cum in manus meas & alia venis-
sent, quæ posterius latiusque conscripsit, vi
di quemadmodum potuerit etiam illic gra-
tiam nominare, sub ambigua generalitate
quid sentiret abscondens, gratiæ tamen vo-
cabulo frangẽs inuidiam offensionemq; de-
clinans. Nam in ipsius principio vbi ait,
Proposito insudemus operi, nec mediocri-
tati diffidamus ingenij, quod credimus fide
matris & merito virginis adiuuari, gratiã
qua adiuuamur ad aliquid agendũ mihi vi-
sus fuerat confiteri, nec attẽderẽ hãc eũ po
nere potuisse in sola reuelatione doctrinæ.
Itẽ in eodẽ ope alio loco, Qđ si etiam sine
deo, inqt, homines oñdũt, quales à deo fa-
cti sunt, vide q̃d Chr̃iani facere p̃ũt, quorũ
in me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in melius per Christum instaurata natura
L est, & qui diuinæ quoq; gratiæ iuuantur
auxilio? Naturam in melius instauratam,
remissionẽ vult intelligi peccatorũ. Quod
alio loco in hoc ipso libro satis demonstra-
uit, vbi ait, Etiã illi qui longo peccandi vsu
quodammodo obduruere, instaurari p pœ-
Cap. 38 nitentiã possunt, Auxiliũ vero diuinæ gra-
tiæ põt & hic põere in reuelatiõe doctrinę.

Itẽ alibi in eadẽ Epistola, Nã & si ante
legem, inquit, vt diximus, ac multo ante dñi
nostri & saluatoris aduentum, iusse quidam
& sancte vixisse referuntur, quanto magis
post illustrationem aduentus eius instaura
tos id posse credendũ est, nos qui per Chri
gratiam & in meliorem hominẽ renati tu-
mus, qui sanguine eius expiati atq; munda
ti, ipsiusq; exemplo ad perfectionẽ incitati
iustitiæ, meliores illis esse debemus, qui an-
te legem fuere. Videte quemadmodũ & hic
alijs quidem verbis, sed tñ in remissione
peccatorum, & in exẽplo Christi, adiutoriũ
gratiæ constituerit. Deinde subiungit & di
cit, Meliores etiam q̃ fuere sub lege, dicẽte
Rom. 6. Apostolo, Peccatum vobis non dominabi-
tur, Non.n. sub lege estis, sed sub gratia? Et
qm̃ hinc, inquit, sufficienter, vt puto dixi-
mus, nunc perfectam instituamus virginẽ,
quæ ex vtroq; semper accensa, & naturæ si
M mul & gratiæ bonum, morum sanctitate te
stetur. Et in his verbis debetis aduertere,
ideo illum quod dicebat, sic voluisse cõclu
dere, vt naturæ bonum intelligamus, quod
cum crearemur accepimus, gratiæ aũt, cum
Christi imitatur exemplum, tanq̃ ideo pec
catum non indultum fuerit eis qui sub le-
Cap. 39 ge fuerunt vel sunt, quia exemplum Chri
siue non habuerunt siue non credunt.

Hoc aũt ipsum sapere & alia eius verba
ostendunt, non in hoc libro, sed in tertio p
libero arbitrio, vbi ad eum loquens contra
Rom. 7. quem disputat, qm̃ ille posuerat verba Apo
stoli dicentis, Non quod volo ago: Et, vi-
deo aliam legẽ in membris meis repugnan
tem legi mentis meæ, & cætera q̃ ibi dicun-
tur, iste respondit atq; ait, Hoc.n. quod tu
de Apostolo intelligere cupis, oẽs Ecclesia-
stici viri in peccatoris & sub lege adhuc po
siti asserunt eum dixisse persona, qui nimia
vitiorũ consuetudine velut quadam tenere
tur necessitate peccandi, & quanuis bonum
appeteret voluntate, usu tamen præcipitare
tur in malum. In persona autem, inquit, ho
minis vnius, designat populum sub vetere
adhuc lege peccantem, quem ab hoc con-
suetudinis malo dicit liberandum esse per
Christum, qui credentibus sibi primo om-
nia per baptismum peccata dimittit, deinde
imitatione sui ad perfectam incitat sanctita
tem, & vitiorum consuetudinem virtutum
vincit exemplo. Ecce qũo vult intelligi, ad-
iuuari eos qui sub lege peccant, vt per gra-
tiam Christi iustificati liberentur, tanq̃ ea
non sufficiat sola lex p̃p nimiam peccandi
consuetudinem, nisi Christi accedat nõ in-
spiratio charitatis per spiritum sanctum, sed
intuendum & imitandum in doctrina Eũ
gelica virtutis eius exemplum. Et certe ma
xima hic erat causa exprimendi, quã dice-
ret gr̃am, vbi locũ ipsum de quo respõde-
tur, sic concluſit Apostolus vt diceret, Infe
lix ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gr̃a dei p Iesum Chm̃ do-
minũ nr̃m. Hanc iste cũ constituat, non in
virtutis eius auxilio, sed imitationis exem-
plo, quid amplius de illo sperare debemus,
vbicunq; gratiæ nomen sub ambigua gene
ralitate commemorat?

Itẽ in eodẽ libro ad virginẽ sacrã, vnde
iã ẽt supra disseruimus, vbi ait, Subditi si-
mus deo, eiusq; faciendo voluntatẽ, diuinã
mereamur gratiã, & facilius nequã spiritui
spiritussancti auxilio resistamus. In quibus
eius verbis certe manifestũ est, ita eũ velle
nos adiuuari gr̃a spiritussancti, non quia si
ne illo ẽt per solã naturæ possibilitatẽ non
possumus resistere tentatori, sed vt facilius
resistamus. Quod tñ qualecunq; & quan-
tulũcunq; adiutoriũ, eũ credibile est in hoc
constituere, q̃ nobis additur scientia, reue-
lante spiritu per doctrinã, quã vel non pos-
sumus vel difficile hr̃e possumus p naturã.

Ista sunt quæ in libro quẽ scripsit ad vir
ginem Chri, aduertere potui, vbi videt gra-
tiã cõfiteri, q̃ profecto qualia sint vtiq; cer-
nitis. Legant, inquit, ẽt recens meũ opusc
lũ, quod pro libero nup arbitrio ædere cõ
pulsi sumus, & agnoscent quã iniq; nos ne-
gatione gratiæ infamare gestierint, q̃ p ro-
tũ pene ipsius textum operis perfecte atq;
integre & liberũ arbitriũ cõfitemur & gra
tiã. Quatuor sunt libri opis huius & hos
legi, & ex illis sumpsi, q̃ tractanda & discu
tienda ꝓposui, & vt potui pertractaui, ante
q̃ ad eius has literas, q̃ Romam missę sunt,
veniremus. Sed in his ẽt quatuor libris, quę
cũq; pro gratia videt dicere, qua iuuamur,
vt declinemus à malo bonumq; faciamus,

ita dicit, vt nullo modo à verborum ambi-
guitate discedat, quam discipulis sic posit
exponere, vt nullũ auxiliũ gratiæ credant,
qua nãturæ posibilitas adiuuetur, nisi in
lege atq; doctrina, ita vt ipsas quoq; oratio
nes, vt in scriptis suis apertissime affirmat,
ad nihil aliud adhibendas opinẽt, nisi vt no
bis doctrina etiam diuina reuelatione ape-
riatur, non vt adiuuetur mẽs hominis, vt id
quod faciendũ esse didicerit, etiam dilectio
ne & actione perficiat. Ab illo.n. suo mani-
festissimo dogmate nõ recedit omnino, vbi
tria illa cõstituit, posibilitatẽ, voluntatem,
actionẽ, & solã posibilitatem dicit diuino
semper adiuuari auxilio, voluntatẽ autẽ &
actionẽ, nullo dei adiutorio existimat indi-
gere. Ipsum vero auxiliũ quo posibilitatẽ
naturalẽ perhibet adiuuari, in lege consti-
tuit atq; doctrina, quã nobis fatẽt ẽt sancto
spiritui reuelari, p̃p quod & adorandũ esse
concedit. Sed hoc adiutoriũ legis atq; do-
strinæ ẽt Propheticis fuisse temporibus, ad
iutorium aũtẽ gratiæ, q̃ proprie gratia nun
cupatur, in Christi esse arbitratur exẽplo.
Quod nihilominus ad doctrinam perti-
nere perspicitis, quæ nobis Euangelica præ
dicatur, vt videlicet tanq̃ via demonstrata
qua ambulare debeamus, iã viribus liberi ar
bitrij, adiutorio nullo alterius indigentes,
sufficiamus nobis, ne deficiamus in via, q̃-
uis & ipsam viam contendat etiam sola in-
D genio posse natura, sed facilius si adiuuet
Cap. 42 gratia.

Hæc ergo pro meo captu intelligere po
tui in Pelagij scriptis qs̃ nominauit gra-
tiã. Videtis aũt quod qui ista sentiunt, igno
rantes dei iustitiã, suam volunt cõstituere,
& longe ab illa sunt, quæ nobis ex deo est,
nõ ex nobis, quã in scripturis etiam sanctis
maxime canonicis aduertere atq; agnosce-
re debuerunt. Sed q̃a eas secm̃ suũ sensum
legunt, profecto in illis nec aperte contuen-
tur. Vtinam ergo saltẽ in catholicorũ viro-
rum scriptis, à quibus eas recte intellectas
esse non dubitant, quid sit de adiutorio di-
uinæ gratiæ sentiendum non negligẽter at-
tenderent, nec suæ sententiæ amore nimio
præterirent. Nã iste ipse Pelagius in illo ip
so recenti opusculo suo, cuius se cõmemo-
ratione defendit, id est, in tertio libro pro li
bero arbitrio sanctum Ambrosium quem-
admodum laudet, accipite.

Beatus, inq̃t, Ambrosius Eps, in cuius p
cipue libris Romana elucet fides, q̃ scripto-
rũ inter Latinos flos quidã speciosus eni-
tuit, cuius fidẽ & purissimum in scripturis
sensum, ne inimicus quidẽ ausus est repre-
hendere. Ecce qualibus & quantis prædicat
laudibus, quẽlibet sanctũ & doctũ virũ, ne-
quaquã tñ authoritati scripturæ canonicæ
comparãdum. Quẽ propterea sic iste com- E
mendat, quia videt sibi in quodã loco libro
rũ eius eo teste vti, quo probet hominem
posse esse sine peccato. Vnde nunc non agi-
tur, sed agitur de auxilio gratiæ, quo ad non
peccandũ adiuuamur iusteq; viuendum.

Audiat ergo illum venerabilem antistitẽ Cap. 44
dicentẽ & docentẽ in secundo libro exposi Ambro-
tionis Euangelij secundũ Lucam cooperа- sius sup
ri dñm etiam voluntatibus nostris. Vides Lucam.
vtiq;, inquit, quia vbiq; dñi virtus studijs l. 2. c. 12
cooperatur humanis, vt nemo posit ædifi-
care sine dño, nemo custodire sine dño, ne-
mo quicquã incipere sine dño. Et ideo iux 1. Co. 10
ta Apostolum, Siue manducatis, siue bibitis,
omnia in dei gloriam facite. Videtis quem-
admodum sanctus Ambrosius etiam illud
quod solẽt homines dicere, nos incipimus,
& deus perficit, his verbis abstulit dicẽs, ne-
minem quicquam vel incipere sine deo. Itẽ
in sexto libro eiusdem operis, cum de duo-
bus illis fœneratoris vnius debitoribus age
ret, Secundum hominem, inquit, plus for- Ambro-
tasse offendit, qui plus debuerat, sed per mi- sius sup
sericordiam dñi causa mutatur vt amplius Lucam.
diligat, qui amplius debuit, si tñ gratiam cõ l. 6. c. 31.
sequatur. Ecce apertissime prædicat catho- F
licus doctor etiam ipsam dilectionem, qua
quisq; amplius diligit, ad beneficium gra-
tiæ pertinere.

Ipsam deniq; pœnitentiam, quã procul- Cap. 45
dubio voluntas agit, dñi misericordia & ad
iutorio fieri vt agatur, in decimo eiusdem
operis libro beatus dicit Ambrosius ita lo-
quens, Bonæ lachrymæ quæ culpam lauãt. Ambro-
Deniq; quos Iesus respicit plorant delictũ. sius sup
Negauit primo Petrus & non fleuit, quia Lucam.
non respexerat dñs, negauit secundo & non libr. 10.
fleuit, quia adhuc non respexerat dominus: cap. 96.
negauit & tertio, respexit Iesus, & ille ama- Mat. 29
rissime fleuit. Legant isti Euãgelium, & vi-
deant dominum Iesum tunc intus fuisse,
cum a sacerdotum principibus audiretur,
Apostolum vero Petrum foris & deorsum
in atrio cum seruis ad focum tunc seden-
tem, nunc stantem, sicut veracissima & con
cordissima Euãgelistarum narratione mõ-
stratur. Vnde non potest dici, q̃ corporali-
bus

bus oculis eum dñs visibiliter admonendo respexerit. Et ideo quod ibi scriptum est, Respexit eum dñs: intus actum est, in mente actum est, in voluntate actũ est. Misericordia dñs latenter subuenit, cor tetigit, me
G moriam reuocauit, interiore gratia sua visitauit Petrum, interioris hominis vsq; ad exteriores lachrymas mouit & produxit affectum. Ecce quemadmodũ deus adiuuando adest voluntatibus & actionibus nostris. Ecce quẽadmodũ & velle & operari operatur in nobis. Item in eodem libro idem sanctus
Vbi supra. Ambrosius, Nam si Petrus, inquit, lapsus est, qui dixit, Et si alij scandalizati fuerint,
Psal.29. ego non scandalizabor: quis alius iure de se præsumat? Deniq; Dauid, q̃a dixerat, Ego dixi in mea abundantia non mouebor in ẽternum: suã sibi iactantiã obfuisse profitẽtur dicens, Auertisti faciẽ tuam, & factus sum conturbatus. Audiat iste tm̃ virum docẽtẽ, imitetur credentem, cuius fidem doctrinãq; laudauit. Audiat humiliter, imitetur fideliter, non de se pertinaciter præsumat ne pereat. Quid in eo pelago vult mergi Pelagius, vnde per petram liberatus est Petrus?

Audiat eundem antistitem dei in sexto
Cap.46 libro eiusdem operis dicentẽ, Cur aũt non receperint eum, Euangelista ipse memora-
Lucę.9. uit dicens, quia facies eius erat eũtis in Hierusalem, discipuli aũt recipi intra Samariã gestiebant. Sed deus quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. O sensum hominis dei, ex ipso haustum fonte gratiæ dei.
H Deus, inquit, quos dignatur vocat, & quem vult religiosam facit. Videte si non prophe-
Exo.33. ticum illud est, Miserebor cuius misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Et illud Apostolicum, Non vo-
Rom.9. lentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Quia vt dicit etiam nostrorum temporum homo, eius quem dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Nunquid aliquis dicere audebit, nõdum esse religiosum, qui currit ad deum, ab eo se regi cupit, & voluntatem suam ex eius voluntate suspendit, & q ei adhærendo iugiter, vnus secundum Apo-
1.Co.6. stolũ, cũ eo fit spiritus? At hoc totum tam magnum religiosi hominis opus, Pelagius non dicit effici, nisi arbitrij libertate. Contra autem beatus Ambrosius, ipsius tã excellenter ore laudatus, Dñs deus inq̃t, quẽ dignat vocat, & quẽ vult religiosum facit. Ergo vt currat ad dñm, & ab eo se regi cupiat, suãq; voluntatẽ ex eius voluntate suspendat, eiq; adhærẽdo iugiter, vnus secũm Apostolũ cũ eo fiat spiritus, deus quẽ vult religiosum facit. Et hoc totũ homo nisi religiosus non facit. Quapropter nisi à deo fiat vt hoc faciat, quis hoc facit?

Sed quia ista quæstio, vbi de arbitrio vo- Cap.4
luntatis & dei grã disputatur, ita est ad discẽdum difficilis, vt qñ defendit liberũ arbitrium, negari dei gratia videatur, qñ autẽ asseritur dei gratia, liberũ arbitrium putẽt auferri, potest Pelagius ita se latebris obscuritatis inuoluere, vt etiã ijs q̃ à sancto Ambrosio conscripta posuimus consentire se dicat, Et ea se quoq; sentire proclamet sempq̃ sensisse, atq; ita singula conetur exponere, vt etiam eius sententiæ conuenire credantur. Quapropter quãtũ attinet ad istã, de diuina gratia & adiutorio quæstionem, tria ista quæ apertissime distinxit attẽdite, posse, velle, esse, id est, possibilitatẽ, voluntatẽ, actionem. Si ergo consenserit nobis non solam possibilitatem in homine, ẽt si nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoq; voluntatem & actionem. i. vt bene velimus, & bene agamus, quæ nõ sunt in homine, nisi qñ bene vult & bene agit, Si vt dixi, consenserit etiam ipsam voluntatẽ & actionem diuinitus adiuuari, vt sine illo adiutorio nihil bene velimus & agamus, eamq; esse gratiã dei per Iesum Chr̃m dñm nostrum, in qua nos sua, non nostra iustitia iustos facit, vt ea sit vera nostra iustitia, q̃ nobis ab illo est nihil de adiutorio gratiæ dei, quantum arbitror, inter nos controuersiæ relinquetur.

Illud autem propter quod sic laudauit Cap.4
sanctum Ambrosium, quia. s. in scriptis eius quos inuenit ex laudibus Zachariæ & Helizabet, posse hominẽ in hac vita esse sine peccato. Quanquam negandũ non sit, si hoc velit deus, apud quem sunt omnia possibilia, considereret tũ diligentius quemadmodum dictũ sit. Dictum enim est quantum mihi videtur secundum quandam inter homines cõuersationem probabilem atq; laudabilem, quã nullus hominum iuste posset in accusationis & criminationis querelã vocare, Quapropterea in dei conspectu Zacharias & eius vxor habuisse referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione fallebant, sed vt apparebant hominibus, ita noti erant oculis dei. Non aũt dictũ est, hoc secũm illã perfectionẽ iustitiæ, in qua vere atq; omnino immaculati perfectiq; viuemus: nam & Apostolus Paulus dixit, secũm iustitiam, quæ ex lege est, se fuisse sine querela in qua legeetiam Zacharias sine querela conuersabatur. Sed hanc Apostolus iustitiã in sterco
L ribus & detrimentis deputauit, in cõparatione iustitiæ quam speramus, & qua nunc esurire ac sitire debemus, vt ea quandoq; saturemur in specie, quæ nunc est in fide, quã
Rom.2. diu iustus ex fide viuit.
Cap.49 Audiat deniq; ipsum venerabilem antistitem, cum exponeret Esaiam Prophetam dicentem, neminem in hoc mundo esse posse sine pctõ, vbi nemo potest dicere, in hoc mundo eum dixisse, velut in dilectione hui⁹ mũdi. De Apostolo etenim loquebatur,
Phil.3. qui dicit, Conuersatio nostra in cœlis est. Hunc ergo sensum memoratus, Eps explicans, Perfectos, inquit, secum multos, ait Apostolus, in hoc adhuc mundo sitos, qui si ad perfectionem verã respicias, perfecti esse nõ poterant. Quia ipse dixit, Videmus nũc
Col.3. per speculum in ænigmate, tũc aũt facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tũc aũt cognoscã sicut & cognitus sũ. Ita & immaculati sunt in hoc mũdo, & immaculati erunt in regno dei, cum vtiq; si minutius excutiatias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato. Illud ergo sancti Ambrosij testimonio, quo pro sua sententia Pelagius vtitur, aut secũdum quemdam modũ dictum est, probabilem quidem, sed nõ minutius excussum, aut certe si ille vir sanctus atq; humilis Zachariam & Helizabet sum
Lmæ atq; omnino perfectæ iustitiæ, cui nihil addi iã posset, fuisse existimauit, pfecto sententiã suã minutius excuti ẽdo correxit.

Attendat sane iste in eodẽ ipso loco vn de hoc Ambrosium testimoniũ, qđ ei placebat, assumpsit, etiã illud eũ dixisse, qđ ab initio esse immaculatũ humanæ impossibilitatẽ, q̃ Pelagius nõ vult fideliter resistere, pctõ eẽ vitiatã, & ideo iactãter extollit enerue, infirmãq; testat venerãdus Ambrosius, p culdubio cõtra istius volũtatem, sed nõ contra Apostolicã veritatẽ, vbi legit, Fuimus & nos aliq̃n natura filij iræ sicut & cæteri. Ipsa ẽ. n. p pctm̃ primi hominis, qđ ex libero eius venit arbitrio, vitiata & damnata natura. Cui sola per mediatorẽ dei & hominum & omnipotentem medicum diuina subuenit gratia, de cuius adiutorio ad iustificationem nostrã, quo deus diligen tibus eũ omnia cooperatur in bonum, quos
Rom.8. prior dilexit donans eis vt diligerentur ab
1.Ioã.4. eis, quia diu est vt differimus, deinceps in
Rom.15 cipiamus, quantum dominus adiuuerit etiam peccato, q̃ per vnum hominem, cum morte intrauit in mundum, atq; ita in omnes homines pertransijt, aduersus istos, qui in errorem huic contrarium veritati, aper A tius eruperunt, quæ satis esse videbuntur exprimere.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Pelagium & Celestium de peccato originali Liber Secundus.

IAm nunc diligenter aduertite de baptismate paruulo Cap.1.
rum, quam caute debeatis audire homines eiusmodi, qui neque aperte illi ætati lauacrũ regenerationis & peccatorum remissionis, audẽt negare, ne hoc Chr̃ianæ aures ferre non possint, & tamẽ opinionem suam, qua putãt pctõ primi hominis carnalẽ generationẽ obnoxiã non teneri, tueri & defensare persistũt, quanuis eis baptismũ videant in remissionẽ pctõrũ cõcedere. Nẽpe vosipsi a Pelagio præsente scripsistis audisse recitãte vobis de libello B suo, quẽ ẽt Roma se misisse asserebat, q̃ ijsdẽ sacrũ verbis dicant debere baptizari infantes, q̃bus & maiores. Quis post ista verba putaret eis de hac re vllã mouẽdã eẽ qõnẽ, aut eis faceret? Cui uero calũniosissimi viderẽt, si nõ eorũ manifesta verba legerentur, vbi negãt paruulos trahere originale peccatũ omnes, q̃ sine vllo vitio natos esse contendunt?

Et Celestius quidem in hoc extitit erro Cap.2.
re liberior, vsqueadeo, vt neq; in Episcopali iudicio apud Carthaginem damnari voluerit eos, qui dicunt q̃ peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanũ, & quòd infantes qui nascuntur, in eo statu sint, in quo Adam fuit ante præuaricationem. Et in vrbe Roma in libello suo, quem beatissimo papæ Zosimo dedit, id asseuerauit expressius, q̃ paruulorum neminẽ obstringat originale peccatũ. De gestis enim Ecclesiasticis Carthaginensibus hæc eius verba descripsimus.

Aure-

ap C. 3. Aurelius Episcopus dixit, Sequentia recitentur. Et recitatum est, q̃ peccatum Adæ ipsi soli obfuerit, & non generi humano. Et cum recitatum esset, Celestius dixit, De
C traduce peccati me dubium esse, iam tamen ut cui donauit deus gratiam peritię consentiam, quia diuersa ab eis audiui qui utique in Ecclesia catholica constituti sunt presbyteri. Paulinus diaconus dixit, Dic nobis nomina ipsorũ. Celestius dixit, Sanctus presbyter Rufinus Romæ qui mansit cum sancto Pammachio. Ego audiui illum dicentem, quia tradux peccati non sit. Paulinus diaconus dixit, Est aliquis alius? Celestius dixit, Audiui & plures dicere. Paulinus diaconus dixit, Dic nomina ipsorũ. Celestius dixit, Non tibi sufficit vnus sacerdos? Et post alio loco, Aurelius Episcopus dixit, Reliqua libelli legantur. Et recitatum est, infantes qui nascunt, in eo statu sint, in quo fuit Adam ante transgressionem, usque in finem libelli minoris superius inserti.

Cap. 4. Aurelius episcop⁹ dixit, Docuisti Celesti aliquando, ut dixit diaconus Paulinus, q̃ infantes qui nascũtur, in eo statu sint in quo fuit Adam ante transgressionem. Celestius dixit, Exponat quod dixit ante transgressionem. Paulinus diaconus dixit, Tu nega hoc te. Vnum est ex duobus aut ne-
D get se docu sse, aut iam damnet istud. Celestius dixit, Iam dixi, exponat quomodo dixit, ante transgressionem. Paulinus diaconus dixit, Nega te illa docuisse. Aurelio⁹ Episcopus dixit, Rogo, q̃d collegerim ego ex huiusmodi obiectione, dico Adam constitutus in paradiso, quod ante dicatur inexterminabilis factus, postea per transgressionem præcepti factus sit corruptibilis, Hoc dicis frater Paulinę? Paulinus diaconus dixit, Hoc domine. Aurelius Episcopus dixit, Status certe infantium hodie baptizandorum, vtrum talis sit qualis fuit ante transgressionem Adæ, an certe de eadem origine peccati, de qua nascitur transgressionis culpam trahat? Hoc vult diaconus Paulinus audire. Paulinus diaconus dixit, Vtrũ docuit hoc, an non? neget. Celestius dixit, Iam de traduce peccati dixi, quia intra catholicam constitutos plures audiui destruere, nec non & alios arguere, licet quæstionis res sit ista, non hæresis, infantes sẽper dixi egere baptismo, ac debere baptizari. Quid quærit aliud? Nempe cernitis sic Celestium concessisse paruulis baptismum, vt in eos transire primi hominis peccatum, quod lauacro regenerationis abluitur, no-
E luerit confiteri, quanuis & negare non ausus sit. Et propter hanc dubitationem suam non damnauerit eos qui dicunt, quòd peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum, & quòd infantes qui nascũtur, in eo statu sint in quo Adam fuit ante prævaricationem.

In libello autem quem Romę ædidit, qui gestis ibi Ecclesiasticis allegatus est, ita de hac re loquitur, vt hoc se credere ostendat, vnde hic dubitare se dixerat. Nã uerba eius ista sunt, Infantes autem, inquit, debere bapizari in remissionem peccatorum secundum Euangelij sententiam confitemur, quia dominus statuit regnum cœlorũ non nisi baptizatis posse conferri, quod quatuires naturæ non habent, conferre necesse est per gratiæ libertatem. Si nihil de hac re deinceps diceret, quis non eum crederet cõfiteri, etiam infantibus in baptismo originalí peccata dimitti, dicendo eos in remissionem peccatorum baptizari oportere? Hinc ergo est & illud quod scripsistis, sic uobis respondisse Pelagium, quod eisdem quibus & maiores sacramenti verbis baptizantur infantes, uosq; lætatos fuisse, id quod cupiebat audisse, & tamẽ adhuc de uerbis eius nos maluisse cõsulere. Attẽdite itaq; quod Celestius apertissime dixerit, & ibi videbitis quid uobis Pelagius occultauerit, Celestius quippe adiungit et dicit, In remissionem ãt peccatorum baptizandos infantes non idcirco diximus, vt peccatum ex traduce firmare uideamur, quod longe a catholico sensu alienum est, quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine, quia non naturæ delictum, sed uoluntatis esse demonstratur. Et illud ergo cõfiteri congruum, ne diuersa baptismatis genera facere videamur, et hoc præmunire necessarium est, ne per mysterij occasionem, ad creatoris iniuriam malum antequã fiat ab homine, tradi dicatur homini per naturam. Hunc sensum suum uobis aperire Pelagius, uel timuit, uel erubuit, quem discipulus eius palã sine ullius obscuritatis ambagibus apud sedem Apostolicam profiteri non timuit, nec erubuit. Sed multum misericors memoratę sedis antistes, ubi eum uidit sed ri tanta presumptione præcipitem, tanquã furentem, donec si posset fieri, resipiscere, maluit eum sensim suis interrogationibus &

& illius responsionibus colligare, quàm districtam ferendo sententiam in illud abrupt̃um, quo iam pendere videbatur, impelle re. Ideo autem nõ dixi aperte ceciderat, sed propendere videbatur, quia superius in eodem libro suo de huiusmodi quæstionibus
G locuturus ante prædixerat, Si forte vt homi nibus quispiam ignorantiæ error obrepserit, nostra sententia corrigatur.

Hanc eius prælocutionem venerabilis Papa Zosimus tenẽs, egit cum homine, quẽ H fallæ doctrinæ ventus inflauerat, vt ea quæ illi à diacono Paulino fuerant obiecta damnaret, atque vt sedis Apostolicæ literis, quæ à sanctæ memoriæ suo præcessore manauerant, præberet assensum. At ille noluit quidem diaconi obiecta damnare, sed beati papæ Innocentij literis non est ausus obsistere, immo se omnia, quæ sedes illa damnaret, damnaturum se esse promisit, atque ita velut phreneticus, vt requiesceret tanquam leuiter fotus, à vinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse soluendus. Sed interposito duorum mensium tempore donec rescriberetur ex Aphrica, resipiscentiæ locus sub quadam medicinali sententię I dispositi peruicaciæ vanitate, quid promisset se consensurum esse respondeat, diligenter legeret, sanaretur. Sed postea quam ex Aphricano Episcoporum concilio rescripta directa sunt, quid fuerit consecutum, vt iustissime in eum sententia proferretur, cunctis legite, quia cuncta transiimus.

Vnde etiã Pelagius si seipsum & sua scripta sine dolo cogitat, non recte dicit eadem sententia se non debuisse teneri, Fefellit.n. iudicium Palæstinum, propterea ibi videtur esse purgatus, Romanam vero Ecclesiã, vbi eum esse notissimũ scitis, fallere vsque quaque non potuit, quanuis & hoc fuerit uerũq; conatus, sed vt dixi, minime valuit. Recoluit.n. beatissimus papa Zosimus, q̃d imitandus præcessor eius de ipsis senserit gestis. Attẽdit etiam quid de illo sentiret prędicanda in domino Romanorum fides, quorum aduersus eius errorem pro veritate catholica, studia cõsonantia cõcorditer flagrare cernebat, Inter quos ille diu vixerat, & quos eis dogmata latere nõ poterant, Qui Celestiũ eius eẽ discipulũ sic nouerãt, vt fidelissimũ, & firmissimũ possent de hac re testimoniũ phibere. Quid ergo de Palæstinæ synodi gestis, q̃bus se Pelagius absolutũ esse gloriatur, sanctus papa Innocentius iudicauerit, quãuis & in literis eius, quas nobis rescripsit, legere posuitis, & commemoratum eum venerabili papæ Zosimo synodus Aphricana respondit, quod vestræ charitati cũ cæteris instructionibus misimus, tamen nec in hoc opere prætereundum videtur.

Cum.n.nos in Epistola, quã ei quinque Episcopi scripsimus, eorundem gestorũ Palæstinorum quorum ad nos iã fama peruenerat, commemorationem fecissemus, dicentes in Oriente, vbi degit, gesta Ecclesiastica facta esse: quibus putatur esse purgatus, atq; ad hoc inter cætera ille rescriberet, Cũ sint, inquit, aliqua in ipsis posita gestis, quæ obiecta, partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsa, quam vera ratione, vt ad tempus poterat videri purgauit, negando alia, alia falsa interpretatione vertendo. Sed vtinam, quod optandũ magis est, iam se ille ad verã catholicæ fidei viã ab illo suo errore cõuertat, & cupiat velitq; purgari, considerans quotidianam dei gratiam, adiutoriumq; cognoscens, vt videatur vere & approbetur ab omnibus, manifesta ratione correctus, non gestorum iudicio, sed ad catholicam fidem corde conuerso. Vnde non possumus illorum, nec approbare, nec culpare iudicium, cum nesciamus vtrum vera sint gesta, aut si vera sint, cõstet magis subterfuisse, quã se tota veritate purgasse. Videtis certe in his verbis, quemadmodum papa beatissimus Innocentius nõ K tanquam de incognito loqui videatur. Videtis qualem tulerit de illius purgatione sententiam. Videtis quid successor eius sanctus papa Zosimus recolere debuerit, sicut recoluit, vt in eo sui præcessoris iudicium, remota cunctatione firmaret.

Iam nunc diligenter attendite, vnde mõ Cap. 10 stretur q̃ Palæstinos Pelagius fefellerit iudices. Vt alia taceam, in hac ipsa quæstione de baptismate paruulorum, ne forte cuipiã in eo q̃ diximus, eum sensum, in quo liberior Celestius fuit, nobis occultasse Pelagium, cum & ipse non aliter sentiat, calumniari potius vel suspicari, quam certum aliquid comprehendisse videamur. Nempe iã superius satis claruit, propterea Celestium voluisse damnare, q̃ dicit Adæ peccatum ipsi soli obfuisse, non generi humano, & in-

Ex epistola Innocẽtij cap. 9.

fantes qui nascuntur in eo statu esse, in quo Adã fuit ante prævaricationẽ, qa videbat si ista dãnaret, confirmare se in infantibus peccati ex Adã trãsitũ. Hæc aũt cũ fuissent obiecta Pelagio, q̃ ea cum Celestio etiã ipse sentiret, sine vlla retractatione dãnauit.

L Quod licet vos legisse sciam, tñ quia non solis vobis hoc scribitur, ne pigeat lectorem ad ipsa gesta recurrere, vel si ea non habet, etiã cum labore perquirere, ipsa inde verba transcribimus, quæ infra scripta sunt.

Quo cõuictus sit Pelagius. Cap. 11

Synodus dixit, Nunc q̃m anathematizauerit Pelagius incertum stultiloquiũ, recte respondemus, hominẽ cum adiutorio dei & gratia posse esse, ἀναμάρτητον, id est, sine peccato, rñdeat & ad alia capicula, Aliud capitulum in doctrina Celestij discipuli Pelagij, ex eis quæ Carthagine à sancto Aurelio Carthaginensi Epo cum alijs Epis audita sunt & commemorata: Adã mortalem factum, qui siue peccaret, siue nõ peccaret, moriturus esset, Q̃m peccatum Adę ipsum solum læserit, & nõ genus humanum. Q̃m lex sic mittat ad regnum, quemadmodum & Euangelium. Q̃m ante aduentum Christi fuerint homines sine peccato. Q̃m infantes nuper nati in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationẽ. Q̃m neq; per mortem vel prævaricationem Adæ oẽ genus humanũ resurgat. Q̃m sanctus Eps Augustinus aduersus discipulos eius in Sicilia respondit Hilario ad subiecta capitula, scribens librum in quo ista continentur, Posse hominem sine peccato esse, si velit: Infantes, & si non baptizentur, habere vitam æternam: Diuites baptizatos nisi omnibus abrenuncient, si quid boni nisi fuerint facere, non reputari illis, neque regnũ dei posse habere. Pelagius dixit, De posse quidem hominem sine peccato esse, dictum est superius. De eo autem quod fuerint homines ante aduentum dñi sine peccato, dicimus & nos, q̃m ante aduentum Christi uixerunt quidam sancte & iuste, secundum scripturarum sanctarum traditionem. Reliqua vero & secundum ipsorum testimoniũ, quia ista non sunt pro quibus ego satisfacere debeam, sed tũ ad satisfactionem sanctæ synodi, anathematizo eos, qui sic tenẽt, aut aliquando tenuerunt.

M

Pelagius & Celestius. Cap. 12.

Ecce vt alia omittam, videtis anathematizasse Pelagium eos, qui tenent q̃ Adæ peccatum ipsum solum læserit & non genus humanum, & quòd infantes qui nascuntur in eo statu sint in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quid ergo hic aliud Episcopi iudices intelligere potuerunt, nisi eum confiteri q̃ peccatum ex Adam in parvulos transeat? Quod ne confiteretur Celestius, hæc damnare noluit, quæ iste damnauit. Proinde si ostendero, et ipsum nihil aliud sentire de paruulis, nisi q̃ sine vlla culpa iusquam vitij contagione nascuntur, quid inter istum & Cœlestium in hac quæstione distabit, nisi q̃ ille apertior, iste occultior fuit, ille pertinacior, iste mendacior: vel certe ille liberior hic astutior. Ille.n. nec in Ecclesia Carthaginensi dãnare voluit, quod in Romana postea se tenere confessus est, & corrigi paratũ se esse professus est, si ei tãquam homini error obrepsit. Iste autem & illud dogma damnauit tanquam contrariũ ueritati, ne ipse a catholicis iudicibus damnaretur, & id sibi defendendum postea reseruauit, aut mendaciter damnans, aut calide interpretans.

Sed video de me iam iustissime postulari, vt q̃ promisi, vtrum & ipse hoc sentiat Pelagius, demonstrare non differam. Et primo quidem quod Celestius, demonstrare non differam. Et primo quidem quod Celestius, demonstrare non differam. In primo libro recentioris operis sui, quod scripsit pro libero arbitrio, cuius operis in Capitulis literis Roma misit, commemorationẽ fecit, Oẽ, inquit, bonum ac malũ, quo vel laudabiles uel vituperabiles sumus, non nobiscũ oritur, sed agitur à nobis: capaces.n. vtriusque rei non plenè nascimur, & vt sine vitio procreamur. Atque ante actionem propriæ voluntatis, id solum in homine est quod deus condidit. Nempe in his Pelagij verbis, quod dogma contineatur amborum de paruulis sine vllius vitij ex Adam contagione nascentibus. Non itaq; mirum est, q̃ eos qui dicunt Adæ peccatum ipsi soli obfuisse & non generi humano, & infantes qui nascuntur in eo statu esse in quo fuit Adam ante prævaricationem, Celestius damnare noluit, sed multum mirum est, qua fronte Pelagius ista damnauerit. Si.n. sicut dicit malum non nobiscum oritur, & sine vitio procreamur, atq; ante actionem propriæ voluntatis id solum in homine est quod deus condidit, q̃ fecto peccatum Adæ, ipsi soli obfuit, quia nullum in prolẽ transitum fecit. Nõ.n. peccatum non est malum, aut pctũ non est vitium, aut peccatũ deus condidit. Dicit aũtẽ iste, malum non nobiscum oritur, & sine vitio procreamur, & hoc solum est in nascentibus, quod deus condidit. Ac per hoc cũ peccatũ Adæ ipsi soli obfuisse, nõ generi humano sedm istam suã sententiam, verisimũ putet, cur hoc dãnauit Pelagius, nisi vt iudices catholici fallerentur? Similiter & illud dici potest, Si malũ non nobiscum oritur, & sine vitio procreamur, idq; solũ est in homine nascente, qd̃ deus cõdidit, proculdubio qui nascuntur infantes, in eo statu sunt in quo Adam fuit ante prævaricationem, cui nullum malũ vitiũq; inerat, atque id solum in illo erat, qd̃ deus condiderat. Et tũ anathematizauit Pelagius, qui tenent aut aliqñ tenuerunt, in eo statu esse recentes ab ortu paruulos, in quo Adã fuit ante prævaricationẽ, id est, sine vllo malo, sine vllo vitio, id solũ habẽtes, qd̃ deus condidit. Vt quid ergo & hoc damnauit Pelagius, nisi vt catholica synodus falleretur, ne nouus hæreticus damnaretur?

Cap. 14.

Quod aũt, scitis, & qd̃ in eo etiam libro posuit, quẽ de gestis Palæstinis ad venerationẽ Pelagij totam istã quæstionẽ consumptam esse gaudebam, confessusq; mihi apertissime videbatur, esse in paruulis originale peccatum, anathema dicendo eis, qui peccato Adæ ipsum solũ, non etiam genus humanum crederent læsum, & in eo statu opinarentur eẽ paruulos, in quo ille homo primus ante prævaricationem fuit. Sed postea cũ legissem quatuor eius libros, de quorum primo libro paulo ante commemoraui verba descripsi, & inuenissem hominem adhuc contra catholicã fidẽ de paruulis sentientẽ, prius mirari cœpi tam impudẽs in Ecclesiastico iudicio, & de tanta qõne mẽdaciũ. Si.n. coldẽ libros ante iam scripserat, quõ se dixit eos anathematizare, q̃ sic aliqñ tenuerunt? Si aũt postea illud opus polliciti ẽ, quomodo anathematizauit, qui sic tenent? Nisi ridicule forte dicturus est, eos se damnasse q̃ sic aliqñ tenuerũt & qui sic tenent, de tpe autẽ futuro, id est, eis qui sic tenebunt, qui sic tenebunt, qui sic tenebunt, qui sic fuerant retenturi, nec sibi, nec aliis prædicarem potuisse, & ideo non fuisse mentitum, qa postea deprehensis est sic tenere. Sed non hoc dicit, nõ solũ quia ridiculum est, sed quia verũ esse non potest. In eisdẽ quippe libris, & contra peccati ex Adam in paruulos trãsitum loquitur, & de gestis Palæstinæ synodi gloriatur, vbi eos qui sic tenent, veraciter damnasse putatus est, & absolutionem suam falleudo furatus est.

Quid enim ad rem de qua nunc agimus pertinet quod discipulis suis respondet, lõ se illa obiecta damnasse, qa & ipse dicit, nõ tantum primo homini, sed etiã humano genẽri primum illud obfuisse peccatum, non propagine sed exemplo, id est, non q̃ ex illo traxerint aliquod vitium, qui ex illo propagati sunt, sed q̃ eum primum peccantem imitati sunt omnes, qui postea peccauerũt, Aut quia dicit ideo infantes non in eo statu esse, in quo fuit Adam ante prævaricationem, quia isti præceptum capere nondũ possunt, ille autem potuit, nondumq; vtuntur rationalis voluntatis arbitrio, quo ille nisi vteretur, non ei præceptum daretur. Quid hoc ad rem pertinet, quia verba sibi obiecta sic exponendo recte se putat damnasse, q̃ dicitur peccatum Adæ ipsi soli obfuisse & non generi humano, & infantes q̃ nascuntur, in eo statu esse in quo Adã fuit ante peccatum, & tamen his damnatis non mendaciter tenere, quod in eius postea conscriptis opusculis inuenitur, sine ullo vitio paruulos nasci, & hoc solum in eis esse qd̃ deus condidit, non vulnus quod inimicus inflixit?

Mira Pelagii ter giuersatio. Cap. 15. E

Cap. 16.

Nũquid hæc dicẽdo verba propter aliud obiecta, aliter exponendo, id agit, vt se iudices non fefellisse demõstret? Prorsus nõ id efficit, Tanto.n. iudices fefellit occultius, quanto exponit ista versutius. Epi quippe catholici, qñ audiebant hominem anathematizantem eos, qui dicunt Adæ peccatum ipsi soli obfuisse, non generi humano, nihil aliud eũ sapere existimabãt, q̃ id qd̃ catholica Ecclesia prædicare consueuit. Vnde F ueraciter paruulos in pctõrũ remissionem baptizat, non quæ imitando fecerunt, pp primi pctõris exemplum, sed quæ nascendo traxerunt pp originis vitium. Et qñ audiebant anathematizantem eos, qui dicunt infantes qui nascuntur in eo statu esse in quo Adã fuit ante prævaricationem, nihil eum aliud dicere credebant nisi eos qui paruulos putant nullum ex Adam traxisse peccatũ, & sedm hoc in eo statu eẽ in quo fuit ille ante peccatũ. Etenim hoc illi obiicerẽ, non aliud, unde quæstio versabatur. Proin de cum hoc iste sic exponit, vt dicat infantes ideo non in eo statu esse in quo Adam fuit ante peccatum, quia nondum sunt in eadem firmitate mentis aut corporis, non q̃ in eos transierit vlla culpa propaginis, respondeatur ei. Quando tibi illa damnanda

obijciebantur,non ea catholici Epi sic intel
ligebant,ideo cum illa damnares,catholicũ
te esse credebant. Propterea ergo q̃ te illi sa
pere existimabant,absoluendum fuit, quod
uero tu sapiebas,dãnandũ fuit. Nõ ergo tu
absolutus es,qui dãnanda tenuisti, sed illud
absolutũ est,quod tenere debuisti. Vt autẽ
G tu absolutus putareris, creditus ei tentire
laudanda,cũ te iudices non intelligerẽt oc-
cultare damnanda. Recte Celestij socius
iudicatus es,cuius manifestas te esse partici
pẽ. Et si in iudicio tuos cooperuisti libros,
tũ post iudicium ædidisti.

Cap.17. Quæ cũ ita sint, profecto senties in tam
nephandi errori authores,Episcopalia cõci
lia & Apostolicã sedẽ, uniuersamq; Roma
nam Ecclesiam, Romanumq; imperiũ,qđ
deo propicio Christianum est, rectissime
fuisse cõmotum,donec resipiscant de diabo
2.Ti.2. li laqueis. Quis enim scit,ne forte det illis
deus pœnitentiam ad cognoscendam & cõ
fitendam,& prædicandã et ueritatem,dam-
nandamq; ueraciter damnabilẽ falsitatem?
Quoquo modo autẽ se habere isti uelint,
multis tũ misericordia dñi esse consultum,
qui eos propterea sectabantur, quia catho-
licæ communioni uidebant esse sociatos,du
bitare non possumus. Quomodo autem Pe
lagius tentauerit obrepere ad fallendum et
Apostolicæ sedis Episcopale iudicium in
hac ipsa qõne de baptismate paruulorum,
diligenter attendite. In literis enim quas
Romam misit ad beatæ memoriæ papã In-
H nocentium,qm̃ eum in corpore non inuene
runt,& sancto papæ Zosimo datæ sunt,atq;
ad nos inde directæ, dicit se ab hominibus
infamari,q̃ neget paruulis baptismi sacrm,
& absq; redemptione Christi aliquibus cœ-
lorum regna promittat. Sed non sic de illis
hæc obijciuntur vt posuit. Nam neq; paru
ulis negant baptismi sacrm,neq; absq; re-
demptione Christi aliquibus cœlorũ regna
promittunt. Itaq; unde se quæritur infama
ri,eo modo proposuit,vt facile posset crimi
ni obiecto saluo suo dogmate respondere.

Cap.18 Obijcitur autem illis,quòd non baptiza
tos paruulos nolunt damnationi primi ho-
minis obnoxios confiteri,& in eos transis-
se originale peccatum regeneratione pur-
gandum, qm̃ propter accipiẽdum regnum
cœlorum tantummodo eos baptizandos es
se contendunt, quasi præter regnum cœlo-
rum debere nisi æternam mortem possint,
qui sine participatione corporis & sangui-
nis dñi æternam vitam habere nõ possunt.
Ecce q̃ eis obijcitur de baptismo paruulo-
rũ, nõ q̃ ipse ita proposuit, vt posit suæ p-
positioni quasi aduersantis obiectioni,sdm
sua dogmata respondere. Deniq; quomodo
respondeat aduertite, & videte latebras am
biguitatis falsitati præparare refugia, ostun
dendo caliginem veritati, ita vt etiam nos
cum primum ea legimus,recta vel correcta
propemodum gauderemus. Sed latiores di-
sputationes eius in libris vbi se quantumli
bet operiat, plerunq; aperire compellitur,
fecerunt nobis & ista suscepta, vt attentius
intuentes inueniremus ambigua. Cum.n.
dixisset,nunquam se vel impium aliquem
hæreticum audisse,qui hoc quod proposuit
de paruulis diceret: deinde subiecit atq; ait,
Quis.n.ita Euangelicæ lectionis ignarus é,
qui hoc non modo affirmare conetur, sed
qui vel leuiter dicere, aut etiam sentire pos
sit? Deinde quis tam impius, qui paruulos
exortes regni cœlorum esse velit, dum eos
baptizari & in Christo renasci putat?

Fruſtra ista dicit, Non inde se purgat, In
regnum cœlorum sine baptismo paruulos
intrare non posse,nec ipsi aliqm̃ negauerũt.
Sed non inde quæstio est. De purgatione
originalis peccati in paruulis quæstio est.
Inde se purget, qui non vult fateri laua-
crum regenerationis in paruulis habere,
quod purget. Et ideo cætera, quæ dicturus
est attendamus. Post interpositum.n. ex Ioan.3
Euangelio testiũ,q̃ nisi renatus ex aqua &
spiritusancto,regnum cœlorum nullus pos-
sit intrare, vnde illis, vt diximus, nulla sit
quæstio,secutus adiunxit dicens. Quis ille
tam impius est,qui cuiuslibet ætatis paruu K
lo interdicat communem humani generis
redemptium? Et hoc ambiguum est, qualẽ
dicat redemptionem, Vtrum ex malo ad bo
nũ,an ex bono ad melius. Nã & Celestius
apud Carthaginem in libello suo confessus
est redemptionem paruulorũ, & tũ noluit
confiteri ex Adã in eos transisse peccatum.

Sed quid deinde iste subiungat aduerti- Cap.20
te, Et in perpetuam,inquit, certamq; vitam
renasci vetet cũ qui natus fit ad incertã, id
est quis tam impius est, vt vetet renasci ad
perpetuam,certamq; vitam eum,qui natus
sit ad incertam? Hæc verba qm̃ primitus le
gimus, credimus eum incertam vitam isti
voluisse dicere tpalem, quamuis nobis vide
retur magis eam mortalẽ dicere debuisse,
quã incertã,eo quod certa morte finiatur,
Tamen

Tamen quandiu ducitur,qm̃ momentis o-
mnibus esse non dubitatur incerta, nihil a-
liud eum putauimus, q̃ istam mortalẽ vitã
maluisse dicere incertã. Ac per hoc quãuis
æternam mortẽ paruulorũ sine baptismatis
sacrõ ex hac vita migrantium aperte nolue
rit confiteri:tũ de illo solicitudinem nostrã
quasi certe raciocinatio solabatur. Dicebā-
mus.n. Si perpetua vita sicut confiteri vide
Cap.21. tur,nisi eorum, qui baptizati sunt non po-
test esse,profecto eos qui non baptizati mo
riuntur,mors perpetua consequetur, Quod
nulla iustitia potest accidere his, à quibus
in hac vita nulla peccata commissa sunt, ni-
si originale peccatum.

Sed postea non defuerunt fratres q̃ nos
admonerent,hoc ideo dicere Pelagium po-
tuisse,quia de ista quæstione ita perhibetur
solitus respondere quærentibus,vt diceret,
Sine baptismo paruuli morientes, quo non
eant,scio:quo eant,nescio: id est,non ire in
gnum cœlorum scio,quo vero eant se nesci
re dicebat:aut dicit, quia dicere non aude-
bat,in mortem illos ire perpetuam,quos &
hic nihil mali commisisse sentiebat & origi
nale traxisse peccatum non consentiebat.
Itaq; & ista eius uerba Romam pro magna
eius purgatione transmissa, tam sunt ambi-
gua,vt possint eorum dogmati præbere la-
bulã,vnde ad insinuandum prosiliat hære
ticus sensus, qũ nullo existente qui valeat
respondere,tanquã in solitudine aliquis in-
uenitur infirmus. Iã vero in libro fidei suę,
quẽ Romam cum ipsis literis misit ad eun-
dem Papam Innocentium, ad quem etiam
M Epistolam scripserat,multo euidentius scip
sum tegendo nudauit,dicens, Baptisma v-
rum tenemus, quod hisdem sacrãverbis in
fantibus,quibus etiam in maioribus dici-
mus esse celebrandum. Non saltem dixit,
eodem sacro:quod quidem si dixisset adhuc
esset ambiguum,sed hisdem,inquit,sacramẽ
ti verbis: tanquam infantibus remissio pec
catorum verborum sonitu diceretur, non
rerum ageretur effectu. Visus est tamen ad
tempus aliquid dicere,quod fidei catholicæ
conueniret, sed illam sedem vsq; in finem
fallere non prævaluit, Post rescripta quip-
pe Aphricani concilij, in quam prouinciam
quidem doctrina illa pestifera serpendo p-
uenerat,sed eam non tam late occupauerat,
atq; peruaserat,alia quoque ipsius in ur
be Roma, vbi diutissime uixerat, atque in
his fuerat prius sermonibus contentioni-
busq; versatus, cura fideliũ fratrũ prolata
patuerunt, quæ literis suis quas conscripsit
per orbẽ catholicũ perferendas Papa Zosi
mus execrãda sicut legere potestis,attexuit,
Vbi Pelagius Epistolam Pauli Apostoli ad
Romanos velut exponens argumẽtatur &
dicit,Si Adæ peccatum etiam non peccanti-
bus nocuit,ergo & Christi iustitia etiã non
credentibus prodest. Et cætera huiusmodi,
quæ omnia dño adiuante in libris quos scri
psimus de baptismo paruulorum, refutata A
& dissoluta sunt. Et ea quidẽ in ipsis quasi
expositionibus non ex sua persona est ausus
objcere,sed ibi hoc dicebat,vbi multis no-
tissimus erat,& quid sentiret ac diceret,late-
re non poterat. Quod in libris illis,de quo-
rum primo quiddã supra cõmemoraui, nõ
dissimulanter,sed apertissime quãtis põt di
sputandi viribus agit,vt natura humana in
paruulis nullo mõ ex propagine vitiata cre
dat,cui arrogãdo salutẽ in u det saluatorẽ.

Hæc cum ita sint,cũq; iam constet dog-
ma extitisse pestiferũ & hæreticũ errorem, Cap.22.
quem dño adiuuante apertius iam deuitat
Ecclesia,duobus istis Pelagio.s.& Celestio,
aut in locum pœnitentiæ redactis, aut si id
recusauerint omnino damnatis, qui huius
peruersitatis authores,vel perhibentur,vel
et probantur,vel certe si authores nõ sunt,
sed hoc ab alijs didicerunt,assertores tñ at-
que doctores,per quos id latius reptaret &
cresceret,& uerbis & literis suis, & compe-
tentibus iudicijs & fama, ex his omnibus
surgente & crebrescente iactantur,quid re-
stat, nisi vt quisq; catholicus pro uiribus
quas sumit à dño, redarguat istam pestem,
eiq; uigilanter obsistat, vt cum respondẽdi
necessitate sine studio contentionis pro ve B
ritate certatur, instruantur indocti,atq; ita
in Ecclesiæ conuertatur vtilitatem, quod
est inimicus in pniciem machinatus, iuxta
illud Apostoli, Oportet & hæreses esse, vt
probati manifesti fiant inter vos? Quapro 1.Cn.11.
pter post multa quæ aduersus istũ errorem
inimicũ gratiæ dei,quam per Iesum Chrm
dñm nrm pusillis magnisq; largitur, scribẽ
do disputare potuimus,nunc illud oportet
excutere, quòd volentes hæresos astute in-
uidiam declinare, asserũt istam præter fidei
periculum quæstionem, vt videlicet si in
ea fuerint exorbitasse conuicti, non crimi-
naliter,sed quasi ciuiliter errasse videantur.
Si enim Celestius apud Carthaginem ge-
stis Ecclesiasticis est locutus: Iam, inquit,

de traduce peccati dixi, quia intra catholicã constitutos plures audiui destruere, nec nõ & alios astruere, licet quæstionis res sit ista, non hæresis. Infantes semper dixi egere baptismo, ac debere baptizari. Quid quęrit aliud? Ita hoc dixit, tanquam significare voluerit tunc fuisse hæresim iudicandã, si baptizari debere negaret infantes. Nunc vero
C qm̃ baptizandos fatetur, etiam si cãm baptismatis eorũ non eã dicat, quã veritas habet, sed q̃ ad fidẽ nõ pertinet, non se arbitratur errare, & iõ nõ esse hæreticũ iudicandum.

Quæstiones fidei q̃ proprie. Cap. 23

Itẽ in libello quẽ Romæ dedit, cũ fidem suã à trinitate vnius deitatis vsq; ad resurrectionẽ qualis futura est mortuorũ, de q̃bus eum nullus interrogauerat, & vnde illi nulla quæstio mouebatur, quantum dicere libuit explicasset, vbi ad id quod agebatur eius sermo peruenit. Si quæ vero, inquit, p̃ter fidẽ quæstiones natæ sunt, de q̃bus esset inter plerosq; contentio, non ego quasi author alicuius dogmatis definita hoc authoritate statui, sed ea quæ de prophetarum & apostolorum fonte suscepi, vestri apostolatus offerimus probanda esse iudicio, vt si forte vt hominibus quispiã ignorãtię error obrepserit, vestra scientia corrigatur. Nempe perspicitis id eũ egisse hac prælocutione præmissa, vt si quid in illo apparuisset erroris, nõ in fide, sed in quæstionibus quæ sunt
D præter fidem videretur errasse, vbi etsi corrigendus est error, non tamen tanquam hæresis corrigatur, & qui correptus fuerit, ita dicatur errare, vt non tũ hæreticus iudicetur. Sed multum eum ista fallit opinio. Longe aliter se habẽt quæstiones istæ, quas esse præter fidẽ arbitratur, q̃ sunt illę in q̃bus salua fide christiani sumus, aut ignoratur quid verũ sit, & sententia definitiua suspenditur, aut aliter q̃ est, humana & infirma suspitione conijcitur. Veluti cum quæritur, qualis, vel vbi sit paradisus, vbi constituit deus hominem quem formauit ex puluere, cum tũ esse illum paradisum fides Christiana non dubitet. Vel cum quæritur, vbi sit nunc Helias vel Enoch, an ibi, an alicubi, quos tũ nõ dubitamus in quibus nati sunt,
2.Co.12 corporibus viuere. Vel cum quæritur, vtrũ in corpore an extra corpus in tertium cœlum sit raptus Apostolus, quanquam sit ista impudens inquisitio scire volentium, quod se ille cui hoc præstitum est salua vtique fide nescire testatur. Vel quot sint cœli, in quorum tertium se raptum esse commemorat. Vel vtrum elementa mundi huius conspicabilis quatuor, an plura sint. Quid faciat solem lunamq́ deficere, his defectibus quos prædicare Astrologi certa temporum dinumeratione consuerunt. Cur antiqui homines tam diu vixerint, quam sancta scriptura testatur, & vtrum proportione longioris ætatis filios sera pubertate gignere cœperint. Vbi potuerit Matusalem viuere, qui in arca non fuit, qui sicut in plerisque codicibus & græcis & latinis numerantur anni, reperitur superuixisse diluuio, E vel vtrum paucioribus, qui rarissimi inueniuntur, potius credendum sit in quibus ita est numerus conscriptus annorum, vt ante diluuium defunctus fuisse monstretur. Quis.n. non sentiat in his atque huiusmodi varijs & innumerabilibus quæstionibus, siue ad obscurissima opera dei, siue ad scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quas certo aliquo genere complecti ac definire difficile est, & multa ignorari salua Christiana fide, & alicubi errari sine ali quo hæretico dogmatis crimine.

Sed in causa duorum hominum, quorũ Cap.24 per vnum venundati sumus sub peccato, p alterum redimimur à peccatis, per vnum præcipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam, qm̃ ille nos in se perdidit faciendo voluntatem suã, non eius à quo factus est, iste nos in se saluos fecit, non faciendo voluntatem suam sed eius à quo missus est, In horum ergo duorum hominum causa proprie fides Christiana consistit. Vnus est enim deus, & vnus mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Qm̃ non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, & in illo definiuit deus fidem omnibus, suscitãs illum à mortuis. Itaq; sine ista fide, hoc est sine fide vnius mediatoris dei & hominum hominis Christi Iesu, sine fide, inquam, resurrectionis eius, quam deus hominibus definiuit, quæ vtique sine incarnatione eius ac morte non potest veraciter credi sine fide ergo incarnationis & mortis & resurrectionis Christi, nec antiquos iustos, vt iusti essent à peccatis, potuisse mundari, & dei gratia iustificari, veritas Christiana non dubitat: siue in eis iustis quos sancta scriptura commemorat, siue in eis iustis quos quidem illa non commemorat, sed tã iustos credendi sunt, vel ante diluuium, vel inde vsq; ad datam legem, vel ipsius legis tẽpo-

re, non solum in filiis Israel, sicut fuerunt Prophetæ, sed etiam extra eundẽ populũ, sicut fuit Iob. Et ipsorũ.n. corda eadẽ mundabatur mediatoris fide, & diffundebatur in eis charitas p̃ sp̃m sanctum, qui vbi vult spirat, non merita sequens, sed etiam ipsa merita faciens. Nõ.n. gr̃a, gr̃a erit vllo modo, nisi gratuita fuerit omnimodo. Quãuis ergo mors regnauerit ab Adã vsq; ad Moysen, q̃a non eã potuit vincere, nec lex data per Moysen, non.n. data est q̃ posset viuificare, sed quæ mortuos quibus viuificãdis esset gratia necessaria, nõ solum peccati p̃pagatione & dñatione prostratos, uerũctiã ipsius legis addita præuaricatione cõuictos deberet ostendere, non vt periret quisquis hoc in dei misericordia ẽt tũc intelligeret, sed vt per regnum mortis ad suppliciũ destinatus, etiã sibiipsi p̃præuaricationẽ legis manifestatus, dei q̃reret adiutoriũ, ut vbi abundauit peccatum, superabundaret gr̃a, quæ sola liberat a corpore mortis huius.

Cap.25 Quanuis ergo nec lex per Moysen data potuerit a quoquã homine regnum mortis auferre, erant tamen & legis tempore homines dei, non sub lege terrente, conuincente, puniente, sed sub gratia delectante, sanante, liberante. Erant qui dicerent, Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Et, Non est pax in ossibus meis a facie peccatorum meorũ: Et, Cor mundum crea in me deus, & sp̃m rectum innoua in visceribus meis: Et, Spiritu principali confirma me, & sp̃m sanctum tuũ ne auferas a me, Erant qui dicerent, Credidi p̃p quod locutus sum. Eadẽ quippe & ipsi mundabũtur fide, qua & nos. Vnde & Apostolus dicit, Habentes aũt eundẽ sp̃m fidei, secundum quod scriptũ est, Credidi p̃p quod & locutus sum, & nos credimus, p̃p quod & loquimur. Ex ipsa fide dicebatur, Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, qđ ẽ interpretatum nobiscũ deus. Ex ipsa fide de ipso dicebatur, Et ipse tanq̃ sponsus p̃cedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendã uiam, a summo cœlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summũ cœli, & non est q̃ se abscondat à calore eius. Ex fide ipsa ipsi dicebatur, Thronus tuus deus in seculum seculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participib. tuis. Eodem sp̃ũ fidei ab illis hæc futura uidebãtur, quo a nobis facta creduntur. Neq; n. q nobis ista fideli dilectione prophetare potuerunt, eorum ipsi participes non fuerũt. Et unde est quod dicit Apostolus Petrus, Acto.15 Quid tentatis deum, imponere iugũ supra collum discipulorum, quod neq; nos potuimus portare, sed p gr̃am domini Iesu credimus salui fieri quẽadmodũ & illi: nisi quia & illi per gratiam domini Iesu Christi salui facti sunt, non per lege Moysi, per quam I non sanatio, sed cognitio est facta peccati? Rom.3. Nunc aũt sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas. Sicut go nunc manifestata est, etiam tũc erat, sed occulta. Cuius occultationem significabat Mat.27. tẽpli uelum, quod est ad eius significandã reuelationem Christo moriente cõscissum. Et tunc ergo ista gratia vnius mediatoris dei & hominũ hominis Chri Iesu, erat in populo dei, sed tanquam in uellere pluuia, 1.Ti.2. quam non debitam, sed uoluntariam segregat deus hæreditati suæ inerat latens: nunc aũt uelut siccato illo vellere, hoc est Iudaico populo reprobato in omnibus gentibus tanquam in area cernitur patens.

Non igitur sicut Pelagius & eius discipuli tẽpora diuidamus, dicentes primũ uixisse homines ex natura, deinde sub lege, tertio sub gr̃a. Ex natura. i. ad Adam tã longa ætate, qua lex nondũ erat creata. Tunc. n. aiunt, duce ratione cognoscebatur creator, & quemadmodum esset uiuendũ, scriptũ gerebatur in cordibus, non lege literæ, sed naturæ. Verum uitiatis moribus, inquiunt, vbi cępit non sufficere natura iam decolor, lex ei addita est, qua velut Luna sulgore pristino, detrita rubigine uideretur. Sed posteaquam nimia sicut disputant, pec K candi consuetudo p̃ualuit, cui sanandæ parum valet, Christus aduenit, & tanq̃ morbo desperatissimo, non p̃ discipulos, sed p̃ seipsum medicus ipse subuenit. Hæc disputantes, a gratia mediatoris iustos excludere conantur antiquos, tanquam dei & illorum hominum non fuerit mediator homo Christus Iesus, quia nondum ex vtero virginis carne susceptа, homo nondũ fuit, quando illi iusti fuerunt. Quod si ita esset, nequaq̃ Apostolus diceret, Per hominem mors & per hominem resurrectio mortuo 1.Co.15. rum, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabũtur, quãdoquidem illi antiqui iusti, secundum

istorū vaniloquia sibi sufficiēte natura, nec mediatore homine Chřo indiguerunt, per quem reconciliarentur deo, nec in eo uiui ficabuntur, ad cuius corpus & membra, secundum id quod pp homines homo factus est, nō pertinere monstrantur. Si aūt quem admodum p Apostolos suos veritas loquitur, Sicut in Adam omnes moriūtur, sic & in Chřo oēs uiuificabunt, quia per illum hominē mors, & p istū hominem resurrectio mortuorū, quis audeat dubitare Chřianus, ét illos iustos, qui recentioribus generis humani tēporibus deo placuerunt, ideo in resurrectionem vitæ æternæ, non mortis æternæ esse venturos, qua in Christo uiui
2.Co.15. ficabuntur, Ideo autem viuificari in Xpo,
1.Ti. 2. quoniam ad corpus pertinent Christi, & ideo pertinere ad corpus Christi, qa & ipsis caput est Chřs? Ideo & ipsis caput esse Chřm, quia vnus mediator est dei & hominum, homo Chřs Iesus, Quod eis nō fuisset, nisi in eius resurrectionem, p eius gratiam credidissent. Et hoc qūo fieret, si eum in carne uēturū esse nescissent, neq; ex hac fide iuste pieq; vixissent? Nā si ꝓpterea illis non profuit incarnatio Christi, quia nō dum facta erat, nec nobis prodest iudicium Christi de viuis & mortuis, quia nondum factum est. Si aūt nos per huius nondum facti, sed futuri iudicij fidem stabimus ad dexteram Christi, profecto illi p incarnationis eius tunc nondum factę, sed futuræ fidem mēbra sunt Christi. Neq; n. putandum est q antiquis iustis sola quæ semper erat, diuinitas Chři, non etiam q nondum erat, eius humanitas reuelata profuerit.

Illud enim quod ait dominus Iesus, Abra
Cap.27 hā cōcupiuit diē meū videre, & vidit & ga
Ioan. 8. uisus ē: si diem suū voluit suū ips intelligi,
M testimoniū ꝓfect⁹ phibuit Abrahę, qđ fide fuerit incarnationis eius imbutus. Secundū hūc. n. hēt tēpus, diuinitas vero eius omne tēpus excedit, qa per illā uniuersa facta sunt tēpora. Qđ etsi q̄squā de die sempiterno accipiēdū putauerit, qui nullo finiē crastino, nullo pręuenitur hesterno, hoc est de ipsa æternitate, in qua coæternus est patri quomodo id vere concupisceret Abrahām, nisi eius nosset futuram mortalitatem, cuius quæsiuit æternitatem? Aut si ad hoc aliquis horum uerborum sensum coarctat, vt dicat nihil intelligendum in eo quod ait dominus, quæsiuit deum meum, nisi quæsiuit me, q̄ sum dies permanens, hoc est lumē indeficiens, velut cū dicimus, vitā filii de qua loquitur Euangelium dicens, Sic dedit & filio vitā habere in semetipso, nōn aliud ipsum, aliud eius Ioan. 5. vitā, sed eundē ipsum filiū intelligimus uitā, q̄ dixit, Ego sum via veritas & vita. Et de quo dictū est, Ipse est verus deus & vita æterna: vt hanc eius æqualē patri diuinitatē videre cupiuerit Abrahā, nequaq; incarnationis eius ꝓcognita, sicut eum nonnulli etiam philosophi, quæsierunt, qui nihil de eius carne didicerunt. Nunquid & illud, q̄ A iubet Abraham ponere manum seruū suū Ge. 24. sub femore suo, & iurare per deū cœli, alter quisquam recte intellecturus est, nisi Abrahā scisse, in qua venturus esset deus cœli, carnem de illo femori propagari?

Cuius carnis & sanguinis, qū ipsum Abraham benedixit, Melchisedechēt testimo Cap.18. nium christianis fidelibus notissimū ꝓnu- Ge.14. lit, vt tanto post Christo diceretur in Psalmis, qđ nondū factum est, sed adhuc futurū: eadem tū ipsa & patrum quæ nostra est, fides vna cātabat, Tu es sacerdos in æter- Psal. num, secūdum ordinem Melchisedech. In Adam quippe inuenientibus mortem, per hoc prodest Chřs, qa est mediator ad uitā, non autem per hoc mediator est, q̄ æqualis est patri: per hoc enim quantum patet 1.Ti. 2. tantum & ipse distat à nobis. Et quomodo erit medietas, vbi eadem ipsa distantia est? Ideo Apostolus non ait, vnus mediator dei & hominū Christus Iesus: sed homo Christus Iesus. Per hoc ergo mediator, per qđ homo inferior patre per quod nobis proꝓinquior, superior nobis per quod patri proꝓinquior. Quod apertius ita dicitur, Inferior patre, quia in forma serui: supe- Phil. 2. rior nobis, qa sine labe peccati.

Quapropter quisquis humanam contē dit in qualibet ætate naturam, nō indigere Ca. 20. medico sćdo Adā, qa nō est vitiata in pri- B mo Adā nō in aliqua qōne, in qua dubitari vel errari salua fide pōt, sed in ipsa regula fidei qua christiani sumus, q̄ræ dei contumelia quæ ante fuit, velut adhuc minus malis moribus vitiata, hominū, laudatur natura neq; respiciunt tantis tamq; intolerabilibus peccatis homines tunc fuisse submersos, ut excepto uno homine dei & eius coniuge, tribusq; filiis & totidem nuribus, iusto iudicio dei, sicut igne postea terra exigua So- Cōtra. domorum, ita totus mundos diluuio delere tur?

Ex quo tpe igitur per unum hominē
Gen. 1. pctm intrauit in mundū, & per pctm mors,
Rom. 5. & ita in omnes homines pertransijt, in quo oēs peccauerūt, p fecto vniuersa massa per ditionis facta est possessio perditorum. Ne
Rom. 5. mo itaq; nemo prorsus inde liberatus est, aut liberatur, aut liberabitur, nisi gratia redemptoris.

Et ante Abrahā quidē vtrū aliquo corporali & visibili sacro iusti, vel eorū paruu
Gen. 17. li signarentur, scriptura non exprimit. Ipse tamen Abrahā signum accepit circuncisio-
Rom. 4. nis, signaculū iustitiæ fidei. Et sic accepit, vt
Gen. 17. deinceps ēt omnes paruulos domus suæ circumcidere iuberetur, recentissimos a uiscerib. 10. bus matrum, octauo die natiuitatis eorum, vt etiam hi, qui corde ad iustitiam credere nondum possent, iustitiæ tamen fidei signaculum sumerent. Quod sub terrore tanto est imperatum, vt diceret deus animam illam de suo populo peritura, cuius octauo die præputij circūcisio facta non fuisset. Huius tam horribilis pœnæ iustitia si quæ-
rā, nōne istorū omnis de libero arbitrio & laudabili sanitate, & puritate naturæ, quā
Rom. 9. cū Paulus Apostolus apertissime dicat, nō dum natos nihil egisse boni vel mali. Vnde ergo recte infans illa perditione punitur, ni si quia pertinet ad massam perditionis, & iu stę intelligitur ex Adam natus, antiqui debitę obligatione damnatus, nisi inde fuerit non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus? Quam gratiam, nisi gratiam
Rom. 7. dei, per Iesum Christum dominū nostrū?

Quem profecto inter cætera ueterū sacra, etiam ipsa præputij circuncisio propheraui t. Dies. n. octauus est in hebdomadarū recursibus dies dominicus, quo resurrexit do- 1.Co.10
minus, Et petra erat Christus, unde circūcisionis cultellus petrinus, & caro præputij, corpus peccati.

Mutatis proinde sacramentis, posteaquā Cap.32.
venit, qui eis significabatur esse uenturus, non tū mutato mediatoris auxilio, qui etiā priusquā ueniſſet in carne, antiqua sua mēbra liberabat suæ incarnationis fide, & nos Colo. 2.
cū essemus mortui delictis & præputio carnis nostræ, conuiuificati sumus Christo, in quo circuncisi sumus circuncisione nō manufacta, quam figurabat circuncisio manufacta, ut euacuaretur corpus peccati, cū quo sumus ex Adam nati: damnatæ originis propagatio nos damnat, nisi mundemur similitudine carnis peccati, in qua missus est sine pctō, qui tū de peccato damnauit pctm, factus pro nobis pctm. Vū dicit Apostolus,
Obsecramus p Chřo, reconciliamini deo. 2.Co. 5.
Eum qui non nouerat pctm, pro nobis peccatū fecit, vt nos simus iustitia dei in ipso.
Deus ergo, cui reconciliamur, fecit eū pro nobis pctm, id est, sacrificium, per qđ dimitterentur nostra peccata, qm peccata uocantur sacrificia pro peccat⁹. Et utique ipse p
peccatis nostris immolatus est, nullum hūs Exo.22.
vitium, solus in hominibus, quale quærebatur tūc in pctōribus, quo significabat vnus sine uitio ad uitia sananda venturus. Quocunq; igit die suæ natiuitatis infans baptizetur in Chřo, tanquā in octauo circuncidit die: qm in illo circunciditur, qui tertio qui dē ex quo crucifixus est, sed octauo in hebdomadibus resurrexit die. Circunciditur āt F
in explicationem corporis carnis i. ut debitum, quod cōtagio carnalis gnationis attraxit, gratia spiritas regnationis absoluat, Nul
Iob. 25. lus. n. mundus est à sorde. Qua obsecro sor Coniu-
de, nisi peccati? Nec infans, cuius est unius gium bo
dici vita super terram. num.

Sic autem argumentantur dicentes, Er- Cap. 33
go malum sunt nuptiæ, & non est opus dei homo quem generant nupiæ? Quasi nuptiarum bonum sit morbus concupiscentiæ, in quo vxores diligunt, qui ignorant deum, quod Apostolus prohibet, ac nō potius pudicitia coniugalis, qua in bonos usus ordinate filios procreandi redigitur libido carnalis, aut uero posit esse homo nisi opus dei, non solum qui de coniugio, uerū etiam qui de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de fornicatione, vel de adulterio procreatur. Sed in hac quæstione vbi quæritur, nõ cui rei creator, sed cui saluator sit necessarius, non intuendum est quid boni sit in procreatione naturæ, sed quid in peccato mali, quo certum est vitiatam esse naturã, simul autem vtrunque propagatur, & natura, & naturæ vitium, quorum vnum est bonum, & alterum malum. Illud de conditoris largitate sumitur, hoc de originis damnatione attrahitur. Illi est causa bona uolũtas dei summi, huic mala voluntas hominis primi. Illud indicat deum creaturæ institorem, hoc indicat deum inobedientiæ punitorem. Deniq; idem ipse Christus propter illud creandum factor est hominis, propter hoc sanandum factus est homo.

G

Tria cõiugij bona.

Cap. 34. 1. Ti. 5. 1. Cor. 7.

Bonum ergo sunt nuptiæ in omnibus, quæ sunt propria nuptiarum. Hæc autem sunt tria, generandi ordinatio, fides pudicitiæ, connubij sacramentum. Propter ordinationem generandi scriptum est, Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse. Propter fidem pudicitiæ, Vxor non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & uir non habet potestatẽ sui corporis, sed mulier. Propter connubij sacramentum, Quod deus coniunxit, homo nõ separet. De quibus in alijs opusculis nostris, quæ non sunt incognita, quantum domino adiuuante potuimus, satis nos disseruisse meminimus. Propter hæc omnia honorabiles nuptiæ, in omnibus & thorus immaculatus, Inquantum enim nuptię, bonæ sunt, intantum faciunt plurimum boni, etiam de libidinis malo, quoniam libidine non bene utitur libido, sed ratio. Libido est autem in illa, quam vocat Apostolus repugnantem legi mentis inobedientiũ lege mẽbrorum. Ratio uero bene vtens libidine, ipsa est in lege nuptiarum, Nam si nullum de malo bonum fieri posset, nec deus ex adulterino concuibtu hominem conderet. Sicut ergo adulterij damnabile malum, quando & inde homo nascitur, non imputatur deo, q certe in opere hominũ malo facit ipse opus bonum. Ita quicquid est pudendum in mẽbrorum illa inobedientia, de qua erubuerunt, qui post peccatorũ foliis ficulneis eadem membra texerunt, non nuptijs imputatur, propter quas concubitus coniugalis nõ solum est illicitus, verumetiam vtilis & honestus. Sed imputatur peccato inobedientiæ, cuius hæc pœna est consecuta, vt homo inobediens deo, sua quoque sibi inobedientia membra sentiret, de quibus erubescens quòd non ab arbitriũ uoluntatis eius, sed ad libidinis incentiuũ velut arbitrio pro prio mouerentur, quæ pudenda iudicauit, operienda curauit. Non enim confundi deberet homo de opere dei, aut ullo modo fuerant creato erubescenda, quæ instituenda uisa sunt creatori. Itaque nec deo nec homini illa simplex nuditas displicebat, quando nihil erat pudendum, quia nihil præcesserat puniendum.

Rom. 7. H

Essent autem procul dubio nuptiæ erũt non præcedente peccato, quia neque ob aliã causam uiro adiutorium, non alius vir, sed fœmina facta est. Et illa dei uerba, Crescite & multiplicamini: non est damnandorum prædictio peccatorum, sed fœcundatarum benedicto nuptiarum. Hic enim deus inefabilibus suis verbis, id est, diuinis rationibus in suæ sapientiæ, per quã facta sunt omnia, ueritate uiuẽtibus uim seminis indidit primis hominibus. Si autẽ peccato non fuisset de honestata natura, absit vt opinemur tales futuras fuisse nuptias in paradiso, ut in eis ad prolem seminandam non natura voluntatis, sicut pes ad ambulandũ, manus ad operandum, lingua ad loquendum, sed æstu libidinis membris genitalia moverentur, nec sicut nunc sit, uirginitatis integritas ad concipiendos fœtus, ui turbidi vitaretur ardoris, sed obsequeretur imperio tranquillissimæ charitatis. Et eo modo non esset dolor & cruor virginis concumbentis, quo modo non esset etiam matris gemitus pariẽtis. Hæc ideo non creduntur, quia in ista mortalitatis conditione inexperta sunt. Ita deterius quippe uitio mutata natura, non inuenit primæ illius puritatis exemplum. Sed fidelibus loquimur, qui nouerunt credere diuinis eloquijs, etiam nullis adhibitis ex parte exemplis. Quomodo enim nunc ostendam sine ullis parentibus de puluere hominem factum, eiq́ue de suo latere coniugem? Et tamen quod oculus iam non inuenit, fides credit. Sic ergo & primarũ nuptiarũ sine libidinis passione tranquillitas & motus genitalium sicut aliorum membrorũ, nõ ad efficiendi caloris incitamentũ, sed ad uoluntatis arbitrium, quales nuptiæ esset perseuerassent, si peccati non interuenisset opprobrium, nũc ostendi nõ põt, sed ex ijs q̃ diuina authoritate cõscripta sunt, nõ immerito credi potest. Sic enim nõ non inue-

Nuptiæ & earum bona. Cap. 9. Gen. 1. Cap. 37. Libido & lubrica.

nio sine pruriente libidine concumbentem, sicut nõ inuenio sine dolore & gemitu parturientem, sine futura morte nascentem: & ũ sẽm scripturarum sanctarum veritatẽ, gemitus parturientis, & mors hominis non fuissent, si pctm non præcessisset. Sic nec illud vnde erubuerunt, qui membra illa texerunt, quia & hoc in eisdem sanctis literis pcedente pctõ scriptum est consecutum. Mẽbra quippe illa nisi indecens motus oculis eorum, non vtiq; clausis, sed in hoc non attentis, animaduerenda nũtiasset, nihil in suo corpore, quod vtiq; tantum deus laudabile fecerat, pudendum vellandumq; sensissent, quia nisi præisset facinus, quod inobedietia est ausa committere, non sequeretur dedecus, quod verecundia vellet abscondere.

Gen. 3. Cap. 37.

Clarum est igitur, hoc non esse nuptijs imputandum, qđ etsi non esset, nuptiæ tñ esset, quarum bonum non aufertur isto malo, sed ab eis hoc malum in vsum vertitur bonum. Verũ quia iã ista conditione mortalium, nunc simul aguntur concubitus & libido, eo fit, vt cum libido reprehenditur, et nuptialis concubitus licitus & honestus reprehendi putetur ab eis, qui nolũt discernere ista vel nesciunt. Nec attendunt illud esse nuptiarum bonum, vnde gloriantur nuptiæ, i. proles, pudicitia, sacrm: illud autem non esse nuptiarum, sed carnalis concupiscentiæ malũ, de quo erubescunt & nuptiæ. Sed quia sine illo malo fieri non potest nuptiarum bonum, hoc est, propagatio filiorũ, vbi ad hmõi opus venitur, secreta quæque tur, arbitri remouentur, filiorũ quoq; ipsorum si iam inde aliqui nati sunt, cum per ætatem sentire ista iã cœperint, præsentia deuitentur. Atq; ita nuptiæ sinuntur exercere quod licet, vt non negligant occultare, quod dedecet. Hinc est q̃ infantes etiã qui peccare non pũt, non tñ sine peccati contagione nascuntur, non ex hoc quod licet, sed ex eo quod dedecet. Nam ex hoc quod licet, natura nascitur, ex illo quod dedecet, vitium. Naturæ nascentis est author deus, q̃ hominem condidit, & qui virum ac fœminam nuptiali iure coniunxit: vitij vero author est diaboli decipientis calliditas, & hominis consentientis voluntas.

M

Vbi nihil deus fecit, nisi q̃ hominem voluntate peccantem, iusto iudicio cum stirpe damnauit, & ideo ibi quicquid etiam nondũ erat natum, merito est in præuaricatrice radice damnatũ, in qua stirpe damnata tenet hominem generatio carnalis, vnde sola liberat generatio spiritalis: ideo regeneratis parentibus, si tñ in eadem gratia perseuerauerint, proculdubio ista propter remissionem peccatorum, quæ in eis facta est, non nocebit, nisi cum ea male vtuntur, non solũ in omnibus illicitis scorruptelis, verumetiã in ipsis coniugibus, quando non propagandi voluntate operam creandis filijs impendunt, sed lasciuiendi voluptate exaturandæ cupidini inseruiunt. Quod pp vitãdas fornications maritis & vxoribus ne fraudent inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt orationibus vacent, secundum veniam, non A secundum imperium concedit Apostolus. 1. Co. 7. Euidenter quippe dum tribuit veniam, de notat culpam. Nuptialis autem concubitus, quem matrimoniales quoq; indicant tabulæ, causa procreandorum fieri filiorum per seipsum prorsus, non in comparatione fornicationis est bonus, qui tametsi propter corpus mortis, quod nondum est resurrectione renouatum, sine quodam bestiali motu de quo natura erubescit humana, non potest fieri, tamen ipse concubitus non est peccatum, vbi ratio libidine vtitur ad bonum, non superatur ad malum.

Obesset ista carnis concupiscentia ẽt tãtummodò q̃ inesset, nisi peccatorum remissio sic prodesset, vt quæ in eis est, & nato, & renato, nato quidem & inesse & obesse, renato autem inesse quidem, sed non obesse posit. Intantum enim obest natis, vt nisi renascantur, nihil possit prodesse, si nati sunt de renatis. Manet quippe in prole, ita vt reatum faciat originis vitium, etiam si in parẽte reatus eiusdem vitij remissione ablutus est peccatorum, donec omne vitium cui cõsentiendo peccatur, regeneratione nouissima consumatur, id est, ipsius etiam renouatione carnis, quæ in eius resurrectione futura promittitur, vbi non solum nulla peccata faciamus, sed nec habeamus vlla desideria vitiosa, quibus consentiendo peccemus. Ad quam beatam perfectionem huius, quod nunc datur, sancti lauacri gratia peruenitur. Quia enim regeneratione spiritus modo sit, vt peccata omnia præterita remittantur, eius merito het etiam regeneratio carnis in æternam vitam, qua in ipsa carne incorruptibiliter resurgente, peccatorum omnium incitamenta sanentur. Sed ea salus adhuc in spe facta est, non tenetur in re,

Cap. 38. B

neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque posidetur per præsentiam, sed expectatur per patientiam.

Cap. 40 Ac p hoc nõ solũ peccata omnia quorũ nũc remissio fit in baptismo, q̃ reos faciũt, dũ desiderijs vitiosis cõsentitur atq; peccatur, verũetiã ipsa desideria vitiosa, quibus si non consentitur, nullus peccati reatus cõtrahit, quæ non in ista, sed in alia vita nulla erunt eodem lauacro baptismatis vniuersa purgantur. Reatus itaq; vitij eius de quo loquimur, in regeneratorum prole carnali
C tandiu manebit, donec & illic lauacro regenerationis abluatur. Regeneratus quippe non regenerat filios carnis, sed generat, ac per hoc in eos non q̃ regeneratus, sed q̃ generatus est traijcit. Sic igitur, siue reus infidelis, siue absolutus fidelis non regenerat absolutos vterq;, sed reos, quomodo non solum oleastri, sed etiam oleæ semina, non oleas generant, sed oleastros. Sic itaq; in dam natione hominem prima nativitas tenet, vnde nisi secunda non liberat. Tenet ergo diabolus, liberat Christus: tenet deceptor Euæ, liberat filius Mariæ: tenet qui per coniugem venit ad virum, liberat qui de coniuge natus est, quæ non pertulit virum: tenet qui causam libidinis intulit fœminæ, liberat qui sine libidine est conceptus in fœmina. Oẽs ille prorsus per vnum tenere potuit, nec ab eius dominatione liberat nisi vnus, quẽ tenere non potuit. Deniq; ipsa Ecclesiæ sacramenta, quæ tam priscæ traditionis authoritate concelebrat, vt ea isti quãuis in paruulis existiment simulatorie, potius q̃ veraciter fieri, non tamen audeant aperta improbatione respuere. Ipsa inq̃, sanctæ Ecclesiæ sacramenta satis indicant paruulos à partu etiam recentissimos, per gratiã Christi de diaboli seruitio liberari. Excepto.n.q̃ in peccatorum remissionem nõ fallaci, sed fideli mysterio baptizantur, etiã
D prius exorcizatur in eis & exsufflatur potestas contraria, cui etiam verbis eorum à q̃bus portantur, sese renunciare respondent. Quibus omnibus rerũ occultarũ sacratis & euidẽtibus signis à captiuatore pessimo, ad optimum redemptorem transire monstrãtur, qui pro nobis infirmitate suscepta,
Mat. 12. alligauit fortem vt vasa eius eriperet, quia infirmum dei non solum est hominibus, verum & angelis fortius. Liberans itaq; deus
1. Co. 1. pusillos cum magnis, in vtrisq; ostendit q̃d locuta est per Epistolam veritas, Non.n.so
Colo. 1. los ætate maiores, sed etiam pusillos eruit à potestate tenebrarum, vt trãsferat in regnũ filij claritatis suæ. Nec quisq̃ miret & dicat, Cur hoc creat bonitas dei, quod possideat malignitas diaboli? Hoc.n. suæ creaturæ seminibus ex illa bonitate largitur, qua etiam facit solem suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Haec quippe bonitate etiã ipsa semina benedixit, vel benedicendo constituit. Quam benedictionem naturæ laudabili culpa damnabilis non ademit. Quæ licet per dei punientis iustitiã valuerit, vt homines cũ peccati originalis vitio nascerentur, non tamẽ valuit, vt homines non nascerentur. Sicut in ipsis ætate maioribus q̃libet vitia peccatorũ nõ ex homine hominẽ tollũt, sed permanet dei opus bonũ, in quantiscunq; malis opibus impiorũ. Nã etsi homo in honore positus, & non intelligens cõparatur pecoribus, eisq̃ similis fit, non tũ vsqueadeo similis fit, vt potius sit. Comparatur nanq; per vitiũ, non per naturã, non peccoris vitio, sed naturæ. Tantæ nanq; excellentiæ est in cõparatione pecoris homo, vt vitium hominis natura sit pecoris, nec tũ ideo natura hominis in naturam vertitur pecoris. Ac p hoc deus hominem damnat p̃p vitium, quo natura dehonestatur, non p̃p naturam quæ vitio non aufertur. Bestias vero absit, vt opinemur pœnæ damnationis obnoxias, quas iustũ est, vt miseriæ sint expertes, quæ nec beatitudinis possunt esse participes. Quid ergo mirum est vel iniquum, vt immundo spiritui subdatur homo, non propter naturam, sed propter immunditiam suam, quam non ex opere diuino, sed ex humana voluntate venientem in originis labe contraxit, cum & ipse spiritus immundus, bonum sit, quod spiritus: malum, quod immundus? Illud quippe est ex dei opere, hoc ex propria voluntate. Natura itaq; fortior, id est angelica, inferiorem naturam, id est, humanam, vitij societate subditam tenet. Ideo mediator angelis fortior, infirmus propter homines factus est: sic superbia captiuatoris, redemptoris humilitate destruitur, vt qui superbe per filios hominis angelica fortitudine gloriatur, à filio dei suscepta humana infirmitate vincatur. Sed iam etiam istum concludamus librum, oportere arbitramur, vt Ambrosium antistitem dei, cuius inter Latinæ linguæ scriptores ecclesiasticos præcipue Pelagius integerrimam fidem prædicat, sicut de gratia fecimus, ita & de pcto origina

lijn quo delendo ipsa gratia euidentius cõmendatur, calumniosæ istorum loquacitati respondere faciamus.

Ambros. In eo tempore q̃d scripsit de resurrectio
de fide ne sanctus Ambrosius, Lapsus sum, inquit,
resurr. in Adam, de paradiso eiectus sum in Adã,
Luc. 2. mortuus sum in Adã, quem reuocaret nisi
xiũ, morti debitum, ita in Chro iustificatũ?
Ire scribens contra Nouatianos, ait, Om-
Rom. 5. nes homines sub peccato nascuntur, quorũ
ipse ortus in vitio est, sicut habes lectum di
Psal. 7. cente Dauid, Ecce in iniquitatibus concep-
tus sum, & in delictis pepit me mater mea.
Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ip
G se ait, q̃s me liberabit de corpore mortis hu
ius? Christi aũt caro damnauit peccatum, q̃d
nascendo non sensit, quod moriendo cruci
fixit, vt in carne nostra esset iustificatio per
culpam. Item idem ipse cũ exponeret Esaiã
Propheram loquens de Chro, Ideo, inquit,
& quasi homo p̃ uniuersa tẽtatus est, & in
similitudine hominum cuncta subst inuit à
Heb. 4. sed quasi de spiritusancto natus abstinuit à
peccato, Omnis.n.homo mendax, & nemo
sine peccato, nisi vnus deus. Seruatum est
igitur, vt ex viro & muliere, id est, per illã
corporum commixtionem, nemo videatur
Aug. exps esse delicti. Qui aũt expers delicti, ex
Lu Pers est ẽt huiusmodi conceptionis. Item
cũ exponeret Euangelium secundum Lu-
Luc. 7. cam, Non n.uirilis coitus, inquit, vuluæ vir
ginalis secreta reseruauit, sed immaculatũ
semen inuiolabili vtero spiritussanctus infu
dit. Solus.n. per omnia ex natis de fœmina
sanctus dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non senserit, & cœlesti maiestate depulerit.

Pel. His tamen uerbis hominibus dei, quem
tanto præconio ipse laudauit Pelagius, con
tradicit, & dicit, sicut sine virtute, ita nos si
ne vitio procreati. Quid igitur, restat, nisi
aut istum Pelagius suum damnet errorem,
aut eum sic Ambrosium laudasse pœniteat?
Sed quia ista secundum catholicam fidem
beatus Ambrosius, ut Episcopus catholicus
est locutus, sequitur vt ab hac uia fidei de-
uius merito Pelagius, cum Celestio discipulo suo catholicę Ecclesiæ sit authoritate
H damnatus, nisi eum non Ambrosium laudasse, sed contra Ambrosium sensisse pœniteat. Scio vos ea quæ ad ædificationem vel confirmationem fidei conscribuntur, in satiabiliter legere. Veruntamen hic liber quantumlibet sit ad hoc vtilis, iam tandem aliquando finiendus est.

Operis huius finis.

AD VALERIVM COMItem præfans in librum. sequentem.

DOmino Illustri & merito p̃stãtissimo, atq; in Chri dilectione charissimo filio Valerio, Augustinus in domino salutẽ. Cum diu molestẽ haberem q̃ aliquotiens scripserim, & nulla tuæ sublimitatis rescripta meruerim, repẽte Epistolas tres tuæ benignitatis accepi, Vnam non ad me solum I datã, per coepiscopum meum Vindemialẽ, & non longe post per compresbyterũ Firmum duas, q̃ vir sanctus nobisq; vt ab illo scire potuisti, familiarissima charitate coniunctus, multa nobiscum de tua excellentia colloquendo, & ueraciter insinuando, qualem te in Chri uisceribus nouerit, non solum eas quas memoratus Episcopus, vel quas ipse attulit, sed etiam illas quas nõ accepisse nos querebamur, literas uicit. Et ideo de te narratio eius suauior nobis erat, quia ea dicebat, quæ ipse non posses, ne quidem me inquirente rescribere, ne tuarũ laudum, q̃ sancta scriptura prohibet, fieres prædicator, quanquã & ego verear hoc ed te scribere, ne suspicionẽ adulantis incuram, domine illustris & merito præstantissime, atque in Christi dilectione charissime fili. Laudes itaq; tuas, siue in Christo siue magis in te laudes Christi, vide quid mihi delectationis & lætitiæ fuit audire ab illo, qui nec fallere me posset p̃p fidẽ suam, & eas ignorare non posset, p̃p amicitiam tuam. Sed alia & ab alijs, & si nõ tã multa uel certa, ueruntã audiuimus, fides tua q̃ sit sana & catholica, q̃ pia expectatio futurorum, quę dei fratrumq; dilectio, quam non superbe sapias in excelsis honorib. nec spes in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, K & diues sis in operibus bonis, quam sit do 1. Ti. 2. mus tua requies, solatiumq; sanctorum, & terror impiorum, quanta tibi cura sit, ne quis insidietur membris Christi, coopertus uelamine nominis Christi, siue in uetеribus eius, siue in recentioribus inimicis, quandoque sis eorundem inimicorum prouidus, saluti, infestus errori. Hæc atquæ huiusmodi,

iusmodi,vt dixi,& ab alijs solemus audire, sed nunc ea per supradictum fratrem plura & testatiora cognouimus. Porro autem de pudicitia coniugali, vt eam quoq; in te laudare,& amare possimus, nunquid audiremus, nisi ab aliquo interiore familiari tuo, qui vitam tuam,non in superficie,sed penitus nosset? De hoc itaq; tuo bono dei dono, me quoq; delectat familiarius,& aliquanto diutius loqui tecum. Scio me non esse oneri tibi,si aliquid prolixum mitto,q̃ legendo diutius sis nobiscum,Nam & hoc comperi, q̃ inter tuas multas magnasq́; curas, facile ac libenter legas, nostrisq́; opusculis,etiam quæ ad alios conscripsimus,si qua in manus tuas venire potuerunt, ad modum delectet. L ris: quanto magis quod ad te scribitur, vbi tanquam præsenti loquar, & aduertere dignaberis attentius,& accipere gratius. Ab hac ergo Epistola perge ad librum,quem si mul misi,qui tuæ reuerentiæ & cur conscriptus sit,& cur ad te potissimum missus,ipse suo principio commodius intimabit.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, ad Valerium Comitem de nuptijs & concupiscentia, Liber Primus.

Cap. i.

HA Eretici noui dilectissime fili Valeri,qui medicinam Christi qua peccata sanãtur,carnaliter natis paruulis necessariam non esse contendunt, damnatores nos esse nuptiarum operisq́; diuini, quo ex maribus & fœminis deus homines creat, in uidiosissime clamitant, quoniam dicimus eos,qui de tali commixtione nascuntur,tra M here originale peccatum,de quo Apostolus Rom. 5. ait,Per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum,& per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt,eosq́; de parentibus qualibuscunque nascantur,non negamus adhuc esse sub diabolo,nisi renascantur in Christo,& per eius gratiam de potestate eruti tenebrarum, in regnum illius, qui ex eadem sexus vtriusque commixtione nasci noluit,transferantur. Hoc ergo,quia dicimus quod in antiquissima atque firmissima catholicæ fidei regula continetur,isti nouelli & peruersi dogmatis assertores, qui nihil peccati in paruulis esse dicunt, quòd lauacro regenerationis abluatur, tanquam damnemus nuptias & tanquam opus dei, hoc est hominem qui ex illis nascitur, opus diaboli esse dicamus, infideliter vel imperite calumniantur. Nec aduertunt quod ita nuptiarum bonum malo originali,quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum, & fornicationum malum bono naturali,q̃ inde nascitur,non potest excusari. Nam sicut peccatum,siue hinc,siue inde à paruulis trahatur,opus est diabolo,sic homo,siue hinc,siue inde nascatur,opus est dei. Intentio igitur huius libri hæc est, vt quantum nos do minus adiuuare dignatur, carnalis concupiscentiæ malum,propter quod homo, qui per illam nascitur, trahit originale peccatum,discernamus à bonitate nuptiarum. Hæc enim quæ ab impudentibus impudenter laudatur, pudenda concupiscentia nulla esset,nisi homo ante peccasset,nuptiæ vero essent,etiam si nemo peccasset: fieret quippe sine isto morbo seminatio filiorum in corpore vitæ illius,sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Non enim corpus mortis huius in paradiso tale fuit ante peccatum: propter quod diximus in corpore vitæ illius, quæ ibi erat, sine isto morbo seminationem potuisse fieri filiorum, sine quo nunc in corpore mortis huius fieri nõ potest. Cap. 2.

Cur autem ad te potissimum de hac re scribere voluerim,tres maximæ causæ sũt, quas breuiter intimabo. Vna est,quia donante Christo, magna tibi est obseruantia pudicitiæ coniugalis. Altera, quia prophanis istis nouitatibus,quibus hic disputando resistimus, tu potestate curando & instãdo efficaciter restitisti. Tertia quoniam quidam literarum ab eis conscriptum in tuas manus venisse cognoui, quod licet fide robustissima irriseris,bonum est tamen, vt etiam nouerimus defendẽdo adiuuare, quod credimus. Apostolus enim Petrus,paratos nos esse præcipit ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de fide & spe nostra. 1. Petr. 3. Et Apostolus Paulus,Sermo, inquit, vester B in gratia conditus sit sale, vt scias quomõ Colos. 4. oporteat vos vnicuiq́; respõdere. Ista sunt quæ me præcipue compulerunt, vt in hoc volumine tecum haberem qualemcũq; sermonẽ. Nã mihi nunq̃ gnaretur donare,fermonẽ. Nã mihi nunq̃ placuit cuiq̃ illustri viro,& tanta quãta ex ipsa

ipsa sublimitate conspicuo, præsertim non ociosa dignitate iam fruenti, sed adhuc actibus publicis eisdemq́; militaribus occupato, aliquid meorum opusculorum legendũ non a me petenti,non tam diligenter q̃ impudenter impingere. Si quid ergo tale nunc feci propter eas quas commemoraui causas, dignanter ignosce, & beneuolum animũ ad ea quæ sequuntur intende.

Bonum dei esse etiam pudicitiam coniugalem beatissimus Paulus ostendit, ubi de hac re loquens ait, Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque propriũ donũ habet à deo,alius quidem sic, alius uero sic. Ecce & hoc donum esse dixit a deo, & si inferius q̃ illa cõtinentia in qua C deo. Vũ intelligimus cum hęc præcipiũtur vt fiant, nihil aliud ostendi, q̃ inesse nobis oportere ad hęc accipienda & habenda,etiã propriam uoluntatem. Cũ uero dei dona esse monstrantur, à quo petenda sint discat, si non habentur,et cui sint agendæ gratiæ si habentur,q̃asq́; uoluntates ad hæc expetẽ da,sumenda, retinenda parum ualere, nisi diuinitus adiuuentur. Quid ergo dicimus, quando & in quibusdam impijs inuenitur pudicitia coniugalis? utrum eo peccare dicẽ di sunt,q̃ dono dei male utantur, non id re ferentes ad cultum eius a quo acceperunt? an forte nec dona dei putãda sunt ista, quan do hæc in fideles agunt, scđm Apostoli sententiam dicentis, Omne quod non est ex fide peccatum est? Quis audeat dicere donũ dei esse peccatum? Anima enim & corpus & quæcunque bona animę & corporis naturaliter insita, etiã in pctõribus dona dei sunt,qm̃ deus,non ipsi ista fecerunt. De ijs autem quæ faciunt dictum est, Omne quod non est ex fide pctm̃ est. Cũ igitur faciunt hæc homines sine fide,quæ uidentur ad cõiugalem pudicitiam pertinere,siue hominibus placere quærentes,uel sibi uel alijs,siue in his rebus quas uitiose concupiscunt, humanas molestias deuitantes, siue dæmonibus seruientes, non peccata coercentur, sed alijs peccatis alia peccata uinciuntur. Absit ergo pudicum ueraciter dici, qui non pp D deum verum, fidem cõnubij seruat uxori. Copulatio itaque maris & fœminæ generandi causa, bonum est naturale nuptiarũ: sed isto bono male utitur, qui bestialiter uti tur, vt sit eius intentio in uoluptate libidinis, non in voluntate propaginis. Quanquam in nonnullis animalibus rationis expertibus,sicut in pleriscq; alitibus, & coniugiorũ quasi q̃dam cõfœderãtia custoditur, & socialis nidificandi solertia, uicissimque onerũ dispertita tpa fouendorũ, & nutriẽdorũ opera alterna pullorũ,magis eas uideri faciunt agere,cũ coeunt,negocium substituendi generis,q̃ explẽdæ libidinis. Quorũ duorũ illud est in pecore simile hominis,hoc in homine simile pecoris. Verũ qđ dixi ad naturã pertinere nuptiarum,& mas & fœmina generandi societate iungantur, & ita inuicẽ non fraudentur,sicut omnis societas fraudulentiã sociorum naturaliter pati non uult, hoc tã euidens bonum cum infideles habent, quia infideliter vtuntur,in in malum peccatumq́; conuertunt. Eo modo ergo & illam concupiscentiam carnis, E qua caro cõcupiscit aduersus spm̃, in usum iustitiæ conuertunt fideliũ nuptiæ. Hũc qp pe intentionem gñandi regenerandos, vt q̃ ex eis seculi filij nascuntur, in dei filios renascantur. Quapropter qui non hac intentione,hac uoluntate,hoc fine generãt filios, vt eos ex membris hominis primi, in membra transferant Christi, sed infideles parentes de infideli prole glorientur,etiam si tanta sit obseruãtia, vt scđm matrimoniales tabulas non nisi liberorũ procreandorum cã concumbant, non est in eis uera pudicitia coniugalis. Cũ enim uirtus sit pudicitia,cui uitium contrariũ est impudicitia, oẽsq́; uirtutes etiã quæ per corpus operantur,in animo habitent, quomodo vera ratione pudicum corpus asseritur, quando a uero deo ipse animus fornicatur? Quã fornicationẽ Psal. 72. sanctus ille Psalmus accusat vbi dicit, Ecce enim qui longe se faciunt à te peribunt, perdidistis omnem qui fornicatur abs te. Vera igitur pudicitia siue coniugalis,siue vidualis, siue uirginalis dicenda non est, nisi quæ ueræ fidei mancipatur. Cum enim re F cto iudicio præferatur nuptis sacrata uirginitas, quis non sobria mente christianus ẽt non uni uiro christianas catholicas nuptas, non solum vestalibus,sed etiam hæreticis uirginibus anteponat? Tantum valet fides de qua dicit Apostolus, Omne quod non est ex fide peccatum est: Et de qua item scriptũ est ad Hebræos,sine fide impossibile est placere deo. Ro. 14. Heb. 11.

Quæ cum ita sint, profecto erratnt, qui cum uituperatur libido carnalis, damnari nuptias opinant, quasi morbus iste de con- Pudor unde. Cap. 5.

nubio

nubio sit,non de peccato. Nonne illi coniuges primi quorum nuptias benedixit deus
Gen. 1. dicēs,Crescite & multiplicamini,nudi erāt & non confundebantur? Quur ergo ex illis membris confusio post peccatū,nisi quia extitit illic indecens motus? quem,nisi homines peccassent, proculdubio nuptiæ non haberent. An forte sicut quidam existimāt, quia id quod legunt parum diligenter aduertunt,cæci creati erant prius homines sicut canes,& quod est absurdius,nō sicut eanes crescendo, sed peccando adepti sunt uisum? Absit hoc credere. Sed vnde mouent
Gen. 3. &.12. qui hoc putant,illud est quod legitur. Sumens de fructu eius edit, & dedit viro suo secum,& ederunt, & aperti sunt oculi amborum, & agnouerunt quia nudi erant.

Hinc est q̄ parum intelligentes,opinantur antea fuisse illos oculos clausos, q̄ eos tūc
C apertos diuina scriptura testatur. Sed nunquid & Agar ancilla Saræ quando sitiente & plorante filio aperuit oculos suos & vidit puteum, clausos prius oculos habuit?
Luc.24. Aut illi duo discipuli post resurrectionem domini in uia cum illo clausis oculis ambulabant, de quibus euangelium loquitur, q̄ in fractione panis aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt eum? Quod ergo scriptum est de hominibus primis, Aperti sunt oculi amborum:intelligere debemus,attentos factos ad intuendum & agnoscendum, quod nouum in eorum corpore acciderat, quod vtique corpus patentibus eorum oculis & nudum quotidie subiacebat,& notū, Alioquin quomodo ad se adductis animalibus terrestribus & volatilibus omnibus. Adam clausis oculis nomina posset imponere, q̄d nisi discernendo non faceret,discernere aūt
Gen. 2. &.3. nisi uidendo non posset? Quomodo deniq; ipsa mulier ei demonstrata est,quando ait, Hoc nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea? Postremo si vsqueadeo quisquam fuerit contentiosus, ut hæc cum dicat non cernendo, sed palpando potuisse cognoscere, q̄d dicturus est quod ibi legitur mulier lignum,de quo fuerat cibum sumptura,pro
H hibitum vidisse quàm esset speciosum oculis ad uidendum? Erant itaque nudi,& non confundebantur, non quia non videbant, sed quia nihil vnde confunderētur in membris senserant,quę videbant. Non enim dictum est,erāt ambo nudi & ignorabāt:sed, non confundebantur. Quia enim nihil prę
Rom.7. cesserat quod non licet, nihil secutum fuerat quod puderet.

Ibi enim homo primitus dei lege transgressa,aliam legem repugnantem suæ menti habere cœpit in membris, & inobedientiæ suæ propriam proprium perdidisset imperium. Vbi autem conuenientibus monstraretur inobedientiæ merito deprauatam esse humanam naturam, quam in his non obedientibus locis vnde per successionem subsistit ipsa natura? Nam ideo propriæ istæ corporis partes,naturæ nomine nūcupātur. Hūc itaque motum ideo indecentem quia inobedientem, cum illi primi homines in sua carne sensissent, & in sua nuditate erubuissent, foliis ficulneis eadem membra texerunt,ut saltem arbitrio verecūdantium velaretur, quod non arbitrio uolentium mouebatur, & quoniam pudebat, quod indecenter libebat, operiendo fieret quod decebat.

Quia ergo nec isto adiuncto malo periret potuit nuptiarum bonum,putant impru-
dentes hoc non esse malum, sed pertinere ad illud bonum. Discernitur autem non so-
lum ratione subtili, ut ucrumetiam vulgatissimo iudicio naturali, quod & in illis apparuit hominibus primis, hodieque tenetur ab hominibus coniugatis. Quod enim illi postea propagatione fecerunt, hoc est concubitu bonum, quod uero prius confessione texerunt, hoc est concupiscentiæ malum,

quod vitat vbique conspectum, & quærit pudendo secretum. Proinde nuptiæ quia etiam de illo malo aliquid boni faciunt, gloriantur,quia vero sine illo fieri non potest, erubescunt: tanquam si quispiam pede vitiato, ad aliquid bonum etiam claudicando perueniat,nec propter claudicationis malū, mala est illa peruentio, nec propter illius peruentionis bonum, bona est claudicatio: Ita nec propter libidinis malum,nuptias cō demnare,nec propter nuptiarum bonum,libidinem laudare debemus.

Iste quippe est morbus de quo Apostolus etiam coniugatis fidelibus loquens ait, Hæc est.n.volūtas dei,sanctificatio vestra, abstinere vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore,non in morbo desiderij,sicut & gentes quæ ignorant deum. Non solum igitur coniugatus fidelis vase nō vtatur alieno, quod faciunt à quibus vxores alienæ appetuntur,sed nec ipsum proprium in concupiscentiæ carnalis morbo possidendum sciat. Quod non sic accipiendum est, tanquam prohibuerit Apostolus coniugalem, hoc est licitum honestumq; concubitum,sed vt iste sit cōcubitus, qui nihil mōcedente peccato in eo perisset libertatis arbitrium,quod nunc ideo habet adiunctum,vt non sit voluntatis,sed necessitatis, sine qua tamen in procreandis filiis ad fructum peruenire non potest ipsius voluntatis,quæ voluntas in connubiis fidelium non eo fine determinatur, vt transituri filij nascantur in seculo isto, sed vt permansuri renascantur in Christo. Quod si prouenerit, merces erit de coniugio plenæ fœlicitatis: si autem non prouenerit, pax erit coniugibus bonæ voluntatis. Hac intentione cordis qui suum vas possidet.i.coniugem suam,proculdubio non possidet in morbo desiderij, sicut gētes quæ ignorant deum, sed in sanctificatione & honore,sicut fideles, qui sperant in deū. Illo quippe concupiscētiæ malo vtitur homo,non vincitur, quando eam inordinatis atque indecoris motibus æstuantem frenat & colibet, neque nisi propagationi consulentem,relaxat atque adhibet,vt spiritaliter regenerandos carnaliter gignat, non vt spiritum carni sordida seruitute subijciat. Sic patres sanctos ex Abrahā & ante Abraham quibus deus q̄ ei placuerint perhibet testimonium,vsos fuisse coniugibus, neminem oportet dubitare Christianum,quando quibusdam etiam singulis plures habere cōcessum est,vbi ratio fuit prolis multiplicandę, non variandæ appetitio voluptatis.

Nam si deo patrum nostrorum,qui etiā Vnius noster est,illa numerositas coniugū,propte vxores rea non displicuisset, vt copiosius se libido multe, iactaret,ita etiam sanctæ fœminæ seruissent Cap.9. pluribus singulæ, quod si aliqua faceret, quid eam nisi cōcupiscentiæ turpitudo cōpelleret,vt plures viros haberet, quādo ista licentia plures filios non haberet? Veruntamē magis pertinere ad nuptiarum bonū, non vnum & multas,sed vnum & vnam fatis indicat ipsa prima diuinitus facta coniugij copula, vt inde connubia sumerent initium, vbi honestius attenderetur exemplū. Progrediente autem genere humano,iūctæ sunt quibusdam bonis viris bonæ fœminæ, singulis plures. Vnde apparet & illud dignitatis magis appetisse modestiam,& hoc fœcunditatis permisisse naturā. Nam & principatus magis naturaliter vnius in multos, quam in vnum potest esse multorum. Nec dubitari pōt naturali ordine viros potius fœminis, quam viris fœminas principari.

Quod seruans Apostolus ait, Caput mulieris vir:& mulieres subditæ estote viris vestris. Et Apostolus Petrus, Q̄uo Sara, 1.Co.11.
inquit,obsequebatur Abrahæ,domin um il- Ephe.5.
lum vocans. Quod licet ita sese habeat, vt 1.Pet.3.
natura principiorum amet singularitatem, facilius autem pluralitatē videamus in subditis,tamen plures fœminæ vni viro nunquam licite iungerentur, nisi ex hoc plures filij nascerentur. Vnde si vna cōcumbat cū pluribus, quia non est ei hinc multiplicatio prolis,sed frequentatio libidinis,coniux nō potest esse,sed meretrix.

Quoniam sanè non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est,nec tantum pudicitia,cuius vinculum est fides, verumetiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus, Viri diligite vxores vestras,sicut & Christus dilexit ecclesiam:huius proculdubio sacramenti res est, vt mas & fœmina connubio copulati, quam diu viuunt inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta causa fornicationis,à coniuge coniugem dirimi,Hoc.n.custoditur in Christo & ecclesia,vt viuens cum viuente in æternū nullo diuortio seperetur. Cuius sacramenti tā- Psal.47.
ta obseruatio est in ciuitate dei nostri, in B

monte sancto eius, hoc est in ecclesia Chri, quibusq; fidelibus coniugatis, q̃ sine dubio mẽbra sunt Christi, vt cũ filiorũ procreandorũ causa vel nubant fœminæ, vel ducant uxores, nec sterilẽ coniugẽ fas sit relinquere, vt alia fœcunda ducat. Quod si quisquã fecerit nõ lege huius seculi, vbi interueniẽte repudio, sine crimine cõceditur cũ alijs Mat. 19. alia copulare cõnubia, q̃ ẽt sanctum Moysen dñs pp duriciam cordis illorum, Israelitis permisisse testatur, sed lege euangelij reus est adulterij, sicut ẽt illa si alteri nupserit. Et vsqueadeo manent inter viuentes semel insita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, q̃ cum his, quibus alijs adhæserunt. Cũ alijs quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum coniuges permanerent. Deniq; mortuo viro cum quo vero connubiũ fuit, fieri verum connubium non potest, cum quo prius adulterium fuit: Ita inter viuentes manet quoddam vinculum coniugale, quos nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis: sicut apostata anima velut de coniugio Christi recedens, ẽt fide perdita, sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit: Redderetur enim proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem C hoc qui recesserit ad cumulum supplicij, non ad meritum præmij.

Coniugiũ pfectũ inter Ioseph & Mariã. Cap. 11.

Quibus vero placuit ex consensu, ab vsu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur, immò firmius erit, quo magis ea pacta secum inierint, quæ charius concordiusq; seruanda sunt, non voluptarijs corporum nexibus, sed voluntarijs affectibus animorum. Neq; n. fallaciter ab angelo dictum est ad Ioseph, Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam. Coniunx vocatur ex prima fide despensationis, quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, vbi nec fuerat nec futura erat eius vlla carnis cõmixtio. Erat quippe illa virgo, ideo & sanctius & mirabilius iocunda suo viro, quia ẽt fœcunda sine viro, prole dispar, fide cõpar. Propter q̃ fidele coniugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, & non solũ illa mater, verumẽt ille pater eius, sicut coniunx mris eius, vtrunq; mente, non carne. Siue tũ ille pater sola mente, siue illa mater & carne; D parentes tñ ambo humilitatis eius, non sublimitatis, infirmitatis, non diuinitatis. Nequε. n. mentitur Euangelium, vbi legitur, Et erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et alio loco, Et Luce. ibant parentes eius per oẽs annos in Hierusalem. Item paulopost, Et dixit mater eius ad illum, Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. At ille vt ostenderet habere se præter illos patrẽ, qui genuit præter matrẽ, respondit eis, Quid est q̃ me quærebatis? nesciebatis q̃ in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et rursum, ne hoc dicto parentes illos negasse putaretur, Euangelista secutus adiunxit, Et ipsi non intellexerunt verbum q̃ locutus est ad illos, & descendit cum eis & venit Nazareth, & erat subditus illis. Quib. Philip. 2. subditus, nisi parentibus? Quis autem subditus, nisi Iesus Christus, qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse æqua lis deo? Cur ergo illis subditus, qui longe infra formam dei erant, nisi quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, cuius formæ parentes erant. Sed cum illo non seminante illa peperisset, profecto nec ipsius formæ serui parentes ambo essent, nisi interse etiam sine carnis commixtione cõiuges essent. Vnde & series generationum cum E parentes Christi connexione successionis cõmemorantur, vsq; ad Ioseph potius sicut factũ est, fuerat perducenda, ne in illo coniugio, virili sexui atq; potiori fieret iniuria, cũ veritati nihil periret, quia ex semine Dauid, ex quo venturus pdictus est Xps, & Ioseph erat & Maria. Omne itaque nuptiarum bonum impletum est illis parentibus Christi proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dñm Iesum: fidem, quia nullũ adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium.

Cap. 12.

Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri nõ poterat sine illa carnis pudenda concupiscentia, q̃ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato, non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, vt hinc ẽt doceret oẽm quæ de concubitu nascitur carnem esse peccati, qñquidem sola quæ nõ inde nata est, non fuit caro peccati: Quanuis coniugalis concubitus qui fit intentione generandi, non sit ipse peccatum, quia bona voluntas animi sequeatem ducit, non ducentem

sequitur corporis uoluptatẽ, nec humanũ arbitriũ trahitur subiugante peccato, cum iuste redigitur in vsum generandi plaga peccati. Huius plagę quidam prurigines in adulteriorum & fornicationum & quorumlibet stuprorũ atq; immunditiarũ F fœditatibus regnat, in connubiorum vero necessitudinibus seruit. Ibi de domino tali honestas verecundatur. Non est igitur hæc libido nuptiarũ bonũ, sed obscœnitas pectantium, necessitas generantium, lasciuarum ardor nuptiarũ pudor. Cur ergo non coniuges maneant, qui ex cõsensu concumbere desinunt, si manserunt coniuges Ioseph & Maria, qui concumbere nec cœperunt?

Hæc. n. ppagatio filiorũ, q̃ in sanctis patribus pp generandum & conseruandũ populum dei, in quo prophetiã Chri præcedere oportuit, officiosissima fuit, nunc iam non habet illam necessitatẽ. Patet quippe ii ex omnibus gentibus spiritaliter gignendorũ, vndecũque carnaliter nati fuerint, eo pia filiorũ. Et quod scriptum est, Tempus amplectendi, & tps continẽdi ab amplexu: super illud atq; hoc tps agnoscitur distribu tum. Illud quippe fuit amplectẽdi, hoc aũt continendi ab amplexu. Itaque & Apostolus cum huic loquitur, ait, Hoc autẽ dico fr̃es, tps breue est, reliquũ est ut & q̃ hũt uxores tanq̃ non habentes sint, & qui flent tanq̃ non flentes, & q̃ gaudent tanquã nõ gaudentes, & qui emunt tanq̃ non possidẽtes, & qui vtuntur hoc mundo tanquã non vtantur. Præterit. n. figura huius mundi, volo vos sine solicitudine esse. Hæc omnia vt exponendo aliquid hinc breuiter dicam, sic existimo intelligenda. Hoc, inquit, dicens fraters, tempus breue est non adhuc populus dei propagandus est generatione carnaliter, sed iam regeneratione spiritaliter colligendus. Reliquum est ergo, vt & hi qui habent uxores non carnali concupiscentiæ subiugentur: & qui flent tristitia præsenti mali, gaudeant spe futuri boni: & qui gaudent propter temporale aliquod cõmodum, timeant æternum iudicium: & qui emunt, sic habendo possideant vt amando non hæreant: & qui vtuntur hoc mundo, transire se cogitent, non manere: Præterit enim figura huius mundi. Volo uos inquit, sine solicitudine esse: hoc est, volo uos habere. Deinde subiungit, & dicit, Qui sine vxore est, cogitat ea quæ sunt domini qũo placeat domino: Qui aũt matrimonio iunctus est, cogitat ea quæ sunt mundi qũo placeat uxori. Atq; ita quodã modo exponit quod supra dixerat, Qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Qui. n. sic habent vxores, vt cogitent ea q̃ sunt domini, qũo placeant dño, nec in his q̃ sunt mundi cogitent placere vxoribus, tanquam non habentes sunt. Quod ea fœlicitate fit, quando & vxores tales sunt, vt eis mariti non ideo placeant, quia diuites, quia sublimes, quia genere nobiles, quia carne amabiles, sed quia fideles, quia religiosi, quia pudici, quia uiri boni sunt. H

Intẽperãtia ve nialis. Cap. 14

Verum in coniugatis, vt hæc optanda atq; laudanda, sic alia toleranda sunt, ne indã nabilia flagitia, id est, in fornicationes, vel adulteria corruatur. Propterquod uitandũ malum, etiam illi concubitus coniugũ, qui non fiunt causa generandi, sed uictrici concupiscentiæ seruiunt, in quibus iubentur non defraudare inuicem, ne tentet eos satanas propter intemperantiam suam, non quidem secundum imperium præcipiuntur, & tamen secundum veniam concedun 1. Co. 7. tur. Sic enim scriptum est, Vxori uir debitũ reddat, similiter autẽ & vxor viro: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed I uir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite inuicem fraudare, nisi ex consensu ad tempus vt vacetis orationi. Et iterum, Ad ipsum estote, ne tentet vos vos satanas propter intemperantiam uestram. Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Vbi ergo venia danda est, aliquid esse culpæ nulla ratione negabitur. Cum igitur culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptiis imputandus est, quid secundum veniam concedit Apostolus, nisi q̃ coniuges dum se non continent, debitum ab alterutro carnis exposcunt, non voluntate propaginis, sed libidinis voluptate? Quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit ueniam. Quocirca etiam hinc sunt laudabiles nuptæ, quia & illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se, Neque enim etiam iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ sic agitur, ut impediatur fœtus, quem postulant nuptiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expositio & p
Cap. 15.

Sed tamen aliud est non concumbere, nisi sola voluntate generandi, quod non habet culpam, aliud carnis concumbendo apetere volupt atẽ, sed non præter coniugem, quod venialem habet culpam. Quia etsi nõ causa propagandæ prolis concumbitur, nõ tñ huius libidinis causa propagationi prolis obsistitur, siue voto malo, siue opere malo. Nã qui hoc faciunt, quanuis vocentur cõiuges, non sunt, nec vllã nuptiarum retinent veritatem, sed honestũ nomen velandæ turpidini obtendunt. Produntur autem qñ eo usq; progrediuntur, vt exponant filios, q nascuntur inuitis. Oderunt. n nutrire vel habere, quos gignere metuebant. Itaque cum suos sæuit quos nolens genuit tenebrosa iniquitas, clara iniquitate in lucem promitur, & occulta turpitudo manifesta credulitate conuincitur. Aliquando eo vsq; peruenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, vt ẽt sterilitatis venena procuret, & si nihil valuerit, conceptos fœtus ali quando intra viscera extinguat ac fundat, volendo suã prolem prius interire quã viuere: aut si in vtero iã viuebat, occidit antequã nascatur. Prorsus si ambo tales sunt, cõiuges non sunt. Et si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si aũt non ambo sunt tales, audeo dicere, aut illa est quod ammodo meretrix mariti, aut ille adulter uxoris.

L

Negatesse coniuges, qui sunt indigni hoc nomine.

Quia igitur tales nuptiæ esse nõ possunt quales primorum hominum, si peccatum non præcessisset esse potuerunt, sint tales quales sanctorũ patrũ fuerunt, ut pudenda carnis concupiscentia, quæ in paradiso nec ante peccatum fuit, nec post peccatũ illic esse permissa est, quia necesse est in corpore mortis huius ut sit, non ei seruiatur, sed ipsa potius non nisi ad propagandam prolem seruire cogatur. Aut quia hoc tps, quod iã esse diximus continendi ab amplexu, non

Coniugium incontinẽtiæ asylum.

Cap. 16

habet huius officii necessitatem, adiacente undiq: in omnibus tanta fertilitate gignendorum spiritaliter filiorum, illud potius excellentis continentiæ bonũ, qui potest capere capiat. Qui vero id capere non põt, si acceperit uxorẽ non peccat, & fœmina si se non continet, nubat, bonum est. n. homini mulierem non tãgere. Verum quia nõ oẽs capiunt verbũ hoc, sed q̃bus datũ est, restat

1. Cor. 4

ut pp fornicationẽ vnusquisq; suam uxorem habeat, & vnaquæq; uirum suum habeat: Ac sic infirmitas incontinentiæ, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. Quod. n. ait Apostolus de fœminis, Volo igitur iuniores nubere: hoc & de marib. dici potest, uolo iuniores uxores ducere: ut ad vtrunq; sexum p M tineat, filios procreare, patres & matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti.

In nuptiis tñ bona nuptialia diligantur, Spiritus proles, fides, sacramentum. Sed proles non sic amanda ut nascatur, tãtum, uerumẽt vt renascatur. Conjug. Nascitur namque ad pœnam, nisi renascatur. Cap. 11 tur ad vitam. Fides autem non qualem habent inter se etiam infideles zelantes carnẽ Quis enim uir quãlibet impius vult adulteram uxorem? Aut quæ mulier quãlibet impia uult adulterum virum? Hoc in connubio bonum naturale est quidem, carnale tamẽ: Sed membrum Christi cũiugis adulterium coniugi debet timere, non sibi, sed à Christo separare fidei præmium quã exhibet coniugi. Sacramentũ uero, quod nec separari & adulterari amittunt coniuges, q concorditer castecq; custodiunt. Solum est enim quod etiam sterile coniugium tenet iure pietatis, iam fœcunditatis spe amissa, pp q̃ fuerat copulatum. Hæc bona nuptialia laudet in nuptijs, qui laudare uult nuptias. Carnis autem pudenda concupiscentia non est nuptiis imputanda, sed toleranda. Non est. n. ex naturali cõnubio ueniens bonum, sed ex antiquo peccato accidens malum.

A Quæst.

Propter hanc ergo fit vt etiam de iustis & legitimis nuptiis filiorum dei, non filii sancti dei, sed filii seculi generentur, quia & ii qui cõiuges generant, si iam generati sunt, non ex hoc generãt q̃ filii dei sunt, sed ex hoc q̃ adhuc filii seculi. Dominica quippe sententia est, Filii seculi huius generant & generantur. Ex quo itaq; sumus adhuc filii seculi huius exterior homo noster corrumpitur, ex hoc & filii huius seculi generantur, nec filii dei nisi regenerentẽ fiũt, sed ex quo sumus filii dei interior de die in diem renouatur, q̃uis & ipse exterior per lauacrum regenerationis sanctificatus sit, & spẽ futuræ incorruptionis acceperit, propter quod & templum dei merito dicitur, Corpora uestra, inquit Apostolus, templum in nobis spiritussancti est, quẽ habetis a deo, & nõ estis vestri. Empti. n. estis pcio magno, glorificate ergo & portate deũ in corpore uro, Hoc totum nõ solũ pp præsentem iustificationem,

sem, sed maximè propter illam spem dictũ est, de qua idẽ alio loco dicit. Sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem filiorũ dei expectantes redemptionem corporis nostri. Si ergo redemptio corporis nostri secundum Apostolum expectatur, profecto quod expectatur, adhuc speratur nondum

B

Rom. 8. tenetur. Vnde adiunxit & dixit, Spe. n. salui facti sumus: Spes autem quæ videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid speret? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Non itaq; per hoc quod expectamus, sed per hoc quod teneramus, carnales filii propagantur. Absit ergo vt fidelis homo, cum audit ab Apostolo,

Colo. 3.

Diligite vxores vestras, concupiscentiã carnis diligat in vxore, quam nec in seipso deber diligere, audiens alterum Apostolum,

1. Ioan. 2.

Nolite diligere mũdum nec ea quæ in mundo sunt, quisquis dilexerit mundum non est charitas patris in illo: quia omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscẽtia oculorum, & ambitio seculi, q̃ non est à patre, sed ex mundo est. Et mũdus transibit & concupiscentia eius, Qui autem fecerit voluntatem dei, manet in æternum.

De olea

Ex hac igitur cõcupiscentia carnis quod nascitur, vtiq; mundo nõ deo nascitur. Deo autem nascitur, cũ ex aqua & spiritusancto renascitur. Huius concupiscentiæ reatum regeneratio sola dimittit, quem generatio trahit. Ergo quod generatum est, regeneretur, C quia non potest effici aliter, vt quod tractũ est remittatur. Vt enim quod dimissum est in parente trahatur in prolem, miris quidẽ modis fit, sed tñ fit. Hæc inuisibilia & insensibilibus incredibilia, sed tñ vera, vt haberent aliquod visibile exemplũ, hoc in quibusdã arbustis diuina prouidẽtia procurauit. Cur enim nõ credamus pp hoc esse institutum, vt ex oliua nascatur oleaster? An credendũ non est in aliqua re quæ creata est ad vsus hominum, creatorem puidisse & instituisse, quod ad generis humani valeret exemplum? Mirum est ergo quemadmodum à peccati vinculo per gratiam liberati, gignãt tamen eodẽ vinculo obstrictos, quos eodẽ modo oporteat liberari: fatemur, mirũ est. Sed quod latent fœtus oleastrorum etiam in seminibus oleatum, quando, & hoc crederetur, nisi experientia probaretur? Proinde sicut gignuntur ex oleastri semine oleaster, & ex oleæ semine non nisi oleaster, cũ inter oleastrum & oleam plurimum distet: ita gignitur & de carne peccatoris, & de carne iusti vtrinque peccator, quanuis inter peccatorem & iustum plurimum distet. Gignitur autem peccator actu adhuc nullus, & ortu nouus, sed reatu vetus homo a creatore, ca- D ptiuus a deceptore, indigens redemptore. Sed q̃ritur qũo trahi possit captiuitas prolis ẽt de parentibus iam redemptis. Et quia non facili rõne indagatur, nec sermone explicatur, ab infidelibus non creditur, quasi & illud qd̃ de oleastro & de olea diximus, vt generis dissimilis sit fœtus similis, facile aliqua inuenit ratio, vel explicet sermo. Sed hoc ab eo qui experiri voluerit, cerni põt. Sit ergo in exemplo, vnde & illud credatur quod cerni non potest.

Non. n. fides dubitat Christiana, quã no Etiã in ui hæretici oppugnare cœperunt, & eos qui fantes lauacro regenerationis abluuntur, redimi non ba- de potestate diabol, & eos qui nondum tali ptiza- regeneratione redempti sunt, etiã paruulos tos, esse filios redẽptorũ sub eiusdẽ diaboli esse po- in potestate captiuos, nisi & ipsi eadem Christi state dia gratia redimantur. Ad oẽs nanque pertine- boli. re nõ dubitamus ætates, illud de quo Apo- Cap. 20 stolus loquitur beneficium dei. Qui eruit Colo. 1. nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij claritatis suę. Ab hac igitur potestate tenebrarum, quarum est diabolus princeps, id est, a potestate diaboli & angelorum eius quisquis erui cum bapizantur negauerit paruulos, ipsorum ecclesiæ sacramento E rum veritate conuincitur, quæ nulla hæretica nouitas in Ecclesia Christi auferre vel mutare permittitur, regente atque adiuuante capite totũ corpus suũ, pusillos cum magnis. In veritate itaq; nõ in falsitate potestas diabolica exorcizatur in paruulis, eiq; renunciant, quia per sua nõ possunt, p corda & ora gestantiũ, vt eruti a potestate tenebrarũ in regnum sui domini transferantur. Quid ergo in eis est p quod in ptãte diaboli teneantur donec eruantur inde per sacramentum baptismatis Christi, quid est nisi peccatũ? Non enim aliud inuenit diabolus, unde possit humanã suo iuri mancipare naturam, quã bonam bonus author instituit. Nullum autem peccatum paruuli in sua vita commiserunt proprium. Remanet igitur originale peccatum, per quod sub diaboli potestate captiui sunt, nisi inde lauacro regenerationis & Christi sanguine redimantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& transeant in regnum redẽptoris sui, frustrata potestate captiuatoris sui, & data potestate qua fiant ex filiis huius seculi filii dei.

Bona cõiugii nõ sunt ex peccato. Cap. 21

Iam nunc si quodammodo interrogemus bona illa nuptialia, vnde ab eis potuerit peccatũ in paruulos propagari rũdebit nobis operatio,propagandæ prolis, Ego in paradiso magis fœlix essem, si peccatũ non fuisset admissum. Ad me nãq; pertinet illa benedictio dei, Crescite & multiplicamini. Ad hoc opus bonum diuersi sexus diuersa membra sunt condita, quæ quidem ante peccatum iã erant, sed pudenda non erant. Rspondebit pudicitiæ fides. Si peccatũ nõ fuisset,quid me in paradiso securius esse potuisset,vbi nec stimularet mea, nec alterius me libido tentaret? Rũdebit etiã cõnubii sacramẽtum, De me ante peccatum dictum est in paradiso, Relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit uxori suæ, & erũt duo in carne una. Quod magnum sacrm dicit Apostolus in Christo & in Ecclesia. Quod ergo est in Christo & in Ecclesia magnũ, hoc in singulis quibusq; viris atq; uxoribus minimũ, sed tñ cõiunctionis inseparabile sacramentum. Quid horum est in nuptiis unde peccati uinculum transiret in posteros? Nempe nihil. Et certe his tribus bonis perfecte se haberet bonitas nuptiarum, quibus bonis etiam nunc bonæ sunt nuptiæ.

Gen. 1.

Gen. 2.

Libido & pudor ex peccato. Cap. 22

Porro autẽ si interropetur illa carnis cõcupiscẽtia,qua pudẽda facta sunt quę prius pudenda non fuerãt, nonne respondebit se in membris hominis esse post peccatum cępisse? Et ideo legem peccati uerbis apostoli eis nuncupatam, q̃ hominem sibi subditũ fecerit,quia deo suo subditus esse noluit, sequę esse de qua & primi cõiugati tunc eruberuntq̃ pudenda texerunt,& nunc omnes erubescunt, q̃ ad concumbendum secreta conquirunt,neque huius operis testes audent habere uel filios,quosinde generũt. Cui verecundiæ naturali Cynicorum error philosophorũ mirabili impudentia reluctatus est,quandoquidem hoc q̃n licitũ esse honestumq̃; cum coniuge palam faciẽdum esse censebant. Vnde merito immundicia huius impudentiæ caninum nomen accepit. Ex hoc quippe Cynici nuncupati sunt.

Gen. 3.

Concupiscẽtia, ex peccato

Hæc omnino concupiscentia,hæc lex iusto ẽ, nõ stitiæ uetat obedire,dicente Apostolo, Nõ ergo regnet peccatum in uestro mortali ipsa pecorpore ad obediendũ desideriis eius, neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Hæc inquam, concupiscentia, quæ solo sacramento regenerationis expiatur,profecto peccati uinculum generatione traiicit in posteros, nisi ab illo & ipsi regeneratione soluantur. Nam ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis,q̃n illi ad illicita opera non consentitur,atq; ut ea perpetrent,à regina mẽte membra non dantur, ut si non fit quod scriptum est, Non concupiscas:fiat saltem quod alibi legitur, Posteõ cupiscentias tuas non eas.Sed quia modo quodam loquendi peccatũ uocatur,q̃ pctõ facta est, & pctũ si uicerit facit reũ,reatus eius ualet in generato. Quem reatũ Christi gratia per remissionem omnium pctõrum in regenerato,si ad mala opera ei quodammodo iubenti nõ obediat,valere nõ sinit. Sic aũt uocat pctũ, quia pctõ facta est,cum iam in regeneratis non sit ipsa pctũ,sicut uocatur lingua locutio,quam facit lingua, & manus uocat̃ scriptura,quam facit manus. Itemq; sic uocatur pctũ,quia pctũ si uincit facit,sicut uocatur frigus pigrum,non q̃ a pigris fiat, sed q̃ pigros faciat. Hoc generi humano inflictũ uulnus à diabolo, quicquid per illud nascitur, cogit esse sub diabolo, tanquam a suo frutice fructum iure decerpat,non q̃ ab illo sit natura humana, quæ non est ex deo. Non.n. deo,sed uitiũ quod non est ex deo. Non.n. propter seipsam quæ laudabilis est,quia opus dei est, sed propter damnabile vitium quo uitiata est,natura humana damnatur. Et propter quod damnatur, propter hoc & damnabili diabolo subiugatur,quia & ipse diabolus spiritus immundus est,& unus; bonũ quod spũs,malum quod immundus, qm̃ spũs est natura, immundus est vitio. Quorum duorum illud à deo est, hoc ab ipso. Nõ itaq; tenet homines siue maiores, siue infantilis ætatis propterquod homines sunt,sed propter quod immundi sunt. Qui ergo miratur quia creatura dei subdita diabolo,non miretur, subditur enim creatura dei creaturæ dei,minor maiori,quia homo angelo,nec tñ propter naturam, sed propter vitium, quia immundus immundo. Hic est fructus eius ex antiqua immunditiæ stirpe, quam plantauit in homine,maiores quidem pœnas ultimo iudicio,quanto est immundior ipse passurus, veruntamẽ

& quibus in illa damnatione tolerabilius erit,huic sunt subditi velut principi authorij; peccati,quia nulla erit dãnationis causa,nisi peccatum.

Quapropter natos non ex bono quo bonæ sunt nuptiæ,sed ex malo concupiscẽtiæ, quo bene quidem vtuntur nuptiæ, de quo tñ erubescunt & nuptiæ,reos diabolus parvulos tenet. Quia cum sint ipsæ honorabiles omnibus ad eas proprie pertinentibus bonis ẽt si horum habeant immaculatum, non solum à fornicationibus & adulterijs, quæ sunt flagitia damnabilia, verumetiam ab illis excelsibus concumbendi, qui non fiunt causa prolis à voluntate dominante, sed causa voluptatis vincente libidine, quæ sunt in coniugibus peccata venialia, tñ cum ventum fuerit ad opus generandi, ipse ille licitus honestusq; cõcubitus,nõ pt esse sine ardore libidinis, vt peragi possit q̃ rõnis est nõ libidinis. Qui certe ardor siue sequatur,siue præueniat voluntatẽ,nõ tñ nisi ipse quodam quasi suo imperio moueret membra,quæ moueri sola voluntate nõ possunt: Atq; ita se indicat non imperantis famulum, sed inobedientis supplicium voluntatis:nec libero arbitrio, sed illecebroso aliquo stimulo commouendum, & ideo pudendum: Ex hac concupiscentia carnis, q̃ licet in regeneratis iam nõ deputetur, in peccatum, tñ naturæ non accidit nisi de peccato. Ex hac,inquam, concupiscentia carnis tanquam filia peccati,& quando illi ad turpia consentitur, etiam peccatorum matre multorũ,quæcunq; nascitur proles, originali est obligata peccato,nisi in illo renascatur quem sine concupiscentia virgo concepit. Propterea quando nasci est in carne digratus, sine peccato solus est natus.

Si aũt quæritur, qũo ista concupiscentia carnis maneat in regenerato,in quo vniuersorum facta est remissio peccatorum, quando quidem per ipsam seminatur, & cũ ipsa carnalis gignitur proles parentes etiam baptizati,aut certe si in parente baptizato posset & esse & peccatum non esse,cur eadem ipsa in prole peccatum sit: ad hæc respondetur,dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non vt non fit,sed vt in peccatum non imputetur. Quanuis autem reatu suo iam soluto manet tñ donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione interioris hominis de die in diem, cum exterior induerit incorruptionem: non enim subſtantialiter manet sicut aliquod corpus, aut spiritus, sed affectio est quædam malæ qualitatis sicut languor. Non ergo aliquid remanet quod nõ remittatur,cum fit, sicut scriptum est,Propitius dñs omnibus iniquitatibus nostris, sed donec fiat, & quod sequitur, Qui sanat oẽs languores tuos, qui redimet de corruptione vitam tuam:manet in corpore mortis huius carnalis concupiscentia. Cuius vitiosis desiderijs ad illicita perpetranda non obedire præcipimur,ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Quæ tñ concupiscentia,quotidie minuitur in proficientibus & continentibus,accedente aũt senectute multo maxime. Qui vero nequiter seruit, tantas in eis uires accipit, vt plerunq; iam ætate deficientibus membris, eisdemq; partibus corporis ad illud opus iam moueri minus valentibus, turpius & procacius insanire non desinat.

Rom. 6. Ps. 102.

In eis ergo, q̃ regenerantur in Christo, cum remissionem accipiunt prorsus omnis peccatorum,utiq; necesse est,vt reatus etiã huius licet adhuc manentis concupiscẽtiæ remittatur,vt in peccatum, sicut dixi, non imputetur. Nam sicut eorũ peccatorũ quæ manere non possunt, q̃n cum fiunt præterevnt,reatus tñ manet,& nisi remittatur in æternum manebit, sic illius concupiscentiæ q̃n remittitur reatus aufertur. Hoc ẽ enim non habere peccatum, reum non esse peccati. Nam si quisquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiam si nunquam deinceps faciat,reus est adulterij, donec reatus ipsius indulgentia remittatur. Habet ergo peccatum,quanuis illud quod admisit iam nõ sit, quia cum tempore quo factũ est præterijt. Nam si à peccando desistere hoc esset non habere peccatum sufficeret vt hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non adijcias iterum: Non autem sufficit, sed addidit, Et de pristinis deprecare, vt tibi remittantur. Manent ergo,nisi remittantur. Sed qũo manent si præterita sunt,nisi quia præterierũt actu,manent reatu.

Reatus peccati. Cap. 26. A Ecclesia. stici. 21.

Si itaq; fieri contrario põt, vt etiã illud manet actu,prætereat reatu. Agit.n.aliquid concupiscentia carnis,& q̃n non exhibetur sine reatu. Concupiscentia. Cap. 27.

Si 4 tum in

tu in uestro mortali corpore ad obediendū
desiderijs eius. Non.n.ait,ad habenda de-
sideria eius:sed, ad obediendum desiderijs
eius:vt qm̄ sunt in alijs maiora, in alijs mi-
nora,prout quisq; in hominis interioris no
uitate profecerit,in hoc agonem iustitiæ pu
dicitiæq; seruemus,ne illis obediamus, vt
tū nec ipsa sint desideria,velle debemus, ēt
si in corpore mortis huius id obtinere non
B possumus. Hinc.n.& alio loco idē Apostō-
lus loquens velut ex suæ personæ introduc-
tione nos instituit,dicens, Non.n.quod vo
Rom.7. lo hoc ago,sed quod odi illud facio.i.concu
piſco,quia & hoc nollet facere, vt esset omni
ex parte perfectus. Si aūt quod nolo,in-
quit,hoc facio, consentio legi qm̄ bona est,
quia hoc & illa non vult quod & ego nolo.
Exo.20. Non vult.n.vt concupiscam,quæ dicit,Nō
concupisces:& ego nolo concupiscere. In
hoc itaque consentiunt, voluntas legis, &
mea. Verum quia concupiscere nolebat,&
tū concupiscebat, sed eadem concupiscētiæ
nequaquam consentiendo seruiebat, adiun
xit atq; ait, ¶Nunc autem iā nō ego operor
illud,sed id quod inhabitat in me peccatū.
Nō facit Multum aūt fallitur homo qui consen-
qui non tiens concupiscentiæ carnis suæ, & qđ illa
cōsentit desiderat decernens facere, & statuens pu
concupi tat sibi adhuc esse dicendum,nō ego operor
scentiæ. illud,etiam si oderit,quia consentit. Simul
Cap.28. enim est vtrunque,& ipse odit, quia malū
esse nouit, & ipse facit,quia facere statuit,
Iam vero si & illud addat quod scriptura
prohibet,dicens, Neq; exhibueritis mēbra
Rom.6. vestra arma iniquitatis peccato: vt quod
C facere statuit in corde, etiam corpore com-
Rom.7. pleat,& ideo dicat, Non ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum: quia cū
id decernit & facit, & displicet sibi, tm̄ er-
rat, vt nec seipsum agnoscat, quando cum
ex toto ipse sit & corde statuente & corpo-
re implente,adhuc seipsum esse non putat.
Cap.29. Qui ergo dicit, Iam non ego operor il-
Rom.7. lud,sed quod habitat in me peccatum,si tan
tummodo concupiscit,verum dicit, non si
cordis consensione decernit,aut etiam cor-
poris ministerio perficit. Deinde adiungit
Apostolus, Scio.n.quia non habitat in me,
hoc est, in carne mea bonum: vellę enim
adiacet mihi, perficere autem bonum non
inuenio.hoc ideo dictum est,quia tunc per-
ficitur bonum,quando desideria mala nul
la sunt, sicut tunc perficitur malum, quan-
do malis desiderijs obeditur. Quando aūt
sunt desideria,sed non eis obeditur,nec ma-
lum perficitur,quia non eis obeditur, nec
bonum quia sunt,sed fit ex aliqua parte bo-
num,quia concupiscentiæ malæ nō consen
titur,& ex aliqua parte remanet malum,qa
vel cnocupiscitur,iō ergo Apostolus nō ait
facere bonum sibi non adiacere, sed perfi-
cere.Multū.n.boni facit,qui facit quod scri
ptum est,Post concupiscentias tuas nō eas: D
sed non perficit,quia non implet quod scri Eccles
ptum est,Non concupiscasi Ad hoc ergo di ficit.Ia
xit lex,Non cōcupisces: vt nos in hoc mor Exo.20.
bo iacere inuenientes, medicinam gratiæ
quæreremus,& in eo præcepto sciremus,&
quo debeamus in hac mortalitate proficien
do conari, & quo posit à nobis in illa im-
mortalitate beatissima peruenirinisi enim
quandoque perficiēdum esset,nunquam iu-
bendum esset.

Deinde repetens Apostolus vt amplius Cap.30.
commendet sententiam superiorem:Nō.n. Rom.7.
quod volo,inquit, facio bonum, sed quod
nolo malum hoc ago. Si aūt quod nolo ego
hoc facio,iā non ego operor illud, sed quod
habitat in me peccatū. Et sequitur, Inuenio
ergo legē mihi volenti facere bonū, qm̄ ma
lum mihi adiacet,hoc est, inuenio mihi le-
gem esse bonum volenti facere,qđ lex vult,
qm̄ non ipsi legi quæ dicit, Nō cōcupisces,
sed mihi adiacet malum quod nolo, quia &
nolens concupisco. Condelector.n.legi dei
secundum interiorem hominem,video aūt
aliam legem in membris meis repugnantē
legi mentis meæ, & captiuantem me sub le
ge peccati,quæ est in membris meis. Ita cō
delectatio legi dei secundum interiorem ho
minem, de magna nobis venit gratia Dei.
In ea quippe interior homo noster renoua E
tur de die in diem, cum in ea proficit per- 2. Cor.
seueranter. Non enim timor est torquens,
sed amor libens. Ibi sumus veraciter libe-
ri,vbi non delectamur inuiti. Verum illud
quod ait,Video autem aliam legem in mem
bris meis,repugnantem legi mentis meæ:ip
sa ista est de qua loquimur concupiscentia,
lex peccati in carne peccati. Quod aūt di-
xit, & captiuantē me sub lege peccati: hoc
est,sub seipsa q̄ est in mēbris meis. Aut ca-
ptiuantē dixit, captiuare conanté,id est,ad
consentiendum implendumq; cogentem,
aut potius,quod non habet controuersiam,
captiuantem secundum carnem, quam nisi
teneret carnalis concupiscentia, quam le-
gem peccati vocat, non vtique in ea ullum

illicitum desiderium,cui mens obedire non
debeat,commoueret. Quod aūt non ait,ca
ptiuantē carnem meā:sed,captiuantem me:
hinc factum est, vt sensus hic alius quærere
tur,& acciperemus captiuātem uelut dixis-
set,captiuare conātem. Sed cur non diceret,
captiuantem me, vbi vellet intelligere car-
nem suam?an non dictū est de dño Iesu cū
esset in monumento nō fuisset inuēta caro eius,
F Tulerunt dñm meum & nescio ubi posue-
runt eum? Num iō non recte dictū est,qa
non dictum est, carnē uel corpus dñi mei,
sed dominum meum?

Caro Quanquam paulo superius,& ipse Apo
carnalis stolus Paulus quo recte potuerit de carne
& suas dicere, captiuantem me, satis euidenter
Cap. 31. aperuit. Cū.n.dixisset,Scio.n.quia non ha
Rom.7. bitat in me, idipsum exponens adiunxit,&
ait,hoc est in carne mea bonū: hęc ergo ca-
ptiuatur sub lege peccati, in qua non habi-
tat bonum,hoc est caro. ¶Carnē aūt nūc ap
pellauit,vbi est morbidus quidam carnis af
fectus,non ipsam corporis conformationē,
cuius membra non adhibēda sunt arma pec
caro.i.eidem ipsi cōcupiscētię,quæ hoc car-
nale nostrum captiuum tenet. Nam quan-
tum attinet ad ipsam corporalem substan-
tiam atq; naturā in viris fidelibus,siue con-
iugatis, siue continentibus,iam templū dei
est, attamen si omnino nihil carnis nostræ
captiuum teneretur,non quidem sub diabo
lo, quia & ibi facta est peccati remisio, ut
peccatum nō imputetur, quod proprie lex
peccati uocatur,tm̄ sub ipsa lege peccati, hoc
est sub concupiscentia sua nisi aliquantum
teneretur caro nostra captiua,quo esset ue-
rum quod ait idem Apostolus, Adoptionē
expectantes,redemptionē corporis nostri?
Interim igitur adhuc expectatur redem-
ptio corporis nostri, in quantum adhuc ex
aliqua parte captiuum est sub lege peccati.
Rom.7. Vnde & hic exclamans ait, Infelix ego hō
quis me liberabit de corpore mortis huius?
Gratia dei per Iesum Christum dominum
nostrum. Vbi quid intellecturi sumus nisi
Cap.9. animam? Cur ergo id ipsum corpus iam in-
corruptibile recipietur,plena erit liberatio
a corpore mortis huius,a quo non liberan-
tur qui sunt ad pœnā resurrecturi. Ad cor-
Cap.5. pus ergo mortis huius intelligitur pertine
re,vt alia lex in membris repugnet quidem
legi mentis, dum caro cōcupiscit aduerlus
spiritum, & mentem non subiuget,quia &
spiritus cōcupiscit aduersus carnem, atque
ita quāuis lex ipsa peccati captiuum teneat
aliquid carnis, vū resistat legi mētis,nō tū
regnat in nro licet mortali corpore, si non Rom.
obedit desiderijs eius. Solent.n.& hostes ad
uersus quos dimicatur, & inferiores esse in
certamine & uicti aliquid tenere captiuum,
q̄ in nra carne quanuis sub peccati lege te
neatur,tū in spe redemptionis est, quia ipsa H
vitiosa concupiscentia nulla omnino rema
nebit,caro aūt nostra ab ea peste morboque
sanata, & tota immortalitate vestita, in æ-
terna beatitudine permanebit. Subiungit āt
Apostolus & dicit, Igitur ego ipse mēte ser Rom.7.
uio legi dei,carne aūt legi peccati. Qđ sic
intelligendum est,mente seruio legi dei, nō
consentiendo legi peccati,carne autem ser-
uio legi peccati, habendo desideria peccati,
quibus & si non consentio, nondum tamen
penitus careo.

Deniq; quid post hæc intulerit attenda Lex pec
mus. Nulla ergo,inquit,condēnatio est nūc cati in
his, qui sunt in Christo Iesu:etiam nunc, paruulis
inquit,qm̄ lex in membris repugnat legi mē Cap. 32
tis,& captiuū aliquid tenet in corpore mor Rom. 8.
tis huius, nulla condemnatio est ijs q̄ sunt
in Christo Iesu. Audi quare, Lex.n.spūs vi
tæ,inquit,in Christo Iesu liberauit me à le
ge peccati & mortis. Liberauit,quō? nisi qa
eius reatum peccatorum omnium remissio
ne dissoluit,vt quanuis adhuc maneat,& de
die in diem,magisque minuatur,in peccа-
tum tamen non imputetur. Hæc itaque re-
missio peccatorum quandiu non fit in pro-
le,sic ibi est lex ista peccati, vt ēt in pecca-
tum imputetur, id est, vt etiam reatus eius
cum illo sit,qui eum teneat ęterni supplicij
debitorem. Hoc enim traiecit parens in pro
lem carnalē,quod & ipse carnaliter natus,
non quod spiritaliter est renatus, quia idip
sum quod carnaliter natus est,quanuis rea- I
tu soluto non impediat fructum eius, tamē
tanquam in semine oliuæ latet,etiam si pp
remissionem peccatorum nihil oleo noceat
ei scilicet vitæ,qua secundum Christum, q Abac. 2.
est appellatus ab oleo, id est, chrismate,iu-
stus ex fide uiuit. Hoc autem quod in pa-
rente regenerato tanquam in oleæ semine
sine ullo reatu, quia remissum est,tegitur,
profecto in prole nōdum regenerata velut
in oleastro cum reatu habetur, donec illic
ēt eadē gra remittatur, Ex quo.n. Adam ex
olea tali in qua nec semn erat eiusmodi,vū
amaritudo nascerēt oleastri,in oleastrū pec-

cando

Universidad de Deusto
Biblioteca

cando conuersus est, quia tam magnũ peccatum fuit ubi magna in deterius fieret mutatio naturæ, totum genus humanum fecit oleastrũ, ita vt quemadmodum nunc in ipsis videmus arboribus, si quid inde in oleã grẽ diuina cõuertit, ibi vitium primæ natiuitatis, quod erat originale pctm de carnali cõcupiscentia traductũ & tractũ remittat, tegat, non imputetur. Inde tũ oleaster nascatur, nisi & ipse in oleã eadem gratia renascatur.

K Beata itaque olea cuius remissæ sunt iniquitates, & cuius tecta sunt peccata. Beata cui non imputauit dominus peccatum, sed illud quod remissum & tectum est & non imputatur, donec fiat in æternã immortalitatẽ plena mutatio, habet vim quandam occultam, vũ seminetur amarus oleaster, nisi & illic eadem dei agricultura remittatur, tegatur, nõ imputetur. Nõ erit ãt omnino aliquid vel in carnali semine vitiosum, cũ eadem regeneratione, q̃ nunc fit per sacrũ lauacrum, vsq; in finẽ cuncta mala hominis purgante atq; sanante eadẽ caro p quam facta est anima carnalis, fiat ẽt ipsa spiritalis, nullam legi mentis resistentẽ concupiscentiam carnis habitura, nihil carnalis seminis emissura. Sic.n. accipiendũ est quod ait idẽ Apostolus, Chr̃s dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt eã sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in uerbo, vt exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam non habẽtem maculam aut rugã, aut aliquid eiusmodi. Sic, inquã accipiendũ est, vt eodem lauacro regenerationis & uerbo sanctificatiõis omnia prorsus mala hominum regenerato rum mundentur atq; sanentur, nõ solũ peccata, q̃ omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quę posterius humana ignorantia vel infirmitate cõtrahuntur, non vt baptisma quotiẽs peccaẽ, totiens repetatur, sed qa ipso quod semel dat fit, vt nõ solum antea, verumẽ postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. Quid .n. prodesset vel ante baptismũ pœnitentia, nisi baptismus sequeret, uel postea, nisi præcederet? In ipsa quoq; dñica oratione, q̃ quotidiana est nr̃a mundatio, quo fructu, quo effectu diceretur, Dimitte nobis debita nr̃a, nisi ab eis qui baptizati sunt diceretur? Itẽq; eleemosynarum largitate & beneficentia quantalibet cui tandem ad dimittenda sua peccata prodesset, si baptizatus nõ eẽt? Postremo regni cœlorũ ipsa fœlicitas, vbi

Non est remissio sine baptismo. Cap. 33

Ephe. 6.

Matt. 6.

nõ habebit Ecclesia maculã aut rugam, aut aliquid eiusmodi, vbi nihil reprehensionis, nihil simulationis erit, vbi nõ solum reatus sed nec cõcupiscentia erit vlla peccati, quorum erit, nisi baptizatorum?

Ac per hoc nõ solũ omnia pctã, sed omnia prorsus hominũ mala Christiani lauacri sanctitate tollũtur, quo mũdat Ecclesiã suã Chr̃s, vt exhibeat eã sibi, nõ in isto seculo, sed in futuro nõ habentẽ maculã aut rugã, aut aliquid eiusmodi. Ná qui mõ eam tam sanctã fatent̃ se habere pctã si uerũ dicãt, profecto mũdi nõ sunt a peccatis, habet in eis Ecclesia maculam. Si aũt falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur, hẽt in eis Ecclesia rugã. Si ãt se dicũt habere ista, nõ ipsam ergo se nõ esse membra eius, nec se ad corpus eius pertinere fateantur, ut etiam sua cõfessione damnentur.

Ecclesia sine macula et ruga. Cap. 34

Cap. 35

De hac autem concupiscentia carnis quã curauimus a nuptialibus bonis tam prolixa disputatione distinguere, pp nouos hæreticos qui cũ reprehenditur, calũniantur, quasi nuptiæ reprehendantur, vt.s.eam tanquã bonum naturale laudando, suum pessimũ dogma confirment, quo asserunt prolem, q̃ per illam nascitur, nullum trahere originale peccatum. De hac ergo carnis concupiscentia, beatus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, cuius sacerdotali ministerio lauacrum regenerationis accepi, sicut breuiter est locutus, cum exponens Esaiam prophetam, carnalem Christi nativitatem, innuaret, Ideo, inquit, & quasi homo per uniuersa tentatus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quia de spiritu sancto natus, abstinuit a peccato: Omnis enim homo mendax, & nemo sine peccato nisi unus deus. Seruatũ est igitur vt ex viro & muliere, id est, per illam corporum cõmixtionem nemo videatur expers delicti esse. Qui aũt expers est delicti, expers est etiam huiusmodi conceptionis. Nunquid nam & sanctus Ambrosius nuptiarum bonitatem, ac nõ potius istorũ hæreticorũ quamuis tũc nondum apparẽtium, vanitatem huius sũæ sententiæ veritate dãnauit? Qđ ideo cõmemorandum putauit, qa pelagius sic laudat Ambrosiũ, ut dicat, Beatus Ambrosius cp̃s, in cuius præcipue libris Romana clucet fides, q̃ scriptorũ inter Latinos eos qđã speciosus enituit, cuius fidẽ & purissimum in scripturis sensum ne inimicus quidẽ auferre

ẽt reprehendere. Pœniteat ergo eũ qđ̃ sentit aduersus Ambrosiũ, ne pœniteat eũ qđ̃ sic laudauit Ambrosium, Habes librum & molestiæ longitudinis, & difficultatẽ qõnis, quãm mihi fuit ad dictandũ tã tibi ad legendum negotiosum, quibus particulis tempũ te inuenire potuit aut potuerit otiosum. Quem profecto quãtum me dominus adiuuare dignatus est elaboratum, inter Ecclesiasticas curas meas, non tibi ingererem inter publicas tuas, nisi ab homine dei qui te familiarius nouit audissem, quòd tam liberas lectioni vigilanter impendas.

Huius libri finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI ad Valerium comitẽ de nuptiis & concupiscentia Liber Secundus.



Nter militiæ tuæ curas & illustris personæ quam p meritis gestas, actusq; rei publicæ necessarios, fili dilectissime & honorande Valeri, tanto studio te aduersus hæreticos in eloquia diuina flagrare satis dici non potest quanta mentis iocũ ditate delecter. Itaq; posteaquã legi literas sublimitatis tuæ, quibus de libro quẽ ad te scripsi gratias agis, sed admones vt per frãtrẽ & cos̃pm meũ Alipiũ audiã, quid de q̃busdam locis eiusdem libri hæretici disputationis assumant, ad hoc scribendũ excitatus sum. Et quia non tantum relatu memorati C fratris mei id didici, verumetiam prolatas ab eo chartulas legi, quas post eius de Rauẽna profectionem Romã mittere ipse curauerit, ad ea rñdere adiuuante dño quanta possum veritate & scripturarum diuinarũ authoritate proposui.

Chartula cui nunc rñdeo hoc titulo præ notatur, Capitula de libro Augustini quẽ scripsit, cõtra quæ de libris pauca decerpsi. Hic video eum qui tuæ p̃stantiæ ista scripta direxit, de nescio quibus ea libris, causa quã ẽt existimo celerioris rñsionis, ne tuã differret instantiam, voluisset decerpere. Qui auerem sint isti libri cum cogitarem, eos esse arbitratus sum, quorum mentionem Iulianus facit in epistola quam Romam misit, cuius exemplum simul ad me vsque peruenit. Ibi quippe air, Dicunt etiam istas quæ modo aguntur, nuptias à deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur. Cõtra quem ego modo quatuor libellis respõdi, credo ex his libellis ista decerpta sunt, vnde melius fortasse fuerat vt vniuerso ipsi operi eius quod quatuor voluminibus explicauit, redarguendo & refellendo nostra laboraret intensio, nisi & ego responsionem differre noluissem, sicut nec tu transmissionem scriptorum quibus respondendum est, distulisti, Verba ergo de libro meo tibi à me misso tibiq̃ notissimo ista posuit quæ refutare conatus est, damnatores nos esse nuptiarũ operisq; diuini, quo ex maribus & fœminis deus homines creat inuidiosissime clamitat, quoniam dicimus eos qui de tali commixtione nascuntur, trahere originale peccatum, eosq; qui de parentibus quabuscunque nascantur, nõ negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo. In his verbis meis testimonium Apostoli quod interposui, prætermisit, cuius se opprimi magna mole sentiebat. Ego enim cum dixissem homines natos trahere originale peccatum, mox hoc intulit quod Apostolus ait, Per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt, quo testimonio, vt diximus, prætermisso cætera ille contexuit, quæ supra memorata sunt. Nouit.n. quemadmodum soleant hæc verba apostolica q̃ prætermisit, accipere catholicorum corda fidelium, quæ verba tam recta & tanta luce fulgentia tenebrosis & tortuosis interpretationibus noui hæretici obscurare & depraua re moliuntur. Deinde alia verba mea subtexuit, vbi dixi, Nec aduertunt q̃ ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum & fornicationum malum bono naturali quod inde nascitur non potest excusari. Nam sicut peccatum siue hinc siue inde trahatur opus est diaboli, sic homo siue hinc siue inde nascatur opus est dei. Etiam hic ea prætermisit, in quibus aures catholicas timuit. Nam vt ad hæc verba veniretur, supra dictũ erat à nobis. Hoc ergo qa dicimus quod antiquissima atq; firmissima catholicæ fidei regula continetur, isti nouelli & peruersi dogmatis assertores qui nihil peccati esse in paruulis dicũt, qđ̃ lauacro re

Rom. 5.

genera-

generationes abluatur tanq̃ damnemus nuptias & tanquã opus dei, hoc est hominem, qui ex illis nascitur opus diaboli esse dicamus, infideliter vel imperite calumniãtur. His ergo nostris prætermissis, sequunt illa nostra q̃ posuit, sicut supra dictũ est. In his itaq; q̃ prætermisit hoc timuit, quia cũctæ Ecclesiæ catholicæ pectori conuenit, fidéq; ipsam antiquitus traditam atq; fundatam, clara quodãmodo voce cõpellat, & aduersus eos vehementsisime permouet quod diximus, quia nihil peccati esse in paruulis dicũt, q̃d lauacro regñationis abluat, Oẽs.n. ad Ecclesiã nõ ꝓp aliud cum paruulis currunt, nisi vt in eis originale pctm generatione prima natiuitatis attractum regñatione secundæ natiuitas expietur. Deinde ad nra superiora verba reuertitur, q̃ nescio cur repetat. Eos autem qui de tali cõmixtione nascuntur, dicimus trahere originale peccatũ, eosq; qui de parentibus quibuscunq; nascuntur, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo. Hæc verba nostra, & pauloante iã dixerat. Deinde subiungit, quod de Chro diximus, qui de eadẽ sexus vtriusq; cõmixtione nasci noluit. Sed ẽt hic ꝓtermisit quod ego posui, vt per eius gratiã de potestate tenebrarum eruti, in regnũ illius, qui ex eadem sexus vtriusq; cõmixtione nasci, noluit, transferantur. Vide obsecro te, quæ nostra verba vitauit tanquã inimicus omnino gratiæ dei, quæ venit per
Colo.1. Iesum Christum dñm nostrũ. Scit.n. ab illa Apostoli sententia, qua dixit de deo patre qui eruit nos de potestate tenebrarũ, & trãstulit in regnum filij claritatis suæ, improbissime & impijssime paruulos separari, ideo proculdubio verba ista prætermittere
C q̃ ponere maluit. Post hæc illud nostrum posuit, vbi diximus Hæc.n. quæ ab impudẽtibus impudenter laudatur pudenda concupiscentia, nulla esset, nisi homo ante peccasset, nuptiæ vero essent etiam si nemo peccasset: fieret quippe sine isto morbo seminatio filiorũ. Huc vsq; verba mea ille posuit, Timuit n. quod adiunxi, in corpore vitę illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Et hic vt meam sententiã non finiret, sed eam quodammodo detruncaret, illud Apostoli testimonium formidauit, vbi ait, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Nõ enim erat corpus mortis huius in paradiso ante peccatum, propter quod diximus, in corpore vitæ illius, q̃ ibi erat, sine isto morbo seminationem fieri potuisse filiorum, sicut nunc in corpore mortis huius fieri non potest. Vt autem ad istam commemorationem humanæ miseriæ & diuinæ gratiæ veniret Apostolus, supra dixerat, Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Post hæc autem verba exclamauit, Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. In corpore igitur mortis huius, quale in paradiso ante peccatum non fuit, H profecto non erat alia lex in membris nostris repugnans legi mentis nostræ, quia & quando nolumus, & quando non consentimus, nec ei membra nostra, vt impleat q̃d appetit, exhibemus, habitat tamen in eis, & mentem resistentem repugnantemq; sollicitat, vt ipse conflictus etiam si non sit damnabilis, quia non perficit iniquitatem, sit tamen miserabilis, quia non habet pacem. Samen igitur admonuerim, sic istum verba mea velut refellenda sibi proponere voluisse, vt alicubi medijs detractis, sententias interrũperet, alicubi extremis non additis decurret, & cur hoc fecerit, sufficiẽter ostẽderim.

Nunc ad ea quæ sicut voluit, nostra pro Rõde posuit, quæ sua opposuerit, videamus. Seprimaquuntur enim iam verba eius, & sicut iste calũinsinuauit, qui tibi chartulam misit, prius Cap. 3 aliquid de præfatione conscripsit proculdubio librorum illorum, de quibus pauca decerpsit. Id autem ita sese habet, Doctores, inquit, nostri temporis frater beatissime, & nefariæ, quæ adhuc feruet, seditionis authores, ad hominum quorum sanctis studijs vtuntur, contumelias & exitium decreuerunt per ruinam totius Ecclesiæ peruenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum catholica religione non potuisse conuelli. Nam si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum esse nascentiũ conditorem dixerit, Celestianus & Pelagianus vocatur. Ne igitur vocentur hæretici, fiũt Manichæi, & dum falsam verentur infamiam, verum crimen incurrunt, instar ferarum, quæ circundãtur pinnis, vt cogantur in retia. Quibus quoniam deest ratio, in verum exitium vana formidine contruduntur.

Non

Non est ita vt loqueris, quicunq; ista dixisti, nõ est ista, multũ falleris vel fallere meditaris, non liberũ negamus arbitriũ: sed, Si vos filius liberauerit, ait veritas, tunc vere
Ioan.8. liberi eritis: Hunc vos inuidetis liberatorẽ, quibus captiuis vanam tribuitis libertatẽ.
Rom.6. A quo.n. quis deuictus est, sicut dicit scriptura, huic seruus addictus est: nec quisquã nisi per gratiã liberatoris isto soluitur vinculo seruitutis, à quo est hominum nullus immunis. Per vnum quippe hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sic est ergo deus nascentium conditor, vt omnes ex vno eãt in condemnationem, quorum non fuerit re
Rom.9. demptor. Ipse quippe dicit, Misericordiam cui misericordiam, & miserebor cui misertus fuero. Ergo in contumeliam secundum misericordiam, aliud tat Ecclesia Misericordiam & iudiciũ. Non itaq; sicut te atq; alios fallens loqueris, si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum esse nascentium conditorem dixerit, Celestianus & Pelagianus vocatur, ista quippe catholica fides dicit. Sed si quis ad colendum recte deum, sine ipsius adiutorio dicit esse in hominibus liberum arbitrium, & quisquis ita dicit deum nascentium conditorem, vt paruorũ neget à potestate diaboli redemptorem, ipse Celestianus & Pelagianus vocatur. Liberum itaq; in hominibus esse arbitrium, & deum esse nascentiũ conditorem vtriq; dicimus, non hinc estis Celestiani & Pelagiani, liberum autem quẽquam esse ad agendum bonum, sine adiutorio dei, & non erui paruulos à potestate tenebrarum, & sic transferri in regnum dei, hoc vos dicitis, hinc estis Celestiani & Pelagiani. Quid obtendis ad fallendum cõmunis dogmatis tegmen, vt operias proprium
1. crimen, vnde vobis inditum est nomen, atque vt nefario vocabulo terreas imperitos, dicit, Ne igitur vocentur hæretici, fiũt Manichæi? Audi ergo breuiter quid in ista qõne versetur. Catholici dicunt humanam naturã à creatore deo bono conditam bonam, sed peccato vitiatam Christo medico indigere. Manichæi dicunt humanam naturam non à deo conditam bonam peccatoque vitiatam, sed ab æternarum principe tenebrarũ de cõmixtione duarũ naturarum, quæ semp fuerunt, vna bona & vna mala, hominem creatum. Pelagiani & Celestiani dicunt naturam humanam à bono deo conditam bonam, sed ita esse in nascentibus paruulis sanam, vt Christi non habeant necessariam in illa ætate medicinam. Agnosci igitur in tuo dogmate nomen tuum, & catholicis à quibus confutaris, desine obijcere & dogma, & nomen alienum. Nam veritas vtrosq; redarguit, & Manichæos & vos. Manichæis enim dicit, Non legistis quia qui ab initio fecit hominem, masculum & fœmi
Mat.19. nam fecit eos: Et dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: ita que iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Ita M quippe ostendit & hominum conditorem, & coniugum copulatorem deum aduersus Manichæos, qui vtrũq; horum negant. Vo-
Luc.19. bis autem dicit, Venit filius hominis quęre re & saluum facere quod perierat. Sed vos egregij Christiani respondete Christo, Si quod perierat quærere & saluare venisti, ad paruulos non venisti. Isti nec perierant & salui nati sunt, vade ad maiores, de verbis tuis tibi præscribimus, Non est opus sa
Matt.9. nis medicus, sed male habentibus. Ita fit, vt Manichæus qui homini commixtam dicit esse naturam malam, velit inde saltem saluari à Christo animam bonam. Tu vero in paruulis cũ salui sint corpore, nihil à Christo saluandum esse contendis. Ac per hoc Manichæus quidam naturam humanam de testabiliter vituperat, sed tu crudeliter laudas. Quicunq; enim tibi crediderint laudatori, infantes suos non offerunt saluatori. Tã scelerata sentienti quid tibi prodest nõ metuere? Quin tibi fit vt salubriter metuas, & te hominem facis esse, non bestiam, quę circundatur pinnis vt cogatur in retia? Opus erat vt veritatem teneres, eiusq; studio non timeres, nunc vero ita non times, A vt si timeres, euaderes potius retia maligna, quàm incurreres. Mater catholica ideo terret, quia & tibi & alijs à te timet, & si ꝑ filios suos in aliqua potestate positos agit vt timeas, non id agit crudelitate, sed charitate. Tu autem vir fortissimus timere homines ignauum putas, deum ergo time, & noli antiqua fidei catholicæ fundamenta conari tanta obliuione subuertere, quanq̃ iste tuus animus animosus vtinam saltem in hac causa homines timeret, vtinam inquam, saltem paueret ignauia potius, quam periret audacia.

Videamus

Recēset omnia aduersarij & rñ det singulis.

Videamus cætera quæ connectit. Sed ḋ faciam, vtrum singula eius proponam, quibus respōdeam, an eis prætermissis, quæ catholica fides continet, ea sola pertractem atque confutem, in quibus à tramite veritatis exorbitat, & hæresim Pelagianam tanq̄ venenosa virgulta, fructibus catholicis conatur inferere? Hoc quidem certe breuius est, sed perspiciendum arbitror, ne quisquā libro meo lecto, & non lectis omnibus, quę ab illo dicta sunt, existimet ea me proponere noluisse, ex quibus ista eius pendent, & ex quibus quasi consequenter vera esse mōstrantur, quæ falsa redarguo. Non itaq; pigeat vtraq; huic opusculo nostro indita, & ea scilicet quæ ille dixit, & ea quæ ipse respondeo, vniuersa attendere & considerare

B lectorem. Quæ sequuntur, ergo ita præno tauit, qui tuæ dilectioni chartulam misit, Contra eos, inquit, qui nuptias damnant, & fructus earum diabolo assignant.

Calúnia toris ver ba recitat & cō futat.

Non igitur contra nos qui neq; nuptias damnamus, quas etiam in ordine suo debita prædicatione laudamus, nec earum fructus diabolo assignamus: nuptiarum quippe fructus homines sunt, qui ordinate inde generantur, non peccata cum quibus nascūtur. Nec ideo sunt homines sub diabolo, qa homines sunt, vbi sunt fructus nuptiarum, sed quia peccatores sunt, vbi est propago vitiorum, Diabolus enim culpæ author est, non naturæ. Attende cætera quibus se existimat aduersus nos hoc præmisso titulo cō

Gen. 2. sonare. Deus, inquit, qui Adam ex limo fuerat fabricatus, Euam construxit è costa & dixit, Hæc vocabitur vita, quoniam mater est omnium viuentium. Nō quidem ita scriptum est, sed quid ad nos? Solet enim accidere vt memoria fallat in verbis, dum tamen sententia teneatur in libris: nec enim Euæ nomen vt appellaretur vita, deus imposuit, sed maritus. Sic enim legitur, Et vocauit Adam nomen vxoris suæ vita, quoniam ipsa est mater omnium viuentiū. Sed hoc fortasis intellexerit, vt deus per Adā nomen illud Euæ imposuisse credatur tan-

C quam per prophetam. Nam in hoc ꝙ appellata est vita materq́; viuentium, magnū est Ecclesiæ sacramentum, vnde nunc dissere re longum est, & suscepto operi non necessarium. Nam & illud ꝙ dixit Apostolus,

Ephe. 5. Sacramētum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia: ipse Adam

Mat. 19. dixit, Propter hoc relinquet homo matrem & patrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quod tamen dominus Iesus in Euangelio deum dixisse commorat, quia deus vtiq; per hominem dixit, quod homo prophetando prædixit. Ergo quæ sequuntur intuere. Prima, inquit, compellatione cui operi parata esset, ostendit & dixit, Crescite & multiplicamini & replete terram. Quis enim nostrum negat ad opus pariendi à domino deo creatore omnium bonorum bono præparatam fuisse mulierem? Adhuc vide quid adiungat, Deus igitur, inquit, maris creator & fœminæ conuenientia generationibus membra formauit, & gigni corpora de corporibus ordinauit, D quorum tamen efficientiæ potentia dei operationis interuenit, omne quod est ea administrans virtute qua cōdidit. Etiam hoc esse catholicum confitemur. Et quod deinde subiunxit, Si igitur, inquit, non nisi per sexum fœtus, non nisi per corpus sexus, non nisi per deum corpus, quis ambigat fœcunditatem deo iure reputari? Post hęc quę veraciter, & catholice dicta sunt, imò in diuinis libris veraciter scripta, non autem ab isto catholice dicta sunt, quia non intentione catholici pectoris dicta sunt, iam ꝓpter quod ea dixit, Pelagiana & Celestiana hæresis incipit introduci. Nanq; attēde quod sequitur, Tu vero, inquit, qui dicis eos, qui de parentibus qualibuscunq; nascuntur in huc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, Ostende ergo nunc quid suū diabolus cognoscat in sexibus, per quod fructū eorum, vt dicis, iure possideat. Diuersitatē sexuū? sed hæc in corporibus est, quæ deus facit, commixtionem? sed non minus benedictionis, quàm institutionis priuilegio vē dicatur. Vox enim dei est, Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Vox dei est, Crescite & multiplicamini & replete terram. An forte ipsam fœcunditatem? Sed ipsa est instituti causa coniugij.

Vides igitur quemadmodum nos interroger, quid suum diabolus cognoscat in sexibus, per quod sub illo sint, qui de parentibus qualibuscunque nascuntur, nisi renascantur in Christo, vtrum diuersitatem sexuum dicamus ad diabolum pertinere, an commixtionem, an ipsam fœcunditatem, Rñdemus itaq; nihil horū, quia & diuersitas sexuū pertinet ad vasa gignentiū, & vsq; cōmixtio ad semination̄ ꝓtinet filiorum, &

rum, & ipsa fœcunditas ad benedictionem pertinet nuptiarum. Hæc aūt omnia ex deo, sed iste in his omnibus noluit nominare cō cupiscentiā carnis, q̄ non est a patre, sed ex mundo est, cuius mundi princeps dictus est diabolus, qui eam in dño non inuenit, quia dominus homo non per ipsam ad homines

Ioh. 14. venit, vnde dicit etiam ipse. Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inueniet: nihil vtiq; peccati, nec quod à nascente tralitur, nec quod à uiuente additur. Hanc iste noluit nominare in his omnibus, q̄ cō memorauit naturalibus bonis, de qua etiam nuptiæ confunduntur, quæ de his bonis om

F nibus gloriantur. Nam quare illud opus coniugatorum subtrahitur & absconditur etiam oculis filiorum, nisi quia non possunt esse in laudanda commixtione, siue pudenda libidine? De hac erubuerunt etiam qui primi pudenda texerunt, quæ prius pudenda non fuerunt, sed tanquam dei opera prædicanda atque glorianda. Tunc ergo te xerunt quando erubuerunt, tunc autem erubuerunt, quando post inobedientiam suam, inobedientia membra senserunt. De hac erubuit etiam iste laudator, Commemorauit enim sexuum diuersitatem commemorauit commixtionem, commemorare verecundatus est. Nec mirum si pudet laudantes: quod videmus ipsos pudere generantes. Sed adiungit & dicit, Per quid igitur sub diabolo sunt, quos deus fecit. Sibique veluti ex nostra voce respondet, Per peccatum, inquit, non per naturam. Deinde nostræ responsioni suam referens. Sed vt non potest, inquit, sine sexibus fœtus, ita nec sine uoluntate esse delictum. Ita ve-

Gen. 1. ro, ita est. Sicut enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo oēs peccauerunt, Per vnius illius voluntatem malam omnes in eo peccauerūt, q̄i oēs illi vnus fuerūt, de quo ꝓpterea singuli peccatum originale traxerut. Dicis enim, inquit, ideo illos esse sub diabolo, quia de sexus vtriusque commixtione nascuntur? Dico planè propter delictum eos esse sub diabolo, ideo autem expertes non esse delicti, quia de illa commixtione sunt nati, quæ sine pudenda libidine nō potest etiam quod honestum est operari. Dixit hoc etiam beatissimæ memoriæ Ambrosius Ecclesiæ Mediolanensis Eps, cum Xpi carnalem natiuitatem ideo diceret expertem esse delicti, quia conceptus eius vtriusque sexus commixtionis est expers: nullum autem hominum esse sine delicto, qui de illa commixtione conceptus est, Nam eius verba ista sunt, Ideo, inquit, & quasi homo Ambro per uniuersa tentatus est, & in similitudine sius. hominum cūcta sustinuit, sed quia de spiritu natus, abstinuit a peccato. Omnis enim hō mendax, & nemo sine peccato, nisi unus deus. Seruatum est igitur, inquit, vt ex uiro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem, nemo videatur expers esse delicti, Qui aūt expers est delicti, expers est ēt huiusmodi cōceptionis. Nunquid etiā istū o Pelagiani & Celestiani audebitis dicere H Manichæum, quod eū dicebat esse Iouinianus hæreticus, contra cuius impietatem vir iste sanctus etiam post partum permanentem virginitatē sanctæ Mariæ defendebat? Si ergo illum Manichæum dicere nō audetis, nos cum in eadem causa, eadē sententia fidem catholicā defendamus, cur dicitis Manichæos? Aut si & illum fidelissimum virū hoc secundum Manichæos sapuisse iactatis, iactate, iactate, vt mensuram Iouiniani perfectius impleatis, nos cum illo homine dei, patienter vestra maledicta & conuitia sustinemus, & tamen hæresiarthes vester Pelagius fidem & purissimum in scripturis sensum sic laudat Ambrosij, vt dicat ne inimicum quidem eum ausum esse reprehēdere. Quo ergo progressi fueritis attendite, & vos ab ausibus Iouiniani tandem aliquando cohibete, quanuis ille nimis laudādo nuptias, sanctæ illas virginitati adæquauit, & tamen nuptiarum fructibus ab vtero etiam recentibus Christum saluatorem, & de potestate diaboli redemptorem nō negauit necessarium, quod vos negatis. Et quia vobis pro eorum salute, qui nondum pro se loqui possunt, & pro fidei catholicæ fundamentis resistimus, Manichæos nos esse iactatis. Sed iam sequentia videamus.

I

Rursus quippe interrogans dicit, Quē Cap. 6. igitur paruulorum confiteris authorem? Deum verum? Respondeo, deum verum. Deinde ille subiungit, Sed malum ille non fecit. Ac rursus interrogat, vtrum diabolū paruulorum confiteamur authorem. Rursusq́ respondet, sed naturam hominis ipse non condidit. Deinde quasi concludit atque infert, Si mala commixtio deformis, conditio corporum, & ideo corpora

quoq;

quoque malo à te deputátur authori. Cui respondeo, malo authori non deputo corpora, sed delicta, quorum causa factum est, vt cum in corporibus, hoc est, in dei operibus totum placeret, acciderit tamen masculo & fœminæ quod puderet, vt non esset cõmixtio qualis esse potuit in corpore vitæ illius, sed qualem videmus erubescentes in corpore mortis huius. Deus vero, inquit, diuisit in sexu, quod in opreatione cõiungeret. Ab ipso igitur est commixtio corporum, à quo est origo corporum iá supra respondimus hoc ex deo esse, sed non delictum, non membrorum inobedientiam per carnis concupiscentiam, quæ non est à patre. Deinde dicit,

K Tot ergo rerum bonarum i. corporum, sexuum, coniunctionum malos fructus esse nõ posse, nec homines ob hoc à deo fieri vt à diabolo, sicut dicis, inquit, legitimo iure teneantur. Iam dictum est non eos ideo teneri, quia homines sunt, quod naturæ nomen est, cuius author diabolus non est, sed quia peccatores sunt, quod culpæ nomen est, cuius diabolus author est.

Vbi nõ est pecca Sed inter tot nomina bonarum rerum, i. corporum, sexuum, coniunctionum, libiditum, ibi nem vel concupiscentiam carnis, iste nõ no nõ inter minat. Tacet, quia pudet, & mira si dici pocessit cõ test pudoris impudẽtia, quod nominare pu cupiscen det, laudare non pudet. Denique vide quẽtia. admodum magis eam circumloquendo ma

Cap. 7. luerit significare, quam dicere. Postquam autem vir, inquit, naturali appetitu cognouit vxorem: ecce iterum dicere noluit, carnis concupiscentia cognouit vxorẽ: sed naturali, inquit, appetitu: vbi adhuc possumus intelligere ipsam voluntatem iustam & honestam, qua voluit filios procreare, non illam libidinem, de qua iste sic erubescit, vt ambigue uobis loqui malit, quam perspicue quod sentit exprimere. Quid est naturali appetitu? An nõ & velle esse saluum, & vel le ipsos suscipere, nutrire, erudire filios, na

L turalis est appetitus, idemq; ratiõis est, nõ libidinis? Sed quia huius nouimus intentionem, ideo non eum putamus his verbis, nisi libidinem membrorum genitalium significare voluisse, nõne tibi videntur hæc verba folia esse ficulnea, sub quibus latet quid aliud, quam id quod pudet? Ita quippe iste

Cene. 3. sibi circũlocutionis huius obstacula, sicut illi succinctoria consuerunt, contexat & dicat, Postquam autem vir naturali appetitu cognouit vxorem, dicit scriptura diuina, Concepit Eua & peperit filium, & vocauit Genomẽ eius Cain Sed qd, inquit, dicit Adã, audiamus, Acquisiui hominem per deum: Vnde constat opus dei esse, quem per deum acquisitum scriptura diuina testatur. Quis hinc dubitat? quis hoc neget, maxime catholicus Christianus? opus dei est homo, Sed carnis concupiscentia, sine qua, si peccatum non præcessisset tranquillæ voluntati obediẽtibus sicuti cætera membra genitalibus, seminaretur homo, non est à patre, sed ex mundo est. Verum nunc obsecro te paulò attentius intuere, quod nomen nouum inuenerit quo rursus operiret, quod erubescit aperire. Genuerat. n. eum, inquit, Adam pro tentia membrorum, non diuersitate meritorũ, Mrum. Quid dixerit, diuersitatem meritorũ, M fateor non intelligo, sed potentiam membrorum credo illud voluit dicere, quod pudet euidenter dicere, Maluit. n. dicere membrorum potentiam, quam carnis cõcupiscẽtiam. Planè etiam si non cogitauit, significauit aliquid quod ad rem pertinere videatur. Quid. n. potentius membris hominis? Quæ tametsi frenetur temperantia, vel continentia vsus eorum aliquantum, motus tamen eorum nõ est in hominis potestate. Genuit ergo Adam filios hac, vt iste dicit, membrorum suorum potentia, de qua priusquam illos gigneret, erubuit post peccatum. Si autem non peccasset, non eos genuisset membrorum potentia, sed membrorum obediẽtia. Ipse quippe esset potẽs, vt eis subiectis voluntate imperaret, si potentiori & ipsa subiectus eadem voluntate seruiret.

Post aliquãta iterum dicit scriptura diui Cap. 4. na, inquit, Cognouit Adam Euã vxorem Gen. suam, & concepit, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Seth, dicens, Suscitauit mihi dñs semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Deinde addit & dicit, ad documẽtũ instituti coitus, ipsum semen diuinitas dicitur excitasse. Non intellexit homo iste qđ scriptum est, putauit. n. ad hoc esse dictũ, Suscitauit mihi dominus semẽ aliud p. Abel, vt crederetur deus illi excitasse libidinem coeundi, cuius motu excitaretur semen, vt gremio fœminæ posset infundi. Nesciat non esse ob aliud dictũ, excitauit mihi semen: nisi, dedit mihi filium. Denique hoc Adam nõ dixit post coitum suum, quo semen emisit, sed post coniugis partum, quo filiũ deo donante suscepit. Nam quæ gratulatio est,

nisi forte libidinosorum & suũ vas in mor- 1 Thes. 4
bo concupiscentiæ, quod uetat Apostolus, possidentium, si semen extra coeundi voluntatem fundatur, nec sequatur conceptus aut partus ibi nuptiarum verum verus est fructus? Neq; hoe ideo dixerim, q̃ alius putandus sit præter summum & verũ deum uel humani seminis, vel ipsius hominis creator existere, sed hoc tranquilla de homine obedientia membrorum ad nutum voluntatis exisset, si p̃ctm̃ non præcessisset. Neq; nũc agitur de natura seminis humani, sed de vitio. Illã quippe habet authorem deum, ex isto autem trahitur originale p̃ctm̃. Nam si semen ipsum nullum habet vitium, quid est quod scriptũ est in libro sapientiæ, Nõ ignorans qm̃ nequam est natio illorum & naturalis malitia ipsorum, & qm̃ non potest mutari cogitatio illorum in perpetuũ, semẽ. illorum erat maledictum ab initio? Nempe de quibuscunq; dicat ista, de hominibus dicit, Quo est ergo cuiuslibet hominis malitia naturalis & semen maledictum ab initio, nisi ad illud respiciatur, q̃ per vnum hominem p̃ctm̃ intrauit in mundum, & per p̃ctm̃ mors, & ita in oẽs homines pertransijt, in quo oẽs peccauerunt? Cuius autem hominis mala cogitatio non potest in perpetuum mutari, nisi quia per seipsam nõ potest, sed si gratia diuina subueniat, qua non subueniente quid sunt homines, nisi quod ait Apostolus Petrus, velut muta animalia procreata naturaliter in captiuitatem & interitum. Vnde vno loco Paulus apostolus vtrunq; cõmemorans, & iram dei cum qua nascimur, & gratiam qua liberamur, Et nos omnes, inquit, aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & affectionum, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictum ab initio, & procreatio naturaliter in captiuitatem & interitum, & natura filij iræ?

Nunquid in Adam natura ista sic condita est? Absit. Sed quia in illo vitiata sic per omnes iam naturaliter cucurrit & currit, vt ab hac perditione non liberet, nisi gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum. Quid est ergo quod iste adiungit, & dicit de Noe & filijs eius, q̃ similiter benedicti sint vt Adam & Eua, dicente deo, Crescite & multiplicamini & replete terram & dominamini eius: quibus dei verbis addit sua dicens, Voluptas ergo ista, quam tu diabolicam vis videri, iam in supradictis coniugibus habebatur, quæ vt institutione bona, ita ẽt benedictione permansit? Non. n. dubitatur de hac ad Noe & ad filios eius corporum commixtione dictum, cuius iam vsus inoleuerat, Crescite & multiplicamini & replete terram. Non opus est eadem multis verbis repetere. De vitio hic agitur, quo est deprauata natura bona, cuius vitij author est diabolus, nõ de naturæ ipsius bonitate, cuius author est deus, qui neq; ab ipsa vitiata deprauataq; natura, suã, abitulit bo D nitate, vt auferret hominũ fœcunditatẽ, vi uacitatem, sanitatẽ, ipsamq; subsistãtiã animi & corporis sensus atq; rationem, alimenta, Matt. 5. nutrimenta, incrementa, qui etiam facit oriri solem suũ super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & quicquid boni est naturæ humanæ à deo bono etiam in illis hominibus est, qui non liberabuntur à malo. Voluptatem tñ iste & hic dixit, quia potest voluptas & honesta esse, non dixit carnis concupiscentiam vel libidinem quæ pudenda est: sed in consequentibus aperuit verecundiam suam, nec dissimulare potuit ab eo quod violenter ipsa natura præscripsit. Et illud, inquit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et posthæc verba dei, sua ipse subiungens, vt exprimeret, in q̃t, fidem operum, Propheta prope periculum pudoris accessit, O aperta prorsus & vi veritatis extorta confessio, Propheta ergo vt exprimeret fidem operũ prope periculum pudoris accessit, q̃a dixit, Erunt duo in carne vna, vbi commixtionẽ maris & fœminæ intelligi voluit. Dicatur causa, cur in exprimendis operibus dei, Propheta prope periculum pudoris accesse E rit. Itane vero humana opera pudenda esse non debent, sed planè glorianda, & diuina pudenda sunt? Itane uero in eloquendis & exprimendis operibus dei, non honoratur Prophetæ vel amor vel labor, sed periclitatur pudor? Quid enim potuit deus facere, quod eius prædicatorem pudeat dicere? Et quod est grauius, pudeat hominem alicuius operis quod non homo, sed deus fecit in homine, cum opifices quanto possunt labo

re & industria id agant, ne de suis operibus
Gene.3. erubescant? Sed profecto illud nos pudet, quod puduit primos illos homines quando pudenda texerunt. Ista est pœna peccati, illa plaga vestigiumque peccati, illa illecebra fomesque peccati, illa lex in membris repugnans legi mentis, illa ex nobisipsis aduersus nosipsos inobedientia iustissimo reciprocatu in obedientibus reddita, huius nos pudet, & merito pudet. Nam si hoc non esset, quid nobis esset ingratius, quid irreligiosius si in membris nostris, non de vitio vel de pœna nostra, sed dei confunderemus operibus?

Cap.20. Dicit ēt iste multa frustra de Abraham
F & Sara, qūo ex repromissione acceperint filium, & tandem concupiscentiam nominat, non tamen addit carnis, quia ipsa pudenda est. In concupiscentiæ autē nomine aliquando gloriandum est, quia est & concupiscentia spiritus aduersus carnem, est &
Gala. 5. concupiscentia sapientiæ. Ait ergo, Certe hanc concupiscentiam sine qua nulla fœcunditas est, malum naturaliter definisti, vnde ergo per donum cœleste in senibus excitatur? Astrue iam hoc si potes ad opus diaboli pertinere, quod deum vides conferre pro munere. Ita hoc dicit, quasi concupiscentia carnis ante defuerit illis, & hanc eis donauerit deus, quæ proculdubio inerat in corpore mortis huius, sed fœcunditatis defuit, cuius author est deus, & ipsa donata est quando voluit deus. Absit autem vt dicamus quod nos putauit esse dicturos, Isaac sine concubitus calore generatum.

Circūcisio loco baptismi.

Sed ipse iam dicat, quare interiret anima eius de genere suo, si circumcisus die non esset octaua, quid ipse peccasset, & quid offendisset deum, vt de aliena in se negligentia iam seuera sententia puniretur, si nullum esset originale peccatum? De circumcidendis enim deus sic mandauit infantibus, Masculus qui non circuncidetur carne præputij sui octauo die, disperiet anima eius de genere suo, quia testamentum meum dissipauit. Dicat iste si potest qūo puer iste testamentum dei dissipauit octo dierū, quantum ad ipsum proprie attinet innocens infans, & tamē nullo modo deus vel scriptura sancta id mendaciter diceret. Tunc ergo dissipauit testamentum dei, non hoc de imperata circumcisione, sed illud de ligni prohibitione quando per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū

Cap.11.

Gen.17.

G

mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo oēs peccauerunt, & hoc in illo significabatur expiari circumcisione octaui diei, hoc est, sacro mediatoris in carne venturi, quia per eandem fidem venturi in carne Christi morituri pro nobis, & tertio die, q̄ post septimum sabbati fuerat futurus octauus, resurrecturi, ēt iusti saluabantur anti- Rom.4
qui. Traditus est enim propter delicta nra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ex quo.n. instituta est circumcisio in populo dei, qnod erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad significationem purgationis valebat & paruulis originalis veterisq; peccati, sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo est institutus.

Cap.4

Non q̄ ante circumcisionē iustitia fidei nulla erat, Nam cum adhuc esset in præputio, ex fide iustificatus est ipse Abraham pā H ter gētiū, quæ fidē ipsius fuerāt sectaturæ. Sed superioribus tpibus omnimodo latuit sacrm iustificationis ex fide, eadem tñ fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis, non vetus testamentū quod in seruitutem generat, non lex quæ non sic est data, quæ posset viuificare, sed gratia dei per Iesum Christū dñm nostrū. Quia sicut credimus nos Christum in carne veniſſe, sic illi venturum. Sicut nos resurrexisse, ita illi morituram. Et nos vero & illi ad iudicium mortuorū uiuorumq; venturum. Non ergo iste humanā male defendendo impedit à salute naturā, quia oēs sub peccato nascimur, & per vnum solum, qui sine peccato natus est liberamur. Ista, inquit, corporum commixtio cum calore, cū voluptate, cum semine à deo facta, & pro suo modo laudabilis approbatur, quæ aliquā etiam amplum efficitur munus piorum. Dixit cum calore, dixit cum voluptate, dixit cum semine, non tamen dicere ausus est cum libidine. Quare, nisi quia nominare erubescit, quam laudare non erubescit? Munus autē piorū propagatio est fœcunda filiorū, non cōmotio pudenda membrorum, quam non haberet in generandis filijs natura sana, nunc autem habet eam natura vitiata. Ac per hoc & qui inde nascitur, indiget renasci, vt sit membrum Christi, & de quo nascitur si iam renatus est, indiget liberari ab ea, quæ in corpore mortis huius est lege peccati. Quæ cum ita sint, quomodo

q̄o adiungit & dici. Confitearis ergo ne esse est, originale quod sinxeras, interesse peccatum, Non ego finxi originale pctm̄, quod catholica fides credidit antiquitus, sed tu, qui hoc negas, sine dubio es nouus hæreticus. Sub diabolo aūt sunt iudicia dei omnes cum peccato generati, si non fuerint in Christo regenerati.

Cap.13 Sed quia de Abrahā loquebatur & Sara, subiunxit atq; ait, Quod si dixeris, vsus in eis vigebat, & fœtus non erat. Respondebo quem conditor promisit, conditor dedit, nō concubitus, sed dei opus est qui nascitur.

Cap.2. Qui.n. primum hominem fecit ex puluere omnes fabricatur ex semine. Sicut ergo tūc limus, qui assumptus est, materia non author fuit hominis, ita nunc vis illa voluptatis confectrix, commixtrix; seminum, nō explet operationis vicē, sed de thesauris natūræ offert deo, vnde ille hominem dignē operari. Hæc omnia quæ dixit, excepto qđ ait à voluptate femina confici atq; misceri, recte diceret si in eis catholicum sensum defendere niteretur. Quia vero scimus q̄d ex his moliatur efficere, profecto dicit ēt recta peruerse. Illud itaq; quo excepto cætera uera esse non abnuo, ideo non est verū, q̄a voluptas illa concupiscentiæ carnalis non conficit semina, sed ea quæ iam sunt in corporib. a vero deocōdita, a quo ipso condunt & corpora, non fiunt voluptate, sed excitantur & emittuntur cum voluptate. Vtrū aūt vtriusq; sexus semina in muliebri vtero cū voluptate misceātur, viderint fœminæ q̄d in secretis uisceribus sentiant, nos non deesse inaniter vsq; ad ista esse curiosos. Libido tamen illa erubescenda, vnde pudenda ipsa appellata sunt membra, non fuit in corpore uitæ illius, quæ in paradiso fuit ante peccatum, sed cœpit esse in corpore mortis huius retributa inobedientia inobedientiæ post pctm̄. Sine qua libidine poterat opus fieri coniugum in gnatione filiorum, sicut multa opera fiunt obedientia cæterorum si ne ullo ardore membrorum, quæ uoluntatis nutu mouentur, non æstu libidinis concitantur. Attende cætera. Hoc etiam, inquit, Apostoli confirmat authoritas. Cum enim beatus Paulus de resurrectione mortuorum loqueretur ait, Insipiens tu, quod seminas non viuificatur. Et infra, Deus autem illi dat corpus prout vult, & unicuique seminum proprium corpus. Si ergo deus, inquit, humano semini, quod nemo negat vel prudentum vel piorum, proprium sicut omnibus rebus corpus attribuit, vnde quenquam reum natum probabis? Tandem oro respicias, quibus laqueis peccati naturalis suffocetur assertio. Verum age, inquit, tecum, preco r, mitius. Mihi crede etiam te deus fecit, sed quod fatendum est, grauius error infecit. Quid.n. pōt prophanius dici, q̄ q̄ deus hominem aut non fecerit, aut ut dicis diabolo fecerit, aut certe diabolus dei sit imaginem hoc est, hominē fabricatus, quod non minus stultum dignoscitur esse, q̄ impium? Ergo tam inops, inquit, tam inuerecundus deus est, vt non habuerit, quod in præmium sanctis homnib. daret, nisi quod deceptis diabolus infudit in vitio. Vis autem scire quod etiam in his, qui sancti non sunt, hanc generationem potentiam deus tribuisse probetur. Eo igitur Gen.20
tpe cum Abraham metu percussus gentis M
Barbaræ, Saram quæ vxor erat, sororē suā dixit, refertur Abimelech rex illius prouinciæ abduxisse eam in noctis vsum. Sed deus cui cura erat honor sanctæ mulieris, in somnis Abimelech veniens regiam frenauit audaciam, comminatus interitum, si pergeret violare coniugium. Tunc Abimelech ait, Nunquid domine gentem ignorantem & iustam perdes? Nonne ipsi dixerunt se germanitate coniunctos? Surrexit ergo mane Abimelech & accepit mille didrachmas argenti, & oues, & uitulos, & pueros, & ancillas, & dedit Abrahæ, atq; a se mulierem remisit intactam. Orauit uero deum Abrahā pro Abimelech, & sanauit deus Abimelech & vxorē eius & ancillas eius. Cur aūt hæc tanta prolixitate narrauerit, accipe breuiter in his quæ secutus adiunxit, Deus, inquit, orante Abraham curauit potentia dissensationis secreta, quæ amota est uerendis vilium fœminarum, quia clauserat deus à foris omnem uuluam in domo Abimelech. Vide ergo, inquit, utrum naturaliter malū dici debet, quod interdum auſert exasperatus deus, redditq̄e placatus? Ipse, inquit, facit, & piorum filios & impiorum, quo- A
niam quod fiunt parentes, ad naturam pertinet, quæ deo gaudet author, quod autem impii sunt, ad studiorum prauitatem, quæ unicuique de libera voluntate contingit.

His omnibus quæ tam multa dixit, respondemus nihil diuinis testimonijs, quæ interposuit esse dictum de pudenda libidine, Augusti.

q̃ dicimus non fuisse in corpore beatorũ, nudi erant & non confundebantur.

Cap.14. Nam primum illud Apostoli de seminibus dictum est frumentorũ, quæ prius moriuntur, vt viuificentur. Quam sententiã. s. Apostolicam, quo cõsilio nescio, noluit iste

1.Co.15 complere: nam eam hucusq; commemorauit, Insipiens tu, quod seminas non viuificatur. Apostolus aũt addidit, nisi prius moriatur. Sed iste quantum existimo, quod de frumentis dictum est, de humano semine accipi voluit ab eis qui hæc legunt, & scripturas sanctas, vel nesciunt, vel non recordantur. Deniq; non solum illam sententiam decurrauit, vt non adderet nisi prius moriatur, verumetiam sequentia prætermisit, vbi aperuit Apostolus de quibus seminibus loqueretur. Ait.n. Apostolus, Et quod seminas,

B non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum farris, tritici, aut alicuius cæterorum. His præmissis iste contexuit, quod deinde dicit Apostolus, Deus aũt illi dat corpus prout uult, & vnicuiq; seminum proprium corpus: tanq̃ de cõcumbente homine dixerit Apostolus, Insipiens tu, quod seminas nõ uiuificat: vt intelligeremus nõ ab homine concubitu filios seminante, sed à deo viuificari semen humanũ. Sic. n. fuerat prælocutus, quia voluptas illa non explet operationis uicem, sed de thesauris naturæ offert deo, vnde ille hominem dignetur operari. Et subiunxit testimonium, quasi hoc dixerit Apostolus, Insipiens tu, quod seminas non viuificatur, hoc est, à te non viuificatur, sed deus hominem de tuo semine operaẽ, tanq̃ ab Apostolo media illa quæ p termisit iste, non dicta sunt atq; se habeat eius sententia, velut de humano semine loqueretur, Insipiens tu, quod seminas non viuificatur, deus aũt illi dat corpus ꝓ vt vult, & vnicuiq; seminum propriũ corpus. Denique post hæc Apostoli verba, sic infert sua, Si ergo deus, inquit, human o semini, quod nemo negat vel prudẽtius vel priorem proprium, sicut omnibus reus, corpus attribuit quasi Apostolus de humano semine in illo testimouio sit locutus. De qua fraude quid adiuuaretur eius intentio cum aliquanto

C attentus cogitarem, nihil potui reperire, nisi quia testem volu, t adhibere Apostolum, quod probaret deum, quod & nos dicimus, de humanis seminibus hominem operari, Et cum ei testimonium nullum occurreret, isto abusus est fraudulenter, timens uti

que ne forte si appareret Apostolum non de humanis seminibus, sed de frumentis illa dixisse, hinc admoueremus vnde refutaretur, non religiosæ voluntatis, sed libidinosę voluptatis pudens nominator & impudens prædicator. De ipsis quippe seminibus quæ in agris agricolæ seminant, potest iste redargui. Cur.n. non credamus deum potuisse in paradiso concedere homini beato de suo semine, ꝙ concessum videmus agricolis de tritici semine, vt eo modo fereretur illud fine vlla pudenda libidine ad voluntatis nutum, membris obsequentibus genitalibus sicut hoc seritur sine vlla pudenda libidine ad voluntatis nutum agricolarum obsequẽtibus manibus, honestiore in parentibus gignendorum desiderio filiorum, quam est in arantibus implendorum horreorum: ac deinde creator omnipotens incommutabili vbiq; præsentia & creatrice potens de seminibus hominum prout uellet, ꝙ & nunc facit operaretur in fœmine, sicut de seminibus frumentorum prout uult operatur in terra beatis matribus sine libidinosa voluptate cõcipientibus, sine erumnoso gemitu parientibus, quandoquidẽ in illa felicitate & in corpore nondum mortis huius, sed uitæ illius D non esset fœminis in excipiendis seminibus ꝙ puderet, sicut non esset in ædẽdis fœtibus, quod doleret? Quisquis aũt non credidit, vel credi non uult, hominibus ante omne peccatum in illa paradisi fœlicitate uerisantibus hoc potuisse dei voluntate & benignitate concedi, non optandæ fœcunditatis laudator, sed pudendæ voluptatis amator est.

Item aliud ex libro diuino testimonium Valuam quod posuit de Abimelech, Et deo volente cõclausa omni vulua in domo eius, ne mulier- re quares eius parerent, atque aperta rursus vt pa- Cap.19 rerent, quid ad rem pertinet? quid haberent de illa pudenda libidine, de qua nunc quæstio est? Nunquid ipsam deus detraxit illis fœminis, reddiditq; cum uoluit? Sed pœna fuit vt parere non possent, beneficium uero ut parere possent more huius corruptibilis carnis. Non enim tale beneficium deus conferret corpori mortis huius, quale non haberet, nisi corpus uitæ illius in paradiso ante peccatum, & ut conceptus prouenerit sine libidine pruriente, & partus sine dolore cruciante. Cur autem non intelligamus, quandoquidem dicit scriptura, a foris omnes vuluam fuisse conclusam, aliquo do

lore factum esse, vt non possent fœminæ concubitum perpeti, qui dolor deo succensente fuisset inflictus, miserante detractus? Nam si ad impedimentum serendæ prolis esset libido detrahenda, viris esset detrahenda, non fœminis. Fœmina. n. posset voluptate concumbere ét desistente libidine, q̃ stimularetur si viro non deesset, qua excitaretur. Nisi forte quia scriptũ est: & ipsum Abimelech fuisse sanatũ virilẽ dicturus est ei libidinẽ redditã. Quã profecto si amiserat, qd opus fuit eũ diuinitus admoneri, vt Abrahæ non misceretur uxori? Sed sanatum dicit, quia domus eius ab illa pestẽ sanata est.

Iam nunc illa tria videamus, quorũ triũ quodlibet dixerimus, nihil ait dici posse ꝓplanius, ꝙ hominem deus aut non fecerit, aut diabolo fecerit, aut certe diabolus dei sit imaginẽ, hoc est hominem fabricatus. Horũ trium primum & nouissimum, non dici à nobis ét ipse si non sit excors, aut nimiũ peruicax, confitetur. De illa quæstio est qd̃ secto medio; loco posuit, vbi fallitur, ut à nobis hoc existimet dici, ꝙ diabolo deus hominem fecerit, tanquã in hominib. quos deus ex hominibus parentibus creat, hoc intendat, hoc curet, hoc sui operis ratione prouideat, vt habeat diabolus seruos, quos ipse sibi facere non potest. Absit ut hoc quasi se fingit quare sic me feci? An nõ habet potestatem figulus luti ex eadẽ massa facere, aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Nunquid ergo iste negat vasa iræ esse sub diabolo? Aut quia sub diabolo sunt, alius ea quã ille facit, qui vasa misericordiæ facit? Aut aliunde & non ex eadẽ massa facit? Hic itaq; dicat, Ergo deus vasa diabolo facit, quasi nesciat deus sic eis vti ad opera sua iusta & bona, sicut ipso utitur diabolo.

An vero filios pditionis hœdos sinistræ Cap 17
partis diabolo pascit, & diabolo nutrit & Matt.5.
vestit, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos? Sic itaq: creat malos qũo pascit & nutrit malos, quia quod eis creando tribuit, ad naturæ pertinet bonitatem, & quod eis pascendo & nutriendo dat incrementum, nõ vtiq; malitiæ eorum, sed eidem bonæ naturæ, quam creauit bonus, bonũ tribuit adiumentum. Inquantum.n. homines sunt, bonum est naturæ, cuius author est deus: inquantum autem cũ peccato nascuntur perituri, si non renascantur, ad semen pertinet maledictum ab initio illius antiquæ inobe- H
diẽtiæ vitio, Quo tũ bene vtitur factor ét Rom.9.
vasorũ iræ, ut notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, ne meritis suis tribuat, si ad eandem massam quisq; pertinens gratia liberetur, sed qui gloriatur in domino glorietur. Ab hac fide Apostolica atq; catholica veracissima atq; fundatissima, cũ Pelagianis iste discendens, non vult nascentes esse sub diabolo, ne paruuli portentur ad Chr̃m, vt eruantur à potestate tenebrarũ, & in regnum ipsius transferantur.

Ac sic accusat ecclesiã toto orbe diffusã, Cap.18
in qua ubiq; omnes baptizãdi infantuli nõ ob aliud exufflantur, nisi ut ab eis princeps mundi mittatur foras, a quo necesse est vasa iræ possideantur, cum ex Adam nascuntur si in christo non renascantur, & in eius Ioñ.12.
regnum per gratiam facta vasa misericordiæ transferantur. Contra istam fundatissimam veniens ueritatem, ne uniuersam xp̃i ecclesiam oppugnare videatur, quasi me vnũ alloquitur, & velut corripiens atq; ad- I
monens dicit, Etiam te deus fecit, sed quod est fatendum, grauius error infecit. Sane qd̃ deus me fecerit agnosco & gratias ago, q tũ cum iræ uasis perissem, si tantum ex Adam me fecisset, & in Christo non refecisset. Quod cum possessus Pelagiana impietate non credit, si in tanto malo in finem usque perdurat, non ipsi sed catholici uideant qualis & quantus eum error non infecerit, sed plane interfecerit.

Argumẽta ad lii ex cõiugio ſuſcepti naturaliter boni ſint, uerſarij.

Attende ſequentia, Quod aũt, inquit, ſi de adulterio, verumetiam ſi de coniugio generetur, niſi in Adam ſecundo qui eſt Chriſtus regenerentur. Quod autem, ait,

Apoſtolo dicente, diſcamus, qui ait, de improbis, Relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in deſideria ſua in inuicẽ maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes. Oſtendit ergo, inquit, vſum fœminæ & naturalẽ eſſe & pro ſuo modo laudabilem: flagitiũ aũt exercẽri contra inſtitutionis pudorẽ. Merito itaq; inquit, & in bene vtentibus genus cõ eupiſcentiæ moduſq; laudatur, & in turpibus exceſſus eius punitur. Deniq: eodem tempore deus Abrahæ & Saræ marcentia æuo membra vegetauit, quo in Sodomis ipſe igneo imbre puniuit. Si igitur putas, inquit, accuſandum membrorum uigorem, qm̃ per ipſum Sodomitæ flagitiis obligati ſunt, accuſabis etiã creaturam panis & vini, quoniam hinc quoq; eos peccaſſe ſcriptura diuina ſignificauit. Dicit. n. dominus per Ezechielem Propheram, Veruntamen hę iniquitates Sodomæ ſororis tuæ, Superbia in ſaturitate panum & abundantia uini fluebant, ipſa & filii eius: & manum pauperis & egentis non adiuuabant, Elige iam, inquit, vtrum mauis, aut reputa diuino opere commixtionem corporum, aut creaturã panis & uini ſimiliter malum eſſe defini. Quod ſi feceris, aperte Manichæus eſſe cõuinceris. Concupiſcentiæ autem naturalis, qui modum tenet, bene vtitur bono, qui modum nõ tenet, bono male vtit̃. Quid dicis ergo, inquit, Ita nuptiarum bonũ malo originali, quod inde trahitur, non poteſt accuſari, ſicut adulteriorum malum bono naturali, quod inde naſcitur, non poteſt excuſari? His ſermonibus, inquit, quod negaueras conceſiſti, quod conceſſeras ſuſtuliſti, & nihil magis laboras, quam ut parum intelligaris. Oſtende ſine commixtione nuptias corporales, aut unum aliquid huic operi nomen imponito, & vel bonum, vel malum coniugium nuncupato. Spopondiſti utique bona te definire coniugia. Si coniugium bonum, ſi homo fructus coniugii bonus, ſi hic fructus opus dei malus eſſe non poteſt, qui per bonum ex bono naſcitur, vbi igitur originale malum, quod totpræiudiciis interemptum eſt?

Ezec. 16

K

L

Reſponſio. Cap. 20.

Ad hæc reſpondeo, non ſolum filios ex coniugio, verumetiam ex adulterio bonum aliquod eſſe, ſecundum opus dei quo creati ſunt. Secundũ aũt originale peccatũ, in dãnationem naſci ex Adam primo, non ſolum

Rom. 1.

Apoſtolus de improbis, Relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in deſideria ſua in inuicem maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes: non dixit uſum coniugalẽ, ſed naturalem eum volens intelligi, qui ſit mẽbris ad hoc creatis, ut per ea poſsit ad generandum ſexus vterq; miſceri, Ac per hoc cum eiſdem membris etiam meretrici quiq; miſcetur, naturalis eſt uſus, nec tamen laudabilis ſed culpabilis. Ab ea vero parte corporis, que non ad generandum eſt inſtituta, ſi & coniuge quiſq; utatur, contra naturam eſt & flagitioſum. Denio, prius idẽ Apoſtolus de fœminis dixit, nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem uſum, in vſum qui eſt contra naturam. Deinde maſculis in maſculos turpitudinem operantibus relicto uſu fœmineo naturali, non ergo iſto nomine, id eſt, vſu naturali, coniugalis eſt laudata commixtio, ſed immundiora & ſceleratiora flagitia denotata ſunt, quam ſi & illicite fœminis, ſed tamen naturaliter vterentur.

Cap. 20

Panem vero & vinum ſic non reprehendimus propter luxurioſos & ebrioſos quomodo nec aurum propter cupidos & auaros. Quo circa cõmixtionem quoq; honeſtam coniugum non reprehendimus propter pudendam corporum libidinem, Illa. n. poſſet eſſe nulla præcedente perpetratione peccati, de qua non erubeſcerent coniugati, hæc autem exorta eſt poſt peccatum, quam coacti ſunt velare confuſi, Vnde remanſit poſterioribus coniugatis, quanuis hoc malo bene & licite utentibus, in eiuſmodi opere humanum vitare conſpectũ, atq; ita confiteri quod pudendum eſt, cum debeat neminẽ pudere quod bonum eſt, Sic inſinuatur hæc duo, & bonum laudandę coniunctionis, unde filii generẽtur, & malum pudendæ libidinis vnde qui generantur regenerandi ſunt, ne damnentur. Proinde pudenda libidine, qui licite concumbit, malo bene utitur: qui aũt illicite, malo male vtitur. Rectius enim accepit nomen mali q̃ boni, quod erubeſcunt & mali & boni, Meliuſque credimus ei qui dicit, Scio quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum: q̃ huic qui dicit hoc bonum: unde ſi confunditur, conficetur, malum, ſi autem non confunditur, addit impudentiam peius malum.

Gene. 3

Rom. 7

lum. Recte igitur diximus, Ita nuptiarum bonũ malo originali q̃d inde trahitur non põt accuſari, ſicut adulteriorum malum bono naturali, quod inde naſcit̃, non põt excuſari, qm̃ natura humana q̃ naſcitur, vel dei cõiugio, vel de adulterio, dei opus eſt. Quæ ſi malum eſſet, non eſſet generanda: ſi malũ non haberet, non eſſet regeneranda. Atq; ut ad vnum verbum utrunq; concludam, natura humana ſi malũ eſſet, ſaluanda non eſſet: ſi ei mali nihil ineſſet, ſaluanda nõ eſſet. Qui ergo dicit eam bonum non eſſe, bonũ negat conditæ creatorem. Qui vero negat ei malum ineſſe, miſericordem vitiatæ inuenit ſaluatorem. Quapropter in hominibus naſcentibus neq; excuſanda ſunt adulteria per bonum, q̃d inde à conditore bono creatũ eſt, nec accuſanda coniugia per malũ, q̃d ibi à miſericorde ſaluatore ſanandum eſt.

Cap. 22

Oſtende, inquit, ſine commixtione nuptias corporales. Non oſtẽdo ergo nuptias corporales ſine commixtione, ſed nec ipſe oſtendit eandem commixtionem ſine confuſione. In paradiſo autem ſi peccatum non præceſſiſſet, non eſſet quidem ſine vtriuſq; ſexus commixtione generatio, ſed eſſet ſine confuſione commixtio. Eſſet quippe, in corpore tranquilla membrorum obedientia, non pudenda carnis concupiſcentia. Proinde coniugum bonum eſt, vnde ordinate ſeminatus naſcitur homo & fructus coniugij bonus eſt, quod eſt ipſe qui ita naſcitur homo, ſed peccatum malum eſt, cum quo naſcitur omnis homo. Deus quippe fecit, & non fecit hominem, ſed p vnum hominẽ pctm̃ intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.

Gene. 1. 2

Nouo, inquit, genere diſſerendi & catholicum te profiteris, & Manichæo patrocinaris, dicendo nuptias, & magnum bonum & magnum malum. Prorſus quid loquatur ignorat, ſiue ignorare ſe ſimulat. Aut enim non intelligit, aut nõ vult intelligere quid dicamus. Sed ſi non intelligit, præoccupatione impeditur erroris. Aut ſi non vult quid dicamus intelligere, puicaciæ vitium eſt, quo ſuum defendit errorem. Et Iouinianus qui paucos ante annos nouellam conatus eſt hæreſim condere, Manichæis patrocinari dicebat catholicos, quòd aduerſus eũ ſanctam virginitatem nuptijs præferebant. Sed reſponſurus eſt iſte non ſe quod Iouinianus de indifferentia nuptiarum virginum, neq; ſentire. Nec ego id dico quòd illi hoc ſentiant, verumtũ per Iouinianum catholicis Manichæos obiicientẽ non eſſe hoc nouum, noui hæretici recognoſcãt. Nos itaque nuptias bonum dicimus eſſe, nõ malũ. Sed ſicuti Arriani Sabellianos nos eſſe criminantur, quanuis nõ dicamus vnum eundemq; eſſe patrem & filium & ſpiritum ſanctum quod Sabelliani dicunt, ſed dicamus vnam eandẽq; eſſe naturam patris & filij & ſpũs ſancti, quod catholici dicunt, ita Pelagiani nobis Manichæos obijciunt, quãuis nos dicamus malum eſſe nuptias q̃d dicunt Manichæi, ſed dicamus malum primis hominibus. i. primis coniugibus accidiſſe, & inde in oẽs homines pertranſiſſe, quod dicunt catholici. Sed ſicut Arriani dum Sabellianos fugiunt, in peius aliquid inciderunt, q̃a trinitatis auſi ſunt non perſonas diſcernere, ſed naturas, ita Pelagiani dum Manichæorum peſtem in peruerſum uitare conantur, de nuptiarũ fructu, ipſis Manichæis cõuincũtur perniciõſiora ſentire credẽdo paruulos Chriſto medico non egere.

D

Cap. 24 Iulianus.

Auguſt.

Definis, inquit, hominem ſi de fornicatione naſcatur reum non eſſe: ſi de cõiugio, innocentem non eſſe. Huc enim peruenit quod dixiſti, bonum naturale de adulterijs poſſe ſubſiſtere, malum originale etiam de coniugio trahi. Fruſtra omnino conatur apud intelligentem lectorem, quæ ſunt recta peruertere. Abſit. n. ut dicamus hominẽ ſi de fornicatione naſcatur eius non eſſe, Sed dicimus hominem, ſiue de coniugio, ſiue de fornicatione naſcatur bonum aliquod eſſe, propter authorem naturæ deum: malum aliquod trahere, propter originale peccatum. Quod ergo dicimus bonum naturale etiã de adulterijs poſſe ſubſiſtere: malum autem originale etiam de coniugio trahi, non huc peruenit quod ille conatur adducere non naſci reum de adulterijs, nec innocentem de nuptijs, ſed ex vtroque reum generationem factum, propter originale delictum, & vtrunq; regeneratione abſoluendum, propter naturę bonũ. Vnum ex his, inquit, verum eſt, alterum falſum Huic eadem breuitate reſpondeo. Immò vtrunq; verũ eſt, neutrum falſum. Verum eſt, inquit, quod adulteriorum culpam homo, qui inde naſcitur, non poteſt excuſare, quia quod adulteri fecerunt, ad vitam pertinet voluntatis, q̃ autem genuerunt ad legem ſpectat fœcunditatis: quia ſi quis furtiuum triticum ſe-

Cap. 15.

E

rat:non nascitur messis obnoxia. Vitupero itaque,inquit furem,sed laudo segetem, Innocentem pronuncio,qui nascitur ex generositate seminum dicente Apostolo, Deus
1.Co.15 illi dat corpus prout vult, & vnicuique seminum proprium corpus, condemno vero flagitiosum, qui ex propositi puersitate peccauit.

Cap.26 Ad hæc adiungit & dicit,Prorsus autem si malum de nuptiis trahitur, accusari possunt,excusari non potest. Quia & in diabolo iure opus earum fructumq; cõstituis, qa omnis causa mali,expers boni est. Homo autem,inquit,qui de nuptiis nascitur,nõ hominibus,sed seminibus imputatur. Seminũ vero causa in conditione corporũ est, quibus corporibus qui male vtitur boni meritũ nõ genus sauciat, Liquido igitur,inquit, claret bonum esse causam mali. Si ergo,inquit,trahitur & de nuptiis originale malum causa mali est conuentio nuptiarum. Et necesse est malum esse per quod & ex quo malus fructus apparuit,dicente domino in euã
Matt.7. gelio, Ex fructibus suis arbor cognoscitur.
F Quomodo,inquit,tu audiẽdus putaris,qui dicis bonum esse coniugium, de quo nihil aliud quam malum prodire definis? Cõstat igitur mala esse coniugia si peccatũ inde originale deducitur, nec posse defendi nisi fructus eorum innocens approbetur. Defenduntur autem & bona pronunciantur, fructus ergo approbatur innocuus.

Auguſt. Ad hæc respõsurus, prius volo esse intentum lectorem, nihil agere istum nisi vt saluator non sit paruulis necessarius, quia peccata prorsus à quibus saluẽtur negat habere. Hæc tanta peruersitas & tantæ inimi-
Luc.19 ca gratiæ dei,quæ data est per Iesum Christum dominum nostrum,qui venit quærere & saluare quod perierat,insinuare sẽ nititur cordibus parum intelligẽtiũ,laude operum diuinorum,hoc est, laude naturæ humanæ,laude seminis,laude nuptiarum,laude vtriusq; sexus cõmixtionis,laude fœcũditatis,quæ omnia bona sunt. Nolo.n.dicere laude libidinis, quia eam & ipse nominare confunditur, vt aliud aliquid non ipsam laudare videatur. Ac per hoc mala quæ acciderunt naturæ, nõ discernendo ab ipsius bonitate naturæ,nõ eã quia falsum est, ostẽdit sanam,sed sanari non permittit ægrotã.
G Et Ideo illud quod diximus,ꝙ adulteriorũ culpa,bonum quod inde nascitur, id est,hõ non potest excusare, verum esse concedit, & hoc vnde nulla inter nos quæstio est, ẽt similitudine furis furtiuum triticum seminantis. de quo vtiq; bona messis nascitur, astruit & confirmat ut pót. Illud autem ât alterum qđ diximus nuptiarum bonũ malo originali quod inde trahitur,non pót accusare,nõ vult consentire qđ verum sit,qa sit consenserit,nõ Pelagianus hæreticus,sed christianus catholicus erit. Prorsus, inqt, si malum de nuptiis trahitur,accusari pót,excusari nõ pót, & in diaboli iure opus eorũ fructumq. constituis, quia omnis cã mali, expers boni est. Et ad hoc cætera attexit,vt probet cãm mali bonam esse nõ posse, & iõ nuptias quia bonum sunt,causam mali non esse, ac per hoc de illis peccatorem,qui necessarium habeat saluatorem nasci, omnino non posse: quasi nos nuptias causam dicamus esse peccati, quanuis homo qui ex illis nascitur, non nascatur sine peccato. Nuptiæ quidem institutæ sunt causa generandi,non peccandi, propter quod illa à domino est benedictio nuptiarum, Crescite & multiplicamini & replete terram. Peccatum autem quod a nascentibus trahitur,nõ ad nuptias pertinet, sed ad malum quod accidit hominibus,quorum cõiuncti one sunt nuptiæ. Nam malum pudendę libidinis, & potest esse sine nuptiis,& potuerũt esse nuptiæ sine illo,ad conditionem autem corporis pertinet,non vitæ illius sed moris huius ut nunc nuptię non possint esse sine illis. Nam quanuis ipsum possit esse sine illis. Nam vtique sine nuptiis est pudenda carnis concupiscentia, quando adulteria & quæq; stupra atq; immunda committit, longe contraria,pudicitiæ nuptiarum,aut quãdo nulla ista committit, quia homo nulla consensione permittit,& tamẽ surgit & mouetur, & mouet, & plerunque in somnis ad ipsius operis similitudinem, & suæ motionis peruenit finem. Hoc ergo malum nec in ipsis nuptiis malum est nuptiarum, sed habent illud in corpore mortis huius paratum etiã si nolint, sine quo non possunt implere qđ nolunt. Non igitur ab earum institutione, quę bene dicta est ad eas venit, sed ab eo quod ex vno homine peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes Rom.5. peccauerunt. Quid est ergo quod ait, Ex fructibus suis arbor cognoscitur, quia hoc Matth.7. in euangelio dixisse dñm legimus, nũquid inde dñs loquebatur,& non potius de duabus

bus voluntatibus hominum bona.s.& mala,istam bonam, illam malam arborem dicens,quia de bona voluntate bona opera nascuntur,& mala de mala,,nec possunt bona de mala,& mala de bona? Quod si nuptias tanquam arborem bonã sedm istam quam commemoraui euangelicam similitudinem posuerimus,profecto ex contrario fornicationem posituri sumus arborem malam. Quamobrem si homo ita dicitur fructus nuptiarum, tanquam bonus ex arbore bona, dubio nasci homo de fornicatione non debuit, Mala quippe arbor bonus fructus non facit. Porrò si dixerit, non illic arboris loco ponendum esse adulterium, sed naturam potius humanam, de qua nascitur homo,ita ẽt hic non erit arbor cõnubium, sed natura humana, de qua nascitur homo. Nihil proinde valet ad istam quæstionem similitudo illa euangelica,quia non sunt nuptiæ causa peccati, quod trahitur a nascente,& expiatur in renascente,sed voluntariũ peccatum hominis primi, originalis est cau
Gentis. & fa peccati. Dicis iterum, inquit, Nam sicut H peccatum,siue hinc,siue inde à paruulis trahitur, opus est diaboli,sic homo siue hinc, siue inde nascatur,opus dei est. Et dixi hoc, & verissime dixi, Et si non Pelagianus sed catholicus esset,nihil aliud & ipse in catholica diceret.

Cap.27. Quid est ergo quod quærit à nobis, per quid pctm inueniatur in paruulo, vtrum per voluntatem,an per nuptias,an per parentes? Sic.n.loquitur, & tanq̃ ad omnia ista rideret, & a peccato quasi cuncta illa purgando nihil ualuit remanere,unde pctm inueniatur in paruulo. Verba deniq; iam ipsa eius attende. Per quid igitur,inquit,pctm inuenitur in paruulo? Per uoluntantem, Nulla ad opus parentum,quos in hoc actu nõ peccasse præmiseras,sed quantum ex consequẽtibus apparet,non hoc vere concesseras. Ip se sunt igitur execrãdæ nuptiæ,inquit,quæ causam fecerunt mali,sed illæ solæ opus inuenere suo causam fecere peccato, iure damnabiles sunt. Ambigi ergo,inquit,iam non potest,si ruam sequamur sententiam, condigne æterno supplicio mancipati, quorum labore actum est, vt ad dominatum exercendum in homines diabolus perueniret. Ex vbi est quod pauloante hominem opus dixeras dei,quia si per originem malum in hominibus, per malum ius diaboli in homines, diabolum dicis authorem esse hominum à quo est origo nascentium? Si autem credis à deo hominem fieri & esse coniuges innocentes,vide q̃ stare non possit trahi ex his originale pctm. Ad omnia ista huic Auguſt. rũdit Apostolus,qui neq; voluntatẽ arguit paruuli,quæ propria nondum est in illo ad peccandum:neq; nuptias inquãtum nuptiæ sunt, quæ habent à deo non solum institutionem,verumetiam benedictionem:neque parentes inquantum parentes sunt, inuicẽ licite atq; legitime ad procreandos filios coniugati,Sed per vnum hominem,inquit, peccatum in hunc mundum intrauit,& per Rom.5. peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransijt,in quo omnes peccauerunt. Quod isti si catholicis auribus mentibusque perciperent, aduersus fidem gratiamq; Christi rebelles animos non haberent, neq; conarentur inaniter ad suum proprium & hæreticum sensum, hæc Apostolica verba tam dilucida,& tam manifesta conuertere, asserentes hoc ideo dictum esse, ꝙ Adam peccauerit primum, in quo de cætero quisquis peccare voluerit, peccandi inuenit exem- M plum, vt peccatum.s.non generatione ab illo vno in omnes homines, sed illius vnius imitatione transiret, Cum profecto si Apostolus imitationem hic intelligi voluisset, non per vnum hominem,sed per diabolum potius in hunc mundum peccatum intrasse, & per oẽs homines pertransisse dixisset, De diabolo quippe scriptum est, Imitan- Sapiẽ.2. tur autem eum,qui sunt ex parte ipsius. Sed ideo per vnum hominem dixit, à quo generatio vtique hominum cœpit,vt per generationem doceret isse per omnes originale peccatum. Quid autem aliud indicant etiã sequentia verba Apostolica? Cum enim hoc dixisset,adiunxit, Vsque enim ad legem Rom.5. peccatum in mundo fuit,id est,quia nec lex potuit auferre peccatum. Peccatum autem, inquit,non deputabatur,cum lex non esset. Erat ergo, sed non deputabatur, quia non ostendebatur quod deputaretur. Sicut enim alibi dicit, per legem cognitio peccati, sed regnauit, inquit, mors ab Adam vsque ad Rom.3. Moysen: hoc est quod supra dixerat, vsq; Rom.5. ad legem: non vt à Moyse deinceps non esset peccatum, sed quia nec per Moysen lex data regnum potuit mortis auferre, quæ nõ A regnat vtique nisi per peccatum. Regnum porrò eius est,vt hominem mortalem in secundam

cundã etiam quæ sempiterna est præcepitet
1.Co.15 mortem. Regnauit aũt, In quibus? In his, inquit, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri, Cuius futuri, nisi Chri? Et qualis forma, nisi a contrario? Quod etiam alibi breuiter dicit, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs uiuificabuntur. Sicut in illo illud, ita & in isto istud. Ipsa est forma, sed hæc forma non omni ex par-
Rom.5. te conformis est, vnde hic Apostolus secutus adiunxit, Sed non sicut delictũ, ita est & donatio. Si.n. ob vnius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gra vnius hominis Iesu Christi, in multos abundauit. Quid est, multo magis abũdauit: nisi quia omnes qui per Christum liberatnur, temporaliter propter Adã moriuntur: pp ipsum autẽ Chm sine fine victuri sunt? Et nõ, inquit, sicut per vnum hominem peccantem, ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autẽ ex multis delictis in iustificationem. Ex vno ergo quid, nisi delicto?
B quia sequitur, gratia aũt ex multis delictis. Dicant isti quõ ex uno delicto in condemnationem, nisi quia sufficit ad condemnationem ẽt vnum originale peccatum, quod in omnes homines pertransijt? Gratia vero ideo ex multis delictis in iustificationem, quia non solum illud vnum soluit, qđ originaliter trahitur, sed etiam cætera, quæ in vnoquoque homine motu propriæ voluntatis addũtur. Si enim ob vnius delictũ mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, in uita regnabunt per vnum Iesum Christum. Itaque sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita et per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitę. Adhuc permaneant in uanitate mentis suæ, & dicant vnum hominem non propaginem traiecisse, sed exemplum præbuisse peccati. Quomõ ergo per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, & non potius per multa sua cuiusque delicta, nisi quia etiam si illud vnũ sit tantum, idoneum est perducere ad condemnationem, etiam nullis additis cæteris, sicut perducit paruulos morientes qui ex Adam nascuntur, nisi in Christo renascantur?
Quid ergo à nobis quærit iste, qui nõ uult
C ab Apostolo audire, per quid peccatum in ueniatur in paruulo, vtrum per voluntatẽ, an per nuptias, an p parentes? Ecce audiat per quid, audiat & taceat, per quid peccatũ inueniatur in paruulo, Per vnius delictũ, inquit, Apostolus, in omnes homines ad cõdemnationem. Omnes autem dixit ad cõdemnationem per Adam, et omnes ad iustificationem per Christum: cum vtique non omnes eos qui moriuntur in Adam, transferat Christus ad uitam, sed omnes dixit atque omnes, quia sicut sine Adam nullus ad mortem, ita sine Christo nullus ad vitam. Sicut dicimus de literarum magistro, De natu. si in ciuitate solus est, omnes iste hic literas ra & gradocet, non quia omnes discunt, sed quia ne ita esse mo nisi ab ipso. Denique autẽ quos omnes Pelagius dixerat, multos postea dixit, eosdem ipsos nos. tamẽ omnes multosq; significans. Sicut.n. Cap.4. inquit, per inobedientiam vnius hominis Rom.5. peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi. Adhuc quærat per quid peccatum in Ibidem. ueniatur in paruulo. Respondeant ei paginæ sanctæ, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines per D transijt, in quo oẽs peccauerũt. Ob vnius delictum multi mortui sunt, iudicium ex vno in cõdemnationem: ob vnius delictũ mors regnauit per vnum, & vnius delictũ in omnes homines in condemnationem: per unius inobediẽtiam peccatores constituti sunt multi. Ecce per quid delictum inuenitur in paruulo. Iam credat originale peccatum, sinat venire paruulos vt saluentur, ad Christum.
Quid est quod dicit, Non peccati iste Ca.16. qui nascitur, non peccat ille qui genuit, nõ iubeat, peccat iste qui condidit, per quas rimas inter tot præsidia innocentiæ, peccatum fingis ingressum? Quid quærit latentem ri Augusti. mam, cum habeat apertissimam ianuam? Per vnũ hominẽ ait Apostolus, per unius delictũ ait Apostolus, p inobediẽtiã unius hominis ait Apostolus, Quid quærit amplius? Quid quærit aperius? quid quærit inculcatius? Si peccatum, inquit, ex uoluntate est, mala voluntas quæ peccatum facit, si ex natura, mala natura. Cito respondeo, Ex volũtate peccatum est. Quærit forte, vtrũ & originale peccatum. Respondeo prorsus & originale peccatum, quia & hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, g vt & in illo esset, & in omnes transiret. Sed quod secutus adiunxit, Si ex natura, mala

mala natura, quæro ab illo vt si potest respondeat, Sicut manifestum est, ex voluntate mala tanquam ex arbore mala, fructus eius fieri omnia opa mala, sic ipsam voluntatẽ malam. i. fructuum malorũ, arboré malã vnde dicat exortam, Si ex angelo, quid erat ipse angelus, nisi bonum opus dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonũ opus dei? Imò quia voluntas mala, angeli ex angelo, ex homine homini orta est, quid erant hæc duo antequã in eis ista mala orirẽtur, nisi bonum opus dei, & bona atq; laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum, nec fuit omnino vnde oriri posset, nisi ex bono, ipsam dicam voluntatem malam, quã nullum præcessit malum, non opera mala, quæ non sunt nisi ex voluntate mala, tanq; ex arbore mala, nec ideo tñ potuit ex bono oriri voluntas mala, quia bonum factũ est à deo bono, sed quia de nihilo factũ est, non de deo. Quid ergo est quod dicit, si natura opus est dei, per opus dei opus diaboli transire non sinitur? Nõne opus diaboli, qñ primum in angelo, qui diabolus factus est, ortum est, in opere dei ortũ est? Quapropter si malum quod omnino nusq; erat, in dei opere oriri potuit, cur malum quod alicubi iam erat per opus dei transire non potuit, præsertim cum ipso verbo vtatur Apostolus dicens, Et ita in omnes homines pertransijt? Numquid homines non sunt opus dei? Pertrãsijt ergo peccatum per homines, hoc est opus diaboli per opus dei. Atq; vt alio modo idipsum dicã, quia diaboli opus, id est, peccatum per ipsum diabolum exortum, quia factura vel opus est dei, per aliud opus dei. i. hominem pertransijt opus operis dei per opus dei. Et ideo deus est solus & immutabilis & potentissimæ bonitatis, qui antequam esset vllum malum, bona opera fecit omnia, & de malis quæ in bonis ab eo factis orta sunt, bene operatur per omnia.
In vno, inquit, homine iure vituperatur intentio, & origo laudatur, quia duo sunt q̃ contrarijs applicentur: in paruulo aũt vnũ est natura tantum, quia voluntas non est, Illud ergo vnum, inquit, aut deo ascribitur aut dæmoni. Si natura, inquit, p deum est, non potest in ea esse originale malum. Si à diabolo, nihil erit per quod homo diuino operi vindicetur. Perfecte itaq; Manichæus G, qui malum originale defendit. Audiat potius aduersum ista quod verũ est, In vno homine iure vituperatur intẽtio, & natura laudatur, quia duo sunt q̃ contrarijs applicenẽ, sed ẽt in paruulo, non vnum est tm, id est, natura, in qua creatus est hõ à deo bono: habet.n. & vitium qđ per vnum in oẽs homines ptrãsijt, sicut sapit Apostolus, nõ sicut desipit Pelagius, vel Celestius, vel eorũ quicunq; discipulus. Horum itaq; duorum q̃ in paruulo esse diximus, vnũ ascribitur deo, alterum diabolo. Et quod vtrunq; pp vnum horum. i pp vitium subijcitur potestati diaboli, ideo non est incongruum, quia nõ fit ipsius diaboli potestate, sed dei. Subijcitur aũt vitiũ vitio, natura naturæ, quia & in diabolo vtrunq; est, vt cum dilecti & electi de potestate tenebrarum eruuntur, cui iure subduntur, appareat quid donetur iustificatis bonis à deo, bona bene operante de malis. Quod aũt iste sibi quasi religiose dicere visus est, Si natura per deũ est, non potest in ea esse originale malum: nonne religiosius sibi alius videretur dicere, si natura per deum est, non põt in ea ori H ri vllum malum: & tamẽ falsum est, hoc.n. Manichæi asserere voluerunt, & non creaturam dei factam de nihilo, sed ipsam naturã dei malis omnibus implere conati sunt. Non.n. ortum est malum nisi in bono, nec tamen summo & immutabili quod est natura dei, sed facto de nihilo per sapientiã dei. Est itaq; per quod homo diuino operi vendicetur, quia non esset homo, nisi diuino opere crearetur: malum autem non esset in paruulis, nisi voluntate primi hominis peccaretur, & ex origine vitiata, peccatum originale traheretur. Non ergo sicut iste ait, perfecte Manichæus est, qui malum originale defendit, sed perfecte Pelagianus est, qui malum originale non credit. Neque.n. ex quo esse cœpit Manichæi pestilentiosa doctrina, ex illo cœperunt in Ecclesia dei, paruuli baptizandi exorcizari & exufflari, vt ipsis mysterijs ostenderetur non eos in regnum Christi nisi erutos à tenebrarum potestate trãsferri. Aut qñ in libris Manichæi legitur, p venerit filius hominis q̃rere & saluare p perierãt? Aut p per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit: & cætera ad eandem sententiam pertinentia, quæ supra commemorauimus? Aut quod reddit deus peccata patrum in filios: aut quod in Psalmo scriptum est, Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit: aut, Homo

Luc.19. Rom.5. Exo.50. Psal.50 143. & 38. I

vanitati

vanitati similis factus est, dies eius velut vmbra prætereunt: aut, Ecce veteres posuisti dies meos, & substantia mea quasi nihil ante te est, verumtamen vniuersa vanitas, om-
Rom.8. nis hō viuens: aut qđ Apostolus dicit, Om-
Eccle.1. nis creatura vanitati subiecta est? Aut in libro Ecclesiaste, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: quæ abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub So-
Eccl. 40 le? Aut in libro Ecclesiastico, iugum graue
i.Co.15. super filios Adā à die exitus de ventre matris eorū vsque in diē sepulturæ in matrem omnium? Aut qp dicit Apostolus, In Adā
Ion.14. oēs moriūtur: Aut quod dicit sanctus Iob, vbi de peccatis suis loquit, Hō.n.natus ex muliere, breuis vitæ & plenus iracundiæ, sicut flos fœni decidit, fugit aūt sicut vmbra, & non stabit, nonne & huius curam fecisti, & hunc fecisti intrare in conspectu tuo in
Iob.15. iudicium? Quis.n.erit mundus a sordibus? ne vnus quidem, etiam si vnius diei fuerit vita eius super terram? Quas enim dixerat sordes, quia peccata intelligi voluit, ipsa lectio indicat, vbi prorsus vnde loquatur ap-
K paret. Vnde est & illud apud prophetā Za-
Zach.3. chariam, vbi aufertur à sacerdote vestis sordida, & dicitur ei, Ecce abstuli peccata tua. Puto qp ista omnia & cætera huiusmodi, q̄ indicant oēm hominem sub peccato & maledicto nasci, non leguntur in tenebris Manichęorum, sed in luce catholicorū. Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus, qui in catholica Ecclesia floruerunt? qūo hæc non in alios sensus conati sunt vertere qm̄ stabiles erant in antiquissima & robustissima fide, non autem nouitio mouebantur errore? Quos si colligere & eorum testimonijs vti velim, & nimis longum erit, & de canonicis authoritatibus, à quibus non debemus auerti, minus fortasse videbor præsumpsisse q̄ debui. Verūtamē vt omittā beatissimum Ambrosiū,
Ambro. cui Pelagius, sicut iam commemoraui, tam magnum integritatis in fide perhibuit testimonium, qui tamen Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, vt haberent necessarium medicū Christum, nisi originale pec-
Cypria. catum. Nunquid & gloriosissimæ coronæ Cyprianus dicetur ab aliquo, non solū fuisse, sed vel esse potuisse Manichæus cū prius iste sit passus, quàm illa in orbe Romano pestis apparuit, & tamen in libro de baptismate paruulorum, ita defendit originale
L peccatum, vt propterea dicat, & ante octauum diem si necesse sit, paruulum bāptizari oportere, ne pereat anima eius. Quem tanto vult intelligi ad indulgentiam baptismi facilius peruenire, quāto magis ei dimittuntur non propria, sed aliena peccata. Hos iste audeat dicere Manichæos, & antiquisti mam Ecclesiæ traditionē isto nephario crimine aspergat, qua exorcizantur, & vt dixi, exufflantur paruuli, vt in regnum Christi a potestate tenebrarum, hoc est diaboli & angelorum eius eruti transferantur. Nos autem paratiores sumus cum istis viris, & cum ecclesia Christi in huius fide antiquitate firmata, quælibet male dicta & cōtumelias perpeti, q̄ Pelagiani cuiuslibet eloquij prædicatione laudari.

A is iterum, inquit, & dicis, Nulla esset Ca-
cūpiscentia, nisi homo ante peccasset, nu-
ptiæ vero essent etiam si nemo peccasset. Augu.

Non dixi, nulla esset concupiscentia, qa est & glorianda cōcupiscentia spiritalis qua concupiscitur saptientia, sed dixi nulla esset pudēda cōcupiscēt a. Relegātur verba mea & quæ etiam ipse posuit, vt quanta ab illo fraude commemorentur appareat. Sed quo voluerit nomine eam appellet, Illa dixi q̄ nō esset nisi hō antè peccasset, de qua eruben-
Genes. runt in paradiso, qui pudenda texerūt, quā
nemo negat, quoniā peccatum inobedientiæ præcesserat, ideo subsecutam. Qui autē vult intelligere quid senserint, debet considerare quid texerint. Succinctoria quippe sibi de folijs ficulneis, non vestimenta fece-
rūt, quæ succinctoria Græce περιζώματα vocantur. Quid autem cooperiant perizomata, omnibus notum est, quę nonnulli Latini campestria sunt interpretati. Quis autē ignorat qui campestrantur, quas partes corporis contegant? Has enim tegebant Romani iuuenes, quando nudi exercebantur in campo, vnde hoc genus tegminis tale nomen accepit.

Illæ ergo nuptiæ, inquit, quæ sine concu-
piscentia, sine motu corporum, sine necessitate sexuum, vt dicis, esse potuerunt à te pronunciantur laudabiles. Ista vero coniugia quæ nunc aguntur à diabolo esse deficiunis inuenta. Illa itaque, inquit, quæ instituisse somnias, bona deliberas. Ista vero de quibus dicit diuina scriptura, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, profiteris mala diabolica, morbum potius debere coniugium nuncupari. Non

A Nō est mirum si Pelagiani dicta nostra in sensus quos volunt detorquere conantur, quando de scripturis sanctis, non vbi obscure aliquid dictū est, sed vbi clara & aperta sunt testimonia, id facere consueuerunt, more quidem hæreticorum etiam cæterorum. Quis enim diceret sine motu corporū, sine necessitate sexuum nuptias esse po-
Gen.1. tuisse? Deus.n.fecit sexus, quia masculum & fœminam fecit eos, sicut scriptum est. Vnde autem fieri posset, vt qui fuerant coniungēdi, & ipsa coniunctione generaturi, sua corpora non mouerent, quandoquidem nullus fit hominis ad hominem corporalis accessus si desit corporis motus? Non ergo hic quæstio est de motu corporum, sine quo nō possent omnino misceri, sed de pudendo motu genitalium, qui profecto non esset, & tamen seminatrix commixtio non deesset, si genitalia non libidini, sed voluntati sicut cætera membra seruirent. An non etiā nūc in corpore mortis huius imperat pedi, brachio, digito, labro, linguæ, & ad nutum nō fit rum continuo porriguntur? Humori denique quod est mirabilius, in vesica intus posito, qui & quando eius copia nos vrgemur, imperatur vt profluat, & obtemperat. Imò ipsis additis visceribus & neruis, quibus idē humor continetur, imperatur vt eum propellant, exprimant, ejiciant, & si sanitas adest, sine difficultate seruiunt volūtati. Quā to ergo facilius atque tranquillius obedientibus genitalibns corporis partibus, & ip sum membrum porrigeretur vt homo seminaretur, nisi hominibus illis inobedientibus, membrorum istorum inobedientia iu sto supplicio redderetur? Quod supplicium casti sentiunt, qui proculdubio mallēt si possent, iubente voluntate quam pruriente voluptate filios seminare. Immundi autē qui propter istum morbum, non solum meretrices, verumetiam coniuges amāt, de hoc supplicio carnis, grauiore supplicio mētis exultant. Absit ergo vt dicamus quod nos dicere iste confingit, ista coniugia quæ nūc agūtur à diabolo inuenta. Prorsus ipsæ sunt nuptiæ, quas ab initio deus instituit, Hoc.n. bonum suum ad hominum generationem institutum etiam damnatis hominibus nō detraxit, quibus non detraxit sensus carnis & membra, proculdubio munera sua, quanquis iam debita damnatione moritura. Iste, inquam, sunt nuptiæ de quibus dictum est, excepto quod hic figuratum est magno illo Christi & Ecclesiæ sacramēto, Propter hoc C relinquet homo patrem & matrem & adhæ Gene.2. rebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ephe.5. Hoc.n.ante peccatū dictum est, & si nemo peccasset, sine pudenda libidine posset fieri in corpore vitæ illius. Et nunc quanuis sine illa non fiat in corpore mortis huius, ipsum est tamen quod non cessat fieri, vt adhæreat homo vxori suæ, & sint duo in carne vna. Quamobrem & si dicitur nūc alias esse nuptias, alias vero si nemo peccasset esse potuisse, non secundum earum naturam, sed secundum quandam in deterius mutatam dicitur qualitatem. Sicut alius dicitur, quamuis idem ipse sit homo, qui mutauerit vitā siue in deterius. Aliud est.n.iustus, aliud peccator, quanuis idem ipse sit homo. Sic aliæ nuptiæ sine pudenda libidine, aliæ cum pudenda libidine, cum tamen secundū constitutionem suam, qna legitime coniungitur mulier viro, & fides carnalis debiti ab adulterorum peccato seruatur immunis, & hoc more legitimo filij seminantur eædem sunt nuptiæ quas deus instituit, quāuis diabolus non ipsas, sed homines ex quibus nuptiæ fiunt, antiqua peccati persuasione fauciauerit, inobedientiæ persuadendo peeca-
tum, cui per diuinum iudicium inobedien- D
tiæ membrorum reciproca redderetur, in qua coniugati, quanu is eruberint nuditatem suam, nuptiarum veri tamen à deo institutam non omnimodo potuerunt amittere bonitatem.

Hinc iste pergit ab eis qui coniūguntur Cap.33.
ad eos qui gignuntur, propter quos in hac quæstione tantis aduersus nouos hæreticos disputationibus laboramus, & occulto dei cōpulsus instinctu dicit aliquid, vbi totum istum nodum sua confessione dissoluit: volēs enim nobis maiorem inuidiam commouere, quia dicimus etiam de legitimis nuptijs sub peccato paruulos nasci, Illos ergo, inquit, qui nunquam nati sunt, bonos potuisse esse dicis, istos vero qui mundum impleuerunt, pro quibus Christus mortuus est diaboli opus, & de morbo natos, & ab exordio reus desinis. Probaui itaq;, inquit, nihil te aliud agere, quam vt deū neges horum, qui sunt hominum conditorem.

Ego quidem conditorem hominum om August.
nium, quanuis omnes sub peccato nascātur & pereant nisi renascantur, non dico nisi deum. Vitium quippe inseminatum est per suasione diaboli, per quod sub peccato nati sunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

non natura condita quæ homines sunt. Libido aũt pudẽda nõ moueat mẽbra, nisi qñ
E volumus, & non est morbus, Non de illa erubescat licitus & honestus coniugatorũ concubirus, vitando cõspectũ & appetendo secretum, & non est morbus. Nõ prohibeat Apostolus in hoc morbo posideri vxores, & non est morbus. Quod.n.græcus habet, ,alij Latine interpretati sunt, in morbo desiderij vel concupiscentiæ, alij vero in passione concupiscentię, vel si quo alio modo in alijs atq; alijs codicibus inuenit, sed passio in lingua Latina maxime vsu loquendi Ecclesiastico, nõ nisi ad vituperationẽ consueuit intelligi. Quodlibet aũt de pudenda cũcupiscẽtia carnis iste sentiat de paruulis, pro qbus laboramus vt saluatore indigere credantur, ne sine salute
Iulian. moriantur, attende qd dixerit, Verba eius repeto: Illos ergo, inquit, qui nunquã nati sunt, bonos potuisse esse dicis, istos vero qui mundũ impleuerunt, ꝓ quibus Chrs mortuus est, diaboli opus & de morbo natos, & ab exordio reos definis.

O si nodũ soluat ẽt cõtentionis, qũo nodum soluit istius qõnis. Nunquid.n. se mõ de maioribus ista locutũ esse dicturus est? De paruulis agitur, de nascentibus agitur, de his nouis, quia rei ab exordio definiunt
F à nobis, ab illo inuidia cõmouetur, quia eos dicimus reos, pro qbus Chrs mortuus est. Cur ergo pro illis Christus mortuus est, si non sunt rei? Inde prorsus, inde obtinebimus cãm, vnde excitandã putauit inuidiã. Ipse dicit, qũo rei sunt paruuli, pro quibus Chrs mortuus est? Nos rñdemus, imò paruuli qũo rei non sunt, pro quibus Christus mortuus est? Ista cõtrouersia iudicem qrit, Iudicet ergo Christus, & cui rei mors eius
Mat.26. profecerit ipse dicat. Hic est, inqt, sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem pctõrũ Iudicet cũ illo & Apostolus, quia & in Apostolo ipse loquitur Christus, clamat & dicit de deo patre, Quia ꝓprio filio non pepercit, sed pro nobis omni
Rom.8. bus tradidit eũ. Puto quod ita dicat Christũ traditũ pro omnibus nobis, vt in hac cã paruuli non seperentur à nobis. Sed quid opus est hinc satagere vnde nec iam iste cõtendit, qñquidem, non solũ confitetur mortuũ fuisse ẽt pro paruulis Christũ, verumẽt inde nos arguit, ꝙ eosdem paruulos reos dicimus ꝓ qbus mortuus est Chrs? Iã itaque Apostolus q dixit pro nobis omnibus

traditum Christum, dicat etiam quare sit
G pro nobis traditus Christus. Traditus est, Rom.4
inqt, pp delicta nra, & resurrexit pp iustificationem nostram. Si igitur sicut iste & confitetur & profitet, & dicit & objcit, in eis sunt & paruuli pro quibus traditus est Christus, & propter delicta nostra traditus est Christus, habent profecto & paruuli delicta originalia, pro qbus traditus est Christus. Habet quod in eis saner, qui sicut ipse Mat.16
ait, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus, Habet cur eos saluos faciat, qui venit in mundũ sicut dicit Apostolus Paulus, peccatores saluos facere. Habet quod in eis remittat, qui sanguinẽ se fudisse testatur in remissionem peccatorũ. Habet quod in eis
1. Ioh.3 soluat filius dei, qui ꝓpterea venit sicut dicit Apostolus Ioannes, vt soluat opera diaboli. Habet pp quod eos quærat qui venit vt dicit, quærere & saluum facere quod perierat. Huic ergo paruulorum saluti inimicus est, qui eorum sic asserit innocentiam, vt sauciatis & vulneratis neget necessariam medicinam.

Iam quod sequitur & adiungit attende. Cap. 34
Si aũt peccatum, inquit, per deum creatum Iulian.
est, vnde homines nascerentur, per diabolũ autem vnde parentes cõmouerent, asscribẽ rent sine dubio sanctitas nascentibus & cul H pa generantibus. O, quia manifestissime Augustin.
nuptias damnat, amoueto hunc sensum pre cor de Ecclesiarum medio & vere credito, quia per Iesum Chm facta sunt omnia, & Ioan.1.
sine ipso factũ est nihil. Ita hoc dicit quasi nos dicamus per diabolum aliquid substantiæ creatum in hominibus. Persuasit malũ diabolus tanq peccatũ, non creauit tanq naturam. Sed plane naturæ persuasit, qua homo natura est, & ideo eã persuadendo vitiauit. Qui.n. vulnerat, non creat membra sed vexat. Sed vulnera quæ corporibus infligũntur, membra faciũt claudicare, vel ægre moueri, non eã virtutem qua iustus est homo vulnus aũt quod peccatum vocatur ipsam vitam vulnerat, qua recte viuebatur. Hoc vulnus autem tunc maius atq; altius diabolus inflixit, quam sunt ista hominibus nota peccata. Vnde illo magno peccato primi hominis, natura ibi nostra in deterius cõmutata, non solũ facta est peccatrix, verumetiam genuit peccatores. Et tũ ipse languor quo bene viuendi virtus perijt, non est vtiq; natura, sed vitium, sicut certe mala in corpore valetudo, non est vlla substantia vel natura,

I tura, sed vitiũ, & licet non semper, tñ plerũque malæ valetudines parentum, ingenerãtur quodammodo, & apparent in corporibus filiorũ. Hoc aũt pctm quod ipsum hominẽ in paradiso in peius mutauit, qa multo est grauius q̃ iudicare nos possumus, ab omni nascẽti trahit, nec nisi in renascẽte remittit, ita vt ẽt de parentibus iam renatis, in quibus remissum atq; rectum est, trahatur in reatum nascentium filiorum, nisi & eos quos prima carnalis natiuitas obliga uit, sca spiritalis absoluat. Cuius rei mirabilis, mirabile creator in oliua, & oleastro produxit exemplum, vbi non solũ ex oleastro, verumetiã ex oliuæ semine nõ nisi olea fieri exorit. Quapropter quãuis et in omnibus natura generatis, gratia regeneratis, sit ista carnalis concupiscentia repugnans legi mentis, tamens quia remissa est in remissio nem peccatorum, non iam illis in peccatum reputatur, nec nocet aliquid, nisi eius motibus ad illicita cõsentiatur. Proles uero eorũ quia non per spiritalem, sed per carnalem concupiscentiã seminatur, velut ex illa oliuã quidam nostri generis oleaster, sic inde natum nascendo trahit, vt nisi renascendo liberari ab illa peste non possit. Quomodo k ergo affirmat iste nos ascribere sanctitatem nascentibus, & culpam generantibus, cũ potius veritas monstret, & si fuerit sanctitas in generantibus, originalem culpam inesse nascentibus, quæ non aboleatur nisi in renascentibus.

Quæ cum ita sint, de ista carnis concupi
I scentia, & de libidine imperiosa impudicis do manda, pudẽda tñ & pudicis & impudicis, sentiat iste qđ libet, quia ei sicut video multum placet, non eam laudare cunctetur, quã nominare confunditur, appellet eã sicut appellauit membrorum vigorem, nec castarũ aurium reuereatur horrorem, appellet mẽbrorum potentiam, nec caueat impudentiã. Dicat si non erubescit, in paradiso si nemo peccasset, nunc ibi vigorem velut florem vere potuisse, nec opus fuisse, vt tegeretur, quod ita moueretur, vt inde nemo confunderetur, sed parata coniuge semper exerceretur, nunquam reprimeretur, ne aliquando voluntas tanta, tantæ fœlicitati negaretur. Absit enim ut beatitudo illa posset aut in loco illo non habere quod vellet, aut in suo corpore vel animo sentire quod nollet, ac per hoc si motus libidinis voluntatẽ hominum præueniret, voluntas continuo sequeretur, vxorq; pp hoc nunquam absens esse debebat, sed liue conceptura, siue iã gra L uida, ilico admoueretur, & aut proles seminaretur, aut voluptas naturalis & laudabilis explereꝛ & periret semẽ hominis ne appetitus tã bonæ cõcupiscẽtiæ fraudaretur, tñ nõ se cõuerterent coniuges in eũ vsum, qui est cõtra naturã, sed quotiẽs delectaret, mẽbris ad hoc creatis & genitalibus vteretur. Veruntamen quod si & ille vsus contra naturã forsitan delectaret, quid si & in hanc voluptatem laudabilis illa libido adhinniret, vtrum sequerentur eam qñ suauis eẽt, an repugnarent, qñ turpis esset? Si sequerẽtur, vbi esset cogitatio qualiscunq; honestatis? Si repugnarent, vbi est pax tantæ fœlicitatis? Hinc si forte erubuerit & dixerit tantam pacẽ fœlicitatis illius, tantumq; ordinẽ in his rebus esse potuisse, vt nunquam carnis concupiscentia voluntatem illorum hominum præueniret, sed cum ipsi vellent, tunc illa consurgeret, tunc autem vellent, quando ad seminandos filios opus esset, ita vt nullus seminis esset, ita irritus iactus, nullus fieret concubitus, quem non sequeretur conceptus & partus ad nutum seruiente libidine. Hoc si dicit, saltem consideret nunc in hominibus non esse quod dicit, Et si non vult concedere vitium esse libidinem dicat M saltem per illorum hominum inobedientiã etiam ipsum vitium esse carnis concupiscẽtiam, vt illa quę obedienter & ordinate moueretur, nunc inobedienter inordinateque moueatur, ita vt ipsis quoque pudicis ad nutum non obtemperet coniugatis, sed & quãdo non est necessaria moueatur, & quando necessaria est aliquando citius, aliquãdo tardius, non eorũ sequatur nutus, sed suos exerat motus. Hanc ergo eius inobedientiam inobedientes illi tunc homines receperunt, & in nos propagine transfuderunt. Neque enim ad eorum nutum, sed utique inordinate mouebatur, quando membra prius glorianda, tunc iam pudenda texerunt. Sed vt dixi, sentiat de ista libidine iste quod libet, prædicet vt libet, laudet quantum libet, sicut enim multis locis significat multum libet, vt eius si non vsibus, saltem laudibus Pelagiani oblectentur, quicunque eorum proposito continentię carnali coniugio nõ fruuntur, tantum paruulis parcat, non vt eos laudet inutiliter, defendatque crudeliter, saluos esse non dicat, non ad laudatorem Pelagium, sed ad saluatorem Christũ venire

venire permittat. Nam vt iã liber iſte clau-
A datur quoniam ita ſermo illius terminatus
eſt, qui in chartula quã miſiſti, ſcriptus eſt,
vt diceret, Vere credito, quia per Ieſum fa-
cta ſunt omnia & ſine ipſo factum eſt nihil,
Ioan. 1. concedat Ieſum etiam paruulis eſſe Ieſum,
& vt per eum facta omnia fatetur per id qđ
eſt verbum deus, ita etiam paruulos ab eo
ſaluos fieri fateatur per id quod eſt Ieſus, ſi
vult eſſe catholicus Chriſtianus. Sic enim
Matt. 1. ſcriptum eſt in Euangelio, Et vocabunt no-
men eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet
populum ſuũ à peccatis eorum. Ideo ergo
Ieſum, qm̃ Ieſus, latine ſaluator eſt, Ipſe. n.
ſaluum faciet populum ſuum, in quo popu
lo ſunt vtiq; & paruuli. Saluum autem fa-
ciet à peccatis eorum, Sunt ergo & in pa-
ruulis peccata originalia, propter quæ Ieſus,
id eſt, ſaluator poſsit eſſe & ipſorum.

De nuptijs & concupiſcentia ad Va-
lerium, libri ſecundi, finis.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI,
B contra duas Epiſtolas Pelagia-
norum ad Bonifacium,
Liber primus.

Cap. 1. NOueram te quidẽ fama ce-
leberrima prædicante: & frequentiſsimis atq; vera-
ciſsimis nuncijs, quanta cſ
ſes dei gratia plenus acce-
peram, beatiſsime atq; ve-
nerande papa Bonifaci. Sed poſteaq̃ te etiã
præſentia corporali frater meus vidit Ali-
pius, acceptusq; à te benigniſsime ac ſince-
riſsime, mutua miſcuit dictante dilectione
colloquia, tecumq; conuiuens, & paruulo
licet tempore, magno tamen tibi iunctus af
fectu, ſe ſimul & me refudit animo tuo, te-
q̃ue mihi reportauit in ſuo, tanto maior in
me tuæ ſanctitatis eſt facta notitia, quanto
certior amicitia. . Neq;. n. dedignaris qui
non alta ſapis, quanuis altius præſideas, eſ-
ſe amicus humilium, & amorem rependere
impenſum. Quid eſt enim aliud amicitia,
quæ non aliunde q̃ ex amore nomen acce-
pit, & nuſquam niſi in Chriſto fidelis eſt,
in quo ſolo eſſe etiam ſempiterna ac fœlix
C poteſt? Vnde accepta per eum fratrem, per
quem te familiarius didici, maiore fiducia,
auſus ſum aliquid ad tuam beatitudinem
ſcribere de his rebus, quæ hoc tempore epi-
ſcopalem curam, ſi qua in nobis eſt, ad vigi
lantiam pro grege dominico, ſtimulo recen
tiore ſolicitant. Noui quippe hæretici, ini-
mici gratiæ dei, quæ dat̃ puſillis & magnis,
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,
& ſi iam cauendi euidentius apertiore im-
probatione monſtrantur, non tamen quie-
ſcunt ſcriptis ſuis minus cautorum vel
minus eruditorum corda tentare. Quibus
vtique eſſet reſpondendum, ne ſe vel ſuos
in illo nephando errore firmarent, etiam ſi
non metueremus, ne quenquam catholico-
rum veriſimili ſermone deciperent. Cum
vero nõ deſinant fremere ad dominici gre-
gis caulas, atq; ad diripiendas tanto precio
redemptas oues, aditus vndecunq; rimari,
communisq́; ſit omnibus nobis qui fungi-
mur Epiſcopatus officio, quanuis ipſe in
eo præmineas celſiore faſtigio ſpeculæ pa-
ſtoralis, facio quod poſſum pro mei partici
la muneris, quantum mihi dominus adiu-
uantibus orationibus tuis donare dignatur,
vt peſtilentibus & inſidiantibus eorum ſeri
ptis, medentia & munientia ſcripta præten
dam, quibus rabies qua furiunt, aut etiam
ipſa ſanetur, aut à lædendis alijs repellatur. D
Hæc autem quæ duabus Epiſtolis eorum
reſpondeo, vni. ſ. quam dicitur Romam mi
ſiſſe Iulianus, credo vt per illam quos poſ-
ſet, ſuos aut inueniret, aut faceret: aleeri autẽ
quam decem & octo, velut Epiſcopi partiſ
cipes eius erroris, non ad quoſlibet, ſed ad
loci illius Epiſcopum ſua calliditate tentã-
dum, & ad ſuas partes, ſi poſſet fieri tradu-
cendum, auſi ſunt Theſſalonicam ſcribere.
Hæc ergo quæ iſtis, vt dixi, duabus Epiſto-
lis illorum, iſta diſputatione reſpondeo, ad
tuam potiſsimum dirigere ſanctitatem, non
tam diſcenda quàm examinanda, & vbi for
ſitan aliquid diſplicuerit, emendanda conſti
tui. Indicauit enim mihi frater meus, q̃ eas
illi dare ipſe dignatus es, quæ in tuas ma-
nus, niſi vigilantiſsima diligentia fratrũ no
ſtrum, filiorum tuorum venire nõ poſſent.
Ago autem gratias ſynceriſsimæ in nos be-
neuolentiæ tuæ, q̃ eas me latere noluiſti li-
teras inimicorum gratiæ dei, in quibus re-
periſti nomen meum calumnioſe atq; eui-
denter expreſſum. Sed ſpero de domino
deo noſtro, quòd non ſine mercede quæ in
cœlis eſt, illi me laceran̄t dente maledico,
quibus me pro paruulis, ne fallaci laudato-
ri Pelagio perditi relinquantur, ſed veraci
ſaluatori

ſaluatori Chriſto liberandi offerantur, op-
pono.

Iam itaque Iuliani reſpondeamus Epi-
ſtolæ. Dicunt, inquit, illi Manichæi, quibus
non modo non communicamus, id eſt, toti iſti
cum quibus diſſentimus, quia primi homi-
nis peccato, id eſt, Adæ liberum arbitrium
perierit, & nemo iam poteſtatem habeat be
ne viuendi, ſed omnes in peccatum carnis
ſuæ neceſsitate cogantur. Manichæos ap-
pellat catholicos, more illius Iouiniani, qui
ante paucos annos hæreticus nouus, virgi-
nitatem ſanctæ Mariæ deſtruebat, & virgi-
nitati ſacræ nuptias fidelium coæquabat.
Nec ob aliud hoc obijciebat catholicis, niſi
quia eos videri volebat accuſatores vel dã-
natores eſſe nuptiarum. Liberum autem ar
bitrium defendendo præcipitant, ut de illo
potius ad faciendam iuſtitiam quàm de do
mini adiutorio confidatur, atque vt in ſe
quiſque, non in domino glorietur. Quis au
tem noſtrũ dicat, quòd primi hominis pec-
cato perierit liberum arbitrium de huma-
no genere? Libertas quidem perijt per pec
catum, ſed illa quæ in paradiſo fuit, haben-
di plenam cum immortalitate iuſtitiam,
propter quod natura humana diuina indi-
get gratia, dicente domino, Si uos filius libe
rauerit, tunc vere liberi eritis: vtique libe-
ri ad bene iuſteq́ue viuendum. Nam libe-
rum arbitrium vſque adeo in peccatore nõ
perijt, vt per illud peccent, maxime omnes
qui cum deteſtatione peccant, & amore pec
cati, hoc eis placet quod eis libet. Vnde &
Apoſtolus, Cum eſſetis, inquit, ſerui pecca-
ti, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Ecce oſtenduntur
etiam peccato minime potuiſſe, niſi alia li-
bertate ſeruire. Liberi ergo à iuſtitia non
ſunt, niſi arbitrio voluntatis: liberi autem à
peccato non ſiunt niſi gratia ſaluatoris.
Propter quod admirabilis doctor, etiam
verba ipſa diſcreuit. Cum enim ſerui eſ-
ſetis, inquit, peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ,
Quem ergo fructum habuiſtis, tunc in
his in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis
illorum mors eſt, Nunc autem liberati à
peccato, ſerui autem facti deo, habetis fru-
ctum veſtrum in ſanctificatione, finem ve-
ro vitam æternam, Liberos dixit iuſtitiæ
non liberatos. A peccato autem non libe-
ros, ne ſibi hoc tribuerent, ſed vigilantiſsi-
me maluit dicere liberatos, referens hoc ad
illam domini ſententiam, Si vos filius libe-
rauerit, tunc vere liberi eritis. Cum itaque
non viuant bene homines, niſi effecti filij
dei, quid eſt quòd iſte libero arbitrio uult
bene viuẽdi tribuere poteſtatem, cum hæc
poteſtas non detur niſi gratia dei, per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrum, dicen-
te Euangelio, Quotquot autem receperũt
eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Ioan. 1.

Sed ne forte dicant ad hoc eſſe adiutos, Libertas
vt haberent poteſtatem fieri filij dei. Vt ad malũ.
autem hoc accipere mererentur, prius eũ Cap. 3.
libero arbitrio, nulla adiuti gratia receepe-
runt. Hæc eſt quippe intentio qua gratiam
deſtruere moliuntur, vt eam dari ſecundũ
merita noſtra contendant. Ne forte ergo
hanc Euangelicam ſententiam ſic diuidãt,
vt meritum ponant in eo quod dictum eſt,
Quotquot autem receperunt eum, ac dein
de non gratis datam, ſed huic meriro redd-
itam gratiam in eo quod ſequitur, Dedit
eis poteſtatem filios dei fieri: nunquid ſi
quæratur ab eis, quid ſit receperunt eum,
dicturi ſunt aliud, niſi crediderunt in eum?
Vt igitur & hoc ſciant ad gratiam pertine-
re, legant quod ait Apoſtolus, In nullo ex- Philip. 1.
paueſcatis ab aduerſarijs, quæ quidem eſt H
illis cauſa perditionis, ueſtræ autem ſalutis.
Et hoc à deo, quia uobis donatum eſt pro
Chriſto, non tantum ut credatis in eum,
ſed vt etiam patiamini pro eo. Nempe
vtrunque dixit eſſe donatum. Item quod
ait, Pax fratribus & charitas cum fide à deo Euhe. c.
patre & domino Ieſu Chriſto. Legant etiã
quod ipſe dominus ait, Nemo poteſt veni- Ioan. 6.
re ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit
eum. Vbi ne quiſpiam putet aliud dictum
eſſe, venire ad me, quàm credere in me, pau
loposſt cum de ſuo corpore & ſanguine lo-
queretur, & ſcandalizati eſſent plurimi in
ſermone eius, ait, Verba quæ ego locutus
ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt
quidam ex vobis qui non credunt. Deinde
ſubiunxit Euangeliſta, Sciebat enim Ieſus
ab initio qui eſſent credentes, & quis tradi
turus eſſet eum dicebat, Propterea dixi vo-
bis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fue
rit ei datum à patre meo: ſententiam, ſcilicet
iterauit qua dixerat, Nemo poteſt venire
ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eũ.
Et hoc propter credentes & non credentes
ſe dixiſſe manifeſtauit, exponens quod di-
xerat, Niſi pater qui miſit me traxerit eũ:
idipſum alijs verbis repetendo in eo quod
ait, niſi fuerit ei datum à patre meo. Ille
quippe trahitur ad Chriſtum, cui datur vt I

Universidad de Deusto
Biblioteca

credat in Christum. Datur ergo potestas vt filij dei fiant, qui credunt in eum, cũ hoc ipsum datur vt credant in eum. Quæ potestas nisi detur à deo, nulla esse potest ex libero arbitrio, quia nec liberũ in bono erit, quod liberaue rit, sed in malo liberũ habet arbitrium, cui delectationẽ malitiæ vel occultus vel manifestus decep tor inseruit, vel sibi ipse persuasit. Non itaq; sicut dicunt nos quidẽ dicere, & iste audet insuper scribere, omnes in pctm uelut in uiti carnis suę necessitate coguntur, sed si iam in ea ætate sunt, vt propriæ mentis vtantur arbitrio, & in peccato sua voluntate retinentur, & à peccato in peccatum sua voluntate præcipitantur. Neq; n agit in eis etiam qui suadet & decipit, nisi vt pctm voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel vtroque malo & cæcitatis & infirmitatis. Sed hæc voluntas quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adiuuetur ab eo qui malum non potest uelle, hoc est gratia dei per Iesum Christũ
Rom.14 dñm nostrum. Omne enim quod non est
K ex fide, pctm est. Ac per hoc bona voluntas
Abac. 2. quæ se abstrahit à peccato, fidelis est, quia iustus ex fide viuit. Ad fidem autem pertinet credere in Christum. Et nemo potest credere in eum, hoc est venire ad eum, nisi fuerit illi datum, Nemo igitur potest habere voluntatem iustam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est gratuitam desuper gratiam.

Cap. 4. Hoc isti nolunt elati & superbi, nec purgando defensores, sed extollendo præcipitatores liberi arbitrij. Qui non ob aliud nobis hæc dicentibus indignantur, nisi quia gloriari in domino dedignantur. Timuit tñ Pelagius Epale iudicium Palæstinũ. Et cum ei fuisset obiectum, q̃ diceret gratiam dei secundum merita nostra dari, negauit se dicere, & eos qui hoc dicerent, anathematizando damnauit. Nec aliud tũ defendere inuenitur in libris quos postmodũ scripsit, fraudem se putans hominibus iudicantibus feciſſe mentiendo, aut nescio quo modo suũ sensum verbis ambiguis obtegendo.

Calúnię Iuliani Cap. 5. Sed iam videamus quod sequitur. Dicũt etiam, inquit, istas quæ modo aguntur nuptias à deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur, cõtra quem ego modo quatuor libellis respondi. Cuius Augustini dicta inimici nostri in veritatis odium susceperunt. His eius calumniosissimis verbis breuiter video rñdendum, Quia repetita postea, vbi uult ipse insinuare, quid contra nostra ista quid dicant, Vb cum illo quantum res postulare videbitur, dño adiuuante certandũ est. Nunc ergo rñdeo, à deo nuptias esse institutas, & tunc q̃ dictũ est, Propterea relinquet homo patrẽ suum & matrem suã, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: & nunc p̃p quod scriptum est, à dño iungitur viro mulier, Neq; n. aliud fit etiã nunc q̃ illud, vt adhæreat homo vxori suæ, & sint duo in carne vna. De ipsis quippe nuptijs, quæ nũc quoq; fiunt, consultus est dñs a Iudæis, vtrum liceret quacunq; causa dimittere vxorem. Et isto cõmemorato testimonio legis adiunxit, Quod ergo deus cõiunxit, hõ nõ separet. Hoc testimonium legis adhibuit et Apostolus Paulus, cum viros moneret, vt sic eis diligerentur vxores. Absit ergo in libro meo contra hæc testimonia diuina iste aliquid legerit. Sed vel nõ intẽlligendo, vel magis calũniãdo, in alium sensum conatur detorquere quod legit. Librum aũt meum, contra quem se quatuor libellis respõdisse M commemorat, post damnationem Pelagij Celestijq; conscripsi. Quod ideo dicendũ putaui, qm̃ iste dicit ab inimicis suis in odiũ veritatis dicta mea fuisse susceptа: ne ideo quisquam existimet propter hunc librum meum, inimicos gratiæ Christi nouos hæreticos fuisse damnatos. In eo aũt libro defensio est potius, q̃ reprehensio nuptiarum. Dicũt etiam, inquit, motum genitalium & commixtionem coniugum, à diabolo fuisse repertam, & propterea eos qui nascuntur innocentes, reos esse, & à diabolo fieri, non à deo, quia de hac diabolica commixtione nascuntur. Hoc aũt sine aliqua ambiguitate Manichæum est. Immò sicut dicimus, à deo nuptias institutas p̃p ordinatam generationem filiorũ, ita dicimus filiorũ gignendorum seminationem sine motu genitalium, & sine commixtione coniugem, nec in para diso si filij gignerentur, esse potuisse. Sed vtrum talis eorũ motus arq; cõmixtio fuisset, si nemo peccasset, qualis nunc est cum pudenda libidine, hinc est quæstio, de qua diligentius postea, si deus voluerit, disputabimus. Quid tamen isti ve Cap. 6 lint, quid intendant, quo rem perducere moliantur, adiuncta istius, verba declarant, vbi ait nos dicere propterea eos q̃ in-
A nocentes nascuntur reos esse, & a diabolo fieri non à deo, qa de hac diabolica commixtione nascuntur. Cum itaq; nos nec diabolicam dicamus coniugũ cõmixtionẽ, maximæ fidelũ, quæ sit causa generandorũ, qui postea regenerandi sunt filiorum, nec homines ullos a diabolo fieri, sed a deo inquantũ homines sunt, & tũ etiã de coniugibus fidelibus reos nasci, tanq̃ ex oliua oleastrum p̃p originale peccatum, & propter hoc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, qm̃ diabolus culpæ author est, non naturæ, contra illi paruulos dicentes, nullũ trahere originale peccatum, & ideo non esse sub diabolo, quid efficere laborant, nisi vt illa dei gratia euacuetur in paruulis, qua eruit nos fi-
Col. 1. lium dilectionis suæ, vt dicit Apostolus, de pt̃ate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij charitatis suæ, Q̃ũ quidem paruulos negant esse in pt̃ate tenebrarũ, etiam ante dñi liberatoris auxilium, ita in eis laudantes opus creatoris, ut misericordiã destruant redemptoris. Quã nos, quoniam & in maioribus & in paruulis cõfitemur, hoc dicit sine aliqua ambiguitate esse Manichæum, cũ sit antiquissimum catholicis, unde nouũ istorum dogma euertitur
1. Tim. 1. hereticum.

Dicunt, inquit, sanctos in ueteri testõ non caruisse peccatis: id est, nec per emẽdationem a criminibus fuisse liberos, sed in reatu à morte fuisse deprehensos. Imo dicimus vel ante legẽ vel t̃pe ueteris testamẽti a peccatis fuisse liberatos, non uirtute proprij, quia maledictus homo omnis qui spẽ suam ponit in homine, & in hoc sine dubio
Gal. 3. maledicti sunt, quos etiam Psalmus diuinus notat, Qui confidunt in virtute sua: nec ve
Psal. 48. re testamẽto quod in seruitutem generat, quanuis certe dispensationis gr̃a diuinitus datũ sit: nec in ipsa lege sancta & iusta & bona, vbi scriptũ est, Non concupisces: qm̃ nõ est data quæ posset uiuificare, sed præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, sed liberatos esse p sanguinem ipsius redemptoris, qui est vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Isti aũt inimici gratię dei, quæ data est pusillis & magnis, per Iesum Christũ
1. Tim. 2. dñm nostrum ideo dicunt antiquos homines dei perfectæ fuisse iustitiæ, ne Christi incarnatione, passione, resurrectione, cœlius fide salui facti sunt, credantur eguisse.

Apostolum etiã Paulum, inquit, uel oẽs Cõcupi
Apostolos dicunt semper immoderata libi scentia in
dine fuisse pollutos. Quis hoc uel propha- Paulo
nus audeat dicere? Sed nimirũ isti propte- quid.
rea sic calumniant, quia cõtendunt de hoc Cap. 8.
quod dixit Apostolus, Scio qa nõ habitat Rom. 7.
in me, hoc est in carne mea bonũ, Velle. n.
adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inuenio, & cætera talia non eũ dixisse de seipso, sed nescio cuius alterius, qui illa pateretur induxisse personam, p̃p qđ locus ipse in eius Epistola diligenter considerandus est & scrutandus: ne eis aliqua obscuritate delitescat error istorum. Quanuis ergo latius hinc Apostolus disputet, & magno diuturnoq; conflictu gratiã defendens aduersus eos, qui gloriabaneur in lege, tũ ad rem pertinentia pauca contingimus. Vñ ait, Quia Rom. 3.
non iustificabitur ex lege omnis caro corã illo. Per legem n. cognitio peccati, Nũc autẽ sine lege iustitia dei manifestata est, testificata p̃ legem & prophetas, Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt, Non est enim distinctio, Omnes enim peccauerunt, & egens gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Et Ibidem.
iterum, Vbi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei, Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et iterum, Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius facta est, vt hæres esset mundi, sed per iustitiã fidei. Si. n. per legem hæredes sunt, exinanita est fides & euacuata promissio. Lex. n. iram operatur. Vbi n. non est lex, nec præuaricatio. Et alio lo D
co, Lex. n. subintrauit ut abundaret delictũ, Rom. 4.
Vbi abundauit delictum, superabundauit gratia. Item alio loco, Peccatum. n. uobis non dominabitur: non. n. estis sub lege, sed Ro. 5. 6
sub gratia. Itemque alio loco, An ignoratis &. 7.
fratres, scientibus. n. legem loquor, quia lex dominatur homini inquantum tempus uiuit? Mulier enim sub viro, viuo marito iuncta est legi, si aũt mortuus fuerit vir eius, euacuata est a lege viri. Et paulopost, Itaq; fratres mei, & uos mortui estis legi p corpus Chri, ut sitis alterius, q̃ ex mortuis resurrexit, vt fructificemus deo. Cũ. n. essemus in carne, passiones peccatorũ, quæ per legẽ sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferrent morti. Nunc vero euacuati sumus à lege mortis in qua de-

Universidad de Deusto Biblioteca

tinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus,& non in vetustate literæ, His atque hmõi cõtestationibus doctor ille gentiũ,satis euidenter ostendit, legẽ nõ potuisse auferre,sed potius auxisse peccatũ, qđ aufert
E gratia qm̃ lex iubere nouit,cui succũbit infirmitas:gra iuuare, qua infunditur charitas. Ne quis enim propter hæc testimonia vituperet legẽ,& malã esse contendat, uidit Apostolus male intelligentibus qđ posset occurrere,& eandẽ sibi ipse ꝓposuit qõnẽ.
Rom.7. Quid ergo dicemus,inqt ? Lex Peccatũ ẽ? Absit.Sed peccatũ non,cognoui,nisi per legem.Hoc iam superius dixerat. Per legem,
Rom.3. n.cognitio peccati.Nõ ergo abolitio,sed cognitio. Hinc aũt iam incipit propter quod ista consideranda suscepimus, introducere personã suã, & tanquã de seipso loqui, vbi nolunt Pelagiani ipsum Apostolum intelligi,sed ꝙ in se aliũ transfigurauerit hominem sub legẽ adhuc positũ,nondum ꝑ gratiam liberatũ.Vbi quidem iam debent concedere,ꝙ in lege nemo iustificatur,sicut alibi idem Apostolus dicit , sed ad cognitionẽ peccati, & ad ipsius legis præuaricationem valere legem , vt cognito auctoꝙ peccato, per fidẽ gratia requiratur . Non autẽ timent ista de Apostolo intelligi , quæ posset & de præteritis suis dicere, sed ea quæ sequuntur
Rom.7. timent.Hic.n.cõcupiscentiã,inquit,nesciebã,nisi lex diceret,Non concupisces.Occa-
Exo.20. sione aũt accepta , peccatũ per mandatum
F operatũ est in me oẽm concupiscentiã. Sine lege.n.peccatũ mortuũ est. Ego aũt uiuebam aliqñ sine lege: Adueniente aũt mandato peccatũ reuixit,ego autẽ mortuus sũ, Et inuentum est mihi mandatũ qđ erat in vitã,hoc esse in mortem.Peccatum.n.accepta occasione per mandatũ seffellit me,& per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta,& mãdatũ sanctũ & iustum & bonum. Quod ergo bonum est,mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem,ut fiat super modum peccans peccatum per mandatum Hæc omnia , sicut dixi ,potest videri Apostolus de sua uita commemorasse præterita , vt illud quod ait, Ego aũt viuebam aliquando sine lege,ætatem suã primam ab infantia ante rationales annos uoluerit intelligi,quod autem adiunxit , Adueniente aũt mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum,iam se præcepti capacem,sed non efficacẽ,& ideo præuaricationem legis ostenderet.

Nec moueat quòd ad Philippenses scrip Pecca
sit,Secundum iustitiam quæ in lege est, ꝙ reus
fuerit sine querela. Potuit. n. esse intus in secre
affectionibus prauis præuaricator legis, & Cap
& tamen conspicua opera legis implere,vel Philip
timore hominum vel ipsius dei , sed pœnæ G
formidine , non dilectione & delectatione iustitiæ.Aliud est.n.voluntate benefaciẽ di benefacere,aliud autem ad malefaciendũ sic voluntate inclinari , vt etiam faceret si hoc posse impune permitti.Nam sic profecto in ipsa intus voluntate peccat , qui non voluntate,sed timore nõ peccat. In quibus interioribus suis talem se fuisse sciens Apostolus ante gratiam dei,q̃ per Iesum Chm̃ dñm nostrum est,alibi hoc apertissime con Ephes
fitetur,scribẽs quippe ad Ephesios, Et vos, inquit, cũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliqñ ambulastis sed m se culum mundi huius,secũdũ principem potestatis aeris spiritus eius , qui nunc operatur in filijs diffidẽtiæ,in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ,facientes voluntatem carnis & affectionum,& eramus naturaliter filij iræ,sicut & cæteri,deus autem qui dives est in misericordia,propter multã dilectionem qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis,conuiuificauit nos Christo, cuius H
gratia sumus salui facti. Rursus ad Titum, ad Tit
Fuimus enim & nos, inquit , stulti aliqñ & increduli errãtes,seruientes desiderijs & voluptatibus varijs,in malitia & inuidia agentes, abominabiles , inuicem odio habentes, talis Saulus fuit, qñ secundum iustitiã quæ in lege est,sine querela fuisse se dicit, Nam Philip
quia non post hanc abominabilem uitam vt esset sine querela, in lege profecerat,mo resque mutauerat,euidenter in his quæ sequuntur ostendit , quandoquidem mutatum se non dicit ab his malis, nisi per gratiam saluatoris . Adiungens enim hoc ipsum etiam hic sicut ad Titum ait. Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei,non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundum suã misericordiã saluos nos fecit ꝑ lauacrũ regenerationis & renouationis spiritusanctꝰ,quẽ di
tissime effudit super nos,per Iesum Christum saluatorem nostrum,vt iustificati gratia ipsius,hæredes efficiamur secundũ spem ad Tit
uitæ eternæ. Quod autem ait in hoc Epistolæ loco ad Romanos, Peccatum vt appa
reat

Rom.7. reat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem: congruit superioribus vbi dixit,Sed peccatum non cognoui,nisi per legem . Nam concupiscentiam nesciebam, I nisi lex diceret, Non concupisces. Et superius, Per legem cognitio peccati.hoc.n.
Rom.3. & hic dixit, vt appareat peccatum ut illud
Rom.7. quod dixerat, Sine lege. n. peccatum mortuũ est:non intelligamus nisi tanq̃ non sit, latet,non apparet, Penitus ignoratur tanq̃ in nescio quibus ignorantiæ tenebris sit sepultũ.Et quod ait,Ego aũt viuebã aliqñ si ne lege: quid ait , nisi viuere mihi videbar? Et qđ adiunxit. Adueniente aũt mãdato, peccatũ reuixit , quid est aliud q̃ eminuit, & apparuit? Nec tñ ait, vixit:sed reuixit. Viuerat enim aliqñ in paradiso,qñ cõtra datũ præceptũ satis apparebat admissum. Cũ autem a nascentibus trahitur,tanq̃ mortuum sit latet donec repugnãs iustitiæ, malũ eius prohibitione sentiatur , cum aliud iubetur atq; approbatur, aliud delectat atq; dñatur, tunc pctm̃ quodãmodo in notitia primi fa-
Rom.7. cti hominis aliquando iam uixerat.
Sed quod sequitur non ita expeditũ est, quomodo de Paulo possit intelligi, Scimus enim,inquit,quia lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum.Nõ ait,fui: sed,sum.Nunquid ergo Apostolus cũ hæc scriberet , carnalis fuit,an secundum corpus hoc dicit ? Adhuc enim erat in corpore mortis huius, nondũ facto spirituali,,quod alibi dicit,, Seminatur corpus animale,surget corpus spirituale. Tũc enim ex toto se,id est , ex vtraq; parte qua constat,spiritalis homo erit,qñ etiam spiritale corpus erit.Neq; enim absurdũ est, vt sit in illa vita etiam caro spiritalis,si potuit esse in hac vita,in his qui adhuc carnalia sapiũt,etiam spũs ipse carnalis.Sic ergo ideo dixit,ego aũt carnalis sum, quia nondũ spiritale corpus habebat Apostolus,Sicut postea dicere, Ego autem mortalis sum: Quod utiq; non nisi secũdum corpus intelligeret dixisse , quod nondum fuerat immortalitatẽ uestitũ.Itẽ quod adiunxit, Venundatus sub peccato:ne quisquam eum nondum redemptum Christi sanguine existimet,etiam hoc secundum illud potest intelligi quo d
Rom.8. dicit,Et nos primitias habentes spiritus,& ipsi in nobismet ipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri.Si enim secundum hoc se dicit uenundatum sub peccato, quod adhuc non est redemptum a corruptione corpus eius, vel venundatum aliquando in prima transgressione præcepti,ut haberet corpus corruptibile quod aggrauat animã, quid prohibet hic Apostolum intelligi de seipso dicere,quod ita dicit,ut etiam in ipso posset intelligi , etiam si in sua persona non se so- L
lum,sed omnes accipi,qui se nouerunt spiri Sapiẽ.9.
tali delectatione cum carnis affectione sine consensione confligere? An forte metuimus ea quæ sequũtur. Quod enim operor,ignoro:non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio, ne forte ex his verbis quis-
piam consentire carnis concupiscentiæ ad Rom.7.
opera mala suspicetur Apostolum?Sed considerandum est quod adiungit,Si aũt quod nolo hoc facio , consentio legi qm̃ bona est. Magis enim se dicit legi consentire quam carnis concupiscentiæ , Hanc enim peccati nomine appellat . Facere ergo se dixit & operari,non affectu cõsentiẽdi & implendi, sed ipso motu concupiscendi.Hinc ergo,inquit,Consentio legi qm̃ bona est:consentio quia nolo qđ non uult. Deinde dicit, Nũc autem iã non ego operor illud, sed id quod habitat in me pctm̃.Quid est,nunc aũt,niam nunc sub gratia, quæ liberauit delectatiõnẽ voluntatis a consensione cupiditatis? Non enim melius intelligitur,non ego operor, nisi quia nõ consentit exhibere membra sua arma iniquitatis pctõ.Nam & si cõ cupiscit & consentit & agit, qũo non ipse illud operatur,etiã si se opari doleat & uin- M
ci grauiter ingemiscat? Iã illud quod sequi- Rom.6.
tur,nonne unde loquatur, apertissime ostẽdit?Scio.n.quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonũ.Si. n.non exponeret adiungendo,hoc est in carne mea aliter fortasse acciperetur quod dixit,in me: Ac per hoc versat hoc idem repetens & inculcans, Velle enim adiacet mihi,perficere autem bonũ non.Hoc est.n perficere bonum,qñ concupiscit, etiam si concupiscentiæ non consentit ad malum.Non.n.quod volo facio bonum, inquit, sed quod nolo malũ hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio , iam non ego operor illud , sed quod habitat in me peccatum . Id repetiuit inculcans , & tanquam tardissimos de somno excitans, Inuenio ergo legem , inquit , mihi uolenti facere bonum , quoniam mihi malum adiacet. Illa ergo bonum est volenti facere, adiacet autem malum ex concupiscentia cui non consentit qui dicit , Iam non ego operor illud. Apertius autem quod sequi-

tur vtrunq; declarat, Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in mẽbris meis. A repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati,quæ est in membris meis. Sed q̃ dixit,captiuantem me,põt mouere, si nulla consensio est. Vnde propter tria ista,duo.l.de quibus iam disputauimus quo ait,Ego autem carnalis sum,& venundatus sub peccato,& hoc tertium captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis,potest uideri Apostolus eum describe q̃ sub lege adhuc uiuit,nondum sub gratia. Sed sicut illa duo exposuimus propter carnẽ adhue corruptibilẽ dicta, sic & hoc põt intelligi ut captiuanté me, dixerit carne,nõ mẽte:motione,non consensione:& ideo captiuantem me, quia & in ipsa carne non est aliena natura,sed nra. Sicut ergo exposuit ipse quid dixerit, Scio. n.quia non habitat in me,hoc est in carne mea bonum: sic iam ex illius expositione hunc locum debemus accipere,tanquam dixerit, captiuanté me, hoc est carnem meam in lege peccati, quæ est in membris meis. Deinde subiungit, p̃p quod dicta sunt omnia, Miser ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Atq; inde concludit, Igitur ipse B ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Carne.s.legi peccati, concupiscentiæ non consentiendo. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Non.n.damnatur, nisi qui concupiscentiæ carnis consentit ad malum, Lex.n. spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit te à lege peccati & mortis,ne.s.consensionem tuam concupiscentia sibi uindicet carnis. Et ea quæ sequuntur eundem sensum magis magisq; demonstrant, Sed adhibendus est modus. Visum autem aliquando etiam mihi fuerat, hominem sub lege, isto Apostoli sermone describi. Sed uim mihi fecerunt postea ista verba quod ait, Nunc autem iam non ego operor illud. Ad hoc.n.pertinet illud quod ait & postea, Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Et quia non video quomodo diceret homo sub lege, Condelector legi dei secundũ interiorẽ hominem:cum ipsa delectatio boni, qua etiam non consentit ad malum, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ, hoc est enim condelectari, non nisi gratiæ deputanda sit.

Nam & illud vbi ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius:quis neget Apostolũ liberari, cum hæc diceret, adhuc fuisse in corpore de corpore mortis huius? A quo vtiq; impii nõ liberãtur,quibus eadem corpora ad tormenta æterna reddantur. Liberari ergo est a corpore mortis huius,omni sanato languore concupiscentiæ carnis,non ad pœnam corpus recipere,sed ad gloriam. Huic loco & illud satis consonat, Etiam nosipsi primitias habẽtes spiritus,& ipsi in nobis metipsis ingemiscimus,adoptionem expectantes, redẽptionem corporis nostri. Nimirum. n.gemitu isto ingemiscimus in quo dicimus, Miser ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Illud etiã vbi ait, Quod.n. operor,ignoro: quid est aliud quã nolo,nõ approbo,nõ cõsentio,nõ facio. Alioquin cõtrariũ est his,quæ superius dixit. Per legẽ n.cognitio peccati. Et peccatũ non cognoui nisi p̃ legem. Et, peccatum vt appareat peccatum,p̃ bonum mihi operatũ est mortẽ. Qũo. n. peccatum per legem cognouit quod ignorat? Qũo apparet peccatũ quod ignoratur? Sic ergo dictum est ignoro, non facio,quia nulla consensione id ego ipse cõmitto, Qũo dicturus est dñs impiis, Noui uos, quem proculdubio latere nihil potest. Et sicut dictum est, Eum qui non nouerat peccatũ, quod est,non fecerat. Neq; n.non nouerat quod arguebat. His atq; huiusmodi in ista scripturę Apostolicæ circunstantia diligenter consideratis,recte intelligitur Apostolus non quidem se solum in sua persona, verum alios etiam sub gratia constitutos significasse, sed secum nondum in illa constitutos pace perfecta,in qua absorbebitur mors in uictoriam. De qua post dicit, Si autem Christus in uobis, corpus quidem mortuum est,p̃p peccatũ,spiritus autem uita est,propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis,habitat in uobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis,uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Viuificatis igitur mortalibus corporibus nostris, non solum ad peccandum consensio nulla erit,sed nec ipsa cui cõsentiatur carnis concupiscentia remanebit, Quam spiritui resistentem, non habere in carne mortali, ille tantummodo homo potuit, qui non per ipsam ad homines uenit. Et ideo Apostolos,quia homines erant, & corpus q̃d corrũpitur & aggrauat animam, in huius vitæ mortalitate portabant, absit vt dicamus, sicut iste calumniatur,semper immoderata libidine fuisse pollutos,sed dicimus à confessione prauarũ libidinum liberos,de concupiscentia tñ carnis,quã modo frenando frenabant,tanta humilitate & pietate gemuisse, vt optarent eam non habere potius,quàm domare.

Proinde iste q̃d addidit nos dicere,Xp̃m & a peccatis liberũ non fuisse, sed carnis nec ipsius peccatis liberũ non fuisse, sed carnis necessitate mẽtitum, & alijs maculatum fuisse delictis: viderit à q̃bus audierit,vel in quorum literis legerit,quod quidẽ fortasse non intellexit, & in sensus calumniosos malitia fallenti conuertit.

Dicunt ẽt,inquit, baptisma nõ dare oẽm indulgentiam peccatorũ,nec auferre crimina,sed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc audiens nisi Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus.n.baptisma dare omniũ indulgẽtiã peccatorũ, & auferre crimina,non radere,nec vt omniũ peccatorũ radices in mala carne teneamur, quasi rasorũ in capite capillorum vnde crescant, iterum resecanda peccata. Nã & istam similitudinem cõperi, quæ illos adhibere calumniæ, tanquam hoc nos sentiamus atq; dicamus. Sed de ista cõcupiscentia carnis falli eos credo vel fallere, eum qua necesse est vt etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agitur, pia mente confligat. Sed hæc etiam si vocatur p̃ctũ, non vtique quia peccatum est,sed quia peccato facta est,sic vocatur,sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, q̃ manus eam fecerit, Peccata aũt sunt,q̃ secũdm carnis concupiscentiã vel ignorantiam illicite sunt,dũr, cogitantur, Quæ transacta et reos tenent si non remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quanquã tracta sit à nascenti bus,nihil noceat renascentibus. Ex quibus tñ si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur,rursusq; & nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus remittatur,& insit nihil obfutura vitæ futuræ, q̃m reatus eius generatione tractus, regeneratione dimissus est. Et ideo iã non sit peccatũ,sed hic vocetur,siue quod peccato facta sit,siue q̃d peccãdi delectatione moueatur,& si ei uincente delectatione iustitiæ non consentiat. Nec p̃p ipsam cuius iam reatus lauacro regenerationis absumptus est,dicũt in oratione baptizati, Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:sed p̃p peccata quæ fiunt, siue in eius cõsensionibus, cum ab eo quodlibet vincitur quod placet,siue cũ per ignorantiã malũ q̃asi bonũ placet. Fiunt aũt,siue operando,siue loquendo, siue q̃d facillimũ atq; celerrimũ est, cogitando. A quibus omnibus quis etiam fidelũ gloriabitur castũ se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Illud sane quod in oratione sequitur, p̃p ipsam dicitur, Ne nos inferas in tentationẽ,sed libera nos à malo. Vnusquisque.n. sicut scriptũ est, tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde cõcupiscentia cum cõceperit parit peccatum.

Hi oẽs concupiscentiæ partus, & ipsius cõcupiscentiæ reatus antiquus,q̃ baptismatis ablutione dimissi sunt,& quicquid parit nunc ista concupiscentia,si non sunt illi partus,qui non solũ peccata, verumetiam crimina nuncupantur, pacto illo quotidianæ oronis vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut & dimittimus, & eleemosynarum sinceritate mundãtur. Neq;.n.quispiã sic desipit, vt dicat ad baptizatos dominicum illud non pertinere præceptum, Dimitte & dimittetur uobis, date & dabitur uobis. Nullus autem in Ecclesia recte posset ordinari minister, si dixisset Apostolus, Si quis sine peccato:vbi ait, Si quis sine crimine est. Aut si dixisset, nullum peccatum habentes:vbi ait, Nullum crimen habentes. Multi quippe baptizati fideles sunt sine crimine, sine peccato autem in hac uita neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia hæc dicimus, aduersum eos inflentur & dirumpatur insania,non quia peccati aliquid remaneat,quod in baptismate non remittatur,sed quia in nobis in huius vitæ infirmitate manentibus quotidie fieri non quiescunt, qui fideliter orantibus & misericorditer operantibus quotidie remittantur. Hæc est fidei catholicæ sanitas,quã sanctus vbiq; seminat spiritus,non prauitatis hæreticæ vanitas & præsumptio spiritus.

Iam itaq; de cætero videamus,quemadmodũ posteaquam nobis calumniose puta uit obijcienda quæ credimus, & fingenda q̃ nõ credimus, suã ipse vel Pelagianorũ fidẽ profiteatur. Contra hæc, inquit, nos quotidie disputamus, & iõ nolumus puaricatoribus adhibere consensum, quia nos dicimus liberũ arbitriũ in omnibus cẽ naturaliter, nec Adæ peccato perire potuisse. Quod scri-

Mortus genita-

ꝓtarum omnium authoritate firmatur.

Hæc si quemadmodum oportet non contra dei gratiam diceretis, nec cõsensum præuaricatoribus adhiberetis, sed vestrum sensum corrigeretis. Hinc autem quantum potuimus, & quantum sufficere visum est, superius disputauimus. Dicimus, inqt, has q̃ nunc aguntur in orbe terrarum, à deo nuptias institutas, nec reos esse cõiuges, sed fornicatores & adulteros condemnãdos. Hoc verum & catholicũ est. Sed quod vos hinc vultis efficere de commixtione masculi & fœminæ, ꝙ nihil peccati nascentes trahant, quod lauacro regenerationis expietur: hoc falsum est & hæreticum. Motum, inquit, genitalium. i. ipsam vtilitatem, sine qua nõ potest esse commixtio, à deo dicimus institutã. Ad hoc respondemus, motum genitalium, & vt verbo eius vtar, vtilitatẽ, sine qua non potest esse commixtio, deus sic instituit, vt nihil haberet pudẽdum. Nõ. n. fas fuit, vt eius erubesceret creatura de sui opere creatoris, sed inobediẽtia mẽbrorũ supplicio iusto primis hominibus inobediẽtibus reddita est, de qua erubuerunt qñ folijs ficulneis pudẽda texerunt, quæ prius pudẽda nõ fuerunt.

Gene. 3. Cap. 10.

Neque. n. sibi tunicas vt totum corpus tegerent post peccatum, sed succinctoria cõ fuerunt, quæ nonnulli interpretes nostri minus diligentes tegmina interpretati sunt. Quod quidem verum est, sed generale nomen est tegmen, quod indumentum & operimẽtũ omne possit intelligi. Et ideo debuit ambiguitas euitari, vt quemadmodum Græcus perizomata posuit, quibus non teguntur nisi pudendæ corporis partes, sic & Latinus, aut ipsum Græcum poneret, quia & ipsa iam consuetudo vtitur pro latino, vel sicut quidam succinctoria, vel sicut alij melius campestria nominarunt. Ex illo quippe hoc nomen est, ꝙ pudenda iuuenes tegebãt antiquo more Romano, quando nudi exercebantur in campo, vnde campestrati appellantur hodie, qui eadem membra cingendo cooperiunt. Quanquam si ea quibus peccatum est tegenda fuerant post peccatum, ne tunicis quidem indui debuerunt, sed manũ & ós tegere, quia sumendo & vescendo peccauerunt. Quid sibi ergo vult, ꝙ accepto prohibito cibo, cũ fuisset præcepti facta trãsgressio, in illa membra aspectus intenditur? Quæ ibi nouitas ignota sentitur, & se compellit aduerti, quod apertione significatur oculorum? Neq; n. eis vel quando ille nomina pecoribus & volucribus imponebat, vel quando illa pulchrum lignum vidit & bonum, oculi non patebant, sed aperti, hoc est, intenti ad intuendum facti sunt, Sicut scriptũ est de Agar ancilla Saræ, ꝙ aperuit Gen. 21. oculos suos, & vidit puteũ: quos clausos vtique nõ habebat. vt ergo nuditatis suæ, quã L quotidie profecto intuebantur, nec confundebantur, eos subito sic puderet, vt membra illa iam nuda ferre non possent, sed statim operire curarẽt, nonne & ille in motu apertõ, & illa in occulto, contra suæ voluntatis arbitrium inobedientia illa membra senserunt, quibus vtique nutu voluntario sicut cæteris dominari debuerunt? Quod meritο passi sunt, quia & ipsi obedientes suo domino non fuerunt. Erubuerunt ergo ita se creatori suo non exhibuisse seruitium, vt in eis membris ex quibus essent filij procreandi, mererentur accipere dominatum. Hoc pudoris genus, hæc erubescendi necessitas certe cũ omni homine nascitur, & ipsis quodammodo naturæ legibus imperatur, vt in hoc verecundentur etiam ipsa pudica coniugia, nec quisquam tam male turpiterq; ꝓficiat, vt quia cognouit deum esse conditorem naturæ, authoremq; nuptiarum, ideo etiam miscendus vxori, si quis eum videat, non de his motibus erubescat, quaeratq; secretum vbi non solum alienorum, verum etiam suorum omnium possit vitare cõspectum. Itaque sua culpa sibi accidens malum, natura humana permittatur agnoscere, ne cogatur aut quod est impudentissimum, de his suis motibus non erubescere, aut quod est ingratissimum, de sui creatoris operibus erubescere. Quo tamẽ malo propter bonũ generationis filiorum, bene vtuntur pudica coniugia. Solius autem carnalis voluptatis causa, libidini consentire peccatum est, quã uis coniugatis secũdum veniam cõcedatur. i. Co. 7.

Campestrati q dicãtur.

K

Sed constituite Pelagiani seruata honestate ac fœcũditate nuptiarum, si nemo peccasset, qualem velitis in paradiso vitam illo peccatorum hominum cogitare, & vnũ de his quatuor rebus eligite. Proculdubio. n aut quotiens cunque libuisset, totiens cõcubuissent: aut frenarent libidinem, quando cõcubitus necessarius non fuisset: aut tunc ad nutum voluntatis libido consurgeret, quando esse concubitum necessariũ casta pudentia præsensisset: aut nulla ibi omnino existente libidine, vt cætera membra quæque ad opera sua, sic ad opus proprium etiam genitalia iussis vo-

Ad Bonifacium lib. primus. 285

lentium sine vlla difficultate seruissent. Horũ quatur quod vultis eligite. Sed puto ꝙ duo priora respuetis, quibus libidini, aut seruitur, aut repugnat. Náque illud primũ, tã pclara honestas, hoc aũt secũdũ, tam magna felicitas non vult. Absit enim vt tantæ illius beatitudinis decus, aut præcedentem semper sequendo libidinem agere turpissimã seruitutẽ, aut ei resistẽdo nõ A haberet plenissimam pacem. Absit, inquã, vt carnis concupiscentiã nõ oportune ad gerendum, sed inordinata cõmotione surgentem, aut illi menti placeret consentiendo satiare, aut illi quieti necesse esset dissentiendo cohibere. Duarum vero reliquarum quãlibet elegeritis, nõ est aduersus vos ulla contẽtione laborandum. Et si enim quam tã volueritis eligere, vbi est omnium obedientia membrorũ, sine vlla libidine summa tranquillitas, qm iã vos ei fecit vestrarũ disputationẽ impetus inimicos, illud uobis saltem placebit qđ tertio loco posuimus, vt illa carnalis concupiscẽtia, cuius motus ad eam postremã, quæ uos multum delectat, puenit voluptatem, nũquã in paradiso nisi cũ ad giguendum esset necessaria, ad voluntatis nutũ exurgeret. Hãc si placet vobis in paradiso collocare, & per talem concupiscẽtiam carnis, quæ nec præueniret, nec tardaret, nec excederet imperium voluntatis, vobis videt in illa fœlicitate filios potuisse generare, non repugnamus. Ad hoc enim qđ egimus, sufficit nobis, quia nunc talis in hominibus nõ est, qualẽ in illius fœlicitatis loco esse potuisse cõcedimus. Qualis qppe nũc sit, ꝙ profecto omnium sensus mortalium, etsi B cum verecundia cõfitẽt, qa & castos ét nolentes, eãq; per temperantiã castigãtes, ingenuine inordinata importunaq; solicitat, & plerunq; sese volentibus subtrahit, nolenti sibi ingerit, vt nihil aliud inobedientia sua, q̃ illius priscæ inobedientiæ pœnam se esse reflectur. Vnde merito de illa & tunc primi homines, qñ pudenda texerunt, & tũc qui se vtcunque hominẽ esse considerat, omnis pudens impudensq; confundit, absit vt de opere dei, sed de pœna primi veterisq; peccati. Verum vos non pro religiosa ratione, sed ꝙ animosa contentione, nec pro humano pudore, sed ꝙ vestro furore, ne vel ipsa concupiscẽtia carnis vitiata credatur, & ex ea trahi originale pctm, talem prorsus quasi nunc est in paradiso conabimini disputãdo reuocare, eamq; illic esse potuisse contẽdere, quam vel semper sequeretur inhonesta consensio, vel aliquando coerceret miseranda dissensio. Nos autem non multũ curamus qđ uos de illa sentire delectet. Quicquid tũ hominũ per illam nascit, si nõ renascat, sine dubitatione dãnatur, & necesse est esse sub diabolo, si nõ liberetur inde à Xpo.

Hominẽ, inquit, dei opus defendimus, Ca. 18. nec ex illius potentia uel in malum vel in C bonum inuitum aliquem cogi, sed propria voluntate, aut bonum facere, aut malũ. In bono vero opere à dei gratia semper adiuuari, in malum uero diaboli suggestionibus incitari. Ad hæc respondemus, homines esse opus dei, inquantũ homines sunt, sed sub diabolo esse, inquantũ peccatores sunt, nisi eruantur inde per eũ, qui non ob aliud factus est inter deũ & homines mediator, nisi quia ex hominibus nõ potuit esse peccator, nec ex dei potentia, vel in malũ vel in bonũ inuitũ aliquẽ cogi, sed deo deferente pro meritis ire in malũ, & deo adiuuãte, sine meritis conuerti ad bonũ. Non enim est homo bonus si nolit, sed gratia dei etiã ad hoc adiuuatur vt uelit, qm non inaniter scriptum est, Deus est enim qui operatur in vobis & uelle & operari pro bona voluntate, Et præparatur voluntas à domino.

Vos autem in bono opere, sic putatis ad- Phili. 2. iuuari hominem gratia dei, vt in excitanda Volũtas eius ad ipsum bonum opus voluntate, ni excitãt hil eã credatis operari. Quod satis ipsa tua à dño. verba declarant. Cur enim non dixisti, ho- Ca. 19. minem dei gratia in bonum opus excitari, D sicut dixisti, in malum diaboli suggestionibus incitari? Sed dixisti, in bono opere à dei gratia semp adiuuari, tanquã sua voluntate, nulla dei gra bonum opus aggressus in ipso iam opere diuinitus adiuuetur, ꝙ meritis uidelicet voluntatis bonæ, ut reddatur debita gratia, nõ donetur indebita, ac sic gratia iam non sit gra, sed sit illud quod Pelagius in iudicio Palæstino ficto corde damnauit, gratiam dei secđm merita nostra dari. Dic mihi obsecro, quid boni Paulus adhuc Sau Acto. 9. lus volebat, ac non potius magna mala, qñ spirans cædam pergebat ad vastandos horrenda mentis cæcitate ac furore Christianos? Quibus meritis bonæ voluntatis deus illum ab his malis ad bona, mirabili & repẽtina vocatione conuertit? Quid ergo dicã, Ad. Tit. 3. quibus meritis, cum ipse clamet, Non ex operibus iustitiæ quæ nos fecimus, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit? Ioan. 6.

Quid

Quis illud qđ iam commemoraui dixisse dñm, Nemo potest venire ad me, quod intelligitur, credere in me, nisi ei datum fuerit à patre meo? Vtrũ iã volenti credere p meritis bonæ volũtatis hoc dat? an potius vt credat ipsa voluntas, sicut Sauli, desuper excitat, & si tã sit auersus à fide, vt credentes & persequatur? Vt quid.n. nobis dominus præcepit, vt oremus p eis qui nos persequuntur? Nunquid hoc oramus vt eis pro bona eorũ voluntate gratia dei retribuantur, ac non potius vt mala in bonũ volũtas eorũ mutetur? Sicut credimus tũc à sanctis quos persequebatur, nõ inaniter oratũ esse pro Saulo, vt ad fidem quã vastabat, uoluntas eius conuertere. Et illius quidẽ conuersio desuper facta, manifesto & miraculo apparuit. Quàm multi inimici Chri quotidie, subito dei occulta gra trahunt ad Christum. Quod verbũ si nõ ex euangelio posuissem, quãta de me pp hoc iste dixisset, cum & nunc obluctetur nõ mihi, sed illi q clamat, Nemo põt venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ? Non.n. ait, duxerit, vt illic aliquo modo intelligamus præcedere volũtatẽ. Quis trahitur si iam volebat? Et tũ nemo uenit nisi velit. Trahitur ergo miris modis vt velit ab illo, qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non vt homines quod fieri non potest nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant.

Cap. 20 Hoc verum esse non coniectura suspicamur humana, sed euidentissima diuinarum scripturarũ authoritate dignoscimus.

F Legitur in Paralipomenon libris, Et quidem in Iuda facta est manus dei, vt daret 2. Paralipo. 30. illis cor vnum, vt facerent præceptum regis Ezo. 36 & principum in verbo domini. Item per Ezechielem prophetam dominus dicit, Dabo eis cor aliud, & spũ nouum dabo eis, & euellam cor eorum lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes meas Hest. 14 obseruent & faciant eas. Quid est autem qđ Hester illa regina orat & dicit, Da sermonem concinnum in os meum, & verba mea clarifica in conspectu leonis, & conuerte cor eius in odium impugnantis nos? Vt quid ista in oratione dicit deo, si non operatur deus in cordibus hominũ voluntatem? Sed forte hæc mulier insipiẽter orauit. Videamus ergo vtrũ inaniter præmissus fuerit orantis affectus, & cõsecutus nõ fuerit exaudientis effectus. Ecce ingrediẽ ad regem. Ne multa dicamus. Et quia non ordine suo ingrediebat, magna necessitate cõpulsa, intuitus est eã, sicut scriptũ est, vellut taurus in impetu indignationis suæ. Et timuit regina, & cõuersus est color eius p G dissolutionẽ, & inclinauit se sup caput deiectæ suæ, q̃ pcedebat eam. Et cõuertit deus, & transtulit indignationẽ eius in lenitatẽ, Iam sequentia cõmemorare quid opus est, vbi deũ cõpleuisse quod illa rogauerat, diuina scriptura testatur operãdo in corde regis? Quid aliud, quã uoluntatẽ, qua iussit & factum est, qđ ab eo regina poposcerat? Quod deus iã vt fieret, exaudierat, qui cor regis antequã mulieris sermonẽ poscẽtis audisset, occultissima & efficacissima p tãte cõuertit, & trãstulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est de uoluntate lædendi ad volun tatem fauendi, secundum illud Apostoli, Philip. 2 Deus est.n. qui operatur in uobis & velle. Nunquid homines dei qui hæc scripserũt, imo ipse spiritus dei, quo authore per eos ista cõscripta sunt, oppugnauit liberum hominis arbitrium? Abſit, Sed omnipotẽtis in omnibus & iudiciũ iustissimũ, & auxiliũ misericordissimũ cõmẽdauit. Sufficit.n. scire homini qđ non est iniq̃tas apud deũ. Iam qũo ista dispensẽt, faciens alios secũm Rom. 9 meritum vasa iræ, alios secũm gratiam uasa misericordiæ. Quis cognouit sensum dñi, aut q̃s consiliarius eius fuit? Si ergo ad honorem gr̃æ pertinemus, non simus ingrati, tribuendo nobis quod accepimus. Quid.n. habemus quod non accepimus?

Dicimus, inq̃t, sanctos veteris testamẽ H ti, pfecta hinc iustitia ad æternam transisse uitam; id est, studio uirtutis ab omnibus re- Nullus cessisse peccatis, quia & illi quos legimus nisi per aliquid peccasse, postea tamen eos emen- Christũ dasse cognouimus. Quantælibet fuisse iustos antiquos prædices iustos, non eos salutis fecit, nisi fides mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit. Ipsorum enim uox est, Credidi propter Ps. 115. quod locutus sum. Vnde ait & Apostolus 2. Cor. 4 Paulus, Habentes aũt eundẽ spm fidei, secũdum quod scriptum est, Credidi pp quod locutus sum: & nos credimus, pp qđ & loquimur. Quid est eundem spm, nisi quem iusti quoque illi habuerunt, qui ista dixerũt? Dicit et Apostolus Petrus, Quid vul- Actor. 15 tis iugũ impõere gẽtibus, qđ neq; nos patres nr̃i, sed p gratiam

tiam dñi nostri Iesu Christi credimus nos salui fieri quemadmodum & illi: hoc vos non vultis inimici gratiæ Christi, vt eadẽ gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui, sed distribuitis tempora secũm Pelagium, in cuius libris hoc legitur, & ante legẽ dicitis saluos factos esse per naturã, dein de per legẽ, postremo per Chm, quasi hominibus, duorum superiorũ temporũ, ante legem. s. & in lege sanguis Christi nõ fuerit necessarius, euacuantes qđ dictũ est, Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominũ homo Christus Iesus.

Gratiam Ghristi, inquiunt, omnibus necessariam & maioribus & paruulis confitemur, & eos qui dicunt de duobus baptizatis natum non debere baptizari, anathematizamus. Nouimus quo non secundum Paulũ apostolũ, sed secũm Pelagiũ hæreticũ ista dicatis, paruulis videlicet baptismum necessarium, non pp remissionem pctorũ, sed tñmodo pp regnum cœlorũ. Datis.n. eis extra regnũ dei locum salutis & vitæ æternæ, etiam si non fuerint baptizati. Nec attendis quod scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui aũt non crediderit, condemnabitur. Propter quod in ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea, quæ illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec illud cogitatis eos vitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in vobis. Aut si euangelicis vocibus cogimini confiteri, nec vitam latemq̃; posse habere paruulos de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati, quærite cur compellantur non baptizati secundæ mortem damnat immeritum, & inuenietis quod non vultis, originale peccatum. Etiã eos qui dicunt, inquit, baptisma non omnia peccata delere, condemnamus, quia scimus plenã purgationẽ p ipsa mysteria conferri. Hoc dicimus & nos, sed paruulos quoq; per ipsa mysteria primæ natiuitatis, & obnoxiæ successionis vinculis solui, non dicimus vos. Propter quod de ecclesia Christi, q̃ hoc antiquitus tenet, oportet vt sicut cæteri hæretici segregemini & vos.

Iam vero quod ita concludit epistolam vt dicat, Nemo ergo vos seducat, nec se negent impij ista sentire. Sed si verum dicũt, aut audientia detur, aut certe isti ipsi episcopi, qui nunc dissident damnent, quæ supra dixi, cũ Manichæis se ista tenere, sicut nos ista damnamus, quæ de nobis iactant, & sit plena concordia, quod si nolunt, scitote eos esse Manichæos, & ab eorum vos abstinete consortijs, contemnendum est potius q̃ refellẽdum. Quis.n. nostrum dubitat anathema, dicere Manichæis, q̃ dicũt à bono deo, nec homines, nec nuptias institutas, nec legem datam, quæ per Moysen Hebræo populo ministrata est? Sed & Pelagianis non immerito anathema dicimus, qui tam sunt inimici gratiæ dei, q̃ venit per Iesum Christum dominum nostrum, vt eam dicant nõ gratis, sed secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia, tantumq̃ue constituunt in libero arbitrio quo in profundum demersus est homo, vt eo bene vtendo dicant hominem mereri gratiam, cum nemo bene illo vti possit, nisi p gratiam, quæ non secundum debitum redditur, sed deo gratis miserante donatur. Paruulos autem ita contendunt esse iam saluos, vt saluatori audeant negare saluandos. Et hæc execrabilia dogmata tenẽtes & seminãtes, adhuc insuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere pœnitentiam.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI contra duas Epistolas Pelagianorum Liber secundus.

Cap. 1.

IAM nunc aliam, non Iuliani tantum, sed & communem cum pluribus Pelagianis episcopis, quam Thessalonicam miserunt, consideremus epistolam, cuiq; domino adiuuante respondeamus vt possumus. Quod opus nostrum ne longũ fiat, quàm causæ ipsius necessitas postulat, quid opus est ea quoque refellere, quæ dogmatis eorum insidiosa venena non contineat, sed tantum in auxilium suum, vel pro catholica fide contra Manichæorum sicut loquuntur prophanitatem, consensionem orientalium episcoporum videtur exposcere, nihil aliud nitentes, nisi vt horribili hæresi obiecta, cuius se aduersarios esse cõfingunt,

gunt, lateant inimici gratiæ in laude naturæ. Quis.n.eis hinc cõmouit aliqñ qõnem? Aut cui catholicorũ ꝑp ea displicent, quia
1.Ti.4. dãnant eos quos prædixit Apostolus recessuros à fide, cauteriatã habentes conscientiã, prohibentes nubere abstinentes à cibis, quos immundos putant, putantes à deo cũcta esse condita? Quis eos aliqñ negare cõpulit, ꝙ omnis creatura dei bona sit, & nulla substantia sit, q̃ nõ summus fecerit deus, nisi ipse deus qui non est ab aliquo factus? Non ista in eis, quæ constant esse catholica reprehenduntur atq; damnantur. Impietatem quippe Manichæorum nimiã, stultã & noxiam, non solũ fides catholica detestatur, verumetiam hæretici omnes, qui non sunt Manichęi. Vnde & isti Pelagiani hoc bene faciunt. Manichæis anathema dicere, & eorũ erroribus contradicere. Sed faciunt duo mala quibus & ipsi anathematizandi sunt, Vnum, ꝙ catholicos Manichæorũ nomine criminantur: alterum, ꝙ ét ipsi hæresim noui erroris inducunt. Neq; n. qa Manichęorum morbo non laborant, ꝓpea fidei sanæ sunt. Non vnũ pestilentiæ est genus, quem admodum in corporibus, ita & in mẽtibus. Sicut ergo medicus corporis non cõtinuo pronunciasset à mortis periculo liberum, quẽ negasset hydropicũ, si alio letali morbo perspexisset ægrotum: ita istis non ideo veritas gratulatur, quia Manichæi nõ sunt, si alio genere peruersitatis insaniunt. Quapropter aliud est quod anathematizamus
B cum eis, aliud quod in eis. Detestamur.n.cũ eis, quod recte displicet etiam ipsis, ita tũ vt detestemur in eis, vnde recte displicent ipsi.

Cõfert Manichæos cũ Pelagianis. Cap. 2.

Manichæi dicunt, deum bonum non omnium naturarum esse creatorem. Pelagiani dicunt, deum non esse omnium ætatum in hominibus mundatorem, saluatorem, liberatorem. Catholica vtrosque redarguit, & contra Manichæos defendens dei creaturã, ne ab illo instituta negetur vlla natura, & contra Pelagianos, vt in omnibus ætatibus perdita requiratur humana natura. Manichæi carnis concupiscentiam non tanq̃ accidens vitium, sed tanq̃ naturam ab æternitate malam vituperant. Pelagiani eam tanq̃ nullum vitium, sed naturale sit bonum inlaudant. Catholica vtrosq; redarguit, Manichæis dicens, non natura, sed vitium est: Pelagianis dicens, non à patre, sed ex mundo est. vt ea velut malam valetudinem sanari vtriq; permittant, desinẽdo illi tanquã insanabilem credere, isti tanquam laudabilẽ prædicare. Manichæi negant homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali. Pelagiani dicunt etiam hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum præceptum bonum. Catholica vtrosque redarguit, & illis dicens, Fecit deus hominem rectum. Et istis dicens, Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Manichæi dicunt, animam particulam dei, naturæ malæ commixtione habere peccatum. Pelagiani dicunt, animam iustam, non quidem particulam, sed creaturam dei, etiam in ista corruptibili vita non habere peccatum. Catholica vtrosq; redarguit, Manichæis dicens, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum: quod non diceretur homini, qui naturam facere non potest, nisi quia peccatum non natura, sed vitium est: Pelagianus dicens, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. His morbis inter se contrarijs Manichæi Pelagianiq; consilgunt dissimili voluntate, simili vanitate, se parati opinione diuersa, sed propinqui mente peruersa: Iam vero gratiã Christi simul oppugnãt, baptismum eius simul euacuãt, carnem eius simul exhonorant, sed etiã hęc modis causisque diuersis. Nam Manichęi meritis naturæ bonæ Pelagiani autem meritis naturæ bonæ perhibent diuinitus subueniri. Illi dicunt, debet hoc deus laboribus membrorum suorum: Isti dicunt, debet hoc virtutibus seruorum suorum. Vtrisq; ergo merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Manichæi lauachrum regenerationis, id est, aquam ipsam dicunt esse superfluam, nec prodesse aliquid prophano corde contendunt. Pelagiani autem quod in sacro baptismate ad expianda peccata dicitur, nihil opitulari infantibus nullum peccatum habentibus asserunt. Ac per hoc in paruulis baptizandis, quantum ad remissionem attinet peccatorum, Manichæi visibile destruunt elementum: Pelagiani autem etiam inuisibile sacramentum. Manichæi carnem Christi exhonorant, partum virginis blasphemando, Pelagiani autem carnem redimendorum eius ni redemptoris ꝙ quando. Propterea quippe natus est Christus, non vtiq; in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, quia cęterorũ hominũ nascit caro peccati. Manichæi

C ergo oẽm carnem penitus detestantes, auferunt carni Christi perspicuã veritatẽ. Pelagiani vero nullã carnem peccati nasci asseuerantes, auferunt carni Chri propriã dignitatẽ. Desinant itaq; Pelagiani catholicis obiectare quod non sunt, nec ideo se velint haberi amabiles, qa odioso Manichæo-
D rũ aduersantur errori, sed merito, se agnoscant odibiles, quia suum non aduersantur errorem. Possunt.n.duo errores inter se esse contrarij, sed ambo sunt detestandi, qa sunt ambo contrarij veritati. Nam si propterea sunt diligendi Pelagiani, quia oderunt Manichæos, diligendi sunt & Manichæi, quia oderunt Pelagianos. Sed absit vt catholica mater propter alterorũ odiũ, alteros eligat amare, cũ monente atq; adiuuante dño debeat vtrosq; vitare, & cupiat vtrosq; sanare.

Quinetiam Romanos clericos arguunt, quod scribẽtes eos iussionis terrore perculsos nõ se erubuisse præuaricationis crimen admittere, vt contra priorem sententiam suam, qua gestis catholico dogmati affuerant, postea pronunciarent malam hominum esse naturam: imo Pelagiani spe falsa putauerunt, nouum & execrabile dogma Pelagianum vel Cęlestianum persuaderi quorundam Romanorum catholicis mentibus posse, quando illa ingenia quanuis nefando errore peruersa, non tñ contemptibilia cum studio se corrigenda potius q̃ facile damnanda videntur, aliqñ lenius, q̃ seuerior postulabat ecclesiæ disciplina, tractata sunt. Tot.n.& tantis inter apostolicam sedem & Aphros
F Episcopos currentibus & recurrẽtibus scriptis Ecclesiasticis, etiam gestis de hac causa apud illam sedem, Cęlestio præsente & rẽdente confectis, quæ nam tandem epistola venerandæ memoriæ papæ Zosimi, quæ interlocutio reperitur, vbi præceperit credi oportere sine vllo vitio peccati originalis hominem nasci: nusquam, prsus hoc dixit, nusquam omnino conscripsit. Sed cum hoc Cęlestius suo libello posuisset inter illa dũ taxat, de qbus se adhuc dubitare & instrui velle confessus est, in homine acerrimi ingenii, qui profecto si corrigeretur, plurimis ꝓfuisset, voluntas emendationis', non falsitas dogmatis approbata est. Et propterea libellus eius catholicus dictus est, quia & hoc catholicæ mentis est, si qua forte aliter sapit, quam veritas exigit, non ea certissime defendere, sed detecta ac demonstrata respuere. Non enim hęreticis, sed catholicis Apostolus loquebatur, ubi ait, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, id quoque deus vobis reuelabit. Hoc in illo factum esse putabatur, qñ se literis beatę memoriæ papæ Innocentij, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit, Et hoc vt plenius & manifestius in illo fieret, expectabatur venturis ex Aphrica literis, in qua prouincia eius calliditas ali G quanto euidentius innotuerat. Quę Romanæ literæ postea q̃ venerunt, id continentes non sufficere hominibus tardioribus & solicitioribus, ꝙ se generaliter Innocentij Episcopi literis consentire fatebatur, sed aperte eum debere anathematizare, quæ in suo libello praua posuerat, ne si id non fecisset, multi parum intelligentes, magis in libello eius illa fidei venena à sede Apostolica crederent approbata, propterea ꝙ ab illa dictũ erat, eum libellũ esse catholicũ, quàm emendata, propter illud ꝙ se papæ Innocentij literis consentire ipse responderat. Tunc ergo cum eius præsentia posceretur, vt certis ac dilucidis responsionibus, vel astutia hominis vel correctio dilucesceret, & nulli ambigua remaneret, se subtraxit, & negauit examini. Nec differendum iam fuerat, sicut factum est, quod alijs prodesset, si nimium peruersorum pertinaciæ dementiæq; non posset. Sed si quod absit, ita tunc fuisset de Cęlestio vel Pelagio in Romana ecclesia iudicatum, vt illa eorum dogmata, quæ in ipsis & cum ipsis papa Innocentius damnauerat, approbanda & tenenda pronunciarentur, ex hoc potius esset prævaricationis nota Romanis clericis inurenda. Nunc vero cum primitus beatissimi papæ Innocentij literæ Episcoporum literis respondentes Aphrorum, pariter hunc errorem quem conantur isti persuadere damnauerint, successor quoq; eius sanctus papa Zosimus hoc tenendum esse, quod isti de paruulis sentiunt, nunquã dixerit, nunquã scripserit. Insuper etiam Cęlestium se purgare molientem ad consentiendum supradictis sedis Apostolicæ literis crebra interlocutione constrinxerit, profecto quicquid interea lenius actum est cum Cęlestio, seruata duntaxat antiquissimæ & robustissimæ fidei firmitate, correctionis fuit clementissima suasio: non approbatio exitiosissima prauitatis. Et ꝙ ab eodem sacerdote postea Cęlestius & Pelagius repetita authoritate dãnati sunt, paululum intermissæ, iam necessario præferendæ

rendæ ratio seueritatis fuit, non præuaricatio prius cognitæ vel noua cognitio veritatis.

Damnatio Celestij. Cap. 4.

Sed quid opus est nos de hac re loquendo diutius immorari, cum extent hinc atq; inde gesta & scripta directa, vbi possint cuncta illa quemadmodum acta sint, vel cognosci vel recognosci? Interrogationibus.n. I sancti præcessoris tui, & Celestij responsionibus, quibus se beati papæ Innocentij l teris consentire professus est quis non videat quemadmodum sit Celestius colligatus & vinculo saluberrimo obstrictus, ne vlterius defendere auderet in baptismate parvulorum non dimitti originale peccatum? Venerabilis quippe Innocētij Episcopi de hac re ista sunt verba ad Carthaginense cōcilium, Liberum, inquit, arbitrium olim ille perpessus dum suis inconsultius vtitur bonis: cadens in præuaricationis profunda demersus, nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, suaq; inæternum libertate deceptus, huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eum post Christi pro sua gratia liberasset aduentus, qui per nouę regenerationis purificationem omne præteritum vitium sui baptismatis lauacro purgauit. Quid ista sedis Apostolicæ sententia clarius atq; manifestius? Huic se Celestius consentire ꝓfessus est, qñ cum illi à sancto præcessore tuo dictū esset, Illa omnia dānas quæ iactata sunt de nomine tuo? Ipse rndit, Dāno sedm sententiā beatæ memoriæ præcessoris tui Innocentij. Inter cætera autem quæ de nomine eius iactata fuerant, diaconus Celestio Paulinus obiecerat, qꝛ diceret peccatum Adæ ipsi soli obfuisse & non generi humano: K & qꝛ infantes nuper nati, in eo essent statu in quo Adam fuit ante peccatum. Proinde si obiecta Paulini secundum sententiā beati papæ Innocentij, veraci corde atque ore damnaret, quid ei remaneret deinceps vnde cōtenderet, nullum esse ex præterita primi hominis transgressione in paruulis vitium, quod per nouæ regenerationis purificationem sacro baptismate purgaretur? Sed illud se respondisse falleciter nouissimo exitu ostendit, cum se subtraxit examini, ne secundum Aphricana rescripta ipsa omnino de hac quæstione verba commemorare & anathematizare, quæ in libello suo posuit, cogeretur. Quid illud quod idem Papa de hac ipsa causa etiam Numidiæ rescripsit Epis, quia de vtroq; concilio & de Carthaginensi. s. & Mileuitano scripta susceperat, nonne apertissime de paruulis loquitur? Hæc enim eius verba sunt. Illud vero, quē eos vestra fraternitas asserit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmijs etiam sine baptismatis gratia posse donari, per fatus est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autē hanc eius sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cū prædicāt hos habere, quod in eos credimus non nisi baptismate cōferendum. Quid ad hæc dicit ingratus, cui sedes Apostolica ista sua ꝓfessione quasi correcto, benignissima lenitate pepeerat? Quid ad hæc dicit, vtrū post huius vitæ finem paruuli etiam si dū viuunt, non baptizentur in Christo, in vita æterna erunt, an non erunt? Si dixerit, erūt: quomodo ergo quæ de nomine eius iactata sunt secundum sententiam beatæ memoriæ Innocentij se damnasse respondit? Ecce beatæ memoriæ Innocentius papa, sine baptismo Christi, & sine participatione corporis & sanguinis Christi vitam non habere paruulos dicit. Si dixeris, non erunt: quō? ergo non accipiētes æternam vitam, vtiq; consequenter æterna morte damnantur, si nullū trahunt originale peccatum? Quod ad hæc dicunt isti qui suas calumnioſas impietates scribere audent, etiam Orientalibus Episcopis memoratis antistitis literæ scriguntur ipsę, quibus se beati papæ Innocentij prædicatis literis venera mitteret? Tenetur Celestius literis venerabilis Innocentij præbuisse consensum. Lebere non posse. Quis autem negabit id esse M consequens vt mortem habeant, qui non habent vitam? Vnde ergo in infantibus ista miserabilis pœna, si nulla originalis est culpa? Quo igitur ab istis fidei desertoribus et oppugnatoribus gratiæ, Romani clerici ꝓuaricationis arguuntur sub Episcopo Zosimo quasi aliud senserit in damnatione posteriore Celestij & Pelagij, quam quod sub Innocentio in priore senserunt? Quia vtique cum literis venerabilis Innocentij de paruulis, nisi baptizarentur in Christo, in æterna morte mansuris catholicæ fidei clarereret antiquitas profecto Ecclesiæ Romanæ præuaricator potius esset quicunq; ab illa sententia deuiasset: qꝛ deo propitio qm factum non est, sed ipsa constanter repetita, Celestij & Pelagij dānatione, seruata est, se intelligant esse vnde alios criminantur, & aliquando à fidei præuaricatione sanen-

tur. Malam quippe hominum esse naturam, noa dicit catholica fides, in quantum homo a creatore primitus institutus est, negq; nunc quòd in illa deus creat, cum homines ex hominibus facit, hoc est malum eius, sed quod ex illo vitio primi hominis trahit.

Iam nunc illa videnda sunt, quæ in Epiſt. stola sua nobis obijcientes breuiter posuerunt, quibus hæc est nostra responsio, Peccato Adæ arbitrium liberum de hominum natura perisse non dicimus, sed ad peccādū valere in hominibus subditis diabolo, ad bene autē pieq; viuendū non valere, nisi ipsa voluntas hominis dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta. Neminē nisi dūm deum dicimus nascentiū conditorē, nec à diabolo, sed ab ipso nuptias institutas, oēs tamē sub peccato nasci propter propaginis vitium, & idcirco eē sub diabolo donec renascat in Xpo. Nec sub nomine gratiæ fatum asserimus, quia nullis hominum meritis dei gratiā dicimus antecedi. Si autem quibusdam omnipotentis dei voluntatem placet fati nomine nuncupare, prophanas quidem verborū nouitates euitamus, sed de verbis contende re nō amamus. Vnde aūt hoc eis visum fuerit nobis obijcere, quod fatum asseramus sub nomine gratiæ, cum aliquanto artētius cogitarem, prius eorū verba quæ consequūtur inſerxi. Sic enim hoc nobis obijciendū putarunt, sub nomine, inquiunt, gratiæ ita fatum asserunt, vt dicant, quia nisi deus inuito & reluctanti homini inſpirauerit boni & ipsius imperfecti cupiditatem, nec à malo declinare, nec bonū posset arripere. Dein de aliquanto post, vbi ipsi quę defendant, commemorant, quid de hac re ab eis dicere tur attēdi. Baptisma, inquit, omnibus necessarium esse ætatibus confitemur, gratiā quo que adiuuare vniuscuiusq; bonū propositū non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud deū. Ex his eorū verbis intellexi, ob hoc illos uel putaret uel putari uelle factū nos asserere sub nomine gratiæ, quia gratiā dei non sedm merita nostra dicimus dari, sed sedm ipsius misericordiosissimam volūtatē, qui dixit, Misereb or, cui misertus ero: & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Vbi consequenter adiunctum est, Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Posset etiam hinc quispiam similiter stultus fati assertorem Apostolum putare vel dicere. Verum hic se isti satis aperiunt. Cum enim propterea nobis calumniantur, dicentes nos fatum gratiæ nomine asserere, quia non secundū merita nostra dari dicimus dei gratiam, proculdubio confitentur quod ipsi eam sedm nostra merita dari dicunt. Ita cæcitas eorum occultare ac dissimulare nō potuit hoc se sapere atque sentire, quod sibi obiectum Pelagius in epali iudicio Palæstino subdolo timore dānauit. Obiectum quippe illi est ex verbis quidem discipuli sui Celestij, quod etiā ipse diceret, gram dei sedm merita nostra dari. Qđ ille detestans, vel quasi detestās ore duntaxat, anathematizare non distulit. Sed sicut eius libri posteriores indicant, & istorum sectatorum eius nudata assertio, ficto corde seruauit, donec postea quod tunc metu texerat negantis astutia, etiam in literas proferret audacia. Et adhuc nō reformidāt, nec saltem verecundantur episcopi Pelagiani literas suas catholicis orientalibus episcopis mittere, q bus nos assertores fati esse criminantur, quia non dicimus gratiam dei secundum merita nostra dari, quod Pelagius episcopos orientales metuens, dicere non ausus, & damnare compulsus est.

Ita ne uero filij superbiæ, inimici gratiæ Cap. 6. dei, o noui hæretici Pelagiani, quisquis dicit, gratia dei omnia hominis bona merita prævenire nec gratiam dei meritis dari, ne non sit gratia, si non gratis datur, sed debita merentibus redditur, fatum vobis videtur asserere? Nonne etiam vosipsi qualibet intentione necessarium baptismum omnibus ætatibus dicitis? Nonne in hac ipsa epistola vestra istam de baptismo sententiam, & de D gratia iuxtè posuistis? Cur non uos baptismus qui datur infantibus, ipsa vicinitate cō monuit quid sentire de gratia debeatis? Hęc enim verba sunt vestra, Baptisma omnibus necessarium esse ætatibus confitemur, gratiam quoque adiuuare vniuscuiusque bonū propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio nō est apud deum. In his omnibus ver Rom. 2. bis vestris de gratia quod dixistis, interim taceo, de baptismate reddite rationem, cur illud dicatis omnibus esse ætatibus necessarium, quare sit necessarium paruulis dicite, profecto quia eis boni aliquid confert, & idem aliquid nec paruum nec mediocre, sed magnum est. Nā si eos negatis attrahe-

re quod

re quod in baptismo remittatur originale
pctũ, tũ illo regñationis lauacro adoptari
ex filijs hominũ in filios dei non negatis,
imo ẽt p̃dicatis,dicite ergo nobis quicunq;
baptizati in Chro paruuli de corpore exie
runt,hoc tã sublime donũ quibus p̃cedenti
bus meritis acceperunt?Si dixeritis hoc eos
parentum pietate meruisse, Rñdebitur vo-
bis,cur aliqũ piorum filijs negatur hoc bo
num & filijs tribuit impiorum? Nonnun-
quam n. de religiosis orta proles in tenera
E ætate atq; ab vtero recentissimo præuenit
morte,antequã lauacro regñationis abluat,
& infans natus ex inimicis Christi miseri-
cordia christianorũ baptizat in Christo,
plãgit baptizara mr nõ baptizatũ ꝓpriũ,&
ab impudica expositum,baptizandum casta
fœtum colligit alienum. Hic certe merita
parentum uacant, vacant vobis fatentibus
ipsorum ẽt paruulorum. Scimus enim vos
nõ de anima humana credere,qđ ante cor-
pus terrenum alicubi vixerit,& aliqd ope-
rata sit uel boni uel mali, vnde istam in car
ne differentiam mereretur. Quæ igitur cã
huic paruulo baptismũ procurauit, illi ne-
gauit? An ipsi fatũ hũt quia meritũ non ha
bent? aut in his est acceptio à dño persona-
rum? Nam vtrunque dixistis,prius fatũ,ac-
ceptionem postea personarum, vt q̃ũ vtrũ
que refutandum est, remaneat quod vultis
aduersus gratiam introducere meritũ. Rñ-
dete igitur de meritis paruulorũ, cur alij
non baptizati de corporibus exeant,nec pa-
rentum meritis vel polleant vel careant tã
excellenti bono, ut fiant filij dei ex homi-
num filijs, nullis parentum, nullis meritis
suis. Nempe reticetis,& vos ipsos potius in
F eo quod nobis obijcitis inuenitis. Nam si
vbi non est meritum, consequenter esse di-
citis fatum,& ob hoc in gratia dei meritum
hominis vultis intelligi,ne fatum, cogami-
ni confiteri, ecce vos potius asseritis fatum
in baptismate paruulorum, quorum nullũ
esse fatemini meritum. Si autem in baptizã
dis paruuls, & nullum meritũ omnino præ
cedere,& tamen fatum non esse conceditis,
cur nos quando dicimus gratiam dei ꝓpea
gratis dari,ne gratia non sit,& non tanquã
debitam meritis præcedentibus reddi, fati
assertores esse iactatis,non intelligentes iu-
stificãdis impijs sicut propterea merita nõ
sunt, quia dei gratia est, ita propterea non
esse fatum, quia dei gratia est,ita propterea
non esse acceptionem personarum,quia dei
gratia est? Factum quippe qui affirmant de
syderum positione ad tempus quo concipi-
tur quisq; vel nascitur, quas constellatio-
nes vocant, non solum actus & euenta, ve-
rumetiam ipsas nostras voluntates pendere
contendunt, Dei vero gratia non solũ om-
nia sydera & omnes cœlos, verumetiã om-
nes angelos supergredit. Deinde fati asserto
res & bona & mala hominum fato tribuũt,
Deus autem in mali hominum merita corũ
debita retributione persequitur, bona vero G
per indebitam gratiam misericordi uolun-
tate largitur, vtrunq; faciens non per stella
rum temporale consortium, sed per suæ se-
ueritatis & bonitatis æternum altumq; con
silium. Neutrum ergo pertinere videmus
ad fatum.

Quid

Hic respondebitis, hanc ipsam dei bene- sit acce
uolentiam qua non merita sequitur,sed bo
na indebita gratuita bonitate largitur, fatũ po
potius esse dicendum,cum hanc Apostolus fonare
gratiam vocet dicẽs, Gratia salui facti estis Cap. 2.
per fidem, & hoc non est ex vobis, sed dei Ephe. 2.
donum est, non ex operibus, ne forte quis
extollatur. Nonne attenditis, nonne persp
citis, non a nobis diuinæ gratiæ nomine fa-
tum asseri, sed à vobis potius diuinam gra-
tiam fati nomine nuncupari? Item quæ ac-
ceptio personarum ibi recte dicitur, vbi ille
qui iudicat relinquens causę meritũ de qua
iudicat, alteri contra alterum suffragatur,
quia inuenit aliquid in persona quod bono
re vel miseratione sit dignum? Si autẽ quis
piam duos habeat debitores,& alteri uellet
dimittere debitum,alterũ exigere, cui vult
donar,sed neminem fraudat,nec acceptio p-
sonarum dicenda est, quando iniquitas nul
la est. Alioquin eis qui parum intelligunt,
potest acceptio personarum videri, vbi vi-
neæ dominus operarijs qui vna hora illis H
opus fecerunt, tantum dedit,quantum illis
qui pertulerunt pondus diei & estus, æqua
les faciens in mercede,quorum tam magna
distantia fuerat in labore. Sed quid respõ-
dit de hac uelut acceptione personarum ad
uersus patrem familias murmurantibus?
Amice,inquit,non facio tibi iniuriam, Nõ
ne ex denario conuenisti mecum? Tolle
quod tuum est,& vade,volo autem & huic
nouissimo dare sicut & tibi. An nõ licet mi
hi quod volo facere? An oculus tuus nequa
est, quia ego bonus sum? Nempe hic tota
iustitia est, Hoc volo:tibi,inquit, reddidi,
huic donaui, neque vt huic donarem, tibi,

aliquid abstuli, aut quod debebam vel mi-
nui vel negaui. An non licet mihi facere qđ
volo? An oculus tuus nequam est, quia ego
bonus sum? Sicut ergo hic nulla ẽ acceptio
personarũ, quia sic alius gratis honoratur,
vt alius debito nõ fraudetur: sic etiam cum
sẽm propositum dei vocatur alius, alius
nõ vocatur: vocato datur gratuitum bonũ,
cuius boni est vocatio ipsa principium: non
vocatio, eddit malum, quia oẽs rei sunt
ex eo, ꝑ per vnum hominem pctũ intra-
uit in mundum. Et in illa quidem opera-
riorum similitudine, vbi vnum denarium
acceperunt qui vna hora, & qui duodecies
tantum laborauerunt, qui vtiq; sẽm ratio
nes humanas,sed vanas, pro quantitate la-
boris sui duodecim denarios accipere de-
buerunt, vtriq; in bono coæquati, non alij
liberati, alij damnati sunt, quia & illi qui
plus laborauerunt, & ꝑ sic vocati sunt vt
venirent, & sic pasti vt non deficerent, ab
ipso patre familias habuerunt. Vbi autem
dicitur, Ergo cui vult miseretur, & quem
vult obdurat,qui facit aliud vas in honorẽ,
aliud in contumeliam, bonum quidem im-
meritoꝝ & gratis datur,quia ex eadem massa
est cui datur,malum vtro merito & debitũ
redditur, quia in massa perditionis malum
malo non male creditur, & ei cui creditur
malũ est,quia supplicium est: ei vero à quo
redditur,bonum est,quia recte factum eius
est. Nec vlla est acceptio personarũ in duo
bus debitoribus, æqualiter reis, si alteri di-
mittitur,alter exigitur,qđ pariter ab vtro-
que debetur. Sed vt id quod dicimus alicu-
ius exẽpli manifestatione clarescant,consti-
tuamus aliquos ab aliqua meretrice gemi-
nos editos,atq; vt ab alijs colligerentur ex-
positos, horum sine baptismo expirauit v-
nus, alius baptizatus, quod hic fatum for
tunam fuisse dicamus, quæ omnino nulla
fuit, quam personarum acceptionem, quæ
apud deum nulla est,etiam si in istis vlla es-
se potuisset,qui vtiq; nihil habebant, vnde
alter alteri præferretur, meritaq; nulla pro-
pria, siue bona, quibus mereretur alius ba-
ptizari, siue mala quibus alius sine baptis-
mate mori? An aliqua parentũ fuerunt, vbi
fornicator pater, meretrix mater? Sed qua-
liacunq; illa fuerint, non vtiq; istis tam di-
uersa conditione morientibus vlla diuersa,
sed vtriq; cõia. Si ergo nec fatum, quia nul-
lae stellae ista decernunt, nec fortuna, quia
non fortuiti casus hæc agunt, nec persona-
rum, nec meritorum diuersitas hoc fecerũt,
quid restat quantũ ad baptizatũ attinet, nisi
gratia dei quæ vasis factis in honorem gra-
tis datur, quantũ aũt ad nõ baptizatum ira
dei, quæ vasis in contumeliam pro ipsius
massæ meritis redditur. Sed in illo qui ba-
ptizatus est, gram dei uos cõfiteri cogimus,
& meritum eius nullum præcessisse conuin
cimus: de illo aũt sine baptismate mortuo,
cur ei defuerit sacrm, quod & vos fatemini
omnibus ætatibus necessarium,& quid isto
modo in eo fuerit vindicatum, vos videri-
tis qui non vultis esse originale delictum.
Nobis in duobus istis geminis vnã procul
dubio habentibus cãm, difficultatem qõnis, L
cur alius sic,alius vero sic mortuus est, ve-
lut non soluendo soluit Apostolus, Qui cũ
& ipse de duobus geminis tale aliquid pro-
posuisset,propter quos non ex operibus, qa
nondum operati fuerant aliquid boni vel
mali,sed ex vocante dictum est, Maior ser-
uiet minori: Et, Iacob dilexi, Esau aũt odio Rom. 9.
habui, & huius ꝓfunditatis horrorem vsq; Mala. 1.
ad hnc perduxisset vt diceret, Ergo cuius
vult miseretur,& quem vult obdurat: sensit
continuo quid moueret & sibi verba con-
tradicẽtis,quæ apostolica authoritate coer
ceret,opposuit. Ait enim. Dicis itaq; mihi,
quid adhuc conqueritur? Nam voluntati
eius,quis resistit? Rñditq; ista dicẽti, O ho
mo tu quis es qui rñdeas deo? Nunquid di-
cit figmentũ ei qui se finxit,quare fic me fe
cisti? An non habet potestatem figulus luti
ex eadem massa facere, aliud quidem vas in
honorem,aliud in contumeliam? Deinde se
cutus tã magnum abditumq; secretũ,quan-
tum aperiendum esse hominibus iudicauit,
aperuit dicens, Si aũt volens deus ostende-
re iram & demonstrare potentiam suã, at- M
tulit in multa patientia vasa iræ quæ perfe-
cta sunt in perditionem, & vt notas faceret
diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, q̃
præparauit in gloriam, hoc est, gratiæ dei
non solum adiutorium,verumetiam docu-
mentum. Adiutorium. s. in vasis misericor-
diæ,in vasis aũt iræ documentum, in eis. n.
ostendit iram & demonstrat patientiã suã,
quia tam potẽs est bonitas eius vt bene vta
tur etiam malis, & in eis facit diuitias glo-
riæ suæ in vasa misericordiæ,quoniã quod
ab iræ vasis exigit iustitia punientis,hoc va
sis misericordiæ dimittit gratia liberantis.
Nec beneficium quod quibusdam gratis
tribuitur appareret, nisi deus alijs ex ea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem massa pariter reis iusto supplicio condemnatis, quid vtrisq; deberetur, ostenderet. Quis.n.te discernit? ait idem Apostolus homini tanquam de semetipso & de suo proprio bono glorianti, Quis.n.te discernit? vtiq; ab iræ vasis, à massa perditionis, quæ per vnum omnes misit in damnationem. Quis te discernit? Et tanquam responderet, discernit me fides mea, propositum meum, meritum meum, Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? hoc est, quasi de tuo sit, vnde discerneris. Ergo ille discernit qui vnde discernaris impertit pœnam debitã remouendo, indebitã gratã largiendo: ille discernit qui cum tenebræ essent super abyssum, dixit, Fiat lux & facta est lux: & diuisit, hoc est, decreuit inter lucẽ & tenebras. Non.n.cum solæ essent tenebræ quid discerneret inuenit, sed lucem faciendo decreuit vt iustificatis impijs dicatur, Fuistis.n.aliqñ tenebræ, nunc aũt lux in dño, ac sic qui gloriatur nõ in seipso, sed in dño glorietur. Ille discernit qui de nondum natis neq; qui aliquid egerat boni aut mali, vt secundum electionem propositum eius maneret, non ex operibus sed ex ipso vocante dixit, Maior seruiet minori: atque ipsum commendans postea per Prophetam, Iacob, inquit, dilexi, Esau autem odio habui, electione quippe dixit, vbi deus non ab alio factum quod eligat inuenit, sed qđ' inueniat ipse facit, sicut de reliquijs Israel scriptum est, Reliquiæ per electionẽ gratiæ factæ sunt. Si aũt gratia, iã non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Propter quod profecto desipitis, qui dicente veritate, non ex operibus, sed ex vocante dictũ est, vos dicitis ex futuris operibus, quæ deus illum facturum esse præsciebat, Iacob fuisse dilectum, atq; ita contradicitis Apostolo dicenti, non ex operibus, quasi non posset dicere, non ex præsentibus, sed ex futuris operibus, sed ait non ex operibus, vt gratiam commendaret: si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia vtiq;, vt per illam fiant bona opera: ne si præcesserint bona opera, tanquã operibus reddatur gratia, ac sic gratia iam non sit gratia, Sed vt uobis auferretur omnis vestræ caliginis latebra, propterea gemi nos tales proposui, qui neque parentum meritis iuuarentur, & ambo infantiæ primordio vnus baptizatus, alter sine baptismate morerentur, ne diceretis deum, sicut de Iacob & Esau contra Apostolum, dicitis, opera eorum futura præscisse. Quo.n. præsciuit ea futura, quæ illis in infantia morituris, quia præscientia eius falli non potest, præsciuit potius non futura? Aut quid prodest eis qui rapiuntur ex hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum, aut ne fictio decipiat animam eorum, si peccatum etiam quod non est factum, dictũ, cogitatũ tanquam commissum fuerit, sic punitur? Quod si absurdissimum, insulsissimũ, dementissimum est, quoslibet homines ex his peccatis quorum nec reatum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea non solũ cõmittere, sed nec saltem cogitare potuerunt, esse dãnandos, redit ad vos frater ille geminus baptizati non baptizatus, & tacitus quærit à vobis, vnde fuerit à fraterna fœlicitate discretus, cur illa infœlicitate punitus, vt illo in dei filium adoptato ipse non acciperet omnibus ætatibus necessarium, sicut fatemini sacramẽtum, si quemadmodum nulla est fortuna vel fatum, vel apud deum acceptio personarum, ita nullum est gratiæ meritis donum, nullum originale peccatum. Huic prorsus infanti linguam vestram vocemq; submittitis, huic non loquenti quid loquamini non habetis. Iam nunc videamus vt possumus hocipsum quod volunt præcedere in homine, vt adiutorio gratiæ dignus habeatur, ac sic gratia iã non sit gratia. Videamus tñ quid illud sit, Sub nomine, inquiunt, gratiæ, ita fatũ asserunt, vt dicant, qa nisi inuito & reluctanti homini inspirauerit boni, & ipsam imperfecti cupiditatem, nec à malo declinare, nec bonum posse aripere.

Iam de fato & gratia q̃ inania loquãtur ostendimus, nunc illud est quod debemus aduertere, vtrum inuito & reluctanti homini deus inspiret boni cupiditatem, vt iam non sit reluctans, non sit inuitus, sed consentiens bono & volens bonum. Isti.n. volunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni vt huius cœpti meritũ ẽt perficiendi gratia consequatur, si tñ hoc saltẽ possunt. Pelagius.n. facilius dicit impleri quã bonum est, si adiuuet gratia. Quo additamento, id est, addẽdo facilius, itaq; significat hoc se sapere quod ẽt si gratiæ defuerit adiutorium, põt quanuis difficilius impleri bonũ per liberum arbitrium. Sed istis quid in hac re sentiunt, non de illo authore huius hæ-

sis præscribamus, pmittamus eos cum suo libero arbitrio esse liberos, & ab ipso Pelagio, ad quẽ ista uerba eorũ, quæ in hac cui rndemus Epistola posuerunt, potius attendamus. Hoc. n. nobis obiiciendũ putarunt, q̃ inuito & reluctanti homini deum dicamus inspirare, non quanticunq; boni, sed & ipsius imperfecti cupiditatem. Forrasis ergo ipsis eo modo saltem seruant locũ gratiæ, vt sine illa putent hominẽ posse habere boni, sed imperfecti cupiditatẽ, pfecti autẽ non facilius per illã posse, sed nisi per illam omnino non posse, verũ, & sic gratiam dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pelagius Ecclesiasticis gestis dãnare timẽdo damnauit. Si.n. sine dei gratia nos incipit cupiditas boni, ipsum cœptum erit meritum, cui tanquã ex debito gratiæ veniat adiutorium, ac sic gratia dei nõ gratis donabitur, sed meritum nostrum dabit. Dominus aũt ut responderet futuro Pelagio, non ait, Sine me difficile potestis aliq̃d facere: sed ait, Sine me nihil potestis facere. Et vt rnderet futuris etiam istis in eadẽ ipsa Euangelica sentẽtia, non ait, Sine me nihil potestis perficere: sed, facere. Nam si per facere dixisset, possent isti dicere, non ad incipiendũ bonũ, quod à nobis est, sed ad perficiendum esse dei adiutorium necessariũ. Verũ audiant & Apostolum. Dñs. n. cum ait, Sine me nihil potestis facere: hoc uno uerbo initium finemq; comprehendit, Apostolus vero tanquam sententię dominicæ expositor apertius vtrunq; distinxit, dicens, Quoniam qui in uobis opus bonum cœpit, perficiet vsque in diem Chri Iesu. Sed in scriptis sanctis apudeundem Apostolum. Loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si volũtario vis incipere a domino perfici, videant quid respondeant dicenti Apostolo, Non quia idonei simus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia ex deo est. Cogitare ait aliquid vtique bonum, minus est autem cogitare quã cupere. Cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamen cupimus omne quod cogitamus, quoniam nonnunquam & quod non cupimus, cogitamus. Cum igitur minus sit cogitare quam cupere, potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, & proficiendo postea cupere, quod autem non cupiendo cogitauit, quomodo ad id quod minus est, id est, ad cogitandum ali quid boni non sumus idonei tanquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est & ad id q̃ est amplius, id est, ad cupiendum aliquid boni sine diuino adiutorio idonei sumus ex libero arbitrio? Neq; n. & hic Apostolus ait, non quia idonei sumus cogitare quod perfectum est, tanquam ex nobismetipsis, sed cogitare ait, aliquid cui contrarium est nihil. Vnde est illud domini, Sine me nihil potestis facere: sed nimirum quod scriptum est, Hominis est præparare cor, & à domino responsio linguæ: non bene intel- Ioan. 15. Prou. 16
ligendo falluntur vt existiment cor præparare, hoc est bonũ inchoare sine adiutorio gratiæ dei, ad hominem pertinere. Absit vt sic intelligant filii promissionis, tanquã cũ audierint dominum dicentem, Sine me nihil potestis facere: quasi conuincant eum dicentes, Ecce sine te possumus cor præparare: aut cum audierint a Paulo Apostolo, Nõ quia idonei sumus cogitare aliq̃d quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nra ex deo est, tanquam & ipsum conuincant dicẽtes, Ecce idonei sumus ex nobismetipsis p̃parare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis.n. potest bona cogitatione ad bonum cor p̃parare? Absit ut intelligat, nisi sub pbi sui arbitrii defensores, & fidei catholicæ desertores. Ideo quippe scriptum ẽ, Hominis est præparare cor, & a domino rñsio linguæ: quia homo præparat cor, non tamẽ sine adiutorio dei, qui tangit cor. Homo præparat cor, in rñsione aũt linguæ, id est, in eo quod præparato cordi lingua diuina respondit, nihil operis habet homo, sed totum est a domino deo, Nam sicut dictũ est, Hominis est præparare cor, & a domino responsio linguæ, ita etiam dictum est, Aperi os, & adimplebo illud. Qũãuis.n. nisi ad Psal. 80
iuuante illo sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento & opere nostro, implet autem illud dominus, sine opere nostro. Nam quid est præparare cor & os aperire, nisi voluntatem parare? & tñ in eisdẽ literis legitur, Præparatur voluntas à domino: Et, Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Ecce dominus admonet, vt præparemus, uoluntatem in eo quod legimus, Hominis est præparare cor, & tamen ut hoc faciat homo, adiuuat deus, quia præparatur voluntas a dño. Et aperit os, ita iubendo vt nemo possit nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea Psal. 50.

aperies, Nunquid istorum qui disipiunt ut aliud os,aliud labia esse contendant, & mirabili vnitate hominem dicant os aperire,la
Exod.4. bia hominis deum. Quanquam deus illos & ab hac absurditate cõpescit, vbi ad Moysen famulũ suum dicit,Ego aperiã os tuum & instruã te quæ debeas loqui. In sententia ergo illa vbi dicitur,Aperi os, & ad implebo illud: quasi vnum videtur ad hominem pertinere,alterum ad deum, In hac autem vbi dicitur, Ego aperiã os tuum & instruã te,vtrunq; ad dñm. Quare hoc? Nisi quia in vno istorum cooperatur homini facienti,alterum solus facit, Quapropter multa deus facit in homine bona,quæ nõ facit homo: nulla vero facit homo, quæ non facit
I deus,vt faciat homo.

Secũdũ propositũ quid sit. Cap.9. Proinde cupiditas boni nõ homini à domino,esset,si bonum non esset, si aũt bonũ est,non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Quid. n. boni cupiditas,nisi charitas de qua Ioannes
1.Ioã.4. Apostolus sine ambiguitate loquitur dicẽs, Charitas ex deo est. Nec initiũ eius ex nobis & perfecto eius ex deo,sed si charitas ex
Psal.58. deo,tota nobis ex deo est. Auertat. n. deus hanc amentiã, vt in donis eius nos priores faciamus,posteriorẽ ipsum , qm misericordia eius pueniet me, & ipse est qui fideliter
Psal.20. ueraciterq; cantatur, quoniam præuenisti eũ in bñdictione dulcedinis,& quid hic aptius intelligitur q̃ ipsa de qua loquimur cupiditas boni? Tunc. n.bonũ concupisci incipit,qñ dulcescere cœperit, qñ aũt timore pœnæ,non amore iustitiæ sit bonum, nondum bene sit bonum, nec sit in corde quod fieri videtur in opere,qñ mallet homo non facere,si posset impune. Ergo bñdictio dulcedinis,est gratia dei,qua fit in nobis ut nos delectet & cupiamus, hoc est amemus qđ p̃cipit nobis,in qua si nos non præuenit deus,non solum nõ perficitur,sed nec inchoatur ex nobis. Si.n. sine illo nihil possumus facere,profecto nec incipere, nec perficere: quia ut incipiamus,dictum ẽ,Misericordia eius præuenit me: vt perficiamus dictum est,Misericordia eius subsequeť me. Quid
K ergo quod in consequentibus ubi ea quæ
Psal.54. &.22. ipsi sentiunt,commemorant, dicunt se confiteri gratiam quoq; adiuuare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immitteret? Hoc quippe ita dicunt, velut homo a seipso sine aduitorio dei habeat propositum bonum studiumq́ virtutis,quo merito præcedẽte dignus sit adiuuari dei gratia subsequente,putant enim fortasse ita dixisse Apostolum,Scimus quia diligentibus deum omnia
Rom.8. cooperantur in bonum,ijs qui secundũ propositum vocati sunt, vt propositum hominis vellet intelligi,quod propositũ tanq̃ bonum meritum sequatur misericordiam vocantis dei,ignorantes ideo dictum esse, quia scđm propositũ vocati sunt,vt dei,non hominis propositum intelligat, quo eos quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filii sui,elegit ante mundi constitutionẽ. Non enim omnes vocati,secundũ propositum sunt vocati quoniam multi vocati Ibidem. Mat.20. pauci electi. Ipsi ergo secundum propositũ L vocati,qui electi ante constitutionem mundi. De hoc proposito dei dictũ est & illud, quod iam commemoraui de geminis Esau & Iacob, vt secundum electionẽ propositũ dei maneret,non ex operibus,sed ex uocante dictum est,Maior seruiet minori. Hoc propositum dei & illo cõmemoratur loco, vbi ad Timotheũ scribens ait, Collabora Euangelio scđm virtutẽ dei saluos nos fa- 2.Tim. cientis & vocantis vocatione sua sancta,nõ secundũ opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam quæ data est nobis in Chro Iesu ante secula æterna,manifesta aũt nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc est ergo propositum dei unde dicitur,Omnia cooperantur in bonũ, ijs qui secũdũ propositum uocati sunt. Ho Rom.8. minis aũt propositum bonum adiuuat qui dem subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia. Studium quoq; hominis quod dicitur bonum quanuis cum,el se cœperit adiuuetur gratia,non tamen incipit sine gratia,sed ab illo inspirať,de quo M dicit Apostolus, Gratias aũt deo qui dedit idem studium pro uobis in corde Titi. Si studium quisque vt pro aliis habeat deus n. Cor.8. dat, ut pro seipso habeat, quis alius est daturus?

Quæ cum ita sint,nihil in scripturis san Ex pr probãdum liberum arbitriũ,quod non in- elatio ueniatur vel dari ab eius bonitate, vel posci Cap.1.2 pp adiutorium gratiæ demonstrandũ. Nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia dei. De qua suam cogitationẽ recolens quidam,sicut legi mus in Psalmis, Nunquid obli-

obliuiscetur,inquit,misereri deus,aut continebit in ira sua misericordias suas? Et di-
Psal.6.ſi. xi,nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Cum ergo dixisset,nunc cœpi : non ait, hæc mutatio arbitrii mei: sed,dexteræ excelsi,Sic itaq; dei gra cogitetur,ut ab initio bonæ mutationis suæ usq; in finem cõsumma
Phil.1. tionis , qui gloriatur in domino glorietur.
1.Co.1.9. Quia sicut nemo potest bonum inchoare sine domino,sic nemo perficere sine domino. Sed hic sit huius voluminis terminus, vt legentis reficietur intentio,& ad sequentia reparatur.

Libri Secundi Finis.

AD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra duas Epistolas Pelagianorum, ad Bonifacium, Liber Tertius.

Cap.1. ADhuc ea sequuntur quæ calumnioſe nobis obiiciunt, nõdum ea quæ ipsi sentiũt pertexere incipiũt. Sed ne prolixitas voluminum offenderet,hæc ipsa quę obiiciunt in duos libros partiti sumus,quorum superiore finito,qui totius huius operis liber secundus est,hinc ordimur alterum, & cum tertiũ primo secundoq; cõiungimus. Legem veteris testamẽti nos aiunt dicere, non ob hoc datam fuisse, vt iustificaret obedientes , sed vt grauior fieret causa peccati. Prorsus non intelligunt quid de lege dicamus,quia ad quod dicit Apostolus, quem non intelligunt,dicimus, Quis.n.dicat non iustificari eos qui sunt legi obedientes , qñ si non iustificarentur,non possent esse obedientes? Sed dicimus lege fieri, vt deus quid fieri velit,audiatur: gratia vero fieri, vt legi obediatur. Non.n. auditores legis,ait Apostolus, justi sunt apud deũ,sed factores legis iustificabuntur . Lex ergo auditores iustificabiles erat legi , ait idem Apostolus , in quo non facit,gratia factores. Quod.n.impossibile erat legi , ait idem Apostolus , in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis,qui non scđm carnẽ ambulamus, sed scđm spiritũ . Ecce quod dicimus, orent vt aliqũ intelligant, non litigent vt nunquam intelligant. Impossibile est.n.legem impleri per carnẽ, hoc est per carnalem præsumptionem , qua superbi ignorantes dei iustitiam, id est,quæ Rom.10 ex deo est homini,vt sit iustus,& suã volentes constituere,tanquã per eorum,nõ adiutum diuinitus arbitrium , lex posset impleri,iustitiæ dei non sunt subiecti. Ideo iustitia legis in eis impletur,qui non secundum carnem ambulãt,id est,scđm hominẽ ignorantem dei iustitiam & suam volentem cõstituere,sed ambulant secundum spiritum . Quis autem ambulat scđm spiritum , nisi q̃quis agitur dei spiritu? Quotquot.n.dei Rom.10 spiritu aguntur,hi filij sunt dei. Ergo litera 2.Co.3. occidit,spiritus autem uiuificat. Nec litera C malum est,quia occidit, sed malos præuari Rom.7. catione conuincit. Lex.n.sancta,& mandatum sanctum & iustũ & bonum. Quod ergo bonũ est,inquit, mihi factum est mors? Absit , Sed peccatum vt appareat peccatũ , per bonum mihi operatum est mortem , vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Ecce quid est,litera occidit. Aeu 1.Co.15. leus.n.mortis est peccatum,virtus aũté peccati lex. Auget quippe prohibendo peccati desideria,& inde occidit, nisi subueniendo viuificat gratia . Ecce quod dicimus . Ecce vnde nobis obijciunt,q̃ sic legem dicamus datam vt grauior sit causa peccati, non audientes Apostolum dicentem , Lex enim iram operatur: vbi enim non est lex , nec Rom.4. præuaricatio. Et,lex præuaricationis gratia posita est,donec veniret semen cui promissum est . Et,Si data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia . Sed Gala.3. conclusit scriptura omnia sub peccato , vt promisio ex fide Iesu Christi daretur credentibus . Hinc est q̃ vetus testamentum ex monte Sina, vbi lex data est in seruitutẽ generans quod est Agar. Nos autem,inqt, non sumus ancillæ filij,sed liberæ. Nõ sunt Gala. 4. itaq; liberæ filij qui legem acceperunt litę,qua possent nõ solũ peccatores,verumẽt D prævaricatores insuper demonstrari , sed q̃ spiritũ gratiæ,quo lex ipsa sancta & iusta & bona posit impleri. Ecce quod dicimus, Intendant,& non contendant, illuminentur, & non calumnientur . Baptisma quoq; , Peccant inquiunt, non vere homines nouos facere & filij asserunt,id est , non plenam dare remissio- dei. nem peccatorũ , sed ex parte filios dei fieri, Cap. 3. ex parte autem filios seculi , id est , diaboli remanere contendunt. Mentiuntur,infidiantur,tergiuersantur. Non hoc dicimus, Omnes.n.homines qui sunt filij diaboli,

etiam filios seculi non autem oēs filios secu
li etiam filios diaboli dicimus. Absit enim
vt filios diaboli dicamus fuisse sanctos pa-
tres, Abraam, Isaac & Iacob, & alios huius
modi, quando per nuptias generabant, &
eos fideles qui vsq; nūc & deinceps adhuc
generant. Nec tamen possumus domino cō
Luc.20. tradicere dicenti, Filii seculi huius nubūt
& tradunt ad nuptias. Quidam ergo filii se
culi huius sunt, & tamen filii diaboli non
E sunt: Quanuis.n. diabolus sit author &
princeps omnium peccatorū, non tamen fi
lios diaboli faciunt quæcunq; peccata. Pec
cant.n. & filii dei, quoniā si dixerint se non
habere peccatum, seipsos seducunt & veri-
1. Ioā.1 tas in eis non est. Sed ea conditione peccāt,
qua sunt filij adhuc huius seculi. Qua vero
gratia sunt filij dei, non vtique peccāt, quia
omnis qui natus est ex deo, non peccat. Fi-
1. Ioā. 3 lios autē diaboli infidelitas facit, quod pec-
catum propriū vocatur, quasi solū sit si nō
exprimatur quale peccatū sit, Sicut Apo-
stolus cum dicitur, si non exprimatur quis
Apostolus, nō intelligitur nisi Paulus, quia
pluribus est epistolis notior, & plus omnib.
1. Cor.15 illis laborauit. Vnde ꝙ ait dūs de spiritusan
1. Io.16. cto, ipse arguet mūdū de peccato: infidelita
tem intelligi voluit, Hoc.n. cū exponeret
ait, de peccato, quidem, ꝙ non crediderunt
Ioan.15 in me. Et vbi ait, Si non venissem & locu-
tus eis fuissem, peccatum nō haberent. Nō
enim peccatum antea non habebant, sed ip-
sam voluit intelligi diffidentiam, qua nec
præsenti & loquenti, crediderunt pertinen
tes ad eum, de quo dicit Apostolus, Secūdū
Ephe.2. principem ptātis aeris, qui nūc operatur in
filijs diffidentiæ. Ergo in quibus non est fi
des, filij sunt diaboli, quia non habent in in
teriore homine cur eis dimittatur quicquid
hominis vel infirmitate vel ignorantia, vel
omnino aliqua mala voluntate cōmittitur.
Illi autem filij dei, qui vtique si dixerint se
F non habere peccatum, seipsos decipiunt, &
veritas in eis non est. Profecto quod sequi
tur, Cum confitentur peccata sua, quod fi-
lij diaboli non faciunt, vel non secundum
fidem quæ filiorum dei propria est faciunt,
fidelis est & iustus qui dimittat eis peccata,
& mundet eos ab omni iniquitate. Vt autē
plenius intelligatur, quod dicimus, audia-
tur ipse Iesus qui filijs dei vtique loquebā-
Matth.7 tur dicens Si autem vos cum sitis mali, no-
stis bona data dare filijs vestris, quanto
magis pater vester qui in cœlis est, dabit
bona petentibus se? Si.n. filij dei non essent,
nō eis diceret, pater vester qui in cœlis est.
Et tamen eos malos esse dicit, & nosse bo-
na dare filijs suis. Nunquid inde mali, vn-
de filij dei? Absit. Sed inde mali, vnde adhuc
filij seculi, iam tamen filii dei facti pigno-
re spiritussancti. Baptismus igitur abluit q-
dem peccata omnia, prorsus omnia, factorū,
dictorū, cogitatorū, siue originalia, siue addi
ta, siue quæ ignoranter, siue quæ scienter
admissa sunt, sed non aufert infirmitatem
cui regeneratus resistit, quando bonū agō-
nem luctatur, consentit autem, quando si-
cut homo in aliquo delicto ptæoccupatur,
propter illud gaudens in actione gratiarū, G
propter hoc autem gemens in allegatione
orationum, Ibi dicens, Quid retribuam do- Psal.115
mino pro omnibus quę retribuit miki? Hic Matt.6.
dicens, Dimitte nobis debita nostra: Pro- Psal.50.
pter illud dicens, Diligā te domine virtus 6. & 24.
mea: propter hoc dicens, Miserere mei do-
mine, quoniam infirmus sum. Propter illud
dicens, Oculi mei semper ad dominū, qm
ipse euellet de laqueo pedes meos: propter
hæc dicens, Turbatus est præ ira oculus
meus. Et innumerabilia, quibus diuinæ li-
teræ plenæ sunt, quæ alternis vicibus, vel
exultando de dei bonis, vel mœrēdo de no-
stris malis a filijs dei dicuntur ex fide, quā-
diu adhuc filij sunt etiam seculi pro vitæ hu-
ius infirmitate: quos tamen deus a filijs dia
boli non solum lauacro regenerationis, sed Gala.4.
ipsius etiā quæ per dilectionem operatur, Abacuc
fidei probatæ discernit, quia iustus ex fide
viuit. Hæc est autē infirmitas cū qua vsq;
ad corporis mortē defectu & profectu al-
ternāte cōtēdimus, magniq; interest, quid Matth.6
vincat in nobis, donec regeneratione alia
cōsumet, De qua dūs dicit, In regnatione
cū sederit filius hois in sede maiestatis suæ,
sedebitis & vos super sedes duodecim. Re-
gnationē qppe hoc loco ambigente nullo, Rom.8.
nouissimā resurrectionē uocat, Quā Pau-
lus quoq; Apostolus & adoptionē & redē- H
ptionē nūcupat dicēs, Sed ēt nosipsi primi-
tias spūs hūtes & ipsi in nobismetipsis inge
miscimus adoptionē expectātes, redēptio-
nē corporis nri. Nūquid nō per lauacrum
sanctū regenerati, adoptati & redempti su-
mus? Et tū restat regnatio, adoptio, redem-
ptio, quā in fine vēturā nūc patiēter expe-
ctare debemus, vt tūc filij huius seculi ex nul
la pte iā simus. Quisqs igit baptismati de-
rogat, qd modo p illud pcipimus, corrūpit
fidē, Quisquis aūt iam nunc ei tribuit qd
quidē per ipsum, sed tū postea accepturi su
mus, amputat spē. Nā si à me quisquā quæ-
rerit, vtrum per baptismū salui facti fueri-
Tit.3 mus, negare non potero, dicente Apostolo,
Saluos nos fecit per lauacrum regeneratio-
nis & renouationis spiritussancti. Sed si q-
rerit, vtrum per idem lauacrum omni pror
sus modo iam nos fecerit saluos, rūdebo, nō
ita est. Idem quippe item dicit Apostolus,
Spe.n. salui facti sumus, Spes aūt quæ vide-
Rom.8. tur non est spes: quod.n. videt quis, quid
sperat? Si autem quod non videmus spe-
ramus, per patientiam expectamus. Sa-
lus ergo hominis in baptismate facta est,
quia dimissum est quod peccatū à parētib.
traxit: vel quicquid ét proprie ante baptis-
mum peccauit, Salus vero hominis tāta es-
se poterit, vt peccare omnino non possit.
Quibus ita se habentibus ex his etiam il
la quæ deinceps nobis obijciuntur refellun
tur. Quis.n. catholicus dicat, quod nos di-
cere iactitant, spiritumsanctum adiutorem
virtutis in veteri testamento non fuisse, Ni
si cum vetus testamentum sic intelligimus,
quemadmodum Apostolus dixit, A monte
Sina in seruitutem generans? Sed quia in
eo præfigurabatur nouū, qui hoc intellige-
bant tunc homines dei secm distributionē
temporum, veteris quidē testamenti dispen
satores & gestatores, sed noui demonstran-
tur hæredes. An vero illum ad testamentū
nouum negabimus pertinere, q dicit, Cor
mundum crea in me deus, & spiritum rectū
innoua in visceribus meis? Aut illum qui
dicit, Posuit supra petram pedes meos, &
direxit gressus meos, & immisit in os meū
canticum nouum, hymnum deo nostro?
Vel illum ante testamentum vetus, qd est
a monte Sina, patrem fidelium, de quo dicit
Apostolus, Fratres, secūdum hominē dico,
Gal.3. tamen hominis confirmatum testamentum
nemo irritum facit, aut superordinat, Abra
hæ dictæ sunt promissiones & semini eius,
Non dicit, & seminibus, tanquam in mul-
tis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod
est Christus? Hoc autem dico, inquit, testa
mentum confirmatū à deo, quæ post qua-
dringentos & triginta annos facta est, lex
non infirmat ad euacuandam promissionē,
Si enim ex lege hæreditas, iam non ex pro-
missione, Abrahæ autem per promissionē
donauit deus. Hic cerne si quæramus vtrum
hoc testamentum quod dicit confirmatum

a deo, non infirmari a lege, quæ post qua-
dringentos, & triginta annos facta est, vtrū
nouum, an vetus intelligendum sit, Quis
respōdere dubitet nouū, sed propheticis la-
tebris occultatū, donec veniret tempus quo
reuelaretur in Christo. Nā si dixerimus,
vetus, qd erit illud a monte Sina in seruitu
tem generans? Ibi.n. facta est lex post qua-
dringētos, & triginta annos. Qua lege hoc
testamentum promissionis Abrahæ infi-
mari non posse cōfirmat, & hoc quod factū
est ad Abraham, vult potius ad nos perti-
nere, quos vult esse filios liberæ, non ancil
læ, hæredes ex promissione, non lege, cum
dicit, Si.n. ex lege hæreditas, iam non ex pro- Gal.3.
missione: Abrahæ autem per promissionē L
donauit deus, vt ꝙ facta lex ē post quadrin
gentos & triginta annos, ad hoc subintrae
rit, ut abundaret delictum, cum per pecca-
tum præuaricationis conuincitur hominis Rom.5.
superbia de sua iustitia præsumentis. Et vi-
bi abundauit delictum, superabundauit &
gratia, per fidem iam humilis hominis in le
ge deficientis, & ad dei misericordiam fu-
gientis. Ideo cum dixisset, Si enim ex lege Gal.3.
hæreditas, iam non ex promissione, Abra-
hæ autem per promissionem donauit deus:
tanquam ei diceretur, vt quid ergo postea
facta est lex, subiunxit atque ait, Quid er-
go lex? Cui mox interrogationi reddidit,
Præuaricationis gratia proposita est, donec
veniret semen cui promissum est. Hoc idē-
tidē ita dicit. Si enim qui ex lege hæredes Rom.4.
sunt, exinanita est fides, & euacuata est ꝓ-
missio: Lex enim iram operatur: Vbi enim
non est lex, nec præuaricatio. Quod ait in
illo testimonio. Si.n. ex lege hæreditas, iam
non ex promissione, Abrahæ autem per ꝓ-
missionem donauit deus: hoc in isto ait. Si
enim per legem hæredes sunt, exinanita est
fides & euacuata ꝓmissio: satis ostēdit ad fi
dem nostram pertinere: quæ noui vtiq; est
testamenti, quod per promissionem dona- M
uit deus Abrahæ. Et quod ait in illo testimo
nio. Quid ergo lex? tato; tūdit, Præuarica
tionis gratia proposita est, hoc in isto subdi
dit similiter, Lex enim iram operatur. Vbi
enim non est lex, nec præuaricatio. Si igi-
tur Abraham, siue ante illū iusti, siue post
eum vsque ad ipsum Moysen, per quem da
tum est testamentū a monte Sinain serui-
tutē generans, siue cæteri Propheræ post eū
& sancti homines dei vsq; ad Ioannē Bapti-
stā, filii sunt promissionis, & gratiæ secun-

dum Isaac filium liberæ,non ex lege,sed ex promissione hæredes dei,cohæredes autem Christi. Absit.n. vt Noe iustum & prioris temporis iustos,& quicunque ab illo vsque ad Abraham iusti esse potuerunt, vel conspicui vel occulti,negemus ad supernã Hierusalem,q̃ mater nostra est,pertinere quanuis anteriore tempore inuenian̄t esse quam Sara,quæ ipsius liberæ matris propheticam
Gen. 17. figuram q̃; gestabat. Quanto euidentius ergo post Abraham, cui sic declarata est ista promisio,vt pater multarum gentium dicere
A tur, quicunque deo placuerunt filij promissionis habendi sunt? Non.n.ex Abrahã & deinceps iustorum generatio verior, sed prophetica manifestior reperitur. Ad testamentum autem vetus,quod est à monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar, illi pertinent,qui cum acceperint legem sanctam & iustam & bonam,putant sibi ad vitam literam posse sufficere. Et ideo qua fiãt
Rom. 10 factores legis diuinam misericordiam non quærunt,sed ignorantes dei iustitiam,& suã iustitiam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ex hoc genere fuit illa
Exo. 16. & 32. multitudo,quæ aduersus deũ in eremo murmurauit & idolum fecit, & illa quæ iam in ipsa terra promissionis fornicata est post deos alienos. Sed hæc quoque in ipso vetere testamento valde reprobata est multitudo. Illi etiam qui cunque ibi erant, sola quæ ibi deus pollicetur terrena promissa sectantes, & quid pro nouo testamento ea ipsa significent ignorantes,eorum adipiscendorũ amore & amittẽdorum timore,dei p̃cepta seruabant,imo nõ seruabãt,sed sibi seruare videbanꝫ Neq;.n.fides in eis p dilectionẽ opabãt,sed terrena cupiditas metusq; carnalis. Sic aũt p̃cepta q̃ facit,p̃culdubio inuitus facit,ac per hoc in animo nõ facit, Mauult.n. omnino non facere,si secundũ ea quæ cupit
B & metuit,permittatur impune, Ac per hoc in ipsa voluntate intus est reus, vbi ipse qui præcipit inspicit deus. Tales erãt filij terre
Gala. 4. næ Hierusalem,de qua dicit Apostolus,Seruit.n.cum filijs suis,pertinens ad testamentum vetus à monte Sina in seruitutem generans,quod est Agar. Ex ipso genere fuerunt qui dominum crucifixerunt,& in eadem infidelitate manserunt. Inde sunt adhuc etiã filij eorum in ingenti multitudine Iudæorum,quamuis iam nouo testamento,sicut p̃phetatum est per Christi sanguinem patefacto atque firmato,& à flumine vbi baptizatus magisterium q̃; professus est,vsque ad terminos terræ Euangelio diffamato. Qui Iudæi secundum propheticas quas legunt per omnes sunt terras vbique dispersi,vt ex eorum quoque codicibus Christianæ non desit testimoniũ veritati Et vetus igitur testamentum deus condidit, quia deo placuit vsque ad plenitudinem temporis,promissis terrenis tanquam in præmio constitutis p̃missa velare cœlestia,& populo terrenis bonis inhianti,& propterea durum cor habenti,quamuis spiritalem, tamen in tabulis lapideis legem dare. Exceptis quippe librorũ veterum sacramentis, quæ sola significandi ratione præcepta sunt, quanquam & in eis spiritaliter intelligenda sunt, recte lex dicitur spiritalis. Cætera certe quæ ad pietatẽ C bonosq; mores pertinentia, non ad aliquã significationem vlla interpretatione referẽda, sed prorsus vt sunt dicta,facienda sunt. Profecto illam dei legem,non solũ illi tunc populo,verumetiam nũc nobis ad instituẽdam recte vitam necessariam nemo dubitauerit. Si.n.Christus nobis abstulit illud grauissimum multarum obseruationum iugum,ne carnaliter circuncidamur, ne peco rũ victimas immolemus, ne sabbato septeno dierũ volumine redeunte ab operibus etiam necessarijs quiescamus, & cætera huiusmodi, sed ea spiritaliter intellecta teneamus, remotisq; vmbris significantibus in rerum ipsarum quæ significantur luce vigilemus, nunquid propterea dicturi sumus, non ad nos perticere quod scriptum est, vt alienum quodcunque perditum quisquis inuenerit reddat ei qui perdidit & alia multa similia, quibus pie rectẽq; viuere discitur, maximeq; ipsum decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis continetur,excepta sabbati obseruatione carnali, quæ spiritalem sanctificationẽ quietẽq; significat? Quis.n. dicat non debere obseruare Christianos, vt vni de religionis obsequio seruiatur,vt idolum non colatur,vt nomen domini non accipiatur inuanum, vt parentes honorẽtur, ne adulteria,homicidia,furta,falsa testimonia perpetrentur,ne uxor, ne omnino res vlla concupiscatur aliena? Quis est tam impius, qui dicat ideo se ista legis non custodire præcepta,quia est ipse Christianus,nec sub lege,sed sub gratia constitutus? Verum hæc plane magna distantia est,quod faciunt ista sub lege positi,quos litera occidit,terre
D nam felicitatem vel cupiditatem adipiscendi,vel

timore amittendi, & ideo non vere faciunt,qm̃ carnalis cupiditas, qua p̃ctm̃ au
Gala. 4. getur,cupiditate alia nõ sanatur. Hi ad ueteris pertinent testamentum, qđ in seruitutẽ generat, quia facit eos carnalis timor & cupiditas seruos,non Euangelica fides,spes & charitas liberos. Sub gra vero positi quos vi
1. Ioã. 4. uificat spũs,& fide ista faciunt,quæ per dilectionẽ operatur in spe bonorũ,nõ carnalũ,sed spiritaliũ: non terrenorum,sed cælestium: non temporaliũ,sed æternorũ,p̃ci
Rom. 10 pue credentes in mediatorẽ per quem sibi nõ dubitant,& spiritum gr̃æ subministrari, ut bene ista faciant,& ignoſci posse cũ peccant. Hi pertinent ad testamentũ nouum filij promissionis, & regenerati a deo patre & libera matre. Huius generis fuerunt antiqui oẽs iusti, & ipse Moyses testamẽti mi
Hebr. 8. nister ueteris, hæres nouæ quia ex fide qua nos uiuimus vna eademq; vixerunt, incarnationẽ,passionem,resurrectionemq; Chri
Rom. 4. credentes futuram, quam nos credimus factam vsq; ad ipsum Ioannẽ Baptistam tanq̃ præteritæ dispensationis limitem quendam, qui mediatorem ipsum nõ aliqua vmbra futuri vel allegorica significatione, vel vlla prophetica prænunciatione venturum esse significans,sed digito demonstrans ait,
Ioã. 1. dic: Tanq̃ dicens, Quem multi iusti videre concupierunt,in quẽ venturũ ab ipsius humani generis initio crediderunt,de quo Abrahæ dictæ sunt promissiones,de quo scripſit Moyses, de quo lex & Prophetæ sunt
Ioã. 1. testes, Ecce agnus dei, ecce qui tollit pctm̃ mundi. Ab hoc Ioanne & deinceps cœpe
Rom. 4. runt de Christo fieri p̃terita velut præsentia. Quæ ab illis omnibus anterioris tẽporis iustis credebantur,separabant̃,desiderabãtur futura. Eadem igitur fides,& in illis qui nondum nomine,sed re ipsa fuerunt an
Hebr. 11. tea Christiani,& in istis qui non solũ sunt, verumetiam vocantur, & in vtrisq; eadem
Rom. 4. gratia per spiritum sanctum. Vnde dicit Apostolus, Habentes aũt eundem spiritũ fidei,secundum quod scriptum est, Credidi
2. Cor. 4. propter qđ locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Aliter itaq; dicitur iam obtinente loquendi consuetudine vetus testamentum,lex & Propheræ oẽs, q
Hebr. 8. vsq; ad Ioannẽ prophetauerunt, qđ distinctius vetus instrumẽtum, quã vetus testm̃ vocatur. Aliter aũt sicut Apostolica appellat authoritas, siue hoc nomen exprimẽs si-
H ue significans, Exprimit.n. vbi dicit, vsq; in hodiernum diem quandiu legitur Moyses, 2. Cor. 3. idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet, Quod non reuelatur quia in Christo euacuatur. Sic.n.vtiq; vetus testamentum ad Moysi retulit ministerium. Itẽ dicit, Vt seruiamus in nouitate spiritus & Rom. 7. non in vetustate literæ: idipsum significans testamentum nomine literæ. Idẽ dicit alio loco, Qui & idoneos nos fecit ministros 2. Cor. 3. noui testamenti non litera,sed spiritu: Litera.n.occidit,spiritus aũt viuificat. Et hic p commemorationem nouæ,illud vtiq; vetus intelligi voluit. Multo aũt euidentius, q̃ quis non dixerit,aut vetus,aut nouum,duo ipsa testamenta distinxit per duos filios Abrahæ,vnum de ancilla,alium de libera, quod iam superius commemorauimus. Quid.n. expressius q̃ vt diceret, Dicite mihi sub lege volentes esse,legem nõ audistis? Scriptũ est enim, qm̃ Abraham duos filios habuit, Gala. 4. vnum de ancilla,& vnum de libera. Sed il Gen. 21. le quidem qui de ancilla, secundum carnẽ natus est: qui autem de libera,per repromissionem quæ sunt in allegoria. Hæc.n.sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans,quod est Agar. Sina.n.mons est in Arabia quæ coniuncta est huic quæ nunc est Hierusalem. Seruit enim cum filijs suis. Quæ autẽ sursum est Hierusalem, libera est,quæ est mater nr̃a. Quid clarius,quid certius, quid ab omni obscuritate atq; ambiguitate remotius promissionis filijs? Et paulopost. Nos autem fratres,inquit,sc̃m Isaac promissionis filij sumus. Item paulopost,Nos autem fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Eligamus igitur vtrum antiquos iustos ancillæ filios dicamus,an liberæ? Absit autem vt ancillæ, ergo filij liberæ ad nouum pertinent testamentum in spiritu sancto, quem viuificantem literæ occidenti opponit Apostolus. Nam quo pacto ad gratiam noui testamenti non pertinent hi, de quorum dictis & libris istos eiusdem gratiæ dementissimos & ingratissimos inimicos refellendo conuincimus? Sed dicit aliquis, Quomodo vetus appellatur,quod post quadringentos & trigin ta annos factum est per Moysen,& nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham? Qui ex hoc nõ litigiose,sed studiose mouetur,intelligat primũ, q̃ ex anteriore tpe dr̃ vetus, ex posteriore aũt nouũ reuelatio-

reuelationes eorũ considerantur in his nominibus,non institutione,Per Moysen qp-
Rom.7. pe reuelatũ est testm̃ vetus,per quẽ data est lex sancta & iusta & bona, per quam fieret nõ abolitio,sed cognitio peccati,qua cõuincerentur superbi suam iustitiã volentes constituere,quasi diuino adiutorio nõ egentes, & rei facti literæ,confugerent ad grãtiæ spiritũ,nõ sua iustitia iustificandi, sed dei hoc est,quæ illis esset ex deo. Nam sicut idem Apostolus loquitur,Per legẽ cognitio peccati,Nunc aũt sine lege iustitia dei manife-
Rom.3. stata est,testificata per legem & Prophetas. Lex quippe eo ipso quo in ea nemo iustificatur,testimoniũ perhibet iustitiæ dei. Qđ in lege nemo iustificatur apud deum,manifestum est,Quia iustus ex fide viuit. Sic er
Abac.2. go cum lex non iustificat impium de præuaricatione conuictum,mittat ad iustificantem deũ, atq; ita iustitiæ dei perhibet testimonium. Propheræ vero testimonium perhibent iustitiæ dei,prænunciando Christũ, qui factus est nobis sapientia à deo & iusti-
1.Co.1. tia & sanctificatio & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur in
Hier. 9. dño glorietur. Erat aũt occulta ista lex ab initio cũ homines iniquos natura ipsa con-
Tobi.4. uinceret, alijs facientes quod sibi fieri noluissent. Reuelatio autem noui testamẽti in Christo facta est, cum est manifestatus in carne,in quo apparuit iustitia dei.i.quæ ho-
Rom.3. minibus ex deo est.Sic.n.ait, Nunc aũt sine lege iustitia dei manifestata est. Ecce qua causa illud dicitur vetus testm̃,quia priore, hoc autem nouum,quia posteriore tpe reuelatum est. Deinde, quia testm̃ vetus pertinet ad hominem veterem , à quo necesse est hominem incipere,nouum aũt ad homi nem nouum, quo debet homo ex vetustate transire,ideo in illo sunt promissa terrena , in isto promissa cœlestia,quia & hoc ad dei misericordiam pertinuit , ne quisquam vel ipsam terrenam qualemcunq; fœlicitatem, nisi à dño creatore vniuersitatis putet cui-
K quã posse conferri. Sed si pp illam colatur deus,seruilis est cultus , pertinens ad filios ancillæ.Si aũt propter ipsum deũ,vt in æterna vita sit deus omnia in omnibus,liberalis
Gala. 4. est seruitus,pertinens ad filios liberæ , quæ est mater nostra æterna in cœlis,quę prius tanquam sterilis apparebat , qñ perspicuos filios non habebat . Nunc autem videmus quod de illa prophetatum est, Lætare ste-
Esai.54. lis quæ non paris,erumpe & clama quæ nõ parturis , quia multi filij desertæ magis q̃ eius quæ habet virum i.magis q̃ illius Hie-
rusalem , quæ legis quodammodo vinculo maritata est, & seruit cum filijs suis . Tpe igitur veteris testamenti spiritum sanctum in eis , qui ẽt tunc secundum Isaac promissionis filij erant,non solum adiutorem, qđ isti suo dogmati sufficere existimant,verũ etiam largitorem dicimus fuisse virtutis, qđ isti negant, libero eam potius arbitrio tribuentes contradicentibus illis patribus qui sciebant ad dñm veraci pietate clamare, Di-
ligam te dñe virtus mea. Aiunt etiam,quod omnes Apostoli vel Prophetæ non plene sancti definiantur a nobis , sed in compara- Perfecta
tione peiorum minus eos malos fuisse dica- iustitia
mus,& hanc esse iustitiam cui deus testimo- Can. 5.
nium perhibet , vt quo dicit Propheta, Iu- L
stificatam Sodomam comparatione Iudæo Exo.16.
rum,sic etiam nos criminosorum comparatione dicamus aliquos sanctos exercuisse virtutem. Absit vt ista dicamus,Sed aut nõ valent intelligere,aut nolunt aduertere,aut calumniandi studio dissimulant se scire quod dicimus. Audiant ergo,vel ipsi, vel potius ij quos idiotas & ineruditos decipere moliuntur. Nostra fides,hoc est,catholica fides iustos ab iniustis , non operum sed ipsa fidei lege discernit , Quia iustus ex fide viuit,Per quam discretionem fit, vt homo ducens vitam sine homicidio, sine furto,sine falso testimonio,sine appetitu rei alienæ , parentibus honorem debitum reddens, castus vsq; ad continentiã ab omni omnino concubitu, etiam coniugali,elee mosynarum largissimus , iniuriarum patientissimus, qui non solum auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata , vel etiam venditis omnibus suis erogatisque in pauperes, nihil suum proprium possideat,cum suis tamen istis velut laudabilibus moribus, si nõ Gala.5.
in deum fidem rectam & catholicam teneat,de hac vita damnãdus abscedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta , quæ per dilectionem operatur, non M
tamen ita vt ille benemoratus incontinentiam suã sustentat honestate nuptiarũ,continentiam iugij carnalis debitum & reddit & repetit, nec sola propagationis causa, verũ etiã voluptatis,quanuis cum sola vxore concubit, quod coniugatis secundum veniam cõcedit, 1.Co.7.
Apostolus , iniurias tamen non patienter accipit, sed vlciscendi cupiditate fertur ira- Abac.2.
tus , quanuis vt possit dicere, sicut & nos Matt.6.
dimittimus

dimittimus debitoribus nris, rogatus ignoscat,possidet rem familiarẽ,faciens inde qui dem eleemosynas,non tam largas , quã ille, non auferat aliena,sed q̃is ecclesiastico iudicio,non forensi, tñ repetit sua . Nẽpe iste qui moribus illo videtur inferior,pp rectã fidem quæ illi est in deum,ex qua viuit, & secundum quã in omnibus delictis suis se accusat,in omnibus bonis operibus deũ laudat,sibi tribuens ignominiã,illi gloriã,atq; ab ipso sumens & indulgentiã peccatorũ & dilectionẽ recte factorum,de hac vita libẽrandus , & in consortium cum Christo regnaturorũ recipiendus,emigrat. Quare,ni-
2.ti. si propter fidem ? Quæ licet sine operibus
Cap. 5. neminem saluat, ipsa enim est non reproba fides,quæ per dilectionem operat, tamen p
A ipsam etiam peccata soluuntur , quia iustus ex fide viuit,Sine ipsa vero etiam quæ videtur bona opera,in peccata vertuntur. Om-
re n.quod non est ex fide,peccatum est. Et sic propter hanc maximam differentiam vt dubitante nullo, perseuerans virginalis integritas coniugali castitate sit potior,tñ mu-
lier etiam bis nupta,catholica,professæ virginis hæreticæ præferatur . Nec ita præferatur, vt ista melior sit in dei regno,sed vt illi omnino non fit.Nam & ille quem ve-
lut melioribus descripsimus moribus, si assit ei fides recta,superat illum alterũ,si amplio illic erunt . Si autem fides ei desit,sic ab illo superatur,vt ipse,ibi non sit.Cum itaq; iusti omnes & antiquiores & Apostoli ex fide vixerint recta,quæ est in Christo Iesu dño nostro, moresq; tam sanctos cum fide habuerint, vt licet non tam perfectæ virtutis in hac vita esse potuerint,q̃ post hanc vitam quæ futura est , tñ quicquid peccati ex humana infirmitate surrepserit , pieta e ipsius fidei continuo deleretur.Vnde fieri po-
test,vt in comparatione iniquorũ,quos dãnaturus est deus , iustos eos fecisse dicendũ sit,cum per piam fidem tam in contrarium ab illis impijs sint remoti , vt clamet Apostolus. Quæ pars fideli cum infideli?Sed vi-
1.Co.6. delicet noui hæretici Pelagiani , religionis amatores & laudatores videtur sibi esse sanctorum , si non audeant dicere imperfectæ illos fuisse virtutis , cum hoc confiteat vas
Phil.3. electionis, qui considerans vbi adhuc esset, & quia corpus quod corrumpitur,aggrauat animam , Non quia iam acceperim,ait,aut
Sap.9. iam perfectus sim Fratres ego meipsum nõ arbitror apprehendisse. Et paulo post tamẽ qui se negauerat esse perfectum. Quotquot ergo perfecti,inquit,hoc sapiamus vt ostenderet,secundum istius vitæ modum esse q̃dam perfectionem,eiq; pfectioni hoc quoque deputari, si se quisq; nouerit nondũ esse perfectum. Quid.n.excellentius in veteri populo sacerdotibus sanctis ? Et tamẽ eis præcepit deus sacrificium primitus p suis offerri peccatis. Et qđ sanctius in nouo po- Matt. 6.
pulo Apostolis ? Et tamen præcepit eis dñs in oratione dicere,Dimitte nobis debita nostra . Omnium igitur piorum sub hoc onere corruptibilis carnis , & in istius vitæ infirmitate gementium spes vna est, q̃ aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum , & ipse est exoratio peccato- 1.Ioan.2
rum nostrorum . C
Istum aduocatum non habent illi , qui Christo
sunt à iustis,etiam si sola ista esset differen- quo i si-
tia,in contrarium longeq; discreti . Quem militudi
iustum aduocatum absit, vt dicamus , sicut ne pecca
isti calumniantur,carnis necessitate menti- ti.
tum , sed dicimus eum in similitudine car- Cap. 6.
nis peccati de peccato damnasse pctm. Qđ fortasse isti non intelligentes & calumniandi cupiditate cæcati , quàm diuersis modis peccati nomen in scripturis sanctis poni soleat ignorantes, peccatum Christi affirmare nos iactant.Dicimus itaq; Christum , & Rom.8.
nullum habuisse peccatum , nec in anima , nec in carne,& suscipiendo carnem in similitudine carnis peccati , de pctõ damnasse peccatum . Quod subobscure ab Apostolo dictum duobus modis soluitur , Siue quia rerum similitudines solent earum rerum nominibus nũcupari, quarum similes sunt, vt ipsam similitudinem carnis peccati voluisse intelligatur Apostolus appellare peccatum,Siue quia sacrificia pro peccatis peccata appellabantur in lege,quæ omnia figuræ fuerunt carnis Christi,quod est verum & vnicum sacrificium pro peccatis,non solum his quæ vniuersa in baptismate diluuntur, verumẽt his q̃ post ex huius vitæ infirmitate surrepunt pp quæ quotidie vniuersa in oratione ad deum clamat Ecclesia,Dimitte nobis debita nostra, & dimittũtur no D
bis per singulare sacrificium pro peccatis, Matt. 6.
Quod Apostolus secdm legẽ loquens , non dubitauit appellare peccatũ. Vnde est ẽt illud eius multo euidentius,nec aliquo biuio cuiusquam ambiguitatis incertum,Obsecramus pro Christo reconciliari deo, Eum 2.Co.5.
qui non nouerat peccatum , pro nobis pec-

catum

eatum fecit, vt nos simus iustitia dei in ipso. Nã quod supius cõmemoraui, de pctõ damnauit pctm, quia non dictũ est de pctõ suo, potest quispiam sic intelligere, vt dicat eũ de pctõ Iudæorum damnasse peccatum, quia de pctõ eorum, qui eũ crucifixerunt, factum est vt sanguine suum in remissionẽ funderet peccatorũ. Hoc verbo vbi dicitur deus ipsum Christũ, qui non nouerat peccatum fecisse peccatum, non mihi conueniẽtius vr intelligi, q̃ Chrm factũ sacrificiũ p peccatis, & ob hoc peccatum esse peccatum.

Quo p ficit iustitia in vita futura. Cap. 7.

Quis autẽ ferat eos obijcere nobis, qđ post resurrectionem tales processus futuros esse dicamus, vt ibi incipiant homines, quæ hic noluerint, dei mandata complere, qm̃ dicimus, ibi omnino nullum futurum E esse peccatum, nec cum aliqua peccati cupiditate conflictum, tanq̃ ipsi audeant hoc negare? Sapiẽtiam quoq; & cognitionem dei tunc perfici in nobis, & in domino tantam exultationem, vt ea sit plena & vera securitas, quis negabit, nisi tã auersus sit à vero, vt ob hoc ad eadem peruenire non possit? Verum hæc non erunt in præceptis, sed in eorum quæ hic obseruanda sunt præmio p ceptorum. Quorum quidem præceptorum contemptus illo non perducit ad præmium, sed hic studium præcepta seruandi gratia dei tribuit. Quæ si quid etiam in eis præce
Matt. 6. ptis minus seruatur, ignoscit, propter quod orando dicimus: &, Fiat volũtas tua: &, Dimitte nobis debita nostra. Hic ergo præceptum est, vt non peccemus: ibi præmiũ nõ posse peccare. Hic præceptum est, vt desideP
Psal. 93. rijs peccati non obediamus, ibi præmium, vt desideria peccati non habeamus. Hic præceptum est, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquãdo sapite: ibi præmium est, plena sapiẽtia & perfecta co
1. Co. 13 gnitio. Videmus.n. nunc per speculum in ænigmate, ait Apostolus, tunc autem facie ad faciem: nunc scio ex parte, tunc autem co
Psal. 80. gnoscam sicut & cognitus sum. Hic præce-
Psal. 32. ptum est. Exultate deo adiutori nostro: Et,
F Exultate iusti in domino: Ibi præmiũ est,
Matt. 5. exultare pfecto & ineffabili gaudio. Postremo in præcepto positum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: In præmio autẽ, Quoniam ipsi saturabuntur. Vnde quæso saturabuntur, nisi q̃ esuriũt & sitiũt? Quis igitur ita, non solum à diuino, sed à sensu quoq; abhorret humano, qui dicat in homine tantam esse posse iustitiam, cum ab illo esuritur & sititur, quanta erit, cum ex illa saturabitur? Quando esurimus autem sitimusq́; iustitiam, si fides Christi vigilat in nobis, quid nos nisi Christum esurire ac sitire credendum est? Qui factus est nobis sa 1. Co. 1.
pientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, vt quemadmodum scriptum est. Hier. 9.
Qui gloriatur, in domino glorietur, Et qa modo in eum non videntes credimus, ideo sitimus esurimusq́; iustitiam. Quandiu.n. 1. Co. 5.
sumus in corpore, pegrinamur à domino: per fidem.n. ambulamus, non per speciem, Quem cum inueniremus peruenientes vti que ad speciem, exultabimus gaudio inenarrabili, & tũc iustitia saturabimur, quia nũc ex desiderio dicimus, Saturabor cum mani Psal. 16.
festabitur gloria tua. Quam vero est, non dico impudens, sed insana superbia, nondũ G esse æquales angelis dei, & putare se iã possе habere iustitiã æqualem angelis dei, nec intueri tam magnum & spiritalem virum, qui vtiq; ipsam iustitiæ perfectionem esu- 2. Co. 5.
riebat atq; sitiebat, quando magnitudine reuelationum noluit extolli. Nec tamen vt non extolleretur arbitrio suo voluntatiq; commissus est, sed accepit stimulum carnis angelum satanæ, qui eum colaphizaret? Propter quod dominum ter rogauit, vt discederet ab eo. Et dixit ei dominus, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus, nisi ad quam pertinet non extolli? Et quis dubitat hoc ad iustitiã pertinere? Huius igitur iustitiæ perfectione sunt perditi angeli dei, qui semper vident faciem patris, ac per hoc totius trinitatis, qa per filium vidẽt in spiritu sancto. Nihil est autem ista reuelatione sublimius, nec tamẽ angelorum quisquam illa contemplatione lætantium necessarium habet angelum satanæ, quo colaphizetur, ne illum tanta magnitudo reuelationis extollat. Hanc perfectionem virtutis vtiq; nondum habebat Apostolus Paulus, nondum æqualis angelis dei, sed inerat illi extollendi se infirmitas, quæ per angelum etiam satanę fuerat cõprimenda, ne reuelationum magnitudine extolleret H
tur. Quanquam itaq; ipsum satanam elatio prima deiecerit, tamẽ summus ille medicus, qui bene vti nouit etiam malis, de angelo satanæ ãdhibuit contra elationis vitiũ salubre, q̃uis molestum medicamentum, si
cut ferl consueuit antidotũ, ẽt de serpentibus cõtra venena serpẽtiũ. Quid est ergo, Sufficit

Sufficit tibi gratia mea, nisi ne deficiẽdo succumbas sub colapho angeli satanæ? Et quid est, Virtus in infirmitate perficitur: nisi qa in isto loco infirmitatis hactenus perfectio potest esse virtutis, vt in ipsa infirmitate prę sente elatio reprimatur? Quæ vtique infirmitas futura in mortalitate sanabitur. Quo modo.n. dicenda sanitas plena, vbi etiam de angeli satanæ colapho adhuc est necessaria medicina? Ex quo factũ est, virtutem, quæ nunc est in homine iusto, perfectam hactenus nominari, vt ad eius perfectionem per tineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc.n. est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiã quid sibi desit intelligit. Ideoq; Apostolus & imperfectum & perfectum se dicit. Imperfectum. s. cogitando quantum il lud ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit ac sitit. Perfectum autem, q̃ & suam imperfectionem confiteri non erubescit, & vt perueniat bene procedit. Sicut possumus dicere perfectum esse viatorẽ, cuius bene promouetur accessio, quamuis nõ per fectatur intentio, nisi fuerit facta peruentio. Propterea cum dixisset, Secundum iustitiã quæ in lege est, qui fuerim sine q̃rela, mox addidit, Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi: Veruntamen & arbitror omnia damnũ esse propter eminentem scientiam Christi Iesu domini nostri, Propter quem non solum detrimenta credidi, verumetiam stercora æstimaui es se vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, q̃ ex deo est iustitia in fide. Ecce Apostolus secũdum iustitiam quæ ex lege est, sine que rela se fuisse non vtique mendaciter dicit, & tamen hæc quæ illi lucra fuerunt, abijcit propter Christum, & damna & detrimenta & stercora existimat, non solum hæc, sed & cætera omnia quæ supra commemorauit, p pter non qualemlibet sed eminentem, sicut ipse dicit, scientiam Christi Iesu domini nostri, quam procul dubio adhuc in fide habet, nondum in specie. Tunc.n. erit eminens Christi scientia, quando fuerit ita reuelatus, 1. Ioã. 3.
vt quod creditur, videatur: Vnde alio loco ita dicit, Mortui.n. estis, & vita vestra abscõdita est in Christo in deo. Cũ Christus apparuerit, vita vestra, tũc & vos apparebitis cum illo in gloria. Hinc & ipse dominus, Qui diligit me, inquit, diliget a patre meo, Ioã. 14.
& ego diligam eum, & manifestabo meipsum illi. Hinc Ioannes euangelista, Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus, Scimus autem quia cũ apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Tunc erit eminens Christi scientia, Nunc.n. est quidem abscondita in fide, sed nõdum eminens apparet in specie. Abijcit ergo illa beatus Paulus præterita iustitiæ suæ tanquam detrimenta & stercora, vt Christum lucrifaciat, & inueniatur in illo non habens suam iustitiam, quæ ex lege est, Neq;.n. lex illa dei nõ est. Quis hoc nisi Marcion & Manichæus & aliæ similes pestes dixerint? Cum ergo lex illa, vt dixi, dei sit, iustitiam suam dicit esse quæ ex lege est, Quam iustitiam suam noluit habere, sed proiecit vt stercora. Cur ita? nisi qa L
hoc est, quod etiam superius demonstrauimus, eos esse sub lege, qui ignorantes dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti? Putant.n. se arbi- Rom. 10
trij sui viribus implere legem iubentem, & ista implicati superbia ad gratiam non conuertuntur iuuantem. Sic eos litera occidit, aut aperte etiam sibi reos, non faciẽdo quod præcipit, aut putando se facere quod spirituali, quæ ex deo est, non faciunt charitate, ita remanent aut aperte iniqui, aut fallaciter iusti, in aperta iniquitate euidẽter elisi, in fallaci iustitia insipienter elati, ac per hoc miro quodam modo, sed tamen vero iustitiã legis nõ implet iustitia, quæ in lege est, vel ex lege, sed q̃ in spiritu gratiæ. Iustitia q̃ppe legis impletur in eis sicut scriptũ est, Qui Rom. 8.
non secundum carnẽ ambulant, sed secundum spiritum. Secundum iustitiam vero q̃ in lege est, se fuisse sine querela in carne nõ in spiritu dicit Apostolus, & iustitiam quæ ex lege est, suam dicit fuisse, non dei. Intelligendum est igitur iustitiam legis non impleri secundũ iustitiam quæ in lege est, vel ex lege, id est, secundum iustitiam hominis, sed secundum iustitiã, quæ est in spiritu gratiæ, Ergo secundum iustitiam dei, hoc est, q̃ homini ex deo ẽ. Quod planius & breuius M
ita dici potest, iustitiam legis dei non impleri cum lex iubet, & homo quasi suis viribus facit, sed cum spiritus adiuuat, & hominis non libera, sed dei gratia liberata voluntas facit. Legis itaque iustitia est iubere quod deo placet, vitare quod displicet, In lege autem iustitia est, seruire literæ, & extra eam nullum

nullum dei adiutorium ad recte viuendum requirere, Cum.n.dixisset, Non habens meam iustitiam,quæ ex lege est, sed eam q̃ est per fidẽ Christi:addidit,quæ est ex deo. Ipsa est ergo iustitia dei,quam superbi ignorantes,suam uolunt constituere.Non enim propterea iustitia dei dicitur, qm̃ deus iu-
Gala. 5. stus est,sed quia homini ex deo est. Secundum hanc autem iustitiam dei,hoc est quę ex deo nobis est, nunc fides operatur dilectionem,id est, operatur quomodo peruenit homo ad eum, in quem modo non videns credit,quem cum viderit, tunc quod erat in fide per speculum in ænigmate, iam erit in specie facie ad faciem, tunc perficie-
2.Co.13. tur & ipsa dilectio. Nimis quippe insipienter dicitur,tantum amari deum antequã videatur,quantum amabitur cum videbitur. Porrò si in hac vita pio nemine dubitante,
A quanto amplius diligimus deum, tanto sumus vtiq; iustiores, quis dubitet, piam veramq; iustitiam cum fuerit dilectio dei perfecta,tunc perfici? Tunc ergo lex ita vt nihil omnino desit implebitur,cuius legis, secundum Apostolum, plenitudo dilectio ẽ.
Rom.13 Ac per hoc cum dixisset,non habens meam iustitiam,quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi,quæ est ex deo iustitia in
Philip. 3 fide. Deinde subiunxit, Ad cognoscendum eum,& uirtutem resurrectionis eius,& cõmunicationẽ passionum eius. Hæc omnia nondum plena & perfecta in Apostolo erant, sed tanquam in via positus ad eorum plenitudinem perfectionemq; currebat.
1.Co.13 Nam quomodo iam perfecte cognouerat Christum qui dicit alio loco, Nũc scio ex parte,tunc autem cognoscam,sicut & cognitus sum? Et quomodo iam perfecte cognouerat virtutem eius resurrectionis, cui restabat eam plenius tempore resurrectionis carnis experiendo cognoscere? Et quomodo iam perfecte cognouerat communicationẽ passionum eius,nondum pro illo passionẽ mortis expertus? Denique addit & dicit,Si
Philip. 3 quomodo occurram in resurrectionẽ mortuorum. Ac deinde ait,Non quia iam acce-
B perim,aut iam perfectus sim. Quid ergo se confitetur nondum accepisse, & in quo nõdum esse perfectum,nisi ex ea iustitia, quæ ex deo est,quam concupiscens noluit suam habere quæ ex lege est? Hinc enim loquebatur,& hæc fuit causa vt hæc diceret, resistẽs inimicis gratiæ Christi, pro qua largienda crucifixus est Christus. Ex quorum genere etiam isti sunt, Nam ex quo loco susce-
pit hæc dicere,sic exorsus est, Videte canes, videte malos operarios,videte concisionẽ.
Philip. 3 Nos enim sumus circũcisio, qui spiritu deo seruimus, vel sicut nonnulli codices habẽt, qui spiritui deo, vel spiritui dei seruimus, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fidentes. Hinc manifestum est aduersus Iudæos eum agere,qui carnaliter obseruãtes legem, & suam iustitiam volentes constituere, occidebantur litera,non viuificabantur spiritu, & in se gloriabantur, cum Apostoli & omnes promissionis filij gloriarentur in Christo. Deinde subiecit, Quam ego habeam fiduciam in carne, Si quis alius in carne putat se fiduciam habere, magis ego. Et enumerans omnia quæ secundũ carnem habent gloriam ad illud terminauit,vbi ait, Secundum iustitiã quæ in lege
C est,qui fuerim sine querela. Et cum hæc sibi omnino damna & detrimenta & stercora fuisse dixisset, ut Christum lucrifaceret, adiecit. Et inueniar in illo non habens iustitiam meam,quæ ex lege est,sed eam quæ est per fidem Christi,quæ est ex deo. Hinc ergo iustitiæ perfectionẽ, quæ non erit nisi in illa eminenti scientia Christi, ꝓpter quam sibi dixit omnia damnũ esse, nondũ accepisse se confessus est,& propterea nondum esse perfectum. Sequor aut, inquit,si 1.Cor.13
apprehendam, in quo & apprehensus sum à Christo Iesu. Tale est apprehendã in quo & apprehensus sum:quale est, Cognoscam 2.Cor.5
sicut & cognitus sum. Fratres, inquit,ego meipsum non arbitror apprehendisse. Vnũ autem,quæ retro sunt oblitus,in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Philip.3
Christo Iesu. Ordo verborum est, Vnum autem sequor: De quo vno bene intelligitur & dñs admonuisse Martham, vbi ait Mar- Luc.10.
tha Martha solicita es,& turbaris circa plurima. Porrò vnum est necessariũ. Hoc itte volens apprehendere, tanquam in via constitutus, sequi se dixit ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Quis autẽ cunctetur cũ hoc quod sequi se asseuerat apprehenderit,tunc habiturum eum iustitiam
D æqualẽ iustitiæ sanctorum angelorũ,quorũ neminem vtiq; ne magnitudine reuelationum extollat, satanæ angelus colaphizet? Deinde admonens eos, qui possent illius iustitiæ plenitudine iam se putare perfectos, Philip.3
Quotquot ergo,inq;t,perfecti hoc sapiamus, tanquam

tanquam diceret,Si secundũ hominis mortalis capacitatem ꝓ huius vitæ modulo perfecti sumus, ad ipsam perfectionem hoc quoque ptinere intelligamus, vt angelica illa q̃ in Chri manifestatione nobis erit iustitia, nõdũ nos perfectos esse sapiamus. Et quid aliter sapitis, inquit, hoc quoq; vobis deus reuelabit. Q̃uo,nisi ambulantibus & perficientibus in via rectę fidei,donec ista peregrinatio finiat & ad speciem veniatur? Vnde consequenter adiunxit, Verũtũ,inquit, in id quod peruenimus,in eo ambulemus. Deinde concludit vt caueantur illi, de quibus hic locus sermonis eius sumpsit exordium, Imitatores mei,inquit,estote fratres, & to tendite eos qui sic ambulãt,sicut & habetis formam nostram. Multi enim ambulant, de quibus sæpe dicebam vobis, nunc etiã flẽs dices inimicos crucis Christi,quorũ finis est interitus & cętera, Illi ipsi sũt, de quibus incipiens dixerat, Videte canes, videte malos operarios: & sequentia. Omnes itaq; sunt inimici crucis Chri, qui volẽ ter constituere suã iustitiam, q̃ ex lege est, idem litera tantum iubente, non spiritu impetrante,iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Si enim ꝓ legẽ hæredes sunt, exinanita est fides, Si per legem iustitia, ergo Chr̃s gratis mortuus est,ergo euacuatum est scãdalum crucis. Ac per hoc illi inimici sunt crucis eius, qui per legẽ dicunt esse iustitiam, ad quam iube pertinet,non iuuare, Gratia vero dei per Iesum Chr̃m dominũ nostrum in spiritusancto, adiuuat infirmitatem nostram. Quamobrem qui secm iustitiã, quæ in lege est sine fide gratiæ Christi viuit, sicut se Apostolus sine querela vixisse commemorat, nullam veram putandus est habere iustitiã, non quia lex vera & sancta non est, sed quia obedire velle literæ iubenti, sine ui uificante spiritu dei, veluti ex viribus liberi arbitrij, iustitia vera non est. Iustitia vero, secundum quam iustus ex fide uiuit, quoniam per spiritũ gratiæ homini ex deo est, vera iustitia est. Quæ licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen est ad illã magnam, quam capit æqualitas angelorũ. Quã qui nondum habebat,& ꝓpterea illam, q̃ iam inerat perfectum: & propter istã,quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat, Sed planẽ minor ista iustitia facit meritum, maior illa sit præmium. Vnde qui istam nõ sequit,illã non assequitur. Quocirca post resurrectionem hominis, futuram negare iustitiæ plenitudinem,& putare tanta futuram esse iustitiã in corpore vitæ illius, quãta esse potest in corpore mortis huius, dementiæ singularis est. Non aũt illic incipere homines,q̃ hic noluerint deo mãdata cõplere,verissimum est, Erit.n.perfectissimæ plenitudo iustitiæ, nõ tñ hominũ mandata sectantium,& ad eã plenitudinẽ proficiendo nitentiũ,sed in ictu oculi,sicut ipsa futura est resurrectio mortuorum,qm̃ illa perfectæ magnitudo iustitiæ,eis qui hic mãdata fecerunt,præmiũ dabitur, non & ipsa facienda mandabit. Sed ita dixerim,mandata fecerunt,vt ipsa mandata meminerimus ꝓtinere ad orationem, in qua quotidie veraciter dicũt sancti filij promissionis, Fiat voluntas tua: Et, Dimitte nobis debita nostra. Matt.6. Cap.8.

Cum igitur Pelagiani, his atque huiusmodi veritatis testimonijs & vocibus vrgeantur,ne negent originale peccatum, ne gratiã dei qua iustificamur,non gratis, sed secundum merita nr̃a dari dicant, ne in homine mortali quãtolibet sancto,& bñ agente tantã dicãt esse iustitiam, vt ei nõ sit necessaria ẽt post regenerationis lauacrum, donec istã vitam finiat remissio peccatorũ. Ergo cũ vrgentur ne ista tria dicant,& per hæc homines,qui eis credunt à gratia saluatoris alienent, & elatos in superbiam,in iudicium diaboli præcipites iræ persuadeant, immittunt aliarum nebulas quæstionũ, in quibus eorum apud homines simpliciores, siue tardiores,siue sanctis literis minus eruditos impietas delitescat. Hæ sunt nebulæ de laude creaturæ, laude nuptiarum, laude legis,laude liberi arbitrij,laude sanctorum, quasi quisquam nostrum ista vituperet, ac non potius omnia in honorem creatoris & saluatoris debitis laudibus prædicet. Sed neque creatura ita vult laudari, vt nolit sanari, Et nuptiæ quanto magis laudandæ sunt, tanto minus eis imputanda est pudenda carnis concupiscentia,quæ non est à patre, sed ex mundo est: Quam profecto inuenerunt 1. Ioan. 2
in hominibus nuptiæ,nõ fecerũt: quia & illa in plurimis sine ipsis est, & ipsæ si nemo peccasset,sine illa esse potuerũt. Et lex sancta & iusta & bona,nec ipsa est gr̃a,& nihil Gala. 3.
ex ea recte fit sine gratia,qa non est data q̃ possit viuificare, sed ꝓuaricationis causa posita est,vt cõuictos cõcludere sub peccato, & promissio ex fide Iesu Chri daret credẽtibus.

tibus. Et liberum arbitrium captiuatũ non nisi ad peccatum valet, ad iustitiã vero nisi diuinitus liberatũ adiutumq; non valet. Ac per hoc & sancti oẽs, siue ab illo antiquo Abel, vsq; ad Ioannẽ Baptistã, siue ab ipsis
Psal.33. Apostolis vsq; ad hoc tempus, & deinceps
1.Co.15 vsq; ad terminũ seculi, in dño laudãdi sunt,
1.Co.1. non in seipsis, quia & illorũ anteriorũ vox est, In dño laudabitur anima mea: Et istorum vox est: Gratia dei sum qđ sum: Et ad oẽs pertinet, Vt qui gloriatur, in dño gloretur. Et confessio communis est omnium, Si
1. Ioan.1 dixerimus, quia peccatum non habemus nosipsos seducimus & veritas in nobis non est. Sed qm̃ in his quinq; rebus quas proposui, in quibus quærunt latebras, & de qbus connectunt calumnias diuinis documentis, prodantur atq; vincuntur, excogitauerunt Manichæorum detestabili nomine imperitos, quos potuerint deterrere ne aduersus eorum peruersissima dogmata aures accommodent veritati, quia. s. Manichæi quinque

Cap. 9. Istorum tria priora blasphemando condemnant, dicentes, neq; humanã creaturã, neq; nuptias, neq; legem à summo & vero deo esse institutam. Non autem accipiunt quòd veritas dicit, à libero arbitrio exordiũ sumpsisse peccatum, & ex illo esse omne vel angeli vel hominis malum, quia mali naturã semper malam & deo coæternam nimis à deo exorbitantes credere maluerunt. Sanctos quoq; Patriarchas & Prophetas, quãtis possunt execrationibus infectantur. Ecce vnde se putant hæretici noui Manichæorũ nomine obiecto vim subterfugere veritatis, sed non subterfugiũt, Insequitur quippe illa & simul Manichæos Pelagianosq; subuertit. Homo.n dum nascitur, quia bonũ aliquid est, inquantum homo est, Manichæũ redarguit, laudatq; creatorem: inquantum vero trahit originale peccatum, Pelagium redarguit, & habet necessarium saluatorem. Nã & quod sananda dicitur ista natura, vtrunque repercutit, quia nec medicina opus haberet si sana esset, quod est contra Pelagiũ: nec sanari posset omnino, si æternum atque immutabile malum esset, quod est contra
K Manichæum. Item quòd nuptijs, quas laudamus à domino constitutas, concupiscentiam carnis imputandam esse non dicimus, & contra Pelagianos est, qui eam in laudibus ponunt: & contra Manichęos, qui eam malæ naturæ tribuunt, eum sit nostræ naturæ accidens malum, nõ dei distinctione separandum, sed dei miseratione sanandum. Item q̃ dicimus legem sanctam, iustam & bonam, non iustificandis impijs, sed conuincendis superbis, præuaricationis gratia positam, & contra Manichæos est, quia secundũ Apostolum laudatur: & contra Pelagianos, quia secundum Apostolum, nemo ex lege iustificatur. Et ideo iustificandis eis, quos litera occidit. i. quos lex bona præcipiens præuaricatione reos facit, spiritus gratiæ gratis opitulatur. Item q̃ arbitrium sui in malum liberum dicimus, ad agendum bonum gratia dei esse liberandum, contra Pelagianos est. q̃ autem dicimus ab illo exortum, quod antea non erat malum, contra Manichæos est. Item q̃ sanctos Patriarchas & Prophetas debitis in deo laudibus honoramus, aduersum est Manichæis: q̃ vero & ipsis quãuis iustis & deo placentibus propiciatione domini fuisse dicimus necessariam, aduersum est Pelagianis. Vtrosq; igitur catholica fides sicut & cæteros hæreticos aduersarios inuenit, vtrosque diuinorum testimoniorũ authoritate & luce veritatis conuincit.

Cap. 10 Addunt sane ad latebrarum suarũ nebulas Pelagiani, de origine animę non necessariam quæstionem, ad hoc, vt res manifestas aliarum rerum obscuritate turbando, moliantur latendi locum. Aiunt.n.nos animarũ traducem, cum peccati traduce contueri. Quod vbi & quando in eorum, qui defendunt aduersus istos catholicam fidem, vel sermonibus audierint, vel literis legerint, nescio. Quia & si inuenio à catholicis de hac re aliquid scriptum, nondum contra istos fuerat veritatis susceptа defensio, neq; id agebatur vt eis responderetur. Sed hoc deo tam manifestum esse secundum scripturas sanctas originale peccatum, atq; hoc dimitti lauacro regenerationis in paruulis, tanta fidei catholicæ antiquitate atq; auctoritate firmatum, tam clare Ecclesiæ celebritate notissimum, vt quicquid de animæ origine cuiuslibet inquisitione vel affirmatione differitur, si cõtra hoc sit, verum esse nõ possit. Quapropter quisquis vel de animã, vel de quacunque re obscura id astruit, vt
M de hoc quod verissimum, fundatissimum, notissimum est destruat, siue sit ille filius, siue inimicus Ecclesiæ, aut corrigendus est, aut cauendus. Sed hic sit huius voluminis finis, vt aliud habeant quæ sequuntur exordium.

Libri Tertij finis. DIVI

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Liber Quartus.

POst hæc quæ tractauimus quibusq; respondimus, eadem repetunt quorum redarguimus Epistolam, sed diuerso modo, Nam prius ea proposuerãt nobis obiicientes, quæ velut perperam sentiamus, posthęc verò quid ipsi sentiant exponentes, eadem à contrario reddiderunt, addẽtes duo quædam quæ non dixerant. i. baptismum se dicere omnibus ætatibus necessarium: & A per Adam mortem ad nos transisse, non crimina. Quæ suo loco & ipsa tractanda sunt. Proinde quia superiore libro, quem modo explicauimus, quinq; rerum eos obtendere obstacula diximus, in quibus eorum dogmata inimica gratiæ dei & catholicæ fidei delitescant, laude scilicet creaturæ, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, commodius esse arbitror omnia quæ defendunt, quorum contraria nobis obijciunt, gñatim distinguere, & quæ illorum ad quid istorum quinq; pertineant demonstrare, vt dilucidior & probabilior ipsa distinctione posit esse nostra respõsio.

Laudem creaturæ, quod ad genus humanum attinet, vnde nunc quæstio est, his sententijs exequuntur, q̃ nascentium cõditor deus sit, filijque hominum opus sint dei, & peccatum omne non de natura, sed de voluntate descendat. Huic laudi creaturæ applicant, quod omnibus ætatibus dicunt esse baptismum necessarium, vt scilicet illa creatura in dei filios adoptetur, non quòd aliquid ex parentibus trahat, quod sit lauacro regenerationis expiandum. Huic laudi adiungunt, & quòd Christi dominum nulla dicunt macula peccati fuisse respersum, quantum attinet ad eius infantiam, quia eius carnem ab omni peccati contagione purissiB mam, non excellentia propria & gratia singulari, sed communione naturæ, quæ omnibus inest infantibus asseuerant. Eo pertinet etiam quòd de animæ origine inserunt q̃stionem, sic animæ Christi coæquare mobientes omnes animas paruulorum, quas volunt esse similiter nulla peccati macula aspersas. Propter hoc etiam dicunt ex Adã nihil mali transisse per cæteros, nisi mortẽ, quæ non semper est malum, inquiunt, cum & martyribus sit causa præmiorum, & vel bonam vel malam mortem dicit faciat non resolutio corporum, quæ excitabuntur in omni genere hominum, sed meritorum diuersitas, quæ de humana libertate contingit. Hæc scribunt in hac epistola de laude creaturæ. Nuptias vero scđm scripturas laudant, quia dñs in euangelio loquit, Qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Crescite & multiplicamini & Mat.19. replete terram. Quanuis hoc non in eo lo Gene.1. co euangelij, sed tũ in lege sit scriptum. Addunt etiam, Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Quæ verba euangelica Mat.19. agnoscimus. In laude legis dicunt veterem legem scđm Apostolum iustam & sanctã, & bonam custodientibus mandata, ac per fidem iuste viuentibus, sicut Prophetis & Patriarchis omnibusq; sanctis vitam potuisse conferre perpetuam. In laude liberi C arbitrij dicunt liberum arbitrium non perijsse, cum loquatur dñs per Prophetam, Si Esaiæ.1. volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ edetis: si nolueritis & non audieritis, gladius vos comedet. Ac per hoc & gratiã vniuscuiusq; bonum ppositum adiuuare, non tũ reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio nõ est apud deum. Laude sanctorum sese contegunt, Rom.18 dicentes baptismа perfecte homines innouare. Siquidem Apostolus testis sit, qui per lauacrum aquæ Ecclesiam de gentibus sanctã fieri immaculatamq; testatur, Sanctum Ephe.5. quoq; spũm mentes bonas in antiquis adiuuisse tpibus, dicente Propheta ad deum, Psal.142 Spũs tuus bonus deducet me in viam rectam. Oẽs quoq; Prophetas & Apostolos vel sanctos, tam noui q̃ veteris testamenti, quibus dñs testimonium perhibet, non in comparatione sceleratorum, sed regula vitutum iustos fuisse, in futuro autẽ tpe mercedem esse tam bonorum q̃ malorũ. Cæterum neminem posse quæ hic contempserit illic mandata perficere, quia dixerit Apostolus, Oportet nos manifestari ante tribunal 1. Cor.5 Christi, vt reportet vnusquisq; propria cor D poris scđm qđ gesit, siue bonum, siue malum. In his omnibus quicquid dicũt de laude creaturæ atq; nuptiarum, ad hoc referre conanẽ, vt non sit originale pctm̃. Quicqd de laude legis & liberi arbitrij, ad hoc, vt gratia non adiuuet nisi meritũ, ac sic gratia

iam non sit gratia. Quicquid de laude sanctorũ, ad hoc, vt vita mortalis in sanctis videatur non habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari deum.

Liberũ arbitriũ. Cap. 3.

Ista nepharia & damnabilia dogmata in hac tripertita diuisione, quisquis mente catholica exhorret, illius quinq; partitæ latebras insidiasq; deuitet, atq; ita inter vtrunque sit cautus, vt sic declinet Manichæũ, ne se inclinet in Pelagiũ, rursusq; ita se seiungat à Pelagianis, ne coniungat Manichæis, aut si in alterutris iam tenetur, nec sic se à quibuslibet alteri seruet, vt in alteros irruat. Videntur quippe inter se cõtrarij, qm̃ quinque illa Manichæi vituperando se manifestant, Pelagiani laudando se occultãt: Qua propter vtrosq; damnat atq; deuitat, quisq; scdm regulam catholicæ fidei sic in hominibus nascentibus de bona creatura carnis & animæ glorificat creatorẽ, quod non vult
E Manichæus, vt tñ pp vitium, quod in eos per pctm̃ primi hominis pertransijt, fateatur & paruulis necessariũ saluatorem, quod non vult Pelagius. Sic discernit malum pudendæ concupiscentiæ à bonitate nuptiarũ, vt neq; Manichæis similis vnde nascimur, culpet: neq; Pelagianis similis vnde confundimur, laudet. Sic legem per Moysen sanctam & iustam, & bonam a deo sancto & iusto & bono datam esse defendit, quod cõtra Apostolum negat Manichæus, vt eam dicat & peccatum ostendere, non tñ tollere, & iustitiam iubere non tñ dare, quod rursus contra Apostolum negat Pelagius. Sic asserit liberum arbitrium, vt non ex natura nescio qua semper mala, quæ nulla est, sed ex ipso arbitrio cœpisse dicat & angeli & hominis malum, quod euertit hæresim Manichæam, nec ideo tñ posse captiuam uoluntatem, nisi dei gratia respirare in salubrem libertatem, quod euertit hæresim Pelagianam. Sic laudat in deo sanctos homines dei non solum ex manifestato in carne Christo & deinceps, verum etiam superiorum temporum, quos audent blasphemare Manichæi, vt tñ de ipsis plus credat ipsis cõ
F fitentibus, q̃ Pelagianis mentientibus. San
1. Ioã. 1. Cap. 4. ctorum enim vox est, Si dixerimus, qa peccatum non habemus nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

His ita se habentibus, quid prodest nouellis hæreticis, inimicis crucis Chri & diuinæ oppugnatoribus gratiæ, qp a Manichæorũ errore sani videntur, & alia sua pestilentia moriunt? Quid eis prodest, qp in laude creaturæ dicunt deum bonũ, nascentium conditorẽ, per quem facta sunt omnia, eiusq; opus esse filios hominum, quos Manichæi dicunt opus esse principis tenebrarum, cũ inter vtrosq;, vel apud vtrosq; dei creatura, quæ est in infantibus pereat? Vtrisq; enim nolunt eam Christi carne & sanguine liberari, illi quia ipsam carnem & sanguinẽ Christi tanquam hæc omnino in homine vel ex homine non susceperit, destruunt, isti autẽ, quia nullum malum inesse infantibus asserunt, vnde per sacramẽtum carnis huius & sanguinis liberentur. Iacet inter illos in paruulis humana creatura institutione bona, propagatione uitiata, bonis suis confitens optimum conditorem, malis suis quærens misericordissimum redemptorem, Manichæos habens bonorum suorum vituperatores, Pelagianos habens malorum suorum negatores, vtrosq; persecutores. Et quanuis per infantiam loqui non valeat, specie tñ recita & infirmitate abdita, impiam vanitatẽ vtrorumq; compellat, & illis dicens, ab eo qui bona creat credite me creari, & istis dicens, ab eo qui me creauit, sinite me sanari. Manichæus dicit, nihil est huius infantis, nisi anima bona liberanda, cætera non ad deum bonum, sed ad principem tenebrarum pertinent respuenda. Pelagianus dicit, immo huius infantis nihil est liberandum, quia totum ostendimus saluũ. Ambo mentiuntur. Sed mitior est iam carnis solius accusator, q̃ qui in vniuersum conuincitur sæuire laudator. Sed neq; Manichæus humanæ animæ subuenit blasphemãdo auctorem totius hominis deũ, nec Pelagianus humanæ infantiæ diuinam gr̃am subuenire permittit, negando originale pctm̃. Deus ergo miseretur per catholicam fidẽ, quæ vtrã que redarguẽdo perniciem infantibus subuenit ad salutem, Manichæis dicens, Audite Apostolum clamantẽ. Nescitis quia cor templum vestrum templum est in nobis spiritus sancti? & deum bonũ creatorẽ credite corporũ, quia non põt esse templum spũs sancti opus principis tenebrarum. Pelagianis dicens, In iniquitatibus conceptus est, & in peccatis eum mater eius in vtero aluit, quẽ conspicitis paruulum. Qui eum tanquam ab omni noxa liberum defendendo non permittitis per indulgentiam liberari? Nemo mundus à sorde, nec infans cuius

dei vnius vita sit super terrma. Sinite misereum remissionem accipere peccatorum per eum, qui solus nec paruus nec magnus potuit hre pctm̃. Quid eis igitur pdest, qp dicũt omne pctm̃ non de natura, sed de volũtate descendere, & Manichæis malam naturam dicentibus causam esse peccati, huius sententiæ veritate resistere, qm̃ nolentes admittere originale peccatũ, cum & ipsum sine dubio de primi hominis voluntate descendat, faciũt reos paruulos de corpore exire? Quid eis prodest baptismum omnibus ætatibus necessarium confiteri qđ Manichæi dicunt in omni ætate superfluum, cum isti dicant esse in paruulis falsum, quantum ad remissionem attinet peccatorum? Quid eis pdest, qp carnem Christi, quam Manichæi nullã vel si mulatam fuisse contendunt, aduersus eos isti non solum veram, sed & ipsã animã nulla peccati macula respersam fuisse defendunt, cum eius sic infantiæ cæteri ab eis coæquentur infantes, non impari puritate, vt & illa non videatur seruare istorum comparatione propriam sanctitatem, & isti ex illa nullam consequantur salutem. In eo sane quod dicunt per Adam mortem ad nos transisse, non crimina, non habent aduersarios Manichæos, qa nec ipsi astruũt originale peccatũ ex homine primo priusquam puro & recto corpore ac spiritu, & postea per arbitrium liberum deprauato, deinceps in omnes transisse cum morte & transire peccatum, sed carnem dicunt ab initio malam de malo corpore & à spiritu, & cum malo spiritu creatam, animam vero bonam partem scilicet dei pro meritis inquinationis suæ per cibos & potum, in quibus antea colligata est, venire in hominem, atq; ita per concubitum etiam carnis uinculo colligari. Ac per hoc Manichæi consentiunt Pelagianis, non crimen primi hominis transisse in genus humanum, neque per carnem, quam nunquam fuisse dicunt bonam, neque per animam, quam perhibent cum meritis inquinamentorum suorũ, quibus polluta est ante carnem, uenire in hominis carnem. Sed Pelagiani qũo dicũt solam mortem ad nos transisse per Adam? Si. K n. propterea morimur, qa ille mortuus est: ille aũt mortuus est, quia peccauit, pœnam dicunt transire sine culpa, & innocentes paruulos in iusto iudicio puniri trahendo mortem sine meritis mortis. Quod de vno solo mediatore dei & hominum homine Chro Iesu catholica fides nouit, q̃ pro nobis mortem, hoc est, peccati pœnam sine pctõ subire dignatus est. Sicut. n. solus ideo factus est hominis filius, vt nos per illum dei filii fieremus, ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnã, vt nos per illum sine bonis meritis cõsequeremur gratiã, Quia sicut nobis nõ debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Commẽdans ergo dilectionẽ suam in eos, quibus erat daturus indebitã vitã, pati pro eis voluit indebitã mortem. Hanc singularem mediatoris prærogatiuam Pelagiani euacuare conant̃, vt hoc iam non sit in dño singulare, si Adã ita propter culpam mortẽ passus est debitã, vt paruuli ex illo nullam trahentes culpã, mortẽ patiãtur indebitam. Quamuis. n. bonis conferatur per mortem plurimum boni, vnde nonnulli congruenter etiam de bono mortis disputauerunt, tũ & hinc quæ pdicãda est nisi misericordia dei, qp in bonos vsus conuertitur pœna peccati? Sed hoc iõ dicunt isti, dum volunt ex verbis Apostoli L in suum sensum homines detorquere, Vbi enim ait Apostolus, Per vnum hominem pctm̃ intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt: ibi volunt intelligi non pctm̃ pertransisse, sed mortem. Quid est ergo quod sequitur, Rom. 5. in quo omnes peccauerunt? Aut. n. in illo uno homine peccasse dicit omnes Apostolus, de quo dixerat, per vnum hominũ peccatũ intrauit in mundum: aut in illo peccato aut certe in morte. Non. n. mouere dẽt, quia non dixit, in qua, sed in quo oẽs peccauerũt: Mors quippe in Græca lingua generis masculini est. Quodlibet ergo eligant, aut. n in illo homine peccauerunt omnes, ἐφ᾽ ᾧ & ideo dictum est, quoniam quãdo ille peccauit, in illo erant omnes, aut in illo peccato peccauerunt omnes, quia generaliter omnium factum est, quod nascentes tracturi erant omnes, aut restat ut dicant, qp in illa morte peccauerint omnes. Sed hoc quemadmodum possit intelligi, non plane video. In peccato. n. moriuntur omnes, non in morte M peccant. Nam peccato præcedente, mors sequitur, non morte præcedente, peccatum. Aculeus quippe mortis est peccatũ, idest aculeus cuius punctione fit mors non aculeus quo pungit mors. Sicut venenum si bibitur appellatur poculum mortis, quòd eo poculo facta sit mors, non quòd morte sit poculum factum, aut à

morte sit datum, Quod si propterea nõ po
Roma. 5 test illis verbis Apostoli peccatũ intelligi,
ἁμαρτια in quo oẽs peccauerunt, quia in Græco vn
de translata est epistola, pctũm fœminino
genere positũ est, restat vt in illo primo ho
mine peccasse oẽs intelligãtur, quia in illo
fuerunt oẽs qũ ille peccauit, vnde pctũm
nascendo trahitur, quod nisi renascendo nõ
soluitur. Nã & sic sanctus Hilarius intelle
xit quod scriptũ est, in quo oẽs peccauerũt:
ait.n. In quo, id est, in Adã, oẽs peccauerũt.
Hilar. Deinde addidit, Manifestũ in Adã omnes
peccasse quasi in massa. Ipse.n. per peccatũ
corruptus, oẽs quos genuit nati sunt sub
peccato. Hæc scribens Hilarius sine ambi
guitate cõmonuit, qũo intelligẽdũ esset, in
quo oẽs peccauerunt. Propter quid autem
idẽ Apostolus dicit nos per Christũ recon
ciliari deo, nisi ꝓpter quod facti sumus inmi-
A micis? Et hoc quid est, nisi peccatũ? Vnde &
propheta dicit, Peccata vra separant inter
vos & deũ. Propter hanc ergo separationẽ
mediator est missus, vt tolleret peccatũ mũ
di, per quod separabamur inimici, & recon
ciliati ex inimicis efficeremur filij. Hinc
vtiq; Apostolus loquebatur, hinc factũ est
vt interponeret quod ait, per vnum hoiem
Rom. 5. intrasse peccatũ. Hæc.n. sunt superiora ver
ba eius, Cõmendat aũt, inquit, suã charita-
tẽ deus in nobis, qm cũ adhuc peccatores es
semus, Christus ꝓ nobis mortuus est, mul
to magis iustificati nũc in sanguine ipsius
salui erimus ab ira per ipsum. Si.n. cũ inimi
ci essemus, reconciliati sumus deo per mor
tẽ filij eius, multo magis reconciliati, salui
erimus in vita ipsius. Non solũ aũt, sed &
gloriantes in deo per Iesum Christũ dñm
nm, per quẽ & nunc reconciliationẽ acce
pimus. Deinde subiungit, Propter hoc sicut
per vnũ hoiem peccatũ in hunc mundum
B intrauit, & per peccatum mors, & ita in oẽs
pertransijt, in quo oẽs peccauerunt, Quid
tergiuersantur Pelagiani? Si oibus necessa
ria est reconciliatio per Christũ, per oẽs
transijt peccatum, quo inimici fuimus vt
opus reconciliari haberemus. Hæc reconci
liatio est in lauacro regenerationis & Chri
sti carne & sanguine, sine quo nec paruuli
possunt habere vitã in semetipsis. Sicut.n.
fuit vnus ad mortem propter peccatum, sic
1. Cor. 15 est vnus ad vitam propter iustitiam, Qua
Rom. 5. sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in
Christo omnes viuificabuntur, Et sicut per
vnius delictum in omnes homines ad con-
demnationem, ita & per vnius iustificatio-
nem in omnes homines ad iustificationem
vitæ. Quis aduersus hæc Apostolica ver-
ba tanta duritia nephandæ impietatis ob-
surdut, vt his auditis mortem sine peccato
in nos per Adam transisse contendat, nisi
oppugnatores gr̃iæ dei inimici crucis Chri
sti? Quorum finis est interitus, si in hac ob Philip. 3
stinatione durauerint. Verum hæc dixisse
sufficiat propter eorum illã versutiam ser-
pentinã, qua volunt mentes corrũpere sim
plices, & auertere a catholicæ fidei castita-
te veluti laude creaturæ. Porrò aũt de lau Lex bo
de nuptiarum quid eis prodest, quod aduer na, qui
sus Manichæos, qui nuptias non deo vero mitur
& bono assignant, sed principi tenebrarũ, ad gra
isti verbis veræ pietatis obsistunt dicentes, tam
quia dominus in Euangelio loquitur, Qui Cap. 5.
fecit ab initio masculum & fœminam fecit Matt. 19
eos, Et dixit, Crescite & multiplicamini, & Gene. 1.
replete terram, Quod ergo deus coniũxit, C
homo non separet, Quid eis hoc prodest ꝓ
verum seducere ad falsum? Hoc.n. dicunt,
ut ab omni noxa liberi nasci credantur in-
fantes, ac sic non eis opus sit reconciliari ꝓ
Christum non habentibus vllum origina-
le peccatum, propter quod reconciliatio ne
cessaria est omnibus per vnũ, qui sine pec-
cato venit in mundum. Sicut.n. inimicitiæ
factæ sunt per vnum, per quem peccatũ in-
trauit in mundum, quod catholicæ credit,
pro saluanda natura hominum salua laude
nuptiarum, quia nuptiarum laus est iusta co
pulatio sexuũ, non iniqua defensio vitiorũ.
Ac per hoc cum isti laudãdo nuptias a Ma
nichæis homines ad seipsos volunt traduce
re, mutare illis morbum cupiũt, nõ sanare.
Rursus in laude legis quid eis prodest, qd
contra Manichæos verum dicunt, quando
ex hoc ad illud volũt ducere, quod falsum Rom. 7.
contra catholicos sentiunt? Dicunt.n. Le-
gem etiam veterem secundum apostolũ iu- D
stam & sanctam & bonã fatemur, quæ cu-
stodientibns mandata sua, ac per fidem iu-
ste viuentibus, sicut Prophetis & Patriar-
chis omnibusq; sanctis vitam potuit cõfer-
re perpetuam. Quibus verbis callidissime
positis legem contra gratiam laudant. Ne-
que enim lex illa quanuis & iusta & sancta
& bona omnibus illis hominibus dei, sed fi-
des quæ in Christo est, vitam potuit con-
ferre perpetuam. Hæc enim fides per dile- Gala. 5.
ctionem operatur, non secundum literam
quæ occidit, sed secundum spiritum qui vi-
uificat,

uificat, ad quam dei gratiam lex de præua-
ricatione terrendo tanquam pædagogus p-
ducit, vt sic conferatur homini, quod cõferre
ipsa non potuit. Istis nanque verbis eo-
rum, quibus dicunt legem Prophetis & Pa
triarchis omnibusq; sanctis mandata eius
seruantibus, vitam potuisse conferre perpe
tuam, respondet Apostolus, Si per legẽ iusti
Gal. 2. tia, Christus gratis mortuus est. Si ex lege
Gal. 4. hæreditas, iam non ex promissione. Si hi q
Gal. 3. per legẽ hæredes sunt, exinanita est fides,
euacuata est promissio. Quia autem in le-
ge nemo iustificatur apud deum, manifestũ
est, quia iustus ex fide viuit. Lex aũt non
Gal. 3. est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis.
Quod ex lege testimonium commemora-
tum ab Apostolo propter vitam tpalẽ in-
telligitur, propter cuius amittendæ timorẽ
faciebant homines legis opera non ex fide,
quæ transgressores legis eadem lege a popu
lo iubebat occidi. Aut si altius intelligendũ
est, propter vitam æternam scriptũ cẽ, qui
fecerit ea, viuet in illis: ideo sic expressum
est legis imperium, vt infirmitas hominis
in seipsa deficiens ad facienda, qui lex impe
rat, de gratia dei potius ex fide quæreret ad
iutorium, cuius misericordia etiã fides ip-
sa donatur. Ita quippe habetur fides sicut
vnicuique deus partitus est mensurã fidei.
Si.n. non a seipsis habent, sed accipiunt ho-
mines spiritum virtutis & charitatis & con
tinentiæ. Vnde dicit idem ipse doctor gen
tium, Non.n. accepimus spiritum timoris,
sed virtutis & charitatis & continẽtiæ. Pro
fecto accipitur etiam spiritus fidei, de quo
dicit, Habentes autem eundem spiritum fi-
dei. Verum ergo dicit lex, Qui fecerit ea, vi
uet in illis. Sed vt faciat ea & viuat in eis,
non lex quæ hoc imperat, sed fides est neces
saria, quæ hoc impetrat. Quæ tamen fides
vt hoc accipere mereatur ipsa gratis datur.
Nusquam aũt isti inimici gratiæ ad eandẽ
gratiam vehementius oppugnandam occul
tiores moliuntur insidias, quàm vbi legem
laudant, quæ sine dubitatione laudanda est.
Legem quippe diuersis locutionum modis
& varietate verborum in omnibus disputa
tionibus suis volunt intelligi gratiam, vt. s.
a domino deo adiutorium cognitionis ha-
beamus, quo ea quæ facienda sunt noueri-
mus non inspirationem dilectionis, vt co-
gnita sancto amore faciamus, quæ propria
gratia est. Nam scientia legis sine charitate
inflat, non ædificat, secundum eũdem Apo
stolum apertissime dicentem, Sciẽtia inflat, 1. Cor. 8
charitas vero ædificat. Quæ sententia simi
lis est ei qua dictum est, Litera occidit, spi-
ritus autem viuificat. Quale est.n. scientia 2. Cor. 3
inflat: tale est, litera occidit. Et quale est,
charitas ædificat: tale est, spiritus viuificat,
quia charitas dei diffusa est in cordibus no-
stris per spiritum sanctum, qui datus est no
bis. Cognitio itaq; legis facit superbũ præ-
uaricatorem per donum aũt charitatis de Rom. 5.
lectat legis esse factorem. Non ergo legem
euacuamus per fidem, sed legem statuimus,
quę terrendo ducit ad fidem. Ideo quippe
lex iram operatur, vt tertio, atque conuer-
so ad iustitiam legis implendam, dei miseri
cordiam gratia largiatur per Iesum Chri-
stum dominum nostrum, qui est dei sapien
tia, de qua scriptum est, Legẽ & misericor-
diam in lingua portat: legẽ, qua terreat: mi-
sericordiam, qua subueniat: legem per ser-
uum, misericordiam per seipsum. Legẽ tan-
quam in baculo, quem misit Helisæus ad fi
lium viduæ suscitandum, & nõ resurrexit. G
Si.n. data esset lex, quæ posset viuificare, 4. Re. 4
omnino ex lege esset iustitia. Misericordia
vero tanquam in ipso Helisæo, qui figurã
Christi gerens, mortuo viuificando magni
sacramenti velut noui testamenti significa Volun-
tione coniunctus est. Item ꝓ aduersus Ma tas bona
nichæos laudant liberum arbitrium, adhi- a Deo.
bentes Propheticum testimonium, Si volue Cap. 6.
ritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ Esa. 1.
comedetis: si autem nolueritis & non audie
ritis me, gladius vos consumet: quid eis hoc
prodest? Quandoquidem non tam contra
Manichæos defendunt, quam contra catho
licos extollunt liberum arbitrium. Sic.n.
volunt intelligi quod dictum est, si volueri
tis & audieritis me: tanquam in ipsa præce
dente voluntate sit consequentis meritum
gratiæ, ac sic gratia iam non sit gratia, quæ
non est gratuita, cum redditur debita. Si au
tem sic intelligerent quod dictum est, si vo
lueritis, vt etiam ipsam bonam voluntatẽ
illum præparare confiterentur, de quo scri
ptum est, Præparatur voluntas a domino
tanquam catholici vterentur hoc testimo-
nio, & non solum hæresim veterem Mani
chęorum vincerent, sed nouam Pelagiano
rum contererent. Quid eis prodest, quòd H
in laude ipsius liberi arbitrij gratiam dicũt
adiuuare vniuscuiusque bonum proposi-
tũ? Hoc sine scrupulo acciperetur catholi-
ce dictum, si non in bono proposito meri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ponerent, cui merito iam merces secũ dum debitum non secundum gratiam redderetur, sed intelligerent & confiterẽtur ẽt ipsum bonum propositum, quod consequẽs adiuuat gratia, nõ esse potuisse in homine, si non præcederet gratia. Quomodo enim est hominis bonum propositum sine miserante prius domino, cum ipsa sit bona volũtas, quæ præparatur a deo? Quod autẽ cũ dixissent gratiam quoque adiuuare vniuscuiusque propositum bonum, mox addiderunt, non tamen reluctanti studium virtutis immittere: posset bene intelligi, si nõ ab istis, quorum sensus notus est diceretur. Reluctanti enim prius aditus diuinæ vocationis ipsa dei gratia procuratur, ac deinde in illo iam non reluctante spiritus virtutis accenditur. Verũtamẽ in omnibus quæ q̃q; agit secundum deum, misericordia eius præuenit eum. Quod isti nolunt, quia non esse catholici, sed Pelagiani volunt. Multũ enim delectat impietatem superbam, vt ẽt id quod cogitur confiteri a domino datum, non sibi donatum videatur esse, sed reddi-
I tum, vt scilicet filij perditionis nõ promissionis ipsi credãtur se bonos fecisse, & deus iam bonis a seipsis effectis, pro isto eorum
1.Cor.4 opere debitum præmiũ reddidisse. Ita nan-
Ioan. 15 que illis timor ipse aures cordis obstruxit,
1. Io.4. vt non audiãt. Quid enim habes quod nõ
Rom.12 accepisti? Non audiant, Sine me nihil pote
Ioan.5. stis facere. Non audiant, Charitas ex deo
Rom.8. est. Non audiant, Deus partitus est mensu-
Ioan. 6. ram fidei. Non audiant, Spiritus vbi vult
3.Esd.8 spirat: & qui spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Non audiant, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Non audiant quod Esdras scribit, Benedictus est dominus patrum nostrorum, qui
Hie.32 hoc dedit in cor regis clarificare domum suam quæ est in Hierusalem. Non audiãt quod per Hieremiam dicit dominus, Et timorem meum dabo in cor eorum vt a me non recedant, & visitabo eos vt bonos eos faciam: Maximeque illud per Ezechielem Prophetam, vbi prorsus deus ostendit nullis se hominum bonis meritis prouocari, vt eos bonos faciat, id est, obedientes mandatis suis, sed potius hæc eis retribuere bona pro malis, propter seipsum hoc faciendo
K non ppter illos. Ait.n. Hæc dicit dñs deus, Ego faciã domus Israel, sed pp nomẽ meũ sanctum, quod prophanastis in gentibus, quo intrastis illuc, & sanctificabo nomen meum magnum, quod prophanatum est in gentibus, & prophanastis in medio eorum, & scient gentes, quia ego sum dñs, dicit Adonai dñs, cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducã vos in terrã vestram, & aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & mundabo vos, & dabo vobis cor nouũ, & spirtum nouũ dabo in vobis, & auferẽ cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ, & spiritum meũ dabo vobis, & faciã vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Et
Ezec.36. post a siquanta per eundem ipsum Prophetã, Non propter vos, inquit, ego facio dicit dñs deus, notum sit vobis, Confundimini & erubescite de vijs vestris domus Israel. Hæc dicit dñs deus, In die quo mundauero vos ab omnibus iniquitatibus vestris, constituam ciuitates & ædificabuntur deserta, & terra exterminata præparabitur, pro eo q̃ exterminata est ante oculos omnis præ-
L tereuntis. Et dicent, Terra illa exterminata est, facta est sicut hortus voluptatis, & ciuitates desertæ & exterminatæ & effossæ, munitæ sederunt, Et scient gentes quæcunque relictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego dñs ædificaui destructas, plantauiq; exterminatas. Ego dñs locutus sum & feci. Hæc dicit dñs, Adhuc hoc inquiram domui Israel vt faciam eis, Multiplicabo eos sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem in diebus festis eius, Sic erũt ciuitates illæ desolatæ plenæ ouibus hominũ, & scient quia ego dominus. Quid remanet pelli morticinæ vnde possit inflari, & de-
M signetur q̃n gloriatur, in domino gloriari? Quid ei remansit, quando quicquid dixerit Hier.9. se fecisse, vt eo præcedente hominis merito ab homine exorto deus subsequenter faciat, quòd dignus est homo: respondetur, reclamatur, cõtradicitur, Ego facio, sed propter nomen meum sanctum, non propter vos ego facio, dicit dominus deus? Nihil sic euertit Pelagianos, dicentes gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod quidem ipse Pelagius & si non corrigendo, tamen orientales iudices timendo damnauit. Nihil sic euertit hominum præsumptionem dicentium, nos facimus, vt mereamur, cum quibus faciat deus, Respõdet vobis non Pelagius, sed ipse dñs, Ego faci-

cio, & non propter uos, sed propter nomen meum sanctum. Quid.n. potestas facere bonũ de corde non bono? Vt aũt habeatis cor bonum, Dabo, inquit, uobis cor nouum & spiritum meum dabo uobis. Nunquid potestis dicere, prius ambulauimus in iustificationibus eius, & iudicium eius obseruauimus & fecimus vt digni eẽmus, quibus gratiam suam daret? Quid n. boni faceretis homines mali? Et quõ ista bona faceretis, nisi boni essetis? Vt aũt homines sint boni quis fecit, nisi ille qui dixit, Visitabo eos, vt eos bonos faciam? Et qui dixit, Spiritum meũ dabo vobis, & faciam, ut in iustificationib. meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis? Itane nondum euigilatis? Non auditis, Faciam vt ambuletis, faciam vt obseruetis, postremo, faciam vt faciatis? Quid adhuc vos inflatis? Nos quidẽ ambulamus, verum est, nos obseruamus, nos faciamus. sed ille facit vt ambulemus, vt obseruemus, vt faciamus. Hæc est gra dei bonos faciens nos. Hęc misericordia eius præueniẽs nos.
A Quid merentur deserta & exterminata, & effossa, quæ tamen ædificabuntur & operabuntur & munient? Nunquid hæ pro meritis desertionis, exterminationis, effossionis suæ? Absit, Ista.n. merita mala sunt, hæc munera bona. Redduntur itaq; malis bona. Gratuita ergo non debita, & ideo gratia, Ego, inquit dominus, ego dominus: Nõ ne te ista vox comprimit, o humana superbia, quæ dicis, ego facio vt merear à domino ædificari atq; plantari? Nonne audis, Non pp vos ego facio, Ego dominus ædificaui destructas, plantaui exterminatas, Ego dñs locutus sum & feci, non tñ propter uos, sed propter nomen meum sanctũ? Quis multiplicat sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem? Quis facit ut ciuitates illæ desolatæ plenę sint ouium hominum, nisi ille qui fecit & dicit, Et scient quia ego dominus? Sed quibus ouibus hominibus impleti, sicuti est pollicitus ciuitates, vtrum quas inuenit, an quas facit? Psalmũ interrogemus, Ecce vidẽt, audiamus, Venite adoremus & pcidamus, ploremus ad dominum qui fecit nos, qa ipse est deus noster, & nos populus pascuæ eius & oues manus eius. Ipse igitur facit oues quibus desolatas impleat ciuitates. Quid mirum? Quandoquidem ille vniuersæ ouí dicitur, hoc est ecclesiæ, cuius mẽbra sunt omnes oues homines, Quoniam ego sum dominus qui facio te? Quid mihi obtendis liberum arbitrium qđ ad faciendã iustitiam liberum non erit, nisi ouis fueris? Qui facit igitur omes homines, ipse ad obedientiam pietatis, humanas liberat voluntates. Sed quare istos homines oues facit, & istos non facit, apud quem non est acceptio psonarum? Ipsa est quæstio quam beatus Apostolus curiosius q̃ capacius ppontibus ait. O homo tu quis es vt rndeas deo? Rom.2.
Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, &.9.
quare sic me fecisti? Ipsa est q̃stio quæ ad illam pertinet altitudinem, quam perspicere volens idem Apostolus, quodammodo expauit & exclamauit. O altitudo diuitiarum Rom.11.
sapientiæ & scientiæ dei: q̃ inscrutabilia sũt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Non itaq; istam scrutari audeant inscrutabilem quæstionem, q̃ meritum ante gratiam, & ideo iam contra gratiam defendentes, priores volunt dare deo vt retribuatur eis, priores vtiq; dare quod- C
libet ex libero arbitrio, vt sit gratia retribuenda pro præmio, & sapienter intelligãt, vel fideliter credant pro præmio, & sapienter intelligant, vel fideliter credant quod se putant priores dedisse, ab illo ex quo sũt omnia, per quem sunt omnia, in quo sunt omnia percepisse. Cur autem iste aceipiat, ille non accipiat, cum ambo non mereantur accipere, & quisquis eorum acceperat indebite accipiat, vires suas metiãtur, & fortiora se non scrutentur. Sufficiat eis scire, q̃ non sit iniquitas apud deũ. Cũ.n. nulla merita inuenisset Apostolus, q̃b. Iacob geminũ apud deũ pcederet fratrẽ. Quid ergo dicemus, inq̃t? Nunq̃d ẽ apud deũ iniq̃tas? Rom.9.
Absit. Moysi.n, dicit, Miserebor, cui misere- Exo.33.
tus ero, & misericordiã pstabo, cui misericors fuero. Igiẽ nõ volẽtis, neq; currentis, sed miserẽtis est dei. Grata sit ergo nobis eius gratuita miseratio, ẽt si hæc pfunda insoluta sit q̃ó. Quæ tñ hactenus soluit quatenus eã soluit idẽ Apostolus dicẽs, Si aũt deo volẽs ostẽdere irã & demonstrare potentiã suam, attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, & vt notas faceret diuitias glorię suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Ira D
quippe non redditur, nisi debita, ne

Universidad de Deusto Biblioteca

sit iniquitas apud deum: misericordia vero etiam cum præbetur indebita, non est iniq-tas apud deū. Et hinc intelligūt vasa miseri cordiæ, cum gratuita illis misericordia præbeatur, quod iræ vasis cū quibus est eis perditionis causa & massa communis, ira debita & iusta rependitur. Hæc iam satis sint ad uersus eos, qui per arbitrij libertatem destruere volunt gratiæ largitorem.

Sācti ve teris testamēti. Cap. 7. Luc. 18.

Quod vero laude sanctorum, nolūt nos affectu illius publicani esurire & sitire iusti tiam, sed vanitate illius Pharisæi tanquam saturatos plenosque ructare, quid eis ꝓdest ꝙ aduersus Manichæos, qui baptisma destruunt, isti dicitur baptismo perfecte homines innouari, atq; ad hoc Apostoli adhibēt testimonium, qui per lauacrum aquæ ecclesiam de gentibus sanctam fieri immaculatamq; testatur, cum superbo sensu atque peruerso contra orationes ipsius ecclesiæ suas exerant disputationes? Hoc.n. propterea dicunt vt credatur ecclesia post sanctum baptismum, in quo fit omnium remissio peccatorum, vlterius non habere peccatum, cum aduersus eos illa à solis ortu vsque ad occasum omnibus suis membris clamet ad deū, Dimitte nobis debita nostra. Quid quod etiam de seipsis in hac causa si interrogentur, quid respōdeat non inueniunt? Si.n. vixerint se non habere peccatū, respondet eis Ioannes ꝙ seipsos decipiāt & veritas in eis non sit. Si autem confiteantur peccata sua, cum se velint esse Christi corporis mēbra, quomodo erit. Illud corpus, id est, ecclesia in isto adhuc tempore perfecta, sicut isti sapiunt, sine macula & ruga, cuius mēbra nō mendaciter confitentur se habere peccata? Quapropter & in baptismā dimittuntur cūcta peccata, & per ipm lauacrū aquæ in verbo exhibetur Christo ecclesia sine macula & ruga. Quia nisi esset baptizata, infructuose diceret, Dimitte nobis debita nostra donec perducatur ad gloriā, vbi ei perfectius nulla insit macula & ruga. Et spiritum sanctum fatendum est etiam antiquis temporibus non solum mentes bonas adiuuasse, qđ & isti volunt, verum etiam bonas ea fecisse, quod nolunt. Omnes quoque prophetas & apostolos vel sanctos & euangelicos & antiquos, quibus deus testimonium perhibet, non in comparationt sceleratorum, sed regula uirtutum iustos fuisse nō dubium est, quod aduersum est Manichæis, qui patriarchas prophetasq; blasphemāt. Sed quod aduersum ē & Pelagianis, Interrogati omnes de seipsis cum in hoc corpore degerēt, vna voce concordissima responderent, Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus & veritas in nobis non est. In futuro autem tempore negādum nō est meredem esse tam bonorum operum quā malorum, & nemini præcipi quæ hic contemserit, illic mandata perficere, sed plane illā saturitatem vbi peccatum esse non possit, q hic à sanctis esuritur, & sititur, hic sperari in præcepto, ibi percipi in præmio eleemosynis & orationibus impetrātibus, vt quod hic minus impletum fuerit mandatorum, fiat impunitum per indulgentiam peccatorum. Quæ cum ita sint, desinant Pelagiani quinque istarum rerum inuidiosissimis laudibus. i. laude creaturæ, laude nuptiarū, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorū quasi Manichæorum tendiculis fingere se homines velle eruere, vt possint eos suis retibus implicare, id est, vt negent originale peccatum, & paruulis inuideāt Christi medici auxilium & vt dicant, gratiam dei secundum merita nostra dari, ac sic gratia iā non sit gratia, & vt dicant sanctos in hac vita nō habuisse peccatū ac si euacuetur oratio quā sanctis tradidit, qui non habebat peccatum, & per quem sanctis orantibus dimittitur omne peccatū. Ad hæc tria mala hominē incautos & ineruditos quinq; illorū bonorum fraudulenta laude seducunt. De quibus omnibus satis me existimo rndisse corū crudelissimæ & impissimæ & supbissimæ vanitati.

1. Ioā. 1.

Sed qm dicūt inimicos suos dicta nra in veritatis odiū suscepisse & toto penitus Occidente, non minus stultum quam impium dogma esse susceptum, & simplicibus epis ne congregatione synodi in locis suis sedentibus ad hoc confirmandū subscriptionem quæruntur extortam, cum potius eorū pro phanas vocum nouitates ecclesia Xpi occidētalis & orientalis horruerit, ad curam nostram existimo ptinere, non solum scripturas sāctas canonicas aduersus eos testes adhibere, qđ iam satis fecimus, verūetiam de sanctorū literis, qui eas ante nos fama celeberrima & ingenti gloria tractauerūt, aliqua documēta ꝓferre, non quo canonicis libris à nobis ullius disputatoris æquet auctoritas, tanquam omnino non sit, quod mehoritas, tanquam omnino non sit; quod mehorlius seu verius ab aliquo catholico, quam ab alio itidem catholico sentiatur, sed vt ad-

Cyprianus. Ioan. 5. Cap. 4.

admoneantur qui putant istos aliquid dicere, quēadmodū de his rebus ante noua istorū vaniloquia, catholici antistites eloquia diuina secuti sint, & sciāt à nobis rectam & antiquitus fundatā catholicam fidem aduersus recentū Pelagianorū hæreticorū ꝓsumptionem pniciemq; defendi Beatissimum, corona etiā martyrij gloriosissimū Cyprianū, nec Ahpricanis atq; occidentalibus tantū, verū & orientalibus ecclesijs fama prædicante, & scripta eius longe lateq; diffundente notissimum, etiam ipse hæresiarches istorum Pelagius cum debito certe honore commemorat, vbi testimoniorum librum scribēs, eū asserit imitari, hoc se dicens facere ad Romanū, qđ ille fecerit ad Quirinū. Videamus ergo quid de originali peccato quod per unum hominem intrauit in mundum, senserit Cyprianus. In epistola de opere & eleemosynis ita loquitur, Cum dominus aduenies sanasset illa, quæ Adam portauerat vulnera, & venena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano & ꝓcepit, ne vltra iam peccaret, ne quid peccanti grauius ueniret. Coarctat eramus & in angustū innocentiæ ꝓscriptione cōclusi, nec hēbat, qd fragilitatis humanæ infirmitas atq; imbecillitas faceret, nisi iterum pietas diuina superueniens iustitiæ & misericordiæ operibus ostensis, uiam quandā tuendæ salutis aperiret, ut sordes postmodū quascunq; contrahimus, eleemosynis abluamus. Hoc testimonio duas istorum falsitates testis iste redarguit, Vnā qua dicunt nihil vitiorū ex Adā trahere genus humanū, qđ sit curandū sanandūq; per Chm. Alteram qua dicunt nullū post baptismum sanctos habere peccatū. Rursus in eadem epistola, ponat, inq;t, vnusquisq; ante oculos suos diabolū cum suis seruis, id est, cū populo perditionis ac mortis in medium prosilire, plebem Chri ꝑite ac iudicante ipso comparationis examine prouocare dicentē, Ego pro istis quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinē fudi, nec familiam meā precio passionis, & cruoris redemi, sed nec regnum illis cœleste promitto, nec ad paradisum restituta immortalitate denuo reuoco. Respondeant Pelagiāni, quando fuerimus in immortalitate paradisi, & quomodo inde fuerimus expulsi, vt ex eo Christi gratia reuocemur. Et cum inuenire nequiuerint, quid hic pro suam peruersitate respondeant, attendant quemadmodum intellexerit Cyprianus, quod ait Apostolus, In quo omnes peccauerunt, & Pelagiani hæretici noui de Manichæis veteribus hæreticis nulli catholico audeant irrogare calumniā, ne tam scelerata ēt martyri antiquo Cyprianō facere cō uincantur iniuriam. Hoc.n. & in epistola, cuius de mortalitate titulus inscribitur, ita dicit, Regnum dei fratres dilectissimi esse cœpit in proximo, præmium vitæ & gaudiū salutis æternæ, & ꝓpetua lætitia & possesio paradisi nup amissa, mundo transeunte iam veniunt. Hoc rursus in eadem, Amplectamur, inquit, die qui assignat singulos domicilio suo, q nos istinc ereptos, & laqis secularibus exolutos paradiso restituat, & regno. Item in epistola de patientia dei, Sententia cogitetur, inquit, quam in origine mundi statim & gnis humani, Adā ꝓcepti imemor, & datæ legis transgressor accepit: tunc sciemus quā patientes in illo seculo esse debeamus, qui sic nascimur vt pressuris istis & conflictationibus laboremus. Quia audisti, inquit, vocem mulieris tuæ, & manducasti ex illa arbore, ex qua sola præceperā tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea omnibus diebus uitæ tuę, spinas & tribulos eiiciet tibi & edes pabulū agri. In sudore vultus tui edes panem tuū, donec reuertaris in terrā de qua & sumptus es, quoniam terra es & in terram ibis. Huius sententiæ vinculo colligati omnes & cō stricti sumus, nec morte expuncta de isto seculo recedamus. Itemq; in eadem, Nam cum in illa, inquit, prima transgressione ꝓcepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit, & cum morte infirmitas venerit, nec possit firmitas recipi, nisi cū recepta & immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atq; infirmitate corporis luctari semper & congredi. Quæ luctatio & congressio nō nisi patiētiæ pōt viribus sustineri. In epistola aūt quā scripsit ad ꝑpm Fidem, cū sexaginta sex coēpis suis à quo fuerant cōsultus ꝓp circuncisionis legem, vtrum ante octauum diem baptizari liceret infantem. Hæc causa sic agitur, tanquā prouisione diuina tam longe futuros hæreticos Pelagianos iam catholica confutaret ecclesia. Neque.n. qui cōsuluerat inde dubitabat, vtrū nascentes traherent originale peccatum, quod renascendo diluerent, Absit enim vt hic aliquando fides christiana dubitauerit.

Rom. 5. Gen. 3.

Sed

M Sed ille dubitabat, vtrú regenerationis lauacrum, quo non dubitabat soluendú origi nale pctm̃,ante diem tradi deberet octauú. Ad quam consolationem respondens beatissimus Cyprianus, Quantú vero,inquit,ad cām infantum pertinet, quo dixisti intra scdm vel tertium diē quo nati sunt constitutos baptizari non oportere, & considerā dum esse legem circuncisionis antiquæ, vt intra octauú diem eum qui natus est baptizandú & sanctificandú non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum ē. In hoc.n.q̃ putabas esse faciendū,nemo cō sensit,sed vniuersi potius iudicamus nulli hominum nato misericordis dei gratiā denegandam. Nam cum dominus in euange-
Lucæ.9. lio suo dicat, Filius hominis non venit animas perdere,sed saluare,quantum in nobis est,si fieri potest,nulla anima perdenda est. Et paulopost, Nec aliquis,inquit,nostrum id debet horrere,quod dñs dignatus ē facere. Nam etsi adhuc infans à partu nouus est,non ita est tamen vt quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrore debeat osculari, quando in osculo infantis vnusquisq; nostrum pro sua religione ip
A sas adhuc recentes dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodammodo exosculamur, qñ id quod deus fecit amplectimur. Item paulopost, Cæterú si homines, inquit impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porrò aút si etiam grauissimis delictoribus, & in deum multo ante peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorū datur & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi q̃ secundú Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate cōtraxit. Qui ad remissam peccatorum accipiendam,hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur nō propria,sed aliena peccata. Quid ad ista dicturi sunt gratiæ dei non solum desertores, sed etiam persecutores? Quid ad ista dicturi sunt? Quo pacto nobis paradisi possessio redditur? Quomodo paradiso restituimur, si nunquam ibi fuimus? Aut qúo ibi fuimus,nisi quia in Adā fuimus? Et qúo ad sententiam quæ in transgressorem dicta est,pertinemus, si noxā de trangressore nō trahimus? Postremo si baptizandos ēt ante diem censet octauum, ne per contagiú mór B tis antiquæ prima natiuitate contractú pereant animæ paruulorum, qúo pereúnt ex hominibus ēt fidelibus qui nascuntur, non tenentur à diabolo donec renascat in Xpo, & eruti de potestate tenebrarum in regnú Colo.1. illius transferatur? Et quis dicit nascentium nisi renascantur,animas perituras? Nempe ille qui laudat creatorem atque creaturam, opificem atq; opus, vt humani sensus horrorē quo dedignantur homines recentes ab vtero paruulos osculari, creatoris ipsius interposita veneratione compescat & corrigat dicens,in illius ætatis osculo recentes dei manus esse cogitandas, Nunquid ergo confitens originale pctm̃, aut naturam damnauit,aut nuptias? Nunquid qm̃ nascenti ex Adam reo adhibuit regenerationis purgationem,ideo dum negauit nascentium conditorem? Nunquid quia metuēs cuiuslibet ætatis perire, etiam ante diem octauum liberandas esse sacramento baptismi cum collegarum concilio iudicauit,ideo nuptias accusauit, quandoquidem in infante siue de coniugio, siue adulterio,tamen quia homo natus est, recentes dei manus dignas etiam osculo pacis ostendit? Si ergo potuit sanctus
C Episcopus & martyr gloriosissimus Cyprianus peccatum originale in infantibus medicina Christi censere sanandum salua laude creaturæ,salua laude nuptiarum, cur nouitia pestilentia, cum istum non audeat dicere Manichæum,catholicis q̃ ista desendunt,vt obtegat proprium, putat obijciendum crimen alienum? Ecce prędicatissimus tractator diuinorum eloquiorum, antequā terras nostras vel tenuissimus odor Manichæi pestilentiæ tetigisset, sine ulla vitupe-
ratione diuini operis atque nuptiarum,cōfitetur originale peccatum, non dicēs Christum vlla peccati macula aspersum, nec tū ei comparans carnem peccati in nascentibus cæteris, quibus per similitudinem carnis peccati mundationis præstet auxilium,nec originis animarū obscura quæstione territurat,quominus eos qui Christi gratia liberantur in paradisum remeare fateatur. Nū quid ex Adam dicit in homines mortis conditionem sine peccati contagione transisse? Non.n.propter corporis mortem vitandā, sed propter peccatum, quod per vnum intrauit in mundum,dicit per baptismum par uulis ab vtero quamlibet recentissimis sub- Ex eode. uenire. Iam vero gratiam dei quēadmo Cap. 11
dum

D dum aduersus istos prædicet Cyprianus, Ser.6.vbi de oratione dñica disputat,euidenter apparet. Ait.n. Dicimus, Sanctificetur nomē tuū: non q̃ optimus deo vt sanctificet orationibus nostris, sed q̃ petamus à deo, vt nomen eius sanctificetur in nobis. Cæterú à quo deus sanctificatur,qui ipse cēs sancti
n.9. ficat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, qm̃ ego sanctus sum: id petimus & oramus, vt q̃ in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus, perseueremus. Et alio loco in eadē Epistola, addimus quoq;,inquit,& dicimus, Fiat voluntas tua,sicut in cœlo & in terra: non vt deus faciat quod vult, sed vt nos facere possimus quod deus vult: Nam deo quis obsistit, quo minus quod velit faciat? Sed qa nobis à diabolo obsistitur,quominus per omnia noster animus atq; actus deo obsequatur, oramus & petimus, vt fiat in nobis voluntas dei. Quę vt fiat in nobis, opus est dei voluntate. i. cpe eius & protectione,quia nemo suis viribus fortis est,sed dei indulgentia & misericordia tutus est. Itēq; alio, Fieri autem petimus,inquit,volūtatem dei in cœlo & in terra,quod vtrunq; ad consummationem nostræ incolumitatis pertinet & salutis: Nam cum corpus è terra,& spiritum possideamus è cœlo, ipsi terra & cœlum sumus,& in vtroq;. i. in corpore & spiritu, vt dei voluntas fiat,oramus. Est.n. inter carnem & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, vt non quæ volumus ipsa faciamus,dum spiritus cœlestia & diuina quærit, caro terrena & secularia concupiscit. Et ideo pētimus inter duo ista operā & auxilio dei concordiam fieri, vt dum & in spiritu & in carne voluntas dei geritur,quę per eum renata est,anima seruetur. Quod
Gala.5. apte atq; manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat, Caro,inquit,concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnē: hæc.n. inuicem aduersantur, vt nō quæ vultis ipsa faciatis. Et paulopost, Potest & sic
Ephe.5. intelligi, inquit,fratres dilectissimi, vt qm̃ mandat & docet dñs ēt inimicos diligere, & pro his quoq; qui nos persequuntur orare, precemur & pro illis qui adhuc terra sunt, & nec dum cœlestes esse cœperunt, vt & circa illos voluntas dei fiat, quam Chs hominem conseruando & reintegrando perfecit. Itemq; alio, Hunc aút panem,inquit, dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Chro sumus & eucharistiā quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo F grauiore delicto,dum absentes,& non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. Et aliquanto post in eadem, Qñ aút rogamus,inquit,ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atq; arroganter aliqd assumat,ne quis aut confessionis,aut passionis gloriam suam ducat,cum dñs ipse humilitatem docens dixerit, Vigilate & orate ne veniatis in tentationem, Spiritus quidem Mat.26.
promptus est,caro aút infirma: vt dū præcedit humilis & submissa confessio, & datur totū deo quicquid suppliciter cū timore & honore dei petitur,ipsius pietate pstet. Itē ad Quirinú,in quo opere se Pelagius vult eius imitatorem videri, ait in libro tertio, In nullo gloriandum,qñ nostrum nihil sit. Cui proposito testimonia diuina subiūgēs, inter cætera posuit Apostolicum illud,quo istorum maxime ora claudēda sunt, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem ac 1.Co.4.
cepisti,quid gloriaris, quasi non acceperis? Item in epistola de patientia, Est.n.nobis, inquit,cum deo virtus ista communis. Inde patientia incipit,inde claritas & dignitas G caput sumit, origo & magnitudo patientiæ deo authore procedit. Nūquid iste sanctus tā memorabilis Ecclesiarum in verbo veritatis instructor, liberum arbitrium negat esse in hominibus,quia deo totum tribuit q̃ recte viuimus? Nunquid legem dei culpat, qñ non ex ipso iustificari hominem significat,quandoquidem quod illa iubet à domino deo precibus impetrātum esse declarat? Nunquid sub nomine gratiæ fatum asserit, quanuis dicat in nullo gloriandum, qñ nostrum nihil sit? Nunquid sicut isti spiritum sanctum adiutorium ita credit esse virtutis, tanq̃ ipsa virtus quæ ad hoc adiuuatur oriatur ex nobis,qñ nostrum nihil esse asserēs, propter hoc Apostolum dixisse commemorat, Quid.n. habes quod non accepisti? virtutemq̃; excellentissimam, hoc est patientiam, non à nobis dicit incipere, ac deinde adiuuari spiritu dei,sed ab ipso caput,ab ipso originem sumere? Postremo nec propositum bonum,nec studium virtutis,nec mentes bonas sine gratia dei incipere & esse in hominibus confitetur, cum dicit in nullo gloriandum,qñ nostrum nihil sit. Quid tā in libero arbitrio constitutum, q̃ quod lex dicit;

Exo.20. dicit, non adorandum idolum, nec mœchâ-
H dum, non homicidium perpetrandum? Ista
aũt sunt atq; huiusmodi crimina, quæ si qs
quam commiserit, à corporis Christi com-
munione remouetur, Et tñ si beatissimus
Cyprianus his non committendis existima
ret nostrã sufficere voluntatem, non sic in-
telligeret quod in oratione dominica dici-
mus, Panẽ nostrum quotidianum da nobis
hodie, vt hoc nos petere asseueraret, non in
tercedente aliquo grauiore delicto, dum ab
sentes & non communicantes, à cœlesti pa
ne prohibemur, à Christi corpore separe-
mur. Respondeat cete hæretici noui, quid
bonorum interitorum præcedat in hominī-
bus inimicis nomini Christiano. Non so-
lum.n.non hũt bonum, sed hũt ẽt pessimũ
meritum. Et tñ ẽt sic Cyprianus intelligit,
quod in oratione dicimus, Fiat volũtas tua
sicut in cœlo & in terra: vt & pro ipsis qui
pp hoc terra intelligunt oremus. Oramus
ergo nõ solũ pro nolẽtibus, verũetiã pro re
pugnantibus, & oppugnãtibus. Quid ergo
petimus, nisi vt fiant ex nolentibus volen-
tes, ex repugnantibus consentientes, ex op-
pugnantibus amantes? A quo, nisi ab illo de
quo scriptũ est, Præparatur volũtas à deo?
Discant ergo esse catholici, qui dedignanť,
si quid mali non faciunt, & si quid boni fa-
I ciunt, non in seipsis, sed in domino gloriari.

Perfecta iustitia, Cap. 10. Illud iam tertiũ videamus, quod non mi
nus in istis omne Christi membrum & to-
tum eius corpus exhorret, quia contendunt
esse in hac vita, vel fuisse iustos, nullum ha-
bentes omnino peccatũ, Qua præsumptio-
ne apertissime orationi dominicæ contradi
cunt, in qua omnia membra Christi, Dimit
te nobis debita nostra, veraci corde, & quo-
Matt.6. tidianis vocibus clamant. Videamus ergo
quid ẽt in hoc Cyprianus in dño gloriosis
simus senserit, quid ad instruẽdos Ecclesias
nõ vtiq; Manicheorum, sed catholicorum,
non solum dixerit, verũetiã literis memo-
riæq; mãdauerit in epistola de opere & elee
mosynis, agnoscimus. Itaq; frẽs, inquit, dile
ctissimi diuinę indulgentię salubre munus,
vt emundandis purgãdisq; peccatis nostris,
qui sine aliquo conscientiæ vulnere esse nõ
possumus, medelis spiritalibus vulnera nra
curemus. Ne quisquam sic sibi de puro at-
que immaculato pectore blandiatur, vt in-
nocentia sua fretus medicinam non putet
adhibendam esse vulneribus, cum scriptum
sit, Quis gloriabitur castum se habere cor,
aut quis gloriabitur mundum se esse à pec-
catis? Et iterum in epistola Ioannes ponat & K
dicat, Si dixerimus, quia peccatum non ha- Pro.20
bemus, nosipsos decipimus, & veritas in no 1.Ioan.1
bis non est. Si autem nemo sine peccato esse
potest, & quisquis se inculpatum dixerit,
aut superbus aut stultus est, cum sciat non
deesse sanatis quædam postmodum vulne-
ra, dedit curandis denuo saluandisq; vulne
ribus remedia salutaria. Rursus in eadem,
Et qñ quotidie, inquit, deesse non potest
quod peccetur in cõspectu dei, sacrificia quo
tidiana non deerunt, quibus possent peccata
tergi. Item in Epistola de mortalitate, Cũ
auaritia, inquit, nobis, cum impudicitia, cũ
ira, cum ambitione congressio est, cum car-
nalibus vitijs, cum illecebris secularibus as-
sidua & molesta luctatio est, obsessa mẽs ho
minis & vndiq; diaboli infestatione valla-
ta, vix occurrit singulis, vix resistit. Si aua-
ritia prostrata est, exurgit libido: si libi-
do compressa est, succedit ambitio: si am-
bitio contempta est, ira exasperat, inflat
superbia, vinolentia inuitat, inuidia concor-
diam rumpit, amicitiam zelus abscindit, co-
geris maledicere, quod diuina lex prohibet,
compelleris iurare q̃ non licet. Tot perse-
cutiones animus quotidie patitur, tot peri-
culis pectus vrgetur, & delectat hic inter L
diaboli laqueos diu stare, cum magis concu
piscendum & optandum ad Christum sub-
ueniente velocius morte properare. Item in
ipsa, Beatus, inquit, Apostolus Paulus in e- Phili.1.
pistola sua ponit & dicit, Mihi viuere Chri
stus est, & mori lucrum: lucrum putans ma
ximum iam secularibus laqueis non teneri,
iam nullis peccatis & vitijs carnis obnoxiũ
fieri. Item de oratione dominica exponens
quod petimus dicentes. Sanctificetur nomẽ Matt.6.
tuũ: ait inter cætera, Opus est.n.nobis quo-
tidiana sanctificatione, vt qui quotidie de-
linquimus, delicta nostra sanctificatione as
sidua repurgemus. Rursus in eadẽ cũ expo
neret, qđ dicimus, Dimitte nobis debita no
stra: Quam necessarie aũt, inquit, q̃ proui-
denter & salubriter admonemur, ꝙ pecca-
tores sumus, qui pro peccatis rogare cõpel-
limur, vt dum indulgentia de deo petitur,
cõscientiæ suæ animus recordetur. Et ne qs
sibi quasi innocens placeat & se extollẽdo
plus pereat, instruitur & docetur peccare
se quotidie, dũ quotidie ꝙ peccatis iubet o- 1.Ioh.1.
rare. Sic deniq; & Ioannes 1 epistola sua mo
net dicens, Si dixerimus q̃a pctũ nõ habe-
mus,

mus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis
nõ est. Si aũt cõfessi fuerimus pctã nr̃a, fide
lis & iustus est qui nobis pctã dimittat. Me
rito & ad Quirinũ de hac re absolutissimã
sententiã suã ꝓposuit, cui testimonia diui-
na subiũgeret, neminem sine corde & sine
pctõ esse, vbi ẽt illa testimonia posuit, quib.
confirmãt originale pctũ, q̃ conatur isti in
nescio quos alios nouos sensus prauosq; con-
uertere. Siue ꝙ ait sanctus Iob, Nemi-
nẽ ẽ sine sorde, nec cuius sit vita diei unius
super terram: siue ꝙ in Psalmo legitur, In
iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis me
pepercit mater mea in vtero aluit. Quibus testimo-
niis propter eos ẽt q̃ iã in ætate maiori sũt
sancti, quia nec ipsi sunt sine sorde atq; pec-
cato, adiunxit ẽt illud beatissimi Ioãnis, qđ
multis & alijs locis sæpe commemorat, Si
dixerimus qa pctũ non habemus, & exte-
ra eiusdem sententiæ, q̃ ab omnibus catholi-
cis non tacentur aduersus istos, q̃ seipsos de
cipiũt, & in eis veritas non est. Dicant si au
dẽt Pelagiani hũc hominẽ dei, Manichæo-
rũ errore puersum, quia ita laudat sanctos,
vt ꝙ fateatur neminẽ in hac uita ad tantã
perfectionem puenire iustitiæ, vt nullã ha-
beat omino peccatũ, sententiã suam testimo
niorũ canonicorũ perspicua veritate & di
uina auihoritate confirmans. Nunquid.n.
negat in baptismo vniuersa pctã dimitti, qa
fatetur manere fragilitatẽ atq; infirmitatẽ,
A vnde nos dicit peccare post baptismũ & vs
que in huius vitæ finẽ cũ carnalibus vitijs
indesinenter habere conflictũ? Aut ideo nõ
meminerat, quid de immaculata Ecclesia di
xisset Apostolus, quia præcepit neminẽ sic
sibi de puro atq; immaculato pectore debe
re blandiri, vt innocentia sua fretus, medi-
cinam non putet adhibẽdã esse vulneribus?
Puto ꝙ concedant noui hæretici huic ho-
mini catholico, scire spiritũsanctũ mentes
bonas etiam antiquis tẽporibus adiuuisse,
imo etiam, quod ipsi nolunt, nec mentes bo
nas eos nisi per spm̃ sanctum habere potuis
se. Puto ꝙ oẽs prophetas & Apostolos vel
quoslibet sanctos, qui domino quocunque
tpe placuerunt, non in comparatione scele
ratorũ, sicut nos isti dicere calumniantur, sed
regula virtutum, sicut se dicere gloriantur
nullos fuisse nouerat Cyprianus, qui tamẽ
dicit, Nemo esse sine peccato potest: & quis
quis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut
stultus est. Nec propter aliud intelligi scrip
tum, Quis gloriabitur castũ se habere cor,
aut quis gloriabitur mundum se esse a pec-
catis? Puto ꝙ non ab istis docendus fue
rat Cyprianus, quod optime sciebat, in fu B
turo tpe mercedem esse bonorum operum,
malorum autem supplicium, cæterum ne-
minẽ posse, quæ hic contempserit mandata
perficere, & tamen ipsum Apostolum Pau-
lum mandatorum diuinorum non vtiq; cõ
temptorem, nõ ob aliud intelligit asseritq;
dixisse, Mihi viuere Christus est, & mori lu Phili.1.
crum, nisi quia lucrũ maximũ computabat
iam post hanc uitã secularibus laqueis non
teneri, iã nullis peccatis & vitiis carnis ob-
noxium fieri. Scnsit ergo beatissimus Cy-
prianus, atq; in diuinarum scripturarum
veritate perspexit, etiam ipsorum Apostō-
lorum quanuis bonam sanctam iustamque
vitam, nõ nullos nexus secularibus laqueo
rum nisi fuisse perpessam nonnullis peccā-
tis & vitiis carnis obnoxiam, & ideo eos
mortem desiderasse, vt his malis carerẽt, &
vt ad illam, quæ ista non pateretur, nec iã
in mandato facienda, sed in præmium per-
cipienda esset, perfectam iustitiam perueni
rent. Neq; enim cum uenerit quod oramus
dicentes, Adueniat regnum tuum, non erit Matt. 6.
in illo dei regno ulla iustitia, cũ dicat Apo- Ro. 14.
stolus, Nõ enim regnum dei esca & potus,
sed iustitia & pax & gaudiũ in spũsancto.
Nempe ista tria inter cætera præcepta diui
na præcipiuntur. Hic nobis præcipitur iusti C
tia cum dicitur, Facite iustitiam, Præcipit Esai. 56.
pax cum dicitur, Pacem habete inter uos. Marc. 9.
Præcipitur gaudium cum dicitur, Gaudete Phili. 4.
in dño semp. Negent ergo Pelagiani hæc
futura in regno dei, ubi sine fine uiuemus,
aut usque adeo si uidetur insaniant, ut iusti
tiam, pacem, gaudiũ, qualia sunt hic iustis,
talia & illic futura esse contendant. Quod
etsi erunt, & non talia erunt, profecto eorũ
hic in præcepto euranda est actio, illic in p-
mio sperãda perfectio, vbi secularibus vllis
laqueis non erunt retenti, nullisq; peccatis
& vitiis carnis obnoxij. Propter quod Apo
stolus, sicut hoc testimoniũ accepit Cypria
nus, mori lucrum sibi esse dicebat, Perfecte Phili. 1.
diligimus deum, cuius erit facie ad faciẽ cõ
templatio. Perfecte diligemus & proximum,
cũ manifestatis cogitationibus cordis nul-
la ullũ de ullo mali vllius possit solicitare
suspitio. Ambro-

Sed & iam glorioſissimo martyri Cypria sij testi-
no, ad istos cumulatius redarguendos beatis monia.
simum addamus Ambrosium, quoniam & Cap. 11.
ipsum

ipsum Pelagius ita laudauit, vt ne ab inimicis quidem in eius libris quod reprehenderetur, diceret inueniri. Quoniam ergo Pelagiani dicunt, non esse originale peccatum, cum quo nascantur infantes, & catholicis qui eis pro antiquissima Ecclesiæ fide resistunt hæresis Manichææ crimẽ objiciunt, Respondeat eis de hac re homo dei catholicus, & ab ipso Pelagio in veritate fidei laudatus Ambrosius, qui cum Esaiam prophetam exponeret, ait, Idcirco Christus immaculatus, quia nec ipsa quidẽ nascendi solita conditione maculatus est. Et alio loco in eodem opere, loquens de Apostolo Petro. Ipse se, inquit, obtulit, quod ante putabat esse peccatum, lauari sibi non solum pedes, sed & caput poscens, q̃ ilico intellexisset lauacro pedum, qui in primo lapsi sunt homine, sordem obnoxiæ successionis aboleri. Item in eodem opere, Seruatũ est igitur, inquit, vt ex viro & muliere, id est, per illam corporum cõmixtionẽ nemo videatur expers esse delicti, qui autẽ expers est delicti, expers etiam huiusmodi conceptionis. Item contra Nouatianos scribens, Oẽs homines, inquit, sub peccato nascimur, Quorum ipse fortus in vitio est, sicut habes lectum dicente Dauid, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Itẽ in apologia Prophetæ Dauid. Anteq̃ nascamur, inquit, maculamur contagione & ante vsurã lucis, originis ipsius excipimus iniuriam, in iniquitate concipimur. Itẽ de dño loquens. Dignũ etenim fuit, inquit, vt qui non erat habiturus corpore peccatũ prolapsionis, nullũ sentiret generationis naturale contagiũ. Merito ergo Dauid flebiliter in se deploratuit ipsa inquinamenta naturæ, & q̃ prius inciperet in homine macula q̃ vita: Itẽ de arca Noe, Per vnum igitur, inquit, dñm Iesum salus ventura nationibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cũ generatio oĩs erraret, nisi esset natus ex virgine, qui generationis obnoxiæ priuilegio minime teneretur. Ecce, inq̃t, in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, dicit is q̃ iustus præ cæteris putabatur. Quẽ igitur iam iustum dixerim, nisi horũ liberũ vinculorũ, quẽ naturæ cõmunis vincula nõ tenent? Ecce vir sanctus, Pelagij quoq; testimonio in fide catholica probatissimus, Pelagianos negantes originale peccatũ tanta manifestatione redarguit, nec tũ cũ Manichęis vel deum nascentium conditorem negat, vel nuptias quas deus instituit & benedixit, accusat. Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberũ arbitrium, cui deus subsequens gratiæ retribuat adiumentũ. Etiam hic eos refellat venerandus Ambrosius dicens in expositione Esaiæ prophetæ, Quia humana natura sine diuina ope imbecilla est, ad medendum deum auxiliatorem requirit. Itẽ in libro qui inscribitur de fuga seculi, Frequens nobis, inquit, de effugiendo seculo isto sermo, atq; vtinã q̃ facilis sermo, tam cautus & solicitus effectus. Sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatum & vanitatum offusio mẽtẽ occupat, vt quod studeas cauere difficile est hominẽ, exuere autẽ impossibile. Deniq; vtri magis eã esse re q̃ effectus, testatur Propheta dicendo, Declina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam. Nõ. n. in ptãte nostra est cor nr̃um & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ mentem animũq; confundunt, atque alio trahunt q̃ tu proposueris. Ad secularia reuocant, mundana inserunt, voluptaria inducunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tpe, quo eleuare mentem paramus, inertis imaginibus cogitationibus ad terrena plerunque deijcimur. Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino, qui fieri põt? Nullo profecto modo. Denique supra eadẽ scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius.

Quid apertius & sufficientius dici potest? Sed ne Pelagiani forte respondeant, eoipso quo diuinum auxilium posit præcedere hominis meritum, idipsum meritum esse dicentes, quia orando fit dignus, cui gratia diuina subueniat, attendant quid idem vir sanctus dicat in expositione Esaiæ. Et orare Deum, inquit, gratia spiritalis est. Nemo enim dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Vnde & exponens Euangelium secundum Lucam, Vides vtique, inquit, quia vbique domini virtus studijs cooperatur humanis, vt nemo posit ædificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine domino. Nunquid quoniam hæc dicit vir tantus Ambrosius & gratiam dei sicut filio promissionis congruit, grata pietate commendat, ideo destruit liberum

liberum arbitrium, aut eam vult intelligi gratiam, quam diuersis locutionibus Pelagiani nolunt, nisi legem videri, vt videlicet non ad faciendum quod cognouerimus, sed ad agnoscendum quid faciamus nos, deus adiuuare credatur? Si hoc istum hominem adiuuant in libro de fuga seculi, Lex, inquit, os omnium potuit obstruere, non potuit mentem conuertere. Item alio loco in eodem libro, Lex, inquit, factum damnat, non aufert malitiam. Videant fidelem & catholicum virum Apostolo consentire dicen-ti, Scimus autem, quia quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo, quia non iustificabitur ex lege, omnis caro coram illo. Ex hoc enim Apostolico sensu illa sumpsit & scripsit Ambrosius. Iam vero quoniam Pelagiani dicunt, iuste in hac vita ideo vel esse vel fuisse, qui sine nullo peccato vixerunt, intantum vt vita futuro, quæ in præmio speranda est, profectior & perfectior esse non possit, etiã hic eis respondeat, cosq̃ue refutet Ambrosius, Nam exponens Esaiam prophetam propter id quod scriptum est, Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt: suscipit de generationibus quæ ex deo sunt disputate, atque in ipsa disputatione commemorauit testimonium Ioannis, vbi ait. Qui natus est ex deo, non peccat. Et eandem quę stionem difficillimam tractans, Cum in hoc mundo, inquit, nullus sit, qui immunis sit à peccato, cum ipse Ioannes dicat, Si dicimus, quia non peccauimus, mendacem facimus illum, si autem ex deo nati non peccant, & de his intelligimus qui in mundo sunt, innumeros necesse est æstimemus, qui per lauacri regenerationem dei gratiam cõsecuti sunt, Sed tamen cum dicat Propheta, Omnia à te expectant, vt des illis cibum in tempore, dãte te his, colligent sibi: Aperiente manum tuam, vniuersa implebuntur bonitate: Auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficiẽt, & in puluerem suum conuertentur, Emittes spiritum tuum & creabuntur, & innouabis faciem terræ, possunt non de quocunque tempore videri dicta, sed de futuro, quando erit noua terra & nouum cœlum. Tunc ergo aperiente te manum tuam implebuntur vniuersa bonitate, quæ non facile huius seculi est. Nam de hoc seculo scriptura quid dicit? Non est qui facit bonitatem, non est vsque ad vnum. Si igitur diuersæ generationes sunt, & hic introitus in hanc vitam receptor est delictorum, intantum vt spernatur etiam ipse qui genuit, alia autem generatio peccata non recipit, videamus ne qua sit post huius vitæ curriculum nostra regeneratio, de qua dictum est, In regeneratione cum sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut. n. regeneratio lauacri dicitur, per quã detersa peccatorũ colluuione renouamur, ita regeneratio dici videtur, per quam ab omni corporeæ concretionis purificati labe, mundo animæ sensu in vitam regeneramur æternam, eo q̃ purior quædam qualitas sit regenerationis q̃ lauacri istius, vt nõ solum in actus eius, sed ne in ipsas quidem cogitationes nostras aliqua cadat suspitio peccatorum. Item alio loco in eodem opere, Videmus, inquit, impossibile esse, vt perfecte quis immaculatus esse possit in corpore constitutus, cum etiam Paulus imperfectum se dicat, sic. n. habet, Non q̃ iam acceperim, aut iam perfectus sim. Et tũ post paulum ait, Quicunq; ergo perfecti sumus, nisi forte quia est perfectio alia in hoc mũdo, alia post hanc vitam. Illud perfectũ de quo dicit ad Corinthios, Cum venerit quod perfectum est: & alibi, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionẽ filij dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vt ergo perfectos secum multos ait Apostolus in hoc mundo si tos, qui si ad perfectionem veram respicias, perfecti esse non poterant, quia ipse dixit, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, ita & immaculati sunt in hoc mundo, & immaculati erunt in regno dei: cum vtiq; si minutias discutias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato. Item in ipso, Videmus, inquit, dũ in hac viuimus vita q̃ nos mundare debemus, & quærere deum & incipere ab emundatione animæ nostræ, & quasi fundamenta constituere virtutis, vt perfectionem purificationis post hanc vitã mereamur adipisci. Item in ipso, Grauatus aũt & ingemiscẽs, inquit, q̃s non loquaĩ, Infœlix ego hõ, q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Ita eodẽ magistro oẽs varietates interpretationis absolui-

Psal. 50.

Ioã. 13.

Ambrosius in apologia Dauidica, capite. 11.

Mat. 19.

K

Phili. 3.

1. Co. 13

Ephe. 4.

L

1. Co. 13

Rom. 7.

absoluimus. Nã si omnis infœlix qui se corporis implicatũ molestijs recognoscit, vtique omne corpus infœlix, neq; enim fœlicem dixerim illum, qui confusus quibusdã mentis suæ tenebris conditionem suam nescit. Illud quoque non absurdum ad intellectum accesit. Si enim homo qui se cognoscit, infœlix est, infœlices profecto omnes, quia vnusquisque suam infirmitatem, aut per sapientiam recognoscit, aut per insipientiam nescit. Idem in libro de bono mortis, Operetur, inquit, mors in nobis, vt operetur & vita bona, vita post mortem: hoc est bona vita post victoriam, bona vita absoluto certamine, vt iam lex carnis, legi mentis repugnare non nouerit, vt iam nobis nulla sit cum corpore mortis contentio. Rursus in eodem, Ergo, inquit, quia iusti hanc remunerationem habent, vt videant faciem dei, & vt lumen quod illuminat omnem hominem, ab hinc induamus huiusmodi studium, vt appropinquet anima nostra deo, adhæreat illi desiderium nostrum, non separemur ab eo. Et hic quidem positi meditando, legendo, quærendo copulemur deo, cognoscamus eũ, vt possumus. Ex parte enim hic cognoscimus, quia hic imperfecta, illic perfecta omnia, hic paruuli, illic robusti. Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Tunc reuelata facie gloriam domini speculari licebit, quam nunc animæ corporis huius concretis visceribus inuolutæ, & quibusdã carnis huius maculis & colluuionibus obumbratæ, sincere videre non possunt. Quis.n. inquit, videbit vultum meum & viuet? Et recte, Nam si solis radios oculi nostri ferre non possunt, & si quis diutius è regione solis intẽderit, cæcari solere perhibet. Si creatura creaturam sine fraude atque offensione sui non potest intueri, quomodo potest sine periculo sui vibrantem cernere vultũ creatoris æterni, corporis huius optus exuijs? Quis.n. iustificatur in conspectu dei, cum vnius quoque diei infans mundus esse non possit, & nemo possit de sui cordis integritate & castimonia gloriari.

Ambrosius de bono mortis, capit. 3.

De bono mortis, cap. 11

Ioan. 1.

1. Co. 13.

Exo. 33.

Iob. 25.

Cap. 12. Nimis longum erit si omnia velim commemorare, quæ sanctus Ambrosius aduersus hanc hæresim Pelagianorum tanto post exorturam, non eis quidem respondens, sed prædicans catholicam fidem, atque in ea homines ædificans dixit & scripsit. Sed nec illa omnia cõmemorare potui vel debui, quæ gloriosissimus in domino Cyprianus posuit in Epistolis suis, quibus demõstratur, quomodo sit hæc quam tenemus fides, vera vereq; Christiana atque catholica, sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita, sic à patribus nostris, & vsque ad hoc tempus, B quò isti eam conuellere tentauerunt, retenta atque seruata, & deinceps propitio deo retinenda atque seruanda. Nam sic Cypriano & à Cypriano tradita hæc atque huiusmodi ex eius literis testimonia prolata testãtur, Sic autem vsque ad tempore nostra seruata, ea quæ de his rebus antequã isti ebullire cœpissent. Ambrosius conscripsit, ostendunt, & q̃ eorum prophanas nouitates catholicæ aures quæ vbique sunt, horruerũt, sic porrò deinceps esse seruanda, satis salubriter istorum partim damnatio, partim correctio declarauit. Quodlibet.n. mutire audeant aduersus sanam fidem Cypriani & Ambrosij, non eos puto in tam magnum prorupturos furorem, vt memoratos & memorabiles homines dei audeant dicere Manichæos. Quid est ergo quod rabiosa mentis cæcitate nunc iactant toto penitus Occidente, non minus stultum quam impiũ dogma susceptum? Quãdoquidem domino miserante suamq; Ecclesiam misericorditer gubernante, sic vigilauit catholica fides, vt nõ minus stultum quam impium dogmã, quẽadmodum Manichæorum, ita etiam nõ sciperetur istorum. Ecce sancti & docti viri fama totius Ecclesiæ contestante catholici, & creaturam dei, & nuptias ab illo institutas, & legem per sanctũ Moysen datam, & liberum arbitrium naturæ hominis institũ, & sanctos Patriarchas & Prophetas debitis ac congruis prædicationibus laudant, quæ omnia inique Manichæi, partim negando, partim etiam detestando condemnant. Vnde apparet istos doctores catholicos longe à Manichæorum sensibus alienos, tamen asserunt originale peccatum, asserunt gratiam dei super liberum arbitrium, omne antecedere meritum, vt vere gratuitum diuinum præbeat adiutorium. Asserunt sanctos ita iuste in hac carne vixisse, vt eis esset necessarium, quo dimittuntur quotidiana peccata, orationis auxilium, perfectamq; iustitiam, quæ non possit habere peccatum, in alia vita futuram eis, qui iuste hic vixerunt præmium. Quid est ergo q̃ dicunt de simplicibus Episcopis, sine congregatione synodi in locis suis sedẽtibus extorta subscriptio ẽ? Nunquid

Nunquid beatissimis & in fide catholica excellentissimis viris Cypriano & Ambrosio ante istos, aduersus istos extorta subscriptio est, qua eorum impia dogmata tanta manifestatione subuerrunt, vt quæ contra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possimus? Aut vero congregatione synodi opus erat, vt aperta pernicies damnaretur, quasi nulla hæresis aliquando nisi synodi congregatione damnata sit, cũ potius rarissimæ inueniantur, propter quas damnãdas necessitas talis extiterit, multoque sint atq; incomparabiliter plures, quę vbi extiterũt, illic improbari damnariq; meruerunt, atq; inde per cæteras terras deuitandæ innotescere potuerunt. Verum istorum superbia, quę tantum se extollit aduersus deum, vt non in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, vt propter illos Orientis & Occidẽtis synodus congregetur. Orbem quippe catholicum, qm̃ dño eis resistente peeuertere nequeunt, saltem commouere conantur, cum potius vigilantia & diligentia pastorali post factũ illis cõpetẽs, sufficiensq; iudiciũ vbique vt sanãtur atq; mutent, sine vt ab aliorũ salute atq; integritate vitentur, adiuuãte pastore pastorum, qui ouem perditam & in paruulis quærit, qui oues sanctas & iustas gratas facit, qui eas quanuis sanctificatas & iustificatas, tũ in ista fragilitate atq; infirmitate, p̃ quotidianis peccatis, sine quibus hic non viuitur, etiã cũ bene viuitur, quotidianã remissionẽ, & vt petant prouidenter instruit, & petentes clementer exaudit.

Libri quarti finis.

REDDIT CAVSAM QVVR denuo respondeat Iuliano.

Beatissimo fratri & coepiscopo Claudio, Augustinus in dño salutẽ. Qm̃ mihi fraterno exci tatus affectu Iuliani quatuor libros, quos aduersus vnum meum scripsit, priusquam peterem, ipse misisti, nihil conuenientius putaui esse faciendum, quàm vt ea quæ respondeo, potissimum tu legens iudices, vtrum recte congruenterq; rñderim. Nam de his quatuor libris nonnulla decerpta scripserat nescio quis, ad Illustrem & religiosum virũ, comitem Valerium aduersus eundẽ librũ meũ, quem me aduersus illum scripsisse cognouerat, q̃ cum in manus meas eodem sublimi viro curante venissent, illi primo non distuli sedm volumen adiungere, in quo illa omnia sicut potui refutaui. Sed nunc cum eosdẽ libros diligentius inspicerem, cõperi illum qui nonnulla inde se F legerat, non omnia ita posuisse, vt in his libris leguntur. Vnde videri poterit Iuliano, vel cuilibet illorum me potius fuisse mentitũ, quia nõ vtiq; sicut hi quatuor libri, ita illa quæ de his excerpta, & memorato comiti missa sunt, innotescere potuerunt. Quisquis ergo & illum sedm librum meum ad comitẽ identidem Valerium sicut primum conscriptũ legit, nouerit me in quibusdam non respõdisse Iuliano, sed ei potius qui de libris eius illa selegit, & nõ ita posuit vt inuenit, sed aliquantũ putauit esse mutanda, fortasse vt eo modo quasi sua faceret, quæ aliena esse constaret. Nunc aũt veriora credens exẽplaria, quæ tua sanctitas misit, ipsi authori video rñdendum, qui vnum meum quatuor libris suis refelliisse se iactat, & vsquequaq; spargere fidei venena non cessat. Aggressus sum igitur hoc opus in adiutorio saluatoris pusillorum atq; magnorũ, & scio te vt id implerem orasse pro me, & pro ijs quibus huiusmodi labores nostros profuturos credimus & optamus. Attẽde ergo iã responsionem meam, cuius principiũ hanc epistolam subsequetur. Vale in domino memor nostri beatissime frater.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber Primus.

Contumelias tuas & verba maledicta Iuliane, quæ ardens iracundia libris quatuor anhelasti, si me contẽnere dixero, mentiar. Qũo enim possum ista contemnere, vbi testimonium conscientiæ meæ cogitans, vel gaudere me video debere p̃ me, vel dolore pro te, & pro eis qui decipiũtur abs te? Quis autem contemnat siue exultationis suæ materiam, siue mœroris? Nam vnde partim lætamur, partim cõtristamur, nulla ratione contemnimus. Meorum quippe causa gaudiorum est promissio dñi dicẽtis, Cum dicunt omne malum aduersum vos mentientes propter me gaudete & exul Matt. 5.

Cap. 1.

eate quoniã merces vestra multa est in cœlis. Et rursus mei causa mœroris est Apo-
2. Cor. 11. stoli affectus vbi lego, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Sed hæc pro tuo dogmate,
H quod veritatem putas etiam tu potes dicere, Auferamus itaq; de medio si placet, ista communia quæ dici ex vtraque parte possunt, quanuis veraciter ex vtraque parte dici non possunt. Primum abs te quæro, cur libro meo saltem specietenus te respondisse glorieris, cũ tuis libris quatuor vnius mei partem, nec quartã reprehendẽdo tetigeris, eosq; saltus in prætereundis meis disputationibus feceris, quasi omnino desperares vtriusque operis, & mei scilicet & tui quenquam esse posse lectorem, qui ista deprehenderet? Denique etiam pauca ipsa, in quibus vix est, vt dixi, quarta pars voluminis mei, quæ velut infirmiora existimans, quatuor tuorum grandiorum voluminum strepitu, quasi quadrigarum impetu prosternere & conculcare molitus es, consideratione multo plurium cæterorum, quæ attingere timuisti, inconcussa manere monstrantur. Quod ostendere penè superfluum est. Admonendi.n. sunt potius, qui hoc nosse desiderãt, vt nõ eos pigeat vtrunque legere, & quod scripsi, & quod respondere voluisti, ita.n. se res ipsa declarat atque indicat, vt nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demonstrari.

I Distribu tio operis.

Nunc ergo quia video te à veritate desertum, ad maledicta esse conuersum, ita distribuam disputationem meam, vt ostendam prius quantis & qualibus Ecclesiæ catholicæ doctoribus nomine Manichæorum intolerabilem facere non cunctaris iniuriam, & cum me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris. Deinde monstrabo, q̃ tu ipse sic adiuuas Manichæorum damnabilem & nefandæ impietatis errorem, vt nullum talem patronum nec in suis dilectoribus valeant inuenire. Tertio loco quantum breuiter potuero sententijs non meis, sed eorũ qui fuerunt ante nos, & aduersus impios fidem catholicã defenderunt, inanes argutias tuas & elaborata argumenta conuincam. Postremo quoniã si te non correxeris, necesse tibi erit etiam illos Ecclesiæ catholicæ oppugnare doctores, atque cõtendere, nec ipsos in hac quæstione catholicam tenuisse veritatem, defendam contra te deo, adiuuante & ipsorum & naturam fidem, vbi etiam id poterit apparere, non solum tu verbis tuis, quod secundo loco me demonstraturum esse promisi, sed ipsum dogma Pelagianum, quod commune est omnibus vobis, quãtum adiuuet Manichæos.

Primã itaq; partem distributionis meæ, K quemadmodum exequar parumper aduer- Testimo te. Nempe inter nos, quantum attinet ad nia do intentionem libri mei, cui te respõdisse qua Eorum tuor tuis iactas, ista vertit quæstio, q̃ ego de peccato dico sic nuptias esse laudandas, vt nullo mõ eo origi ad eorum culpam vituperationemq; pertineat, q̃ omnes homines primorum illorum Cap. 2 hominũ peccato nascãtur obnoxij. Hoc.n. qui negat ipsa Christianæ fidei subuertere firmamenta conatur. Hinc quippe factum est, vt de nuptijs & concupiscentia librum scriberem, nuptiarum scilicet bonum discernens ab eo malo, vnde trahit originale peccatum. Tu autem dicis nuptias sine dubitatione damnari, nisi quod ex eis nascitur, ab omni sit liberum obligatione peccati. Propter quod libris quatuor te vnum meum rescripsi, & quod respondere voluisti, ita.n. se res ipsa declarat atque indicat, vt nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demonstrari.

Nunc ergo quia video te à veritate desertum, ad maledicta esse conuersum, ita distribuam disputationem meam, vt ostendam prius quantis & qualibus Ecclesiæ catholicæ doctoribus nomine Manichæorum intolerabilem facere non cunctaris iniuriam, & cum me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris. Deinde monstrabo, q̃ tu ipse sic adiuuas Manichæorum damnabilem & nefandæ impietatis errorem, vt nullum talem patronum nec in suis dilectoribus valeant inuenire. Tertio loco quantum breuiter potuero sententijs non meis, sed eorũ qui fuerunt ante nos, & aduersus impios fidem catholicã defenderunt, inanes argutias tuas & elaborata argumenta conuincam. Postremo quoniã si te non correxeris, necesse tibi erit etiam illos Ecclesiæ catholicæ oppugnare doctores, atque cõtendere, nec ipsos in hac quæstione catholicam tenuisse veritatem, defendam contra te deo, adiuuante & ipsorum & naturam fidem, vbi etiam id poterit apparere, non solum tu verbis tuis, quod secundo loco me demonstraturum esse promisi, sed ipsum dogma Pelagianum, quod commune est omnibus vobis, quãtum adiuuet Manichæos.

Primã itaq; partem distributionis meæ, quemadmodum exequar parumper aduertere. Nempe inter nos, quantum attinet ad intentionem libri mei, cui te respõdisse quatuor tuis iactas, ista vertit quæstio, q̃ ego de peccato dico sic nuptias esse laudandas, vt nullo mõ eo originale, q̃ omnes homines primorum illorum hominũ peccato nascãtur obnoxij. Hoc.n. qui negat ipsa Christianæ fidei subuertere firmamenta conatur. Hinc quippe factum est, vt de nuptijs & concupiscentia librum scriberem, nuptiarum scilicet bonum discernens ab eo malo, vnde trahit originale peccatum. Tu autem dicis nuptias sine dubitatione damnari, nisi quod ex eis nascitur, ab omni sit liberum obligatione peccati. Propter quod libris quatuor te vnum meum rescripsi, & quod respondere voluisti, ita.n. se res ipsa declarat atque indicat, vt nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demonstrari.

Nunc ergo quia video te à veritate desertum, ad maledicta esse conuersum, ita distribuam disputationem meam, vt ostendam prius quantis & qualibus Ecclesiæ catholicæ doctoribus nomine Manichæorum intolerabilem facere non cunctaris iniuriam, & cum me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris. Deinde monstrabo, q̃ tu ipse sic adiuuas Manichæorum damnabilem & nefandæ impietatis errorem, vt nullum talem patronum nec in suis dilectoribus valeant inuenire. Tertio loco quantum breuiter potuero sententijs non meis, sed eorũ qui fuerunt ante nos, & aduersus impios fidem catholicã defenderunt, inanes argutias tuas & elaborata argumenta conuincam. Postremo quoniã si te non correxeris, necesse tibi erit etiam illos Ecclesiæ catholicæ oppugnare doctores, atque cõtendere, nec ipsos in hac quæstione catholicam tenuisse veritatem, defendam contra te deo, adiuuante & ipsorum & naturam fidem, vbi etiam id poterit apparere, non solum tu verbis tuis, quod secundo loco me demonstraturum esse promisi, sed ipsum dogma Pelagianum, quod commune est omnibus vobis, quãtum adiuuet Manichæos.

dere paruulorum. Sed tu qui tam crebro nobis Manichæorũ nomen opponis, quos & quales viros & quantos fidei catholicæ defensores tam execrabili criminatione appetere audeas si euigilas intuere. Non quidem omnium de hac re sententias, nec oẽs eorum, quos cõmemorabo, me congregaturũ esse polliceor, quia nimis longũ est, & necesse non arbitror, sed ponam pauca pauca eorum, quibus tũ nostri contradictores cogantur erubescere & cedere, si vllus in eis vel dei timor, vel hominum pudor tantum malũ peruicaciæ superauerit, Irenæus Lugdunensis Eps, non longe à tpibus Apostolorum fuit: Iste ait, non aliter saluari homines antiqua serpentiss plaga nisi credant in eum, qui secũm similitudinem carnis peccati in ligno martyrij exaltatus à terra, & omnia traxit ad se, & viuificauit mortuos. Item idem ipse, Quemadmodum astrictũ est, inquit, morti genus humanum per virginem, soluatur per virginem, æqua lance disposita virginalis inobedientia per virginalem obedientiam. Adhuc.n. protoplasti peccato per correptionẽ primogeniti emendationem accipiente, serpentis prudẽtia deuincta per simplicitatem columbæ, vinculis illis resoluti sumus, per quæ allegati eramus morti. Videsne antiquum hominem dei, quid de antiqua serpentis plaga sentiat? Quid de similitudine carnis peccati, p quã fanatur plaga serpentis in carne peccati? Quid de protoplasti peccato, per quod alligati fueramus? Multo autẽ apertius de eadem fide beatissimus martyr & Episcopus Cyprianus. Si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu posset impedire peccata grauiora. Porrò autem si grauissimis delictoribus & in deum multo ante peccantibus, cũ postea credidenti remissio pctorum datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi q̃ secundum Adam carnaliter natus, contagiũ mortis antiquæ, prima natiuitate cõtraxit? Qui ad remissionem peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, q̃ illi remittuntur, non proprija, sed aliena peccata. Reticium ab Augustino Eps magnæ fuisse authoritatis in Ecclesia tpe Episcopatus sui, gesta illa ecclesiastica nobis indicant, qũ in vrbe Romana Melchiade apostolicæ sedis Episcopo præsidẽte, cum alijs iudex interfuit, Donatumq; damnauit, qui prior author Donatistarum schismatis fuit, & Cæcilianũ Epm Ecclesiæ Carthaginensis absoluit. Is cum de baptismo ageret, ita locutus est, Hanc igitur esse principalem in Ecclesia indulgen B tiam neminem præterit, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantiæ nostræ facinora prisca delemus, vbi & veterem hominem cum ingenitis sceleribus exuimus. Audis antiqui criminis pondus, audis prisca facinora, audis cum sceleribus ingenitis hominem veterem, & audes aduersus hæc ruinosam construere nouitatem? Olympus Hispanus Episcopus, vir magnæ in Ecclesia & in Christo gloriæ, in quodam sermone Ecclesiastico. Si fides, inquit, vnquã in terris incorrupta mansisset, ac vestigia defixa tenuisset, quæ signata deseruit, nunquam protoplasti mortifera transgressione vitium sparsisset in germine, vt peccatum cum homine nasceretur. Habesne aliquid quod aduersus nos tibi dicere videaris, quod non etiam in istum dicere compellaris, vel potius in istos? Vna est enim omnium catholica fides, qui per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, in quo omnes peccauerunt, vno corde credunt, ore vno fatentur, & vestras nouitias præsumptiones catholica antiquitate subuertunt. Audi adhuc quod te possit amplius commouere, atq; turbare, & vtinam in melius cõmutare. Ecclesiæ catholicæ aduersus hæreticos C acerrimũ defensorem venerãdũ quis ignorat Hilarium Epm Gallum? Qui cum de Christi carne ageret, attende quid dixerit. Ergo cum missus est, inquit, in similitudinem carnis peccati, non sicut carnem habuit & peccatum. Sed quia ex peccato omnis caro est, a peccato scilicet Adam parente deducta, in similitudine peccati carnis est missus, existente in eo non peccato, sed peccati carnis similitudine. Rursus idem ipse in expositione centesimi duodeuigesimi Psalmi, cum ad id venisset quod scriptum est, Viuet anima mea, & laudabit te: viuere se, inquit, in hac vita non reputat, quippe qui dixerat, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Scit sub peccati origine, & sub peccati lege esse se natum. Sẽtisne qd audias? Quærisne quid dicas? Hũc virũ tãta in Epis catholicis laude pclarum.

Olympus Eps. Psal. 118. Psal. 50. Hilarius Eps.

tanta notitia famáq; conſpicuum, peccato originali aude ſi quid tibi frõtis ẽ criminari. Sed adhuc audi aliũ excellentẽ dei diſpẽſatorẽ, quẽ veneror vt patrem, in Chriſto enim Ieſu p Euangeliũ ipſe me genuit, & eo Chriſti miniſtro lauacrum regeneratio
D nis accepi, beatũ loquor Ambroſium, cuius pro catholica fide gratiã, conſtantiam, labores, pericula, ſiue operibus, ſiue ſermonibus & ipſe ſum expertus, & mecũ non dubitat orbis prædicare Romanus. Hic uir cum
Ambro ſius ſup Lucam. ſecundũ Lucã exponeret Euangelium, lor danis, inquit, conuerſus eſt retrorſum: ſignificauit ſalutaris lauacri futura myſteria, p quæ in primordia naturæ ſuæ, qui bapti zati fuerint paruuli à malitia reformantur. Rurſus idem ipſe in eodẽ opere, Nõ enim virilis coitus, inquit, vuluæ virginalis ſecreta reſeruit, ſed immaculatum ſemen inuio labili utero ſpiritus ſanctus infudit. Solus enim p omnia ex natis de fœmina ſanctus dominus Ieſus, qui terrenæ cotagia corrup
Rom. 5. telę immaculati partus nouitate non ſenſerit, & cœleſti maieſtate depulerit. Idẽq; in eodẽ ipſo, Oẽs, inquit, in Adam morimur, quia p vnũ hominẽ pctũ intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãſijt, in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa, mors omnium eſt. Itẽ loco alio in eodẽ Euãgelio, Caue ergo, inquit, ne ante nuderis, ſicut Adam nudatus eſt, mandati cœleſtis cuſtodia deſtitutus, & exutus fidei veſtimento, & ſic letale vulnus accepit, in quo omne genus occidiſſet humanũ, niſi Samaritanus ille deſcendens uulnera eius acerba curaſſet. Rurſus
E in opere ipſo, alio loco, Fuit, inquit, Adam & in illo ſumus oẽs. Perijt Adã, & in illo oẽs perierunt. Rurſus idẽ ipſe in apologia
Ambro ſius in apologia Dauid, cap. 11. Prophetæ Dauid, Ante quam naſcimur, inquit, maculamur contagio, & ante vſurã lucis, originis ipſius excipimus iniuriam & in iniquitate concipimur. Non expreſsit, inquit, vtrũ parentũ an noſtris, & in delictis vnumquenq; generat mater ſua. Nec hic declarauit, vtrum in delictis ſuis pariat, an iam ſint aliqua delicta naſcentis: Sed vide ne vtrunq; intelligendum ſit. Nec conceptus exors iniquitatis eſt, qm & parentes nõ carent lapſu. Et ſi nec vnius diei infans ſine peccato, multo magis nec illi materni conceptus dies ſine peccato ſunt. Concipimur ergo in peccato parentum, & in delictis eorum naſcimur. Sed & ipſe partus habet contagia ſua, nec unum tantummodo habet ipſa natura contagium. Idem ipſe in expoſitione libri Tobiæ. Quis iſte peccati eſt fœnerator niſi diabolus, à quo Eua maculata peccato, obnoxiæ ſucceſsionis vſuris omne genus defœnerauit humanum? Rurſus in eodem, Diaboſus, inquit, Euam decepit vt ſupplantaret virũ, obligaret hæredi- F tatem. Idẽ ipſe in expoſitione Pſalmi quadrageſimi octaui, Alia eſt, inquit, iniquitas noſtra, alia calcanei noſtri, in quo Adã dente ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiã hęre ditatem ſucceſsionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, vt omnes illo vulnere claudicemus. I nunc & mihi obiice originale pctm, diſsimula ab iſtis, finge te neſcire quid dicant, & ſanctæ Eccleſiæ tot tãtosq; doctores, qui vita optime geſta, debellatisq; ſuorũ tẽporum erroribus, glorioſiſsime de hoc ſeculo, anteq vos ebulliretis exierunt, velut eis nõ viſis, in me impetum faciẽs, & velut neſciens, qp illi ſub meo nomine lacerentur tanq ſecurus inſulta. Crederẽ te, fateor, qd mali facias ignorare, nec impudentiæ, ſed imprudentiæ tuę tribuerem, p hæc lumina ciuitatis dei audes hoſtiliter inſectari, q ſectari fideliter debuiſti. Crederem te, inq, hac tantum nefas committere neſcientem, niſi in eo libro cui te rndiſſe vel exiſtimas, vel exiſtimari cupis, apertiſsimum teſtimonium de ſancti Ambroſij diſputatione poſuiſſes. An ibi non legiſti, p cum Chriſti natiuitatem de uirginis partu ſupradictus inſinuaret Eps, Ideo, inquit, & quaſi homo G per vniuerſa tentatus eſt, & in ſimilitudine hominũ cuncta ſuſtinuit, ſed quaſi de ſpiritu natus abſtinuit a peccato. Omnis enim hõ mendax, & nemo ſine peccato niſi unus deus. Seruatum eſt igitur vt ex uiro & mulier e, id eſt, per allam corporum commixtio nẽ nemo videatur expers eſſe delicti. Qui aũt expers delicti, exp s etiã huiuſmodi cõceptionis. Si hæc ibi verba venerandi Ambroſij non legiſti, quomodo redarguendũ librum, in quo ea ſunt poſita ſuſcepiſti? Si autem legiſti, quid aduerſus me furis & illã in me primitus carpis? Quid nomẽ diuinæ niteris meum, & Ambroſium facis tãcito eius nomine Manichæum? Cernis nempe cum quibus tua maledicta ſuſtineam, cernis cum quibus mihi ſit cauſa communis, quam nulla conſideratione ſobria pulſare calumnijs & expugnare conaris? Cernis quam tibi perniciosum ſit, tam horri-

bile crimen obiicere talibus, & quàm mihi gloriosum ſit, quodlibet crimen audire cum talibus? Si cernis carne, & tandem tace, Pelagianam linguam tot linguis catholicis deprime, tot venerandis oribus proteri ora ſubmitte. Sic ſcolã Xenocratis ſicut H Polemo ex antelucano conuiuio temulentus intraſſes, non tanta quanta in iſto cœtu tot ſanctorũ, deberes verecundia coerceri. Hic n. certe tanto maior debet eſſe verecũdia, quanto verior addiſcitur ſapientia. Tãto amplius reuerendi ſunt tot memorabiliũ Eporum, q vnius Xenocratis vultus, quanto Platone Xenocratis doctore, doctor iſto rum maior eſt Chriſtus. Ego certe beatæ memoriæ Memoris patris tui non immemor, qui mecum non pauam inierat amicitiam colloquio literarum, teq; ipſum mihi charisimum fecerat, cum te viderem in libris tuis non antelucano conuiuio temulentum, ſed inſano conuitio turbulentum, introduxi te ſedandum atq; ſanandum, nõ in alicuius philoſophi adiutorium, ſed in ſanctorum patrum pacificum honorandumq; conuentum. Sit operæprecium obſecro te, aſpice illos quodammodo aſpicientes te, & manſuete ac leniter dicentes tibi itane nos fili Iuliane Manichæi ſumus? Rogo quid reſpondebis? Quibus eos oculis intue beris? Quæ tibi argumẽta ſuccurrẽt? Quæ Ariſtotelis cathegoriæ, quibus vt in vos velut artifex diſputator inſilias, videri appetis delimatus? Quæ tuorum argumentorum vel acies vitrea, vel plumbei pugiones illorum conſpectu exeri audebunt? Quæ abs te arma non fugient nudum q; deſtituent? An forte dicturus es, neminem illorũ te in iſto crimine nominaſſet? Et quid facies cum tibi dixerint, tolerabilius dante maledico nomina concideres noſtra, quàm fidẽ noſtrã, cuius merito in cœlo nomina ſcripta ſunt noſtra? An forte dices eis, nec fidem veſtrã vllo tali crimine violaui? Sed qua confidentia id dicere audebis homo, qui dicis Manichæum eſſe ſenſum, confiteri ex Adam tractere naſcentes originale peccatum, qđ iſta confeſsi atq; profeſsi ſunt, quod in Chriſti Eccleſia ſuorum rudimentorum tpe didicerunt, qđ Chri Eccleſiã ſuorũ bonorũ tpe docuerunt, qui per ſpm ſanctum tam multa peccata omnibus, quos baptizare potuerunt, tam multis paruulis ſola originalia miſerunt? Iterum te admoneo, iterum rogo aſpice tot ac tales Eccleſiæ catholicæ de fenſores atq; rectores, vide quibus tam graues, tanque nefariam irrogaris iniuriam. An ideo contemnendos putas, quia occidẽtalis Eccleſiæ ſunt omnes, nec ullus in eis ẽ cõmemoratus à nobis Orientis Eps? Quid ergo faciamus cum illi Græci ſint, nos Latini? Puto tibi eam partẽ orbis ſufficere debere, in qua primum Apoſtolorum ſuorũ K voluit dñs glorioſiſsimo martyrio corona re. Cui Eccleſiæ præſidentem beatum Innocentium ſi audire voluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid. n. potuit vir ille ſanctus Aphricanis reſpondere concilijs, niſi quod antiquitus apoſtolica ſedes & Romana cæteris tenet perſeueranter Eccleſia? Et tũ eius ſucceſſorem crimine præuaricatio nis accuſas, quia doctrinæ apoſtolicæ & ſui deceſſoris ſententiæ noluit refragari. Sed de hoc interim taceo, ne animum tuũ, quẽ ſanare potius cupio, q iritare, laudibus tui damnatoris exulcerem. Sancto Innocentio Innocẽ vide quid reſpõdeas, qui nihil aliud de hac tius. re ſapit, q quod iſti in quorum te conuentum, ſi tamen prodeſt aliquiã, introduxi, cũ his etiã ipſe conſidet, etſi poſterior tempore, prior loco? de miſeris paruulis ab originali malo, qđ trahitur ex Adam per Chriſti gratiã liberandis, vnã cũ eis tenet Chriſtianam veramq; ſententiam. Qui omne prẽteriti vitium primi. ſ. hominis, qui libero arbitrio eſt in profunda demerſus, Chriſtum dixitſui lauacro purgaſſe baptiſmatis. Ioan. 6.
Qui deniq; paruulos definiuit, niſi mandu
cauerit carnẽ filij hominis, uitam prorſus
hſe non poſſe. Huic reſponde, imo ipſi do
mino, cuius ille antiſtes vſus ẽ teſtimonio, L
& dic unde imago dei tam capitali ſuppli
cio puniatur, vt vita priuetur, ſi peccatum
à naſcentibus originale non trahitur. Sed
q̃d dicas, aut quid rñdeas, qui ẽt ſi beatum
audias Innocentiũ, non audebis tũ Chriſtũ
dicere Manichæum. Non ẽ ergo cur prouo
ces ad Orientis antiſtites, quia & ipſi utiq;
Chriſtiani ſunt, & vtriuſq; partis terrarũ
fides iſta vna eſt, quia & fides iſta Chriſtia
na eſt, & te certe occidentalis terra genera-
uit, occidentalis regenerauit Eccleſia. Quid
ei quæris inferre, quod in ea non inueniſti
quando in eius membra veniſti? Imo quid
ei quæris auferre, quod in ea tu quoque
accepiſti? Nam peccatum originale quod
in aliorum perniciem paruulorum negas,
quacunque ætate ſis baptizatus, aut ipſum

tibi remissum est, aut & ipsum. Sed si verũ
est, q audiuimus te in fantulũ baptizatum,
etiam tu quanuis a tuis propriis peccatis in
nocens, tñ quia ex Adam carnaliter natus,
contagium mortis antiquæ prima natiuita
te traxisti, & in iniquitate conceptus es, p
fecto exorcizatus & exufflatus es, vt a ptãte
erutus tenebrarum tranferreris in regnũ
M Christi. O fili male ex Adam nate, sed bene
in Christo renate, sacramenta quibus te pe
perit, tuæ matri conaris auferre. Nunquid
Manichæa fuit quando isto modo te pepe-
rit, qũo iam uon vis vt pariat, & ingeris ei
natiuitatis opprobria, vt in ea cæteris clau-
das, ex quibus ipse natus es, viscera pieta-
tis? Diuidis ei nomen viri sui, vt ad regene-
randos paruulos tantummodo Chŕs sit, ad
maiores autẽ, Christus Iesus, quia Iesus
saluator interpretatũ. Quod cũ paruulis eẽ
non vultis, quia nihil eos hŕe, vnde illos sal
uos faciat prædicatis. Sed nõ tibi deerit ma
gni nominis & fama celeberrima illustris
Eps etiam de partibus Orientis, cuius elo-
quia ingentis merito gratiæ, etiã in linguã
Latinam translata vsquequaque clarnerũt.
Sedeat ergo cum istis patribus etiã sanctus
Gregorius, & cũ eis tuæ criminationis ina
nem patiatur inuidiam, dũ tñ cum eis con
tra nouitiam pestem vestram medicinalem
Gregor. proferat & ipse sententiam. Audi ergo qd
dicat, Imago, inq̃t, dei labem corporeæ inũ
dationis expurget, & coniunctam sibi carnẽ
verbi dei subleuet pẽnis. Et quamuis me-
lius fuisset, ne egere quidẽ huiuscemodi ex
A purgatione, sed in illa prima dignitate per-
mãsisse, ad quam & refestinamus post præ-
sentem emẽdationem, & melius fuisset non
excidere à ligno vitæ gustu amarissimo pec
cati, tñ in secundo loco expedit emẽdari, &
corrigi post lapsum, quam in nequitiis per
manere. Itẽq; idem ipse, Sicut in Adam om
2.Co.15. nes, inquit, mortui sumus, ita & in Christo
omnes viuificemur. Cum Christo ergo na
scamur, & cum Chŕo crucifigamur, & con
sepeliamur ei in mortem, vt cum ipso etiã
resurgamus ad vitam. Necesse est.n.nos p
peti vtilem hanc & necessariam vicissitudi
nem, vt sicut ex bonis ad tristia deuoluti-
Rom.5. sumus, ita ex tristibus ad meliora repare-
mur. Vbi.n.abundauit peccatum, superabũ
dauit gratia. Vt quos gustus ligni vetiti
condemnauit, Christi crux gratia largiore
iustificet. Idem rursus, Venerare, inquit, na
tiuitate, per quam terrenæ natiuitatis vin-
culis liberatus es. Honora Betheleem pusil
lam & minimam per quam tibi regressus
ad paradisum parefactus est. Itemque alibi
de baptismo loquens, Persuadeat, inquit, ti Ioan. 3.
bi de hoc quoque sermo Christi dicentis
neminem posse introire in regnũ cœlorũ,
nisi renatus fuerit ex squa & spiritu. Per
hunc primæ natiuitatis maculæ purgantur,
per quas in iniquitatibus concipimur, & in B
delictis genuerunt nos matres nostræ.

Nunquid & istum Manichæi sapere vel Psal.50.
iacere venena dicturus es? Audis omnes v- August.
no corde, vno ore, vna fide id ipsum dice-
re, & hanc esse catholicã fidem nõ dissonan
te contestatione firmata. An tibi parua in
vno Gregorio Eporum orientalium uidet
authoritas? Est quidẽ tanta psona, ut neq;
ille hoc nisi ex fide Christiana omnibus no
tissima diceret, nec illi eum tam clarum ha
berent atq; venerãdũ, nisi hęc ab illo dicta
ex regula notissimæ veritatis agnoscerent.
Sed si vis addimus huic & sanctũ Basiliũ,
imo vel nolis addendus est, maxime quia &
tu de libro eius, quem scripsit aduersus Ma
nichæos, in quarto volumine huius operis Basilius
tui aliquid putasti esse ponendum, quod ad magnus
causam peccati originalis per unum intran
tis in mundum, & per omnes homines tran
seuntis omnino non pertinet. Ibi quippe
agit, ne malum substantiale credatur, habẽs
suam quãdam materiam, sicut lapsunt Ma
nichæi. Dicit ergo non esse substantiã, sed
conuersationem, quæ de sola voluntate cõ
tingat, non his qui contagium mortis anti-
quę prima natiuitate traxerunt, sed ijs qui
ægritudinem conuersationis de voluntate
propria collegerunt. i. iam maioribus ratio-
ne utentibus & arbitrio voluntatis. Hanc C
conuersationem ex accidenti venientem fa
cillime dicit posse ab egrotantium voluntа
te separari. Dicit etiam si euenisset malum,
ita vt non valeret vlterius à voluntate re-
moueri. i. quamuis accidisset, si ita accidis-
set vt separari ulterius a voluntate non ua-
leret, merito dici posset, substantiale quidẽ
malum non esse, sed ipsam substantiam sine
malitia quæ accidit, tam este non posse. Si
stutẽ accesit, inquit, & principium accesio
nis non substantiam habuit, sed uoluntа-
tem, facile potest malum a substantia sepa-
rari, ut & subiecta voluntati substantia,
mũda possit per omnia possideri, ita ut nul
lius mali vel signa remaneant.

Ista ita recte dixit S. Basilius, vt etiã de Augus.
ipso

ipso malo, quod per Adam intrauit in mun
dum, & per oẽs homines pertransijt, bene
posset intelligi, quia & ipsum accesit natu-
ræ humanæ. Non.n. sic est primitus condi-
ta & principiũ accessionis non substãtiam
habuit, sed voluntatẽ, siue mulieris, q a ser-
pente seducta est, siue viri eius, qui seductæ
ad peccandũ consensit vxori. Sed quod ait,
facile posse malũ a voluntate, vel à substãtia
D separari, non humanæ facile est voluntati,
sed misericordiæ dei. Quod aduersus Mani
chæos vtiq; sufficit, qui putant esse impossi
bile mutari in bonũ naturã mali. Ideo non
aut Basilius, ipsam voluntatẽ hominis, siue
substantiã, vel naturam, malum à se posse
facile separare: sed, ab ea posse facile separa-
ri. sic verba sua librans, vt & Manichæos,
contra quos agebat refelleret, & contra di-
uinam gratiam humanã superbiam nõ ex-
tolleret. Ille quippe omnipotens cui secun-
dum Euangeliũ facile est, quod hominibus
impossibile est, malũ qd nobis accidit, vel
ex primi hominis, vel ex nŕa insuper volun
tate, ita suæ gratiæ largitate consumet, vt su
biecta substantia volũtati quemadmodum
cõmemorasti dixisse Basilium, munda pos-
sit per omnia possideri, sic omnino, vt nul-
lius mali vel signa remaneant. Fiet hoc, &
ipsa spes, est indubitata fidelium. Sed qñ p-
ficiatur in promptu est catholicæ fidei. Tũc
enim dicetur nouissime inimicę morti. Vbi
est contentio tua, vbi est aculeus tuus? Item
q commemoras dixisse Basilium, si castitas
virtus est, corpus vero substantialiter ma-
lũ esset, impossibile erat castum corpus in-
E ueniri, qa corpus turpitudinis, virtutis nõ
fieret corpus, cum aũt sanctificatur, virtutis
efficitur: & ita communicat virtus corpori,
corpusq; virtuti, per quã & templũ efficit
dei. Vnde si oẽ corpus fornicationis esset, im
possibile vtiq; erat castitatẽ in corporibus
ingeniri, tumq; demum naturæ corporum
possemus malum substantiale deputare. Si
vero eousque corporis merita processerunt,
tantoq; honore decoratum est, ac tale indu
mentum pudicitiæ suscepit, vt domus sui fa
ctoris esse mereretur, ac fieret thalamus fi-
lij dei, vt venientes pater & filius habitatio-
nem corporum eligere dignarentur: quo-
modo, non execrabilis & ridendus Mani-
chæi sermo conuincitur? Quid potuit dici
verius & catholicæ regulæ conuenientius?
Dictum est.n. aduersus Manichæos, putan-
tes atq; affirmantes de gente tenebrarum,
quam malã naturam dicunt, deo bono coæ
ternam habere originem corpora, & esse ẽt
ipsa immutabilia mala, non aduersus eos, q
tenentes veram & vere Christianã fidem,
nunc quidẽ corruptibile esse corpus & ag-
grauare animã confitentur, sed nec tale pri- Sapiẽ.9.
mitus conditum, atq; in paradiso constitu-
tum, nec tale semper futurum, sed incorru-
ptione atq; immortalitate mutandũ, & nũc F
iam esse incipere templum dei, coniugali,
vel viduali, vel etiã virginali pudicitia de-
coratum. Qñ etsi caro concupiscit aduersus Galat.5.
spiritum, sic tñ spiritus concupiscit aduer- Rom.6.
sus carnem, vt neq; ipsius corporis membra
exhibeat iniquitatis arma peccato. Sed au-
di quod rem præsentem spectat, quid de pec
cato primi hominis ad nos etiam pertinen-
te dicat, iste sanctus sine vlla ambiguitate
Basilius. Quod etsi reperi interpretatum, Basilius
tñ propter diligentiorem veri fidem, verbũ magnus.
è verbo malui transferre de Græco. In ser-
mone de ieiunio, Ieiunium, inquit, in para-
diso lege constitutum est, Primũ. n. manda-
tum accepit Adam, A ligno sciendi bonum Gene.2.
& malum non manducabis. Non manduca
bis autem, ieiunium est & legis constitutio
nis initium. Si ieiunasset à ligno Eua, non
isto indigeremus ieiunio. Non.n. opus ha-
bent valentes medico, sed male habentes.
Aegrotauimus per peccatum, sanemur per Matt. 9.
pœnitentiam. Pœnitentia sine ieiunio va-
cua est. Maledicta terra, spinas & tribulos
pariet, Contristari ordinatus es, nunquid Gene.3.
delitiari? Et paulopost in eodem sermone,
idem ipse, quia non ieiunauimus, inquit, de-
cidimus de paradiso. Ieiunemus ergo vt ad Auguſt.
eum redeamus. Hæc atque huiusmodi alia G
sancti Basilij si legisles, vel si lecta fideliter
considerare voluisles, nunquã profecto de
literis eius ad offudendas nebulas ignoran
tibus ea, quæ nihil ad quæstionem, quæ in-
ter nos vertitur, pertinent, in his tuis libris,
nescio qua mente posuisles. Audis q isto nõ
indigeremus ieiunio, si homo ieiunij legem
non fuisset in paradisi fœlicitate trãsgressus,
& negas peccato illorum hominũ obnoxios
cæteros nasci? Audis adiunctum, Non.n. sa
ni indigent medico: & negas nos sanitatem,
in qua nos creati sumus, peccato illorum
hominũ perdidisse? Audis sententiam, quæ
prolata est in primum hominẽ peccatorẽ,
Spinas & tribulos terra pariet tibi: ad nos
etiam pertinere, & negas obnoxios esse pec
cato, quos eidem cernis obnoxios esse

sententiæ. Audis ad paradisum nos, vñ decidimus, redire debere, & negas ad nos eorũ pctũ, qui soli tunc homines in paradiso fuerant, in quibus & nos fuimus ptinere. Quid hinc plura? Vide iam vtrũ sufficiant tibi ex Oriẽtis partibus duo isti tã insignes viri, & tam clara præditi sanctitate, & sicut fertur ẽt carne germani. Sed dic non sufficere. Habemus alios orientales Epos quatuordecim, Eulogium, Ioannẽ, Ammonium, Porphyriũ, Eutonium, Porphyriũ, Fidum, Zozinum, Zoboenũ, Nymphidiũ, Ebromatium, Iouinum, Eleutherium, Clematiũ, quos vno loco simul inuẽtos in istũ cõsessum introducere valeamus, illos ipsos, qui Pelagio iudices præsederũt, eũq; vt homines nullo ex altera parte vrgẽte aduersario putantes catholicũ, tanquam catholicũ pronunciarunt. Nisi.n. in eorum cõspectu adituq; damnasset eos, qui dicunt ꝙ pctũ Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum, & ꝙ infantes nup nati in eo statu sint, in quo Adã fuit ante pctũ, & infantes etiam si non baptizentur, habere vitã æternam, nullo modo inde nisi damnatus exisset. Quid.n. vobis ꝓdest, ꝙ nescio quas ansas atq; vncos, arte nescio cuius perplexitatis inseritis, ne simplicia pateant, & clara luceant? Quis.n. non videat, quomodo ista illi iudices accipere potuerunt, scilicet secundum catholicam fidem, quæ vbique paruulos exorcizando & exuflando de potestate eruit tenebrarum, non sicut exponuntur, vel potius componuntur à vobis? Et tamen dicere potuistis Adæ peccatum non propagatione, sed imitatione lẽsisse genus humanum, & infantes nuper natos non in eo statu esse, in quo fuit Adam ante peccatum, quòd ille præcepti capax fuerit, isti adhuc
I non sint, his nebulis illud iudicium se putat illusisse Pelagius, vosq́ ad hoc nefas toto capite annuitis, & tot ab illo Episcopos irrisos esse ridetis. Sed nunquid infantes etiã si non baptizentur, habere vitam æternam vlla caliditate in aliud detorquere, vel vllis solijs ficulneis operire potuistis? Eos.n. qui hoc dicunt, non potuit apud catholicos iudices nisi damnare Pelagius? Et quod sentiebat, damnauit coram hominibus, damnari metuens ab hominibus. Nam si hoc non sentitis, nobis vtique consentitis, Sed quia nobis nõ consentitis, illud sine dubitatione sentitis. Ac per hoc orientales vos iudices damnent, à quibus Pelagius dãnari timẽs, eos, qui sentiunt ista damnauit, cũ eis quos damnauit profecto damnandus, quia id qd negauit ore, corde seruauit. Nam quod verbis eius anathematizãtur, in literis eius inuenitur. Sed nunc cum illo ago, Tu quid dicis, cum quo mihi nũc res est? Ecce assunt tot iudices orientales, leguntur gestã ecclesiastica, quæ apud eos sunt habita. Legitur obiectum esse Pelagio, ꝙ dicat infantes etiã non baptizatos habere vitam æternam. Le K gitur Pelagius eos damnasse, qui hoc dicũt. Neq;.n. illos iudices aliter potuisset euadere. Nunc ipse quid dicis? Habebunt vitam æternã paruuli etiã si non baptizati ex hac vita emigrauerint, an non habebunt? Si dixeris, habebunt: Pelagij tui te verba damnabunt, & illi oẽs à quibus timuit ipse damnari. Si aũt dixeris, non habebunt: quæro quã causa innocens imago dei vitæ priuatione punietur, si nullum pctũ ex humana propagatione contrahitur? Si uero cõtrahit, cur manichæi dicuntur, qui hoc sentiunt, a quibus Pelagius damnatus fuisset, nisi hoc se sentire finxisset? Tu interim habes in cõspectu, non solum Occidentis, verumetiam Orientis Epos. Nam qui nobis deesse videbantur plures Orientis inuenimus. Oẽs vno eodemq́; modo credunt, per vnum hominem pctũ intrasse in mundum, & per Rom.5. pctũ mortem, & ita in oẽs homines pertrãsisse, in quo oẽs ꝓccauerunt. Qui modus hic est? Vt peccato illius primi vnius hominis oẽs nasci credantur obnoxij. Si hoc qd dicit Manichæus, abs te dicitur, istos aspice, istos erubesce, istis parce, vel tibi potius, ne rector & habitator illorum tibi forte non parcat. Si autem istos Manichæos esse non dicis, nec me poteris inuenire cur dicas. Ne L que.n. me ob aliud esse dicis, nisi qa de peccato primi hominis, cui omnis carnalis natiuitas obligauit, nec inde quãquam nisi spiritualis natiuitas soluit, quod credunt, credo: quod tenent, teneo: quod docent, doceo: qd prædicant, prædico. Istis cede, & mihi cedes. Acquiesce istis & quiescis a me. Postremo si mihi per eos amicus fieri non vis, saltẽ peto, ne per me illorum efficiaris inimicus. Sed qũo non efficieris, si in isto errore, permanseris? Quanto ergo melius vt his accedas, ab illo recedas? Tantumne apud te possunt Pelagius & Celestius, vt à solis ortu vsque ad occasum tot ac tantos catholicæ fidei doctores & defensores antiquos, & noſtræ ætati contiguos, dormientes, & manẽtes, non solum deserere, verumetiam Manichæos audeas appellare? Miror si hoc aliquando ex tuo poterit ore procedere, quod te tamen clamare prauitas tui compellit erroris. Sed mirum si in facie hominis tantum interuallum est inter frontẽ & linguam, vt in hac causa frons non comprimat linguam. Sed quid musites, noui. Dic iam dic audiamus, in extremo tui operis, de quo nunc agimus. i. in quarti libri
Epist. parte nouissima est, Sanctus Ioãnes, inqs,
M Constantinopolitanus, negat esse in paruulis originale peccatum. In ea quippe homilia, ꝙ de baptizatis habuit, Benedictus, inquit deus, qui fecit mirabilia solus, qui fecit vniuersa, & conuertit vniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui tenebãtur pauloante captiui, & ciues Ecclesiæ sunt, ꝙ fuerunt in peregrinationis errore, & iustitiæ in sorte versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim tantum sunt liberi, sed & sancti: non tantum sancti, sed & iusti: non solum iusti, sed & filij: non solũ hæredes, sed & fratres Christi: nec tantum fratres Christi, sed & cohæredes: non solũ cohæredes, sed & membra: non tantum mẽbra, sed & templum: nõ tantum templum, sed & organa spiritus. Vides quot sunt baptismatis largitates: & nonnulli deputãt cœlestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere. Nos autẽ honores cõputauimus decem. Hac de causa etiã infantes baptizamus, cum non sint coinquinati peccato, vt eis detur vel addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, vt eius membra sint. Ita ne ista verba sancti Ioannis I ꝑi audes tanq̃ econtrario tot taliumq́; sententijs collegarũ, eius opponere, eumq́; ab illorum cõcordissima societate seiungere, & eis aduersarium cõstituere? Absit, absit hoc malum de tanto viA ro credere aut dicere. Absit, inquam, vt Cõstantinopolitanus Ioannes de baptismate paruulorum eorum, quæ a paterni chirographi liberatione per Christum tot ac tantis coepiscopis suis, maximeq́; Romano Innocentio, Carthaginensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio. Alia sunt in quibus inter se aliquando etiã doctissimi atque optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei compage non consonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem vnde nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamẽta. Quisquis in Christiana fide vult labefactare, qd 1.Co.15 scriptũ est, Per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ. Sicut.n. in Adã oẽs moriuntur, ita & in Christo oẽs viuificabuntur, totum quod in Christum credimus auferre molitur. Omnino & paruulorũ saluator est Christus, Omnino, nisi ab illo redimantur peribunt, qñ sine carne eius, & sanguine vitã habere non pñt. Hoc sensit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Ioannes. Sed tu eius verba in vestrũ dogma conuertis. Peccata dixit paruulos non habere, sed propria. Vnde illos innocentes merito nuncupamus, secundum id qd ait B Apostolus, Nondũ natos nihil egisse boni siue mali, nõ scdm id qd ait, Per vnius ino- Rom.9. bediẽtiã pctores constituti sunt multi. Pote Rom.5. rat ẽt nr Cyprianus hoc dicere de paruulis qd Ioannes, qñquidẽ ait, qd infans natus nihil peccauerit, & ꝙ ei remittantur nõ ꝓpria, sed aliena peccata. Cõparãs ergo eos Ioãnes maioribus, quorũ propria peccata dimittuntur in baptismo, dixit illos nõ hre peccata, non sicut verba eius ipse posuisti, nõ coinquinatos eẽ pctõ, dũ vis vtiq; intelligi, nõ eos peccato primi hominis inquinatos. Verũ hoc non tibi tributum, sed interpreti, q̃q̃ in alijs codicibus eãdẽ interpretationẽ hñtibus, non pctõ, sed peccatis legat. Vñ miror si non aliquis ex numero vestro singularẽ maluit numerũ scribere, vt illud acciperetur vnũ. Vñ dicit Apostolus, Nã Ibidem. iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Ibi quippe vnũ, non nisi vnũ delictũ vult intelligi, quo nolentes credi paruulos inquinatos, non eos peccata nõ habere, quod ait Ioannes, ne intelligerentur pro- Rom.5. pria, vel peccatis, sicut habet in alijs codici- C bus eadẽ interpretatio. Sed pctõ nõ inquinatos dicere maluistis, vt vnũ primi hominis pctũ veniret in mentẽ. Sed suspitionibus non agimus, & hic vel scriptoris error, vel varietas putetur interpretis. Ego ipsa verba Græca, quæ a Ioanne dicta sunt ponam. διὰ τὸ καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν καὶ τοι ἀμαρτήματα ἔχοντα. Quod est Latine, Ideo & in- Ioã. cp̃s. fantes baptizamus q̃is peccata non habentes. Vides certe non ab eo dictum esse paruulos non coinquinatos esse peccato, sive peccatis, sed non habere peccata, intelligepropria, & nulla cõtentio est. At inqes, Cur non ipse addidit ꝓpria? Cur putamus, nisi

nisi quia disputans in catholica ecclesia, nō se aliter intelligi arbitrabatur, tali quæstione nullus pulsabatur, vobis nondū litigantibus securius loquebatur. Nam vis audire quid etiam ipse de hac re apertissime dixerit, Ecce etiam ipsum numero illi adiungo sanctorū, Ecce testes, vel inter nostros constituo iudices, quem putasti patronū tuum, Ecce & ipsum dicturus es Manichæū. Ingredere sancte Ioannes ingredere, & consi de cum fratribus tuis, a quibus nulla ratio, nulla tentatio te separauit. Opus est tua, & D maxime tua sententia, qm̄ in tuis literis iste iuuenis inuenisse se putat, vnde tot tantorumq; coeporū tuorū se arbitratur percellere & euacuare sententias. Quòd si vere tale aliquid inuenisset, & quod ipse sentit, te sentire clarius set, nunq̄ te vnum, pace tua dixerim, tot & talibus præferre in ea causa possemus, de qua nunq̄ fides Christiana & ecclesia catholica variauit. Sed absit vt tu aliud saperes, & in ea tam præcipuus emineres. Dic ergo & tu aliqd, vnde iste iuuenis confundatur & reuereatur, qui quærit maculam meam, & ignosce mihi, quia cum illi de hac re quid sentias demonstrauero, quæsiturus est & tuam. Dicit. n. sensum ee Manichæum, credere paruulos indigentes esse Christi liberatoris auxilio, vt a damnatione liberentur, quia ex peccato primi hominis obligati sunt. Ac per hoc cum te hoc sentire cognouerit, aut ipse se corriget ab errore Pelagij, aut & tibi crimen obijciet Manichæi. Sed vt conferamus ei verū beneficium, falsum eius non curemus opprobriū. audi iam Iuliane quid etiam Ioannes cum cęteris catholicis doctorib. dicat, ad Olym

Idē ad Olipiā. piam scribens, Q n̄. n. Adā peccauit, inquit, illud graue peccatum, & omne genus homi E num in cōmune dānauit, de mœrore pœnas luebat. Itē de resuscitatione Lazari flebat Christus, inquit, cur vsque ad hoc mortalitas delicuisset, vt discussa de perennitatibus inferos adamaret. Flebat Christus, p eos qui immortales esse potuerunt, diabo-

Augusti. lus fecit esse mortales. Quid dici posset expressius? Quid ad ista rudes? Si Adā grādi peccato suo, omne genus humanum in cōmune dānauit, nūquid nisi dānatus paruulus nascitur? Et per quem, nisi p Christū ab ista damnatione liberatur? Si & in Lazaro dicitur excussa de perennitatibus mortalitas inferos adamasse, quis mortalium nō ad istā culpā casumq; pertinear, quo cecidit primus homo de vitæ perennitate, quam si non peccaret, acceperat? Si diabolus oēs, q immortales esse poterant, fecit esse mortales, vnde etiam paruuli moriuntur, si obnoxij peccato primi illius hominis non sunt? Nunquid ergo, nisi per eum in quo omnes viuificabuntur, etiā paruuli de regno mortis eruuntur? Tractat idem Ioannes in sermone quodam huiusmodi qōne, cur bestię vel lędant homines, vel interimant, cū sententia domini manifesta sit, qua eas homini subdidit, vt earum habeat potestatē? Quā qōnem sic soluit, vt dicat ante peccatū fęs bestias homini fuisse subiectas, q̄ autē nūc homīnibus nocent, pœnā primi esse peccā ti. Prolixa tractatio est, ideo huic operi nō a me inseritur, sed tamen aliquid inde oportet vt ponam. Timemus, inquit, bestias & Ioā. epīs. pauemus, non contradico. Et a principatu decidimus, & hoc dico ipse etiam. Sed non hoc ostendit legem dei esse mendacem. Ab initio. n. non ita res erant dispositæ, sed timebant, & tremebant, & subijciebantur domino. Et quoniam a fiducia decidimus, profecto & ab honore. Vnde hoc manifestum est, Adduxit bestias ad Adam videre quid eas vocaret, & nō resilvit Adā tanq̄ timēs. Et paulopost, Hoc vnum, inquit, signū, qđ non fuerint homini ab initio terribiles bestiæ, secūdū aliud ista manifestius, quę fuit ad mulierem per serpentem disputatio. Si enim essent terribiles hominibus bestiæ, non vtique mulier viso serpente mansisset, non accepisset consilium, non ei cum tanta sermocinaretur fiducia, sed statim ad ipm & expauisset & resiluisset aspectū. Nūc autem & disputat & non timet. Nondum. n. erat timor iste, sed quia peccatum ingressū G est, ablata sunt ea, quæ honoris erant. Itēq; post paululum. Quandiu quidē, inquit, habebat ad deū fiduciā, terribilis bestijs erat, sed quia offendit extremos ēt cōseruorum suorū iā pauet. Quòd si hoc nō est, inquit, tu mihi oñde añ pctm̄, p terribiles erunt hominibus bestiæ, sed nō habebis. Si autem post tāta ingressus est timor, tutela dñi est. Si. n. mādato vel qđ datū est moto ab homine & soluto, honor qui ei datus erat a deo, mansisset immobilis, nō facile resurrexisset. Nēpe manifestū ē sctm̄ Ioā. hāc disputatione mōstrasse illud, qđ p vnū hoiem peccatū ingressū ē, cōe oibus hoibus factū eē peccatū, qūquidem in omnibus terror cōis est bestiarum, quæ vtique nec infantibus parcunt.

parcunt. Quos profecto secundum istum tractatum Ioannis, nullo modo læderent, siue terrerent, nisi essent veteris illius peccati obligatione constricti. Dic Iuliane, dic etiam tu, quid. n. aliud dubitas dicere, Manichæum, qui tantam naturæ cuius innocentiam defenditis, fecit mihi iniuriam, & propagationem damnationis asseruit. Imo vero cohibe teipsum, si qđ tibi est sanabilis mentis, & corrige, & aliqū intellige, quomodo potuerit dicere Ioannes paruulos nō habere peccata. Non q̄ peccato primorum horum non teneantur obstricti, sed q̄ sua nulla commiserint. Et hoc quidem in eadē ep̄a homilia si totam legisses, inuenire potuisti. Aut si legisti, nescio quemadmodum te potuit præterire. Aut si prætexire nō potuit, miror cur te non correxerit, si tamen aliquid apud te valet Ioannis authoritas. Aut si illo sermone perlecto, coq; loco eius quem commemoraturus fum, cognito atq; perspecto in opinione tua manendum putasti, vt quid inde verba quælibet inseruisti operi tuo? An forte vt nos totum legere cō moneres, & inuenire vnde tuas deprehenderemus & conuinceremus insidias? Quid enim apertius, q̄ id quod tibi dixit, Venit semel Christus, & paternis nos cautionibus inuenit astrictos, quas conscripsit Adā, Ille iustum obligationis ostendit, peccatis nostris fœnus accreuit. Audisne hominē in fide catholica & eruditum & erudientē, distinguentem debitum paterni chirographi, quod hæreditariū nobis inhæsit, ab eis debitis, quorum per nostra peccata fœnus accreuit? Audis quid paruulis relaxetur in baptismo, qui nondum propria debita contraxerunt, nec tamē à paterno chirographo immunes esse potuerunt? Verba quippe eius non interpretata sic leguntur in Græco ἔρχεται ἀπαξ ὁ χριστος, ὥσει ἡμῶν χειρόγραφον παχεῖον, ὅτι ἐχαφιε ὁ ἀδαμ, ἐκεῖνος τὸν ἀρχὴν ἐνέγραψε τῷ χριστῷ, ἡμῖς τὸ δανεισμὸν ἠνέγκαμεν τοῖς μεταγενεστέροις ἁμαρτίαις. Quæ verba è verbo interpretata ita se habent, Venit semel Christus, inuenit nostrum chirographum pateſnum quod scripsit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fœnus auximus posterioribus peccatis. Nunquid contentus fuit dicere, pſnum chirographum, nisi addēret, nostrum? Vt sciremus anteq̄ fœnus peccatis nostris posterioribus augeremus, iam illius chirographi paterni ad hoc debitum pertinere. Lege etiam quemadmodum ex ponat idem ipse vir sanctus eundem ipsum Apostoli locum vbi scriptum est, Per vnū hominem peccatum intrauit in mundum. Rom. 5. Ibi. n. luce clarius in huius fidei catholicæ veritate versatur. Quod totū quia longum est huic operi intexere, pauca inde contingam. Manifestum est, inquit, qm̄ non ipsum pctm̄, quod ex legis transgressione, sed illud peccatum, quod ex Adæ inobedientia, hoc erat qđ omnia contaminauit. Et paulopost, Regnauit, inq̄t, mors ab Adā vsq; ad Moysen, & in eos qui non peccauerunt. Quō regnauit? In similitudine trāsgressionis Adę, K qui est forma futuri, ꝓpterea & forma est Christi Adam. Quomodo forma est aiunt? Quoniam sicut ille ex semetipso nascentibus, q̄uis non manducauerint de ligno, factus est causa mortis, quæ per cibum inducta est, ita & Christus ijs, qui ex ipso sunt, tametsi nihil iuste egerint, factus est prouisor iustitiæ, quam per crucem nobis omnibus condonauit. Alio loco in eodem sermone, Vt cum dixerit tibi Iudæus, inquit, quō vnius virtute Christi mūdus saluatus est, possis ei dicere, quemadmodum vno inobediente Adam, mundus damnatus est, quā q̄ non sint æqualia, gratia atq; peccatum, neq; paria sint, mors atq; vita, non æqualis deus, ac diabolus. Item post paululum, Sed non quemadmodum delictum, inquit, ita & gratia. Si. n. vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in multos abūdauit. Quod enim dicit, inquit, huiusmodi est, Si peccatum valuit, & pctm̄ vnius hominis gratia, & dei gratia & non solum patris, sed etiam filij, quemadmodum nō amplius prævalebit. Multo. n. hoc rationabilius. Nā alium pro alio damnari non valde videtur habere rationem, alium autem pro alio saluari, & decentius magis & rationabilius apparet. Si igitur illud factum est, multo magis hoc. Itemq; alibi in consequentibus. Iudicium, inquit, ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Hoc idem, inquit, quod dicitur, quoniam quidem mortem et damnationem potuit peccatum inducere, gratia autem nō vnum illud tantummodo interfecit peccatum, sed etiam post illud introeuntia peccata. Et paulopost de hocipso. Quomodo ergo, inquit, plura introducta sunt bona, & non solum illud interfectum est pctm̄, sed etiā omnia reliqua ostendit, dicens, Gratia L autem

autem ex multis delictis in iustificationem. Et post paululum ait, Primo.n.dixit, qm̃ si vnius peccatū interfecit omnes, multo magis & vnius gratia poterit saluare. Post hæc autem ostendit, inquit, qm̃ non illud solum interfectum est pc̃m̃ per gratiam, sed etiã omnia reliqua. Et non solum peccata interfecta sunt, sed etiam & tributa iustitia est. Et non tantum solum profuit Christus, q̃tum nocuit Adam, sed multo amplius atq;
Rom.6. magis. Post hæc in eodem cum de baptismo
M ageret, interposuit verba Apostoli dicentis, An ignoratis, inquit, fratres, qm̃ quicunque in Christo baptizati sumus, in morte eius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus illi per baptismū in morte. Quid est, in morte illius baptizati sumus? Vt & ipsi moriamur sicut & ille, Crux.n.est baptisma. Qđ est crux Christo & sepulchrum, hoc nobis baptisma factum est, tametsi non in eisdem ipsis. Ipse nanq; carne & mortuus est & sepultus, nos aũt peccato in vtroq;, quapropter non dixit, Complantati morti: sed, similitudini mortis. Mors nanq; & hoc & illud, sed non eidem ipsi subiacet: sed hæc q̃dem carnis Christi, nostra autem peccati. Quemadmodū ergo illa vera, & hęc. Nun quid dubitare iam poteris sanctum Ioannẽ tam longe esse à sensu vestro, q̃ non recedit à sensu catholico? Nũquid in eius disputatione qua exponit Apostoli locum huic q̃ōni, quæ inter nos vertitur p̃necessariū,
Rom.5. vbi scriptum est, Per vnum hominem pc̃m̃ intrauit in mundum, & cætera quæ connexa sunt, alicui redolet, quod vos dicitis, propter imitationem hoc esse dictum, non propter carnalem natiuitatem? Nõne illo vno peccato contaminata dicit esse omnia, & sic illud distinguit à cæteris postea commissis introductisq́; peccatis, q̃ vos dicitis ad imi-
A tationem, non ad propaginem pertinere, vt non illa tantum, sed hoc & illa per gratiam Christi dicat interfici? Nonne de baptismate Apostoli verba, vbi ait, Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte illius baptizati sumus: sic exponit, vt dicat ita eum peccato mori, qui baptizatur in Christo, sicut carne mortuus est Christus, Quia in morte Christi baptizari, nihil est aliud quàm peccato mori? Cui ergo peccato paruulus moritur, si originale non traxit? An forte non in Christi morte p̃uuli baptizantur, cum Apostolus non dixerit quidã, sed q̃cũque baptizati sumus in Chr̃o, in morte ip-

sius baptizati sumus? An qm̃ baptizantur baptismate Christiano, dicturi estis, q̃ non baptizentur in Christo, ne vos Eps Ioannes sua diffinitione suffocet, q̃ dicit hoc esse baptismū eis, q̃ baptizant in Christo, qđ crux & sepulchrū fuit Xp̃o, vt quemadmodum ille mortuus est carne, sic & istos intelligamus mortuos esse peccato? Ecce cui viro q̃ magno christianæ fidei, atq; huius catholici dogmatis defensori, voluisti vestrum dogma supponere, quasi dixerit, paruulos primi hominis nõ inquinatos esse peccato, cũ dixerit eos non habere peccata, q̃ non eũ intelligi, nisi propria voluisse, eius tã multa te B stimonia tamq; manifesta declarant. Quid te igitur adiuuit, qđ Ioannis Constantinopolitani tanq̃ tibi suffragaretur testimoniũ posuisti? An vt vnum verbum quasi ab eo ptermissum, velut acuta calliditate captares, & tot verborum eius quibus obrueris, tam ingẽtem tibi aggerem cõmoueres? Intantum improuidus & incautus, vt nec in ipsa homilia, vbi vix vnum de quo male intellecto decepti deciperetis, testimonium reperire potuistis, aduerteres sanctum Ioannem Cõstantinopolitanũ satis euidenter ex presisse, omnes homines exceptis debitis proprijs paterni esse chirographi debitores, & tũ posteaq̃ verba eius interposuisti, quibus intentionem tuã putasti aliquid adiuua ri, sequeris & dicis, Cum igitur liquido cla Verba reat hanc sanam & veram esse sententiam, Iuliani. quam primo loco ratio, deinde scripturarũ muniuit authoritas, & quam sanctorum virorum semper celebrauit eruditio, qui tamen veritati authoritatem non suo tribuere consensu, sed testimonium & gloriam de eius susceptore consortio, nullum prudentum conturbet conspiratio perditorum.

Hæc verba tua quo proficiunt, nisi vt appareat, vel quomodo de hac causa scire neAugust. glexeris catholicorum sententias sermones C que doctorum, vel si eos nosse curasti, quã fraude coneris circunuenire nescientes? Nã de ratione, & sanctarum scripturarum authoritate, vt nunc interim taceam, hanccine sententiam qua negatis peccato primi hominis obnoxios paruulos nasci, sanctorum virorum semper celebrauit eruditio? Non hoc istis tot tantorumq́; sanctorum & eruditorum, quæ commemoraui testimonijs indicatur, imo ècontrario puto q̃ iã videas quantum te opinio ista fefellerit, si tũ non

dolo agis atque id ante iam noueras. Sed vt melius de te credam, si nunc primum ista cognoscis, si de peccato primi hominis, q̃ eo sint obligati, qui carnaliter generantur infantes, nec eo nisi spiritali regeneratione soluuntur. Nunc primum perspicis hoc dicisse & docuisse tot sanctos, quod & nos didicimus & docemus, muta iam istam mẽtem, obliuiscere huius erroris, & propemodum furoris, quo in tot ac tales patres Manichæum iaculabaris opprobrium. Si scies hoc fecisti, cur non miseram respuis impietatis? Si sciens, cur non sacrilegam deponis audaciam? Conuinceris vndique, luce clariora sunt testimonia tanta sanctorum,
D In quorum conuentum te introduxerim conspice. Hic est Mediolanẽsis Ambrosi⁹, quem magister tuus Pelagius tanta prædicatione laudauit, vt diceret in libris eius pci pue fidem lucere Romanam, qui scriptorũ inter latinos flos quidam speciosus enituit, ita vt eius fidem & purissimum in scriptu ris sensum reprehendere nec inimicus auderet. Hic est & Constantinopolitanus Ioannes, quem tu in numero eruditorum ac sanctorum excellentissimum in hac ipsa tua, cui respondeo disputatione posuisti. Hic est Basilius, cuius te verbis ad id, quod nunc agitur non pertinentibus, putasti aliquid adiuuari. Hinc sunt & cæteri quorum te mouere debet tanta consensio. Non est ista, sicut stylo maledico scribis, conspiratio perditorum. In ecclesia catholica doctrinæ sanè studijs claruerunt, spiritalibus armis muniti & accincti, strenua contra hæreticos bella gesserunt, perfunctis fideliter suę dispensationis laboribus in pacis gremio dormierunt. Vnum dicis egressum, meipE sum significans, qui in se summam præli sitam optat intelligi. Ecce non ego vnus, sed tot ac tanti sancti eruditiq́; doctores, tibi pro me vel mecum proq́ue omniũ nostrum & tua ipsius, si sapis salute respondẽt. Non tibi sicut calumniaris solum populi murmur opponimus, q̃q̃ & ipse populus aduersus vos p̃pea murmuret, qa nõ est talis qõ, q̃ possit ẽt cognitionẽ fugere populare. Diuites & pauperes, excelsi atque infimi docti atq; indocti, mares & fœminæ nouerũt, qd cuiq; ætati in baptismate remittat. Vũ ẽt matres quotidie toto orbe terrarum non ad Christum tantum, id est ad vnctum: sed ad Christum Iesum, id est, etiam saluatorem cum paruulis currunt. Sed ecce quo te introduxi, cõuẽtus sanctorum istorum non est multitudo popularis, non solum filij, sed & patres Ecclesiæ sunt. Ex illo numero sunt, de quibus prædictum est, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, con Psal.44. stitues eos principes super oẽm terram. Ex qua filij regenerati sunt, vt hæc discerent, eius patres facti sunt, vt doceret. Quid est quod vos gaudere iactas, q̃ ista veritas, quã tu errorem putas, vel putari cupis, de tanta multitudine assertorem non potest inuenire, quasi parua sit eius assertio, q̃ in hoc fidei firmissimo & antiquissimo fundamẽto ipsa tota orbe diffusa non à se discrepat multitudo? Si autem assertores eos flagitas, quorum aliquid etiam literarum inueniri potest, illustrisq́; doctrina est. En adest asserF torũ eius memorabilis & venerabilis cõsen Irenaus sus atq; consensus. S. Irenæus dicit, antiquã serpentis plagam fide Christi & cruce sanari, & q̃ protolasti peccato fuimus tanquam vinculis alligati. Sed Cypr. dicit, perire par- Cypria. uulum, nisi fuerit baptizatus, q̃ quis ei non p̃ pria dimittantur, sed aliena peccata. Sãctus Reticius dicit, veteris hominis quo per la- Reticius uacrum regenerationis exuimur, non tantum vetera, sed ingenita esse peccata. San- Olymp. ctus Olympus dicit vitium de protoplasto Hilario in germine sparsum, vt peccatum cum homine nasceretur. Sanctus Hilarius dicit, ex peccato esse omnem carnem, præter illius, qui venit in similitudine carnis peccati sine peccato. Dicit sub peccati origine, & sub peccati lege natum esse, cuius vox est, Ego in iniquitate conceptus sum. Sanctus Ambro. Psal.50. dicit eos, qui baptizati fuerint, paruulos in Ambro. primordia naturæ suæ à malitia reformari: Dicit solum ex natis de fœmina sanctum dominum Iesum, nulla terrena contagia corruptelæ immaculati partus nouitate sensisse. Dicit q̃ in Adam oẽs morimur, quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & illius culpa mors omnium est. G Dicit q̃ in eius vulnere omne genus occi- Luc.10. disset humanum, nisi Samaritanus ille descendens vulnera eius acerba curasset. Dicit fuisse Adam, & in illo fuisse oẽs, perisse Adã, & in illo perisse oẽs. Dicit nos contagio maculari: anteq̃ nascimur, nec humanũ conceptũ esse iniquitatis exortẽ, quia concipimur, inquit, in peccato parentũ, & in delictis corũ nascimur. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec vnũ tm̃mõ habet ipsa natura contagium. Dicit diabolum fœneratorem, à

rem, a quo Eua maculata obnoxiæ succeſſionis vſuris, omne genus defenerauit humanum. Dicit a diabolo Euã deceptam, vt ſupplantaret virũ, obligaret hæreditatem. Dicit Adã ita morſu vitiatum eſſe ſerpẽtis, vt oẽs illo vulnere claudicemus. Dicit per corporũ viri & fœminæ commixtionẽ neminem experte eſſe delicti. Qui aũt expers delicti eſt, idẽ dñs Chriſtus, ẽt huiuſmodi eſſe conceptionis expertem. Dicit ſanctus
Innocẽ. Innocentius, lauacro regenerationis præteriti vitium omne purgari, quod per illum accidit, qui libero arbitrio cadens, in ꝑfunda demerſus eſt. Dicit, niſi manducauerint
H carnem filij hominis, id eſt dñi, & ſanguinem biberint, vitã paruulos habere nõ poſ
Grego. ſe. Sanctus Gregorius dicit, melius fuiſſe non excidere a ligno vitæ guſtu amariſſimo peccati, ſed emendari nos debere poſt lapſum. Dicit nos ex bonis ad triſtia deuolutos, & vult a triſtibus ad meliora reparari, vt quos guſtus ligni veritus condẽnauit, Chriſti crux gratia largiore iuſtificet. Dicit venerandã eſſe natiuitatẽ, per q̃ terrenæ natiuitatis vinculis liberamur. Dicit regenerationem ex aqua & ſpiritu purgari maculas primæ natiuitatis, ꝑ quas in iniquitatibus
Baſilius concipimur. Dicit tibi ſanctus Baſilius, nos
magnus ægritudinem contraxiſſe peccati, qm̃ Eua noluit a ligno prohibito ieiunare. Dicit poſtremo nos de paradiſo decidiſſe, quia non ieiunauimus, atq; vt illo redeamus, ꝓcepit vt ieiunemus, Dicunt tibi ore vno tot ſancti Epi, Eulogius, Ioannes Ammonianus, Porphyrius, Fidus, Zozinus, Zoboenus, Nimfidius, Chromatius, Iouinus, Eleutherius, Clematius. Nos Pelagiũ non abſoluimus, niſi quia dãnauit eos, q̃ dicunt paruulos ẽt ſi non baptizentur habere vitã æter-
I nã. Iã tu rñde, vtrũ deus iuſtus nulli obnoxiã peccato imaginẽ ſuã priuare vita poſſit
Ioã. ep̃s. æterna? Poſtremo ſanctus Eps Ioannes dicit, quem tu honorabiliter commemoraſti, quem tu ſicut ſanctum eruditũq; laudaſti, quem tu teſtimonium & gloriam de cõfortio veritatis ſuſcepiſſe dixiſti, etiam ipſe dixit Adam, ſic peccaſſe illud graue peccatũ, vt omne genus humanum in commune dã
Ioan. 11. naret. Dixit in Lazari morte ideo fleuiſſe Chriſtum, quia de perennitatibus excuſſa mortalitas inferos adamauit, & quia eos q̃ immortales eſſe poterant, diabolus fecit eſſe mortales. Dicit ante; peccatum primi hominis omnimodo beſtias homini fuiſſe ſubiectas, poſteaquam vero peccatum illud intrauit, cœpiſſe a nobis beſtias formidari. Vſque adeo peccatum illud primi hominis intelligi voluit ad omnes homines pertinere, vbi quis non videat eſſe conſequens, vt nulla beſtiarum paruulos læderet, niſi & ipſos illius peccati vinculo natiuitas carnalis obſtringeret. Dicit in eodem ſermone, ex quo tu incautus obrepere voluiſti, ꝙ nos Chriſtus inuenerit in paterno chirographo noſtro quod ſcripſit Adã, & poſteriori
bus ꝓprijs debitis obligatis. Exponit Apoſtoli locum in quo tota iſta cauſa cõſiſtit, vbi ſcriptum eſt, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & cætera huic K ſententiæ cohærentia. Nec in tam prolixa ſua diſputatione quod dicitis, dicit non propagatione generis hoc peccatũ i oẽs hoies, ſed imitatione tranſiſſe, imo e contrario q̃ ſe res aliter habeat in coepiſcoporũ ſuorũ ſententijs non diſſentiendo demonſtrat. Dicit enim omnia peccata primi hominis eẽ contaminata & ne hoc non generatione carnali, ſed imitatione mortali factum putetur, dicit Adam, propterea dictũ forma futuri, quia ſicut ille ex ſemetipſo naſcẽtibus, q̃uis non manducauerint de ligno, factus eſt cauſa mortis, quæ per cibum inducta eſt, ita & Chriſtus ijs qui ex ipſo ſunt, tametſi nihil iuſte egerint, factus eſt prouiſor iuſtitiæ, quam per crucem nobis omnibus condonauit. Dicit Iudæum negantem virtute vnius Chriſti, mundum poſſe ſaluari, de ipſis primi hoĩs peccato refutandũ, quo vno inobediente damnatus eſt mundus. Dicit nõ valde videri habere rationem, vt alius ꝙ alio damnetur, & tamen factum eſſe per Adam. Vnde magis perſuadet eſſe credendum, q̃d decentius & rationabilius apparet, ſaluari alium pro alio, quod impletur in Chriſto. L Quis autem non videat ſi peccatum primi hominis non propagatione, ſed imitatione per omnes homines pertranſijt, neminem pro alio, ſed ſuo damnari vnumquenque peccato, quod non alius in eo generando tranſmiſit, ſed ipſe imitando ſua voluntate commiſit? Dicit per gratiam non illud vnum tantummodo primi hominis, ſed etiam poſt illud introeuntia interfecta eſſe peccata. Vbi ſatis vtique diſtinguit peccata poſteriora, quæ dici poſſunt imitatione commiſſa, ab illo vno, quod propagatione pertranſijt, & oſtendit vtraque interfecta eſſe ꝓ gratiã, vt ſecm̃ apoſtoli intẽ

tionem

tionem plus appareat profuiſſe regenera-
ſatio, q̃ nocuerat generatio. Sic.n. exponit q̃d dictum eſt, Et non ſicut delictum, ita eſt & donum. Nã iudiciũ quidem ex vno in condemnationẽ: gratia aũt ex multis delictis in iuſtificationem. Qua ſententia imitatio illa veſtra, quod eſt nouitium Pelagiani erroris machinamentum, Paulo Apoſtolo ſcribente, & Ioanne Epiſcopo exponente ſubuerti
tur. Dicit ẽt de ipſo baptiſmo, exponens q̃d
Rom. 6. ait Apoſtolus, Quicunq; baptizati ſumus in Chſo, in morte ipſius baptizati ſumus, nihil eſſe aliud in morte Chſi baptizari, q̃ peccato mori, ſicut ille mortuus eſt carne. Vnde neceſſe eſt, paruuli aut in Chſo bapti
M zentur, aut ſi baptizantur, in morte eius baptizentur, ac ſic peccato ipſi quoq; morian-
tur, & quia non hũt proprium, ab alieni illius. i. originalis, quod omnium commune factum eſt, contaminatione mũdentur. His tot ac tantis molibus virorum ſanctorum doctorumq; vallatus, adhuc cauſam noſtrã putabis nullam aſſertorẽ de tanta multitudine inuenire potuiſſe? An tantam conſen-
ſionem ſacerdotum catholicorũ, conſpira-
tionẽ dicturus eſſes perditorũ? Nec ſanctũ Hier. Hierony. quia presbyter fuit contemnenda dum arbitreris, qui Græco & Latino inſudauit per & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem tranſiens eccleſiam, in locis ſanctis atq; in literis ſacris, vſq; ad decrepitam vixit ætatem. Hic oẽs vel qui ante illum ex vtraq; parte orbis de doctri-
na Eccleſiaſtica ſcripſerant, legit, nec aliam
Aug. de hac re tenuit prompſitq; ſententã. Qui
ſer. 10 cum exponeret Ionam Propheram apertiſ
ſime dixit, ꝙ etiam paruuli peccato offendentis Adam tenentur obnoxij. Ita ne tuũ
ſic amabis errorẽ, in quem iuuenili confidẽ
tia & humano lapſu incautius decidiſti, vt
A ab iſtis catholicæ vnitatis & veritatis ſacerdotibus, ex diuerſis orbis terrarũ partibus
tanta inter ſe fidei concordia cnngruẽtibus, in tam magna cauſa, vbi chriſtianæ religionis ſumma conſiſtit, non ſolum diſſentire, ſed eos audeas Manichæos inſuper nuncupare. Quod ſi hoc non facis, nec mihi hoc iuſte facis, quem cernis in eadem cauſa diſputationibus meis, quibus aduerſus me ferociter irritaris, illorum ſecutum fuiſſe vefligia. Si autem me ſolum tali aſpergis opprobrio, non ob aliud, quia niſi de peccato primi hominis quod ſentiunt, ſentio: quod tenent, teneo: quod prædicant, prædico: quis

te non videat in me apertum iactare conuitium, de illis occultum quidem, ſed tamen ſimile habere iudicium? Et tamen conſiderantis, vt alia taceam, vel Ioannis epiſcopi verbis de noſtro paterno chirographo, quod ſcripſit Adam, quæ verba in eo ſermone, vnde quod voluiſti protuliſti, inueniſſe te credo, vel epiſcopi Ambroſij, ꝙ de commixtione maris & fœminæ nullus poteſt expers eſſe peccati, quæ in meo libro legiſti, ſed in tuis attingere timuiſti, etſi coram hominibus ſit dura frons tua, erubeſcit coram deo mens tua. Ego quidem pro dilectione, quæ mihi eſt erga te, quam deo propitio q-
buslibet conuitijs abſit, vt de medullis mei cordis extirpes, mallem fili Iuliane, vt iuuentute meliore atque fortiore te vinceres, B & animoſitatem quid aliud quàm humanã, qua cupis tuam qualiſcunque ſit, quoniam tua iam facta eſt, præualere ſententiam, potentiore pietate ſuperares. Et ſicut Polemo luxuriæ coronis ſenſim capite detractis, eiſque abiectis, manum pallio ſubdidit, os & vultum formauit ad verecundiam, ad extremum totum ſe illi, ad quem deridendum venerat, diſcipulum tradidit, ſic & tu loquẽtibus tibi tot venerabilibus viris, maxime q̃ epiſcopo Ambroſio in integritate catholicæ fidei, etiam tui mali doctoris & deceptoris ore laudato, & epiſcopis Baſilio & Ioanne, quos tu quoque in ſanctis eruditis veridica atteſtatione poſuiſti, tanquam coronas ebrioſorum abijceres laudes Pelagianorum, quibus tanquam magnus eorum defenſor extolleris, & ſtylum, vt mitius dixerim, contumelioſum non tanquam pallio pudoris abſconderes, ſed tanquam manu emendatiore confringeres, tuumq̃ pectus veritate complendum, non Platonico Xenocrati, ſed iſtis ſacerdotibus chriſtianis, vel potius in eis ipſi domino Chriſto, non velut qui nunc primum veneris, traderes, ſed velut qui receſſeras, redderes, Quod ſi tibi conſilium meum diſplicet, C age vt placet. Ego.n. etſi correctus fueris, in quo maiora vota mea ſunt, abũdantius cumulatiuſq; gaudebo, etſi q̃d abominor, in hac prauitate pmãſeris, ex opprobrijs tuis fructuoſum habebo, & pro me celeſtis mercedis augmentum, & de te miſericordis doloris aculeum.

Quã Pelagiani adiuuẽt Manichæos. Cap. 3.

Sed qm̃ iã oſtẽdi quot & quales & q̃tos viros fidei catholicę defẽſores atq; doctores falſos facias Manichæos, audi iã parũper, ineru-

inerudita temeritate quantum veros adiuues, Manichæos. Hoc.n.me secũdo loco disputationis meæ demonstraturum esse promisi. Manichei q̃ etiam te satis nosse indicasti, duas naturas, vnam boni, alteram mali ex diuersis atque inter se aduersis coæternisq; principiis, vanitate sacrilega nephandi erroris inducunt. Contra quos catholica fides tantummodo sine initio naturã prædicat, summi, atque incõmutabilis boni, hoc ẽ illius ineffabilis trinitatis, à quo summo, vt dictum est, atque incommutabili bono vniuersam conditam dicit esse creaturã, naturasq; omnes bonas, quamuis impares creatori, quia ex nihilo creatas, ideoq; mutabiles, ita vt omnino nulla natura sit, quæ non aut ipse sit, aut ab ipso facta, sit vt quan
D tacunque aut qualiscunque natura sit, & in quantum natura est, bonum sit. Quærunt itaque a nobis, vnde sit malum, Respondemus ex bono, sed non summo & incommutabili bono. Ex bono igitur, inferioribus atque mutabilibus orta sunt mala. Quæ mala licet intelligamus non esse naturas, sed vitia naturarum, tamẽ simul intelligimus ea, nisi ex aliquibus & in aliquibus naturis esse non posse, nec aliquid esse malum, nisi à bonitate esse defectum. Sed cuius defectũ, nisi alicuius sine dubitatione naturæ? Quia & ipsa voluntas mala, non nisi alicuius voluntas est profecto naturæ. Et angelus quippe & homo naturæ sunt, Non.n. potest esse nullius voluntas, quando est volũtas, Et tantum valent eædem voluntates, vt earum naturarum quarum sunt, faciant qualitates. Nam si quæratur, qualis sit angelus vel homo malæ voluntatis, rectissime respõdetur malus, magis accipiens qualitatis nomen ex voluntate mala, quã ex natura bona, Quoniam natura est ipsa substantia & bonitatis & malitiæ capax. Bonitatis capax est, participatione boni à quo facta est, Malitiam vero capit non participatione mali, sed priuatione boni. i. non commiscetur naturæ, quæ aliquid malum est, quia nulla natura inquan-
E tum natura est, malum est, sed quia deficit à natura, quæ summum atque incommutabile est bonum, propterea quia nõ de illa, sed de nihilo facta est. Alioquin nec malam voluntatem habere posset, nisi mutabilis esset. Mutabilis porrò natura non esset, si de deo esset, non ab illo de nihilo facta esset. Quapropter bonorum author est deus, dum author est naturarum. Quarum spontaneos defectus à bono, nõ indicat à quo facte sũt, Et hoc non est aliquid, quoniam penitus nihil est, & ideo non potest author habere quod nihil est. Quapropter sicut aduersatur catholicæ fidei Manichæus, hoc est fidei veritatis, veræq; pietatis, qui bonum & malum sic inter se dicit esse contraria, vt non naturam, cum deficit à bono, dicat fieri malam, ipsumq; defectum eius esse malũ eius, sed potius ipsum malum dicat esse naturam, & quod est insanius, sine initio semiternam, eamq; appellat corpus & spiritũ, corpus videlicet, vnde spiritus operetur: spiritũ vero, qui operetur ex corpore, ita hũc aduersarium fidei dici non potest quantum aduuuet, qui mala ex bonis oriri negat, & in eundem sensum accipit quod ait dominus, Matt.7.
Arbor bona fructus malos non facit: cum F
ille magister deus, non vtique naturam cõstituat arborem, ex qua fructus de qua loquebatur, existat, sed voluntatem seu bonã seu malam, fructus autẽ opera, quæ nec bona voluntatis malæ, nec mala possunt esse volũtatis bonæ. Hoc est.n. quod ait, Arbor mala fructus bonos non facit, & arbor bona fructus malos non facit: tanquam dicet, Nec opera bona voluntas mala, nec mala opera facit voluntas bona. Nam ipsarum arborum. i. ipsarum voluntatum si quærantur origines, quæ occurrunt nisi naturæ, quas bonas deus cõdidit? Ac per hoc ex bonis voluntatibus orta sunt mala, non ex bonis voluntatibus opera mala, sed ex bonis naturis volũtates malæ. Quid ergo sic optat audire Manichæus, nisi ex bonis mala esse non posse, vt quoniam negari non potest esse mala, nihil restet nisi vt ex malo, sint, si ex bonis naturis esse non possunt? Ac sic sine initio habeant originem suam, mala naturam, & mali, quæ sine initio semper fuerit, & sint duæ naturæ, vna boni, altera mali. Necesse est enim, vt aut nulla sint mala, aut ex Matt.6.
bonis naturis sint, aut ex malis. iSi dixeri- G
mus nulla esse mala, frustra dicimus deo, Libera nos à malo. Si autem dixerimus nõ oriri mala nisi ex malis, Manichæa pestilẽtia triumphabit, totumq; vastabit, & ipsius dei tanquam mutabilem naturam malæ naturæ cõmixtione violabit. Relinquitur ergo, vt mala ex bonis esse fateamur, quia si hoc negauerimus, ex malis erunt, & Manichæis vtique suffragabimur. Tu itaque vbi dicis, cum secundum sententiam euangelij, ex fructibus suis arbor debeat cognosci, hic audiendus putetur, qui dicit bonum esse cõiugium, de quo nihil aliud, quàm malum prodire definit. Vis vtique arborem bonam coniugium deputari, de qua velut fructum malum nasci non vis, hominem contagio peccati originalis obstrictum, nec videns necesse tibi esse adulterium constituere arborem malum, si coniugium est arbor bona, Ac per hoc si de coniugio, qui nascitur, coniugij fructus est, & ideo debet esse sine vitio, ne fructus malus nascatur ex arbore bona, sequitur, vt qui de adulterio nascitur, non debeat nasci sine vitio, ne fructus bonus nascatur ex arbore mala, quoniam dominus nec a bona arbore fieri fructus malos, nec a mala bonos diuina authoritate definit. Vt ergo hinc exeas, quia nec de adulterio dicis hominem nasci posse cũ vitio, negabis adulterium esse arborem mala, ne ille qui secundum te sine vitio de adulterio nascitur, contra definitionem domini, bonus fructus nasci de mala arbore videatur. Nega ergo etiam coniugium esse arborem bonam, & erasse te vt hoc dicerez, confitere. Sed dicturus es, non de adulterio nasci hominem, qui per adulterinum concubitum gignitur. Vnde igitur? De natura, inquis, humana, quæ in adulteris quoque dei opus est, non ipsorum. Cur ergo eodem modo non intelligis, nec de coniugio nasci hominem, qui per concubitum gignitur coniugalem, sed de natura similiter humana, quæ in coniugibus quoque dei opus est, non ipsorum, atque ita bonitati non tribui nuptiarum, quod malum nascentes trahunt de vitio naturæ, sicut non tribuitur iniquitati adulteriorum, quod bonum nascentes trahunt, de institutione naturæ? Tu autem intelligis arborem bonam, non quam Christus intelligi voluit. i. hominis voluntatem bonam, sed ipsum opus dei ad est, hominum, vel nuptias, vel naturam. Et quia bona sunt hæc opera dei, malum inde non posse dicis existere, qui malum fructum bona arbor non potest facere. Ac sic aduersus te ratiocinationem suam concludis, pro suo dogmate Manichæus, quem verbis istis tuis sic adiuuat, vt nihil magis optet audire, quàm mala ex bonis esse non posse. hoc enim accepto infert, & dicit tibi, Si malum esse non potest ex bono, vnde erit, nisi ex malo? Neque enim mala per seipsa repente authore nullo existere potuerunt. Tu autem dicis malum ex bono esse non posse, ne contra euangelij sententiã, arbor bona faciat fructus malos. Remanet, inquis, vt mali natura fuerit sempiterna, quæ potuerit mala gñare, quia ex bonis ea nõ posse fateris existere, Placetne tibi iam mutare sententiam, quã non Manichæis fauendo, sed quid loquaris nesciendo, ad adiuuandũ Manichæorum pestilentiã protulisti? Quo enim diceret Christus, Aut facite arborem Mat.12
bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum: qñquidem hoc dicebat hominibus, quos ipse creauerat, si ex eius opere bono, quod est homo, malum non posset existere, sicut tu sapis, arborem bonam constituens bonũ opus dei, id est, nuptias hominum, vel naturam, & ideo dicens, malum nasci non posse, quia si ex bono malum nasci dixerimus, Matt. 7.
resistemus vt putas, ei qui dixit, Arbor bo- K
na fructus malos non facit: cum scias ex angeli & hominis naturis bonis, quas nulli parentes mali genuerant, sed deus summe bonus de nullis parentibus fecerat, non fructus malos, sed ipsas malas arbores extitisse, ex quibus fructus nascerentur mali? Dominus autem Iesus & Manichæos vincit, quia vnus homo, hoc est vna natura potest vtranque arborem, facere, & te vincit, quia ex natura bona potest mala arbor existere. Ex quo falsum esse monstratur, quod in Manichæorum suffragium dicis, mala ex bonis esse non posse, vt nisi ex natura mali, quam nefarius illorum error inducit, non putentur mala esse potuisse. Neq; enim vno tantum loco tibi ex euangelio arborem bonam commemorandam putasti, sed alijs etiam locis disputationis tuæ ista peruersitate suffragatus es Manichæis, sicuti est illud, vbi rursus dixisti, trahi peccatum per naturam nõ potest, quia per opus diaboli transire non finitur. Ad quod tibi ego rñdeo, qũo in ope dei opus diaboli manere finitur, si per opus dei transire non finitur? Quis.n. putet peius esse vt illic maneat, q̃ vt illinc transeat? Quæris fortasse, qũo opus diaboli maneat in opere dei, Noli alibi quærere, ipsum diabolum recole opus dei esse, natura vtiq; angelica, Inuidia vero opus est ipsius diaboli, quod opus & proces L
sit ex illo, & manet in illo: vanum est igitur quod dixisti, opus diaboli per opus dei non transire, vbi perspicis & manere. Manichæus autem quantas tibi gratias agat, itane nondum respicis, nõdum expergisceris?

Laborat.n.Manichæus, vt ostendat ex bono dei opere malum oriri non posse, vt quod ipse vult, malum nisi ex malo esse nõ posse credatur. Hic tu mirabilis eius adiutor,per opus,inquis,dei malum transire nõ sinitur,vt ille tota facilitate concludat,multo minus inde oriri posse,per quod nec trãsire permittitur. Audi tale aliud,imò grauius,vbi Manichæis identidem suffragaris.

Gene.2. Euanuit, inquis,originale peccatum, quia non potest mala radix in eo quod donum dei vocas,locari. Quod ego vide quam manifesta veritate conuincam. Nonne sensus hominis donum dei est? Et tamen ibi locauit inimicus seminator radicem mali, quando peccatum homini serpentina fraude persuasit. Nisi.n.radicem mali humanus tunc reciperet sensus,nullo modo male suadenti accommodaretur assensus. Quid dicam de radice omnium malorũ auaritia? Et vbi est hæc,nisi in hominis anima? Et quid est

M hominis anima nisi donũ dei? Quomodo ergo tu dicis,nisi non considerando quid dicas, radicem mali locari non posse in dono dei?Sed Manichæus eui per istas inconsideratas sententias tuas plurimum suffragaris, quid tibi dicat attende. Si etiam esse rationalem creaturam,dei donum est,& dicis locari non posse radicem mali in dono dei, quãto probabilius dicitur, oriri non posse radicem mali ex dono dei? Ac sic te suffragatore introducit Manichæus, radicem mali ex illa quam non à deo creatam, sed deo coæternam fingit naturam mali. Quoniam si dixeris ex libero arbitrio naturę bonę à deo creatæ,ortam mali radicem, quod catholica veritas dicit, illis verbis tuis te facillime superat,vbi ais, radicem mali locari non posse in dono dei, quia & liberum arbitrium proculdubio est donum dei. Ac per hoc cũ mali radicem in dono dei locari non posse dixisti, Manichæo quod contra te diceret, tu dedisti. Quia si nõ potest in bono locari malũ, quod tu dicis mihi,multo minus põt oriri ex bono malũ,qđ ille dicit tibi. Ac sic cõcludet nõ esse malũ nisi ex malo,vbi victor videbit sibi,& erit ꝓfecto,nisi & illi resistatur & tibi: veritas ergo fidei catholicæ

A in his verbis vestris ideo vincit Manichæum,quia vincit & teipsum. Nam si te non vinceret dicentem, non posse in dono dei locari radicem mali,multo minus Manichæum posset vincere dicentem, non posse ex dono dei oriri radicem mali. Sed vt vincat ambos, nec aliunde oriri,nec alicubi esse posse dicit radicem mali,nisi ex natura & in natura rationali, cui esse naturam rationalem,non est nisi donum dei. Sed quoniã à summo atque incommutabili bono de nihilo facta est, vt esset quanuis mutabile tamen bonum,deficere à bono,à quo facta é, hæc est ex illa,vel in illa radix mali, quia nihil est aliud malum,nisi priuatio boni. Iã porrò vbi dicis rerum ratio non sinit, vt de bono malum, & de iusto iniquum aliquid proferatur, prorsus Manichæorum verba dicis,hoc.n.asserunt,non posse malum proferri nisi de malo, & ibi tota eorum nefanda secta consistit,quia prius contendũt mala secta consistit,quia prius contendũt mala eis te authore concesserimus,nihil nobis penitus remanebit,vnde illorum nefaria dogmata redarguere valeamus. Hoc est autem iniquum de iusto,ꝙ est malũ de bono. Catholica igitur fides,vt & tibi & illis resistat, hoc dicit, non prolatum esse malum nisi de bono,& iniquum nisi de iusto. Quia prius angelus & homo,de ꝙbus ista prolata sunt, boni erant vtique & iusti, Non igitur restimus Manichæis,nisi obtineamus,non esse mala orta nisi ex bonis, nec ea mala substantias esse,sed substantiarum vitia creatarum,quibus deficiunt à bono quoniam mutabiles sunt,eo ꝙ ex nihilo factæ sunt. Hęc est doctrinæ catholicæ sanitas, qua Manichææ pestilentiæ virus expellitur. Vnde ille doctor meus,tui etiam mali doctoris ore laudatus Ambrosius, in eo libro quem de Isaac & anima scripsit. Quid ergo est,inquit,malitia,nisi boni indigentia? Et iterũ ait, Ex bonis igitur mala orta sunt. Nõ.n. & ani. sunt mala nisi quæ priuantur bonis,per ma la tamen factũ est,vt bona eminerent, Ergo indigẽtia boni,radix malitiæ est. Vides quã vera catholicæ fidei ratione redarguit beatus Ambrosius Manichæos. Vides quemadmodũ eos,quanuis in eadẽ disputatione nõ nominauerit,tamen ista sententiarũ veritate ac breuitate conuicerit. Ecce cui homini dei ꝓp originale peccatum, quod catholice asseruit, obijcis nomine Manichæorũ instinctu,maledici furoris opprobrium, qui contra suffragium,qđ eis tu præstas,tã inuectũ ad eos debellandos,catholicis disputationibus præbet auxilium. Ille quippe aduersus Manichæos clamat, Ex bonis mala Iulia-

C nus. orta sunt: & aduersus eum, pro Manichæis tu reclamas, Necesse est malum esse, ex quo et quo & per quod malus fructus apparuit, & per opus dei opus diaboli transire non sinitur,& in dono dei radix mali locari non potest, & rerum ratio non sinit, vt de bono malum, ac de iusto iniquum proferatur. Hæc clamas pro Manichæis contra vocem per sacerdotem dei prolatam catholicæ veritatis,vt si tu audiaris, Manichæi vincant,vt alia taceam,dicentes, Si rerum ratio non sinit, vt de bono malum aliquod proferatur, non ergo ex bonis sicut dicit Ambros. sed sicut nos dicimus,ex mali natura orta sũt mala:ecce in quantã voraginẽ decidisti male intelligendo dominum dicẽtem, Arbor bona fructus malos non facit: cum hoc non sit dictum de natura, vel de nuptijs,quas instituit deus,sed de voluntate hominis bona,à qua non fiunt opera mala. Sed ne forte vel tu,vel quispiam dicat,qui modo de arbore quam facit homo.i.vt voluntate bona nõ fiunt fructus mali, & fiũt de natura,quam fecit deus, ipsa quæ faciat D fructus malos,nascitur arbor mala,quasi ali quid melius faciat homo, vnde non possit malus fructus existere,quam est illud quod facit deus,vnde possit mala arbor existere? Ne quis ergo sic erret:audiat diligẽter Ambros. dicentem, Quid est malitia,nisi boni indigentia? Non.n.sunt mala nisi quæ priuantur bonis,quia indigẽtia boni,radix malitiæ est. Et hinc intelligat ideo esse arborẽ malam voluntatem malam,quia defectus ẽ à summo bono, vbi bonum creatum bono creante priuatur,vt sit in eo radix mali,nil aliud quam indigentia boni. Arbor autem bona ideo est voluntas bona, quia per ipsam conuertitur homo ad summum atque incommutabile bonum,& impletur bono, vt faciat fructum bonum. Ac per hoc deus author est omnium bonorum,hoc est & naturæ bonæ,& voluntatis bonæ, quã nisi deus in illo operetur,non facit homo, quia præparatur voluntas à domino. Sed iam ordinem dispositionis meæ video postulare, vt faciam deo donante, quod tertio loco me facturum esse promisi,hoc est vt catholicorum, qui fuerunt ante nos Episcoporum E sententijs,quascunque rebus de quibus agitur,congruentes potero reperire,vt eas argutias tuas,& fragilia,quibus tibi multum videris acutus & nitidus, argumenta confringam. Quod ab alio aggrediemur exordio,hic istius libri prolixitate conclusa.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI contra Iulianum, Liber Secundus.

NVnc iam mihi aggrediendũ est quod tertio loco posui disputationis meæ, vt sententijs Episcoporum, qui scripturas sanctas ingenti gloria tractauerunt, tua Iuliane, domino adiuuante machinamenta subuertam. Non vt eos ostendam secundum catholicam fidem de originali sensisse peccato, hoc.n.iam primis huius operis partibus feci,vt inde monstrarem,quot & quantis viris ecclesiæ,sanctis,clarisq; doctoribus,Manichæorum crimen impingas. Et cum me cupis, apud imperitorum decolorare iudicia,eos qui catholicã fidẽ contra hæreticos defenderunt,hæresis nefariæ nomine accuses. Sed nunc argumenta ipsa vestra quibus agitis, ne hominum prima natiuitas originali peccato credatur obstricta, eloquijs sunt redarguẽda sanctorũ. Quos oportet,vt populi Crihstiani, vestris prophanis nouitatibus anteponãt, eisq; potius eligãt adhærere quã vobis. Hæc sunt certe velut capita argumentorum, quasi formidanda vestrorum,quibus terretis infirmos, & minus quam contra vos expedit,sacris literis eruditos. Dicitis.n. uos asserendo originale peccatum,diabolum dicere hominum nascentium conditorem,damnare nuptias, negare in baptismo dimitti vniuersa peccata, deũ crimine iniquitatis argueret, desperationem perfectionis ingerere. Hæc quippe omnia consequentia esse contenditis,si credamus nasci paruulos,peccato primi hominis obligatos,& ob hoc esse sub diabolo,nisi renascantur in Christo, Diabolus.n.creat dicitis,si ex hoc vulnere creantur,quod diabolus naturæ,quæ primum cõdita est,inflixit humanæ,& damnantur nuptiæ,, si aliquid vnde damnabiles generantur,habere credantur,nec omnia peccata dimittuntur in baptismo,si aliquid in baptizatis coniugibus remanet malum,ex quo G generantur mali. Quemadmodum autẽ non est iniquus deus,qui cum baptizatus dimittat peccata propria, paruulum dãnat, quia cum ab illo crearetur, nescienſ nec volens etiã ex illis parentibus,quibus remissa fuerant,traxit aliena. Nec virtus,cui vitiosi-

Quæ obijciũt Pelagiani.

tas intelligitur esse contraria, posse creditur perfici, quia ingenerata vitia incredibile est posse consumi, quæ iam nec vitia deputanda sunt, Non.n.peccat qui non potest aliud esse quam creatus est. Hæc si fideli diligentia quęrereris, nec ea quę catholicæ fidei veritate atq; antiquitate fundata sunt, infideli oppugnaretis audacia, in ea quæ absconditа sunt sapientibus & prudentibus, & reuelata sunt paruulis, nutriti Christi grauia veni
Mat.11. retis. Multa.n. multitudo dulcidinis domi-
Psal.30. ni, quam profecto non inuidit, & tamen abscondit timentibus eum, perfecit autem sperantibus, non in seipsos, sed in eum.

Catholi corũ sen tentia. Nos ergo dicimus quod ea fides habet de qua scriptum est, Nisi crediderit is nõ intelligetis: nec diabolum, sed deum uerum &
Esaiæ.7 vere bonum esse hominum conditorẽ, mũda de immundis ineffabiliter operantem, quanuis hominum nemo mundus nascat, & ideo donec mundetur spiritusancto, sub
H spiritu immundo esse cogatur. Nec quantamcunq; immunditiam naturarum, vllũ crimen esse nuptiarum. Bonum quippe discernitur proprium nuptiarum, à quolibet vitio naturarum. Nec vllus reatum remanere peccati, qui non ea, quæ in Christo fit, regeneratione soluatur, quanuis infirmitas restet, contra quam in seipso constitutam, regeneratus si proficit pugnet. Nec iniquus est deus, cum peccatis, siue originalibus siue proprijs digna retribuit, magisq; iniquus aut infirmus ostenditur, si iugum graue super filios Adam, à die sicut scriptum est, natiuitatis eorum usq; in diem sepulturæ, in matre omnium, sub quo iugo imago eius at
Eccl.40 teritur, aut ipso nullo uel originali peccato, vel proprio præcedente, aut quilibet alius ipso imponit inuito, Nec perfectio est desperanda virtutis, per eius gratiam, qui ex origine uitiatam mutare potest & sanare naturã. Aggrediar igitur implere pollicitationẽ meam. Nec ista quinq; argumenta vestra, ex quibus cuncta connectitis, quæ & in hac quæstione aduersus catholicam fidem multipliciter disputatis, singillatim testimonijs sanctorum refutanda suscipiam, sed quantũ potuerit eorũ percuti & deijci, etiam cum a me de literis catholicorum Episcoporum singula proferentur, tantum percutietur at
I que deijcietur, siue unum eorũ, siue duo, siue plura sint omnia, sicut valuerit qđ profertur. Veluti ẽ illud in libro quẽ de arca Noe conscripsit beatus Ambrosius, Per vnum, inquit, dñm deum salus uentura nationib. Ambro declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum de arca generatio omnis erraret, nisi natus ex uir- Noe.
gine generationis obnoxiæ priuilegio miseri me teneretur. Ecce, inquit, in iniquitatibus Psal.50. conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: dicit is qui iustus præ cæteris putabatur. Quem igitur iam iustum dixerim, nisi horũ liberum vinculorum, quem naturæ communis vincula non teneant? Omnes sub peccato ab Adam, in omnes regnabat mors. Veniat solus iustus in conspectu dei, de quo iam non cum exceptione dicatur, non peccauit in labijs suis, sed peccatum non fecit.

Huic dic si audes, qp diabolum fecerit ho Augusti. minum conditorem, qui vtriusq; sexus cõmixtione nascuntur, quandoquidem solum Christum quia sit natus ex virgine, à vinculis obnoxiæ generationis excepit, omnibus cæteris ex Adam sub peccati obligatione nascentibus, quod vtiq; peccatum diabolus seminauit. Hunc damnatorem redargue nup K
tiarum, qui sine peccato natum solum dicit uirginis filium, istum negatorem percipiendæ criminare virtutis, qui asserit ingenerare vitia generi humano in ipso conceptionis exordio, & dic ei quod aduersus me in primo tuo volumine videris tibi satis alte acuteq; dixisse, nec peccare eos omnino, qui peccare dicuntur. Si quidem a quocunque creati sunt, secundum id quod creati sunt, necesse hũt viuere, nec suæ repugnare naturæ. Hæc omnia dic Ambrosio, siue de Ambrosio, quæ mihi tam superbe, tam contumelioſe, tam procaciter & petulanter obiectas. Nam his verbis suis infamare etiam baptismatis sacramentum, p in eo plena nõ fiat remissio peccatorũ, & iniquũ deũ facere, qui peccata in filijs damnat, alienaq; in parentibus relaxauit fortasse non potest dici, quoniam cum hæc loquerẽtur, non baptizatorum propagine loquebatur. Portanta illius uiri authoritate subuersa sũt, nec ulterius obijcienda sunt nobis, qui de originali peccato ea dicimus, quæ dixit ille, qui neq; hominis creationem diabolo attribuit, neq; nuptias condemnauit, neq; iustitiæ perfectionem in natura hominis desperauit. De duobus vero residuis argumentis vestris, quæ ad baptismum ptinẽt, mox videbimus quid ille vir senserit, & quo modo vos ingenti mole authoritatis obtrue
tis. Dicit. n in libro contra Nouatianos, Oẽs homines sub peccato nascimur, quorũ ipse ortus in vitio est, sicut habes factũ dicẽte Dauid, Ecce.n.in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Iõ Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius. Christi aũt caro damnauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio per gratiam, ubi erat ante colluuio per culpam.

Hic sane omnia simul vestra argumenta subuersa sunt. Si.n.omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in uitio M est, cur mihi ex hoc obiicis, qp dicam diabolum hominum creatorem, cum hoc me dicere uideas quod ille dixit, qui hominum creatorem diabolum esse non dixit? Si quoniam hominis ortus in vitio est, ideo dicit Dauid, Ecce in iniquitatibus cõceptus sũ, & in delictis peperit me mater mea: nec accusat vox ista nuptiale consortium, sed originale peccatum, cur me damnatorem dicit esse nuptiarum quod dicere non audebis Ambrosium? Si quoniam omnes homines sub peccato nascimur, & ipse ortus nr in vitio est, iõ Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? iam tandem perspicis ẽt ipsum in his suis verbis voluisse intelligi Apostolum. Ipsius ergo interior homo cũ condelectaretur legi dei, videbat aliam legem in membris suis, repugnantẽ legi mentis suæ, & propterea carnem suam corpus mortis esse dicebat, In ipsius ergo carne nõ habitabat bonum, propter quod non quod volebat, faciebat bonum, sed malum quod oderat, hoc agebat. An non tota uestra causa impulsa, prostrata, contrita, & sicut puluis quem proiicit uentus a facie terræ, de a cordibus eorum quos decipere cœperatis, si hæc voluerint deposito studio contentionis cogitare, proiecta est. Nunquid.

enim Paulus Apostolus non erat baptizatus? aut aliquid ei uel originalium, vel propriorum, vel ignorantiæ, vel scientiæ remissum non fuerat peccatorum? Vnde ergo talia loquebatur, nisi quia id quod dixi in libro meo, cui te respondisse gloriaris, omnino verum est? Lex quippe ista peccari, quæ in membris est corporis mortis huius, & remissa est regeneratione spiritali, & manet in carne mortali. Remissa.s. quia reatus solutus est in sacramento, quo renascunt fideles, manet autem, quia operatur desideria, contra quæ dimicant & fideles. Hoc est omnino quod funditus subruit hæresim uestram. Quod vsq; adeo videtis & timetis, vt nõ aliter ex his Apostolicis vocibus exire conemini, nisi q̃ta potestis contentione asseueretis, non illic ipsius Apostoli accipẽdã esse personam, sed adhuc sub lege, nõdũ sub gratia positi cuiuspiam Iudæi, contra quem suæ malę conuersationis consuetudo pugnaret, quasi vis ipsa consuetudinis deponatur in baptismo, & non aduersus eam cõfligant etiã baptizati, tanto fortius atq; vehementius, quanto magis placere studeant oculis eius, cuius gratia adiuuantur, ne in tali certamine superentur. Quod si attente sine peruicacia considerare voluisses, profecto in ipsa etiã vi consuetudinis inuenires quomodo concupiscentia remittatur in reatu, & maneat in actu. Neq; enim nihil in homine agitur, quando concupiscentiarum suarum etiam, quibus non consentit, stimulis inquietatur. Sed tamen nõ propter vim consuetudinis appellabat carnem suam corpus mortis Apostolus, sed propter quod rectissime intellexit Ambrosius, quia omnes sub peccato nascimur, & ipse ortus in vitio est, huius uitij reatum, iam sibi in baptisma te fuisse dimissum dubitare non poterat, sed contra eius inquietudinem pugnans primũ ab eo vinci subiugariq; metuebat. Deinde licet inuicte non diu pugnare, sed hostem non habere malebat, quando dicebat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sciebat. n. gratia nos sanari ab isto concupiscentiali motu, q̃ nos ab eius originali reatu, spiritali regeneratione sanauit. Hoc bellum quod in nobis ipsis aduersum nosipsos gerendum suscipimus, experiuntur in se, neque negare possunt libidinis acerrimi expugnatores, non impudentissimi laudatores. De-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cypria⁹ in Epi- stola de oratio- ne domi nica.

nique dicit etiã victoriosissimus Cyprianus in Epistola de oratione dominica, Fiestola de ri autem petimus voluntatem dei in cœlo oratio- & in terra,quod vtrunq; ad cõsummationẽ ne domi nostræ incolumitatis ptinet & salutis. Nã cũ corpus è terra, & spũs polsideamus è cœlo,ipsi terra & cœlum sumus,& in vtroq;, id est, in corpore & spiritu, vt dei voluntas fiat,oramus. Est n.inter carnẽ & spiritum colluctatio,& discordantibus aduersus se inuicẽ, quotidiana cõgressio, vt non ea quæ volumus ipsa faciamus, dũ spiritus cœlestia & diuina quærit,caro terrena & secularia cõcupiscit. Et iõ petimus inter duo ista,ope & auxilio dei concordiam fieri, vt dum & in spũ & in carne voluntas dei geritur,quæ per eũ renata est anima seruetur.

Gala. 5. Quod aperte atque manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat. Caro,inquit,concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem. Hæc n.inuicem aduersantur si-

Augusti. bi,vt non ea quæ vultis, illa faciatis. Vide quem admodum instruat baptizatum populum doctor egregius. Quod ad baptizatum n. pertineat oratio dominica,qs Christianus ignorat, ut humanã voluntatẽ,incolumitatem,salutemq; naturæ in hoc esse intelligant constitutã,non vt caro & spiritus, tanquam inter se naturaliter inimica, sicut Manichæus desipit, seperentur, sed potius tanquã ex uitio discordiæ sanata,cõcordẽt. Hoc est n.liberari à corpore mortis huius, ut vitæ fiat, quod modo corpus est mortis, ipsa in ea morte moriẽte finita discordia nõ

1. Co. 15 natura. Vñ dicitur etiam illud, Vbi est mors

Cypria. contentio tua? Quod non in hac vita perficiendum quoque testis est martyr in Epistola de mortalitate, vbi Apostolum Paulum propterea dicit concupiscere dissolui,et esse cum Christo, vt nullis iam fieret peccatis & uitijs carnis obnoxius. Quàm vero vigilanter aduersus illud dogma vestrum, quo in uestra virtute confiditis, hoc in oratione dominica exponit. Sic enim docet petendũ, id potius à domino,quàm de proprijs uiribus præsumendum,ut inter carnem & spiritum non humana virtus, sed gratia faciat diuina concordiam,cõsonans omnino Apo

Rom. 7. stolo dicenti, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrũ. His & sanctus Gre-

Grego- rius. gorius attestatur dicens, Anima nanque cũ in laboribus fuerit, & in angustijs cũ hosti E liter urgeẽ à carne,tunc ad deum refugit & cognoscit vnde debeat auxilium poscere. Ac ne quisquã in his uerbis Epi Gregorij Augusti hostiliter vrgeri carnẽ tanquam ex contria natura mali, secundum Manichæorum insaniam suspicetur, etiã ipse uide,quemadmodum suis fratribus & condoctoribus cõcinat,docens non ob aliud aduersus carnem spiritum concupiscere,nisi vt suo vtrunque reuocetur author,post grauissimum in hac vita rei vtriusq; conflictũ, in quo laborat omniũ vita sanctorũ, In libro quippe apologetico,illorum uero,inquit,verborũ non Gregodum facio mẽttionẽ,quibus intra nosmetipsos proprijs uitijs ac passionibus impugnamur, & die noctuq; ignitis stimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgemur: baptizatus loquitur, de baptizato loquitur. Cũ dicit, lege peccati quæ est in mẽbris nris legi spũs repugnante: baptizatus loquit, de baptizatis loqt: Christianorũ est ista pugna fidelium, non infidelium Iudæorum. Crede si non pugnas, agnosce, si pugnas, & in ista pugna rebellem quoque superbiam Pelagiani erroris expugna. Iam ne discernis, iã ne perspicis, iã ne respicis, & in baptismate fieri omniũ remissionẽ peccatorũ, & cũ baptizatis quasi ciuile bellũ inter Griorũ remanere uitiorũ? Non. n. talia sunt uitia,

vitia, quæ iam peccata dicenda sint, si ad illicita opera spiritum concupiscentia non trahat & concipiat, pariatq; peccatum: Nec tamen extra nos sunt, quibus vincẽdis, eũ in hoc certamine proficienter laboramus, instandum est, nostra sunt, passiones sunt, vitia sunt frenanda, cohibenda, sanãda sunt, sed dum curantur infesta sunt, Et si nobis ad meliora proficientibus, magis magisq; minuuntur, tñ dum hic viuitur, esse nõ desinunt, Discedente hinc anima pia peribunt, in resurgente corpore non redibunt, Ergo ad beatũ redeamus Ambrosiũ. Etiã Pauli caro, inquit, corpus mortis erat sicut ipse ait. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita intellexit Ambrosius, ita Cyprianus, ita Gregorius, vt de alijs interim taceam simili præditis authoritate doctorib. Huic morti dicetur in fine, Vbi est mors contentio tua? Sed regeneratorum est hæc gratia, non generatorum: Christi n. caro quod adiungit Ambrosius, damnauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriẽdo crucifixit, nascẽdo nõ sensit in se, moriẽdo crucifixit, in nobis. Lex itaq; peccati repugnans legi mentis, quæ in tanti quoque Apostoli membris erat, remittitur in baptismate, non finitur. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, nihil Christi corpus attraxit, quia non ex illa virgo concepit. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, eam de lege prima natiuitate nemo nõ traxit, qa nisi ex illa mulier nulla cõcepit. Et ideo vetus Hilarius, ex peccato esse oẽm carnẽ non cunctatus est dicere, Sed nunquid ideo negauit ex deo? Quomodo dicimus, & ex carne carnem, & ex homine carnem, nũ quid etiam sic negamus, generamur ex deo? Ergo & ex deo, qa creat: & ex homine, qa generat: & ex peccato, qa vitiat. Sed deus qui genuit filium sibi coæternum, quod in principio erat verbum, quod creauit omne quod non erat, etiam ipsum creauit hominem sine uitio, non ex semine hominis per virginẽ natum, in quo regenerat hominem generatũ, sanatq; vitiatũ, à reatu statim, ab infirmitate paulatim, Contra quam regenerator sua ratione vtitur, illo spectante atq; adiuuante velut in agone conflgit, quia vir noster in infirmitate perficitur, dum contra hostrum, quod à iustitia deficit, illo nostro quod ad iustitiã proficit dimicatur, vt vincente profectu, totũ surgat in melius: nõ vincente profectu, totum uergat in peius.

Paruulus vero in quo adhuc rationis nullus est vsus voluntate quidem propria nec in bono est, nec in malo, quia nulla alterutro cogitatione uersatur, sed vtrunq; in illo consopitũ vacat, & ab omni naturale rationis, & malum originale peccati, Sed annis accedentibus, cuigilante ratione, venit mandatum, & reuiuiscit peccatum, quod aduersus crescentem cum pugnare cœperit, tunc apparebit, quid in infante latuerit, & aut vincit & dominabitur, aut uincitur & sanabitur. Non tamen ideo malum hoc nihil nocuisset, etiam si priusquã in illo appa rere cœpisset, paruulus hac vita exisset, qa reatus eiusdem mali, non quo reum malũ est, sed quo reum facit in quo est, sicut generatione cõtrahitur, ita nisi regeneratione non soluitur. Hoc est pp quod paruuli baptizantur, vt non solum regni Christi fruãtur bono, verum & à malo regni mortis eruantur. Neq; hoc fieri potest, nisi per eũ, q̃ peccatũ in sua carne damnauit, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit, in carne nra esset iustificatio p gratiam, vbi erat ante colluuio per culpam. His itaque beati Ambrosij verbis, nec diabolus bo K nitate hominem creauit, sed hominem malignitate uitiauit, nec concupiscentiæ malũ nuptiarum abstulit bonũ, nec in baptismatis sacro peccati alicuius reatus relinquitur insolutus. Nec iniustus est deus, qui eũ dãnat lege iustitiæ, qui peccati lege fit reus, ẽt si ex illa natus est, quæ parentem eius propterea iam reum facere non potest, quia renatus est. Virtus porro quæ in infirmitate perficitur, quare si hæc vera sunt desperãda est, cũ per carnem Christi, quæ dãnat pec- 2. Co. 12
catũ, quod nascendo non sensit, quod moriẽ do crucifixit, fiat etiam in ea carne nostra iustificatio per gram, in qua erat ante colluuio per culpã? Ac per hoc quinq; ista vestra, in quibus maxime terretis homines ãrgumẽta, nec alios poterunt perturbare, nec vos, si credatis Ambrosio, Cypriano, Gregorio, alijsq; catholicis sanctis clarisq; doctoribus, imo vero etiam vobisipsis, legem peccati quæ inest hominis membris, repugnans legi mẽtis, qua caro cõcupiscit aduer sus spiritum, etiã baptizatis sanctis ingerere Gala. 5.
pugnandi necessitatem, cõtra qd? nisi contra malum, non substantiã, sed substantiæ vitium, dei gra nos regenerante non imputãdum, dei gratia iuuante frenandum, dei gratia remunerante sanandum? Sed ne forte L

dicas contra hoc potius pugnare baptizatos, quod sibiipsi prioris vitæ mala consuetudine fecerunt, non contra id cũ quo nati sunt. Quanquã si hoc dicis, iam proculdubio cernis atq; concedis esse in homine aliquid mali, quod non ipsum, sed reatus qui ex illo contractus fuerat, auferatur in baptismo. Tñ quia parũ est, ad huius quæstionis absolutionẽ, nisi nobis ex pctõ primi hominis ingeneratum esse monstretur, audi quid inde in alio loco expressius dicat sctũs Ambrosius in expositione Euangelij secdm Lucam, cum diuersis modis ab vna tũ regula fidei non abhorrentibus tractaret illum locũ, vbi dñs ait, in vna domo diuidi tres ad-
Luc.14. uersus duo, & duo aduersus tres possunt ẽt
Ambro- videri, inquit, caro atq; anima ab odore, ta-
sius sup ctu, gustuq; luxuriæ separatæ in vna domo
Lucam. se aduersus incursantia vitia diuidentes, su-
Cap.58 bijcientes se legi dei, remouentes se à lege peccati, quorum licet dissentio per præuaricationem primi hominis se in naturã uerterit, vt nequaquam sibi paribus ad virtutẽ efficaciam studijs conuenirent, tũ per crucem domini saluatoris, tam inimicus q̃ etiã mandatorum lege uacuatis, in societatis cõ
M cordiam congruerunt, posteaquam Christus e cœlo pax nostra descendẽs, fecit vtraque vnum. Rursus in eodem opere, cum de
Ephe.2. spiritali atq; incorruptibili loqueretur cibo, Et enim misericors cibus mentis est, inquit, præclaraq́ue alimonia suauitatis ratio, quæ membra non oneret, neq; in naturæ pudenda, sed ornamenta conuertat, cum libidinum volutabrum commutatur in dei templum, diuersorium vitiorum, sacrariũ incipit esse virtutum. Quod vtique tunc facit, cum caro in naturam regressa vigoris sui agnoscit altricem, atque ausu depositio contumaciæ, moderatoris animæ cõiugatur arbitrio, qualis fuit cum inhabitanda paradisi secreta suscepit, antequam veneno pestiferi serpentis infecta, sacrilegam famem sciret, diuinorumq́ue memoriam præceptorum animæ sensibus inhærentem, edacitatis studio præteriret. Hinc peccatum manasse proditur, tanquam corpore animaq́; genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male sana compatitur. Quæ si appetentiam corporis refrenasset, in ipso ortu esset extincta origo peccati, quam velut virili infusa corporis motu male fœta anima, etiã
Auguſt. vigore corruptio, alienis grauis oneribus
A parturiuit. Hic certe apertissime atq; sa-

tiatissime, ille tã excellẽter tui doctoris ore laudatus doctor Ambrosius declarauit, & quid esset, & vnde esset originale peccatũ, & vnde contigerit illa prima confusio, quæ inobedientia carnis fuit dissentientis ab anima, quã discordiã sanat dei gratia p Iesum Christũ dñm nostrum. Vides unde caro cõ cupiscit aduersus spiritũ, vides vnde sit lex in membris repugnans legi mentis. Vides vertisse se in naturã, animæ carnisq́; discordiam, & per has inimicitias nobis abundare miserias, non nisi dei misericordia finiẽdas. Noli mihi iam aduersari, Nam si adhuc facis, cui vel q̃bus simul aduerseris, aduertis. Me nempe dixisti nihil magis laborare, q̃ vt non intelligar. Et in quibusdã locis sensus meos ad tuum potius interpretaris arbitrium, abutens tardiusculis cordibus hominum, qui te non intelligunt tacere potius voluisse, q̃ respõdere potuisse vni meo, quatuor luminibus tuis. Ecce fundit eloquẽtiæ lucidum ac perspicuum flumen Ambrosius. Non est vt hæreat lector, vbi caliget auditor. Manifestissime dicit Apostolum ideo dixisse, Quis me liberabit de corpore B mortis huius, q̃a oẽs sub peccato nascimur, & ipse ortus in vitio est, Manifestissime dicit dñm Chm propterea fuisse sine peccato, q̃ natus ex virgine, vinculis obnoxiæ generationis naturæque communis minime teneretur, & damnasse peccatum, quod nascendo non sensit. Apertissime dicit, q̃ dissensio carnis & animæ præuaricationẽ primi hominis in naturã se uerterit. Apertissime dicit, carnem libidinum volutabrũ diuersorumq́; vitiorum ita mutari in dei templum, sacraramq́; virtutũ, cum in naturam regressa vigoris sui agnoscit altricem, atq; ausu depositio contumaciæ moderatoris animæ coniugatur arbitrio, qualis fuit cum inhabitanda paradisi secreta suscepit, antequam esset veneno pestiferi serpentis infecta. Quod si adhuc quod aduersus meos libros moliaris, inquiris, illum aspice, aduersus illum aliquid aude, qui hæresis vestræ venenis antequam nascerentur occurrit, & vnde possunt expelli, hæc antidota præparauit. Quæ si satis non sunt, adhuc audi. In libro de Isaac & anima idem dicit, Bonus ergo rector malos equos restringit, & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Nunquid ait, Bonus
C rector

rector bonos equos habet, malos non habet? Sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Vnde isti sunt equi? Nempe si eos substantias dicimus vel putamus, Manichęorum fauemus vel bæremus insaniæ, quod vt absit a nobis catholice istos equos intelligimus vitia nostra, quæ legi mentis ex lege peccati resistunt. Non a nobis hæc vitia separata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Verũtamen quia re non in baptismate perierunt? An nondũ fateberis q̃ reatus eorum perierit, infirmitas manserit, non reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerãt in malis operibus, quo nos traxerant. Nec ita eorũ mã sit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, q̃ infirmãtur, sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis iniquitatem nominasse putandus est illam, quæ deletur in baptismo, illa nãque peccatorũ quæ fecimus, fuit, quæ cuncta remissa sunt, atq; omnino iam non sunt, quorum reatus manebat, qñ ipsa fiebant atque transibant. Istam vero legem peccati, cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, propterea vocauit iniquitatem, quia iniquum est, vt caro concupiscat aduersus spiritum, quãuis aſsit in nostra renouatione iustitia, qua iustum est, vt
D aduersus carnem spiritus concupiscat, vt spiritu ambulemus, & concupiscentias carnis non perficiamus. Hanc quippe iustitiã nostram inter bonos equos inuenimus nominatam. Audi adhuc quid dicat in libro, quẽ scripsit de paradiso, Fortasse, inquit, ideo dixit Paulus, quæ non licet homini loqui qa adhuc in corpore constitutus, hoc est videlicet in istius corporis passiones, videbat legẽ membrorum suę repugnantem legi mentis suæ. Itemq; in eodem. Cũ dicit, inquit, sapientiorem serpẽtem, intelligis quẽ loquatur. i. illum aduersarium nostrum, qui tamẽ habet huius sapientiã mundi. Sed & voluptas & delectatio bene sapiens dicitur, quia & carnis appellatur sapientia, sicut habes, qa sapientia huius carnis inimica est deo. Et ad exquirenda delectationum genera astuti sunt, qui appetentes sunt voluptatũ. Siue ergo, inquit, delectationem intelligas, quædam est diuino aduersa mandato, & inimica sensibus nostris. Vñ sanctus Paulus ait. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Qualem voluptatem dicat hoc loco iste doctor, in prõptu est, quia vt intelligeremus adhibuit Apostoli testimonium dicentis. Video aliã legem in mẽbris meis, repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Hæc est voluptas illa suscepta tua, q̃uis & tu reprehendas eius excessum. Vbi qualis sit planè fateris, sed tantis verborum ornamentis eã moderatam defendis & laudas, quasi istum modum sibi ipsa constituerit, & non spiritus q̃ aduersus eius impetum concupiscit. Aduersus quem fortiter stabat ille, qui clamabat, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Iste repugnãtis impetus si laxetur, in quę declinabit immũda? In quæ non pertrahet, & præcipitabit abrupta? Verum nunc quod potius instat, ecce non secundum vos quicũque Iudæus, sed secũdum beatissimum Ambrosium de seipso Paulus Apostolus dicit, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Rursus in eodem opere alio loco, doctor idem, impugnatur, inquit, Paulus, & Ambro.
videt legem carnis suæ, repugnantẽ legi mẽ in lib.de
tis suæ, & captiuãtem se in lege peccati, nec paradiſ.
de conscientia sua præsumit, sed per Chri- cap. 12
sti gratiam confidit se a mortis corpore li- in fine.
berandum, & tu quẽquam opinaris scientẽ Rom. 7
non posse peccare. Paulus dicit. Non enim F
quod volo facio bonum, sed quod nolo malũ hoc ago: & tu arbitraris homini prodesse scientiam quæ delicti augeat inuidiã. Itẽ Ambro.
que in ipso opere, idem ipse Eps ad omnes vbi sup.
nos referens eloquium, causamq́; cõem se- cap. 15.
dulo agens, Repugnat. n. lex carnis, inquit, legi mentis, & laborandũ nobis est ac desudandum, vt castigemus corpus & seruituti Idem in
redigamus, & q̃ sunt spiritalia seminemus. lib.de sa
In alio quoque libro tuo de sacro regñatio cramẽto
nis, vel de philosophia quæ scripsit, ita lo- regñatio
quitur, Beata igitur mors quæ nos peccato nis.
eripit, vt reformet deo. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Nunquid naturæ fine, inquit, iustificatur a peccato aliqs? Nõ vtiq; qñ qui peccator moritur, in peccato manet, ille autem iustificatur a peccato, cur p baptismũ peccata remittũt omnia. Habes ad ista quid dicas? Vides ne quẽadmodũ expresserit vir venerabilis in baptis- Auguſt.
mo fieri hois mortem beatã, vbi remittunt
peccata omnia? Sed attẽde aliud, attẽde qđ Ambro.
nõ vis. Aduertimus, inquit, cuiusmodi sit
mors mystica, nunc consideremus cuius-
modi sepultura esse debeat. Non ergo satis G
est

est vt moriantur vitia, nisi marcescant corporis luxus, & omnium vinculorum carnalium compago soluatur, omnis nodus corporei laxetur usus. Nemo sibi blandiatur, q̃ aliam figuram induerit, mystica præcepta acceperit, ad cõtinentiæ disciplinã applicuerit animum, Nõ quod uolumus hoc agimus, sed qđ odio habemus hoc facimus. Multa operatur in nobis pctm̃, Nobis reluctantibus rediuiuæ plerunq; voluptates resurgunt. Luctandũ nobis aduersus carnẽ est, luctatus est aduersus eã Paulus, deniq;
Rom.7. ait, Video aũt aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, Nunquid tu, inquit, fortior Paulo? Nec tanquam fedulæ carni tuę confidas, & te ei credas, cũ Paulus clamet, Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum: Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: Non.n. quod volo facio bonũ, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autẽ quod nolo hoc
Auguſt. ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me pctm̃. Quãtalibet feratis animi obstinatione Iuliane, quantalibet aduersus nos peruicacia pro Pelagiano errore cõ
H sistas, tanta per beatum Ambrosium circũuallaris rerum euidentia, tanta verborum eius manifestatione contunderis, vt profecto si nulla te ratio, cogitatio, consideratio religionis, pietatis, humanitatis, atque in te ipso aduertendæ veritatis a pertinaci intentione reuocauerit, ostendas quantũ in malis humanis valeat, eo quenq̃ fuisse progressum, vbi manere non libeat, vnde iam redire pudeat. Sic.n. te credo affici, cum ista legeris. Sed o si pax Christi in tuo corde vincat, & bona pœnitentia de mala verecũdia palmã ferat. Sed iam nunc parumper attende, quomõ ex ista lege peccati, cuius motũ mortalitas etiam continentium cogitur ferre, cui modum castitas nuptiarum laborat imponere, vbi concupiscentia carnis voluptasq;, quam laudas, contra propositũ voluntatis agit suos impetus, cum excitatur, etiam si actus non peragit, cũ frenatur. Attende ergo pauliſper, quomodo ex hac lege
Amb.in lib.de sa cro rege neratio-nis. peccati omnem generari hominem, & ideo trahere originale peccatum, sanctus eloquatur Ambrosius in eo ipso de sacramento regenerationis siue de philosophia libro suo, Est, inquit, domus quam sapiẽtia ædificat, & mensa cœlestibus referta sacramẽtis, in
I qua iustus cibum diuinæ voluptatis epulatur, suauem gratiæ potum bibens, si perpetuorum meritorum vberi posteritate lætetur. Hos filios generãs Dauid partus illos corporeæ cõmixtionis horrebat, & ideo mundari sacri fontis irriguo desiderabat, vt carnalem ac terrenam labem gratia spiri Psal.50.
talis ablueret. Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Male Eua parturiuit, vt partus relinqueret mulieribus hæreditatem, atque vnusquisque concupiscentiæ voluptate cõcretus, & genitalibus visceribus infusus, & coagulatus in sanguine, in pãnis inuolut⁹, prius subiret delictorum contagium, q̃ vitalis spiritus munus hauriret. Si te nõ de- Auguſt.
seruit qualiscũque saltẽ sensus humanus, vides quid de cõcupiscentię voluptate hac ipsa, cui præbes impudentissimum patrocinium, pronunciauerit, tui quod sæpe dicendum est doctoris testimonio prædicatus tã memorabilis doctor Ambrosius, q̃ ea qsq; cõcretus, ea genitalibus visceribus infusus, & coagulatus in sanguine, & in pannis, nõ vtique laneis', aut lineis, aut huiuscemodi talibus, qualibus iam nati obuoluuntur infantes, sed pannis vitiatę originis tanq̃ hæreditarijs inuolutus, prius subeat contagiũ delictorum, q̃ vitalis huius aeris aurã spirã K
do percipiat, in quẽ veluti immensum fontem communis & non desistentis alimenti, post occulta spiramenta viscerum materno rum, qui nascitur, funditur, in ortu ploratu rus reatum, quem contraxit ante ortũ. Ergo ne ex huius concupiscentiæ motu illinõ erubescerent homines primi, quo & ipsi apparebant noxii, & eorum filii peccato parẽtum pronunciabantur obnoxij? Veinam fi- Gen.3.
cut illi erubuerunt eas partes corporis, in quibus libidinis inobedientiam senticbant, nudas relinquere, ita tu fidei catholicæ obediẽs erubescercs erubescẽda laudare. Quid autem etiam de ipso ficulneorum tegmine filiorum in libro de paradiso idem ipse scri
psit doctor aduerte. Quod ergo grauius Amb.in
est, inquit, hac se Adam interpretatione suc lib.de pa
cinxit eo loco, vbi fructu magis castitatis se radiso ca
succingere debuisset. In lumbis enim qui- pis. 13.
bus præcingimur, quædam semina generationis esse dicuntur. Et ideo male ibi succinctus est Adam foliis inutilibus, vbi futuræ Auguſt.
generationis non fructum, sed quædã peccata signaret. Hic certe frustrauit iste vir sanctus tam elaboratam disputationem tuã animisq̃ solicitam, ne post peccatum Adã &

L & Eua oculis apertis lumbos præcinxisse credantur. Vt.n. tanta ibi loquacitate laborares, contra sensus veniebas omniũ, & eos mutilo loquij strepitu pstringere cupiebas. Quid.n. tam in prõptu est, q̃ succinctorijs, vel præcinctorijs, quæ Græce περιζώματα nuncupantur, lumbos hominum contegi vel præcingi, quas vulgus ẽt munituras vocat? Neq; hoc ille homo dei, cuius te vrgemus eloquio, tanquam obscurum esset expo suit, sed quod oẽs intelligebant, quid significaret ostendit. In lumbis.n. quibus præcingimur, ait, quædam semina generationis esse dicuntur, & ideo male ibi succinctus est Adam foliis inutilibus, Quare male? Sequitur & dicit, vbi futuræ generationis, nõ fructum futurum, sed quædam pctã signaret. Habes ne ad ista quod dicas? Ecce vnde illa confusio, ecce vnde contexio & succinctio foliorũ, ecce vnde in posteris originale pec
catũ. Sanctus vero Ioannes Constantinopolitanus Eps, quantũ verecundia permit
tere potuit, totũ illud primorũ hominum erubescentium factũ, duobus verbis euiden
ter expressit dicens, Folij autem ficus erant cooperti, tegentes speciem peccati.

Cui non apparet, quæ vel qualis peccati species à confusis tegenda fuerat in regione lumborum, qui de sui corporis nuditate non cõfundebantur ante pctm̃? Obsecro in
telligite, imo vero permittite homines, qđ vobiscum intelligunt intelligere, & nolite nos cogere de pudendis pene impudenter diutius disputare. Merito idem beatus Ioãnes, etiam ipse sicut martyr Cyprianus, circũcisionem carnis, in signo præceptam cõ mendat esse baptismatis. Et vide quo Iudæus, inquit, circuncisionem non differt p
ter comminationem, quia omnis anima, quæcunque non fuerit circuncisa die octauo, exterminabitur de populo suo. Tu autem, inquit, non manufactam circuncisionem differs, quæ in expoliatione carnis in
corpore perficitur, ipsum dominum audiẽs, Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non introibit in regnum cœlorum. Cernis quemadmodum
his circuncisionem circuncisioni, comminationem comminationi vir Ecclesiastica doctrina præditus comparauit. Quod ergo est, octauo die non circuncidi, hoc in Christo non baptizari. Et quod est, perire de populo suo, hoc, est, non intrare in regnum cœlorum. Et tamen vos in baptis-

mate paruulorum expoliationem carnis, hoc est circuncisionem non manufactam, celebrari negatis, cum nihil eos, quo exp A
liari debeant, habere contenditis. Non.n. eos fatemini mortuos in præputio carnis suæ, quo peccatũ significatur, maxime qđ originaliter trahitur, per hoc enim est corpus nostrum corpus peccati, quod euacuari dicit Apostolus, per crucem Christi. Sed nunc sententijs Episcoporum qui fuerunt ante nos, & hæc diuina eloquia fideliter & memorabiliter tractauerunt, vrgere te instituit. Proinde ad Episcopum Ambrosium reuertamur. Qui cum homines, id est, & animas & corpora hominum, opus dei esse non dubitet, & nuptias honoret, & in baptismo Christi prædicet omnia peccata dimitti, & deum nouerit esse iustum, & capacem virtutis atque perfectionis, per dei gratiam humanam non neget esse naturã, quæ vestra quinque facitis argumenta, intendẽtes nullum istorum quinque verum esse posse, nisi falsum sit trahere nascentes originale peccatum, tamen hoc ipsum, qđ his quinque argumentis auferre conamini, sic ille vbi opus est, in suis sermonibus ponit, vt cuiuis satis elucear, quid catholica veritas soleat prędicare, quid prophana nouitas conetur euertere. An forte ipsum quoque Ambrosium scisse ac docuisse dubita B
bis, deum esse hominem, eruditorem & ani Plato
mæ & corporis? Audi ergo quid dicat in li nis opi
bro de philosophia contra Platonem philo nio.
sophum, qui hominum animas reuolui in bestias asseuerat, & animarum tantummodo deum opinatur auctorem, corpora autẽ dijs minoribus facienda decernit. Ergo san Amb.in
ctus Ambrosius Miror, inquit, tantum phi libro de
losophum, quomodo animam, cui potesta- philoso-
tem conferendæ mortalitatis attribuit, in phia cõ-
noctuis includat aut ranulis, feritate quoq; tra Pla-
induat bestiarũ, cũ in Timæo eã dei opus tonem.
eẽ memorauerit, inter immortalia a deo facta, corpus autẽ nõ videri opus summi dei asserit, q̃a natura carnis humanæ, nihil a
natura corporis bestialis differt. Si ergo di Auguſt.
gna ẽ q̃ dei opus eẽ credaſ, quo indigna ẽ q̃
dei ope vestiaſ? Ecce nõ solũ aĩam, qđ & illi dãt, verũetiã corpus qđ illi negãt cõtra platonicos dei opus eẽ defendit Ambr. An dicturus es, quòd nuptijs ingerat crimen, quia & inde quod nascitur concupiscentiæ voluptate concretum, dicit subire contagium delictorum? Audi ergo de nuptijs

Ambrosij

Ambro sius in apologia Dauid cap. 11.

Ambrosij sentẽtiam in apologia sancti Dauid, Bonum, inquit, coniugium sancta copula. Sed tamen qui habent vxores, ita sint ac si non habentes, Ipse est torus incoinquinatus, & nemo alterum fraudare debet eo, nisi forte ad tempus, vt vacent orationi. Tñ 1.Co.7. secundum Apostolum, non vacat orationi, Idem in qui eo tpe vsum corporeæ illius conuentionis exercet. Audi & alterã in libro de philosophia sophia, Bona, inquit, continentia q̃dã velut crepido pietatis. Nãq; in præcipitijs vitę huius labentium, statuit vestigia speculatrix sedula, ne quid obrepat illicitum. Mater autem vitiorũ omnium incontinentia, quæ ẽt licita vertat in vitiũ, Ideoq; Apostolus nõ solũ a fornicatione nos retrahit, verũetiam in ipsis coniugijs modum quendam docet, & tempora præscribit orandi, Intemperãs enim in coniugio, quid aliud nisi quidam adulter vxoris est?

Adulterium in cõiugio Augusti.

Cernis quẽadmodũ velit etiam inter se ipsa vera & honesta esse cõiugia? Vides quẽ admodum dicat incõtinentiã etiã licita vertere in vitiũ, vbi & licitum demonstrat esse connubium, & in ipso non vult incontinẽtia fœdari quod licitum est? Aduertis quo intelligere nobiscum debeas, in quo morbo desiderij noluerit Apostolus vnumquenq; vas suum possidere, sicut gentes quæ ignorant deum? Tibi aũt libido non nisi præter
1.Th.4. vxorem, videtur esse culpabilis. Quid ergo de Ambrosio iudicabis, qui intemperantem in coniugio, adulterum quendã appellat vxoris? Tu ne melius nuptias honoras, in quibus libidini licentiosissimũ spatiũ præbuisti, ne fortasis offensa defensorem sibi aliũ prouideret? Neq; n. quod ego commemoraui, secundum veniam coniugibus concedere Apostolum, vbi proculdubio notatur, etsi ignoscitur culpa, saltem verbotenus attingere voluisti, aut ꝙ ab illo tempore, vt orationi vacent, cessare coniuges admonentur, quod ego totum commemoraui, ausus es in tua responsione refricare, credo formidans, ne tua videretur præuaricata defensio, si & te confitente appareret, quod per libidinem, cui te patrocinari non pudet, etiam coniugum impediretur oratio. Ita cum mihi pro illa respondere cuperes, sed Apostolo resistere non auderes, nec in aliam sentẽtiã, sicut soletis, ipsum Apostolicum testimonium detorquere potuisses, omnino inde tacere maluisti. Tu ergo melius honoras nuptias, quarũ dignitatẽ tanquã omnino irreprehensibili volutabro carnalis concupiscentiæ, decoloras, an ille qui cũ dicat, non solum licitum, sed ẽt bonum coniugiũ, E sanctamq́; copulam, tñ cessante libidinis voluptate, tempora orandi ab Apostolo præscripta commemorat, atq; iã ita non vult illi morbo esse deditos coniuges, vnde trahitur originãle peccatum, vt eos qui habent vxores, sed̃m eundem Apostolũ, ita esse velit, ac si non habentes. Nec vecare dubitat etiam vxoris adulterum, intemperantem maritum: omne connubij bonum pensans non cupiditate carnis, sed fide potius castitatis: non morbo passionis, sed fœdere coniunctionis: non voluptate libidinis, sed voluntate propaginis. Nam mulierem viro non nisi generã di causa perhibet institutã, unde tam diu frustra, quasi quisquam hoc nostrum negaret, disputãdum putasti. Hæc enim sunt, de hac re verba eius in libro de paradiso, Si igitur viro, inq t, culpæ author est mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta? Verum si consideres, quia deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere dño debuisse id, in quo esset causa vniuersitatis, quã condemnandũ fuisse illud, in quo esset causa peccati. Ideo q a ex viro solo nõ poterat humani esse generis propagatio, denunciauit dñs, non esse bonum solũ hominẽ esse. Maluit. n. deus plures esse, quos saluos facere posset, quibus donaret peccatũ, quã vnũ solũ Adã, qui liber esset à culpa. Deniq; quia idẽ, inquit, vtriusq; author est operis, venit in hunc mundũ, vt saluos faceret peccatores. Postremo nec Cain parricidij reum priusquam generaret filios, passus est interire. Ergo, inquit, propter generationem successionis humanæ, debuit mulier adijci viro. Habes ecce Ambrosiũ docto rẽ meũ, & à tuo mirabiliter prædicatũ, & opus dei esse oẽm hominem atq; hominis carnẽ, & bonas esse nuptias, inquantũ sunt nuptiæ, non solum fetentem verumetiã diserentem, vel defendentẽ. Iam vero quod per originale peccatum sacro baptismati nihil derogẽt superius demonstraui, qũ eius posui verba, vbi dicit illum iustificari à peccato, cui per baptismum peccata remittuntur omnia, Iustũ porro ille deũ vbi non pdicat, aut quis de hoc potest catholicus dubitare pax sit christianus quod pene & oẽs impij confitẽ tur? Quintum illud restat, vtrum videatur tribus Ambrosio humanã capacẽ iustificationis et pfectionis esse naturã, nec ab hac sua pp- ea reuo-

Universidad de Deusto Biblioteca

cetur, quia sæpe ac multis modis dicit omnẽ hominem sub peccato nasci & essã supra docui, vbi eum loco ipso paulo post dixisse memoraui, à Christi carne dãnatũ esse peccatũ, quod nascendo non sensit, qd' moriẽdo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio per gratiam, vbi erat ante collutio per culpam. Ibi. n. naturã demonstrauit humanã ẽt istam, quę sub peccato nascitur, & cuius ortus in vitio est, esse iustificationis capacem, sed sane per gr̃am, quod inimi cũ est vobis eidem gr̃æ crudelibus inimicis, Verum si hoc parũ est, rursus quid dicat, attendite in expositione Esaiæ Prophetæ, Videamus, inquit, ne qua sit post huius vitæ curriculũ nostra regeneratio, de qua dictũ est, In regeneratione cũ sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut. n. regenerationis lauacri dicitur, per quã detersa colluuio peccatorum, in regeneratione cũ sederit filius hominis renouamur, ita regeneratio dici videtur per quam ab omni corporeæ concretionis purificati labe, mundo animo, sensu in vitam regeneramur æternã.

Nempe distinxit vir sanctus & verax, iustificationẽ vitæ huius, q̃ fit per lauachrũ regenerationis: & illius perfectiorẽ, cũ & nra corpora fuerint immortalitate renouata. Non itaq; fuit Ambrosio, q̃uis fateretur naturæ originis vitiũ, iustificationis desperatam perfectio. Quia sicut est humana natura creatori deo formabilis, ita sanabilis redemptori. Sed vos festinatis, & plumptionẽ veram festinando præcipitatis. Hic n vultis homine perfici, atq; vtinã dei dono, & nõ libero, vel potius seruo propriæ voluntatis arbitrio. A qua perfectione quidẽ lõge vos esse sentitis. Sed dolus est in ore vestro, siue peccatores vos esse dicatis, & iustos credi velitis, siue profiteamini perfectionẽ iustitiæ, quam profecto in vobis nõ esse sentitis. Iustificatio porro in hac vita, nobis secundum ista confertur. Prius lauacro regenerationis, quo remittuntur cuncta peccata. Deinde congressione cum vitijs, à quorũ reatu absoluti sumus. Tertio dum nra exauditur oratio, qua dicimus: Dimitte nobis debita nostra: Quoniam quamlibet fortiter cum vitijs dimicemus, homines sumus, dei autem gratia sic nos in hoc corruptibili corpore adiuuat dimicãtes, vt nõ desit pp qd' exaudiat veniã postulantes. Istã super nos dei misericordiam, vobis necessariam non putatis, quoniam ex eo numero estis, de quibus in Psalmo dictum est, Qui confidunt in virtute sua. Sed quanto melius audimus Ambrosium, in libro de fuga seculi dicentem, Frequens nobis de effugiendo isto seculo est sermo, atque vtinam quàm facilis sermo, tam cautus & solicitus affectus. Sed quod peius est frequenter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatũ, & vanitatũ offusio mentẽ occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, animoque voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere aũt impossibile. Deniq; voti magis eã esse rẽ q̃ effectus, testatur Propheta dicẽdo, Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiã. Non. n. in ptãte nostra est cor nostrũ, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ, mentem animumq; cõfundunt, atq; alio trahunt q̃ tu proposueris, ad secularia reuocant, mundana inserunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tpe quo eleuare mentẽ paramus, insertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerunq; deijcimur. Hęc si vos nõ patimini, ignoscite, nõ vobis credimus, & in his potius sancti Ambrosij verbis quoddam speculum, & hoc si proficimus, cõis humanæ infirmitatis agnoscimus. Vobis aũt etiã si credamus & dicamus, orate pro nobis, vt nec nos ista patiamur, ita vos inuenimus elatos & alta sapientes, vt respondeatis nobis, non solum ista vos non pati, verumetiã in hominis esse ptãte, ne ista patiaꝫ, nec esse cãm, cur ad hoc dei poscaꝫ auxiliũ. Quãto ergo melius identidem audiuimus Ambrosiũ dei gratiã confitentem, nec de sua virtute confidentẽ, qui cũ hæc dixisset, adiecit, Quis aũt tã beatus, qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino qui fieri potest? Nullo profecto modo. Deniq;, inquit, supra eadem scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius. Itẽq; idem ipse in libro de sacramento regenerationis, Quis igitur est, inquit, qui carne vtitur ad operandum, nisi anima? Ergo princeps & domina carnis nãde sacraturaliter anima est, quæ domare carnem de mento bet & regere. Ideoq; spiritussancti fulta pretregenesidio, dicit in Psalmo, non timebo quid faciat mihi caro. Ipsa eadem dicit in Paulo, Sed castigo corpus meum, & seruituti redigo. Castigat ergo Paulus, qd' ipsius est, nõ qd' ipse est, Castigat qd' ipsius é, vt morte in se

I Psal.48. Ambrosius in l. de fuga seculi cap.1.

Psa.118.

Psal.83. Ambros. in l. de sacramẽto regenerationis.

1.Co.9.

in se lasciuiæ corporalis iustus operetur.

Auguſt. Nunquid sanctus Ambrosius qñ ista dicebat,non cũ vitijs cõfligebat?nõ vitia vincebat? Nõ exercitũ quendã variarum cupiditatem intra semeti psum, tanquã Christi miles egregius debellabat? Nõ corpus proprium castigabat? Nunquid non superatis & oppugnatis diaboli operibus,opus dei cũ opere dei, hoc est anima cum carne pacem iustitiæ requirebat,vt nõ in sua virtute cõfidẽs,sed sicut ait, spiritu sancti fulta præsidio diceret,Non timebo quid faciat mihi caro? Ecce quomodo natura humana capax iustificationis ostenditꝰ,Ecce qũo virtus in infirmitate perficitur.Sed audiamus de hac re etiã victoriosissimum martyrẽ Cyprianum in Epistola de mortalitate. Cũ auaritia nobis,inquit,cum impudicitia,cũ ira,cũ ambitione congressio est, cum carnalibus vitijs,cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est. Obsessa mẽs hominis, & vndiq; diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis,vix resistit. Si auaritia ꝓstrata est,exurgit libido:si libido compressa est,succedit ambitio. Si ambitio contempta est,ira exasperat,inflat superbia, vinolentia inuitat,inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscindit, Cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet,compelleris iurare, quod non licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetꝰ, & delectat hic inter diaboli gladios diu stare,cum magis concupiscendum sit,& optandum,ad Christum subueniente velocius morte properare.

Auguſt. Absit autem vt sanctum Cyprianum, aut auarum existimemus fuisse, quia cum auaritia: aut impudicum, quia cum impudicitia: aut iræ subditum, quia cum ira:aut ambitiosum, quia cum ambitione: aut carnalem, quia cum carnalibus vitijs: aut seculi huius amatorem, quia cum illecebris secularibus:aut libidinosum,quia cũ libidine:aut superbũ,qa cũ superbia:aut vinolẽtũ, quia cum vinolentia:aut inuidum,quia cũ inuidia confligebat.Imo vero ideo nihil eorũ erat,quia his malis motibus partim de origine,partim de cõsuetudine venientibus fortiter resistebat,non acquiescens esse, qđ eum esse cogebant. Nec ideo tñ in tam periculoso laborioso; certamine nullo telo feriebatur hostili, cũ dicat in Epistola sua de eleemosynis,Ne ọ̃squã sic sibi de puro atq; immaculato pectore blandiat, vt innocentia sua fretus,medicinã non putet adhibendã esse vulneribus,cũ scriptũ sit,Quis gloriabitur castũ se habere cor? Aut quis gloriabitur mundũ se esse à peccatis? Et iterũ A in Epistola sua Ioannes ponat & dicat, Si dixerimus quia pctm nõ habemus nosipsos decipimus,& veritas in nobis non est.Si ãt nemo esse sine peccato potest,& quisquis se inculpatum esse dixerit, aut superbus, aut stultus est,q̃ necessaria, quàm benigna est diuina clementia,q̃ cum sciat non deesse latis quædam postmodum vulnera, dedit curandis denuo sanandisq; vulneribus remedia salutaria. O doctor præclarissime & testis glorioſissime, sic docuisti,sic eminuisti,vel monuisti, sic te audiendum imitandũq; præbuisti. Merito finitis alijs omniũ cupiditatum certaminibus, sanatisq; vulneribus cũ extrema & omnium maxima vitæ huius cupiditate, ꝓ Christi veritate pugnasti,& eius in te gratiæ largitate vicisti. Secura est corona tua, victoriosa ẽ doctrina tua, in qua & istos vincis, qui confidunt in virtute sua, Ipsi.n.clamant, perfectio nobis virtutis à nobis est:tu autem reclamas, Nemo suis viribus fortis est,sed dei indulgentia & misericordia tutus est. Audi & beatissimũ Hilarium,vbi speret hominis perfectionem Cum.n.loqueretur de pace Euangelica,vbi Iob, dñs ait, Pacem meam do vobis: Quia lex, inquit,vmbra est futurorum bonorũ, idcir co per hãc præfiguratam significationẽ docuit nos in.hoc terreni & morticini corporis habitaculo mundos esse non posse, nisi per ablutionem cœlestis misericordiæ emũdationem consequamur, post demutationẽ resurrectionis terreni corporis nostri,effecta glorioſiore natura. Rursus in eodem sermone, Ipsis, inquit, Apostolis verbo licet iam fidei emendatis atq; sanctificatis, non deesse tamen malitiam,per conditionẽ communis nobis originis docuit dicens, Si vos cũ sitis mali nostis bona data dare filijs vestris. Vides quemadmodum venerabilis catholicus disputatos, nec in hac vita mundationem nr̃am neget,& tñ humanam perfectionem sperẽt,id est,perfectioris mundationis in ultima resurrectione naturam. In quadã vero homilia de libro sancti Iob, attende quid dicat, quemadmodum ipsius diaboli aduersus nos indesinens bellum ex hoc fieri asserat, cum ea mala quæ in nostram sunt excitat contra nos, quod in nostram fieri vtilitatẽ vult docere, conuertente.s.diuina misericordia malitiã diaboli ad purgationem nostram. Tanta.n.& tam admirabilis,inquit, in nos misericordiæ dei bonitas est,vt per quẽ in Adæ offensa generositatẽ C primæ & beatæ illius creationis amisimus, per eũ rursum id quod amisimus, obtinere mereamur:tũc.n.diabolus inuidens nocuit, nunc aũt cum nocere nititur,vincitur. Monet.n.per infirmitatẽ carnis nr̃æ omnia potestatis suæ tela, cũ ad lasciuiam accẽdit,cũ ad ebrietatẽ illicit,cum ad odia stimulat,cũ ad auaritiam prouocat,cũ ad cædes instruit, cũ ad maledicta exacerbat. Sed cũ per infirmitatem animi,horum omnium surrepentia incentiua reprimuntur, emundamur a peccato per huius victoriæ gloriam. Dictũ. n. ita est, Aut quo se emundabit natus ex muliere? Quia nõ extante hoste nõ erit bellũ,cessante deide bello,victoria deerit. Colidentium aũt aduersus nos vitiorũ victoria non adepta,non erit emundatio ulla vitiorũ,quia his insidiis corporis nostri pirata victo,colluctantium aduersus nos passio nũ concertatione purgamur. Memores igitur,inquit, & conscij,illa ipsa corpora nra omnium vitiorum esse materiẽ,pro qua polluti & sordidi nihil in nobis mundũ, nihil innocens obtinemus, gaudeamus nobis eẽ hostem in cuius concertatione, quodã concertationis nostræ bello dimicemus. In expositione aũt primi Psalmi idem doctor nõ dubitat dicere naturam nostram vtiq; istã, quæ de morbo morbum trahit, ad peccandum feri,ac sic ne peccemus,aduersus eam nos quodammodo fidei religione pugnare. Plures.n.sunt,inquit,qui cum per cõfessio nẽ dei ab impietate discreti sint,non tamen a peccato per id liberi sunt, Ecclesiæ discipli nam non tenentes,vt auari,ebriosi,tumultuosi,procaces, superbi,æmulatores, mẽda ces,& rapaces. Et ad hæc quidem nos vitia naturæ,inquit,nostræ propellit instinctus, sed vtile est nos a via hac ad quã ferimur, abscedere, neque consistere illic, adhibito decedendi ex ea non moroso recursu. Et id circo,Beatus vir qui in via peccatorum nõ stetit, Natura quidem in viam hanc ferente, sed ex via hac fidei religione referente. Nunquid nam istum putabimus accusatorem fuisse naturæ,quam condidit deus? Nõ vtiq;. Non enim dubitabat homo catholicus humanam dei opus esse naturam, sed profecto vitia,cum quibus nascimur accusat, Apostolicum illud tenens, Fuimus.n. & nos natura filij iræ,sicut & cæteri. Veruntamen hæc uerba, quæ de sermone sancti Hilarij posui,si mea essent,q̃ta in me dicerem, Manichæorumq; nomen & crimen, quanto buccarum strepitu uentilares? Nũc ergo ne tui stomachi follis indigesta maledictorum eruditate rũpatur, in hunc euome,si audes,calumniosas tuas vanitates, & insanias mendaces. Ad hæc,inquit,nos vitia naturæ nostrę propellit instinctus. Quæ ista natura est? Nunquid gens tenebrarũ, quam Manichæorũ fabula inducit? Absit, Catholicus loquitur,insignis Ecclesiarum doctor loquitur,Hilarius loquitur. Nostra ergo natura est primi hominis prævaricatione vitiata, non ab alia natura vlla diuisione separanda,sed ipsa sananda, cui diabolum a nobis constitui calumniaris authorẽ, dum tu ei Christum inuides saluatorem,& eius hic uitam, ita vt sine ullo sit omnino peccato,perfectam duci posse cõtendis. Sed audi quid etiam hinc te admoneat beatus Hilarius. Cum.n.exponeret Psalmũ quinquagesimumprimum,Spes,inquit,in misericordia dei, in seculum & in seculum seculi est. Non.n. ipsa illa iustitiæ opera sufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, ni si misericordia dei etiam in hac iustitiæ voluntate,humanarum demutationum & motuum non reputet vitia. Hinc illud Prophetæ dictum est, Melior misericordia tua super vitam. Videsne hominem dei,ex illo numero esse beatorum,de quibus prædictum, Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum,neq. est in ore eius dolus? Confitẽ enim etiam peccata iustorum,magis eos asserens in dei misericordia spem ponere, q̃ de iustitia sua fidere, & ideo non est in ore eius dolus,imo in ore illorum omnium, in quibus huius veracis humilitatis, vel humilis veritatis perhibet testimonium. Qui dolus abundat in ore vestro. Vbi.n.uirtus nõ est,& tanta iactantia est,hypocrisis est: Et vbi hypocrisis,vtiq; dolus:prorsus quantũ sancti de misericordia dei, quæ magna est, tantum uos de uestra, quæ nulla est virtute præsumitis. Et quantum ipsi aduersus ingenerata vitia bellum gerunt, adiuti per dei gratiam,tantum uos bellum geritis aduersus ipsam dei gratiam. Sed vtinam sicut vos vincit in suis,ita suos faciens, vos quoque ipsos uincat in vobis. Ita ne in corde uestro dicere audetis, quod cum vos audiunt, acceudunt homines ad virtutem,

Cyprianus.

Cyprianus.

Hilarius.

Pſal. 51.

Pſal. 62. & 31.

cum

acceduntur homines ad virtutem, cum autem istos audiunt tantos ac tales viros, Cyprianum, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, cæterosq; sacerdotes domini, desperatione franguntur, ac renunciant studijs p-
G fectionis? Hæccine monstra cogitationum ascendunt in cor vestrum, & non elidunt frõtem vestram? Ergone vos honoratis sanctos dei patriarchas, prophetas, Apostolos laude naturæ, & decolorant eos ista lumina Ecclesiæ vituperatione naturæ, quia eos dicunt in corpore mortis huius, vt tenerent castitatis bonum, dimicasse contra ingenitum concupiscentiæ malum, per dei gratiã prius conflictatione vincendum, postea no-
Rom.7. uissima regeneratione sanandum? Tu intelligis Iudæum esse qui dicit, Non.n.quod volo bonum hoc ago: & hoc præclaro intellectu, nec conuersationis sordes in naturæ refundit inuidiam, nec earum obscœnitates Apostolorum & sanctorum omnium consolaris iniurijs, & hæc mala quæ non tu facis, faciebat Ambrosius cum collegis suis eadem sentientibus, qui beatum Apostolũ de seipso dixisse intelligit, Non quod volo facio bonum, sed quod nolo malũ hac ago: Et, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: & cætera huiusmodi. Isti ergo sancti talia ducendo suffodiunt, sicut mihi objcis, murum pudoris, & vos ob perfectionis prædicationem patimini inuidiam? Sed te, vt scribis, plurimum
H consolaris, quoniam laudis genus est ei displicuisse, qui Apostolis non pepercit. Si ergo Apostolis dicendo talia non pepercit, ergo nec Ambrosius pepercit Apostolis, nec coepiscopi eius eadem sentientes, Si autem illi & ex apostolis ista didicerunt, & secundum Apostolos ista docuerunt, quid me vnum appetis? Ipsos aspice, ipsos etiam atque etiã depositio paulisper timore ceruicis intuere, Itàne tandem inuenis confidentissime, cõsolari te debes, quia talibus displices, an lugere? Sed iam quid egerimus, per totũ istum librum in summam, sicut possumus
Epilog. breuiter colligamus. Proposuimus hic authoritatis molem sanctorum, qui Episcopi ante nos, non solum sermone, cum hic viuerent, verumetiam scriptis, quæ posteritate relinquerent, fidem catholicam strenue defenderunt, vt vestra argumenta confringerent, quibus dicitis: Si deus homines creat, non possunt cum aliquo malo nasci: Si nuptiæ bonum sunt, nihil ex eis oritur mali: Si in baptismate peccata omnia remittuntur, non possunt nati de renatis trahere originale peccatum. Si iustus est deus, nõ potest in filijs parentum damnare peccata, cum ipsis parentibus dimittat & propria: Si perfectæ iustitiæ capax est humana natura, habere non potest vitia naturalia. Ad hæc nos dicimus, & deum esse hominum creatorem, hoc est & animæ & corporis, & bonum esse nuptias, & per baptisma Christi omnia peccata dimitti, & iustum esse deum, & perfectæ iustitiæ capacem humanam esse naturam, & tamen cum hæc omnia vera sint, obnoxios nasci homines origini vitiatæ, quæ trahitur ex homine primo, & ideo ire in damnationem, nisi renascãtur in Christo. Hoc autem probauimus catholicorum authoritate sanctorum, qui & hoc asserũt, quod de originali peccato dicimus, & illa quinque esse vera omnia confitentur. Ac per hoc nõ est consequens, vt hoc falsum sit, quia vera sunt illa. Tales quippe ac tanti viri secundum catholicã fidem, quæ vbique toto orbe diffunditur, & hoc, & illa vera esse confirmant, vt vestra fragilis, & quasi argutula nouitas sola authoritate conteratur illorum, præterquam q̃ ea dicunt, vt se per eos loqui veritas ipsa testetur. Sed nunc authoritate primitus eorum, vestra est contumacia cõprimenda, vt à præsumptionis impetu repercussi, & quodammodo sauciati, dũ tales homines dei sic in fide catholica errare potuisse non creditis, vt aliquid dicerẽt, vnde esset consequens, deum non esse hominum creatorem, nuptias esse damnandas, in baptismo non omnium remissionem fieri peccatorum, deum esse iniustum, nullam spem nobis remansisse virtutis perficiendæ, quæ omnia vel aliquid eorum nefas est opinari ausus præcipites refrenetis, & ràquam ex furore resipiscentes, incipiatis in qua nutriti estis, recolere & aduertere & resumere veritatem. Dicit beatus Ambrosius, vnũ Ambros.
solum hominem mediatorem dei & hominum, eo q̃ sit natus ex virgine, nec senserit nascendo peccatum, generationis obnoxiæ vinculis nõ teneri. Omnes autem homines sub peccato nasci, quorum ipse ortus in vitio est, quia concupiscentiæ voluptate concreti, prius subirẽt cõtagia delictorũ, quam vitalẽ de hoc aere spĩm dicerẽt, ipsamq; concupiscẽtiã tanq̃ legẽ peccati in corpe mortis huius, legi mẽtis vsq; adeo repugnare, vt aduersus eã, nõ solũ q̃cũq; boni fideles, sed apo-

postolicæ etiam virtutis magnitudo pugnauerit, ad hoc vt per Christi gratiã caro animæ subiugata, in cõcordiam reuocetur. Quorũ duorum quæ primitus sine peccato creata sunt, ex primi hominis transgressione facta discordia est. Et quis hæc dicit? Homo dei catholicus, & catholicæ veritatis aduersus hæreticos vsq; ad periculum sanguinis defensor acerrimus, si tui docto testimonio prædicatur, vt diceretur, q̃ eius fidem & in scripturis purissimum sensum, ne inimicus quidem ausus est reprehẽdere, aut creatorẽ deũ nõ solum animarũ, verumetiam corporum, aduersus Platonicorum philosophorum asseuerauit errorẽ: qui nuptiarum bonum, & causa propagandi generis humani diuinitus institutum, & pudicitia coniugali sanctam eius copulam prædicauit. Qui neminem dixit iustificari a peccato, nisi cui fuerint per baptismum dimissa omnia peccata. Qui coluit iuste iustum deum, Qui perfectionem hominis in virtute atq; iustitia, absit vt impediat desperando, sed eam tamen perfectionem, cui nihil adijciendum sit, in alia vita, sperat, quæ implebitur resurrectione mortuorũ. In hac aũt vita humanã iustitiam in quadam mili tia belloque constituit, non solum aduersus æmulas aereas potestates, sed aduersus nostras cupiditates, per quas & illi exteriores inimici nos deijcere, vel penetrare molliunt. In hoc bello & ipsam carnẽ aduersariã grauẽ dicit, cuius vtiq; natura sicut primitus cõdita est nobiscũ concordissima permaneret, nisi primi hominis p̃uaricatione vitiata, suo nobiscum languore confligeret.

In hoc bello ille vir sanctus monet nos seculum effugere, & in ea fuga quanta sit difficultas, immo impossibilitas, nisi dei gra opitulet, ostendit. Dicit mortua quædã vitia, p remissionẽ in baptismate omniũ peccatorũ, sed eorũ nos curare debere quodãmodo sepulturam. Et in hoc ipso opere talẽ describit, cum vitijs mortuis nos habere cõflictum, vt non quod volumus agamus, sed quod odio habemus, hoc faciamus, Multa in nobis peccatum nobis reluctantibus operari, rediuiuas plerumq; resurgere voluptates, Luctandum nobis esse aduersus carnem, aduersus quã luctatus est Paulus quãdo dicebat, Video aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Præcipit ne carni nostræ confidamus, ne nos ei credamus, cũ Apostolus clamet, Scio q̃ anõ habitat in me.i.in carne mea bonum: Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Ecce quantam nos pugnam cum mortuis habere peccatis, ille strenuus Christi miles, & Ecclesiæ fidelis doctor ostẽdit. Qũo enim peccatum mortuum est, cũ multa operetur in nobis, reluctantibus nobis. Quæ multa? niũ desideria stulta & noxia, quæ consentientes mergunt in interitũ & perditionem, quæ vtiq; perpeti, cisq; nõ consentire, certamen est, conflictus est, pugna est? Quorũ pugna? nisi boni & mali, nõ naturæ aduersus naturã, sed naturæ aduersus vitiũ iã mortuũ, sed adhuc sepeliendũ. i. omnino sanandum. Qũo ergo mortuũ dicimus hoc pctũ in baptismate, sicut etiam iste vir dicit, & qũo habitare in membris fatemur, & multa operari desideria reluctãtibus nobis, quibus non consentiendo resistimus, sicut etiam hic vir fatetur, nisi quia mortuum est in eo reatu, quo nos tenebat, & donec sepulturæ perfectione sanetur, rebellat & mortuum? Quanuis iam non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum, sed q̃ sit reatu primi hominis factũ, & quod rebellando nos trahere nititur ad reatum, nisi adiuuet nos gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum, ne sic etiam mortuum pctũ rebellet, vt vincendo reuiuiscat & regnet. In hoc bello laborantes, quandiu vita humana tentatio est super terram, non ideo sine peccato non sumus, quia hoc quod eo modo pctũ dicitur, operatur in membris legi mentis, & non sibi ad illicita consentientibus nobis. Quantũ enim ad nos attinet, sine peccato semper essemus, donec sanaretur hoc malum, si ei nunquam consentiremus ad malum. Sed in quibus ab illo rebellante, etsi non lætaliter, sed uenialiter, tamen vincimur, in his contrahimus. vnde quotidie dicamus, Dimitte nobis debita nostra, Sicut coniuges quando modum generationi necessarium, causa solius uoluptatis excedunt: continentes, quando in talibus cogitationibus cum aliqua delectatione remorantur, non quidem decernentes flagitium, vel gerentes decernentis, sed intẽtionem mentis, non sicut oportet, ne illo incidat inde auertentes, aut si inciderit inde rapientes. De hac lege peccati, quæ alio modo etiã peccatum vocatur, quæ repugnat legi mentis, de qua multa beatus Ambrosius dixit, attestantur etiam sancti Cyprianus, Hilarius, Gregorius,

A 1.Ti.6. B Matt.6. Iob.73.

Galat.5. alijq; plurimi. Qui ergo gñatur in Adam, regenerandus in Christo, mortuus in Adã, viuificandus in Christo, ideo peccato est obstrictus originis, quia de malo nascit, quo caro concupiscit aduersus carnem. Quid ergo mirũ est, si renasci debet homo ex illo malo natus, contra quod pugnat homo renatus, quo reus & ipse teneretur, nisi renascendo liberaretur? Non est hoc malũ materies dei creantis, sed vulnus diaboli eandem C materiã vitiantis. Non est hoc malum nuptiarum, sed primorum hominum pctm̃, in posteros ꝓpagatione traiectum. Etiam huius mali reatus, baptismi sanctificatione remittitur. Deus aũt justus, si tanta paruulis mala, quanta nunc dicere non sufficio, nihil peccati trahentibus irrogaret, magis appareret iniustus. Iustitiæ vero perfecta capacitas hominis non negatur, quia nec vitiorum omnium plenissima sanitas sub omnipotenti medico desperatur. Propter quam catholicam veritatem sancti ac beati, & in diuinorum eloquiorum pertractatione clarissimi sacerdotes, Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Basilius, quibus addo presbyterum velis nolis Hieronymũ, vt omittam eos qui nondum dormierunt, aduersus vos proferunt de omniũ hominũ pctõ originali, obnoxia successione sententiã, vnde nemo eruit, nisi quem sine lege peccati repugnante legi mentis, virgo concepit. Quid est quod exultas, & mihi in conspectu iudicum essemus, quasi victor insultas, tanquam non inuenirem D quid facerem, quò confugerẽ, si iudicũ premerer in potestate, si in medio eruditorum consisterẽ tecũ, si vere quam dicis rationis tuba, à te.s.magno tubicine inflata, si auditorum arma circunstantium & tibi fauentiũ concreparent? Ita.n.tibi ponis ante oculos, nostrum in disputatione certamen, & te argumentãte, me quid respondeam non habẽtem, fingis vt placet. Sic tecum vana & insana tui cordis imaginatio fabulatur, quasi me ante Pelagianos iudices tecum constituas, quibus plaudentibus tibi liceat exaltare tanquam tubam vocem tuam, & prædicare contra catholicam fidẽ, & contra gr̃am Christi, qua pasilli cum magnis liberaantur à malo cõem tibi & illis nouitiæ huius impietatis errorem. Tales iudices in ecclesia dei, nec sine aduersario ex parte altera stante potuit eruditor vester Pelagius inueni-

Hieronymus vltimus.

re. De quo iudicio, ipse quidem, quãtum ad hominum conspectum attinet, velut absolutus, vestro tamẽ palam damnato dogmate egressus est. At ergo vbicunq; sis, vbicũque legere ista poteris, te ante istos in tuo corde cõstitutio, quos non amicos meos et inimicos tuos, aliqua in meam partem gratia propendentes, aliquo abs te merito tuæ offensionis auersos, & ob hoc tibi aduersos, E in hac nostra disceptatione constitui cogni tores, Nec eos qui nunquam fuerũt, aut nõ sunt, aut quorum sententiæ, de hoc quod inter nos disputatur, incertæ sunt, inani cogitatione confinxit, sed sanctos, & in sancta ecclesia illustres antistites dei, non Platonicis & Aristotelicis & Zenonicis alijsq; huiusmodi, vel græcis vel latinis, quanquã & istis aliquos eorum, uerum omnes sacris literis eruditos, nominatim, sicut oportebat expressi, eorumq; sententias, quantum sufficere videbatur, sine vlla editas ambiguitate digesti, vt in eis timeas non ipsos, sed illum qui sibi eos vtilia vasa formauit, & sancta tẽpla construxit, qui tũc de ista causa iudicauerunt, quando in eos nemo potest dicere perperam cuiquã, vel aduersari, vel fauere potuisse. Nõdũ.n.extiteratis, contra quos susciperemus de hac qõne conflictum, Nõdũ.n.eratis qui diceretis, quod in libris tuis ponis, quia de vobis multitudini mentiti fuerimus, & ꝙ Celestianorum, vel Pelagianorum nomine homines terreamus, & qd terrore ab omnibus extorqueamus assensum. Certe ipse dixisti, qd oẽs iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira vacuos esse deceat, pauci tales potuerũt inueniri, Sed Ambrosium alios q; collegas eius, quos cum illo commemoraui, tales fuisse credendũ est, Verum & si tales non fuerunt in his causis, quas ad se delatas & inter partes cognitas, cum hic viuerent, suo iudicio definierunt, ad hanc tamen causam tales erant, quando de illa sententias protulerunt, nullas nobis cum, amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, Neque nobis neque vobis irati sunt, neque nos, neque vos miserati sunt. Quod inuenerunt in ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondum uobiscum apud iustos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta causa nostra. Nec nos, nec uos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas cõtra uos sententias recitamus, nondum uobiscum certaba-

certabamus, & eis pronũciantib. vicimus. Dicis me si sub potestate iudicum premerer, quales tibi ipsi componis, non habituru fuisse, quid facerem, quo confugerem, cum tuis rugnentationibus vnde occurrerem, reperire non possem. Ego plane haberem qd facerẽ, haberem quo confugerem, a Pelagianis enim tenebris ad hæc tam clara catholica lumina prouocarem, qd & nunc iam facio. Tu ergo rñde, quid facias, quo confugias. Ego a Pelagianis ad istos, tu ab istis ad quos? An quia non numerandas, sed ponderandas censes esse sententias, & addis, quod quidem & ego verum esse consentio, ad aliquid inueniendũ, multitudinem nihil pro desse cæcorum, etiam istos cæcos dicere audebis? Et vsqueadeo pmiscuit imis summa iõgus dies, vsqueadeo tenebrę lux, & lux tenebræ esse dicuntur, ut uideãt Pelagius, Celestius, Iulianus, & cæci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius? Sed qualiscunq; homo sis, tñ quia homo es, videre mihi videor verecundiam tuam, si tũ non in te spes est omnis emortua sanitatis, & quodammodo audio vocem tuam: rñdes, Absit vt audeã cæcos istos viros, uel cogitare, vel dicere. Eorum ergo appende sententias. Nolo esse plures, ut eas te pigeat numerare. Sed nõ sunt leues, vt eas dedigneris appendere, imo tã sunt graues, ut te videam sub earum onere laborare. Nunquid & de istis dicturus es, me imbellem tibi opinionem cõsortis oppo nere, & velut consternatum motu, conscios nominare? Dicis, in causa iudicandi amodo strepitu turbarum de omni ordine conuersationis hominum, siue sacerdotum, siue ad ministrantium, siue præuaricatorum, ad disputationem talium rerum non sola nomina, sed eligendam esse prudentiam, & honorãdam esse paucitatem quam ratio, eruditio, libertas q; sublimat, Ita vero est, vt dicis, Sed nec ego te ullius multitudinis numerositate perturbo, quãuis ꝓpitio deo, de hac fide, cui contradicitis, catholica sanum sapiat ẽt multitudo. In qua usquequaq; plurimi vbi plus pñt, quo pñt, sicut diuinitus adiuuantur, vana vestra argumenta confutant. Vnde absit a me ista, quam mihi objcis arrogantia, vt me istam causam contra vos, vnũ pro omnibus agere polliceret. Quod cum tu inter Pelagianos facis, non erubescens dicere & scribere maioris tibi esse apud deũ gloriæ destitutam veritatem tueri, multum abesse & vere destituti sunt, multumque obstupendi, si hãc intolerabilem arrogantiam esse non iudicant, qua te etiam ipsis Pelagio scilicet & Celestio vestrum omnium doctoribus anteponis, quasi & illi iam cesserint, & tui remãserint, qui destitutam tuearis, quam veritatem putatis. Verum quia te delectat non numerare multitudinem, sed appendere paucitatem, exceptis iudicibus Palæstinis, qui hæresim vestram in absoluto Pelagio damnauerunt, quem timore cõpressum, Pelagiana ipsa dogmata damnare coegerunt, decem epos iam defunctos, & vnum presbyterum tibi huius causæ opposui iudices, qui de illa cum hic uiuerent, iudicauerunt. Si uestra consideretur paucitas, multi sunt, si multitudo catholicorum episcoporum, perpauci sunt. Ex quibus papam Innocentium, & præsbyterum Hieronymum rẽtrahere fortasse tentabis, istum, qa Pelagium Celestiumq; damnauit, illum, qa in oriente contra Pelagium catholicam fidem pia intentione defendit. Sed lege, quæ dicat in laudem beatissimi papæ Innocentij Pelagius, & vide utrum tales facile possis iudices inuenire. De illo autem sancto presbytero qui secundum gratiam quædata est ei, sic in ecclesia laborauit, ut eruditionẽ catholicam multum in Latina lingua, multis & necessarijs literis adiuaret, non solet Pelagius iactitare, nisi ꝙ ei tanquam æmulo inuiderit. Sed nolo ex hoc tibi videatur de istorum iudicum numero retrahendus, Nõ.n.eius sententiam posui, quam tpe inimicitiarum contra uestrum & defendit errorem, sed quam posuit in scriptis suis, liber ab omni studio partium, antequam uestra damnabilia dogmata pullularent. De reliquis sanè non habes omnino quod dicas. Nunquid Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilius, Ambrosius, & Ioannes de plebeia face Sellulariorum, sicut Tulliane iocaris, in vestram inuidiam concitati sunt? Nunquid milites, nunquid scholastici auditoriales? Nunquid nautæ, tabernarij, cetarij, coqui, lanij? Nunquid adolescentes ex monachis dissoluti? Nunquid postremo de qualiuncunque clericorum turba isti sunt, quos vrbana exagitatos dicacitate, vel potius uanitate contemnis, quia non possunt secundum categoritas Aristotelis de dogmatibus iudicare? Quasi tu, qui maxime quereris examen vobis & episcopale iudicium denegari, peri-

Hieronymi lapsus. I K

pateticorum posis inuenire consilium, vbi de subiecto & his quæ sunt in subiecto cõtra originale pctm dialectica sententia p ferat. Isti episcopi sunt, docti, graues, sancti, veritatis acerrimi defensores aduersus garrulas vanitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuisti, non potes inuenire quod spernas, si epalis synodus ex toto orbe congregaret, mirum si tales possent illic facile sedere tot, qa nec isti uno tpe fuerunt. Sed fideles & multi, excellentiores paucos dispensatores suos deus per diuersas ætates, temporum lo corumq; distantias, sicut ei placet atq; expedire iudicat ipse dispensat Hos itaq; de alijs atque alijs temporibus, atq; regionib. ab oriente & occidente congregatos uides, non in locum quo nauigare cogantur homines, sed in librum, qui nauigare possit ad homines. Quanto tibi essent iusti iudices optabiliores, si teneres catholicam fidẽ, tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidem, quam in lacte suxeruut, quam in cibo sumpserunt, cuius lac & cibum paruis magnisq; ministrauerunt, quã contra inimicos etiam vos tunc nõdum natos, vnde nũc reuelamini, apertissime ac fortissime defenderunt. Talibus post Apostolos sancta ecclesia plantatoribus, rigatorib: ædificatoribus, pastoribus, nutritorib. creuit. Ideo prophanas voces vestræ nouitatis expauit, & cauta ac sobria ex admonitione apostolica, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mens eius corrumperetur
2. Co. ii. M a castitate, quæ in Christo, catholicæ fidei virginitati insidias vestri dogmatis surrepentis exhorruit, & tanquam caput colubri calcauit, obtriuit, abiecit. His igitur eloqjs & tanta authoritate sanctorũ, profecto aut sanaberis dei misericordia donante, qđ quãtum tibi optem videt qui faciat, aut si quod abominor, in eadem quæ tibi videtur sapiẽtia, & est magna stultitia, perduraueris non tu iudices quæsiturus es, vbi causam tuam purges, sed vbi tot sanctos doctores egregios atq; memorabiles catholicæ veritatis accuses, Iræneum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilariũ, Gregorium, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocẽtium, Hieronymum, cæteros q; socios ac participes eorum, insuper & vniuersam Christi ecclesiã, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministrantes, ingenti in domino gloria claruerunt. Aduersus hanc autem miserabilem, quam deus auertat insaniam, sic respondendum esse video libris tuis, vt fides quoque aduersus te defendatur iustorum, sicut contra impios & Christi professios inimicos, etiam ipsum defenditur euangelium.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINIA HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum Liber Tertius.

IAm nunc quia sine dubio tot tantorumq; sanctorum & in sacris eruditorum, & in Ecclesiæ regimine tam clara memoria, & laude pollentium authoritati si non cesseris, nec acquieueris, siue contumeliosissime sicut me, sicut illos verecundius & mitius cum aliqua personarum acceptio ne tractaueris, tamen ẽt ipsos errare dictu rus es, ita tibi dilecte fili Iuliane, domino donãte, respondere debeo, & sic tuos libros atq; argumenta refellere, ut si possis intelligas male tibi fuisse, persuasum, quod alijs persuadere moliris. Teq; salubriter pœniteat incautę ac temerarię, iuuenilis progressionis & prolapsionis tuæ, non tantum tibi tua correctione, verumẽt pluribus profutura, cognoscentibus vobis atque fatentibus quam non inaniter, quamq; veraciter tot & tanti Christianorum rectores doctoresque populorum, hoc in Ecclesia dei didicerint & docuerint, quod uerisimili nouitate decepti, cupiebatis euertere. Si autem, quod absit dominus auertat, uel sic tenebratum cor habueris, vt intelligere ista non possis, vel ex numero fueris, quos in sanctis Psalmis veritas notat dicens, Noluit intelligere, vt bene ageret: uel ex eo, de quibus ite Psal. 35. scriptum est, Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obtemperabit: nec sic erit infructuosus labor, vel meus, vel aliorum fratrum, qui per Christi gratiam contra hunc errorem, catholicam defendunt fidem. Multo amplius enim eruunt, quos antiqua veritas uel instruat defensa, uel corrigat, si non defuerunt, quos irrepens error insolutus aut subuerteret, aut moueret. Ac longum faciam, non omnia verba tua ponam, sed si dominus adiuuerit, tuarum velut aeutarum argumentationum

tionum, nihil non solutum destructumque dimittam. De iudicibus, apud quos propter quæ dicis non potuisse vos agere causam vestram, quia nemo de rebus dubijs bene consuluit, nisi qui ab odio, ira, & amicitia, vacuũ pectus attulerit, quales non fuisse dicis, qui de causa vestra iudicauerunt, quia prius eã cœperunt odisse quàm nosse, iam quidẽ superiore libro respondi, quia si tales iudices, quales definiũt vnde hoc dixisti, salubrius quæreretis, sancto Ambrosio et coepiscopis eius, qui de hac re ab odio vestri vel amicitia, vel ira, vel quod tu non potuisti, sed salubrius posuit misericordia pro vobis, vel contra uos vacuum pectus habuerunt, quã do de hac re veras tranquillasq; sententias protulerunt, vtique cederetis, Quos nunc vobis parum est iudices nolle, nisi etiã reos facere insuper audeatis. Sed obsecro te quo modo causam vestram qui damnauerunt, ante cœperunt odisse quàm nosse? Quia eã proculdubio nouerant, oderant. Nouerant enim vicere, nihil miali paruulos habere nascendo, quod purgari debeat renascendo. Nouerant uos dicere, gratiam dei secundũ merita nostra dari, vt iam gratia non esset gratia, quia non gratis daretur, sed secũdũ debitum redderetur. Nouerunt vos dicere, hominem in hac vita posse nullum habere peccatum, vt non ei sit necessarium, quod in oratione dominica tota dicit Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra. Hæc in vobis nouerant, & rectissime oderãt. Denique si ab eis vos correctos nouerint, & amabunt. D Quoniam non sicut dicis, Si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum esse nascentium conditorem dixerit, Pelagianus & Celestianus vocabitur, sed qui libertatem, in quã vocati sumus, non gratiæ dei tribuerit, & qui paruulorum liberatorem Christum negauerit, & qui cuiquã in hac vita iusto aliquã in dominica oratione petitionem, non propter ipsum dixerit necessariam, ipse huius erroris accipit nomẽ, quia errori communicat crimen. Iam uero Manichæorum crimine, quæ catholica lumina audeas, vel nescias vel te nescire fingas, insanire, non opus est & hic dicere. Sanè vt dicis, si pro vobis potius ab Imperatore rũsum est, cur nõ in medium profilitis, & hoc vero publicis potestatibus allegatis, vos esse monstrantes, quorum Christianus principis approbaut fidem? Verum si dei legem non sicut sese habet, sed sicut vobis placet intelligitis: quid mirum si & de lege Imperatoris hoc facitis? Sed hæc te alias executurum plenius polliceris. Quod si feceris, aut redarguetur sicut insidiosum, aut contemnetur, sicut inane, quod fateris. Quam uero lauta & lepida est gratulatio tua, quod vnum dicis egressum, qui in se summã præ alij sitam optat intelligi, videlicet vt Pelagianis tu videaris Dauid, ego autem Golias. E Videris, si tu hoc induxisti, pactum & placitum cum Pelagianis, vt si victus fueris, nihil vlterius illi audeant. Ego autem, absit, vt ad monomachiam vos prouocem, quos vbicunque apparueritis, vbique diffusus Christus debellat exercitus, qui debellauit apud Carthaginem Cælestium, quando illic ipse non eram, & rursus Constantinopolim tam longe à regionibus Aphricanis, qui debellauit in Palæstina Pelagium, vbi causam vestrã suæ damnationis timore dãnauit: ibi enim omnino cecidit hæresis uestra. Et quia ille, cuius figura erat Dauid, contra suos aduersarios, in suis omnibus oppugnat errorem vestrum, etiam Pelagij linguam tanquam prostrati & iacentis, gladio detruncauit. Nam quod tu dedignaris, propterea vos nouos hæreticos dici, quia omne malum quod peccatum, definitur, asseritis, non in natura, sed in sola uoluntate consistere, iam vobis Pelagius, in o per linguã Pelagij dominus amputauit, Timens quippe ille damnari, damnauit eos qui dicunt infantes etiam si non baptizentur, habere vitam æternam. Qui ergo negatis esse in paruulo malũ, quod baptismate diluatur, dicite quo merito paruulus nõ baptizatus, æterna morte plectatur? Sed quid estis dicturi nisi forte Pelagio maledicatis? Quitamen si vobis male dicentibus dicat, F Ioan. 6. quid velletis, vt facerem? An dicente Christo, Si nõ mãducaueritis meã carnẽ & biberitis meũ sanguinẽ, nõ habebitis uitã in vobis: dicturus fueram paruulorũ habiturum vitam, qui sine isto sacramento finisset hanc vitam? Puto quòd vos maledixisse homini pœnitebit. Iam uos ergo totius pœniteat huius erroris, ne argumento misserrimo utamini, quo uniuersi uiuuntur hæretici, quos à pernicioſa licentia leges Imperatorum catholicorum premunt. Omnes quippe huiusmodi dicunt, quod ipse dixisti? laborare illa partem rationis inopia, q in differendo cum terrorem surrogat, nullũ à prudentibus impetrat, sed secũdum à me-

ticulosis extorquet assensum. Noui deniq; hæretici vos estis, sed istam penè omniũ hæreticorũ veterẽ vocẽ cũ cæteris agnouistis atq; tenuistis, nec vos & alios decipiatis, velut talẽ vocem habentes aduersus vos, qualem nos aduersus Donatistas, quos ad collationem nobiscum venire per imperialia iussa compulimur. Illorum n. furor occupauerat Aphricam totam, nec prædicari à catholicis veritatem, contra suum patiebantur errorem, violentis aggressionibus, latrocinationibus, itinerũ obsidionibus, rapinis, ignibus, cædibus multa vastantes, cuncta terrentes. Cum quibus apud Epos, quos communes non habemus, nihil agere poteramus. Quod vero ante centum fermè annos maiores nostri, cum eis egerant, tam populorum memoria non tenebat. Hæc igitur necessitas compulit, vt saltem gestis nostra collatione confectis eorũ contunderemus inuerecundiã, & reprimeremus audaciam. Vestra vero apud competens iudicium cõmunium eporum, modo causa finita est. Nec amplius vobiscum agendum est, quantum ad ius examinis pertinet, nisi vt prolatam de hac re sententiam cum pace sequamini. Quod si noluerimus, à turbulenta vel insidiosa inquietudine cohibeamini. Similes ãt estis potius Maximinianistis, qui cupiẽtes exiguitatem suam nomine saltem certaminis consolari, & ideo videri aliquid apud eos, quibus contemptibiles erant, quia inire nobiscum sinerentur examen, interpellãtes eos, & libellum dantes, prouocantesq; contempsimus. Magis enim de certamine nominari desiderabant, q̃ formidabant in certamine superari. Nec sperabant victoriæ gloriam, sed famam requirebãt collationis, quia multitudinis nõ habebant. Si ergo putatis, ideo vos esse victores, quia non vobis datum est, quale desideratis examen. Maximinianistæ vos ad ista vaniloquia præcesserunt, quanuis dederit vobis Ecclesia catholica iudicium, quale debuit, vbi causa vestra finita est: illis autem nullum dare dignata est, quia non à nobis sicut vos, sed a Donatistis fuerant segregati. Si autem in Maximinianistis videtis non esse consequens, vt qui conferre in aliquo iudicio non sinuntur, putari debeant de veritate confidere, nolite vlterius hæc vana iactare, vobisq; sufficiat, quòd vos Ecclesia catholica & materna lenitate sustinuit, & iudiciaria seueritate, vel potius medicinali necessitate damnauit. Sed ne superfluis immoremur, omitto tumultus maledictorum & conuitiorum tuorum, siue quæ in principio congessisti operis tui, siue quæ per oẽs cosdẽ quatuor libros penè nusquã spargere destitisti ne grauibus hominibus neuter nostrũ disputator grauis, sed leuis vterq; litigator appareat. Videamus iã potius quid afferas, vũ me sicut promittis, oẽdas homines & nuptias diabolo authori tribuere.

Certe redarguenda tibi mea verba ꝓpo nis, quibus propositis velut respondens suadere conaris, cõtra meipsum locutũ me fuisse. Qui cum pp meam defensionem dixerim, ab hæreticis noui dici, nos dãnatores esse nuptiarũ operisq; diuini, postea id abstulerim, dicendo in senis vncijs possideri hominem nascentem à deo & à diabolo, vel potius totum a diabolo possideri, prorsus excluso deo, velut ab vniuersa sua possessio ne, quod est homo. Vbi est acumen tuũ, quo tibi videris & categorias Aristotelicas asse cutus, & aliam dialecticæ artis astutiã? Itane non attendis hoc, quod mihi de paruulis obiecisti, de quibuslibet maioribus, malis hominibus, vtriq. nostrum obiici posse ab aliquo aduersario veritatis? Interrogo n. te, quid de nondum regenerato homine pessimo quocunq; respondeas, saltẽ istũ confiteris esse sub diabolo, nisi renascatur in Chro, an & hoc negas? Si negas, qui sunt ergo, quos deus eruit de potestate tenebrarum, & transfert ad regnum filij claritatis suæ? Si aũt confiteris, quæro vtrum in tali homine in potestate adhuc posito, tenebrarũ habeat deus aliquã potestatẽ. Si dixeris, non habet: respondebitur tibi, Ergo deus de sua possessione a diabolo excluſus est. Si dixeris, habet: respõdebitur tibi, Ergo deus & diabolus in senis vncijs hominem possident: & tibi ab imperitis talis inuidia concitabitur, qualem tu mihi, qui vis peritus putari, de paruulis ab ortu recentibus concitare voluisti. Ecce primum argumentum tuũ, quanta facilitate destructum est, dum attendere negligis, sic esse homines sub diaboli potestate, antequã redimantur a Christo, vt tamen dei potestati, nõ solum hi, sed ne ipse quidem diabolus subtrahatur.

De baptismi sanè quæstione, quam vobis Pelagianis apud ignaros inuidiosam mendacijs nostris factam fuisse conquestus es, vix dici potest, quàm elegenter existi, hanc a nobis amolitus inuidiam, eo quòd paruulos baptizandos esse fateamini, qui gr̃am baptismatis dicitis, non pro causis esse mutandam, q̃ ipsa dona sua pro accedentiũ capacitate dispensat. Ideoq; Christus qui est sui operis redẽptor, auget inquis, circa imaginẽ suã continua largitate beneficia, & quos fecerat condendo bonos, facit innouando adoptãdoq; meliores. Hoccine est totum, cur uobis de baptismate paruulorũ faciendam non existimatis inuidiam, quasi quisquã nostrũ vos dixerit negare, paruulos baptizari oportere. Non eos dicitis non debere baptizare, sed pro magnitudine sapientiæ vestræ, res mirabiles dicitis, In sacramento saluatoris baptizantur, sed nõ saluantur: redimuntur, sed non liberantur: lauantur, sed nõ abluũtur: exorcizantur & exufflantur, sed à potestate diabolo non eruuntur. Hæc sunt sententiarũ portenta vestrarum, hæc inopinata mysteria dogmatum nouorum, hæc paradoxa Pelagianorum hæreticorũ, mirabiliora quam Stoicorum philosophorũ, Vt. n. hæc dicatis, timetis audire, Si saluantur, q̃d in eis ægrotabat? Si liberantur, quid in eis seruijtutis vinculo tenebatur? Si abluuntur, quid in eis latebat immundum? Si eruuntur, quo merito erant sub diaboli potestate, qui propria iniquitate nõ erant rei, nisi q̃a trahuntur, quod negatis, originale pctũm. Et ad hoc negatis, non vt eos saluos, liberos, mundos, nulli hosti subditos asseratis, non. n. aliquid eis opitulatur vestrum testimonium falsum, ante iudicem verum, sed vt illis in mala vetustate remanentibus, vos nouam fictemini vanitatem. Non. n. vestra, sed illius est vera sententia, qui dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ potest intrare in regnum dei. Verum vos excellentissimi amatores illius vitæ, quæ futura est æterna cum Christo, nullam pœnã putatis esse imaginem dei in æternum exulare à regno dei, cum si paruam pœnam esse dicere tis, non esset hæc vox beata amatoris illius regni, sed miseri contemptoris. Porrò aũt, si quod huic sufficit causæ, paruam saltẽ pœnam fatemini esse, quæ magna est, ut imago dei non sinatur intrare in regnum dei, obsecro aperite qualescunque oculos, & videte, qua iustitia pœna ista infligenda sit parulo, quem clausis oculis originali obnoxium negatis esse peccato. Omitto commemorare, quæ mala in hac ipsa transitoria vita, penè omnes patiantur infantes, & quo explicetur, quod dictum est, Graue iugum

super filios Adam à die exitus eorũ, de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrẽ omnium. Quæ vtiq; mala sub iusto, & omnipotente deo non irrogarentur eius imagini, quibus malis in virtute exerceri infantilis ætas non potest dici, si nulla ex parentibus mala merita traherẽtur. Hęc aũt mala paruulorum, non ea quæ habere negantur a uobis, sed quæ perpeti cernũtur ab omnibus nobis, tu præmitermittis omnino, nec respicis, expatiaris ibi vir disertissimus, & exerces ingenium ac linguam tuam in laude naturæ. Natura ista in tantas & tã manifestas collapsa miserias, saluatorem, liberatorem, mundatorem, redẽptorem Christum habet necessarium, non Iulianum, nõ Celestium, non Pelagium laudatorẽ. Quã quidem redimi non fatereris in paruulis, nisi quia hoc Celestius apud Carthaginem gestis ecclesiasticis, ora Christiana non sustinens, fassus est. Cæterum rogo te, quõ pt intelligi ista redemptio, nisi à malo redimẽte illo qui redimit Israel ab omnibus iniquitatibus eius? Vbi. n. redemptio sonat, intelligitur & precium, Et quod est hoc, nisi preciosus sanguis agni immaculati Iesu Christi? De hoc autem precio quare sit fusum, q̃d interrogamus alium? Redemptor ipse respõdeat, dicat ipse mercator. Hic est, inquit, sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pergite, adhuc pergite, & sicut dicitur in sacro saluatoris baptizantur, sed non saluantur: redimuntur, sed non liberantur: lauantur, sed non abluuntur: exorcizantur & exufflãtur, sed à ptãte diaboli non eruuntur: sic ẽt dicite, funditur pro eis sanguis in remissionem peccatorum, sed nullius peccati remissione mundãtur. Mira sunt quæ dicitis, noua sunt quæ dicitis, falsa sunt quæ dicitis, mira stupemus, noua canemus, falsa conuincimus.

Nonne ipse dixisti, administrationem corporis sic animo esse commissam, vt fructus operis fieret vtriq; cõmunis, & vel virtutis exercitæ gaudia, vel insolentiæ pœnas cum eis quam hic non bene rexerat, carnis afflictione sentiret? Respõde igitur, quare in hac ipsa vita, afflictione carnis anima crucietur infantis, cuius ei meritum, quia non bene rexerit carnem, adhuc non potest imputari? Naturam dicis humanã in exordijs nascentium innocentiæ dote locupletem, Fatemus sanè, quantum ad peccata pertinet propria. Cum autem etiã originali negatis

Mat. 26.

B Morbi infantiũ vnde. Cap. 4.

li negatis obnoxios, respondere quod merito tanta innocentia nonnunquam cæca, nõ nunquam surda nascatur? Quod vitiũ etiã
Rom.10 ipsam impedit fidem, Apostolo teste qui dicit, Igitur fides ex auditu. Iam vero quis ferat, quod ad ipsum spectat animum, imaginem dei innocentiæ sicut asseris dote locupletem, fatuam nasci, si nulla ex parentibus
Ecclesia mala merita in paruulos transeunt? An ita
stici. 22. est quisquam vestrum fatuus, vt fatuitatem nullum malum putet, cum scriptura dicat, mortuum septem diebus, fatuum vero omnibus diebus esse lugendum? Quis autem
C nesciat, quos vulgo moriones vocant, natura ita fatuos, vt quibusdam eorum penè sensus pecorum conferatur? Et non vultis fateri genus humanum ex initio quo deseruit deum, trahere damnatæ originis noxam his omnibus dignissimam pœnis, nisi vbi parcie ratione dispositionis occultæ inscrutabilis sapientia conditoris, qui nec ab ipsa vniuersa massa perditionis abstinet sui operis bonum, vt ex malis vitiorum condat, licet cũ malis, inquantum bona est, rationalẽ mortalemq; naturam, cuius nemo esse potest cõditor, præter ipsum, & in generatione damnata, præbeat vasis misericordiæ regenerationis auxilium.

Cap.5. Frustra itaque putas ideo in paruulis nõ esse delictum, quia sine voluntate, quæ in eis nulla est, esse non potest. Hoc. n. recte dicitur propter proprium cuiusque peccatũ, non propter primi peccati originale contagium. Quod si nullum esset, profecto nulli malo paruuli obstricti, nihil mali vel in corpore, vel in anima, sub tanta iustri dei potestate paterentur. Quod tamen & ipsum à mala voluntate priorum hominum sumpsit exordium. Sicut voluntas mala ipsa est origo peccati. i. à voluntate mala peccatum
D exortum est, & peccati origo voluntas mala est, ita nisi voluntas mala, non est cuiusquam vlla origo peccari. Hæc si sapias, simpliciter & veraciter gratiam Christi erga paruulos confiteberis. Nec cogeris res impiissimas atque absurdissimas dicere, aut baptizandos non esse paruulos, quod quidem postea eltis fortasse dicturi, aut tam magnũ sacramentum sic in eis esse ludibrium, vt in saluatore baptizentur, sed non saluentur: à liberatore redimantur: sed non liberentur: lauacro regenerationis lauentur, sed nõ abluantur: exorcizentur & exufflentur, sed à potestate tenebrarum nõ eruantur: sic eorũ precium sanguis, qui in remissionem fusus est peccatorum, sed nullius peccati remissio ne purgentur. Hoc totum propterea, quia timetis dicere, non baptizentur, ne non solũ facies vestræ sputis oblinantur virorum, verumetiam capita sandalijs mulierc ularum commitigentur. Nos certe causam, cur sub diabolo sit, qui nascitur, donec renascatur in Christo, peccato ex origine dicimus esse contagium, Vos autem qui hoc negatis, ea saltem quæ aperta sunt intuemini, cur nonnulli etiam dæmonem patiantur infantes, nisi forte & ipsos, aut esse, aut sub diabolo esse negabitis. Nec vos euangelium cõmouebit, at forsitan propter vos interrogauit Lucæ 9
dominus quod sciebat, vt pater pueri respõderet filium suum ab infantia sua dæmonio tam graui grauiterq; vexari, vt a Christi discipulis nõ posset expelli. Ecce ergo, vt sint paruuli in diaboli potestate, cãm nuptias esse non dico, quod me dicere calumniaris. Nuptiæ quippe habent ordinẽ suum, & benedictionem suam, bonumq; suum nec sub intrante peccato amittere potuerũt. Tu autem quare sit sub diabolo ille salẽ infans, qui manifestissime vexatur à diabolo, ita vt aliquando ipsa vexatione moriatur, respon de si potes. Non vis. n. quenquam vllam pẽ nam pro alienis subire peccatis. Ne hinc fiat credibile, etiam contagia peccatorum in nascentes ex gignentibus posse transire.

Si videlicet vt egregius dialecticus non Cap. 6
me patieris elabi, sed presse interrogabis & breuiter, in paruulis actionem ream, an naturam putem. Et ad vtrunque respondes, Si actionem, inquis, ostende quid fecerint. Si naturam, ostende quis eos fecerit. Quasi & actio mala faciat nisi naturam reã. Actio ne quppe q reus est, homo ẽ, hõ aũt natura est, homines igit sicut peccati actione maiores, ita minores maiorum contagione sunt rei. Isti ex eo quod faciunt, illi ex quibus originem ducunt. Quocirca paruuli bonum F
est, q homines sunt, quod omnino non esset, nisi eos ille qui summe bonus est, creasset, nisi uisset. Malum vero si nullũ ex origine traherent, nunquam cum vitiis vel corporalibus nascerẽtur. Deus. n. qui est animarum, ipse est etiam corporum cõditor, qui vtique humanæ in ipsa cõditione naturæ vitia nõ infligit immeritæ. Neque. n. de innumerabilibus paruulis, qui & in animo & in corpore cum tanta vitiorum varietate nascuntur, hoc dici potest, quod dominus ait de il-
Io, qui

c. 6. lo, qui cæcus est natus, non pp peccãm ipsius, uel parentum id esse factũ, sed ut manifestarent opera dei in illo. Multi quippe nec sanantur omnino, sed cũ eisdem viuũs, siue in qualibet ætate, siue in ipsa moriũtur infanna. Nõnullis ẽt paruulis iã renatis uel permanent cum qbus sunt nati, uel accidunt hmõi mala, Absit ut dicamus indigne, sed hinc potius intelligamus eis ad alterũ secula lũ pdesse, q renascantus. Huius autem se
to. cundi spositionem, pp initium superbiæ homnis, per qd apostatauit a deo, diuersis ma
lis hominũ peragi in iugo graui super fi
lios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem
omnium.

Iohãnes Quod autem hoc opere tuo, qũo fiant à dialecticis syllogismi, unde quæstionem tibi nullus obiecit, docere conaris, quantum tibi places, tantum grauibus lectoribus dis-
7. plices. Et quod est peius, fingis me dicere quod non dico, concludere sicut non cõcludo, concedere quod non concedo, & conclu dis tibi ipse, quod renuo. Quãdo enim ego negaui naturam hominum esse laudabilẽ, inquantum homines sunt? Quãdo dixi ob hoc ipsum reos esse, quia sunt, cũ profecto essent, nec rei essent, si nemo peccasset? Qũ dixi, fœcunditatem esse in reprobandam, cũ ad bũdictionem pteneat nuptiarum? Qũo à te peterem vt hoc ipsum cõcederes, qd ip se nõ dixi? Iam vero quod me dicis assumere, omnis, cõmixtio corporum mala, nihil minus est, quã vt dicas me ẽt vini & aquæ accusasse cõmixtionem, qñ potio nobis temperatur, quia & ibi corporũ est sine dubita tione cõmixtio. Et si omnem cõmixtionẽ corporũ malã dixi, neq; hãc utiq; prætermisi. Sed nec ipsam cõmixtionẽ sexus vtriusque H reprehendi, si legitima atq; nuptialis est. Si ne hæc. n. non fieret hominum gñatio, etiã nullo cuiusq; præcedẽte pctõ. Proinde illud aliud qd me dicere adiũgis, Filij aũt de corporũ cõmixtione nascunt, dico sanè. Sed cõclusio q velut meã inferre voluisti, non est mea. Non. n. dico, neqnã igitur filij, qui de de mala opatione pcedũt, qñquidẽ ipsam coniugũ opationẽ, quæ fit gignẽdorum gratia filiorum, non dico malam, sed potius bonam, quia bene utitur libidinis malo, p qd generantur homines, bonum opus dei, nõ sine malo, propter quod regenerandi sunt, ut liberentur à malo. Deinde contexis alterum syllogismum tuum, qm tuus est, & psior iste non meus. Dicis ergo, causa sexũ cõmixtio corporum, & uis vt hoc concedã tibi. Ecce concedo. Pergis inde, & adiungis, mala semper commixtio, deformis etiam cõditio corporum, in sexuum diuersitate positorum, Hoc si esset consequens, me non pmeret, qui commixtionem nuptialem. i. liberorum procreandorum causam, non solam malam non dico, uerumetiam bonam dico. Huc accedit, quia & consequens non est, ut si semper est mala sexus vtriusq; cõmixtio, propterea sit deformis etiam conditio corporum, in sexuum diuersitate positorũ. Profecto. n. si intantum homines essent malo libidinis subiugati, ut remota honestate nuptiarum, omnes indifferenter ac passim canino more concũberent, non ideo deformis esset conditio corporum, cuius deus author est, qm mala esset omnium hominum maris fœminæq; commixtio; sicut ẽt nunc de adulterina commixtione vtiq; mala, bonum est in corporum conditione opus dei. Vides nempe, quam dialectice nihil dixeris & nulla quidem culpa est dialecticæ disciplinæ, quantum a tramite eius exorbitaueris. Videris illius artis uerbis ad hoc te vti, ve eis inflatus attonitos facias imperitos, volendo uideri eẽ, quod non es. Quod & si esses, ad eũ modum quo ista disputanda sunt, nihil esses, & ineptus & imperitus, tunc autem ineptus artifex esses, & tũ dialecticorũ, quasi iaculis oneratus acutis, in certamen procedis, & iactas plumbeos pugiones, dicens, Si mala semper commixtio, deformis Plũbeus
etiam conditio corporum in sexuum diuer pugio.
sitate positorum. Nec uidens quam non sit consequens, quod pro argumento necessario posuisti adiungis & dicis, Quod cum negare nequiueris. Quid est quod nequeo negare? Hoc nempe, quod tu iam si uel se- K
ro sapis, non potes nisi negare, quia non uti
que si mala est commixtio adulterorum propterea ex illis nascentium conditio deformis est hominum. Illa quippe est hominum, male operantium de membris bonis: ista uero dei est, bene operantis de hominibus malis, Quod si dixeris, etiam cum sic adulterium, bona est per ipsam commixtio, quia naturalis est, sed ea male vtuntur adulteri. Cur non vis acquiescere posse esse libidinem malam, qua bene tamen utantur gignendi gratia cõiugati? An põt bonorũ esse vsus malus, & non põt malorũ bonus? Cum inueniamus ipso satana, q bene

vsus

vsus fuerit Apostolus,tradens ei hominem in interitum carnis, vt spiritus saluus esset
1.Co.5. in die domini, & alios vt discerent non
2.Ti.1. blasphemare.

Cap. 8. Quod vero superaddis & dicis,Rei aũt malæ deus author esse non potest,quomodo id dicis,cum sint quædã mala, quorum author est deus? Melius enim loqui nouit ipse q̃ tu, qui per Prophetam dicit, creare
Esa.45. se mala.Deinde qũlibet sese habeat hæc superadditio tua,quid ad me pertinet,cũ illud cui connectitur,nõ cõcesserim,eo ꝙ inconsequens esse monstrauerim, vt deformis sit cõditio corporũ, ẽt si oẽm commixtionem
L corporum, vel vtriusque sexus malam esse concederem? Vt.n.concedamus deum nullius esse authorem mali:nunquid ideo non est author conditionis corporum, quam nullo modo malam esse concesi, quia nulla mea ad hoc superius concessa cogebant? Inanis ergo & ridenda tua remãsit illatio, qua concludis & dicis,Omnia igitur corpora,malo reputãtur authori,Multo enim verius ita concluditur,vt dicamus,Si nec mala commixtio adulterorum, facit esse malã conditionem corporum, aut si bona est & in adulteris sexus vtriusq; commixtio, sed ea mali vtuntur male,quoniam multo magis ex hoc non potest corporum mala esse conditio? Recte igitur corpora deo reputã tur authori. Nulla est itaque fouea,quã metuens quasi,reuertar in viã,quo videris me uelle reuocare. Dic tamen quę nam illa uia sit,& explica ratiocinationem tuam.

Cap. 9. Deus,inquis bonus,per quem facta sunt omnia, ipse corporis nostri membra formauit. Hoc verisimum esse concedo. Sequeris & adiũgis, Qui autem corpora fecerat, diuisit & sexum, diuisit in specie, quod in operatione coniungeret,fecitq, causam cõiunctionum dissimilitudo membrorum.

M Et hoc assentior. Deinde infers, Ab ipso igitur commixtio corporum, à quo est origo corporum, Quis hoc negauerit? Quod cũ ingratis,inquis,concesseris,sequitur tot rerum bonarum,corporum, sexuum coniunctionum malos fructus esse non posse. Et hoc verum dicis, horum enim bonorũ fructus homo est,quod inquantum homo est, bonum est,quod autem in illo malum est,à quo sanandus est per saluatorem,& liberandus per redemptorem,& abluendus per lauacrum & eruendus per exorcismum, & absoluendus per sanguinem, qui in remissionem fusus est peccatorum, non est fructus corporum, sexuum, coniunctionum, sed originalis veterisq; peccati. Sicut.n.de prole adulterorum, si ego dicerẽ,tot malorũ.i.lasciuiæ, turpitudinis, criminis bonus fructus esse non potuit, recte mihi respõderes,hominẽ qui de adulteris natus est,nõ esse fructum lasciuiæ,turpitudinis,criminis, quorum malorum author est diabolus, sed corporũ,sexuum,coniunctionum,quorum bonorum author est deus, Sic ergo tibi rectissime dico, malum cum quo nascitur homo,non esse fructum corporum, sexuum, coniunctionum quorum bonorum author A est deus, sed primæ præuaricationis, cuius author est diabolus. Absit autem vt quem admodum calumniaris, dicamus homines ad hoc à deo fieri,vt à diabolo legitimo iure teneantur, quanuis enim & hoc diuinæ sit magis,quàm diabolicæ potestatis,vt immundo principi generatio immunda subdatur,nisi regeneratione mundetur, tamẽ nõ ad hoc facit deus homines, vt familiã quodammodo diabolus habeat,sed ea bonitate, qua naturis omnibus præstat vt sint, qua etiam ipsum facit subsistere diabolũ, Quã bonitatem si rebus subtraheret, continuo nihil essent. Sicut non ideo creat pecora in armentis & gregibus impiorum, vt damonibus immolentur, quanuis hoc eos nouerit esse facturos: sic etiam vbi generationẽ peccato cernit obnoxiam, secundũ pulcherrimum,quem deposuit ordinem seculorũ, suã non abstinet eius conditione bonitatẽ. Cap. 10

Sed post hanc argumentationem qua te fallis, & cõfeciste te aliquid arbitraris,ingeris solitum maledictum, ac deinde subnectis,quòd forsitan dicam scripturarum, nõ syllogismorum debere testimonio comprobari, filios de corporum cõmixtione nascẽtes,reputari diuino operi: quasi qui hoc negauerit,possit esse Christianus. Proinde rẽ, B quam promptissime confitemur, & libentissime prædicamus, velut habeat inter nos controuersiam,ita per scripturarũ testimonia conaris ostendere, & laboras inaniter, nõ vt responderes nobis,sed vt libros possit implere. Veruntamen quòd dixisti, vt exprimeret fidem operum Propheta, propè periculum pudoris accesit, qua dixit, Gen.2. Erunt duo in carne vna, satis te debuit admonere, nihil pudendum futurum fuisse in operibus dei,nisi præcessisset, cur natura humana deberet de sui meriti deformitate

tate confundi.

Dicit ẽt in laude libidinis hanc fuisse red
Gen.21. ditã dei munere Abrahæ & Saræ,senio cõ
Rom.4. fectis emortuisq; corporibus, & inuidiosa voce proclamas,vt asserã si possim,ad opus diaboli pertinere, quod deũ videã interdũ conferre pro munere. Quasi vero claudum hominẽ resuscitet deus, viuentibusq; restituat,qui vtiq; mortuus iã claudicare nõ poterat, ẽt claudicationẽ debet videri pro munere contulisse. Ita ergo si restitutus est,q fuerat in viridioribus corporũ vigor,sic vtique restitutus est, vt se habet conditio corporis mortis huius. Non.n.eos ad illum statum reuocari oportebat in quo Adam fuit ante pctm, vt possent sine lege in membris, quæ repugnat legi menti, filios procreare.

C Quanuis ad hoc intelligendũ sit, emortuũ fuisse corpus Abrahæ,vt non valeret de omni fœmina filios gignere,quæ parere posset. Dicitur.n.facere hoc ætatis accessus, vt ex fœmina generare senex possit adolescentula,cũ iam de grandiore non possit, quanuis illa de iuuene possit. Qui.n.tam prolixo tempore tunc viuebant,proculdubio serius fiebant ita decrepiti,vt ad concubitum moueri omnino non possent,si tamen cuiq; vito sano potest id accidere per ætatem, Nã cum hoc opus in manibus haberem, nunciatus est nobis senex octoginta & quatuor agens annos,qui religiose cum coniuge religiosa iam vigintiquinq; annos vixerat cõtinenter,ad libidinẽ sibi emisse Lyristriam, qui vtiq; pro modulo,quo isto tempore viuunt homines,grauioris senectutis est,qua fuerat Abraham in annis centum adhuc vigeturus alios septuaginta, Vnde prudentius creditur fœcunditatem quæ defuit,suis deũ famulis præstitisse. Duæ quippe causæ dicũtur, propter quas parere Sara non poterat, D & erat vulua eius emortua, Vna est sterilitatis, quæ ab ipsa inerat iuuentute. Altera ætatis, non quia nonaginta annos agebat, sed quia iam desiterant ei fieri muliebria. Constat.n si mulierum menstrua secreta cessauerint per ætatem, non eas iam posse concipere, etsi fœcundæ fuerunt, antequã illa cessassent. Et ideo scriptura noluit hoc tacere, vt augeretur miraculi gloria, quòd erat deus in eorum prole facturus. Qñ autem suo viro ancillam dedit,de qua voluit,quia de se non poterat suscipere filios, non ætate fuerat, sed sua sterilitate permota. Sit.n.ait scriptura, Sara autem vxor Abraham non pariebat illi. Et verba eius ad virum ista sunt. Ecce conclusit me deus,vt non pariã. Tunc aũt si ætatem consideremus amborũ, decrepiti essent, si nostri tpis homines essent. Erat.n.Abraham annorum circiter octogintaquinq;, Sara aũt annorũ septuagintaquinq;. Scriptum est.n.Abrahã autẽ erat octogintasex, cum peperit Agar Hismael Abrahæ. Proinde ante annum ferme mixtus inuenitur ancillæ, qñ conceptus est Hismael, quia tandem coniuges in hac ætate generant temporibus nostris, nisi diuinitus fiat tale miraculum, & tũ illi poterant, si Sara sterilis non fuisset, quia & ille potuit de Agar, & illa nondum erat sic ætate progressa,vt ei cessarent fieri muliebria. Ad E hoc ergo erat Abrahæ corpus emortuũ, vt Abrahæ de Sara iam generare non posset, ẽt si esset corpꝰ e-illa ita fœcunda, vt tamen iam propinquaret ætati,qua cruor ille menstruis interualmortuũ. lis venire desisteret, Quibus.n.iam omnino non fluit, eas ab authoribus medicinæ definitum est, non posse concipere. Quod si falsum esset, nullo modo dicere scriptura Gen.18. curaret, Defecerunt autem Saræ fieri muliebria: cum superius iam dixisset, Abrahã aũt & Sara senioris ꝓgressi in diebus suis. Pro modo ergo tpis,cuius longe prolixiore spatio tunc viuebant, generare iam illa ætate non poterant, cum esset Abraham cẽtenarius,Sara nonagenaria, etiam si sterilis non fuisset, & ante annum concumberent qñ adhuc ei fluebant fortasse muliebria. Et ideo adhuc concipere posset,si iuuenis esset maritus, tunc autẽ non posset, propter corpus Abrahæ sic emortuum senectute,vt ex illius ætatis fœmina gignere non valeret, qui tamen & ipse de adolescentula valeret, sicut postea de Cethura valuit, quanuis & Gen.15: illic dici possit, fœcunditatis munus in eodem perseueraſſe, quod acceperat vt nasceretur Isaac. Pro modo autem nunc tempo- Ætas cõris,quo longe breuiore spatio viuunt homi iugum. nes, intra centum annos amborum coniugum, generare posse dicuntur. Si vero in summam ducti amborum anni, centenariũ F numerum excesserint,sic asseuerantur non posse filios procreare, etiam si fœcunda sit mulier, & fluentibus adhuc muliebribus possit ex iuuene, Vt iure fuerit etiam constitutum, ne quisquam ius liberorum habe Ius libe ret,nisi cum amborum anni computati & si rorum. mul ducti,centum non transisse docerẽtur. Miraculũ ergo dei factũ est, vt conciperet

Isaac,

Isaac,non parẽtibus eius libidine reddita, sed fœcunditate donata,Nam illa esse potẽ rat ẽt in illis annis, hæc vero non poterat, tot impedientibus causis. Quanq̃ & libido, sicut superius diximus, si emortuis membris senilibus munere dei quodammõ reuiuiscentibus,etiam ipsa reuiuisceret,conditionem profecto carnis corruptibilis sequeretur,vt esset in corpore mortis huius,q̃ in paradiso esse non posset ante peccatum in corpore vitæ illius.Secundum conditionem autem pœnalibus huius corporis,munus fœcunditatis nunc deus vnicuiq; largitur, non secundum illam fœlicitatem, vbi nihil erat in carne, quod aduersus se spiritu G frenaretur,quia in natura hominis ante peccatum,pacem decebat esse,non bellum. In ea vero parte ratiocinationis tuæ frustra laborasti,tanq̃ dicere possemus, Isaac sine cõcupiscentia carnis,vel semine viri fuisse procreatum,hoc.n.non dicimus. & ideo quicquid inde disputasti prætercundo contemCap.12. nimus.

Quod autem tibi præclaro acumine visus es inuenisse,vt diceres,etiam si diabolus crearet homines, nulla culpa sua mali essent,& ideo iam nec mali essent,quia esse q̃ quam nisi quod natus est,non potest,nec ab eo iustum est,aliquid amplius flagitare quã põt, Solemus & nos aduersus Manichæos ista dicere, qui non vitiatam bonam dicũt esse naturam,sed sine initio & immutabiliter malam, quam secundum suas fabulas opinantur malam. Natura vero humana secundum catholicam fidem bona instituta, sed vitiata peccato meritoq̃; damnata est. Nec mirum autem nec iniustum est, quod admirabilis radix profert damnata damnatos nisi cui manus non defuit creantis, non desit & misericordia liberantis, quam vos miseri inuidetis cũ malum paruulos, à quo liberentur,habere non dicitis.Sed certe vos qui miseriam falsa defensione premitis, & H pernicios̃a laude oppugnatis infantiam,quare nihil mali merentes,tot in paruulis imagines dei,si non baptizentur, non admittitis ad regnum dei? Nunquid ipsi sibi defuerunt, vt priuentur regno, vt tam luctuoso puniantur exilio,cum id non fecerint,quod facere omnino non poterant? Vbi etiam ponis,quia & vita carebunt, qm̃ non manducauerunt carnem,nec biberunt sanguinem Eucharistiæ. filij hominis. Vnde Pelagius,q̃d supra cõmemoraui,eos qui dicunt infantes,ẽt si non baptizentur,habere vitam aternam,in Ecclesiastico iudicio nisi dãnasset,dãnatus existet. Qua iustitia quæso,à regno dei,aut à vita dei alienatur imago dei,in nullo trãsgressa lege dei? Nonne audis quemadmodum detestetur Apostolus quosdam,quos dicit alienos à vita per dei ignorantiã quæ est in illis, propter cæcitatem cordis eorũ? Tenebitur hac sententia nõ baptizatus paruulus,an non tenebitur? Si dixeritis,non tenebitur, Euangelica veritate, lingua etiam Ioan.3. Pelagij teste vincemini atq; puniemini, Vbi est.n. vita dei,nisi in regno dei,quo nisi renati ex aqua & spiritu,intrare non possunt? Si aũt dixeritis,tenebit̃,fatemini supplicium,meritũ dicite, Nihil in vestro dogmate repertis, quod proferre possitis.Iam igitur aliquãdo si vllus est Christianus sensus in vobis, etiam in paruulis propaginẽ mortis & damnationis agnoscite, debita iustitia puniendam, gratis gratia dei liberandam. In quorum redemptione laudari dei misericordia potest, in quorum perditione accusari dei veritas non potest, quia vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Psal.24. Cap.13.

Diuidis,definis,differis quasi medicinaliter de genere,& specie,& modo, & excessu concupiscentiæ,huius genus esse asserens in igne vitali,speciem in motu genitali,modum in opere coniugali,excessum in intemperantia fornicandi,& tamen post istam tantam, quasi subtilem atq; prolixam disputationem tuam, cum te breuiter & aperte interrogauero,cur ignis iste vitalis bellum in homine radicauerit,vt eo caro concupiscat aduersus spiritum,& spiritui necesse sit concupiscere aduersus carnem,cur vulnere feriatur mortali,qui voluerit igni consentire vitali, puto q̃ ipsum libri tui atramentum erubescendo conuertetur in nimium. Et ignis vitalis,qui nostræ animæ quæ vita est vera carnis, non solum ad arbitrium non obsequitur, sed plerunq; contra eius arbitriũ inordinatis,& turpibus motibus excitatur: & nisi aduersus cũ spiritum concupiscat, bonam vitã nostrã ignis iste vitalis occidit. Post longam disputationẽ velut concludens,merito igitur,inquis,concupiscentiæ origo definitur in igne vitali quo collecto necesse est,vt ei reputetur concupiscentia carnalis, per q̃ constituta est vita carnalis. Ita hoc dicis,quasi probare possis. An vero cuiuscunq; frontis sis, audeas suspicari,i prima hominũ cõstitutiõ,ꝓtiusq̃ culpam

pam debita damnatio sequeretur, istam carnalẽ concupiscentiam aut extitisse in paradiso,aut inordinatis, sicut tã nũc videmus motibus, pugnas aduersus spiritũ fœdissimas q̃didisse. Deinde subnectis & dicis,Huius itaq; appetitus non in genere suo, non in specie, non in modo culpa est, sed in excessu,quia genus eius & species ad conditoris operam pertinent:modus eius ad arbitriũ honestatis:excessus ad vitiũ volũtatis. Quàm concinne tibi verba inania sonuerunt,vtiq; homini,qui non cogitas quid dicas.Si domus appetitus huius ad arbitrium ptinet honestatis,cuius tandẽ honesti arbitrium coniugati velut hunc appetitum,nisi q̃ opus est cõmoueri, & tũ qd̃ vult nõ potest? Cuius honeste continentis arbitriũ velit aliquando hunc appetitum moueri,& tũ q̃ quod vult nõ põt? Vnde clamat homo,Vel te adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inuenio. Cum ergo in ipso motu pro nostræ voluntatis arbitrio non habeat vllũ modũ, in effectu aũt non sit ipse moderatus, sed ei modum vigili certamine spiritus honestus imponat, quid est quod laudatis homines mali,& ad deum non clamatis, Libera nos t. à malo?

Quid te aũt iuuat q̃d dicis, intercipi debilitate libidinem, quasi non morte prorsus extinguatur,qm̃ iam homini,qui ab illa fuerit superatus & subiugatus, non certamen indicitur,sed victo redditur,quod debetur? Hoc est amarius,hoc est tibi non intelligis, contendentis propaginem mortis,quod qm̃ sani sumus,tũc est iste motus insanus, Aut in coniugibus,inquis,cũ honestate exercet, aut in caitis virtute frenatur. Itane vero,ita tu expertus es? Ergo ne à coniugibus nõ frenatur hoc malum,vel hoc tuũ bonũ? Prorsus cum libitũ fuerit, sternunt se coniuges, & inuadunt qũcunq; titillauerit,nec ad horam cubãdi appetitus iste differtur, sed tũc videtur legitima corporũ esse commixtio, qm̃ istud naturale tuum bonum fuerit spontẽ commotũ. Si talem duxisti vitã coniuga M lẽ,desine te tuis experimentis in disputatione cõmittere, & de alijs potius quẽadmodum sit ducenda,vel docenda,perquire. Miror tñ si adulterina saltẽ desideria non frenasti,nec frenanda sensisti. Si vero ẽt pudicitia coniugalis, & pp immoderata in ipso quoq; connubio volutabra libidinis, & pp dãnabiles concupiscentias, ne præter cõiugis naturalem vsum aliquid perpetretur, frenat hanc pestem, quid est quod dicis, in coniugibus cum honestate exercetur,quasi honestus sit appetitus iste semper in coniuge,& nihil ei saltem secundum veniam, sicut dicit Apostolus concedatur? Quanto 1.Co.7. melius diceres, in coniugum moderatione cum honestate exercetur? An timuisti ne illic quoq; intelligatur malum, cui ẽt coniuges frenum cura moderationis imponunt? Postremo nunc saltem iam continenter viuens, agnosce in quadrigis illis Ambrositanis equum malũ, & noli corde vel ore laudare,quem cogeris virtute frenare. Quar- Iulian. tũ,inquis,a lasciuientibus ppetratur, id est, illius voluptatis excessus, & quia de insolentia,non de natura contingit,inquis,iure dã A natur. De cuius quæso insolentia contin Auguſt. git? Lasciuiæ,an concupiscentiæ? Ne offendas susceptam,respõdebis lasciuiæ. Sed oẽs homines iudicant lasciuiæ nõ esse peccatũ, nisi quia concupiscentiæ consentitur. Nullumne ergo malũ est, cui consentiendo peccatur? At hoc malum inest in carne contra Gala.5. spiritum concupiscente, etiam si non sit in spiritu non consentiente,& contra etiã con Matt.6. cupiscente,Exclama ergo, Libera nos à malo,& noli malum falsæ laudis, huic addere malo. Diserte sane inter lasciuientes & continentes tanq̃ in medio pudicitiam constituis coniugalem,quæ illos illicita commissse indignatur.

Hos ẽt licita contẽpsisse miratur vltimi Cap. 15 limitis sortitus regionem, vltra se prorueniu Iulian. tium execrata barbariem, supra se micantiũ venerata fulgorem,q̃ verecundis manibus, & confouet æstuantes, & laudat tali remedio non egentes. Multũ delector eloquẽtissima veritate,sed obsecro te,nempe sicut dicis,& disertissime ac verissime dicis, propterea continentes laudat pudicitia coniugalis,q̃ tali remedio non egeant, quo se ipsam ꝑspicit eguisse i. vt sc̃dm Apostolũ, 1.Co.7. qui se non cõtinet nubat. Cur ergo qm̃ egoistã cõcupiscẽtiã morbũ esse dico,tu negas, B q̃ tũ ei necessarium remediũ cõfiteris? Si agnoscis remediũ agnosce morbum. Si negas morbũ nega remediũ. Rogo cede aliqm̃ etiã p os tuũ tibi loquẽti veritati, Nemo ꝓuidet remediũ sanitati.

Illud etiam recte dicis,examinate nõ pos Cap. 16 se placere connubium, si mali comparatione laudetur. Hoc verum est. Omnino.n in genere suo nuptiæ bonum sunt,sed ideo bonũ quia fidẽ tori seruãt,quia ꝓlis susceꝓidæ causa,

dæ causa,sexum vtrunq; cõmiscent,quia impietatẽ superationis exhorrent. Hæc sunt bona nuptialia,quibus nuptiæ bonũ sunt,q̃ sæpissime diximus esse potuisse, & si nemo peccasset. Post pctũ aũt accesit eis,non de fœlicitate,sed de necessitate certamẽ,vt sub bono pugnent etiam ipsæ contra concupiscentiæ malum ad nihil eam sinentes illicitum peruenire,q̃is ipsa in hęc nunc remissioribus, nũc conflictatioribus motibus instigare non cesset,& eius malo bene vtentes, in propagatione filiorum, Illud vero quis neget malũ,nisi quia non audit Apostolum
1.Co.7. monentẽ. Hoc aũt dico secũm veniã,non secundũ imperiũ. Q̃si coniuges nõ prolis suscipiendæ,sed carnalis voluptatis explendæ victi cupiditate concũbunt, hoc nõ laudat, sed ignoscit in comparatione peioris, interC uenientibus & deprecantibus nuptijs.

Cap. 17 Post hæc aũt ad exemplũ Abrahæ & Saræ,nescio qua rõne reuerteris, de quo iã satis rñdisse me existimo. Sed nescio quid te fugerat,quod addere voluisti,cũ postea venisset in mentem,Humanum est,solet euenire. Quid ergo illud est audiamus. Dicis factum fuisse propheticum, quod tunc ostẽsum est in regione Aphricæ,pulchræ & sanctæ mulieris,quæ Ecclesiæ formã tenebat, tuum non esse,vel coniugem,vel pudorem, & quia ibi diuinitus intacta seruata est. Ne in omnibus tuis verbis frustra immorer,ad eum cui scribis,te conuertis & dicis, Oran
Iulian. dus est hic deus frater beatissime Turbanti,consacerdos dilectissime, vt paribus etiã hac tempestate virtutibus Ecclesiam catholicam filij sui sponsam,maturam,fœcundã, castam, decoram à Manichæorum constupratione in Aphrica, vel ex Aphrica latro-
Auguſt. cinantium eruere non moretur. Hæc nostra potius oratio est aduersus Manichæos, & Donatistas,& alios hæreticos,vel quoslibet Christiani & catholici nominis inimicos,in Aphrica constitutos. Contra vos au
D tem, quia nobis estis pestilentia transmarina,Christo saluatore vincenda. Ideone latrocinamur ex Aphrica,quia vnum martyrem hinc opponimus Cyprianum, per quẽ probemus antiquam nos defendere fidem, contra vestri erroris vanam prophanamq; nouitatem? O nefas. Defuerunt Ecclesiæ dei quæ in Aphrica constituta est,defuerũt orationes tuæ,quando ista quæ oppugnas, Cyprianus beatissimus prædicabat? Quando ille dicebat, multo magis à baptismate prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi q̃ secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquę prima natiuitate contraxit, vt ei remittantur non propria,sed aliena peccata,quando hæc Cyprianus didicerat & docebat,defuit auxilium precum tuarum, quo Sara in regione Aphricæ seruaretur intacta,& à Manichæorum constupratione,qui secundum intellectum tuum,antequam Manichæi nomen Romanis sonuisset in terris,etiã ipsum deceperant Cyprianum, liberaretur Ecclesiæ pulchritudo? Vide quæ monstruosa & furiosa dicas contra antiquissimam catholicam fidem, non habendo quid dicas. Sed quantumlibet tergiuerseris hæresis Pelagiana,quæ contra muros antiquissimæ veritatis,nouas construis machinas, nouas moliris insidias, Pœnus disputator, quod me contumelioſe tuus defensor appellat. Pœnus,inquam, disputator nõ ego sed Cyprianus, Pœnus te hoc vulnere,Pœnus immolat,& pœnam scelerato ex dogmate sumit. Quid si tot Episcopos ex Aphrica nominassem, quot ex alijs orbis partibus nominaui,aut quid si in eis ipsis plures Aphri essent? Vnus hinc est,cæteri aliunde, quorum ab Oriente & Occidente consensione confoderis,& tamen tanta obstinatione cœcaris,vt non videas,te potius velle corrumpere antiquum Ecclesiæ decorem,id est,antiquam fidem, tanq̃ Saræ aniculæ pulcherrime castitatem. Si.n.per sanctos antistites dei,memorabilesq; doctores Ireneum,Cyprianum,Reticium,Olympium,Hilariũ, Ambrosium,Gregorium, Basilium,Ioannem,Innocentium, & Hieronymum constuprauerunt Ecclesiam Manichæi,dic mihi Iuliane quæ te peperit? Vtrum te casta, an vero meretrix in lucem, quam deseruisti per vterum gratiæ spiritalis enixa est, an vt dogmata Pelagiana defendas, coniugis Christi & matris tuæ viscera,instinctu nefario non erroris, sed furoris infames? Vsqueadeo enim contra vetustam pulchritudinem Saræ non inuenit, quid nouitia de formitas mentiatur, vt tot Episcoporum glorioſorum, catholicorum in tanta suarũ sententiarum manifestatione consensum,in quibus sunt qui Manichæi nec nomen audierunt, Manichæorum blasphemia crimi-
netur. Sed ab hoc digressu,quo te impetus, non vt dicis doloris,sed perditi pudoris abstulerat, ad ea quæ instituerat deliberare, reuerte-

reuerteris,& adhibito ex Apostolo testimo
Gal.4. nio illud, q̃d de Abrahæ & Sarę emortuis mẽbris dixeras,cõfirmare conaris. Vnde iã superius quantum satis visum est,me disseruisse suffecerit. Quis aũt Christianus ignorat,q̃d ille,qui primũ hominẽ fecit ex puluere,oẽs fabricet ex semine? Sed ex semine iam vitiato atq; dãnato,qui partim per veritatem remaneat in supplicio, partim per misericordiam liberetur à malo. Non igit vt putas atque concludis, vllis laqueis tuis peccati naturalis suffocatur assertio. Deprauatam quippe primi transgressoris voluntate tua naturam,nõ tua defensio verbis inanibus purgat,per nouitium dogma vestrũ, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Rom.8. Quamobrem nec puto, sicut calumniaG tris, q̃ coniuges sine corporum calore generauerint, nec puto q̃ hominẽ deus non fecerit,aut diabolo fecerit,aut diabolus fecerit, quia nec ipsi parẽtes pñt hominẽ facere sed ex parẽtibus deus. Cuius ptãti nec seipsum diabolus subtrahit, quãto minus naturã humanã,quã sibi per peccati meritum illo dãnante subiecit. Quæ cum ita sint,tu potius & si nõ cultor,q̃d esse dicis me,tñ quantũlibet eum accusare videaris,diaboli adiutor esse conuinceris, q̃ oẽs paruulos ab eo malo,per quod tenentur à diabolo, sanari per Christum non debere contendis,cũ doctrina non sana sanos esse defendis. Ego autem sẽm sanã fidem ex eadẽ concupiscẽtiæ vo luptate concretũ ẽt Isaac dico,ex qua & homines cæteri, uno solo excepto ab hoc malo, q̃ quem liberamur à malo, pctõrũ quoque genitalibus manũ diuinæ prouidentiæ
Rom.8. interesse nõ nego: Attingit.n.a fine vsq; in finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter, & nihil inquinatũ in eã incurrit. Et iõ etiam de immundis & cõtaminatis, quę voluerit operatur, munda tñ ipsa & incontaminata persistens. Nec opus est, vt anfractibus longis ea quæ concedo, mihi probare coneris, sed ad hoc rñde si potes, cur ipse Isaac nisi H baptismatis Christi signo circunciſus die octauo fuisset,periſſet anima eius de populo suo. Explica si potes,tanta pœna quo merito plecteretur, nisi ab hac illo sacramento liberaretur? Emortuam vuluã Saræ ad emissionem seminis, & emortuum corpus Abrahæ ad generandum sicut iuuenes generarent,deũ uiuificasse negari nõ potest, vt proles de illa parentum nasceretur ætate.

Sed Isaac quantum ad propria peccata, ẽt si ex adulteris nasceretur innocens natus, q̃d meruerat, vt anima eius de populo suo periret,nisi circũcisio subueniret? Noli euagari per multa obscura, pplexa,superflua, ad hoc vnũ apertũ,simplex, necessariumq; rñde. Interponis Apostoli testimoniũ,non ad q̃d ab ipso positũ est, sed ad q̃d ipse arbitraris. Vñ nũc q̃m nõ inde agimus, & lõgũ & superuacaneum est disputare,interponis vbi ait. Et qũo iudicauit deus mundũ? Si.n. Rom.3. veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriã ipsius,quid adhuc,& ego tanquã peccator iudicor? Ac deinde subiũgis, per hęc sua verba Apostolum oñdere, amisisse deũ authoritatem iudicandi, si modum non tenuit imperandi. Si ergo sicut putas, ad hoc ista dixit Apostolus,vt sese cohiberent, qui asserebant laudi dei proficere peccato mortalitũ,eũq; iõ impossibilia præcepisse,vt miserendi sibi materiã prepararet,& p hãc Apo I stolicã sententiã,sicut existimas demonstratur,propterea recte iudicare homines, quia pcepta possibilia non fecerunt,iniuste aũtẽ iudicarentẽ,si ea non fecissent,quæ impossibilia iuberẽtur,quid de Isaac dicturus,cui qc quã nec possibile,nec impossibile est imperatum, & tñ perditionis animæ suæ pœna feriretur,si octauo die nõ circũcideret? An vero nec sic tandem respicis illud primitus in paradiso datum possibile ac facile fuisse præceptum, quo contempto atque violato omnes ex vno homines, tanquam in massã originis commune illud habere peccatum, & hinc esse iugum graue super filios Adã,à Eccleſi die exitus de ventre matris eorum, vsq; in ſtici.40. diem sepulturæ in matrem omniũ. Et quoniam ex ista in Adam generatione damnata nemo liberat, nisi regeneretur in Christo, ꝓpterea signũ eiusdẽ regenerationis Isaac nisi accepisset,perisset, nec immerito perisset,quia ex hac vita, quo per generationem damnatam damnatus intrauerat, sine signo regenerationis exisset. Aut si non est ista cã dic alteram. Bonus est deus,iustus est deus, K potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest quenquam sine malis meritis damnare,quia iustus est, Nullum meritum malum octo dierum infans de proprijs peccatis habebat, quare damnaretur, nisi circuncideretur, si ex origine non trahebat? Perge ad cætera, & Cap.19 vanis vaniora contexe, non scripturarum sanctarum eloquia, quæ commemoras,

ras,dico,sed ex his quæ conficere niteris.
Quando quidem dicis, ex hoc intelligi de-
Gen. 20 bere perfectam ignorantiam, iustitiam nominari,quia dixit deus ad Abmilech, q cũ Sara erat concubiturus ignorans qđ uxor esset aliena, Et ego sciebã,quia in corde mũ do fecisti hoc,& ió nascentium statum,gerantium voluptate non lædi. Quia etsi mala esset, inquis, tũ ad illorum nullo genere scientiam peruenire t. Cur ergo eos non nominas iustos, si perfecta ignorantia iustitiæ nomine nuncupanda est? Nihil est nanque perfectius ignorantia paruulorum, nihil ergo uocetur & iustius, Vbi est qđ superius asserendum putasti, nec iustos nasci paruulos, nec iniustos, quod futuri sunt actibus suis, sed tũmodo infantiam innocentiæ dote locupletẽ? An non verba tua sunt vbi dicis,Homo igitur innocentia quidẽ plenus, 1.
sed virtutis capax nascitur,aut laudem, aut reprehensionem ex proposito accedẽte mereturus? Nunquid virtutem dicturus es nõ esse iustitiam? Quomodo igitur infans nõdum plenus est virtute,sed capax, cum plenus sit ignorantia, quã dicis cẽ iustitiã, nisi virtutem neges esse iustitiam? Itane nondũ euigilabis hac absurditate percussus, & te hoc dixisse pœnitebit? Nam domini verba vigilant,sed tu dormis. Neq; enim ait regi, Sciebam quia cor habes iustũ: aut,quia cor habes mũdum:cum scriptum sit, Beati qui
Matt. 5. mundo sunt corde,qm ipsi deum videbunt: tu aũt iustum Abimelech ad peccatoris ꝓponis exemplum. Sed sciebam,inquit,deus, quia in corde mundo fecisti hoc: Non omnia vel quæcunq; alia, sed hoc,in quo adulterij conscientiam non habebat. Miror tñ quod isto exemplo à te commemorato, qđ non potes,conaris efficere,& nõ ibi vides, quod non vis audire. Conaris enim vt credatur orante Abraham, libido reddita esse mulieribus,quia scriptum est, Concluserat
Ge. 20. deus à foris omnem vuluã in domo Abimelech,propter Saram vxorem Abrahæ. Hanc enim conclusionem sic vis intelligi, tanquam libido fuerit i lis fœminis deo indignante detracta, cum magis indicetur his
M verbis,aliqua valetudine vulua conclusa,vt aut impregnãda concumbere fœmina, aut parere impregnata non posset: & non attenti homo, qui non uis iudicio diuino quẽ in non alienis, sed suis plecti posse peccatis, quomõ fieri potuerit vt Abimelech peccaret,quanuis nec ipse adulterino corde peccauerit,& deus quantulumcunque peccatum eius in mulieribus ad eum pertinentibus vindicaret. Vides contagionem transire peccati de viro in fœminas, quibus miscebatur, vel quibus dominabatur, & in prolẽ de parentibus non vis, ex quorum seminibus propagatur. Considera igitur,quam sit Ro. 11.
inscrutabilis altitudo iudiciorum sapientiæ & scientiæ dei, & garrire desine contra originalis secreta peccati.

Deinde incipis disputare de excessu con- Cap. 10.
cupiscentiæ, quem reprehensibilem dicis, quasi in eius moderatione cum ea bene vtitur cõiugatus, equus ipse qui malus est, & non potius sit eius auriga laudandus. Quid ergo te adiuuant testimonia de scripturis, quibus ostenditur, quemadmodũ deus vel prohibeat libidinis vel dãet excessum, ludi potius intuere, q equid in quorum libet
A flagitiorũ turpitudine, quæ genitalibus mẽbris perpetratur, horremus cõcupiscentiã carnis,nisi teneatur efficere ipsius moribus suis quos in corporibus ẽt castorum vsque ad ingemiscendũ effectum pducit in somnis. Si ãt dicis,qua rõne quæreret iustos in Sodomis deus,si illos tales natura faciebat: tanquã nos dicamus mentis excellentiore natura, cõcupiscentiã carnis non posse frenari. Sed dicimus,vsqueadeo malum est, vt repugnans expugnando vincatur,donec sicut vulnus in corpore, ita perfecta curatio- Rom. 7.
ne sanetur. Si aũt putas Apostolum ex hoc laudasse libidinẽ, quia vsum fœminæ dixit esse naturalem,vbi ait,quosdã relicto naturali vsu fœminæ, exarsisse in appetitũ suũ in inuicẽ,oẽm profecto vsum fœminæ laudare compelleris,ac per hoc & ea,q cũ fœdare compelleris,ac per hoc & ea,q cũ fœminis committuntur stupra, laudabilis, qa & illic vsus vtiq; naturalis est,quanuis dãnandus,quia legitimus non est. Vnde & filij non legitimi,sed naturales vocãtur, qui inde nascuntur. Non vtique concupiscentiã carnis, illo verbo laudauit Apostolus, sed naturalẽ appellauit usum, vnde natura humana potest nascendo subsistere, Dicit etiã B
Sodomitas, & in panis ac vini peccasse creatura: atq; ita vis intelligamus libidinem bonam,sed homines qui ea male vtuntur,esse culpabiles, sicut bona est natura panis & vini, quanuis ea male vtendo peccetur. Ita enim non intelligis quid loquaris, vt non videas creaturam panis & vini, non concupiscere aduersus spiritum,sed ipsam potius inhoneste à male vtentibus concupisci, & eam

tam forinsecus in nostrum corpus intrare. Qua ideo parcius & restrictius est vtẽdũ, ne ipsa quoq; concupiscentia,quod malum intus ac nostrum est, mentem corruptibili corpore ex abundantiore materia, multo magis aggrauãte, aduersus nos vehemẽtius & inuictius concitetur. Hoc igitur malo, quod incidat malum esse, siue qui aduersus illud dimicat,siue quem subiugat,& parens bene vtitur,cũ pudice filiu gignit: & deus, cum prouide hominem condi.

Nunc ergo considera,rogo te, Nunc,inquam,vt te salubriter veritas vincan,depostra vincendi cupiditatv,considera vtrũ nostræ, an tuæ sententiæ debeas acquiescere. Bene ꝙ breuiter admonere te dicis, vt lectoris pectori hæreat, quod toto libro absit nimis,subinferent, Concupiscentiæ naturalis qui modũ tenet,inquis,bono bene utiẽ: qui modũ non tenet,bono maleficium: qui aũtem ẽt ipsum modum sanctæ virginitatis amore contempserit, bono melius non vtitur,Confidentia quippe suæ salutis,inquis, & roboris contempsit remedia, vt gloriosa posset exercere certamina. Ego vero sic ad tua ista respondeo, Concupiscentiæ carnalis qui modum tenet,malo bene vtitur: qui modum non tenet,malo male vtitur: qui ãt etiam ipsum modũ sanctæ virginitatis amore contempserit, malo melius non vtitur. Confidentia quippe diuinæ opitulationis & muneris contempsit infima remedia, vt gloriosa posset exercere certamina. In hac controuersiã de bene vtendo isto, vtrũ bono an malo tota inter nos causa versatur. In qua vellem quidem egregios iudices non repudiares, quos tibi meis superioribus libris sana doctrina eruditos, sine vllo studio partium, de hac causa sententias protulisse monstraui. Sed qm si te non correxeris, iporum quoq; accusationem, vel vt mitius dixerim, reprehensionem sine dubio præpabis,te potius utar iudice,pro mea sententia contra tuam, non alicubi alibi sed in eodem libro tuo,nec eius alio sed eoipso loco. Dixisti.n.sanctam virginitatem confidẽtia D
suæ salutis & roboris cõtempsisse remedia, ut gloriosa posset exercere certamina. Quæro quæ remedia contempserit? Rñdebis nuptias. Quæro, Ista remedia, contra quæ morbũ sint necessaria? Remediũ quippe à medendo ita medicando nomen accepit. Simul itaq; videmus ambo remedium

nuptiarũ. Cur laudas tu libidinis morbum, quo peruenire cernis ad mortẽ,si ei non resistat,aut continentiæ retinaculum, aut cõiugale remediũ? Iam hoc & superius egi tecum, vbi diserti ssime pudicitiã coniugalem inter lasciuientes & continentes ita posuisti,q verecundis manibus,& cõfouet æstuãtes & tali remedio non egentes. Eadẽ itaq; repeto, Iterũ audi, quod illic tibi breuiter dilucideq; respondi. Qñ ego istam concupiscẽtiã morbum esse dico,quare tu negas, qui tñ ei necessarium remedium confiteris? Si agnoscis remedium, agnosce morbum. Si negas morbũ,nega remedium. Rogo cede aliqñ etiam per os tuum tibi loquenti veritati, nemo prouidet remedium sanitati. Quæ sunt aũt sanctarum virginum, sicut appellas gloriosa certamina, nisi quia non vincuntur à malo, sed vincunt in bono malum? Quæ nõ gloriosa ego,sed gloriosiora E
dicere malui, Habet.n.palmã de huius mali subiectione, quanuis minorem pudicitia etiam coniugalis, Belligerat.n.ipsa contra carnalem concupiscentiã,ne milites tori nuptialis excedat,Sed belligerat,ne definitum ex consensu coniugũ orandi tempus irrumpat. Et si tantas vires habet ista pudicitia cõiugalis, tantumq; dei donum est, ut faciat quod præscribunt tabulæ matrimoniales, in ipso quoq; toto coniugali conflictu fortiori belligerat, ne vltra q̃ generandis filijs satis est,etiam ipsum coniugis corpus attractet. Tales pudicitia nec menstruatis, nec grauidis vtit fœminis,nec eius ætatis, qua certum est eas iam concipere non valere. Nec eam prorsus concumbendi vincit affectus, sed tunc relaxatur, cum speratur regenerationis effectus. Sed quid vero fit in coniuge,non quidẽ contra naturam, sed tñ quod tabularum matrimonialiũ limitẽ trãseat,veniale apud Apostolũ reperitur,quia nequaquã limes coniugalis carnis excedit, sed tñ vt etiam ipse non excedatur, contra malum concupiscentiæ dimicatur. Quod vsqueadeo malum est, vt ei ne noceat pudicitiæ certamine resistatur,& tu nisi fallor, F
in isto es certamine constitutus. Et quia te fideliter pugnare existimas, vinci times. A quo quæso te vinci times? A bono,an malo? An forte a me vinci times,vt adhuc malum neges, & tanquam bonum laudes, a quo vinci times? Inter duos aduersarios cõstitutus in magnas coartaris angustias, & me vis vincere per eloquentiam,& libidinẽ

per continentiam, sed pugnando aduersus eam confiteris malum, laudando eã deseris veritatis bonum. Sed ego te vinco, & expugnatorem & laudatorẽ mali. Constitues te ante iudicẽ non alium, sed teipsum. Vis.n. vincere concupiscentiã expugnatione eius, me vero laude eius. Sed ego respondeo, Vt vincatur qui laudat, iudicet qui pugnat. Si enim malũ est, cur laudat? Si bonum est, cur expugnat? Si aũt nec bonum nec malũ est, vt quid laudat? vt quid expugnat? Quãdiu igitur expugnator libidinis eris, tandiu pro me contra teipsum iudex eris. An forte aduersus libidinem non certabis, ne in isto qđ mecum habes certamine superearis, dicens tibijpsi, melius non pugno, quam ostendo pugnando malum esse quod laudo. Noli obsecro te, Quid.n sum ego, quem pro magno desideras vincere? Vincat te potius veritas, vt tu libidinem vincas. Nam si aduersus eã pugnare dẽstiteris, vinceris, & ad immunda omnia pertraheris. Quod cum sit horrendum malũ, nec ad hoc quod desideras tibi proderit hoc ẽt, sic enim vinceris à me, immò ab ipsa, quã prædico, veritate. Sed cõcupiscentiæ debellator etiam tuo iudicio vinceris, cum id malum laudas, de cuius debellatione gloriaris. Si aũt ne certamine dimicantis vincatur lingua laudantis, pugnare iam desinis, captiuum cõcupiscentiæ, desertorem continentiæ vincã, non iã suo, sed iudicio sapientiæ, Causa vtiq; nostra finita est. Quantumlibet.n. laudes cõcupiscentiã carnis, quandiu pugnas aduersus eã, cernis
Ioan. 8. q̃ verum de illa, nec nisi de illa dixerit Apostolus Ioannes, qp non est à patre. Nã si vt dicis, qui modũ eius non tenet, bono malo vtitur, etiam in male vtentibus bonũ est ipsa. Quæ igitur est illa, quæ non est à patre? An etiam ipsam qũlibet intelligas, laudare dispones? Porrò si malũ est ipsa, vbi erit qũ erit, qũquidem ista etiam si male quis vtatur, bonum erit. Nec ipsa, vt dicis, sed ille erit malus qui bono vtitur male, ac per hoc frustra dixit Ioannes, concupiscentiam carnis nõ esse à patre. Hanc enim tu bonã, & ob hoc à patre esse contendis etiam, cum
H ea quisq; male vtitur, quia bono male vtitur. Nec dicere poteris, quando moderata est, à patre est, qñ immoderata est, non est à patre, quia & tũc, ut dicis bonum est, quo male vtitur malus. Sed ab his angustijs liberaberis, si credideris non linguæ tuæ, sed pugnæ tuæ, Continentia est enim à patre, qua non expugnaretur concupiscentia, nisi non esset à patre. Hæc ipsa ergo contra quã si continenter viuis, acriter pugnas, non est a patre. Non.n. contra eam pugnares, nisi repugnaret. Nec vero repugnaret tibi agenti, quod donatur & amatur a patre, si esset à patre. Ex ista & cum ista nascitur homo, bonum dei opus, non sine malo, quod trahit origo generationis, & sanat gratia regeneratiõis. Ac per hoc recte a me dictũ est, ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum & fornicationum malum, bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari. Bonum.n. naturale dixi, quod mecũ ipse collaudas, malum aũt originale dixi, cuius motibus mecum repugnas, & cuius contra me laudibus pugnas. Hoc non est malũ, qp natus es, sed cum quo natus es, & contra quod spiritaliter dimicas, quia renatus es. I Quod natus es, pertinet ad dei conditionẽ, parentum fœcunditatem: contra quod aũt dimicas, quia renatus es, pertinet ad præuaricationem, quam diaboli astutia seminauit, vnde te Christi gratia liberauit, vt prius hoc malo bene vtereris in coniuge, nunc illi aduerseris in te, non iam reus ex illo, sicut eras natus, sed ab eodem reatu non erutus, nisi quia renatus, vt possis redemptus regnare cum Christo, si tamen ista hæresis non te faciat perire cum diabolo. Sed quod potius cupimus, confitearis malum, contra quod bellum geris, vt eo non ita separato, quasi alia natura sit, sed in te omni ex parte sanato, in perpetua pace læteris. Nõ igitur sum pharmacopolę similis vt dicis, qui permittebat bestiam, quæ seipsam comesset, sed obserua ne bestialis iste motus, cõtra quem videris in tua carne confligere, sicut te peruertit laudatus, sic te consumat postea relaxatus. Nõ.n. vt calumniaris, ego dixi nuptias & magnum bonum, & magnum malum tanquam eo modo seipsam commẽdat ista sententia, sed dixi in vno homine naturam bonam, vitium malum, quod esse tuipse certe in adulteris confiteris, nec propter eorum vitium improbans naturam, nec propter eorum naturam approbans vitiũ. Bonum dixi nuptias, ex quibus es natus, malum autem de nuptijs, sed de vitiata origine attractum, contra quod geris bellum renatus. Ridiculum est autem, quod me dicis Epicuri vias gradientem, habenas omnes, quibus cupiditates frenantur incidere.

Quid

Quid si ego laudarem corporis voluptatẽ, hoc.n. tu satis eloquenter facis, quod inerudite atq; impolite faciebat Epicurus, quasi propterea sis eius aduersarius, quia diserte dicere non nouerat ille, quæ dicis, Rursus vt sentio laboraturus es, qũo te ostẽdas, & laudatorem voluptatis esse, & Epicureum non esse. Sed noli laborare, ego te ista cura liberabo. Non es Epicureus, quia ille totũ hominis bonum in corporis posuit uoluptate, tu aũt magnam partẽ humani boni pone in virtute conaris, quã ueram. i. ueræ
18. pietatis ignoras. Dixit.n. homini deus, Ecce
t. pietas est sapientia. Et hæc unde homini, ni
si ille det, de quo scriptum est, Dñs sapientes facit cæcos, & de quo itẽ legitur, Si quis indiget sapientia, postulet à deo. Verum si tu non es Epicureus, qui ex illo aliquam partem in voluptatis laude sumpsisti, quanto minus ego, qui de voluptate carnis hoc
o, sentio, quod sentit Ambrosius, inimicam. s.
l. esse iustitiæ, & quod homo concupiscentiæ voluptate concretus, priu squã nascitur, subeat contagia delictorum. Quod autem ad mores; pertinet nostros, quemadmodum vi
usamus, in promptu est eis, cum quibus viui
mus. Nunc de catholico agitur dogmate ac
fide, qđia non sit desertoris in te. Nã tua
t me non terret, velut lingua censoris. Fateor
me docere homines, quod in apostolicis literis didici, quia si dixerimus quod peccatũ
nõ habemus, nosipsos decipimus, & veritas
in nobis non est. Fateor me in populo, & cũ
populo dei pectus tundere, & veraciter di-
e, cer, Dimitte nobis debita nostra. Nec insul
tetis hinc nobis. Inde qppe estis hæretici,
quia hæc displicent uobis. Nos in dei vera
misericordia, vos in vestra falsa uirtute con
fiditis. Vos gr̃am dei secundũ merita uestra
dari dicitis, quod tamen nisi damnasset Pela
gius, a catholicis Epis damnaretur. Nos ue
ro eam gratis damnari, & propterea gratiã
nuncupari, & ex illa esse omnia sanctorum
merita confitemini, dicente Apostolo, Gra-
tia dei sum, id quod sum, Ideo nos irridetis,
& præ vobis alta ceruice cõtemnitis, Facti.
n. sumus opprobrium ijs qui abundant, & despectio superbis. Consilium quippe inopis confuditis, cum dominus spes eius est. In hac tamen re, unde nunc agimus, non video cur dicas me habenas omnes, quibus cupiditates frenãtur incidere, qui omni uirtute secundum gratiam dei, quæ datur hominibus, omnes cupiditates frenandas esse decerno. Sed abs te quæro vtrum bonæ an malæ sint istæ cupiditates, quas esse frenandas prædicas, & velut a me relaxentur, accusẽs? Puto.n. non eas equorum vel quorũ cunq; animalium præter nos esse, sed nr̃as. In nobis sunt ergo malæ cupiditates, quas bene uiuendo frenamus. Habenas igitur, quibus non bonæ, sed malæ frenantur cupiditates, me præcidere criminaris. Harum est una concupiscentia carnis, ex qua & cũ qua nascuntur, & propter quam renascunt infantes. Eo malo coniuges castos dico bene vti, adulteros male, tu contra eo bono adulteros dicis vti male, castos coniuges bene, cõtinentiam melius eo nõ vti ambo dicimus, sed ego eo malo, tu eo bono. Ac per hoc q̃uis de nr̃a conscientia, conuersatio vero etiã hominibus, inter quos viuimus nota sit, tñ ambo continentiã profitemur. Et si qđ profitemur agimus, istã concupiscentiam profecto ambo frenamus, aduersus eius repugnantes motus ambo bellamus, ambo eam si proficimus debellamus, Verũ hoc inter est, qp ego dico me malũ frenare, tu aũt te bonum. Ego dico mihi malum repugnare, tu tibi bonum. Ego bello aduersus malum, tu aduersus bonum. Ego cupio malum debellare, tu bonũ. Vnde putari potest, quod istã concupiscentiam magis incitare laudãdo, q̃ frenare studes continendo. Gloriosa te per continentiam profiteris exercere certamina. Contra quid rogo? Quid dicturus es, nisi contra carnis cõcupiscentiã? Sed vtrũ amicam, an aduersariam? Nunquid nisi aduersariã rñdebis? Caro.n. cõcupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnẽ. Hæc enim inuicem aduersantur sicut Apo Gala. 5.
stolus testis est. Fortasis ergo eam laudare te fingis, si pugnare non fingis. Nam quomodo fideliter simul agas duo ita, non uideo, vt & laudes uelut amicam & expugnes uelut inimicam. Vnum eorum credimus, sed elige quid ctedamus, Si ex animo pugnas, non ex animo laudas: Si autem simpliciter agis in præconio, colludis in prælio. Ego sane quia inimicus tibi non sum, sicut inimicum tibi est illud, quod habitat in carne tua malum, quamuis potissimum cupiam, ut hoc malum & doctrinæ sanitate uituperes, & vitæ sanctitate debelles, tamen ex his duobus, quorũ putari potest vnum ex animo facere, alterum fingere, B
malim te fallaciter laudare concupiscentiã, quã fallaciter impugnare. Tolerabilius. n.

lingua tua,quàm vita mẽtitur, tolerabilius sententia q̃ continẽtia simulatur. Fingis quippe laudẽ,qua sis aduersarius sentẽtię meæ,si non fingis castitatem,qua es aduersarius concupiscentiæ tuæ. Ita fiet,vt nec contra me diutius proferas fallaciter verbũ si veraciter geris contra libidinem bellum. Sed siue vnum horũ fingas, siue utrunque quod nescio, quemadmodum possis ex animo facere,id est,sine vlla simulatione,& pugnes cõtra quod laudas, & laudes cõtra qđ pugnas,ego tũ id quod est mitius de te credẽs,velut cum debellatore libidinis ago, & nuptias non dico malas,sed bene vti malo, quas tu dicis bene uti bono, bonam esse dicens concupiscentiam carnis,quam tamẽ in te debellando malum esse conuincis. Quo modo autem cum illa etiã, qui ea bene utũtur,belligerant coniugati,iam superius disputaui.

Cap.22 Quæ cum ita sint, & coniugium bonũ C inquantum cõiugium est, & homo siue de coniugio,siue adulterio nascatur,inquantũ homo est,bonũ est: quia inquantum homo est,opus dei est, & tamen quia cum illo & ex illo malo generatur, quo bene pudicitia coniugalis vtitur,necessariũ illi est,vt ab eius mali nexu regeneratione soluat. Quid ergo ex me q̃ris, vbi sit originale malũ,cũ in teipso verius tibi loquatur libido, cõtra quã pugnas,q̃ tuipse,qñ eam laudas? Quid quæris,vnde sit homo sub diabolo,quẽ deus fecit? Vnde.n.est in morte,quã deus non fecit? Quid ibi cognoscit,inquis,diabolus suũ si nec quod factum,nec vnde factum est,ipse condit? Plane quod factum est,homo est, Vnde factum est,semen est hominis,utrunque bonum est,nihil horũ diabolus condidit,sed vitium seminis ipse seminauit. Non ibi cognoscit suũ bonũ, quia non est eius, quod ambo laudamus,sed cognoscit suũ malum,contra quod ambo pugnamus. Ne recte laudatur ab altero nostrum, contra qđ ab utroq; pugnatur. Vide sane quemadmodũ quæras à me inter tot bona, vnde sit in paruulis malum, & taceas qđ ego posui in eodem libro,cui respõdeas & inter ipsa verba,quibur nũc rũdes,quod ait Apostolus, D Per vnum hominem peccatum intrauit in Rom.5. mundum,& per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt,in quo omnes peccauerunt,Hoc.n.non uis ut audiant uel legant homines isto loco,vbi maxime opus erat, ne agnoscant fidem suam, & contemnant argumẽtationem tuam.

Definisse me dicis hominem, si de forni- Cap.23
catione nascatur,reum non esse, si de coniugio,innocentum non esse. Hæc vero nimia est & aperta calumnia. Imo definiui hominem vndecunq; nascatur secundum catholicam fidem, quam patres cõtra vos antequam nascereminí, euidentissime defenderunt,& innocentem esse paruulum per proprium, & reum per originale peccatum, Naturæ autem substantiã,cuius author est deus, & in grandibus esse peccatoribus bonam,quia utiq; propter peccata etiã sua propria mali sunt, quæ illi malo cum quo nati sunt addiderũt. Cur autem timerem ne mihi obiceretur vt dicis,quia peccata omniũ parẽtũ, omnibus filijs imputarẽ, cum ẽt si hoc verum sit, non quantum attinet ad uiuentes iam suæ voluntatis arbitrio,sed quantũ attinet ad nascentes, nullo modo naturæ substantia malum esset,cuius author deus, sed ea quæ in sunt ei uitia,contra quæ tu quoq; vt verbis tuis utar,exerces gloriosa certamina? Sicut autẽ quẽadmodum dicis, qñ adul E teri gignunt,nascitur homo de uirtute seminũ,non de turpitudine flagitiorũ:ita qñ cõiuges gignunt,nascitur homo de honestate nuptiarum, Aut si hic de utroq;,& ibi de utroq;,fructus aũt nuptiarum est, quantum ad ipsas prorsus attinet nuptias,non hominum generatio,qui possunt etiã de adulteris nasci,sed ordinata susceptio filiorũ,cur ergo sententiæ meæ pars falsissima est, qua dixi,nuptiarum bonum malo originali,qđ inde trahitur,non potest accusari, cum eo malo,contra quod pugnas, & quo bene usi fuerint coniugati ut nascereris,& hoc inde abs te tractum reum teneret nisi renascereris? Itaq; nec accusandi sint coniuges, qui bene utuntur malo, & regenerandi sunt filij ut liberentur a malo. Si enim nuptiarum bonum non esset,nisi bonus vsus boni tunc mirandum esset,quomodo inde traheretur malum, cum vero sit bonum, nuptiarum bonus vsus mali, quid mirum si de ipso malo,quo bene utitur bonitas nuptiarum,trahitur malum quod est originale peccatum? Illud mirabile est,quod cum essent Apostoli bonus odor Christi,trahebatur inde bo- 2.Co.2. num, trahebatur & malum, Alijs enim erant odor uitę in vitam, alijs odor mortis F in mortem, cum odor ille non esset vsus mali,sed boni. Ideo quippe bonus odor erant Christi, quia bene utebantur gratia Christi. Falsum est igitur quod dixisti, si malum inde trahitur,accusari potest, excusari non potest: quia trahitur inde originale malum, cum trahatur inde etiã bonum, ordinata.s.propagatio filiorũ.Nec malũ illud inde ideo trahitur,quia bonæ sunt nuptiæ,sed quia non bonis earũ est etiam usus mali. Non. n. copula nuptialis,sicut putas propter carnis cõcupiscentiã,sed ꝓpter bonum,qđ de isto malo fit,instituta est, Qđ quidẽ bonum,sine isto malo fieret,si nemo peccasset. Nunc ergo sine isto malo esse nõ potest,sed non ideo malum est. Sicut ecõtrario nullum malũ sine aliquo bono esse põt, nec ideo bonum est,Opus.n. dei bonum ẽ in natura,sine quo tamen esse nõ potest voluntas mala. Ac per hoc, sicut adulteriũ nõ potest esse sine bono naturæ,nec ideo bonũ est concubium non potest esse sine malo cõcupiscẽtiæ,nec ideo malũ est. Quapropter etiã si tibi concedatur, oẽm cãm mali esse exptẽ boni,nihil hinc refertur ad nuptias, quæ non sunt causa mali. Neq;. n. concupiscentię malum,uuptiæ fecerunt,sed quo bene uterentur paratum inuenerunt.

Non euadit inquis, res illa supplicium, cuius participatione etiã alia trahũt reatũ. Hoc si de cõcupiscẽtia carnis sentis,nõ absurde sẽtis. Hoc.n.malo bũ vtunt fideles cõiugati, & ex hoc qui generantur reatũ trahunt,ideoq; & ipsi regenerandi sunt, Id autem malũ non euadit supplicium,hoc est n. eius supplicium ut eo generati si regenerati non fuerint,puniatur in regeneratis autem cũ ex omni parte sanati fuerint,consumat. Si trahitur,inquis, & de nuptiis originale malum, causa mali conuentio nuptiarum. Quid si alius dicat si trahitur de natura voluntas mala,causa mali est constitutio naturarum,nonne falsissimum est? Sic ergo & quod ipse dixisti,quanuis originale malum non de nuptijs trahatur,sed de carnali concupiscentia,contra quod malum & ipse conflgis,quo malo coniugati bene vtuntur, si sola coniuges propagationis gratia miscentur,& si peccatum non præcessisset, qđ in omnes homines pertransit, nec fuisset profecto malum quo bene uterentur, & tamen vt procrearent, filios miscerentur. De arboribus autem bona & malà, quan- H tum erraueris, puto me satis demonstrasse in primo huius operis libro, Et cum eosdem modos repetis,qui iam soluti sunt,non est in superfluis immorandum. Quæris per quid peccatum inueniatur in paruulis, & enumeras multa bona, tacens de malo, contra ꝙ pugnas,sed cum taces clamas, Parentes,inquis,qui conuentu suo cãm facere pctõ,iure damnabiles,quorũ labore actum est,vt ad dominatum exercendum in homines diabolus peruenire t, Potes hoc & ipsi deo dicere,non dico,qa creat homines trahentes originale pctm,quia id tu negas,sed qa nutrit & vestit innumerabiles impios, etiã quos nouit in ipsa impietate mansuros. Quod profecto si non fecisset,seruos homines diabolus non haberet. Sed forsitã dicas, Obuiatio. Deus in eis pascendis non attendit,nisi bonũ,cuius ipse author est,quo homines sũt. Sic ergo & parentes in filijs gignendis,nõ Respon attendunt nisi bonũ,qđ homines sunt,ma- fio. xime nescientes quales futuri sunt. Nempe ꝙ etiam tu confiteris, peccatum nullum esset,si nulla præcessisset uoluntas mala,quia & originale peccatum, quod nos dicimus, vos negatis, nullum esset vtiq; nisi natura ex primi hominis mala voluntate vitiata. Sed nulla esset ẽt voluntas mala, si nulla præcessisset natura,vel angelica, vel humana. Nunquid propter hoc deum cãm dicturus I es peccatorum, qa voluntas eius causa est mutabiliũ naturarum? Sicut ergo creanti deo non imputatur, quod rationales naturæ à bono deficiunt,sed quod bonum sunt, sic parentibus gignentibus & malo,concupiscentiæ bene utentibus, non imputandũ est, ꝙ cũ eo malo filii nascuntur, sed quod bonum sunt. Non aũt ideo sicut putas,à diabolo ducitur origo nascentium,inquantum homines sunt quia dicitur a diabolo cẽ origo peccati, sine quo nullus nascitur hominũ. Neq;.n.quia origo mortis a diabolo ẽ, ideo ab illo est origo mortalium. Rimam q̃ris inter tot innocentiæ præsidia,qua potuerit intrare peccatum,cũ tibi oñdat Apostolus Paluus, non rimam, sed apertissimam Rom.5. ianuam dicens, Per vnum hominem pctm intrauit in mundum,& per pctm mors, & ita in oẽs homines pertransijt. Sed hæc tacens uerba,dicis tua,quia opus dei,opus diaboli transire non finitur,cum homines sint opus dei,pctm aũt opus diaboli,quod dicit Apostolus in oẽs pertransisse, Clamas,si natura per deũ est, non potest in ea esse originale malum,quasi non alius religiosius sibi clamare videatur, Si natura per deum est,non potest ex ea nasci vllum malum, aut non potest in ea esse vllum malum, Et

tamen falsum est, quia nec oriri malum potest nisi ex natura, nec vbi sit habeat nisi fuerit in natura. Confiteor igitur opus dei esse qui nascitur, etiam trahens originale malũ, qñ quod in illo dei opus est, bonũ est, quia bonum est opus dei etiam cum malo, non solum in paruulis uerumetiã in quibuslibet ætatibus, hoc est, substãtia, forma, vita, sensus, ratio cæteraq; omnia bona etiã in quocunq; homine malo. Quis autem operatur
Act. 17. vt viuat homo, nisi in quo viuimus, mouemur & sumus? Id autẽ operãs occulto quodam opere beneficentiæ suæ, exceptis alimentis perspicuis, quibus extrinsecus sustinemur. Qui ergo operatur vt viuat homo, quanuis conuersatione vitiosa, ipse operatur ut nascatur homo, quanuis origine uitiata.

Cap. 25. Quid est autẽ qđ positis alijs ex libro meo verbis meis fingis, q̃ dixerim aliã fuisse nuptiarum institutionẽ ante pctm̃ Adæ, quæ sine concupiscentia, sine motu corporũ, sine necessitate sexuum esse potuissent?
Gala. 5. Detrahe nuptijs cõcupiscentiam, quia caro concupiscit aduersus spiritum, detrahe malũ contra quod pugnas, gloriosa exercens continentiæ virtute certamina, & nõ opus est ut cætera detrahas. Si nuptias quæris, quales ante peccatum primorum hominũ esse docuerũt, sine motu corporum, & sine necessitate sexuũ, quis unquã ullas nuptias cogitauit? Sed bellum quod in se casti sentiunt, siue cõtinentes, siue etiã coniugati, hoc dicimus in paradiso ante peccatũ nullo modo esse potuisse. Ipsæ ergo etiã nũc sũt nuptiæ, sed in generandis filijs, tunc nullo modo uterentur, nunc cõcupiscentiæ malo bene uterentur. Quo malo sua bona non perdiderunt in castitatis fide, in coniũctionis fœdere, in propaginis germine. Adhæreret ergo tunc etiã uir uxori vt gigneret filios, non tamen haberẽt in carne motũ libidinis turbidæ, sed tranquillæ tantum modo uoluntatis, quã spectamus in cæteris membris. Arguis me, q̃ eos paruulos q̃ mũdũ impleuerunt, pro quib. Chr̃s mortuus est, diaboli opus & de morbo natos, & ab ex ordio reos definiã. Paruuli opus diaboli substãtialiter non sunt, sed opere dei originaliter rei sunt. Et ideo Chr̃s, qđ & ipse confiteris, etiã pro paruulis mortuus est, quia & ad ipsos pertinet sanguis, qui in remissionẽ fusus est pctõrũ. A quo illo sanguine sa
M citis alienos, cũ eos negatis trahere originã le peccatũ. Nec succenseas, q̃ concupiscẽ Matt. 26
tiã dixi morbũ, cui & tu confessus es proutsum fuisse remediũ. Exordium vero paruulorũ, ex quo nascerẽtur, in Adam fuit, quo per peccatum uitiato atque damnato, alterum eis Christus, ex quo renascerentur instituit.

Cap. 26. Si ante peccatum, in quis, per deum creatum est vnde homines nascerentur, p diabolum autẽ unde parentes commouerent, ascribitur sine dubio sanctitas nascentibus, & culpa generantibus. Quid dicis, parẽtes commouerentur? Si pietate voluntatis, quæ optat filios quisq; suscipere, & hoc per deũ institutum, si aũt perturbatione libidinis, cui nec excitandæ nec auferendæ sufficituo luntatis arbitrium, naturæ vulnus est de præuaricatione, quã diabolus persuasit, inflictũ. Recte itaq; a mẽ dictum est, fieret si ne isto morbo seminatio filiorum in corpore uitæ illius, sine quo, nunc fieri non põt re in corpore mortis huius. Quod autẽ argumentaris ad bonũ fœcũditatis paruulos pertinere quæ dei benedictione ante morbũ libidinis, instituta est, non ad ipsum libidinis morbũ, qui postea peccantibus accidit, atq; ideo sanctitatem ascribendã esse nascẽtibus, & generantibus culpã, non attendis peccato illo magno, vniuersam in deterius mutatã fuisse naturã, unde fuerat propagoducenda. Sic.n. posses dicere Euã solam, nõ cæteras fœminas dolores parturitionis sentire debuisse, qñ benedictio qua dictum ẽ, Cresc̃ite & multiplicamini & replete terrã Genes. 1
ex qua filij procreamur, ante facta est, quã & 3.
fuisset muliebris sexus illa maledictione punitus. Sed si hoc dixerimus, utiq; rũdebitur sicut ex peccato illo, ita & ex maledicto in peius totã mutatã fuisse naturam, vnde trahitur originale peccatum, & iugũ graue supper filios Adã. Nõ. n. sicut tu argumẽtaris, Iudæũ sub lege positum, describit Apostolus dicentẽ, Scio quia nõ habitat in me, hoc Eccl. 40
est in carne mea bonũ: &, Non ego operor Rom. 7
illud, sed qđ habitat in me peccatũ: &, Mihi malũ adiacet: &, Video aliam legẽ in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, sed. bris meis repugnãtem legi mentis meæ, sed. describebat humanam in hac corruptibili carne naturã, non opere dei cum vitio primitus institutam, sed ex voluntatis arbitrio ueniente, priorem hominum vitio sauciatam. Cuius. n. vox est, Infelix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Grã
dei p Iesũ Chr̃m dñm nr̃m. Nũqd Iudæis B
Abiit,

Abiit, sed sine dubitatione Christiani. Eius ergo voces sunt ẽt illę superiores, ex quibus hæc consequenter expressa est. Ipse. n. dixit, Gratia mẽ liberabit de corpore mortis huius, per Iesum Chr̃m dñm nr̃m, qui dicebat, Video aliã legẽ repugnantẽ legi mentis meæ. Sed ne forte istam catheccumeni existimes vocẽ, lauacrũ regenerationis adhuc sperantis, post quod lauacrũ nullam legem peccati resistentem legi mentis, habiturus esset in membris, quanquã tuipse, siquid de te tibi credimus, aduersus huius concupiscentiæ malum, per continentiæ bonum, gloriosa certamina post lauacrum regeneratio
Gala. 5. nis exerceas, recole tũ quid scribat ad Galatas, certe homines baptizatos. Dico autem, inquit, spiritu ambulate & concupiscentias carnis non perfeceritis. Non ait, ne feceritis: quia eas non habere non poterant: sed, ne perfeceritis. i. ne opera earum consensu voluntatis impleatis. Caro. n. inquit, concupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnẽ. Hæ. n. inuicẽ aduersantur, vt nõ ea quæ
Gala. 5. vultis faciatis. Vide si non hoc est ad Romanos, Non. n. quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Deinde ad Gala
Gala. 5. tas addit & dicit, Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. Vide si non hoc est ad Romanos, Iã nõ ego operor illud: &,
Rom. 7. Condelector legi dei secundum interiorem hominem: &, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Si. n. non obediatur concupiscẽtijs, quas necesse ẽ esse in carne peccati, atq; in corpore mortis huius, non perficietur
1. quod perfici vetat Apostolus dicens, Concupiscentias carnis ne perfeceritis. Ipsa qp-pe sunt opera, de quibus totum mire sequitur, & dicit, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, & cætera. Si ergo non consentiatur concupiscentijs carnis, quanuis agantur motibus, non tamẽ perficientur operibus. Proinde cum caro concupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ volumus faciamus, nec carnis perficiuntur concupiscẽtiæ quãuis fiant, nec nra perficiuntur bona opera, quanuis fiant. Sic. n. tunc perficitur carnis concupiscentia, cum cõsentit ei spiritus ad operanda, vt non concupiscat aduersus illam, sed cum illa, sic & bona opera nostra tunc perficiuntur, qñ ita spiritui caro consenserit, vt aduersus eum etiam ipsa nõ con
cupiscat. Hoc. n. volumus cum perfectionẽ iustitiæ concupiscamus. Hoc, intendere concupiscentijs carnis non perficiendis, & bonum perficere non inuenio, hoc intentione non intermissa velle debemus, sed quia id perficere in ista corruptibili carne nõ possumus, ideo dixit ad Romanos, Velle adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inuenio. Vel, sicut habent codices Græci, Velle adiacet, perficere autẽ bonũ non. i. nõ mihi adiacet perficere bonũ. Non ait facere, sed pficere bonũ, quia facere bonũ, est post cõcupiscentias non ire. Perficere aũt bonũ est, nõ concupiscere. Qđ ergo est ad Galatas, Concu Quid in
piscentias carnis ne perfeceritis: hoc eõtra- tersit in-
rio est ad Romanos, Perficere aũt bonum ter face-
non inuenio. Quia nec illę perficiuntur in re bonũ
malo, qñ eis non accedit nostræ voluntatis et pfice-
assensus, nec nostra voluntas perficitur in re bonũ.
bono, quandiu illarũ cui non consentimus permanet motus. Ipse aũt cõflictus, in quo etiam baptizati velut in agone decertant, cũ caro concupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnem, vbi & spiritus facit bonum opus, non cõsentiendo concupiscẽtiæ malæ, sed nõ perficit, quia ipsa mala de- E
sideria non absumit, & caro facit malũ desideriũ, sed nec ipsa perficit, quia non sibi cõsentiente spiritu, & ipsa ad opera damnãda non puenit. Iste ergo conflictus nõ Iudæorũ, nec quorũlibet aliorũ, sed plane Chrianorũ fideliũ, & bũ viuendo in hoc certamine laborantiũ breuiter ostẽditur ad Roma Rom. 7.
nos vbi ait, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne aũt legi peccati. Si ergo hæc est conditio in corpore mortis huius, q̃ vtique non fuit in paradiso, in corpore vitæ illius, proculdubio satis euidenter apparet, vnde trahant paruuli obligationẽ peccati, cũ carnaliter nascuntur, q̃ non soluitur nisi cũ spiritaliter renascunt. Non. n. hanc trahunt ex opere, quo humanam deus naturã fecit, sed ex vulnere, quod naturæ humanæ hostis instixit. Non hostis secundum Manichæos prosiliens ex natura mali, quam non condidit deus, sed hostis angelus quondã ex opere dei bonus, ex ope suo factus malus. Qui se primũ vulnerãdo prostrauit, vt elisus eliderer, & per malam suasionem præuaricationis vulnus infligeret, vnde genus humanum etiam in his, qui iam dei ambulant, F
claudicaret. Et si succenses mihi quia dixi, Hæc. n. quæ ab impudentibus impudenter laudãtur, pudenda concupiscentia, & ira-

tus impudentius multa dicis, vos extollens, tanquam scripturis sanctis, & rationi certissimæ congruentes, eo proposito non esse in natura malũ defendatis, vt ad virtutum stu dia homines incitetis, inculcantes nullum culmen ita arduũ esse virtutis, vt non ad illud adiuuante deo, mens queat fidelis euade re. Atq; ob hoc dicatis, non esse in carne ma li necessitatẽ, vt erubescat vnusquisq; lauda biliter conditus, deformiter viuere, ac si pu dor turpi occurrat ignauiæ de cõmendatio ne nobilitatis ingenitæ, & cætera hmõi, quę satis eloquenter in vestra prædicatione iactasti, nos contra deprimens & dicens, ꝙ du bium non sit euersionem sanctitatis, contaminationẽ pudicitiæ, morũ labem nostris conuenire immo inesse dogmatibus, neque id esse me negaturum, qui ideo sicut dicis, in naturæ inuidiam malæ conuersationis sordes refundo, vt peccantibus metũ demã, quorum obscœnitatẽ, Apostolorum & san ctorũ omniũ cõsolor iniurijs, eo ꝙ vas au reum Apostolũ Paulum sæpe dixisse com memorem, Non enim quod volo bonũ hoc
G ago, sed quod odi malum illud facio: & cætera huiusmodi. Veruntũ vos laudans, nos arguens, aduersus concupiscentiæ malum pugnas, & pugnando cõfiteris q̃ loquẽdo negas. Atq; ita vis uideri culmen ascendisse virtutis, vt in ipso culmine, quo te existimas euasisse, cũ persequente concupiscẽtia, tanquã in arce confligas, & quãtumlibet ex loco superiore, tũ cũ hoste intetno dimica re non desinas. Nec erubescis concupiscentiã, q̃ te amplius perdet sine dubitatione si vicerit, laudare aduersus eũ, qui te perditũ ẽt cum vincit, inq rit, Maxime quia in fine eiusdẽ libri tui dicis, ꝙ non sit alia mei sen sus intentio, quã ad inferendnm virtutibus bellũ, vitiorum sacra iuuare, & ad excidium ciuitatis dei omni astu, omni furore conari, adipiscendæ castitatis desperatione, repugnantes turpitudini territare, mentiri tantas obscœnæ libidinis vires, vt eam ratio re gere ac frenare non possit, cui nec Apostolorũ legio repugnauerit. Hæc de me prorsus ipse mentiris. Ego.n. non infero virtuti bus bellũ, sed vitijs, quantum adiuuor infero, & inferendũ esse proclamo. Quod si & tu facis, quid est q̃ laudas? cum quibus pugnas? Qũo virtute hostes debellare te credã, quos verbo lacerare non audes? Si ambo concupiscentiã debellamus, quare nõ ambo
H vituperamus? Quã te iactas expugnare cõtinentia, quare non uis damnare sententia? Mentiris me dicis tantas libidinis vires, vt eã ratio regere ac frenare non possit. Ecce ego non dico tãtas libidinis vires, vt huma na ratio diuinitus accensa & adiuta, eã rege re ac frenare non possit. Sed tu quare negas malũ esse, q̃d si non frenetur occidit? Ecce ego voce qua possum, q̃d me negare asseris clamo, Apostolorũ legioné repugnasse libi dini, vti repugnãte. Tu qui nos fecisse Apostolis calũniaris, & velut indignaris iniuriã, cur & illorũ & tuam exornas laudibus inimicã? Quis eã defendat, cui legio repugnauit Apostolorum, nisi hostis Apostolorũ? Ita ne habere tecũ libido & amicitiam meretur & bellũ, vt abs te & expugnetur in te, & defendatur aduersus me? Bellũ vestrũ latet, amicitia patet. Ex hoc ꝙ patet suspectũ facis esse quod latet. Quis n.vis credamus de bello, quod geritis in operto, quorũ amicitiã cernimus in aperto? Q̃úo uis ut arbitremus aduersus aculeum te dimicare libidinis, cum libros impleas laude libidinis? Verum ecce vinco suspicionem meam, Expugnare te credo quod laudas, sed lauda re te doleo quod expugnas. Ex isto igitur & cum isto malo, q̃d a te quoq; credimus expugnari, hõ generatur, quem negas rege neratione saluari. Isto.n. coniugati bñ vtũtur, quo continentes melius non vtuntur. Porro si malum est, quo caro concupiscit aduersus spm̃, cui malo sicut fateris, Apostolorum legio repugnauit, hoc vtentes coniugati, proculdubio non bono bene vtuntur, sed malo. Ex hoc igitur, & cum hoc filij generati regenerandi sunt, vt liberentur a malo. Hoc.n. originali malo etiam parentes illorum renati sunt, etsi ab hoc reatu renascendo sunt liberati. Quid autem vellemus vt gignerent, non vnde renati sed vnde nati sunt, nisi ꝙ & ipsi nati sunt? Reos ergo, quia & ipsi rei nati sunt, & generantes inde vnde nati sunt, non aliud potuerunt genera re q̃ nati sunt. Vnde autem renati, inde à reatu, cum quo nati sunt liberati. Ac ꝙ hoc & illi, quos reatu liberati generauerunt, eadem sunt regeneratione liberandi. Ex hoc enim malo rei nati sunt, quo bene vtuntur renati, vt nascantur regenerandi. Contra quod malum si non pugnas, pugnantibus crede si pugnas aduersarium confitere, & noli laudando morbum habere amicum, quem pugnando experiris inimicum.

Libri Tertij finis.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber Qartus.

1. IAm nunc ab alterius volu minis exordio cætera videamus, quibus librũ meũ refellere niteris, omittentes sicut instituimus ea, q̃ nodos non faciunt qõnũ, quibus soluendis, curam nos oportet, impẽ dere, nec immorando superfluis, ipsa prolixitate operis, à laborioso negocio deterrere lectorẽ. Superiore igitur libro satis egimus, quo recte iudicantibus appareret, cũ deus verus & bonus sit hominum cõditor, bonæq; sint nuptiæ quas & conditione atq; copulatione vtriusq; sexus instituit, & fœcunditatis munere bñdixit, malum tamen esse concupiscentiam carnis, qua concupiscit aduersus spm̃, eoq; malo bene vti pudicitiam coniugalem, meliusq; non vti continentiã sanctiorem, quod malum non ex alia substantia, quam deus non condidit, sicut Manichæus insanit, nobis esse permixtum, sed per inobedientiã vnius hominis exortum atq; traductum, & ꝑ obedientiã vnius hominis expiandum atque sanandum, cuius obligatione implicat debita pœna nascentem, soluit indebita gratia renascentẽ. Hoc malum contra me laudando, aduersarius meus videris, sed in te debellãdo, meus testis es, si autem hoc non debellas, tuus hostis es. Proinde quia primo tuo libro sufficienter me respõdisse existimo, quanuis ibi tota causa finita sit, tamen ne cæteris tribus respondere non potuisse videamur, in eis etiam quã vana dixeris intuere. Propositis ex meo libro uerbis meis exultas, q̃d testẽ Apostolo dixerim, donum dei esse pudicitiam coniugalem, quasi propterea laudauerit Apostolus malum quod tu laudas, quo caro concupiscit aduersus spiritũ, quo malo vtitur bene pudicitia coniugalis, sicut iam in libro superiore monstraui. Non ita quæ paruum donum dei est, ita frenari hoc malum, vt ad nihil relaxetur illicitum, sed generationi tantum regenerandorum seruiat filiorum: Eius quippe impetus nõ sua sponte moderatus est, A nullo nanque illicito sese abstinet, si membra desiderio eius inseruiant. Ac per hoc eius modus, non in ipso cuius inquietus est motus, sed in refrenante ac bene utente laudatur. Itaq; isto malo cum bene vtuntur coniugati fideles, M à cuius reatu soluti sunt munere saluatoris, profecto quicunque inde nascũtur, eiusdem munere creatoris, non sicut nobis obijcis in regnũ diaboli præparantur, sed ab illo potius eruendi, & in regnum unigeniti transferendi. Hæc enim est, & esse debet piorum coniugum intentio, vt regeneratio ni generatio præparetur. Si autem hoc malum, quod in seipsis parentes sentiunt, cui malo, vt tuis verbis vtar, Apostolorum legio repugnauit, non pertineret ad filios, sine illo vtiq; nascerẽtur. Nunc vero quandoquidem cum hoc nascantur, quid miraris, quia propter hoc renascũtur, vt ab eius obligatione soluantur, & aut ex ista vita ab illo liberati rapiantur, aut in ista vita aduersus illud liberi, prælientur, victoresq; in fine remunerentur, Quis autem nostrum suspicatus est vsum coniugũ à diabolo fuisse repertum? Quis commixtionem corporum, per malum præuaricationis credit accidisse, cum sine his nuptiæ prorsus esse nõ possent? Sed malum quo bene vtuntur, nullum esset, si nemo peccasset. Quod dixi, mihi obijce vt purgem, Nam si & quod non A dixi, mihi obijcis, quando finimus? Consequẽs putas esse, vt munus dei noceat, si hõ cũ malo nascitur, Nemo enim nisi dei munere nascitur. Audi ergo & intellige, Munus dei nulli nocet, quo quisq; est & viuit, sed concupiscentiæ malum non potest esse, nisi in eo quod est & viuit. Quapropter potest esse malum in munere dei, sanandum alio munere dei. Potest igitur in homine, q̃ munere dei est, vt viuat, malum esse generatione contractum, regeneratione sanannum. Nã vtiq; nullus infans cum dęmone nasceretur, si nõ nasceretur, nec iõ mali huius ipsa est causa, qua nascitur. Nascit ergo munere dei, cum dæmone aũt, iudicio dei sanè occulto, sed nunquid iniusto?

In eo quod dixi, bonum coniugale etiã Cap. 2.
si non habetur, à dño esse poscendum, quibus vtiq;, nisi quibus est necessarium, visus sum tibi dicere, pro concũbẽdi viribus supplicandum, Sed ego pro ipsa pudicitia coniugali dixi rogandum deum, in qua est inconcumbendi nõ liber vsus, sed licitus modus, Nam homo si concumbere nõ potest, potius non quærat vxorem, quandoquidem apostolica sententia vbi ait, Si se non 1. Co. 7.
continet nubat, remedium voluit esse nuptias,

ptias,quod & ipse confessus es,contra mor
bum concupiscentiæ, quod confiteri non
B vis,qui remedium confiteris. Hoc autem
remedium est, non vt sit concupiscentia, si
nõ est,sed vt nõ rapiat ad illicita, cuius mo
tus infrenis est. Pertinet enim ad hoc quo
que petitionis genus, quod in oratione do
Natt.6. minica dicitur, Ne nos inferas in tentatio-
nem:quoniam unusquisq; tentatur à cõcu-
piscentia sua, sicut ait Apostolus Iacobus,
Iaco. 1. Cõuenit huic & quod dicimus, Libera nos
à malo. Dicunt enim hoc de hac re coniu-
ges,vt interim mẽte liberi à malo,bene vtã
tur malo,quod habẽt in carne. Sicut enim
quia in carne eorum non habitat bonum,
vt omni postea corruptibilitate sanata,nul
lum in eis quo vtantur,remaneat malum.
Quid est quod triumphas tanquam de ho
ste victo? Internum potius vince quod lau
das, Nã victoria de te mea, illo malo tecũ
pugnante secura est. Neq; enim dicere au-
debis eum vinci qui verum dicit,ab eo qui
falsum dicit. Ego aũt concupiscentiam,con
tra quam pugnas,malum dico,tu bonũ,sed
pugna tua malũ fatetur, quod bonum lin-
gua mentitur, augens mendacium alio mẽ
dacio,quo affirmas et a me illam dictam bo
C nam. Neq; enim concupiscentiam carnis,
1.Ioã. 2. quam Ioannes Apostolus dixit à parte nõ
esse,ego dicerem bonum,sed bonum dixi es
se pudicitiam coniugalem, quæ resistit ma-
lo concupiscentiæ,ne ad illicita rapiat cum
mouetur, Verum sciens q̃ inaniter argumẽ
tatus fueris,pulsas vt dicis alterum defini-
tionis meæ latus,& inquis, Si calor genita-
lis coniugalis honestatis minister ab immo
deratis procursibus, tam studio fidelium q̃
doni virtute retinetur,nec extinguitur per
gratiam,sed frenatur,probabilis est in gene
re suo & in modo suo,& solis accusatur ex
cessibus. Hæc dicens,non attendis coniugũ
conuentionem causa generandi,ideo bonũ
esse laudabile, quia in eo limes perfigitur li
citus malo concupiscendi. Cur enim non
potius malum vocetur,quod fateris esse fre
nandum? Cur quæso frenandum,nisi ne no
ceat, nisi ne ad illicita,quæ desiderat,relaxe
tur? Et vtique desiderij mali malum est, ẽt
si ei non consentiatur,donec eo veniamus,
vbi nec habeatur. Non igitur quid boni
de concupiscentia carnis fiat, sed ipsa quid
mali faciat, cogitandum est. Nam pudici
tia coniugalis inhiantem concupiscentiam,
siue de illicito, siue de licito percipere uo-

lupratem,frenat ab illicito,permittit ad lici
tum,hoc est bonum non tamẽ eius,sed be-
ne vtentis bonum est. Quod autem ipsa cõ D
cupiscentia facit,siue ad licitum, siue ad illi
citum indifferenter ardescere, vtiq; malũ
est. Hoc itaq; malo bene vtitur pudicitia
coniugalis,melius non vtitur cõtinẽtia vir
ginalis Si posset,inqs,calor genitalis malũ
esse, naturaliter extirpandus erat,non cõ-
ponendus. Vide quẽadmodũ noluisti dice-
re,q̃d supra dixeras frenandus, sed maluis-
ti cõponendus. Sensisti.n.q̃ cũ nemo fre-
naret,nisi cui repugnaret, & ob hoc muta-
to verbo timore ipso fassus malũ,q̃d repu
gnat bono. Appellas ẽt calorem genitalẽ,
q̃a pudet appellare libidinẽ, siue sicut eam
diuinus sermo appellare consueuit, carnis
concupiscentia. Sic ergo loquere & dic,Si
posset carnis concupiscentia mala esse natu
raliter extirpanda erat,non cõponenda,Sic
enim pñt,qui latine sciunt tardiores intelli
gere quid loquaris.Sed ita hoc dicis, quasi
non eam mallẽt extirpare si possent,omnes
qui propterea coniũgantur, quia continen-
tiæ laborem,quo huic malo resistitur, non
ferunt,& ideo malunt eo bene vti,quã me
lius omnino non vti.Sed si in corpore mor
tis huius hoc malum necessarium est coniu
gatis, quia sine illo fieri non potest bonum
generationis,continenter extirpent concu-
piscentiam carnis. Tu ipse,tu qui loqueris, E
nec quid loquaris attendis,extirpa libidinẽ
de membris tuis, Non enim & tibi neces-
saria est,aut bona sunt eius desyderia, qui-
bus si cõsenseris vel cesseris, interibis. Por
rò si malũ est in te cui repugnas, quod op-
pugnas,cum vincis expugnas,hoc malo me
lius non vteris, quo malo bene utuntur,
in quibus hoc bonum esse contendis, vbi
profecto mentiris,aut falleris. Neque enim
dicturus es in coniugibus bonum esse libi-
dinem,in sanctis autem,vel virginibus,vel
continentibus malum. Iam sententiam te-
neamus tuam,vbi aisti, Concupiscentiæ na
turalis, qui modum tenet, bono bene vti-
tur: Qui modum non tenet,bono male vti
tur: Qui autem etiam ipsum modum san-
ctæ virginitatis amore contempserit,bono
melius non vtitur. Confidentia quippe
suæ salutis, inquis, & roboris contemp-
sit remedia, vt gloriosa posset exercere cer
tamina. His verbis tuis sine ambiguita-
te declaras, concupiscentiam carnis hoc
esse in vtrisq;,id est, & coniugatis & cõti-

nentibus. Quo.n.coniugati bene vtuntur,
F & continentes melius non vtuntur, bonũ
tu dicis, ego malum, sed in sanctis virgini-
bus & continentibus,carnis concupiscentia
malum se esse manifestat,contra quam fate
ris eos gloriosa exercere certamina,procul-
dubio ergo non bono,sed malo melius non
vtuntur. Hoc igitur vtentes coniuges,nec
ipsi vtiq; bono,sed malo qũ vtuntur. Pro-
inde tota controuersia non remansit, si tũ
remansit aliqua,nisi vtrum in eis qui conti
nentiam deo vouerunt, bonum sit ista, de
qua disputamus concupiscentia carnis, an
malũ. Quod.n.horũ duorũ repertũ in his
fuerit, hoc & in coniugibus apparebit, qñ
hoc illi bene vtuntur, quo isti melius non
vtuntur. Collige itaq; totas vires acuti tui
cordis, ac liberæ frontis, & aude rñdere si
potes,hoc bonũ esse, cui sicut libro sapiore
confessus es, Apostolorum legio repugna-
uit,mihi.s.exprobrans,q̃ tãtas esse dixerim
libidinis vires, vt ei nec Apostolorũ legio
repugnauerit, cum potius pro causa mea fa
ciat,quia ei malo q̃d tu bonũ dicis,legio nõ
qualiumcunq; sanctorum, sed ipsorũ quo-
que repugnauit Apostolorum,Cui malo tã
tum licere posse,quis crederet, vt sibi lauda
torem ẽt de suis expugnatoribus prouide-
ret? Absit quidem vt antiquorum aliquem,
G vel Apostolorum, vel quorumcunq; san-
ctorum,mirabiliter tamen, si vel quenquã
hæreticorum nouorum,qui simul vtrunq;
se esse profiteatur inexplicabilibus modis
expugnatorem.s.defensoremq; libidinis,&
conetur ostendere manens in hæresi Pela-
giana, & ex animo se laudare, quod ipsum
eius animum nisi expugnetur occidit,& ex
animo expugnare quod eius dogma nisi lau
detur, absumit. Rogo si est in vobis vllus
sensus humanus,non potest, & malum esse
pctũ,& bonũ esse desyderare pctũ. Quid
aũt agit in carne sanctorũ continentiũ ista
concupiscentia,nisi peccandi desideria, qui-
bus non consentientes exercent vt confite
ris gloriosa certamina? Neq; n.saltem con
nubij desyderiũ in illa continentiæ profes
sione potest esse non malum. Quid ergo il
lic agit, vbi malum est quicquid agit, ac si
ei consentiatur, & peragit? Quid ibi agit
hæc concupiscentia,vbi nihil boni concupi-
scitur ex illa? Quid ibi agit libido,vbi nihil
boni libebit ex illa? Non importune in cõ
iugatis esse dicatur. Si enim summum cul
men obtinent pudicitiæ coniugales, faciunt
boni aliquid per illam, quanuis nihil faciãt
propter illam. In sanctis autem virginibus
& cõtinentibus,quid agit obsecro te? Quid
agit tua ista susceptа, cum desipis, aduersa H
ria? Si sapis,quid agit,vbi nihil boni agit ip
sa,nihil boni agit de ipsa? Quid agit in eis,
quibus quicquid secundum ipsam concupi-
scitur malum est? Quid agit in eis,quos cõ
tra se compellit vigilare atq; pugnare, & si
quando ab eis vllum vel in somnis furatur
assensum, cum euigilauerint gemere & in-
ter gemitus dicere, quomõ impleta est ani-
ma mea illusionibus? Quid cum sopitos de
ludunt somnia sensus:nescio,quomodo etiã
castæ animæ in turpes labuntur assensus,
quæ si imputaret altissimus, quis viueret
castus? Hoc ergo malum quod non dictu-
rus es bonum, nisi aduersus omnem verita
tis tubam sic obsurdueris,vt clamas bonum
esse concupiscere malũ,quod nec inter sur-
dos dicere audebis. Hoc inquam malũ,cur
non extirpatur de continentium carne san-
ctorum? Cur non totum opere mentis au-
fertur? Hoc enim dicis fieri debuisse si ma-
lum esset. Et quia non fit in coniugatis,vbi
eius modus est necessarius,ideo putas bonũ
cũ videas,nec ibi fieri vbi modus eius nul-
lus necessarius est, & inquantum inest no-
cet,& si non ad perdendum de sorte sanc-
torum,si non ei consentiatur, tamẽ ad minuẽ
dam spiritalem delectationem sanctarum I
mentium, illam.s.de qua dicit Apostolus, Rom.7.
Condelector enim legi dei secundum inte
riorem hominem. Hæc delectatio profecto
minuitur,quando & si non ad explendam,
certe ad oppugnandam carnalis concupi-
scentiam voluptatis, bellantis animus oc-
cupatur, & ita exercet gloriosa certamina,
vt à delectatione intelligibilis pulchritudi-
nis ipsis certaminibus auocetur. Sed quia Q̃d su-
in ista humana miseria peior hostis est ca- perbia ĩ
uenda superbia, ideo nimirum non penitus humana
extinguitur in carne continentium sancto- miseria
rum ista concupiscentia, vt dum pugnatur peior sit
aduersus eam, piculorum suorum animus hostis.
admoneatur,ne securus infletur,donec hu-
mana fragilitas ad tantam perfectionem pu-
eniat sanitatis,vbi nulla putredo lasciuiæ,
nullus tumor superbiæ formidetur. Sic vir 2.Co.12
tus in infirmitate perficitur, quia & pugna
re infirmitatis est, Quanto enim quisque
vincit facilius, tanto pugnat minus. In se-
me ipso autem quis pugnaret, si nihil ex se
metipso eidẽ repugnaret? Et quid nobis re-

pugnat

pugnat ex nobis, nisi quod adhuc curatur vt sanetur in nobis? Ergo in nobis meripsis sola est infirmitas causa pugnandi: & rursus infirmitas admonitio est non superbiendi.

K Proinde virtus quæ hic vbi superbiri pōt, vt non superbiatur, in infirmitate perficit. Quamobrē q̄n hoc coniuges bene vtūtur, quo continentes melius non vtuntur malo, continentes melius non vtuntur. Malū igitur est, quo coniuges bene vtuntur, & in est coniugibus quo bū vtantur: inest & continentibus quo melius non vtant. Ideo q̄ pe inest, vt non extollantur. Solis ergo libidinis excessibus accusatur, sed ille a quo nō refrenatur. Nā ipsa per seipsam rectissime omnino suis ipsis motibus accusat, q̄bus ne excedat obsistitur. Non itaq; vt dicis, nihil ad innocentiam promouet modestia rei per ipm genus nocentis. Promouet quippe ad innocentiā nō consentire malo: nec ideo & illud cui non consentitur, non est malū, immo p̄pea sine dubitatione malum est, quia non ei consentire bonū est. Quid n. mali faceret qui bone concupiscentiæ cōsentiret, cum mali nihil faciat, ēt qui opere coniugali non sine ipsius malo seminat hominem, qui est dei opus bonum? Nec consectricem seminū libidinem dixeris, Ille quippe creat hominis semen, qua homine ex semine, sed vnde interest, quia mali huius occulta sunt,

L & dira contagia, nec his omnibus qui malo carēt, deus vel semen, vel homines creat, ēt si quidam ab eiusdem mali noxa regnatione soluti sunt, sicut soluendi sunt, qui inde nascuntur. Dixi sane, nec pœnitet, de pudicitia coniugali, quæ mea verba posuisti, q̄a cum dona dei esse monstrantur, à quo petē da sunt, discitur si non hītur, & cui agendę gratiæ, si habentur, Aguntur. n. gratiæ non de origine, vt dicis cōcupiscentiæ, cuius origo est primū malum hominis, sed de regimine, q̄d verum dicis, vtrunq; n. dicis, vel regimine, vel origine. Ideo aūt aguntur grāæ de regimine concupiscentiæ, q̄a repugnans vincitur. Quod aūt repugnat volūtati bonæ, non est bonū, imo malū esse quis neget, nisi qui non habet voluntatis bonum, cui quod repugnat, fateatur malum?

Cap. 3. Interponis alia de libro meo, vbi cū dixissēm donū dei pudicitiā esse cōiugalē, & hoc Apostolo teste docuissem, occurrētem deinde quæstionem tacitus nolui præterire quid dicendum sit, cum videntur etiam nō nulli impij pudice cum coniugibus viuere. Soletis. n. negantes dei dona esse virtutes, q̄ bus recte viuitur, & eas naturæ vóluntatique humanæ, non gratiæ dei tribuētes, hoc M vti argumento, q̄ eas nonnunquam habeāt infideles: ita conantes euacuare quod dicimus, neminem recte viuere, nisi ex fide per Iesum Christum dominum nostrum, vnū dei & hominum mediatorem, vbi vos eius aduersarios apertissime profitemini. Denique longe non eamus, si forte fallor, ad ista respondē, Ego dixi pudicum non veraciter dici, qui non propter deum veram fidem cō nubij seruat vxori. Vnde autem id ostendē rem paulopost adhibui, quod mihi visum est grande documentum. Cum enim virtus sit, inquam, pudicitia, cui vitium contrarium est impudicitia, omnesq; virtutes ēt quæ per corpus operantur, in animo habitent, quomodo vera ratione pudicum corpus asseritur, quādo à vero deo ipse animus fornicatur? Deinde ne quisquam nostrum negaret animum infidelium fornicari, adhibui testimonium de scriptura sancta, vbi legitur, Ecce. n. qui longe se faciunt à te, peri- Psal. 72. bunt: perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Sed tu qui mea sicut dicis, quæ mihi videtur acuta persequeris, hoc totum tanquam mihi obtusum visum fuerit præteristi. Vide ergo quid horum negādum arbitreris. Virtutem esse pudicitiam coniugalem promptissime confiteris: omnes virtutes etiam q̄ per corpus operantur, in animo habitare A non negas. Porro infidelis animum fornicari à deo ille potest negare, qui se palam sanctarum scripturarum aduersarium profitetur. Ex quibus omnibus hęc summa conficitur, vt aut in animo fornicante pudicitia vera esse posit, quod cernis quām sit absurdum: aut in animo infidelis pudicitia vera esse non posit, quamuis hoc cum asserere, te finxeris surdum. Non igitur vt calumniaris, studio vituperandi substantiam, dona collando, Non enim diuinorum donorum capax esset, nisi bona esset humana substantia, cui vitia quoque ipsa bonitas perhibent testimonium naturalis. Quid enim aliud in vitio recte displicet, nisi quia detrahit vel minuit, quod in natura placet? Cum ergo diuinitus adiuuatur homo, non tantum ad capessendam perfectionem adiuuatur, quod ipse posuisti, vtique volens intelligi eum per se incipere sine gratia, quod p̄ficit grā: sed potius q̄d Apostolus loq̄t, vt q̄ in vobis opus bonū cœpit, perficiat, vsque in finem. In quo, n. vis hominem sicut loqueris, ad aliquid laudabi- Pro. 24. le generosi cordis stimulis incitari, in hoc eū nō vis in dño, sed in libero arbitrio gloriari, ac priorem dare vt retribuatur illi, eo q̄ue mō gratia non sit grā, quia nō est gratuita. Bonā dicis hominū naturā, quæ talis grāæ opitulationem meret. Quod gratāter audirē, si hoc propterea quia rōnalis natura est, diceres, Neq; n. gratia dei, p Iesum Chīm dūm nostrū lapidibus aut lignis pe coribusve pstatur, sed qa imago dei est, me retur hanc grām: non tū vt eius bona volū tas possit p̄cedere pter gratiā, ne vel ipsum prior det vt retribuat illi, ac sic gratia iam non sit gratia, dum non datur gratuito, sed redditur debita. Quid est ergo q̄ secundū modum vestrum, effectum voluntatis humanæ dona cœlestia me credideras nuncupasse, tanquā volūtas hominis sine dei gratia moueretur ad bonū, vt ei debitus à deo retribueretur effectus? Itane oblitus fueras nos cū scriptura dicēre contra vos, prepara tur voluntas à dño, vel quod in nobis deus operetur & velle? O ingrati grāæ dei, o inimici gratiæ Christi & solo vocabulo Christiani, Nonne pro inimicis suis orat Eccle- Esa. sia? Quid orat obsecro, si vt eis sanæ voluntatis retribuatur preciū, quid eis orat, nisi grande supplicium? Quod iam contra eos ēt, non pro eis. Orat aūtem pro eis. Non ergo quia est illis voluntas bona, sed vt cōuertatur in bonam voluntas mala, q̄n præparatur voluntas à domino. Et deus est. n. qui ait Apostolus, qui opat in vobis & velle. Sed acerbissimi gratię huius inimici exē pla nobis opponitis impiorum, quos dicitis alienos à fide abūdare virtutibus, in quibus sine adiutorio gratiæ, solum est naturæ bonum, licet superstitionibus mancipatū, qui solis libertatis ingenitæ viribus, & misericordes crebro, & modesti, & casti inueniuntur & sobrij. Hæc dicens ecce iam & illud quod gratiæ dei tribueras, abstulisti, ipsum scilicet voluntatis affectum. Non. n. istis velle eos esse misericordes, modestos, & castos, & sobrios, & ideo non esse quod nondum per gratiam fuerint consecuti, bonæ huius voluntatis effectum: sed si & esse voluerunt & sunt, iam in eis voluntatem & effectum voluntatis inuenimus, quid remanet quod gratiæ reseruemus in tam eui dentibus, quibus dixisti eos abundare virtutibus? Quanto satius si te impios ita laudare delectat, vt non audiens dicentem scripturam, Qui dicit impium iustū esse maledictus erit in populo, & odibilis in gentibus: etiam virtutibus veris eos p̄dices abūdare. Quāto, inquam, satius hæc ipsa in eis domina dei esse fatereri, sub cuius occulto D iudicio nec iniusto alijs tardissimi ingenij, Diuersæ ad intelligendum quodammodo plumbi, hominū alij obliuiosi, alij acuti memoresve nascuntur, alij vtroq; munere p̄diti, & acute intelligentes, & tenacissimæ memoriæ thesauro cognita recondentes, alij naturales, alij leuissimis causis ira facillima ardentes, alij ad vindictæ cupiditatem inter vtrosq; mediocres, alij spadones, alij in concubitu ita frigidi vt vix omnino moueātur, alij libidinosissimi, vt vix omnino teneantur, alij inter vtrosq; & moueri faciles, & teneri, alij timidissimi, alij audacissimi, alij hilares, alij tristes, alij ad nihil horum procliues, nec eorum quæ commemoraui aliquid instituto ac proposito, sed naturā, vnde medici audent ista tribuere temperationibus corporum. Quod si & probari, vel nulla existente, vel omni finita quæstione potuisset, nunquid sibi quisq; corpus cōdidit, & hoc eis tribuendum est voluntati, q̄ mala ista naturalia magis minusve perpetitur? Nā p̄rsus ea non propeti cum hic viuitur, nullo mō, nulla ratione quisquā pōt. Nec tamen siue maximus, siue minimus vrgeatur, fas est vt dicat ei qui se finxit quanuis omnipotenti iusto & bono, quare sic me fecisti? Et de iugo graui quòd ē supra filios primi Esa. 24. Adam, nemo liberat nisi secundus Adam. E Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis Eccl. 40 in impijs esse uirtutes, diuino muneri potius, q̄ eorum tribueres tūmodo volūtati, Rom. 9. licet ipsi hoc nesciant donec si ex illo sunt prædestinatorum numero accipiāt spiritū, qui ex deo est, vt sciāt q̄ à deo donata sunt eis. Sed absit vt sit in aliquo vera virtus, ni si fuerit iustus, Absit aūt vt sit iustus, vere, nisi viuat ex fide: iustus enim ex fide viuit. Quis porrò eorum qui se Christianos ha- Rom. 4. beri volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis ēt forte tu solus, iustum dixerit diabolo mācipatum? Sit licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus, quorum me nominibus tanquam in antiqua Romana curia loquēremur, putasti eē terrendum. Verum tui in hac causa & si ad scholā Pythagoræ prouōces vel Platonis, vbi eruditissimi atque doctissimi viri multo

to excellentiore cæteris philosophia nobilitate veras virtutes non esse dicebant, nisi q̃ menti quodammodo imprimuntur à forma illius æternæ immutabilisq́; substantiæ, ꝙ est deus, etiam illic aduersus te quantũ donat, qui nos vocauit, pietatis libertate clama
F bo. Nec in istis est vera iustitia, qua iustus
Rom.1. ex fide viuit. Fides ex auditu, auditus autẽ
Rom.10 per verbum Christi: finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Quomodo sunt vere iusti, quibus vilis est humilitas veri iusti? Quò.n. propinquauerunt intelligentia,
Rom.1. inde superbia recesserunt, quia cognoscẽtes deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, Dicentes.n. se esse sapientes, stulti facti sunt. Quomodo est in eis vera iustitia, in quibus non est vera sapientia? Quam si eis tribuemus, nihil erit causæ cur eos non
Sapiẽ.6. ad illud regnũ peruenire dicamus, de quo scriptum est, Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum. Ac per hoc Christus gratis mortuus ẽ, si homines sine fide Christi ad fidem veram, ad virtutem veram, ad iustitiam veram, ad sapientiam veram, quacũque re alia, quacunque ratione perueniunt.
Prorsus sicut de lege verissime ait Apostolus. Si per legem iustitia, ergo Christus gra
Galat.1 tis mortuus est: ita verissime dicitur, Si per
G naturam volũtatemque iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, Si per doctrinã hominum qualiscũque iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Per quod.n. vera iustitia, per hoc etiam regnum dei. Deus nanq; ipse, qđ abfit, erit iniustus, si ad eius regnũ verus non admittitur iustus, cum & ipsum eius regnũ iustitia sit, quemadmodum scri-
Rom.14 ptum ẽ, Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium. Porrò si veram iustitiã non habent impij, profecto nec alias virtutes comites eius & socias: quia cũ nõ ad suum referũtur authorem dona dei, hoc ipso mali his vtentes efficiuntur iniusti: si quas habent, veras non hũt, ac per hoc nec continentia siue pudicitia vera virtus ẽ impiorum. Tu vero tã male accipis, quod
1.Co.6. ait Apostolus, Nam qui in agone cõtendit, ab omnibus continens est, vt continentiam
Sapien.8 tam magnam virtutem, de qua scriptum ẽ, quod nemo esse potest continens nisi deus det: etiam choraulas & huiusce modi turpes infamesq́, personas habere cõtendas. Hi.n. quando in agone decertant, ab omnibus cõtinet vt corruptibilem coronam accipiant: à cuius tamen vana cupiditate non continent. Hæc.n. cupiditas vana ac per hoc prænua, vincit in eis & frenat alias prauas cupiditates, propter quod dicti sunt continentes. Sed vt grauissimã faceres iniuriam Scipionibus, continentiam qua in eis tanto elo
quio p̃dicasti, dedisti & lustrionibus, igno- H
rans Apostolum cum exhortaretur homines ad virtutem, sic exemplum de vitiosa hominum affectione sumpsisse, quemadmodum alio loco scriptura, cum ad amorẽ sapientiæ homines hortaretur, quærendã di-
xit esse sicut pecuniam. Nunquid propterea Prouer.8
sancta scriptura dicenda est laudasse auaritiam? Sed quia notũ est, amatores pecuniæ, quantis patiẽter laboribus doloribusq́; subdantur, à quantis se contineant voluptatibus, siue cupiditate augendi pecuniam, siue timore minuendi, quanta lucrum sagacitate sectentur, & prudenter damna deuitẽt, qua timeant plerunque aliena diripere, & aliquando sua sibi ablata contemnant, ne repetendo & litigando plus perdant: recte admoniti sumus sic amare sapientiam, vt eam nobis thesaurizare auidissime cupiamus, atq; vt nobis magis q́; acquiratur, nec alia qua ex parte minuatur, & perferamus molestias, & libidines refrenemus, & prospiciamus in posterum, & innocentiam beneficẽtiamq́; seruemus. Quod cum facimus, ideo veras virtutes habemus, quia verum est propter quod facimus, id est, hoc naturæ nostræ consentaneum est ad salutem & veram Quid sit
fœlicitatem. Non.n. absurde virtus definita virtus.
est, ab eis qui dixerunt, Virtus est animi habitus naturæ modo atque rationi consentaneus. Verum dixerunt, sed quid sit consentaneum liberandæ ac beatificandæ naturæ mortalium nescierunt. Neque.n. omnes homines naturali instinctu immortales beati esse vellemus, nisi esse possemus. Sed hoc summum bonum præstari hominibus non potest, nisi per Christum & hunc crucifixum, cuius morte mors vincitur, cuius vulneribus natura nostra sanatur. Ideoq́; iu-
stus ex fide Christi viuit, Ex hac.n. fide Rom.1
prudenter, fortiter, temperanter, & iuste, ac per hoc his omnibus veris virtutibus, recte sapienterq́; viuit, quia fideliter viuit. Si ergo ad consequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalem fides, quæ in Christo est vera, promittit, nihil prosunt homini virtutes, nullo modo veræ possunt

possunt esse virtutes. An placet tibi vt veras virtutes auarorum esse dicamus, cũ sollerterorum vias prudenter excogitant, cũ pro acquirenda pecunia sæua atq; aspera multa fortiter tolerant, cũ varias cupiditates quibus sumptuose viuit tẽperanter sobrieq́; ca
K stigant, cũ abstinent ab alieno, & de suo sæpe amisso contemnunt, quod videtur ad iustitiam pertinere, ne iurgijs & iudicijs plura consumant? Cũ.n. agitur aliquid prudenter, fortiter, tẽperãter & iuste, omnibus quæ tuor virtutibus agitur, quæ secundum tuã disputationem veræ virtutes sunt: sed ad cognoscẽdum vtrum veræ sint, hoc tantũmõ intuetur quod agitur, nec causa quærenda est cur agatur. Vnde ne tibi videar calumniari, ipsa tua verba iam ponam. Cuncta-
rũ, inquis, origo virtutũ in rationabili animo sita est, & affectus omnes per quos, aut fructuose, aut steriliter boni sumus, in subiecto sunt mentis nostræ, prudentia, iustitia, tẽperantia, fortitudo. Horũ igitur affectuũ
vis cũ insit omnibus naturaliter, inquis, nõ tamen ad vnum finẽ in omnibus propera, sed pro iudicio voluntatis, cuius nutui seruiunt, aut ad æterna, aut ad temporalia dirigũtur. Quod cum fit, non in eo quod fiunt, non in eo quod aguns, sed in eo solo variant quod merentur. Nec nominis sui
gentur, inquis, possunt, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetiuerunt præmij, aut amplitudine ditantur, aut exilio
rate fruſtrantur. Hæc vbi didiceris ne-
L ciosiam tũ cernis, vt arbitror, consequens esse, vt vera sit virtus auarorum: prudẽtia, qua excogitant genera lucellorum & thesaurorum: iustitia, qua grauium damnorũ
metu facilius sua nonnunquam conẽnunt, quã vsurpant aliquid alienum: & auarorũ tẽperantia, qua luxuriæ, qm̃ sumptuosa est, cohibent appetitũ, soloq́; necessario victu tegumentoq́; contenti sunt: & auarorũ for
titudo, qua vt ait Horatius, Per mare pauperiẽ fugiunt, per saxa, per ignes: qua denique cognouimus quosdam irruptione barbarica, ad ea prodenda quæ habebant nullis hostium tormentis potuisse compelli. Ergo virtutes istæ tali fine turpes atq; deformes, & ideo nullo modo germanæ veræq́; virtutes. Tibi tũ ita veræ videntur & pulchræ, vt nec nominis sui possint, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetiuerunt præmij exilitate fruſtrentur, id est, terrenorum commodorum fructu, non cœlestium præmiorum. Nec aliud erit q̃ vera iustitia Catilinæ, comprehendere multos amicicia, tueri obsequio, cũ omnibus cõmunicare quod habebat: & fortitudo vera erit eius, ꝙ frigus, famem, sitim, ferre poterat: & vera patientia, ꝙ patiens erat inediæ, algoris, vigiliæ, supra quàm cuiquam credibile est. Quis hæc sapiat, nisi desipiat? Sed videlicet homo cruditus eorũ vitiorum verisimilitudine falleris, quæ finitima videntur & propinqua virtutibus, cum absint ab eis M
q̃ longe absunt à virtutibus vitia. Nã sicut constantia est virtus, cui contraria est inconstantia: vitium est tũ ei quasi finitimum pertinacia, quæ constantiam videtur imitari, Quo vtinam vitio careas, cum hæc quæ dico vera esse cognoueris, ne tibi in errore velut amando constantiam, manendũ pertinaciter arbitreris: Ita omnibus virtutibus Vitia vir
non solum sunt vitia manifesta discretione tutibus
contraria, sicut prudentiæ temeritas: verum finitima
etiam vicina quodammodo, nec veritate, sed quadam specie fallente similia, sicut ipsi prudentiæ non temeritas vel imprudentia, sed astutia: quod tũ vitium est, quanuis in scripturis sanctis & in bono accipiatur ꝙ dictum est, Astuti vt serpentes: & in malo, quòd in paradiso erat serpens prudentissi- Mat. 10.
mus omnium bestiarum. Nec istorum vi- Gen. 3.
tiorum, quæ finitima virtutibus diximus, possunt omnium facile nomina reperiri, Verum & si non inuenitur quemadmodũ nuncupentur, cauenda sunt. Noueris itaq; non officijs sed finibus à vitiis descernen- A
das esse virtutes. Officium est autem quod Officiũ.
faciendum est: finis vero propter quod fa- Finis.
ciendum est. Cum itaq; facit homo aliquid vbi peccare nõ videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare cõ
uincitur, Quæ tu non attendens, fines ab officiis separasti, & virtutes veras officia sine finibus appellandas esse dixisti. Ex quo te tanta absurditas sequitur, vt veram cogaris appellare iustitiam, etiam cuius dominã repereris auaritiam. Siquidem manus abstinere ab alieno, si officium cogites, potest videri esse iustitiæ. Sed cum, quare fiat, & respondetur, ne plus pecuniæ litibus pereat: quomodo iam hoc factum veræ poterit esse iustitiæ, cum seruiat auaritiæ? Quales virtutes Epicurus induxit voluptatis ancillas, quæ omnino quicquid facerent, propter illam vel adipiscendam facerent vel tenendam. Absit aũt vt virtutes viræ cuiquam seruiant,

Psal.79. seruiant,nisi illi vel propter illum cui dicimus, Deus virtutum conuerte nos. Proinde virtutes quæ carnalibus delectationibus, vel quibusque commodis & emolumentis tẽporalibus seruiunt,veræ prorsus esse non possunt, Quæ autẽ nulli rei seruire volũt,

B nec ipsæ veræ sunt, Veræ quippe virtutes deo seruiunt in hominibus,à quo donantur hominibus. Deo seruiunt in angelis,à quo donantur & angelis. Quicquid autem boni fit ab homine,& non propter quod fieri debere vera sapientia præcipit, & si officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatũ est. Possunt ergo aliqua bona fieri, non bene faciẽtibus à quibus fiunt, Bonum est.n. vt subueniatur homini periclitanti, præsertim innocenti. Sed ille qui hoc facit,si amãdo gloriam hominum magis quã dei facit, nõ bene bonum facit: quia non bonus facit, quod non bona voluntate facit, Absit.n. vt sic vel dicatur voluntas bona, quæ in aliis vel in se ipsa,non in domino gloriatur. Nec esse fructum eius à quo sit bonum, nisi bona factum fuerit voluntate: sed dei opus bonum,à quo etiam per malos fit bonum: ac per hoc nec eius fructus iste dicendus est, quomodo arbor mala bonos fructus facere non possit, Arbor.n. mala bonos fructus non facit, sed potius bonum opus est illius, qui etiã per malos bene facit. Quapropter dici non potest quantum te fallat ista opinio,qua dixisti,omnes virtutes affectus esse, per quos aut fructuose,aut steriliter boni sumus. Fieri autem non potest vt steriliter

C Nõ sunt homines steriliter boni. sumus,sed bonum non sumus quicquid Arbor.n. bona bonos fructus facit,Absit autem vt deus bonus,à quo securis paratur,arboribus non facientibus

Matt. 3. fructum bonum,excidat & in ignem mittat arbores bonas. Nullo modo igitur homines sunt steriliter boni,sed q̃ boni nõ sunt, possunt esse alij minus,alij magis mali. Vnde & illi quos cõmemorare voluisti,de quibus ait Apostolus, Gentes legem non habẽ

Rom.2. tes sibi sunt lex, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis: quid te adiuuent omnino non video. Per hos.n probare conatus es,etiam alienos à fide Christi,veram posse habere iustitiam, eo q̃ isti teste Apostolo, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Vbi quidem dogma vestrum quo estis inimici gratiæ dei,quæ datur per Iesum Christum dominum nostrum,qui tollit peccatum mundi, euidentius expressisti: introducens hominum genus quod placere deo possit sine Christi fide lege naturæ. Hoc est vnde vos maxime christiana detestatur ecclesia. Sed quid vis esse istos? Vtrum veras virtutes habent & steriliter boni sunt, quia non propter deum: an etiam deo ex his placent, atque ab illo vitã remunerãtur æterna? Si iste riles dixeris, quid ergo eis prodest, q̃ secundum Apostolum defendẽt eos cogitationes D suæ, in die qua iudicabit deus occulta hominum? Si autem qui defenditur cogitatio Rom.2. nibus suis, eo q̃ naturaliter opera fecerint legis, non sunt steriliter boni, & ob hoc iuenient æternam mercedem apud deũ, pro culdubio propterea iusti sunt, quia ex fide viuunt. Nam testimonium illud quod ex Rom.1. Apostolo posui, Omne quod non est ex fide,peccatum est: sicut tibi visum est accepisti & exposuisti, nõ vt sapit, sed vt sapis, Decibis.n. Apostolus loquebatur. Verum cum dixisset, Qui autem discernit,si manducauerit damnatus est,quia non ex fide; hanc peccati speciem de qua agebat, generali voluit probare sententia, mox inferens, Omne.n. quod nõ est ex fide, peccatum est, Sed vt hoc tibi de cibis tantum intelligendum esse concedam: quod de alio dicturus es testimonio quod identidem posui, nec inde aliquid disputasti, quia non inuenisti quomodo in tuam posis detorquere sententia, quod ad Hebræos scriptum est, Sine fide.n. impossibile est deo placere? Nempe vt hoc Hebræ. diceretur, de tota vita hominis agebatur, in qua iustus ex fide viuit: & tamen cum sine Abac.2. fide impossibile sit placere, tibi virtutes si- E ne fide sic placent, vt eas veras, pdices, eisq; bonos esse homines: & rursus, quasi te pœnituerit laudis earũ, steriles pronunciare nõ dubites. Isti ergo qui naturali lege sunt An & iusti, aut placent deo, & ex fide placẽt, quia sine fide impossibile est placere: & ex quã si do vera de placent nisi ex fide Christi: quoniam si- iustitia cut legitur in Actibus Apostolorum, In il- posse eslo deus definiuit fidem omnibus, suscitans eum à mortuis. Ideoq; dicũtur sine lege naturaliter quæ legis sunt facere, quia ex gen- Acto. 3. tibus venerunt ad euangelium, non ex circũcisione, cui lex data est: & propterea naturaliter, quia vt crederent, ipsa in eis est F dei gratiam correcta natura: nec per eos potes probare quod vis, etiam in fideles veras posse habere virtutes: sunt quippe isti fideles: Aut si fidem non habent Christi, profecto nec iusti sunt, nec deo placent, cum sine fide

fide placere impossibile sit. Sed ad hoc eos in die iudicij cogitationes suæ defendent, vt tolerabilius puniantur, quia naturaliter q̃ legis sunt vtcunque fecerunt, scriptum habentes in cordibus opus legis hactenus, vt alijs non facerent quod perpeti nollẽt. Hoc tamen peccantes, q̃ homines sine fine, non ad eum finem ista opera retulerunt ad quẽ referre debuerunt. Minus.n. Fabricius quã Catilina punietur, non quia iste bonus, sed F quia ille magis malus: & minus impius quã Catilina Fabricius, non veras virtutes habendo, sed à veris virtutibus non plurimũ deuiando. An forte & istis qui exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem, & virtute ciuili, non vera, sed verisimili dæmonibus vel humanæ gloriæ seruierũt, Fabricijs videlicet,& Regulis,& Fabijs, & Scipionibus, & Camillis,cæterisq; talibus, sicut infantibus qui sine baptismate moriũtur, prouisurri estis aliquem locum inter dãnationem regnumq; cœlorum: vbi nõ sint in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui deo non placuerunt, cui fide placere impossibile est, quam nec in operibus nec in cordibus habuerunt? Non opinor perditionem vestrã vsque ad istam posse impudentiam prosilire. Erunt ergo, inquis, in damnatione sempiterna, in quibus erat vera iustitia? O vocem impudẽtia maiore præcipitẽ, Non erat, inquam, in eis vera iustitia, quia non actibus, sed finibus pensantur officia. Sed facete ac lepide homo elegantissimus & vrbanissimus, si dicantur, inquis, quia castitas infidelium castitas non est: eadem frõte dicẽ, quia corpus Paganorũ corpus nõ sit: & oculi Paganorum sensum non habeãt intuendi: & frumenta quæ in Paganorum nascuntur agris, frumenta non sint: & mulvt risum possint intelligentibus commouere. Non planè risum, sed fletum potius intelligentibus vester commouet risus, sicut mentibus amicorum sanorum, fletum commouet risus phreneticorum. Ita ne aut conuera scripturas sanctas infidelis animum fornicarij negas, aut esse in animo fornicante vera castitatem dicis, & rides & sanus es? Vnde, quomodo, qua ratiõne istud fieri potest? Prorsus nec illa est castitas vera, nec sanitas vestra, Prorsus, inquam, nec vera est castitas animi fornicantis, & vera insania est hominis dicentis hoc dedecus & ridẽtis, Nos autem absit vt dicamus q̃ corpus paganorum corpus non sit, & cætera huiusmodi. Neque.n. est consequens, vt si non est vera virtus qua gloriatur impius, non sit verum corpus quod operatur deus. Sed planè possumus dicere hæreticorum frontem non esse frontem, si non membrũ quod fecit deus, significare intelligamur frontis nomine, sed pudorem. Quid si non in eo ipso libro, cui respondisse te iactas, ante præstruerem, ne in hac sententia, qua dicimus, Omne quod non est ex fide, peccatum est, etiam illa intelligantur infidelium, quæ dona sunt dei, siue in animi, siue in corporis bonis? Ibi.n. sunt & ista quæ inaniter garris, corpus, & oculi, & membra cætera. In eo genere sunt etiam quæ in agris paganorum frumenta nascunt, quorũ deus creator est, nõ pagani. An non tu ipse inter cætera etiã ista verba mea posuisti, vbi dixi, Anima.n. & corpus & q̃cunque bona animæ & corporis natura liter insita, etiam in peccatoribus dona dei sunt, quoniam deus, non ipsi ista fecerunt? De his autem quæ faciunt dictum est, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Hãc breuem, sed vtique apertam sententiã meã si mente tenuisses, puto q̃ tam improbus non fuisses, vt nos posse dicere assereres, q̃a corpus paganorum corpus non sit: & oculi paganorum sensum non habeant intuendi: & frumenta, quæ in paganorum nascuntur agris, frumenta non sint. Vt.n. tibi tanquã de somno excitato eadem verba mea repetam, quæ tuæ memoriæ fortasis vt hæc diceres exciderunt, hæc etiam in peccatoribus dona dei sunt, quoniam deus, non ipsi ista fecerunt. De his autem quæ faciunt dictum est, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Sed cum insana dicis & rides, phreneticoes similis. Cum autem vera quæ dico abs te pauloante commemorata, & huic ipsi operi tuo quo mihi respondere videris, inserta, sic non attendis, sic obliuisceris, nõ iam phreneticis, sed lethargicis cõpararis. Mirari te dicis, q̃ tam excellens meum videlicet, sicut irridenter loqueris, non vidit ingenium quantum vos in hoc quoq; iuuerim, quia dixi alijs peccatis alia peccata vincuntur, Continuo quippe subditis atq; cõcludit is dicentes, Perfacile igitur studio sanctitatis, quod deus adiuuat, potest homo carere peccatis. Si.n. vincuntur, inquis, peccata peccatis, quanto magis possunt virtutibus peccata superari, Quasi nos negemus adiutorium dei tantum valere, si velit, vt

hodie nullas concupiscentias malas habere possimus, contra quas vel inuictissime dimicemus, Et tũ non fieri nec tũ negas. Cur ãt non fiat, quis cognouit sensum dñi? Nõ. tũ
Rom.11. parum scio, cum scio, quæcũq; illa causa sit, quod nec iusti dei sit iniquitas, nec omnipotentis infirmitas. Est igitur aliquid in eius abdito altoq; consilio, cur quandiu viuimus in hac carne mortali, est in nobis contra qđ mens dimicet nostra. Est etiam propter qđ
K dicamus, Dimitte nobis debita nostra. Sed
Matt. 6. vt tibi sic loquar tanquam homini homo, & talis homo cuius terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitãtem, nihil est in
Sapiẽ. 9 Qđ nihil sit in creaturis, quod attinet ad institutarum diuinitus merita naturarum, rationali mente
creatu ris p̃stantius rõnali mẽte. præstantius. Vnde fit consequens, vt mens bona magis sibi placeat, magisq; seipsa delectet, q̃ quæliber alia creatura. Quam vero periculose, immò pernicioſe sibi placeat, cum per hoc tumescit typho, & morbo inflationis extollitur, quandiu non videt sicut videbit in fine summum illud & immutabile bonũ, in cuius comparatione se spernat, sibiq; illius charitate vilescat, tantoque spiritu eius impleatur, vt id sibi nõ ratione sola, sed æterno quoq; amore p̃ponat, multum est disputando velle monstrare. Sapit hæc qui fatigatus fame reuertitur ad semetLuc.15. ipsum & dicit, Surgã & ibo ad patrẽ meũ. Vnde itaq; scimus, ne forte quia hoc superbiæ malum tunc animum tentare non poterit, & contra quod decertemus omnino nullum erit, qñ tanta satiabitur visione, & tanta inflãmabitur charitate superioris boni, vt ad seipsum sibi placendo deficere ab illius delectatione nõ possit: ideo factum est
L in loco infirmitatis huius, ne superbe viueremus, vt sub quotidiana peccatorum remissione viuamus? Propter quod superbiæ malum, nec Apostolus Paulus est arbitrio suo creditus, Sed quia nondum uenerat ad tãtam participationem superioris illius boni, vt illic iam non posset extolli, hic illi est
1.Co.12 angelus satanæ colaphizator ne hic vbi poterat extolleretur, appositus. Sed siue ista causa sit, siue alia quæ multo amplius me latet, tamen quod dubitare nõ possum, quãtumlibet proficiamus sub hoc onere corruptibilis corporis, si dixerimus, quia peccatum non habemus nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Propter quod &
1. Ioã.1. sancta ecclesia etiam in talibus suis membris, vbi maculam criminis & rugam non habet falsitatis, licet contradicente superbia vestra, non desinit deo dicere, Dimitte nobis debita nostra. Tu aũt quanta arrogãtia Matt.6. & de vestræ præsumptione virtute dixeris, Perfacile igitur studio sanctitatis, qđ deus adiuuat, p̃t homo carere peccatis: ille non agnouit, qui dogmata vestra nõ nouit. Nã & studium sanctitatis sine adiutorio dei vultis in hominis voluntate præcedere, quod merito deus debeat adiuuare, non gratis, & sic creditis hominem in hac erumnosa vita M posse carere peccatis, vt non in se hẽat quare dicat, Dimitte nobis debita nra. Quanuis aliquanto timidius id posuisse videaris, quia non dixisti, p̃t omnibus carere peccatis. Verum nec quibusdam dicere voluisti, sed tanquam tibijpse de nimia vestra præsumptione erubueris, ita sententiam temperasti, vt & vestra & nostra posset voce defendi. Nam si apud Pelagianos discutiatur, respondebitur ideo non dictum quibusdã, quia omnibus peccatis hominem carere posse dixisti. Si autem apud nos, & hic respondebitur, ideo nõ dictum omnibus, qñ quẽlibet hominem volueris intelligi, pro quibusdam peccatis necesse habere ventam postulare: sed qui scimus quid sentiatis, nescire non possumus, quomodo ista dicatis, Si gentilis, inquis, nudum operuerit, nunquid quia non est ex fide peccatum est? Prorsus inquantum non est ex fide pctm, non quia per se ipsum factum, quod est nudum operire, peccatum est: sed tali opere non in domino gloriari, solus impius negat esse peccatum. Quod vt intelligas, quanuis iam satis inde fuerit disputatum, tamen quia magna res est, adhuc paulisper auscultа. Ecce A eadem commemoro quæ ipse posuisti, Si gentilis qui non viuit ex fide, nudum operuerit, periclitantem liberauerit, ægri vulnera fouerit, diuitias honestæ amicitiæ impenderit, ad testimonium falsum nec tormentis potuerit impelli, quæro abs te, vtrũ hęc opa bona bene faciat, an male? Si enim quanuis bona, male tamen faciat, negare nõ potes eum peccare, qui male quodlibet facit. Sed quia cum non vis cum facit ista peccare, profecto dicturus es, & bona facit, & bene. Fructus ergo bonos facit arbor mala, quod fieri non posse veritas dicit. Noli præcipitare sententiam, diligenter considera quid te respondere conueniat. An dicis hominem infidelem arborem bonam? Placet ergo deo, Neque enim bono potest non

non placere quod bonum est. Et vbi erit
Ga. 11. quod scriptum est, Sine fide impossibile est deo placere? An respondebis, non inquantũ infidelis est, sed inquantũ homo est, arbor bona est? De quo ergo dñs ait, Non potest arbor mala bonos fructus facere: quandoq; dẽ quicũq; erit, aut homo aut angelus erit. Sed si homo, inquantum homo est arbor bona est, profecto & angelus inquãtum angelus, arbor bona est, Hæc.n. dei sunt opa, qui naturarum conditor est bonarũ, Ac p hoc nulla erit arbor mala, de qua dictũ est q̃ non possit facere fructus bonos. Quis infidelis ita fideliter sapiat? Non itaq; inquãtũ homo est, quod est opus dei, sed quantũ malæ uoluntatis est, quisq; arbor mala est, & bonos fructus facere non potest. Vide itaque vtrum infidelem volũtatem, audeas bonam dicere voluntatem. Sed forte dicturus es, Misericors volũtas bona ẽ. Recte istud diceretur, si quemadmodũ fides Chri, id ẽ, fides quæ per dilectionem operatur semper est bona, ita misericordia semper eẽt bona. Si aũt reperitur & misericordia mala, qua q̃ postremo rex Saul meruit a dño utiq; misericordẽ damnari, quia contra eius præceptũ captiuo regi per humanum pepercit affectũ, attentius cogita, ne forte misericordia bona non sit, nisi quæ huius bonæ fidei fuerit. Imo rũde vt hoc sine dubitatione perspicias, utrũ bonam misericordiam existimes infidelem. Porro si vitiũ est male misereri, proculdubio vitiũ est infideliter misereri. Quod si & ipsa per seipsam naturali compassione opus est bonum, ẽt isto bono male vtitur qui infideliter utitur, & hoc bonum malefacit, qui infideliter facit: qui autem male facit aliquid, profecto peccat. Ex quo colligitur, etiam ipsa bona opera quæ faciunt infideles, non ipsorum esse, sed illius qui bene vtitur malis. Ipsorum autem esse peccata quibus & bona male faciunt, quia ea non fideli, sed infideli, hoc est, stulta & noxia faciunt voluntate. Qualis uoluntas nullo Christiano dubitante arbor est mala, quæ facere non p̃t nisi fructus malos, id est, sola pctã, Omne.n. uelis nolis, quod nõ est ex fide, pctm est, Et ideo deus istas arbores non potest diligere, & si tales permanserint, disponit excidere, quia sine fide impossibile est placere. Sed ita hic immoror, quasi istas arbores non iam tu ipse steriles pronunciaueris. Quomodo igitur obsecro non aut iocaris in his disputationibus, aut deliras, qui sterilium fructus arborum laudas? Qui utique aut nullis sunt, aut si mali sunt, laudandi non sunt: aut si fructus boni sunt, profecto steriles arbores nõ sunt, imo & bonę sunt, quantum fructus boni sunt, & debent deo placere, cui bonæ arbores nõ possunt nisi placere, falsumque erit quod scriptum est, Sine fide impossibile est placere. Sed responsurus, quid nisi vana? Ego, in
Heb.11 D quis, steriliter bonos dixi homines, qui nõ pro pter deum faciendo bona quæ faciunt, non ab eo, uitã consequuntur æternam. Iustus ergo deus & bonus, bonos est in mortem missurus ęterñ? Piget iam dicere quã multa te sequantur insana talia sentientem, talia dicentem, talia scribentem, in talibus me q̃ similiter non desipiam velut censorie reprehendentem. Sed breuiter accipe ne forte cum in rebus ipsis tantum erres quantũ errari plurimum potest, uideat tecum certa re de verbis, Aut ergo intellige q̃ ait dominus, Si oculus tuus nequam est totus corpus
Matt.6. tuũ tenebrosum erit: si aũt oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit, & hunc oculum agnosce intentionem, qua facit quisq; qđ facit, & p hoc disce eum qui
Galat.5 nõ facit o pa bona intẽtione fidei bonæ, hoc est eius q̃ per dilectionem operatur, totum quasi corpus quod illis velut membris opẽribus constat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum. Aut certe qñ saltẽ concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad salutem sempiternam regnumque perducere, scito nos illũd bonum hominum dicere illam voluntatem bonam, illud opus bonũ, E sine dei gratia, quæ datur per unum mediatorem dei & hominum, nemini posse conferri per quod solum homo potest ad æternum dei donum regnumque perduci. Omnia proinde cætera quæ videntur inter homines habere aliquid laudis, videantur tibi virtutes veræ, videantur opera bona, & sine ullo facta peccato. Quod ad me pertinet, hoc scio, quia non ea facit voluntas bona. Voluntas quippe infidelis atque impia non est bona. Dicantur secundum te huiusmodi voluntates arbores bonæ, sufficit quòd apud deum steriles sunt, ac per hoc non bonæ. Sint inter homines fructuosæ interquos sunt & bonæ te authore, te laudatore, si vis ẽt p̃altatore, dum tũ illud velis nolis obtineam, q̃ amor

mundi,quo quisq; amicus est huius mundi non est à deo,amoreq; fruendi quibuscunque creaturis sine amore creatoris, non est à deo. Amor aût dei quo puenitur ad deũ, non est nisi à deo patre per Iesum Chm cum spiritu sancto. Per hunc amorẽ creatoris,bene quisq; utitur etiam creaturis.Hoc ergo amore opus est,vt bonũ beatificum sit & pudicitia coniugalis , vt sit eius intentio

F qũ vtitur coniugis carne non in voluptate libidinis,sed in voluntate propagationis.Si aût vicerit, & propter seipsam non pp filios propagandos fieri aliquid extorserit,& voluntas veniale peccatum fit propter nuptias christianas.

Cap. 4. Non aût dixi,quod interpositis alijs ex libro meo verbis me dixisse dixisti, ideo filios esse sub diaboli potestate,quia de corporũ commixtione nascuntur. Aliud est.n.dicere , de corporum cõmixtione nascuntur: aliud,quia de corporũ commixtione nascũtur.Nõ autẽ ibi causa mali est, quia de corporũ commixtione nascuntur.Neq;.n.etiã si natura humana primorum hominũ peccato vitiata nõ esset,possent filij nisi de corporũ commixtione generari.Sed ideo sub diaboli potestate sunt,qui de corporũ commixtione nascuntur, anteq̃ per spiritum renascantur,quia per illã nascuntur concupiscentiã,qua earo concupiscit aduersus spiritum,& aduersum se cogit concupiscere spiritum, Quæ pugna bona & mali nulla eẽt sinemo peccasset.Sicut autem ante hominis iniquitatem nulla erat,ita post infirmitatẽ nulla erit.

Galat.5. Cap. 5. G Salusti⁹ in prologo Catili. Sed alia rursus mea uerba proponis, & copiosissime disputas, quoniam ex imparibus bonis cõpositi sumus, animum corpori debere dominari.Quorum alterũ nobis cũ diuinis alterum cum beluis commemoras esse cõmune.Et ideo id quod est melius,id est,animũ virtute præditum dicis & membris corporis bene,& cupiditatibus imperare.Nec consideras,cp cupiditatibus non sic imperatur vt membris. Cupiditates.n.malæ sunt,quas ratione frenamus, cõtra quas mente pugnamus.Membra vero bona sunt q̃ voluntatis mouemus arbitrio,exceptis genitalibus, quanuis & ipsa ex dei opere bona sint. Quæ ideo pudenda dicuntur, qa plus in eis mouendis potestatis habet libido, quam ratio. Quæ tamen non finimus perpetrare quo prouocat ipsa commotio, cum membra cætera facili tenemus imperio. Quando autem male vtitur hõ membris bonis, nisi quando consentit eis, quæ Quãdo in nobis habitant cupiditatibus malis? In hõ mem quibus libido cæteris turpis est, cui nisi re- bris maesistatur, horrenda immunda committit. le vtatur Quo malo bene non utitur, nisi sola pudicitia coniugalis . Hæc autem libido ideo malũ non est in beluis,qm̃ non repugnat rationi qua carent. Cur aût non creditis hominibus in paradiso constitutis ante peccatum,diuinitus potuisse concedi, ut tranquil H la motione & coniunctione vel commixtione membrorum sine ulla libidine filios pro crearent:aut in eis saltem libido talis esset, cuius motus nec præcederet nec excederet uoluntatem? An uobis libido parũ est quia placet,nisi & talis placeat, quæ nolentes ẽt repugnantesq; solicitet? De qua Pelagiani quidem etiam litibus gloriantur tanquam de aliquo bono , sed eam sancti gemitibus confitentur,vt liberentur a malo.

Ridenda contrarietate me dixisse calum Cap. 6. niaris,alios reos ex bono , alios sanctos ex malo opere, quoniã dixi nuptiarum bonũ homines infideles infideliter utendo,in malũ peccatumq; conuertere.Eoq; modo concupiscentiæ malũ conuertere fidelium nuptias in vsum iustitię. Ac per hoc nõ dixi- lios reos ex opere bono,sed ex opere malo, quo male vtuntur bonis.Nec alios sanctos ex opere malo,sed opere bono,quo bene vtuntur malis.Si non vis intelligere,aut si te fingis non intelligere,noli obstrepere volẽtibus & valentibus intelligere.

Si aliquis malus condi posset, inquis,nũ Cap. 7. quã in bonum ablutione transiret. Eo modo dicteres corpus quod mortale conditum est, fieri immortale non posse: & tamen vt illud, ita & hoc falsum diceres.Nõ.n.deus malũ condidit,cum hominem condidit.sed bonũ qd̃ ipse cõdidit:malũ trahit ex peccato quod ipse non condidit: & sanat hoc malũ quod ipse non condidit , in bono quod condidit. Cum aût nos non dicamus dæmones institũisse cõnubiũ, nec seminale sexus utriusque mixtionem , nec diabolicum opus esse causa generandi concubitum coniugum,quoniam hæc omnia deus instituit, & possent esse sine concupiscentię malo, si vulnus præuaricationis unde sequeretur discordia carnis & spiritus, inflictum non fuisset a diabolo . Nonne te respicis, & de tua garrula loquacitate, qua inania fabulatus es, erubescis, quod scilicet deprehendant dæmones in concubitu coniugatos, & tanquã in sua operatione deprehensos, non sinant generare filios regeneratione liberandos. Quasi diabolus si cp vellet facere, nõ ipsos maiores impios adhuc in eiusdem diaboli positos potestate qñ cognosceret disponere fieri Christianos,cõtinuo suffocaret.Non est ergo consequens,vt parẽtibus regenerandos generãtibus & propter hoc concũbentibus dæmones minaciter ac terribiliter cõtradicant,sicut tibi ipse cõfingis: quia p vulnus à diabolo inflictum , in quo claudicat genus humanum,aliquid creante deo gignitur,quod ex Adam trãsferatur ad Christum : cum legio dæmonũ,nec porcos in potestate habere potuerit,nisi petẽtibus permitteret Christus , & nouerit etiam de ipsis quos eũ facere permittit,diaboli persecutionibus coronas suscitare martyribus , utens bene omni genere malorum ad vtilitatem bonorum.Sed in illis quoq; coniugibus,qui filiorũ regenerationem,vel non cogitant,vel ẽt detestantur, bonũ opus est nuptiarum generandi causa , cõmixtio legitima sexuum,cuius operis fructus est ordinata susceptio filiorũ , quanuis eo bono male utãtur,& in eo peccent, cp de impia vel propaganda vel propagata prole gloriantur . Homines.n.qualibet peccati cõtagione vel perpetratione polluti,inquantum homines sunt,bonũ sunt, & iõ bonum est vt nascantur,quia bonũ sunt, Nec tñ vt gignantur, iõ adulteria vel quæq; stupra facięda sunt, ad q̃ nos absurditatem putas posse compelli,quia nuptias de malo libidinis, bonũ pro lis dicimus operari . Sed nullo mõ ex hac nostra vera rectaq; sententia illud peruersum falsumque conficitur. Neq; enim qa dns ait, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ideo adhuc addere iniquitatem debemus,& furta rapinasq; commitere, vt plures pauperes sanctos misericordia largiore pascamus . Sicut ergo de mammona iniquitatis faciendi sunt amici,qui recipiãt in tabernatula æterna:ita coniugibus de plaga peccati originalis gignendi sunt filij,qui in vitam regenerantur æternam. Et quemadmodum furta,fraudes, depredationes ad faciendæ non sunt,vt per iniquitates aucta pecunia plures amici iusti inopes comparentur:sic adulteria , stupra , fornicationes malo cũ quo nati sumus addenda nõ sunt, vnde filij numerosiore stirpe nascantur.

Aliud quippe est malo bene vti, quod iam inerat:& aliud est malum perpetrare, quod non erat. Illud.n.est de malo tracto ex parentibus voluntarium bonum facere: hoc vero est malum à parentibus tractum alijs malis iam proprijs & voluntarijs augere . Sanè interest cp mammona iniquitatis cũ laude indigentibus erogatur : carnalis autẽ concupiscentia laudabilius continentiæ virtute frenatur , quàm fructibus impenditur nuptiarum. Tam magnum est enim malũ eius,vt eo non vti,quàm bñ vti sit melius .

Alia deinde mea verba pponis,& mul- Cap. 8. tum aduersus ea nihil dicis,replicans quædam quæ superiore disputatione consumpta sunt . Quæ si & ego repetere velim,qs erit finis? Inter quæ dicis ẽt illud vestrũ cõtra Christi gratiam , sæpe à vobis inaniter dictum , quod scilicet appellatione gratiæ, bonos fieri homines fatali necessitate dicamus , cum vobis ora obstruant & linguas premant,qui loqui nondum valent. Cum enim loquacissime laboretis astruere ac psuadere,quod Pelagianus in Palęstinorum Episcoporum cognitione damnauit, gratiã dei secundũ merita nostra dari,nulla tñ merita potestis asserere paruulorum,per quæ discernantur,qui eorum in die filios adoptantur, ab eis qui sine huius gratiæ consecutione moriuntur . Calumniaris me dicere nihil studij expectari ab humana voluntate debere,contra illud euangelicum quo ait dominus, Petite, & accipietis.quærite & in- Matt. 7. uenietis : pulsate & aperietur vobis . Omnis enim qui petit accipit , & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur . Ibi enim uos vt video , ponere iam cœpistis merita gratiam præcedẽtia,quod est petere,quærere, pulsare, vt his meritis debita illa reddatur , ac sic gratia inaniter nuncupetur,tanquam gratia nulla præcesserit,& cor tetigerit, vt A beatificum bonum peteretur à deo,vt quæreretur deus,vt pulsaretur ad deũ, frustraque sit scriptum , Misericordia eius præueniet me.Frustra etiam nos pro inimicis nostris iubeat orare,si non est eius auersa , & aduersa corda conuertere. Sed ponis apostolicum testimonium,& ab eo dicis pulsantibus aperiri , qui omnes homines vult saluos fieri,& in agnitionem veritatis venire, vt videlicet intelligamus docentibus vobis ideo non omnes saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, quia ipsi nolũt petere, cum deus velit dare:nolunt quærere, cum deus velit ostendere:nolunt pulsare,

Psal. 58. 1. Ti. 2.

cum deus velut aperire. Sed hunc sensum uestrum infantes illi ipsa sua taciturnitate conuincunt, qui nec petunt, nec quærunt, nec pulsant, immò etiam cum baptizantur reclamant, respuunt, reluctãtur, & accipiũt tũ, & inueniunt, pulsant & aperitur eis, & intrant in regnum dei, vbi sit eis æternitatis salus & agnitio veritatis, lõge pluribus infantibus in istam gratiam non adoptatis ab eo, qui vult oẽs homines saluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Quibus dicere non potest, volui & noluistis, quia si voluisset, quis eorũ qui nondũ habent voluntatis E suæ arbitrium, voluntati eius omnipotentissimæ restitisset? Cur ergo non accipimus quod dictum est, Qui oẽs vult homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, Rom. 5. qũo & illud accipimus, quod idẽ dixit Apostolus, Per vnius iustificationem in oẽs homines ad iustificationem uitæ? Hos. n. oẽs vult deus saluos fieri, & in agnitionem veritatis uenire, in quo oẽs per vnius iustificationem gratia peruenit ad iustificationem vitæ, ne dicatur vobis, Si deus vult oẽs homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, sed ideo non veniunt quia ipsi nolunt: cur tot milia paruulorum non percepto baptismate moriuntur, non veniunt in regnum dei, vbi certa est agnitio veritatis? Nunquid aut homines non sunt, vt nõ pertineant ad id quod dictum est, oẽs homines? Aut aliquis poterit dicere, deus quidẽ vult, sed ipsi nolunt, qui nundum velle seu nolle ista nouerunt, quando nec i j, qui paruuli baptizantur atq; moriuntur, & per illam gratiam ad agnitionem veritatis quæ in regno dei est, certissimam veniunt, ideo veniunt, quia ipsi renouari Christi baptismate uoluerunt? Cum ergo nec illi propterea non baptizentur, quia noluerunt: C nec isti propterea baptizentur quia nolũt, cur deus qui vult oẽs homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis venire, tam multos in regnum suum, vbi est certa veritatis agnitio, qui nullo ei resistunt voluntatis arbitrio, patitur non uenire? Nisi forte dicturus, ideo paruulos non in eorum numero deputandos, quos deus oẽs vult saluos fieri, quia ea salute, quæ hic intelligenda est, salui sunt ipsi, nihil trahentes omnino peccati. Atq; ita te intolerabilior sequetur absurditas. Isto. n. modo beneuolentiorẽ facis deũ omnibus impijssimis & sceleratissimis hominibus, q̃ innocẽtissimis & purissimis ab omni labe peccati. Qũquidem illos, quia vult eos oẽs saluos fieri, vult etiam intrare in regnum suum. Hoc est. n. illis consequẽs si salui fuerint: sed qui nolunt, ipsi sibi obsunt. Immensum vero numerũ paruulorũ, qui sine baptismate moriuntur, suo reg no adijci non vult, quos neq; ulla peccata sicut putatis impediunt, & quod nullus ambigit, eius resistere voluntati contraria voluntate non possunt. Sic fit, ut esse Christianos oẽs velit, quorum multi nolunt non oẽs uelit, quorum est nemo qui nolit. Quod abhorret à vero. Nouit dominus q̃ sunt eius: & in eorum salute atque in suum regnum D introductione certa est voluntas eius. Sic ergo debet intelligi quod dictum est, Omnes homines vult venire, quemadmodum intelligitur quod dictum est, Per vnius iustificationem in oẽs homines ad iustificationem vitæ. Quod apostolicum testimoniũ si eo modo intelligendum putas, vt dicas omnes positos esse pro multis, qui iustificantur in Christo, multi quippe alij non viuificantur in Christo. Respondebitur tibi sic etiam illic vbi dictum est, oẽs homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: oẽs positos esse pro multis, quos ad istã gratiam vult venire. Quod multo conuenientius propter hoc intelligitur dictum, quia nemo venit, nisi quem venire ipse uoluerit. Nemo põt venire ad me, inqt filius, Ioan. 6. nisi pater, qui misit me traxerit eũ. Et, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Omnes ergo qui salui fiunt, & in agnitionem veniunt veritatis, eo volente veniunt. Quia etsi nondum, sicut paruuli vtuntur voluntatis arbitrio, eo uolente regenerantur, quo creante generant. Et qui iam vtuntur voluntatis arbitrio, nisi eo volente ac subueniente à quo præparatur voluntas, velle non possunt. Vbi si dixeris mihi, Cur ergo non conuertit omnium nolentium voluntates? Respondebo, Cur non omnes morituros adoptat lauacro regenerationis infantes, quorum adhuc nullas, & ideo nec contrarias inuenit voluntates? Si hoc profundius esse perspicis, quàm vt abs te valeat inueniri, vtrique nostrum profundum sit, cui & in maioribus & in minoribus deus velit alteri, & nolit alteri subuenire, dum tamen certum & immobile teneamus, non esse iniquitatem apud deum, qua quenquam sine malis meritis damnet: & esse bonitatem apud deum,

deum, qua multos sine bonis meritis liberet demonstrans in eis quos damnat, quid omnibus debeatur: vt hinc discãt quos liberat: quę sibi pœna debita relaxetur, & quæ in debita gratia condonetur. Hæc ut Christianis cordibus conuenit cogitare nescitis & uos potius secundũ vestram suiam fato ista dicitis fieri. Vestra quippe non nostra sententia est, fato fieri quod merito non fit. Et ne secũdũ istam diffinitionem fato fiant hominibus, si meritis non fiant, quæcunq; fiunt, ideo meritas vel bona vel mala quan F tũ potestis asseritis. ne fatum sit cõsequens, si merita megaretis, Ac per hoc dicitur uobis, si ea quæ nullis meritis præstantur hominibus, fato fieri iam necesse est, & ideo merita astruenda sunt, ne fatum sit consequens: si merita non sunt, fato intrant in regnum dei paruuli, quorum bona merita nulla sunt. Et rursus, Fato non baptizãtur, fato non intrant in regnum dei paruuli, quorum mala merita nulla sunt. Ecce pusilli qui fari nequeunt, vos potius assertores fati esse conuincunt. Nos autẽ cum uitiatæ originis mala merita esse dicamus, gra dicimus intrare paruulum in regnũ dei, quoniam bonus est deus: & alium merito non intrare, quoniam iustus est deus, & in neutro esse fatum, quoniã quod uult facit deus. Sed cũ sciamus an eo, cui misericordiam & iudicium fideli voce cantamus, istum secũdum iudicium damnari, illum secundum misericordiam liberari: cur istum potius, q̃ illum damnet, aut liberet, nos qui sumus q respondeamus deo? Nunquid dicit figmen tum ei qui se finxit, quare me sic fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadẽ massa originis uitiatæ atq; damnatæ facere G aliud uas in honorem secundum misericordiam, & aliud in cõtumeliam secundum iudicium? Ideo non utrunq; in honorem, ne hoc meruisse se existimet tanquã inculpata natura. Ideo non utrunq; in contumeliam vt iudicio superexultet misericordia: Ac p hoc nec damnatus ex debito, de supplicio iuste quæritur, nec liberatus gratis, de merito superbe gloriatur, sed potius humiliter gratias agit, quando in illo a quo debitum exigitur, quid in eadem causa sibi donetur agnoscit. Asseris me in alio libro meo dixisse, negari liberum arbitrium, si gratia commendetur: & iterum negari gratiam, si libertum commendetur arbitrium calumniatis. Non hoc a me dictum est, sed propter ipsius quæstionis difficultatem uideri hoc potest dictum esse & putari. Non est multum, ut ipsa verba mea ponam, unde videãt qui hæc legunt, quemadmodum scriptis meis insidieris, & qua conscientia, vel tardis, vel ignaris cordibus abutaris, vt ideo te existiment respondere, quia non vis tacere. In nouissimis enim partibus primi libri mei ad sanctum Pinianum, cuius est titulus, De gratia dei contra Pelagium: Ista, in quam quæstio, ubi de arbitrio voluntatis & dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, vt quando defenditur liberũ arbitrium, negari dei gratia uideatur: quando autem asseritur dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: & cætera. Tu autem vir honestus & verax, abstulisti verba quæ dixi, & dixisti quod ipse finxisti. Ego enim dixi, istam quæstionem ad discernendum esse difficilem, non autem dixi non posse discerni. Multo minus ergo dicerem quod me dixisse mentiris, negari liberum arbitrium, si gratia commendetur: & negari gratiam, si liberum commendetur arbitrium. Redde verba mea, & uanescet calumnia tua. Repone suis locis, vbi dixi, videatur tibi dixi, putetur, ut appareat de re tanta quibus abs te fraudibus disputetur. Non dixi negari gratiam, sed ut negari gratia uideatur. Non dixi negari arbitrium liberum uel auferri, sed dixi vt putet auferri, Et promittis cũ libri ipsi uentilari cœperint, q̃ abs te illa sententiarũ mearũ & nudabitur & confodietur impietas. Quis nõ expectet sapiẽtiã differentis, qui fidem cognouerit mẽtiẽtis? Quid est aũt quod loqueris nihil pertinere ad laudem gratiæ si id donet suis, quod peccata impijs largiũtur? Propter pudicitiã. s. cõiugalem, quã tibi habere uidentur & impij. Homo contentiose, virtus donatur uera per gr̃am, nõ quæ uocatur, & non est. Vt quid aũt pudicitiam & uirginitatem quasi eiusdem generis iũgis? Pudicitia est res animi, uirginitas corporis. Deniq; illa integra in animo permanente, potest ista de corpore violenter auferri, Et cum ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciuiæ voluntate corrumpi. Propter quod ego non dixi verum coniugium, siue viduitas, siue virginitas, sed uera pudicitia, siue coniugalis, siue vidualis, siue virginalis, ducenda non est, nisi quæ veræ fidei mancipatur. Coniuges enim & viduæ & uirgines possunt esse, & pu-

Augustinus li. 1. de gratia dei contra Pelagium. cap. 47. H

I Differũ pudicitia & uirginitas.

dicæ non esse,si contumacia voluntate mœchantur,si spiritu impuro stupra perpetranda decernunt. In quibus tũ verâ pudicitiã dicis esse, & si animo fornicentur, quod facere oẽs impios eloquia diuina testantur. Quis aũt nostrũ dicit coniugalium membrorum malũ esse cõsertum, in quo nuptię bene vtuntur ad propagandos filios concupiscentiæ malo? Quæ concupiscentia malũ non esset, si sola generandi causa ad licitum concubitum moueretur. Nunc vero cum ei resistit coniugalis pudicitia,limes est mali,& ideo bonum est, Vnde non crimẽ eius sicut calumniando loqueris, impunitum fit

K per religionem,quia nullius est criminis,qũ per fidei bonum bene vtitur libidinis malo. Neque hic dici potest vt putas faciamus mala vt veniant bona,quia ex nulla sui parte malum sunt nuptiæ. Non enim earũ mãlum est, quod in hominibus quos parentes gignunt,non fecerunt, sed inuenerunt. In primis autem coniugibus,qui ex nulla parẽtibus nati sunt, per peccatum accidit carnalis concupiscentiæ discordiosum malum, quo nuptiæ bene vterentur, non per ipsas nuptias,vnde merito damnarentur. Quid ergo quæris, vtrum in coniugibus Christianis conuentum voluptatem, pudicitiam,an impudicitiam nominem? Ecce respondeo, non ipsa nominatur pudicitia, sed eius mali vsus bonus,quo vsu bono fit,vt illud malum,nec impudicitia dici possit. Impudictia est enim eiusdem mali usus flagitiosus: sicut pudicitia virginalis eiusdem mali vsus nullus. Salua igitur pudicitia coniugali,malum de malo nascendo trahitur, quod renascendo purgetur. Sed si propter hoc,inquis, libidinis malum etiam de coniugibus Christianis proles criminosa profertur,sequitur vt pudicitia virginalis sit fœlicitatis illatrix. Et quia in impijs inuenitur,inquis,antecellunt infideles pudicitiæ virtute sublimes, Christianis libidinis tabe pollutis.

L Non est ita vt dicis, multum falleris. Nec libidinis enim tabe polluuntur, qui libidine bene vtuntur, quanuis generent libidinis tabe pollutos, & ideo regenerandos. Nec in impijs inuenitur pudicitia virginalis, quanuis inueniatur virginitas carnis, quia vera pudicitia non potest haberi in animo fornicante, Ac per hoc non anteponitur virginale bonum impiorum, bono coniugali fidelium. Sed coniuges bene vtentes malo, anteponuntur virginibus male

Quid sit impudicitia & pudicitia virginalis.

vtentibus bono. Et ideo cum fideles coniugati bene vtuntur malo libidinis, non apud eos vt calumniaris pp fidem exercetur impunitas criminis, sed in eis propter fidẽ veram non falsa uirtus est castitatis. Quid aũt ad nos pertinet, quia Manichæos dicere affirmas, si quis homicidium conscientia formidante commiserit, reus est, quia timuit, si aũt aliquod facinus exultante perpetrauerit audacia, velut credens se ex fide facere quod male facit,euasit culpã? Quod quidẽ nunquã audiui dicere Manichæos. Sed ad nos,siue dicant, siue etiã ipsis calumnieris:cum hoc catholica fides non dicat, quã tenemus,& cuius te põdere vrgemus. Nos M enim ea quæ videntur opera bona, dicimus non esse vere bona sine fide, qñ opera vere bona necesse est deo placere, cui sine fide, quia impossibile est placere profecto quod vere opus est bonum, sine fide non potest esse. Veruntamẽ illa opera quæ apertissime mala sunt,non facit fides, quæ per dilectionem operatur: quia dilectio proximi malũ non operatur. Bona igitur concupiscentia naturalis,inquis,erubescis.n.dicere carnalis quæ cum intra modum suum tenetur,inq; nulla mali aspersione tenebatur. Quomodo tenetur intra modum suum quæso te, qũo tenetur,nisi cum ei resistitur? Cur aũt resistitur, nisi ne impleat desideria mala? Quomodo est igitur bona?

Venisti etiam ad verba illa libri mei vbi Cap. 3. dixi,Nonne illic coniuges primi, quorum nuptias benedixit deus,dicens, Crescite & Gene.1. multiplicamini, nudi erant, & non confundebantur? Cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia extitit illic indecens motus, quem nisi homines peccassent,proculdubio nuptiæ nõ haberẽt? Hæc verba mea cum videres scđm scripturas ita posita,vt quicunq; eundem locum libri Geneseos legit aut legerit, approbet sine dubi tatione qđ dixi,prolixa contradicendi dispu A tatione multum sudasti, sed non sincerasti. Perstitisti quippe in sententia tua praua, quanuis meã rectam ipso experimẽto probares non abs te potuisse conuelli. In qua tua contradictione prætereo gestus & iactationes tuas, tanquã hominis anhelantis & peruenire quo nititur nõ valentis, & in nebulis tũ quas perturbatus offundit, se peruenisse fingentis. Sed necessarios articulos sermonis tui,quantum me adiuuat dñs,cõprehendo atque confringo, vt totum corpus

pus victum iacere conspiciat,qui & illa tua & hæc nostra perlegerit, pstertim quia illa, quæ abs te multis modis repetuntur,etiam à nobis sæpe destructa sunt. Dicis hic inter cætera, in hoc qp post peccatum primi homines erubescentes membra illa in quibus est libido texerũt,inuenisse me vnde psuaderẽ,deũ aerea cõstituisse cõiugia. Si ergo aerea cõiugia cẽnt sine libidine, aerea erũt te authore corpa,qũ libido nõ erit. An istã libidinẽ sic amatis, vt qũo eã prius añ peccatum in paradiso positis,ita etiam resuscitatis corporibus ingeratis? Ego autem non B dico vt me dicere affirmas,naturale non esse sine quo natura non est, sed dico naturale appellari vitium,sine quo nũc natura humana non nascitur,quæ tamen sic instituta est ab initio, Ideoq; & hoc malum non ab illa prima institutione naturæ, sed à primi hominis mala volũtate originẽ ducit. Nec permanebit, sed aut damnabitur,aut sanabitur. Sententiam meam cimicem dicis,qui vt molestiam viuus,sic fœtorem præstat attritus,quasi verecũderis,vt loqueris,vincẽdo me atterere, vel tanquam victus ad loca vt dicis,cænosa cõfugerim, exhorreas consequi atque perimere, quia videlicet partes disputatiõis tuæ,quibus atterẽdus vel perimendus sum, qñ de pudendis loqui cogeris,velut qdam ædituus pudor tuus à verborum sicut perhibes libertate submouit. Quare non potius de bonis quæ laudas,libere loqueris? Quare non est de opere dei verborum libertas, si eius intemerata permanet dignitas, nec aliquid ibi egit peccatum,vnde potius incuteret pudorẽ, & ver- 343 borum comprimeret libertatem? Si nõ sunt, inquis,nuptiæ sine libidine, & generaliter à vobis libido damnatur, damnatis & nuptias. Posses dicere,quia damnabitur mors, omnes damnandos esse mortales. Si autem libido de connubio esset, profecto ante cõnubium vel præter connubium nulla esset. C Nõ potest, inquis,dici morbus sine quo nõ est connubium, quia potest esse connubiũ præter peccatum. Morbus autẽ,inquis,ab Apostolo peccatum dicitur. Sed respondetur tibi, Non omnis morbus peccatum dicitur. Iste autem morbus pœna peccati est, sine qua non potest esse humana natura,nõdum ex omni parte sanata. Si autem propterea libido malum non est, quia sine illa nõ fit nuptiarum bonum: econtrario nec corpus bonum est,quia sine illo non fit adulterij malum. Hoc autem falsum est, sic ergo & illud. Quis autem nescit coniugatis Apo 1. The. 4 stolum præcepisse,vt sciret vnusquisque eorum suum vas possidere, hoc est, vxorem suam, non in morbo desiderij,sicut gentes quæ ignorant deum. Qui ergo de hac re Apostolum legit,te negligit. Et non erubescis istum morbum,vel quod tu quãuis pudibundus fateris, istam libidinem introducere in paradisum, & tribuere coniugibus ante peccatum? Ideone tu non in cœno absconditus latitas:quia libidine carnis & sanguinis quasi paradisi flore roseo te coronas, & tanquam libenter tali colore perfusus, & erubescis,& laudas.

Quid quod te tantum delectat loqui, vt Cap. 11. quod confitemur & docemus,tanquam ne D gemus superflua prolixitate sermonis probare coneris? Quis.n.negat futurum fuisse cõcubitum, etiam si peccatum non præcesisset? Sed futurus fuerat,sicut alijs membris, ita etiã genitalibus voluntate motis,non libidine concitatis,aut certe etiam ipsa libidine, vt nõ vos de illa nimium contristemus, non qualis nunc est,sed ad nutum voluntarium seruiente. Verum vos pro suscepta vestra tam fideliter laboratis,vt vim patiamini,nisi eam qualis nunc est etiam in paradiso collocetis,non ibi de peccato dicentes talem factam, sed talem nullo peccante fuisse mansuram, cum qua in illa pace dimicaretur,aut ne dimicaretur quotiensc̃uque surgeret expleret. O sanctas paradisi delitias, O frõtem qualiumcunque Episcoporum, O fidem qualiumcunque castorum.

Sed volens ostendere non omnia quæ te Cap. 12 gũtur, ex peccato erubescenda putari oportere, multum inhianter multa commemoras, quæ in nostro corpore naturaliter tecta sunt, quasi post peccatũ tecta sint, sicut illi homines vnde inter nos quæstio est, q̃ ante peccatum nec pudenda, nec tecta fuerant,post peccatum pudenda texerunt. Bal- E bus, inquis, apud Tullium cum Cotta vere diligenterq; differuit, Vnde ob hoc parca ponis,vt dicis, vt oneres pudorem meũ, non ea me intellexisse sub magisterio sacrę legis,ad quorum notionem gentiles solo rationis ductu peruenire potuerunt,& ponis Balbi verba ex Ciceronis libro, p quę nos doceas,quid senserint Stoici de animalium mutorũ masculinis ac fœmininis diuersitatibus de partibus corporis, genitalibus,& miris cõmiscendorum corporũ libidinibus.

Quæ

Quæ tũ verba vel Tulliana, vel cuiuslibet alterius antequã interponeres cautissime p̃ locutus es, q̃p iõ sub bestiarum occasione se xuum tangat affectum, qa pp honestatem hoc in hominis descriptione pterijt. Quid est pp honestatem? An in sexu hominis honestas cõfundit, vbi deus tanquã in excellẽtiore natura dignius operat? Sed docuerũt te Stoici disputare de occultis, nec docuerunt erubescere de pudendis. Adiungis deinde qũo ipsum hominem oratione depingat vt dicis, & qũo differat alui naturã stomacho esse subiectam, & cibi & potionis sit receptaculũ: pulmones aũt & cor extrinse-
F cus spiritum adducant, multa in aluo mirabiliter effecta, quæ constarent ex neruis, & q̃p sit multiplex & tortuosa, arceatq; & cõtineat, siue illud aridum sit, siue humidum quod receperit, & cætera huiusmodi vsque ad illud quemadmodum reliquiæ cibi depellantur, tum à stringentibus se intestinis, tum relaxantibus. Cum ergo posset etiam in bestijs ista describere, cur inde ad hominem transitum fecit, nisi quia ista pudenda nõ sunt: sicut nec in bestijs illa de sexuum genitalibus atque naturis: quæ tũ in homine pudenda sunt? Ea causa vtique, qua primitus post peccatũ folijs ficulneis adoperta sunt. Nam cum in descriptione humani corporis vsq; ad illa extrema venisset, qua cibi reliquiæ depelluntur, Quemadmodũ, inquit fiat, haud sanè difficile dictu est: sed tamen prætereundum, ne quid habeat iniunditatis oratio. Non dixit confusionis, vel ne quid pudendum habeat oratio, sed ne quid iniucunditatis. Alia sunt enim quę horrorem ingerunt sensibus, vel deformia sunt: alia quæ pudorem mentibus etiam si formosa sint, quia illa offendunt delectationem: commouent autem ista libidinem, vel libidine commouentur. Quid igitur te adiuuant hæc? Quia ipse, inquis, opifex noster nullum suæ artis crimen agnouit, vt
G vitalia nostra tam diligẽter occuleret. Absit planè vt artis suæ tantus artifex vllum agnouerit crimẽ. Sed cur ista texerit, iam paulo superius ipse dixit, ne scilicet vel intereant, vel horreant publicata. Illa vero, quæ foliis ficulneis texerunt coniuges primi, nec interibant vtique nec horrebant, quando nudi erant & nõ confundebantur. Et nunc pudicitiæ cautio potius ne libeat, q̃ ne horreat illa species, eorundẽ mẽbrorũ deuitat aspectũ. Frustra igitur testimonio Stoicorũ iuuandam putasti tũam esse susceptam, nõ sanè illis amicam, qui nullã particulam boni humani in corporis voluptate posuerũt. Deniq; elegerunt in pecoribus potius q̃ in hominibus, quod tu facis, laudare libidines. Eorum quippe opinioni cõuenienter ait quodã loco Tullius, se nõ putare idẽ esse arietis & Publij Aphricani bonũ. Qua magis sententia te oportuit admoneri, qd de humana libidine sentire deberes. Sed si talibus literis vt aliquid agamus placet, qa & in ipsis reperiuntur nonnulla vestigia veritatis, interim q̃ ipse posui sti nihil aduersus nos valere puto, quod iã debeas confiteri. Vide nũc vtrum illa, quę dicam, non euertant assertionem tuam. In libro tertio de Republica, idem Tullius ho H minem dicit non vt à matre, sed vt à nouer ca natura æditum in vitam, corpore & nudo & fragili, & infirmo: animo autẽ anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tũ inesset tanquã obrutus quidam diuinus ignis ingenij & mentis. Quid ad hæc dicis? Non hoc autor iste male viuentium moribus dixit effectum, sed naturã potius accusauit. Rẽ vidit, causam nesciuit. Latebat enim eum Eccl. 40 cur esset graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium, quia sacris literis non eruditus, ignorabat originale peccatum. Si ãt de libidine quã defendis bene sentiret, non ei pronus in libidines animus displiceret. Sed si hæc tanquam mi nora bona defendis, in quæ non debet à supernis animus inclinari, non quia libido vitium est, sed quia infimum bonum, audi ma Itẽ Tul nifestiora quæ dicat in eodem ipso libro de lius vbi Republica tertio, cum ageret de causa impe supra. randi, An nõ, inquit, cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura cũ summa vtilitate infimorum datum? Cur igit deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini iracundiæque & cæteris vitiosis eiusdem animi partibus? Iamne saltem docente isto has, quas bonas esse defendis vitiosas partes animi confiteris? Adhuc audi. Paulo post enim, Sed & imperandi & seruiendi, inquit, sunt dissimiltudines cognoscendæ, Nam vt animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini: sed corpori vt rex ciuibus suis, aut parens liberis: libidini autẽ, vt seruis dominus, quo eã coercet & frãgit. Sic regum, sic imperatorum, sic magistratuum,

tuum, sic patrũ, sic populorũ imperia ciuibus socijsq; ps̃unt, vt corporibus animus. Domini autem seruos ita fatigant, vt optima pars animi. i. sapientia eiusdem animi viciosas imbecillasq; partes, vt libidines, vt iracundias, vt perturbationes cæteras. Habesne adhuc quod contra nos de secularium literarum authoribus garrias? Sed si contra Ep̃os eloquiorum diuinorum p̃clarissimos tractatores, pro isto quem à te deus auertat errore q̃siturus es, quid dicas, quove modo illorum sanctitati resistas, qd tibi erit Tullius, vt non eum in hac sententia desipuisse aut deliasse cõtendas? Tace ergo de illius generis libris, & noli nos inde aliquid contumeliose docere conari, ne quorum te inanitер subleuari credis, eorum testimonijs K comprimaris.

Quid aũt de motu fœminæ, cuius & ipsam puduit, inaniter argumentandũ putasti? Non vtiq; fœmina motũ visibilẽ texit, sed cũ in eisdẽ membris tale aliquid sentiret occultius, quale vir senserat, ambo texerunt, quod alterutrũ videndo in alterutrũ cõmoti ambo senserunt, & vnusquisq; sibi, vel alter alteri erubuerunt. Sed loquens vana, petis vt ignoscant verecundæ aures, & cõgemiscant potius, quã indignẽ necessitati tuæ. Quare confunderis de dei operibus disputare? Quare petis vt ignoscatur tibi? Nonne abs te veniæ postulatio, etiã est ipsi libidinis accusatio? Sed si poterat, inq̃s, virile mẽbrum & antea moueri, nihil ergo nouitatis inuenit delictum. Poterat planè etiam antea moueri, sed non erat indecens vt pudaret, qũ id mouebat voluntatis impetium, non caro concupiscens aduersus sp̃m. In hoc.n. extitit nouitas pudẽda, quã defendit impudenter nouitas vestra. Nunquam vero ego motũ genitalium reprehendi generaliter, qd̃ tu dicis dedicatiue, sed illũ motũ reprehendi quẽ facit concupiscẽtia, qua L caro cõcupiscit aduersus sp̃m, quã velut bonũ cũ defendat error tuus, nescio quemadmodum aduersus illam velut aduersus malum, concupiscat spiritus tuus. Si in fructu ligni illius, inquis, hæc fuit libido, à deo facta esse monstratur, & per hoc bona quoq; ipsa defenditur. Sed rũdetur tibi, Nõ in fructu ligni fuit libido, & ideo bonum erat lignum: sed mala est inobedientia libidinis, q̃ aduersus hominis inobedientiã quam in ligno admisit, deo deserente surrexit. Absit enim vt deus de ligno bono cuicunq; ætati illorum hominum, quocunq; tempore beneficium tale conferret, vt haberent in mẽbris aduersarium contra quem pudicitia dimicaret. Nouimus autem Ioannem Apostolum, non mundum istum. i. cœlum & terram & omnia quæ in eo substãtialiter sunt, qui mundus factus est à patre per filium, reprehendisse, cum diceret, Omnia quæ in 1. Ioã. 2. mundo sunt, concupiscentia carnis est, & cõ cupiscẽtia oculorum, & ambitio seculi, quæ non est à patre, sed ex mundo est. Nouimus hæc, nolo nos doceas. Sed quam concupiscentiam carnis dixerit à patre non esse, tu volens exponere, luxuriam intelligendam esse dixisti. Sed cum abs te quæro, cui consentiatur, vt sit luxuries, vel cui repugnetur vt non sit, tua tibi susceptа occurrit in faciẽ, M vtrum adhuc laudando tu videris, cui consentire luxuria est, cui repugnare continentia est. Vbi miror si deliberas, vtrum eam Luxur. magis debeas cum luxuria vituperare, quæ fit per eius assensum, an eam laudare cum continentia, quæ illi ingerit bellum. In quo bello pudicitia est victoria continentiæ, & luxuria victoria concupiscentiæ. Tu autẽ iudex incorruptus atq; integer, cum laudes continentiam, vituperesq; luxuriam: sic tamen accipis personam concupiscentiæ, quã tu videris cur offendere timeas, vt eam nõ erubescas cum sua laudare aduersaria, nec audeas cum sua vituperare victoria. Sed absit vt quilibet homo dei sic te audiat vituperatorem luxuriæ, vt approbet cõcupiscẽtiæ laudatorem: & ex tuo sermone arbitretur bonum, quod in seipso experitur malũ. Denique qui concupiscentiam quam praue laudas, confligendo vicerit, luxuriam quam recte vituperas non habebit. Quomodo autem Ioanni Apostolo obtẽperamus, si concupiscentiam carnis diligimus? Respondebis, non est ipsa quam laudo, Et quæ illa est quam Ioannes dicit à patre non esse? Luxuria inquies. Sed luxuriosi non A erimus, nisi istam quam laudas concupiscentiam diligamus, Ac per hoc, nolite diligere carnis concupiscentiam cum dicebat, luxuriosos nos esse nolebat. Ab hac igitur abs te laudata carnis concupiscentia diligenda prohibemur, quando à luxuria prohibemur. Hæc autem quam diligere prohibemur, non est à patre. Duo enim bona quæ à patre sunt, inter se pugnare non possunt, Pugnant autem inter se continentia & concupiscentia. Quid horum a patre magis

veli a

velis esse respondeo. Video quas patiaris angustias, faues quidem concupiscentiæ, sed erubescis continentiæ. Vincat pudor tuus, eo que vincatur error tuus. Cum igitur à patre sit continentia qua debellatur carnis concupiscentia, sume à patre continentiam, cui recta fronte erubuisti, & vince concupiscentiam, quam peruerso ore

Cap. 14. Quinetiã putasti, omnium sensuum voluptatem in auxiliũ conuocandã, tanq̃ voluptas genitalium, nec tanto patrono sibi sola sufficeret, nisi sociarum cuneus subueniret, Consequens. n. existimas, vt sensum videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi, atq; tãgendi, non à deo sed à diabolo nobis fateamur esse collatum: si concesserimus eam cõ

B cupiscentiã carnis, cui per continentiam repugnamus, non fuisse in paradiso ante peccatum, & ex illo accidisse peccato, quod primum primo homini diabolus persuasit. Sic ignoras vel ignorare te fingis p quemlibet corporis sensum aliud esse sentiendi viuacitatem, vel vtilitatem, vel necessitatẽ, aliud

Quid sit viuacitas, vtilitas, necessitas & libido sentiẽdi. sentiẽdi libidinẽ. viuacitas sentiãdi, qua magis alius, alius minus in ipsis corporalibus rebus pro earum modo atq; natura qđ verum est percipit, atque id à falso magis minusve discernit. Vtilitas sentiendi est per quam corpori vitæq; quam gerimus, ad aliquid approbandum, vel improbandum, sumendum, vel reijciendum, appetendum, vitandumve consulimus, Necessitas sentiendi est, qũ sensibus nostris etiam quæ nolumus ingeruntur. Libido autem sentiendi est, de qua nunc agimus, quæ nos ad sentiendum, siue consentientes mente, siue repugnãtes, appetitu carnalis voluptatis impellit. Hæc est contraria delectationi sapiẽtiæ, hæc virtutibus inimica. Hoc malo q̃tum attinet ad eius partem, qua sibi sexus vterq; miscetur, bene vtuntur nuptiæ, cum coniuges procreant filios per illam, nihilq; faciunt pp illam. Hanc si voluisses, vel valuisses assentiẽdi viuacitate, vtilitate discernere, videres

C quã superfluo tã multa dixisses: Non. n. ait

Natt. 5. dñs, Qui viderit mulierem, sed qui viderit ad concupiscendum, iam mœchatus est eã in corde suo. Ecce sensum videndi à libidine sentiendi, si peruicax non sis, breuiter aperteq; discreuit. Illud deus condidit, instruendo corpus humanum, illud diabolus seminauit persuadendo peccatum. Laudent ergo cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt, homines pij, & ex his omnibus deum consideratione pulchritudinis, non ardore libidinis. Sicut auri decus aliter laudat religiosus, aliter auarus, Iste cum pietate venerandi creatorem, ille cum libidine possidendi creaturam. Mouetur certe animus ad pietatis affectum, diutino cantico, audito: tamen etiam illic si sonum non sensum libido audiendi desideret, improbatur quanto magis si cantiunculis inanibus vel etiam turpibus

Differẽ. delectatur. Cæteri tres sensus corpulentiores, & quodammodo grossiores sunt, nec se tia inter foras proijciunt, sed interius quod ad eos p obsitũ tinet agunt. Odor ab olfaciente discernitur, gustũ & sapor à gustante, tactus à tãgente plurima, tactum. Non enim hoc est calidum & frigidum, quod leue & asperum, aut ista hoc sunt qđ molle ac durum, & ab his omnibus distat, E quod dicitur leue seu graue. In his omnibus quando molesta vitantur, vt putores, amaritudines, æstus, frigora, & quæque aspera & dura & grauia, commoditatis prouisio, non libido est voluptatis. Ea vero quæ his contraria commode sumimus, si nihil eorum interest ad salutem, vel ad declinandam doloris laborisve molestiam, etiam si cum aliqua sumuntur delectatione cum pasto sunt, tamen cum absunt nulla sunt deserenda libidine. Si autem desiderantur nõ est bonum. In quibuslibet enim rebus talis domandus & sanandus est appetitus. Quis enim quantuscunq; sit carnalis concupiscẽtiæ castigator, si locum thymiamate intrauerit odoratum, possit efficere vt ei non suauiter oleat, nisi nares claudat, aut intentione vehemẽti alienetur à corporis sensibus? Sed nunquid eum inde fuerit egressus, id domui suæ vel quacũq; pergit desiderabit? Aut si desiderauit, satiare debet istam libidinem, non frenare, & contra concupiscentem carnem spiritu concupiscere, donec ad illam redeat sanitatem, qua nihil tale desideret. Minimum hoc quidem, sed qui mini Ecclesia ma spernit, sicut scriptum est, paulatim de- stici. 19. cidit. Alimentorum sustentaculis indigemus, Si suauia non sint quæ ore sumun- F tur, nec sumi possunt, & nauseando sæpe respuuntur, & pernicioſa sunt cauenda fastidia. Non solum ergo cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, nõ pp exaturandam libidinem, sed ppter tuẽdam salutem. Cum ergo natura quodammodo possit supplementa quæ desunt, non vocatur libido, sed fames aut sitis. Cum vero sup-

to suppleta necessitate, amor edendi animũ solicitat, iam libido est, iam malũ est, cui cedendum non est, sed resistendũ, Hæc duo. i. famem & edendi amorem etiam poeta discreuit, qui post maris iactationẽ, socijs Aeneæ naufragis & peregrinis satis esse iudicans tm̃ sumere alimentorum, q̃tũ refectionis indigentia postularet, ait, Postq̃ exempta fames epulis mensæq; remotæ. Cũ vero Aeneas ipse ab Euandro rege susceptus est hospes, decentius arbitratus ampliores exhiberi epulas regias, q̃ necessitas posceret, non satis fuit vt diceret, Postq̃ exẽpta fames: sed addidit, & amor compressus edẽdi. Quanto magis nos discernere ac nosse debemus, quid necessitas refectionis, quid libido edacitatis expoſcat, quorũ negocium est contra concupiscentẽ carnẽ spiritu cõcupiscere, & condelectari legi dei sẽm interiore hominẽ, eiusq; delectationis serenitatem nullis libidinosis delectationibus nubilare. Nam iste amor edendi, nõ edendo, sed continendo est comprimendus. Quis autẽ mente sobrius non mallet si fieri posset sine vlla mordaci voluptate carnali, vel arida sumere alimenta, vel humida, sicut sumimus hæc aeria, quæ de circunfusis auris respirando & spirãdo sorbemus & fundimus? Quod alimentum, cum ore ac naribus sine cessatione sumamus nec sapit nec olet quic quam: nec tm̃ sine illo vel tantillo spatio tẽporis, sicut tã prolixe sine cibo & potu possumus viuere, nec eius indigentia sentitur, nisi molestia, si ora, nares q; claudantur, vel mutu voluntatis quãtum finit ipsa molestia, paulisper pulmonum inhibeamus officiũ, quibus velut follibus alternante motu vitales flatus haurimus & reddimus. Quanto esset fœlicius, si spatiosis quidem intervallis, sicut etiã nunc, vel quantũcunq; spatioſoribus sine vlla saporis illecebroſa suauitate cibum perciperemus & potum, quo tãtã molestiã, vel perniciẽ pelleremus. Nam si in præsenti vita temperanter alimenta sumentes, continentes vocantur & sobrij, merito; laude habentur: nec desunt huiusmodi qui q̃tum natura petat, aut minus refectionis assumant, malentes si modo necessitatis congruo falluntur, minus id sumpsisse quàm amplius: quanto magis in illa dignitate honestum modum fuisse credendum & sumendorum alimentorũ, quo & animali corpori necessaria præberentur, & modus naturalis nullatenus excederetur, sicut in paradiso primos homines vixisse credendum est? Quanuis nonnulli, neq; hi contẽptibiles diuini eloquij tractatores, nullo hu- Quaiis modi victu eos indiguisse potius opinentur, vt ea sola in paradiso voluptas, vel nũ fuerũ homi alimonia existimetur fuisse, qua delectãtur rit alimenta & aluntur corde sapientium. Sed ego cum nia in pa eis sentio, qui sicut illud quod dictum est, radiso. Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit illos deus dicens, Crescite & multiplica Gene. 1. mini, & replete terram: secundum sexum corporalem atq; conspicuum intelligunt dictum, ita etiam quod paulopost sequitur, & dixit deus, Ecce dedi vobis omne fœnum satiuum seminans semen, quod est super omnem terram, & omne lignum qđ habet in se fructum seminis satiui, vobis erit in escam, & omnibus bestijs terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni serpenti reptanti sup H terram, quod habet in se animam vitæ: & omne fœnum viride in escam, non aliter accipiunt, nisi quia ille vterq; sexus his alimẽtis quibus & animalia cætera corporaliter vtebantur, & habebat ex hoc victu sustentaculum congruum, licet modo quodam immortali, tamen animali corpori necessariũ, ne indigentia læderetur: de ligno autem vitæ, ne senectute perduceretur ad mortem. Sed nulla ratione crediderim in illo tantæ fœlicitatis loco, aut carnem concupiuisse aduersus spiritum, & spiritum aduersus carnem, atq; in ista conflictatione sine interna pace vixisse, aut spiritum desiderijs non repugnasse carnalibus, sed quicquid vndecunque libido suggesserat, turpi seruitio peregisse. Remanet igitur, vt aut nulla ibi fuerit carnalis concupiscentia, sed ille fuerit viuendi modus, vt omnia necessaria congruis membrorum officijs sine vllius motu libidinis implerentur. Nõ enim quia terra nõ libidine, sed voluntate motis agricolarum manibus seminatur, ideo suos partẽdos nõ concipit fœtus: aut ne nimium videamur offendere homines, qui voluptatem corporis quomodocunq; defendunt, ita ibi credatur carnalium sensuum fuisse libidinem, vt omnimodo rationali subdita voluntati, non I alias adesset, nisi cum per illam vel saluti esset corporis, vel stirpis propagini consuleretur: & tanta adesset, vt nulla ex parte mentem de supernarum cogitationum delectatione deponeret, nullus superuacuus siue importunus motus esset ex illa: nihil nisi qđ prodesset fieret per illam, nihil omnino

fieret

fieret propter illam. Nunc vero q̃ se aliter habeat,qui dimicant aduersus eam,hi maxime sentiunt. Ingerit se videntibus vel audientibus aliquid,quãuis ꝓp aliud videant & audiant,vt etiam si tangendi non inde p cipit voluptatem, saltem voluptariam cogitationem inter necessaria, quæ ad eam non pertinent,mõtu obrepente furetur. In ipsis porro cogitationibus, etiam qñ nihil illecebrosum adiacet oculis,aut insonat auribus, quæ non conatur etiam obsoleta atq; sopita, recordationibus inquietis cum turpi delectatione refricare,& castis sanctisq; intentionibus tumultu quodam sordidæ interpellationis obstrepere? Iam vero cum ad vsum ventum fuerit necessariæ voluptatis, per quam reficimus corpus, quis explicet, quemadmodum nos deum necessitatis sen-
K tire non sinat, & ipsum limitem procurandæ salutis,si qua assunt delectabilia, rapiendo abscondat & transeat, putantibus nobis satis non esse quod satis est,dũ libenter eius prouocationibus ducimur,existimãtes nos adhuc agere negocium valetudinis,cum agamus potius crudelitatis? Quid.n. mali fecerimus crapula pœnitendo testatur, quod metuentes plerunq; minus, quàm eximendæ fami sufficit,vescimur, Ita nescit cupiditas,vbi finiatur necessitas. Et hæc quidem vescendi atq; potandi tolerabilis est voluptas,quanta possumus intentione vigilantibus nobis,vt facilius non impleat,quã modum aliqñ victus sufficientis excedat, Contra cuius concupiscentiam, & ieiunando & parcius alimenta sumendo pugnamus, Eoque malo bene tunc vtimur, qñ per illam non nisi quod saluti cõducibile est,agimus. Ideo autem hanc voluptatem dixi tolerabilem,quia vis eius tanta non est, vt nos à cogitationibus ad sapientiam pertinentibus,si in eis sumus mentis delectatione suspensi, abrumpat & deijciat, Nam sæpe de magnis rebus inter epulas non solum cogitamus, verumetiem disputamus, atq; inter ipsos ciborum morsus & potionum gluctus, nihil remissius audiendo,dicendoq; colloq mur,
L & quod nosse,vel recolere volumus,intenVis libidinis. tissime omnino si nobis legatur accipimus. Illa vero pro qua mecum tantis contentionibus litigas, etiam qñ ad eam bona intentione,hoc est,causa propagandæ prolis accedit:tamen in ipso opere suo, quem permittit aliquid non dico sapientiæ,sed cuiuslibet rei aliud cogitare? Nõne illi totus animus,& corpus impenditur, & ipsius mẽtis quædam submersione illud extremum eius impletur? Cum vero vincit etiam coniugatos vt non propagationibus, sed delectationis carnalis cupiditate misceantur,qđ Apostolus sc̃m veniã, nõ sc̃m imperiũ se dixisse testatur, ita hinc emergitur, & quasi in auram cogitationis post illum gurgitem respiratur,vt fiat consequens, quod verum ait quidam,& pœnitendi quæ est cum voluptate vicinitas. Quis ergo amator spiritalis boni, etiam sola causa sobolis coniugatus non mallet,vel sine ista si posit, vel sine tã magna vi eius filios procreare? Quod ergo mallẽt sancti cõiuges in hac vita, puto nos hoc debere de illa paradisi vita, quæ multo melior erat, credere, si nihil melius inde possumus cogitare. Obsecro te,non sit honestior philosophia gentium, quàm nostra Christiana, quæ vna est vera philosophia, M
qñquidem studium vel amor sapientiæ sihorte-
gnificatur hoc nomine. Vide.n. qd in Hor sius.
tensio dialogo dicat Tullius,quæ magis ver
ba te delectari debuerunt,quàm Balbi Stoicorum partes agentis,Quę licet vera,tamẽ de parte hominis inferiore,hoc est,de corpore fuerunt,& te nihil adiuuare potuerunt. Vide quid iste pro viuacitate mentis contra voluptatem corporis dicat, An vero inquit,voluptates corporis expetẽdæ, quæ vere & grauiter à Platone dictæ sunt illecebrę esse atq; escæ malorum? Quæ.n. confectio est,inquit,valetudinis,quæ deformatio coloris,& corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atq; eliciatur voluptate? Cuius motus vt quisque est maximus, ita est inimicissimus philosophiæ. Congruere enim cũ cogitatione magna voluptas corporis non potest. Quis enim cũ vtatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse,attendere animo,inire rõnẽ, cogitare omnino quicquam potest? Quis aũt tantus est gurges, qui dies & noctes sine vlla minimi tpis intermissione velit ita moueri suos sensus, vt mouẽtur in summis voluptatibus? Quis autem bona mente pditus,non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? Hæc ille dixit, qui A
nihil de primorum hominũ vita,nihil de paradisi fœlicitate,nihil de corporum resurrectione crediderat. Erubescamus interim veris disputationibus impiorum qui didici mus in vera veræ pietatis sanctaq; philosophia,& contra spm̃ carnẽ,& contra carnem

concupi-

concupiscere spm̃. Sed hoc vnde acciderit, Cicero nesciebat: & tũ carnis concupiscentiæ non fauebat,quod tu facis,imo vehemẽter vrgebat,quod tu nõ solũ nõ facis,sed facientibus vehementer irasceris:qui concupiscẽtias & spũs & carnis inter se belligerãtes tanquam in bello timidus ambas lauda
re conaris, velut inimicam metuens habere,quę potuerit alteram uincere. Quin age potius ne formides, & lauda concupiscẽtiã carnis,tanto acrius,quanto castius dimicãtem. Illam vero repugnantem legi mentis, sine pauore vllo eadẽ cui repugnat lege mẽtis condẽna. Aliud est consideratio pulchri
tudinis etiam corporalis,siue visibilis,sicut est in coloribus & figuris: siue audibilis,sicut est in cantibus atq; modulis,quã consi-
B derationẽ, nisi rationale animal habere nõ poterit:& aliud est commotio libidinis, quæ
C rõne frenanda est. Ioãnes.n. Apostolus illã concupiscentiam nõ esse dixit à patre, quæ concupiscit aduersus spm̃. Quam nemo potest bonam dicere, nisi cuius aduersus eam non amat concupiscere spiritus. Quod si talis non est in motu & in ardore genitaliũ, non aduersus eã concupiscit spũs,ne aduersus donum dei concupiscendo inueniatur ingratus,sed quicquid appetieuerit detur,tãquam illi quæ ex patre est. Si autem non est quod detur, hoc potius petatur a patre,non vt auferat,vel comprimat,sed vt expleat cõ cupiscẽtiam quam donauit. Quod sapere, desipere est. Vt quid eam comparamus vino & cibo,et aliquid nobis dicere videmur, quia dicimus,nec vinum ebrietas, nec cibũ condẽnet crapula,nec concupiscentiam infamet obscœnitas,quando nec ebrietas,nec crapula,nec obscœnitas vlla cõmittitur, si carnis concupiscentia spiritu aduersus eam concupiscente vincantur? Excessus,inquis, eius in culpa est. Nec perspicis quod facilli
me poturisses,si magis ipsam, quàm me vincere voluisses,vt non fiat malum excedendi, resistendum esse male concupiscendi.
Duo ergo mala sunt, quorum unum habemus,alterum facimus, si ei non resistimus
C quod habemus. Ideo in pecoribus malum non est concupiscentia, quia non aduersus spiritum concupiscit, sed eorum potius oblectat spiritum. Concupiscentia enim sapientiæ carentia, carnalia concupiscentiæ resultant, & à bono vitæ rationalis aliena, hoc bonum habent quo delectantur. Iam vero & antea diximus,propter hoc non esse in pecoribus malum,quia in eis non cõcupiscit aduersus spiritum. Non.n.habẽt rationem, qua libidines subiugent superdão, fatigent ve pugnando. Quis autem tibi dicit semper pecorũ imitatione peccari? Quã sententiam non tibi obiectam tanta loquacitate refellere laborasti,vt superflua multa colligeres,quæ in pecoribus animaduersa, etiam medicinæ disciplina sectatur. Sed ne propterea putaretur, non esse malum concupiscentia carnis,quia bonum est in pecore vt eo se oblectet illa natura, cui non põt in esse concupiscentiam sapientiæ, ideo dictum est bonum esse pecoris,cuius sine vlla repugnantia delectat spiritum malũ autem hominis, quo cõcupiscit aduersus spiritũ.

Conuocasti etiã in auxilium turbã phi- Cap.15.
losophorum,quasi susceptę tuæ si non possint pecorum solertiæ naturales,saltem doctorum hominum opitulentũ errores, Sed
D quis non videat doctrinæ te quæsisse iactã tiam,in commemorandis nominibus doctorum hominũ sectisq; diuersis, qñ perspicit quicunque ista tua legit, ad quæstionem q̃ inter nos vertitur, hæc nullatenus pertinere? Quis.n.audiat quod abs te commemoratur Thales Milesius vnus è septem sapiẽtibus,deinde Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras,Xenophanes, Parmenid. Leucip. De mocritus, Empedocles, Heraclitus, Melissus, Plato, Pythagorei, unusquisq; cũ proprio dogmate suo de naturalibus rebus? Quis,inquam,hæc audiat, & non ipso nominum sectarumque conglobatarum strepitu terreatur, si est ineruditus, qualis est hominum multitudo, & existimet te aliquem magnum, qui hæc scire potueris? Ecce quod appetis,quandoquidem in his omnibus abs te coaceruatim commemoratis, qđ ad rem quæ inter nos agitur pertineat, nihil omnino dixisti. Nam prælocutus es ista dicturus, & aisti, Omnes philosophi Iuliani
in scolis licet aliud differentes,tamen idola verba.
cum plebe venerantes, qui de naturalibus
causis aliquid excogitare conati sunt, inter
multas opinionis suæ vanitates, aliquas tamen veritates,velut iam ferè pares, per caliginem vani, huic tamen dogmati contra
E quod agimus iure anteferri possunt. Atque vt hoc probares, subdidisti ea, quę à me quoquo modo commemorata sunt,philosophorum nomina physicorum cum opinionibus suis, q̃s de naturalibus causis habuerunt:nec tũ commemorare omnes siue uo-

luisti,

luisti,siue potuisti. Qua in re homines imperitos nullo doctorũ dubitante fraudasti. Hoc.n.demonstrare susceperas,oẽs philosophos de naturalibus causis aliquid excogitare conati sunt, iure posse huic dogmati cõtra quod ageres anteferri. Cur ergo,vt de alijs plurimis taceam,cũ cõmemorasses Anaximenem eiusq; discipulum Anaxagorã,tacuisti alterum eius discipulum Diogenẽ,qui & à magistro & condiscipulo suo in rerum naturæ opinione dissensit,propriq́ dogma constituit? Quid si tale aliquid ipse sensit, vt nobis nõ esset anteponendus, quibus oẽs qui de rerũ natura philosophati sunt,anteponendos esse dixisti? Atque vt hoc quasi ostenderes, te in commemorandis frustra nominibus & dogmatibus philosophorum insipienter inflasti. Ecce præteristi vnum quem vel ex magistro, vel ex condiscipulo quos nominasti iuxta attende re debuisti,An forte timuisti ne Diogenes
F Cynicus putaretur, aut ille etiam legentibus propter idem nomen occurreret,& veniret in mentem,q̃ melior te patronus libidinis fuerit,de qua exercenda non verecũdabatur in publico? Vnde illa secta caninũ nomen accepit. Tu autem defensorem quidem libidinis profiteris,sed de tua susceptа quod fidem libertatemq́ue patroni non decuerat,erubescis. Verum obsecro te,si philosophos nobis anteponere gestiebas, cur non potius eos commemorasti,qui de moribus quæ pars ab eis philosophiæ vocatur ethica,quam nos mortalem dicimus, solertissime disputarunt? Hoe enim tibi potissimum cõgruebat, qui honestate quidem mẽtis inferius,tamen bonum hominis esse cẽses corporis voluptatem. Sed quis nõ quid prospexeris cernat? Ne sim ipsa de voluptate quæstione vnde tecũm agimus, honestiores philosophi te obruerent, quos Cicero propter ipsam honestatem tanquam eonsulares philosophos nuncupauit,& ipsi Stoici maxime inimicissimi voluptatis, quorum testimonium ex persona Balbi apud Ciceronem disputantis, verum quidem,sed qđ tibi prorsus nihil prodesset, interponendũ putasti. Quod autem nullum homines bo-
G num censeant corporis voluptatem cupiẽs abscondere, nulla de quæstione morali nomina & dogmata philosophorũ, quod maxime ad rem pertinebat, si aliquid de philosophis probandum fuit,cõmemorare voluisti. Non.n.te aduersus istos defenderet,nõ dico Epicurus,qui totũ bonum hominis in voluptate corporis posuit, q̃a non qđ ille tu sentis: sed Dinomacus,huius quippe dogma tibi placuit. Nam ipse coniungendã voluptatem arbitratus est honestati,vt quemadmodum honestas, ita voluptas per scipsa appetẽda videretur. Hãc ergo partẽ vbi de moribus disputatur, cum tibi infensam cerneres attingere timuisti. Ná vbi maxime controuersia ista versatur,quãti & quales, & cuius apud gentes gloriæ philosophi tibi præferant,vides:maximeq́; ipse Plato, quẽ Cicero appellare nõ dubitat,penè philosophorum deũ, cuius nec tu nomen pteri re potuisti,cum de naturalibus, non de moralibus philosophorum nobis dogmata inferres siue pferres,qui corporis voluptates vere, & grauiter dixisse phibẽt illecebras atq; escas malorũ. Núquid aũt quid de hominis cõdõe senserint quos nominasti philosophi, quia & hoc ad naturalem pertinet
H quæstionẽ, quod qualitercũq; causa posceбat,cõmemorandum putasti? Non vtiq; fecisti,& recte. Quid.n.illi didicerãt,vel qd locuti fuerant de primo homine Adam & eius coniuge,de prima eorũ præuaricatione, de serpentis astutia,de nuditate corporis ante peccatum sine confusione, & cum confusione cõtinuo post peccatum? Quid Rom.v.
deniq; tale audierunt, quale illud est quod ait Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,& ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt? Harum literarum illi atq; huius veritatis expertes, quid de hac re sapere potuerunt? Verum si de hominis conditione dogmata hominum à sacris literis nostris abhorrentium nihil iudicasti esse ponendum,& rectissime iudicasti:quanto minus te,quæ posuisti adiuuare potuerũt, quid de principijs mundi huius visibilis senserint,vnde inter nos nulla quæstio vertitur? Sed mens tua potius tãquam magnum aliquid de philosophorum libris didiceris,iactantiæ vanitate subuertitur. Videntur autem non frustra Christianæ fidei propinquasse, qui vitam istam fallaciæ miseriæq́ue plenissimam non opinati sunt,
I nisi diuino iudicio contigisse,tribuẽtes vtique iustitiam conditori,à quo factus est & administratur hic mundus. Quanto ergo te melius veritatiq́ue vicinius de hominũ generatione senserunt, quos Cicero in extremis partibus Hortẽsij dialogi velut ipsa

rerum euidentia ductus compulsusq́ue commemorat? Nam cum multa quæ videmus & gemimus, de hominum vanitate atque insœlicitate dixisset, ex quibus humanæ,inquit,vitæ erroribus & erumnis fit,vt interdũ veteres illi,siue vates, siue in sacris initijs tradendis diuinæ mentis interpretes,qui nos ob aliqua scelera suspecta in vita superiore,pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur,verumq́; sit illud quod est apud Aristotelem,simili nos affectos esse supplicio,atq; eos qui quondã,quũ in prædonum Hetruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur,quorum corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accommodata,q̃ aptissime colligabantur:sic nostros animos cum corporibus copulatos vt viuos cũ mortuis esse coniunctos. Nõne qui ista senserunt multo quàm tu melius, graue iugũ
K super filios Adam & dei potentiã iustitiãq́; viderunt,etiam si gratiam,quæ per mediatorem liberandis hominibus concessa est, non viderunt? Ecce ego inueni quod tibi de illis gentilium philosophorũ literis posset iure præponi,te inuestigãte,qui nihil tale de illis inuenire potuisti,& vt me admoneres,qđ aduersus te inuenirẽ tacere nolui
Rom.v. fili. Quid q̃ de Apostoli testimonio pro te esse existimas,quod est contra te,& memora nostra quæ vtiq; ante peccatum nuda erant, nec confundebant eos quibus inerãt, pudenda fuisse asseris,nescіens quod loquaris? Ego.n.debui adhibere testimonium, quod ipse adhibuisti, vbi ait Apostolus,
L Multo magis quæ uidẽtur infirma esse corporis nostri, hæc necessaria sunt, & cætera quæ pro nobis ipse posuisti. Sed operæpreciũ est considerare,quo eo veneris vt hęc diceres. Iam igitur inquis tempus est, vt ostendamus extra naturę testimonium etiã aliqua authoritate legis, sic nostra membra fuisse formata,vt alia verecundia,alia libertate gauderent. Ad quod confirmandũ, inquis,gentium citetur magister, qui scribens ad Corinthios ait, Corpus nostrum non est vnum membrum,sed multa. Deinde cum Apostolica verba subtexeras, quibus ille mirifice explicauit vnitatem consensumq́ue membrorum. Et quia pauca inquis,totius corporis membra nominauerãt, atque pro sua honestate genitalia loca direre appellare nolebat,Nõne his verbis tuis te ipse redarguis? Honestas ergo erat non appellare directe, quod deus facere dignatus est recte. Et quod creare non puduerat ipsum iudicẽ, pudebat enunciare pconem. Qũ istud ita esset, nisi quæ ille fecerat honesta condendo, nos fecissemus inhonesta peccando? Inde subiungis de hac re Apostolicum testimonium, quod ita scriptum esse commemoras. Multo n.magis quæ videntur infirma esse corporis nostri, hæc necessaria sunt: & quæ putamus inhonorabilia esse membra corporis, his honorem abũdantiorem circundamus. Et quæ verecũda sunt nostra,maiorem honestatẽ habent. Quæ aũt sunt honesta nostra, nullo egent: sed deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundãtiorem dando honorem, vt non sit scissura in corpore, sed eadem ipsa pro se inuicem cogitent membra. Quibus dictis tanquam victor exclamas, En verum intellectorem operis dei, an fidelem sapientiæ eius prædicatorem, Verecundiora,inquit, nostra maiore honestate conteguntur. Ad
M hoc certe vnum totam causam tuam religandam putasti, quod Apostolum dixisse legisti,verecundiora nostra. Si autem legisses inhonesta nostra, nullo modo vtiq; hoc testimonium ponere auderes. Nullo modo.n.deus & hoc quod est peius ante peccatum aliquid faceret in mẽbris humani corporis inhonestum. Discе ergo quod nescis quia diligenter quærere noluisti. Inhonesta dixit Apostolus: sed nonnulli interpretes, in quibus & iste est quantum arbitror quem legisti, credo verecundati verecundiora dixerunt, quæ illæ dixit inhonesta: quod probatur ex uerbis in ipso codice scriptis,unde ista verba Apostolica trãstulisti. Quod enim abs te positum est verecundiora,in græco legitur ἀσχήμονα. Quod autem sequitur, maiorem honestatem habent, in græco est ὑστερημονύτερα quod integræ interpretatũ ẽ,honestatẽ. Vnde apparet illa quæ ἀσχήμονα dicta sunt, inhonesta Latine appellari: Postremo quod adiunctũ est, quæ aurẽ sunt honesta nra,græcus habet ὑστερήμονα. Vnde manifestum est illa quæ ἀσχήμονα dicta sunt,inhonesta esse. Quanuis & nulla græcorũ cõsideratione verborum eo ipso debuisti admoneri, inhonesta esse illa q̃ abundantiorẽ honestatem habent velamінis,qũ ea quæ hoc opus nõ habent,honesta
A sunt dicta. Quid est.n.Quæ aũt honesta sunt nostra,non opus habent: nisi illa inhonesta sunt, q̃ opus hũt? Honestas ergo ad-

hibetur inhonestis,cum rõnalis naturæ sen su ipso verecundante velantur. Eorũ quippe honestas & honor est velamentum, tanto abundantius, quanto magis inhonesta sunt. Quod profecto nõ diceret Apostolus si corpus tale describeret,quale habebãt homines qñ nudi erant & non confundebantur. Vide igitur q̃ impudẽtes ideo dicas homines fuisse primitus nudos, quia ad solertiæ humanæ operam vt se iungerent pertinebat,quæ nondum in illis fuit. Vnde fit cõ sequens,vt ante pc̃tm inertes, peccato autẽ factos credas eẽ solertes. Quàm porrò multis inaniter dictis quasi eleganter acuteq̃ concludis dicens, Non igitur quia peccauerant genitalia, vel diabolica, vel inhonesta fecerunt,sed quia pauitabant,in ea qua primum fuerant honestate permanentia membra texerunt. Ad quod respondeo, diabolica quidem membra non esse, quantum ad eorum substantiã,figuram, qualitatemq̃ pertinet,quã condidit deus:sed si eadẽ membra in qua prius fuerant honestate manse-
B runt,cur ea dixit Apostolus inhonesta? Bene quod ipse confessus es illa membra fuisse prius honesta: non enim aliud posses nisi blasphema opinione sentire. Quæ igitur deus honesta fecerat, dixit Apostolus inhonesta. Causam requiro. Si hoc non peccato factum est vnde factum est? Quis honesta dei opera dehonestauit,vt ea inhonesta sanctus Apostolus diceret? Vtrum habitudo in qua est solertia creantis,an libido in qua est pœna peccantis? Nam ẽt nunc quod deus ibi facit, honestum est: quod origo contrahit,inhonestũ. Et tñ ne sint scissuræ in corpore, contributum est diuinitus sensui naturali,vt pro inuicem solicita sint membra: & quod dehonestauit concupiscẽtia, conte
Gene.3. gat verecundia. Sed dicis, Cur audita voce dei deambulantis in paradiso absconderunt se Adam & mulier eius, cum perizomata sufficere potuissent, si de genitalium nuditate erubuissent? Quid est quod dicis,non inueniendo quod dicas:nec attendis, quod animo trepidante a facie dñi, abstrusiora latibula quæsierunt? Illa uero lumbis circumposita tegmina, motum qui ibi sentiebatur erubescendo velarunt. Si cum nudi essent non confundebantur: restat vt cõfusione se texerint. Confusionem inhonesta
C Gene:2. tis esse,non dubium. Ideoq́ ibi dictum est, Nudi erant & non confundebantur: vt appareat confusione factum,quod postea pu-

denda texerunt. Hic aũt vbi se absconderũt Gene.3.
in medio ligni paradisi,respondit Adã,Vocem tuam audiui deambulantis in paradiso, & timui quia nudus sum. Illud manifesta confusio,istud occulta conscientia, qua delinquente intrinsecus accidit manifesta confusio. Illud ergo fecit pudor, hoc timor. Illud erubescenda concupiscentia, hoc puniẽda conscientia, dementi.s.similis, qñ eũ qui cordis cernebat interna, corporis occultatione fugiebat. Quid est aũt quod ait, dñs Quis nunciauit tibi quia nudus es, nisi de ligno de quo præceperã tibi ne manducares mãducasti? Quid est gustato cibo prohibito nuditas indicata nisi peccato nudatum, qđ gratia contegebat? Gratia quippe dei magna ibi erat, vbi terrenum & animale corpus bestialem libidinem non habebat. Qui ergo vestitus gratia non habebat in nudo corpore quod puderet,spoliatus sensit quod operire deberet. Fugiẽda,inquis,opinio est quæ putat vel in membris hominum, vel in sensibus membrorum aliquid diabolum D condidisse? Quid nobis obijcis vanas exorbitationes tuas? Non aliquid diabolus qđ ad naturam hominis pertinet condidit, sed quod deus bene condiderat, peccati persuasione violauit, ita vt illo vulnere quod factum est per duorum hominum libẽrum arbitrium,totum genus claudicaret humanum. Ecce circunstat sensus tuos miseria generis humani. Homo es, humani nihil abste alienum puta, & in ijs quæ non pateris, compatere patientibus,quanuis & ipsa quãtal bet terrena fœlicitate præpolleas, nullum sine bello intestino diem ducis, si tamẽ quod proficeris implere conaris. Sed in ijs quæ meminisse iam non potes,paruulos instituere,quod & quãta mala patiantur,in quibus vanitatibus, cruciatibus,erroribus,terroribus crescant. Deinde iam grandes, etiam deo seruiẽtes tentat error vt decipiat: tentat labor, aut dolor, vt frangat: tentat libido, vt accendat: tentat mœror vt sternat: tentat typhus vt extollat. Et quis explicat omnia festinanter, quibus grauatur iugum super filios Adam? Huius euidentia miseriæ gentium philosophos nihil de peccato primi hominis siue scientes, siue credentes compulit dicere, ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum causa nos esse natos, & animos nostros corruptibilibus corporibus
E eo supplicio quo Hetrusci prædones ca-
F tos

ptos affligere consueuerãt,tãquam uiuos cũ mortuis esse coniunctos. Apostolus autem amputat opinionem, qua creduntur singulæ animæ pro meritis anteactæ vitæ diuersis corporibus inseri. Quid igitur restat, ni si ut causa istorum malorum sit,aut iniquitas uel impotentia dei, aut pœna primi veteris q́; peccati? Sed quia nec iniustus, nec impotens est deus,restat quod non vis, sed cogeris confiteri,q́ graue iugum super fi-
Eccl.40. lios Adam a die exitus de uentre matris eorum usq; in diem sepulturæ,in matrem omnium non fuisset, nisi delicti originalis meritum præcesisset.

Libri quarti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber quintus.



RDo ipse postulat, qñ primo secundo q́; respondimus, quid liber tuus tertius cõtineat: dinde uidea mus & rñdeamus pestilẽtiosis laboribus tuis, quã tum dominus opitulatur salubribus labori bus nostris, tenentes institutum modum, vt ea quæ nõ hũt ad rem quę inter nos agitur, pertinentem controuersiam, transeamus:ne q hæc nostra nosse noluerint, plus laboris & tpis in opere legendi quã in discendi vtilitate cõsumant. Quid ergo opus est, ut aliquid aduersus ea dicam,q́ in principio posuisti libri huius solita & vana, de inuidia quam uos sustinere pro veritate iactatis & de paucitate uelut prudentium q-bus uos placere gauderis? Hæc.n & ueterũ & nouorum omnium vox est hæreticorũ, ipsa consuetudine iam sordidata, atq; pertrita. Et tũ necessitate compellitur talibus pannis indui tam magna etiam uestra superbia, quæ sic tenditur & inflatur, ut eos deformius,dum gestit ostentare,dirumpat. Tuas calumniosissimas conaumelias, non est necesse sæpius refutare, quibus me vnũ nominatim videris appetere: in tot ac tanta G catholica lumina,tacitis eorum nominibus vel insanus insilis,uel cœcus offẽdis. Vnde tibi duobus prioribus libris sic me respondisse arbitror, vt a nullo amplius requiratur. Exaggeras quam sit difficilis pauciq́; conueniens eruditis, sanctarum cognitio li-
H terarum: videlicet, vt deus hominum sicut uniuersorum cõditor & iustus & verax ac pius.i. donorum suorum in homines cumulator probetur, q a vna est, ut fateris, optima causa studiorum bonorum, vt honorẽt deus Quem tñ sic honoras, vt paruulorũ liberatorem neges per Christum Iesum.i.saluatorem, qui eos baptismate sic ablui dicis vt non consequantur salutem,tanquã medico nõ indigeant Chro, humanæ originis venã sagaciter inspiciente, & eos sanos pronunciãte Iuliano. Quãto melius nihil omnino didicisses, quam per istam velut scientiam legis in qua te turgidus iactas, non sane duce dei lege,sed uestra potius uanitate, ad hanc impiam psumptionem inimicam fi dei christianæ & tuæ animæ puenisses. Sententia,inquis, vestra tam deformis & uana est,quæ & deo iniquitatem, & diabolo conditionem hominũ, & peccato substantiam, & conscientiam sine scientia paruulis conatur ascribere. Breuiter rñdeo, Sententia nostra nec deformis est, quia speciosum for- Psa.44.
H ma præ filijs hominum,saluatorem prædicat omnium atq; ẽt paruulorum: nec uana est,quæ non frustra,sed præcedente peccato dicit hominum uanitati similem factũ, Psa.143.
cuius dies sicut umbra prætereũt. Nec deo ascribit iniquitatem, sed potius æquitatem, quia non iniuste tot & tantis malis,quæ sæpissime cernimus,ẽt paruulis plectit. Nec diabolo conditionem hominũ,sed humanæ originis deprauationem: nec peccato substãtiam deputamus, sed in primis hominibus actum, in eorũ vero posteritate contagiũ. Nec paruulis conscientiam sine scientia,in quibus nec scientia est nec conscientia: sed sciunt ille quid fecerit in quo omnes peccauerunt,& singuli malum inde traxerũt. Tu aũt qui multitudinem pstruis idiotarum, quos appellas simplices, qui alijs occupati negotijs,nihil de eruditione cœperunt,sola tamen fide ad ecclesiam Christi peruenire curarunt,nec facile obscuris quæstionibus terreantur,sed credentes deum uerum conditorẽ esse hominũ, indubitanter quoq; teneãt quia pius est,quia uerax,quia iustus,atque hãc existimationem de illa trinitate serua tes,quicqd audierint huic conuenire sentẽtiæ,amplexent atq; colliudẽt: nec hoc eis
I ulla vis argumentationis euellat, sed detestetur omnem authoritatem atq; omnem societatem contraria persuadere nitentem. Si hæc ipsa tua verba consideras, aduer-

sus te illos firmissimos reddis. Neq; n. alia causa est, cur non nouitatem vestram detestetur & multitudo christiana, à cuius velut imperito iudicio ad pauc os vestros, quos uideri cupis prudentissimos & doctissimos, prouocas, nisi quia deum & hominem conditorem & iustissimum cogitas, & suorum tantos cruciatus conspiciunt paruulorũ, vt sub deo creatore optimo atq; iustissimo nullo modo imago eius in illa ætate tanta mala pateretur, si non esset originale peccatũ. Quorũ quisquam gestans paruulum filiũ, te sine clamore inuidioso, & in parte vbi nullus audiret, compellaret, ac diceret, Ego ea mẽte, intelligentia, ratione, in qua sum factus ad imaginem dei, tantum amo regnũ dei, vt hominis magnam iudicem pœnam, si eo nunquam possit intrare. Itane vero tu non homo de turba imperitorum, sed inter paucos prudentissimos regni illius amator, tanto utiq; ardentior quanto magis te flagrãtissima paucorum societas in illud accẽdit, nec tacit inde torpescere frigidior multitudo, responsurus es homini atq; dicturus, Non solum magna non est, sed nulla omnino pœna est imaginis dei, nunquam posse intrare in regnum dei? Puto q̃ nec uni homini, cuius nec uim, nec testimonium formidabis, hoc dicere audebis. Te itaque siue rñdente quodlibet, siue qđ magis a te exigeret, si non xp̃iana, certe humana verecũdia, reticente, ingeret aspectibus tuis paruulum suum dicens, Si iustus est deus, qđ mali est, q̃ innocẽtem hac eius imaginem prohibet intrare in regnum eius, si non hoc est pctm̃ quod per unum hominem intrauit in mũdũ? Puto quod nulla tibi aderit sapientia, qua tibi videaris illo indocto homine doctior, sed si a te recesserit impudentia, illo infante remanebis infantior.

Rom. 5.

Cap. 2. Sed proœmio terminato quo impitos admonitos remouisti, & paucorũ tibi aures eruditissimas præparasti, qđ disputationis aggrediaris, videamus. Nescio quid enim satis acutum tibi venit in mentem, quod te in secundo libro tuo fugerat, cum de membris pudendis quæ post peccatum rationali vere cundãte natura siculneorũ adoperta sunt tegmine foliorum multa dixisses frustra refutare conatus quod ego dixeram. Cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia extitit illic indecens motus? Quid igitur excogitasti qđ ita tibi placuit, ut nec finito volumine vbi hanc qõnem tam diuturna loquacitate versasti, iam hoc putares omittendum? Scriptum esse dicis, Et fecerunt sibi uestimenta, aliaq; interpretatione hñe commemoras: perizomata & vestimẽta perhibes totius corporis indumentum intelligi posse, quod ad pudoris refertur officium. Vbi miror istum interpretẽ quẽ legisti, si Pelagianus non fuit, ex eo quod Græcus ait perizomata, vestimẽta potuisse trãsferre. Verũ & hic si pudor adsit, ad cuius officium vestimenta asseris pertinere, nequaq̃ psuadere conaberis homines primos peccato magistro ista pudoris officia didicisse, & in eis prius duas quasi socias & amicas, conuenienter habitasse innocentiam & impudentiam. Quando. n. erant & non confundebantur, inuerecundi erant secundum tuam disputationem, & à naturali pudoris sensu abhorrebãt. Sed videlicet ab ista pruitate peccando correcti sunt, & sensus reprobus præuaricationis factus est in eis doctor pudoris. Pudentes quippe fecit nequitia, quos impudẽtes iustitia faciebat. Immo vero tua ista sententia ita est indecẽter impudens & deformiter nuda, vt eam quantalibet folia verborum consuas, operire non possis: à pictoribus me didicisse deri des, qđ Adam & mulier eius pudenda con texerint, & Horatianum illud decantatum audire me præcipis, Pictoribus atq; poetis, Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Ego vero non a pictore inanium figurarum, sed a scriptore diuinarum didici litterarum: quia illi primi homines antequam peccarent nudi erant, & non confundebantur. In quibus abfit, ut tanta innocentia tãta impudens esset, sed nõdum inuerat quod puderet. Peccauerunt, attenderunt, operuerũt, & adhuc clamas nihil illic indecens nouũque senserunt. Hanc plane impudentiam tuam nimis incredibilem, absit ut dicã, nullus te Apostolus aut Propheta, sed nec pictor docuit, nec poeta. Illi quippe ipsi quibus quidlibet audendi, sicut elegantet dictum videtur, semper fuit æqua potestas, confunderentur tale aliquid ridendum fingere, quale tu credendum non confunderis disputare. Duas enim simul habitantes, quarum altera est optima, altera est pessima, velut inter se conuenientes atque concordes, innocentiam, scilicet atque impudentiam, nullus pictor pingere, nullus poeta canere auderet: nec eorum quisquam ita de sensibus desperaret humanis,

Horatius

Eccl. 40.

humanis, ut etiã hoc sibi audendi æquã crederet potestatem, sed insanam potius uanitatẽ. In eo uero quod aisti, si illi interpretationi quæ perizomata, id est, præcinctoria posuit fauetur, latera magis dicã tecta fuisse q̃ femora. Primum doleo, sic te abuti eorũ ignorãtia, qui græce nesciunt, vt eorũ, qui sciunt iudicium reueritus non sis. Sed commodius accidit, vt ipsa perizomata quæ leguntur in codicibus Græcis, tanq̃ verbum suæ linguæ mos Latinus usurpet. Proinde cũ perizomata non femora, sed latera contegi potuisse asseueraſti, puto quod te etiã ipse resisti. Quis. n. doctus vel indoctus ignoret, quas perizomata cõtegant corporis partes? Quod nomen terminis ét in fœminarum dotibus frequentari & æstimari solet, neq; id alligari nisi zona quæ lũbos cingit. Interroga & disce, q̃ te non credo nescire. Quanuis ét si nescias, non usque adeo te arbitror nõ humanum eloquiũ, sed humanũ habitum uelle peruertere, ut perizomata ét super humeros leuare coneris: aut eis ita latera illorũ hominum fuisse contecta, ut genitalia totæq; lumborum cum femoribus partes nudæ relinquerentur. Quid ergo te adiuuat, & non me potius, ex quãtàvis parte corporis superioris inferiora velata sint, vbi lex in membris repugnans legi mentis affectu sentiebatur amborum, & alterno ex citabatur aspectu, inobedientium prauitatẽ suæ inobedientiæ nouitate confundens? Quæ quanto turbulentius mouebatur, tanto verecundius fieret, si caro cuius eam stimulabat aspectus aliquanto spatiosius velaretur. Siue igitur a lumbis, siue a lateribus dimissa sint tegmina, pudenda sunt tecta, q̃ pudenda non essent, nisi legi mentis lex peccati inuide repugnaret. Sed ubi manifesta res est, scripturæ diuinæ sensui nostrũ sensum addere non debemus. Nõ. n. hoc fit humana ignorantia, sed præsumptione peruersa. Adam & mulier eius, qui nudi erant ante peccatum, & non confundebantur, mox vt peccauerunt quas partes corporis amicierunt, perizomatum nomine satis euidenter expressum est. Videmus quid texerint, nimiæ in sipientiæ est adhuc quærere, nimiæ impudentiæ, adhuc negare quid senserint. Nam tu quoque cum obstinatissime contradicas, vsqueadeo iudicasti nihil aliud humanis occurrere sensibus, nisi concupiscentialem motum erubescentes illos homines genitalibus tegere voluisse, ut perizoma ta erigere ad latera conareris, aut operias latus vbi peccatores nihil male sensisse contẽdis, aut deformiter nudes, quòd magis tegẽdum esse consentis.

Inseris alia de libro meo uerba, ubi dixi carnis inobedientiam inobedienti homini dignissime retributam, quia iniustum erat ut obtemperaretur a seruo suo, id est, à corpore suo, ei qui non obtẽperauerat dño suo: & conaris ostendere hanc inobedientiã carnis potius esse laudabilem, si pœna peccati est: & tanquã p̃sona sit aliqua, quæ peccatorem scienter affligat, sic ea vel ultricem sceleris, & in hoc dei ministram, tanquam magnum aliquod bonum cothurno sermonis exornas. Nec cogitas posse te isto mõ laudare angelos malos, q̃ vtique non sunt nisi præuaricatores atq; impij, per quos tamen deum meritas pœnas irrogare peccantibus, sancta scriptura testatur, dicens, Misit in eos irã indignationis suæ, indignationẽ & tribulationũ immissionem per angelos malos. Lauda ét istos, lauda eorum principẽ Satanã, quia & ipse uindex peccati fuit, quoniã ei tradidit; Apostolus hominem in interitum carnis. Valde. n. distertus es cõtra gratiam Christi, & idoneus dicere panegyricũ Satanæ & angelis eius, per quos multorum deus iudex atq; vltor est peccatorum, retribuẽs eis sec̃m opera sua, eos ipsos pessimos & damnabiles spiritus puniendorum suppliciafaciens, qui bene iusteq; vtitur & bonis & malis. Prædica igitur inq̃sitissimas potestates, quia per ipsas mala retribuuntur malis: qui propterea concupiscentiam prædicas carnis, quia inobedientia retributa est inobedientiæ peccatoris. Lauda iniquum regem Saulem, quia & ipse fuit pœna peccantium domino dicente, Dedi tibi regem in ira mea. Lauda dæmonium quod rex ipse patiebatur, quia & hoc pœna fuerat peccatoris. Lauda cæcitatem cordis quæ ex parte Israel facta, Nec tacetur de cæcitate Israel. Quare? Donec plenitudo, inquit, gentium intraret. Nisi forte & istam pœnam negabis esse, quam si lucis internæ amator esses, nõ solum aliquam, sed ualde magnã pœnã esse clamares. At ista cæcitas fuit Iudæis grande incrudelitatis malum, & grandis causa peccati vt occiderent Christum. Iam istam cæcitatem si pœnam fuisse negaueris similem perpeti etiam non confitens indicabis, Si autem pœnam quidem fuisse, sed peccati pœnam non fuisse contendis,

Cap. 3.

Oseę. 13

1. Reg. 16

Rom. 11.

iterum fateris, quod vnum aliquid & peccatum esse possit & pœna: si autem nõ est hęc pœna peccati, profecto iniqua pœna est, & iniustum facis deum, quo iubente vel sinente: aut infirmum, quo non auertente, infligitur innocenti. Quod si etiam pœnam peccati esse concedis, ne hoc non concedendo tu ipse corde cæcus appareas, vide iam quod viuere nolebas, istam quam mouisti solutã esse quæstionem, quia sicut diabolus atque angeli eius & mali reges, non solum ipsi peccatores sunt, sed per iustitiam dei fiunt etiã supplicia peccatorũ, nec ideo laude sunt digni, qa pœna ex illis iusta infligitur dignis: sic lex in membris repugnans legi mentis, nõ ideo ipsa iuste agit, quia eius qui egit in iuste, pœna fit iusta: & sicut cęcitas cordis, quam solus remouet illuminator deus, & peccatum est quo in deum non creditur, & pœna peccati qua cor superbum digna animaduersione punitur, & causa peccati cum mali aliquid cæci cordis errore committitur: ita concupiscentia carnis, aduersus quã bonus concupiscit spiritus, & peccatum ẽ, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis: & pœna peccati est, quia reddita est meritis inobedientis: & causa peccati est, defectione consentientis, vel contagione nascentis. Proinde omnia quæ pro hac tua cæca & inconsiderata opinione dixisti, qua carnis concupiscentiam eo ipso qꝺ eam pœnam diximus esse peccati, non solum nõ vituperandam, verumetiam laudãdam putasti, quãlibet prolixa disputatione in eo fueris immoratus, euanuisse certissimum est. Nam quod aisti, Si libido pœna peccati est, abijciendam esse pudicitiam, ne rebellis in deum castitas illatam ab eo dicatur eneruare sentẽtiam, & cætera huiusmodi quæ hãc vanitatem consequentia, atque hinc religata contexis, totidem verbis de cæcitate cordis errore simillimo dici potest. Si cæcitas cordis est pœna peccati, est abijcienda doctrina, ne rebellis in deum mentis illuminatio illatam ab eo dicatur eneruare sentẽtiam. Quod si absurdissimũ est dicere, quanuis sit cæcitas cordis pœna peccati, eo modo absurdissimum est etiam quod ipse dixisti, quanuis sit libido, id est, inobediẽtia carnis pœna peccati: quoniam cæcitate cordis debet resistere scientia, & libidini continentia: eam vero pœnam quæ nec error est, nec libido, debet tolerare patiẽtia. Quapropter quando deo donante ex vera viuitur fide, ipse deus adest & menti illuminandæ, & cõcupiscentiæ superandæ, & molestiæ perferẽdæ. Hoc.n. totũ recte fit, quãdo fit propter ipsum, id est, quãdo gratis amatur ipse, qualis amor nobis esse non potest, nisi ex ipso. Alioquin quando sibi homo multum placet & de sua virtute confidit, si traditur in desideria superbiæ suæ, tanto amplius augetur hoc malum, quãto magis ei cupiditates cæteræ cesserint, easq; velut laudabilis hãc vnam oblectando compresserit. Quod ergo in alijs opusculis meis legisse te dicis, atque id frustra refutare conatus es, esse nonnulla peccata quæ pœnæ sint etiam peccatorum, depositio vincendi studio diligenter attende, & inuenies esse verissimum secundũ ea quæ de cordis cæcitate tractata sunt. Quid.n. egisti quæso te; quid egisti, commorando apostolicum testimoniũ, quo ego illud probaui, quod in alia mea disputatione legisti, quia de quibusdam scriptũ dicẽs, Tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non cõueniunt? Hoc.n. voluisti videri hyperbolicum dictum, quod fit cum ad permouendos animos fidem rerũ q; sermocinatur excedit. Vbi ergo id Apostolus fecerit, non graueris ostẽdere. Cum inueheretur, inquis, in impiorum crimina, pœnarum ea nominibus aggrauauit, quantumq; pectori suo virtutum omnium domicilio turpitudo horreret, ostendens non tam reos quam damnatos sibi tales ait, videri, imò sicut ipse loquitur, nõ sicut tu loqui fingis, & damnatos demonstrauit reos, nec solum de præteritis reos propter quæ damnatos, sed inde etiam reos vnde etiam damnatos. Nam reos ostendit, vbi ait, Et coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quã creatori, qui est benedictus in sęcula. Amẽ. Deinde damnatos propter reatum, Sequitur.n. Propter hoc tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Audis propter hoc, & q-ris manifestius, quomodo intelligendus sit tradere deus multum laborans, vt ostendas eũ tradere deserendo. Sed quomodolibet tradat, propter hoc tradidit, propter hoc deseruit, & vides eius traditionem, qualemlibet & quomodolibet intelligas quæ consecuta sunt. Curauit enim Apostolus dicere quanta pœna sit à deo tradi passionibus ignominiæ, siue deserendo, siue alio quocunq; vel explicabili, vel in explicabili modo, quo facit hæc summe bonus & ineffabiliter iustus. Nam fœminæ eorum, inquit, immutauerunt

uerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam. Similiter aũt masculi relinquentes naturalem vsum fœminæ, exarserunt in appetitum suum in inuicem, masculi in masculos deformitatem optãtes, & mercedem mutuam quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Quid hoc euidẽtius, quid apertius, quid expressius? Mercedem mutuam recepisse dicit vtiq; damnatos, vt tanta operarentur mala, & tamẽ ista damnatio etiam reatus est, quo grauius implicantur. Ita & peccata sunt ista, & pœnæ præcedentium peccatorũ. Et quod est mirabilius, etiam oportuisse dicit eos istã mutuã mercedem recipere. Ita se hũt ẽt superiora uerba Apostoli, quæ ipse posuisti. Mutauerunt gloriã incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerum & quadrupedum & serpẽtiũ. K Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam: & cætera quæ sequuntur. Et hic vtiq; uides causã pp quam traditi sunt, sine ulla ambiguitate monstratam. Dixit quippe quid mali ante fecissent, & adiunxit, Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorũ. Proinde præcedentis est hæc pœna peccati, & ĩ ẽt ipsa pctm̃ est, qd̃ uerbis consequentib. explicat. Sed tu contra disserens, eo modo tibi videris istã soluisse quæstionem, quia desiderijs suis Apostolus traditos dixit. Iam. n. flagitiorum, inquis, desiderijs æstuabant. Et adiungis ac dicis, Quomodo ergo per potentiam tradentis dei putandi sunt in talia facta cecidisse? Quid ergo plus factũ est obsecro te, aut ut quid diceret illos deus in desideria cordis eorum, si iam erant possessi quodãmodo malis desiderijs cordis sui? Nunquid autem consequens est, vt si habet aliquis cordis desideria mala, iam etiam consentiat eis ad committẽda eadem mala? Ae per hoc aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis, utiq; vt consentiendo eis possideatur ab eis, quod fit cum diuino iudicio traditur eis. Alioquin frustra dictum est, Post concupiscentias tuas nõ eas si iam quisq; reus est, qꝺ tumultuantes, & ad mala trahere nitentes sentit eas, nec eas sequitur si non eis traditur, exercens aduersus eas gloriosa certamina si viuit in gratia. Quid tibi.n. uidetur, qui obseruat quod scriptum est, si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, quod quid est aliud, quam desideria eius mala, faciet te gaudium inimicis & inuidis tuis? Nunquid iam iste reus est, habendo tales animæ concupiscentias, quas ei præstare non debet, ne in gaudium veniat diabolo & angelis eius, qui sunt inimici atq; inuidi nostri? Cum ergo dicitur homo tradi desiderijs suis, inde fit reus, quia desertus a deo cedit eis, atq; consentit, vincitur, capit, trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et fit ei peccatum consequens præcedentis pœna peccati. An non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur. Dominus enim miscuit illis spiritum erroris, & seduxerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut seducitur ebrius? Non est peccatũ & pœna peccati, ubi deo dicit Propheta, Quid errare fecisti nos domine a via tua obtudisti corda nostra ut non timeremus te? Non est peccatum & pœna peccati, vbi rursus deo dicitur, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes? Non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur de gẽtibus quas debellauit Iesus Naue. Quia per dominum factum est confortari cor eorum vt obuiam irent ad bellum ad Israel, vt exterminarentur? Non est peccatum & pœna peccati, quod non audiuit Roboã rex plebem bene mouentem, quoniã sicut scriptura loquitur, Erat conuersio a domino, ut statueret verbum suum quod de illo locutus est in manu Prophetæ? Non peccatũ & pœna peccati, in eo qd̃ scriptũ est Amasiam regem luda noluisse audire Ioas regẽ Israel bene monentem, ne procederet ad bellandum? Sic.n. legitur, Et non audiuit Amasias quoniam a deo erat ut traderetur in manu, quoniam quęsierunt deum Edon. Et multa alia commemorare possemus, in quibus aliquando appareat occulto iudicio dei fieri peruersitatem cordis ut non audiatur, quod verũ dicitur & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis etiã pœna peccati. Nam credere mendacio, & non credere veritati vtiq; peccatum est. Venit tamen ab ea cęcitate cordis, quæ occulto iudicio dei, sed tũ iusto etiam pœna peccati monstratur. Quale est etiã illud quod ad Thessalonicenses scribit Apostolus, Pro eo qꝺ dilectionem veritatis nõ receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio. Ecce pœna peccati, peccatum est. Vtrunque claret, breuiter dictum est, aperte dictum est,

2. Pę. 2.
Esai. 19.
Esai. 63.
Esai. 64.
Iosue. 11.
3. Re. 12
M
2. Pa. 25
2. Tes. 2

ab eo dictum est, cuius alia verba in tuam sententiam frustra detorquere conatus es. Quid est ãt quod dicis cum desiderijs suis traditi dicuntur, relicti per diuinã patientiã intelligendi sunt, non per potentiam in peccata cõpulsi, quasi non simul posuerit hæc
Rom.9. duo idẽ Apostolus & patientiã & potẽtiã, vbi ait, Sic aũt volens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionẽ. Quid horũ tñ dicis esse qđ
Ecclesia stici.14. scriptum est, Et Propheta si errauerit & locutus fuerit, ego dñs seduxi Prophetam illum & extendam manum meam super eũ, & exterminabo eum de medio populi mei, Israel patientia est, an potentia? Quodlibes eligas, vel vtrunque fatearis, vides tñ falsa prophetantis peccatum esse, pœnamq; peccati An & hic dicturus es quod ait, Ego dominus seduxi Prophetam illum, intelligendum esse deserui, vt pro eius meritis seductus erraret? Age vt vis, tñ eo modo punitus est pro peccato, vt falsum prophetando peccaret. Sed illud intuere quod vidit Micheas propheta, dñm sedentem super thronum suum, & omnis exercitus cœli stabat circa eum à dextris eius & a sinistris eius.
B Et dixit dñs, Quis seducet Achab regem
3.Re.21 Israel, & ascendet, & cadet in Ramoth Galaad? & dixit, iste sic, & iste sic, Et exiit spiritus & stetit in conspectu domini & dixit, Ego seducam eum. Et dixit dñs ad eum, In quo? Et dixit, Exibo & ero spiritus mẽdax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit, Seduces & pualebis, exi & fac sic. Quid ad ista dicturus es? Nempe rex ipse peccauit, falsis credendo Prophetis. Ad hæc ipsa erat & pœna peccati, deo iudicante, deo mittẽte angelum malum, vt apertius intelligeremus, quomodo in Psalmo dictum est, mi-
Psal.77. sisse iram indignationis suæ per angelos malos. Sed nunquid errando, nunquid iniuste quicquam vel temere iudicanddo, siue faciendo? Absit, Sed non frustra illi dictum
Psal.35. est, Iudicia tua sicut abyssus multa. Non frustra exclamat Apostolus, O altitudo
Rom.11 diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit vt retribuatur ei? Nullum elegit dignum, sed eligendo effecit dignum, nullum tamen punit indignum. Ait,
C inquis, Apostolus, Bonitas dei ad pœnitentiam te adducit. Verum esse constat, sed quẽ prædestinauit adducit, quanuis secundum Rom.8.
duritiam & cor impœnitens, quantum ad ipsum attinet, thesaurizet sibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; scđm opera eius. Quantũlibet. n. præbeat patientiam, nisi ipse dederit, quis agit pœnitentiam? An oblitus es quod idẽ 2.Ti.2.
ipse doctor ait, Ne forte det illis deus pœ- Psal.35.
nitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis? Sed iudicia eius sicut multa abyssus. Nos certe si eos in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittamus, rei cum ipsis erimus. Quàm verp innomerabilia ille permittit fieri ante oculos suos: quæ etiq; si noluisset, nulla ratiome permitteret, & tñ iustus & bonus est, & quod præbendo patiẽ 2.Ti.1.
tiam dat locum pœnitẽtiæ, nolens aliquem perire, nouit dominus qui sunt ejus, & omnia cooperãtur in bonum, sed his qui secun Rom.8.
dum propositum vocati sunt, Multi enim Mar.22.
vocati, pauci vero electi. Qui ergo electi, 2.Ti.1.
hi secundum propositum vocati. Vnde & alibi dicit, Secundum virtutem dei saluos D
nos facientis & vocantis vocatione sua sin
cta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula
æterna. Denique & hic cum dixisset, Omnia cooperantur in bonum, his qui secun- Rom.8.
dum propositum vocati sunt, cõtinuo subdidit, quoniam quos antè prælciuit & prædestinauit, conformes imaginis filij eius vt sit primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit, hi sunt secundum propositum vocati. Ipsi ergo Ephe.1.
electi, & hoc ante mundi constitutionem, ab eo qui uocat ea quæ non sunt tanquam sint. Sed electi, per electionem gratiæ. Vnde dicit idem doctor & de Israel, Reliquiæ Rom.11.
per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Et ne forte ante constitutionem mundi ex operibus præcognitis putarentur electi, secutus est, & adiunxit: si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ex isto numero electorum & prædestinatorum etiam qui pessimam duxerunt vitam, per dei benignitatem adducuntur ad pœnitentiam, per cuius patientiam non sunt huic vitæ in ipsa scelerum perpetratione subtracti, vt ostendatur & ipsis &

Esis & alijs cohæredibus eorum, de quàm profundo malo possit dei gra liberare. Ex his nemo perit, quacunq; ætate moriatur. Absit. n. vt prędestinatus ad vitã, sine sacro mediatoris fine permittat hanc vitã. Pro-
1.6. pter hos dñs ait, Hæc est ãt voluntas eius qui misit me patris, vt oẽ quod dedit mihi, nõ perdã ex eo. Cęteri aũt mortales, qui ex isto numero nõ sunt, & ex eadem quidem massa ex qua & isti, sed vasa iræ facti sunt, ad vtilitatem nascunt istorũ. Non. n. quenquam eorum deus temere ac fortuito creat, aut quid de illis boni operetur ignorat, cũ & hoc ipsum bonum operetur quod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinẽ seculi præsentis exornat. Istorum neminẽ adducit ad pœnitentiam salubrem & spiritalem, qua homo in Christo reconciliatur deo, siue illis ampliorem patientiã, siue nõ imparem præbeat. Quanuis ergo oẽs ex ea dem massa perditionis et damnationis secũ dũ duritiam cordis sui, & cor impœnitens quantum ad ipsos pertinet, thesaurizent sibi iram in die iræ, quo redditur vnicuique secundum opera sua: deus tñ alios inde per misericordiem bonitatem adducit ad pœni
F tentiam, alios scđm iustum iudicium non adducit. Habet. n. potestatem adducendi & trahendi, ipso dño dicente, Nemo venit ad
6.6. me, nisi pater qui me misit traxerit eũ. Nũ quid autem Achab regem sacrilegũ & impium adduxit ad pœnitentiam, aut saltem per mendacem spm̃ iam seducto atq; decepto, patientiam & longanimitatem pbuit? None in eo statim pp quod erat seductus, morte rapiente completum est? Quis eum dicat non peccasse, spiritui credendo mendacij? Quis dicat hoc pctm̃ pœnam nõ fuisse peccati, venientem de iudicio dei, ad quẽ legit mendacem spiritum, siue missum, siue permissum? Quis horum aliquid dicit, nisi qui dicit quod vult, & quod verum est audire non vult? Quis vero ita desipiat vt cũ audierit qđ in Psalmo canitur, Ne tradas me domine a desyderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominẽ, ne deus sit patiens erga illum, si deus non tradit vt mala fiant, nisi patientem bonitatem præbendo cum
6.6. fiunt? Quid est autem quod quotidie dici-
1.1. mus: Ne nos infaras in tentationem: nisi vt non tradamur concupiscentijs nostris? Vnusquisque enim tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. An forte hoc à
G deo petimus, vt non sit erga nos patiẽs bonitas eius? Non ergo eius inuocamus misericordiam, sed potius iracundiam prouocamus. Quis ista sapiat sanus: immo quis vel furiosus hæc dicat? Tradit ergo deus in passiones ignominiæ, vt fiant quæ non conueniunt, sed ipse conuenienter tradit, & fiunt eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & suppliciorum merita futurorum. Sicut tradidit Achab in pseudo
3. Reg. 22. prophetarum mẽdacium: sicut tradidit Ro-
3. Reg. 12. boam in falsum consilium. Facit hæc miris & ineffabilibus modis, qui nouit iusta iudicia sua, non solum in corporibus hominum sed & in ipsis cordibus operari. Qui non facit voluntates malas, sed vtitur eis vt voluerit, cum aliquid iniq; velle non possit, quæ deus pro votis humanis propicius annuat, iratus ne nõ annuat: ac rursus quæ iratus annuat: propicius ne non annuat: atque iterum quæ cõtra vota humana propicius faciat, quæ iratus non faciat, & in his omnibus bonus perseuerat, & iustus. Exaudit propicius, non exaudit iratus: Et rursus nõ exaudit propicius, exaudit iratus. Parcit propicius, nõ parcit iratus: atq; in his omnibus bonis perseuerat & iustus. Sed ad hæc quis
H idoneus vtique ad hæc eius perscrutãda & inuestiganda iudicia? Quis homo idoneus
Sapiẽ.9. quem corruptibile aggrauat corpus, etiam si habeat sancti spiritus pignus? Sed homo intelligens & acutus, iustam dicis esse libidinem, & laudis præconio prædicandã, si eũ qui deo non obediuit, non illi obediẽdo puniuit. Si prudenter hic saperes, profecto esse iniquitatẽ videres, q̃ pars inferior hominis repugnat superiori atq; meliori, & tamen iuste iniquũ suæ carnis iniquitate punitũ: sicut est rex iniquus maligni spiritus iniquitate punitus. An & ipsum malignũ spm̃ laudare disponis? Eia quid moraris? Docet enim te inimicum gratuitæ dei bonitatis, laudatorem spiritus esse mendacis. Nec laborabis inuenire quid dicas, laudes eius paratas habes. Si hæc ipsa in eum verba transtuleris, quæ posuisti in laude libidinis, velut consequentia sententiam meam q̃a ego dixi: Iniustum enim erat, vt obtemperaretur à seruo suo, hoc est à corpore suo ei, qui non obtemperauerat domino suo. Quod tu negas, & falsum esse deridens, velut ostẽdere voluisti, quę sequeretur absurditas: tanquam vltricem peccati, si hoc ita est, libidinem laudans, certe istum mendacem spiritum regem sicut merebatur, fallendo

traxit

traxit ad mortẽ,non negas iniquitatis vlto
rem. Ecce ego & hic dico. Iniustum.n.erat
I vt qui non crediderat deo vero, non reci-
peretur a falso. Lauda ergo & istius iusti-
tiam falsitatis & dic quæ dixisti in laude li
bidinis, quia nihil ea potest laudabilius æ-
stimari, si iniquitate vlta commissa est, si
vindicauit iniuriam dei, & quia ita consor
tium peccati non habuit, vt officium vindi
cantis assumeret: omnia hæc secũdum tuos
acutissimos sensus recte dicuntur, & in il-
lius immundi spiritus laude. Ergo præco-
nium laudis tuæ in simili causa, aut menda
ci redde spiritui, aut contumaci tolle libidi
ni. Quid fugis ad obscurissimam de anima
quæstionem in paradiso? Ab animo quidẽ
cœpit elatio, & ad præceptum transgredien
dum inde consensio, propter quod dictum
Gen. 3. est a serpente, Eritis sicut dij: sed peccatum
illud homo totus impleuit, Tunc est caro
facta peccati, cuius vitia sanantur sola simi
litudine peccati. Vt ergo & anima & caro
pariter vtrunque puniatur, nisi quod nasci
tur, renascendo emendetur, perfecto aut
utrunq; vitiatum ex homine trahitur, aut
alterum in altero tanquam in vitiato vase
K corrumpitur, vbi occulta iustitia diuinæ le
gis includitur. Quid autem horum sit ve-
rum, libentius disco quàm dico, ne audeam
docere quod nescio. Hoc tamen scio id ho-
rum esse verum quod fides vera, antiqua,
catholica, qua creditur & asseritur origina-
le peccatũ, non esse conuicerit falsum. Ista
fides nou negetur, & hoc quod de anima la
tet, aut ex ocio discitur, aut sicut alia multa
in hac vita siue salutis labe nescitur. Magis
enim curandum est, siue in paruulis, siue in
grandibus, quo anima sanetur auxilio, q̃
quo vitiata sit merito. Quæ tũ si vitiata ne
gabitur, nec sanabitur. Illud sane cur dixe-
ris, excogitare non potui, in eo quod com-
Rom. 1. memorasti dixisse Apostolum, Et tenebris
oppletum insipiens cor eorum. Addidisti
enim notandum esse, quoniam insipientiã
causam dicat omnium malorum. Hoc qui-
dem dixisse Apostolum non satis constat.
Sed non inde contendo: tu potius cur hoc
dixeris quæro, An forte quia paruuli non
recte dicuntur insipientes, qui nondum sa-
piẽtiæ possunt esse participes: ideo nullum
malum in eis inesse vis credi, quod esse con
sequens arbitraris, si malorum omnium
causa insipiẽtia est? Sed si disputatione sub-
tilissima & elimatissima opus est, vt scia-

mus vtrum primos homines insipientia su
perbos, an insipientes superbia fecerit: nunc L
propter id quod inter nos agitur, quis igno
rat omnes homines quicunque sapientes
fiunt, ex insipientibus fieri? Nisi forte ali-
qui ex pręconibus mediatoris magna eius
multumque insolita gratia ad sapientiam,
non ex insipientia, sed ex infantia transire
potuerint. Quod si natura, sine fide media
toris fieri posse contenditis, arcanum virus
pãditis hæresis vestræ. Nihil enim vos age
re apparet tanta defensione & laude natu-
ræ, nisi vt Christus gratis mortuus sit cu- Gala. 2.
ius nos dicimus fidem quæ per dilectionem Gala. 5.
operatur, etiam natura insipientibus opitu
lari Sunt enim qui tãta corporis obtusitate
nascuntur, vt similiores pecoribus quàm
hominibus videantur. Quorum tantæ ſa-
tuitatis quæ in illis naturalis apparet, non
potestis vllum dicere meritum, qui nullũ
esse dicitis originale peccatum. Quis autẽ
non quotidie probet testibus rebus huma-
nis, paruulum prius nihil sapere, & postea
si ad sapientiæ sortem pertinet, recta sape-
re, atque ita ab infantia ad sapientiam, per
insipientiam mediam peruenire? Quapro-
pter humana natura quæ iacet in paruulis,
cui laudibus vestris saluatorem tanquam M
sana sit inuidetis, quem adn odum prius p-
ferat insipientiæ quàm sapientiæ fructum
videtis, et radicis eius vitium videre nõ vul
tis, aut videtis quod peius est, & negatis. Cap. 4.

Deinde alijs verbis meis interpositis ca
lumniaris, quod ego ipse mihi contrarius
fuerim, qui cum dixissem inobedienti ho-
mini pœnam inobedientiam sui corporis
redditam, continuo alia membra corporis
nominatim expresserim dicens, quod ad
nutum nostræ seruiant voluntati. Hoc
ergo dixi, genitalibus vtique exceptis, quę
corporis nomine nuncupaui: ac per hoc &
corpus voluntati seruit in aliorum motio-
ne membrorum, & corpus voluntati non
seruit in motibus genitalium: Non sunt er
go verba mea inter se contraria, quamuis
te patiantur, vel non intelligendo, vel alios
intelligere non sinendo, contrarium. Si.n. 1.Co. 7.
pars corporis non posset nomine corporis
nuncupari, non diceret Apostolus, Mulier
non habet sui corporis potestatem, sed vir:
similiter & uir nõ habet sui corporis pote
statẽ, sed mulier. Ipsa vtiq; mẽbra sic appel
lãs corporis noĩe, qbus discernit sexus, pera
gitur q; cõcubitus. Quis est.n.q dicat vi-
rum

rum sui potestatem corporis non hab ere,
A si in his verbis Apostoli totum corpus in-
telligas, quod constat omnibus membris?
Ac per hoc ego secũdm Apostolum, et solum
genitale membrũ nomine corporis nuncu
pauĩ, quod non voluntate, sicut manum vel
pedẽ, sed libidine moueri agnoscit sensus hu
manus, q̃ te deridet in rebus manifestis im
pudentes nebulas excitantẽ, vt nos diutius
de pudendis reubs cogat & necessitas loq,
& honestas circũloqui. Sed qui verba mea
legit quæ refellere niteris, eisq; te insidian-
tẽ perspicit, sufficit mihi quia loco illo quid
dixerim corpus, intelligit. Verũ tu qui me
verbis meis repugnasse dixisti, quod esse fal
sissimum videbit quisquis te audito ea rele
gerit, & Apostolum genitalia nomine cor-
poris appellasse recoluerit: tu ergo q̃ in me
quasi sententias inter se pugnantes notasti
& momordisti, expone quemodmodum ti-
bi ipse cõstiteris, nec tibi ipse resisteris, vbi
primum dixisti, cum ventum fuerit vt filij
feminentur, ad voluntatis prorsus nutum
mẽbra in hoc opus creata famulari, & nisi
eorũ impedimenta, aut de infirmitate, aut
de immoderatione proueniant, seruire ani-
mi imperio: cum prius dixeris membra ge-
nitalia ad nutum voluntatis seruire, & ani-
mi imperio subiacere: post modum inter has
B corporis partes eadem deputasti, quæ non
voluntatis imperiũ, sed consensum requi-
runt in quo tibi aduersus manifestissime cõ
probaris. Postea vero hoc genus motus in
his habẽdum putasti, q̃ multa in nostro cor
pore ordine suo ac dispensatione secreta, vo
luntatis non imperiũ, sed consensum requi
runt magis, verius ni membra genitalia vo
luntatis non imperiũ, sed consensum req-
rere, q̃ voluntatis imperio aut animi subia-
cere. Vnde apparet hæreticum & cõtrariũ
sibimet extitisse, prius illa & posterius ista
definiendo, & quia erubuerit prioribus, po
sterioribus veriora confessum, peruicacia
tũ impudenti seu imperitia quæ prius pra-
uedixerat non mutasse. Vbi quidem perspi
cuæ veritati ex aliqua parte cessisti, sed il-
lud q̃d prius dixeras delere debuisti. Quo
enim secũm priorem sententiã tuã ad volũ
tatis prorsus nutum ista, de qbus agimus,
membra, famulantur atq; imperio animi
seruiunt, si secũm posteriorem sententiã tuã:
sicut fames, & sitis, & digestio non voluntа
tis imperium, sed consensum requirũt? Mul
tum quidẽ laborasti vt hæc inuenires, quæ

contra te potius q̃ contra me diceres. Sed in
tali causa non tibi esset necessarius labor, si
adesset pudor. Quid n.prodest, quia vere- C
cundari te dicis, & de rebus loqui talibus
horrore prohiberi, sed necessitate compelli:
q̃n non erubuisti sententiã tuã relinquere
scriptam, contra quam tu ipse perspicua ve
ritate turbatus, mox aliam sententiam pro-
tulisti? Quanquam & ipsa commemoratio
verecundię tuæ nimis inuerecunda est. Sed
ideo mihi placet, quia contra te loquitur.
Homo es.n.qui non erubescis libidinẽ lau
dare, & erubescere te dicis de libidinis mo-
tibus disputare. Quid autem magnũ fuerat
intueri, quod posteaq̃ dixi vt alia membra
moueantur positum in potestate est, conti-
nuo subieci, q̃n ab impedimentis corpus li-
berum habemus & sanum? Somnus.n.q̃n
inuitos premit & lassitudo, vtiq; impedi-
méta sunt, quibus membrorum agilitas im
peditur. Deinde quod aisti, nec in eam par-
tem sequi membra quam volumus, si ita ve
limus vt habitus ipse non patitur, non attẽ
disti propterea me prædixisse, vt ad opa si-
bi congrua moueantur: Ac per hoc si ea vo
lumus flectere quo eorum natura non pati
tur, ad opera sibi congrua non sequuntur,
tamen q̃n ea sequentia voluntario motu agi D
mus, libidinis adiutorio non egemus. Et cũ
ab eis mouendis cessare volumus, continuo
cessamus, nec contra voluntatem nostram
stimulo libidinis excitantur. Sane quod di-
cis etiam genitalia seruire animi imperio,
nouam quandam libidinem dicis, aut forte
nimis antiquam qualis & in paradiso esse
potuisset, si nemo peccasset. Sed quid hinc te
cum agam, quando posterioribus verbis
hoc tollis, quibus dicis non moueri hæc ad
animi imperium, sed potius expectare con-
sensum? Nec tamen ideo debes istam libidi-
nem fami, vel alijs molestijs nostris com-
parare. Quod enim nemo cum vult esurit,
aut sitit, aut digerit: indigentiæ sunt istæ re-
ficiendi, vel exonerandi corporis, quibus
subueniendum est, ne lædatur, aut occidat.
Nunquid autem læditur aut occidit cor-
pus, si libidini non adhibeatur assensus? Di-
scerne ergo mala, quæ per patientiam su-
stinemus, ab eis malis quæ per continentiã
refrenamus. Nam & illa mala sunt, quæ in
corpore mortis huius potuimus experiri.
Quantæ aũt & q̃ tranquillæ potestatis esse
mus etiam de his motibus, quibus alimenta
sumuntur & digeruntur, in illa fœlicitate pa-
radisi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

E radisi,quis posit vt certũ est indagare: qs vt dignum est explicare? Vbi absit vt creda mus aliquid fuisse vnde sensum nostrum,si ue intrinsecus,siue extrinsecus aut dolor pũ geret, aut labor fatigaret, aut pudor cõfun deret,aut ardor vreret,aut algor stringeret, aut horror offenderet. Quid quod istam pulcherrimam famulam tuam, quã me pu det assidue vel vituperando nominare, te autem prædicare non pudet commendatio nem fieri putas, ꝙ ei seruiunt vt ardentius excitetur,etiam cæteræ corporis partes,siue oculi videntes ad concupiscendum,siue alia membra in osculis & amplexibus? Aures quoque hominis quomodo ei subderes inue nisti, & erexisti eius vetustissimum quidẽ, sed planè gloriosissimum titulũ,commemo rans quod in expositione consiliorum suo rũ Tullius posuit,quia cum vinolenti ado lescentes tibiarum etiam cantu,vt fit,instin cti,mulieris pudicæ fores frangerent, ad monuisse tibicinam, vt spondeum caneret Pythagoras dicitur, Quod cum illa feciſ set,tarditate modorum, & grauitate cãtus, illorum furẽtem petulãtiam reddidisse. Vi des ergo quanto cõgruentius ego dixerim, sui iuris hanc esse quodammodo cui seruit tur ab alijs sensibus, vt in opus suum digne tur assurgere, vel à sua commotione requie scere. Hoc.n.ego ideo dixi, quia sicut ipse
F cõfessus es, consentitur ei potius quam im peratur. Nam & quòd alijs concitatur sti mulis, vel modulamine frangitur & sedatur, sicut ipse prosequeris, profecto non fieret, si seruiret hominis voluntati. Fœminas autem quas ab isto motu immunes facis,quanuis possint virili concupiscentiæ subiacere, & quando non patiuntur suam, tamen quantum eius etiam ipsæ sufferãt im petum, cui repugnat deus honestasq; casta
Gen.39 rũ,interrogetur Ioseph. Debuisti sanè ho mo Ecclesiastice, Ecclesiastica musica po tius quam Pythagorica commoneri, quid Dauidica cithara egerit in Saule quãdo ma lo spiritu vexabatur, & tangente citharam
1.Reg.16 sancto ab illa molestia respirabat:ne ideo bo num aliquid existimes concupiscentiam car nis, quia nonnunquam musicis cohibetur sonis. Quod autem dicis exclamãs, O quã digne Hieremias cum Prophetarum choro
Hier.6. & sanctorum omnium exclamaret, Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fon tem lachrymarũ, vt insipiẽtis populi pecca tã defleret. Quia Ecclesia Christi doctores Pelagiani erroris expellit,si flere salubriter velles,hoc fleres, ꝙ illo es implicatus erro re, eisq; te lachrymis ab eadem noua pe ste dilueres. An ignoras vel oblitus es, vel G considerare detrectas, sanctam Ecclesiam vnam catholicam etiam paradisi significatã fuisse vocabulo? Quid ergo miramini,si de isto paradiso foras mittimini, qui legẽ quæ est in membris nostris repugnans legi mentis,in illum paradisum vultis inducere, de quo foras à domino missi sumus,nec ad eũ redire poterimus, nisi hanc in isto paradiso vicerimus? Si.n.non ista concupiscentia q̃ defendis repugnat legi mentis, nullam ad uersus eã certamẽ quisquam sanctus exer cet. Tu autem confessus es, aduersus istam quam tueris,exercere sanctos gloriosa cer tamina. Ipsa est igitur quæ repugnat legi mentis in corpore mortis huius, de qua se gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum liberari dicebat Apostolus. Sentis ne iam tandem gratiæ huius inimici quan to sint fronte lachrymarum plangendi, & ne alios ad interitum secum trahant,quan ta pastoralis curæ obseruatione vitandi? Vos.n.augetis ista nouitate eam quæ in om nibus est hæreticis,occidui temporis prauitatem. Vos estis ruina morum,qui ipsius fi H dei supra qui mores ædificandi sunt, moli mini fundamenta subuertere. Vos pudoris interitus,quos laudare nõ pudet,contra qd pugnat pudor. Hoc potius audire debet Ec Ibidem clesia,quæ virgo dicitur,vt vos caueat: hoc matronæ,hoc virgines sacræ,hoc omnis pu dicitia Christiana. Non.n.sicut insimulas cum Manichæis dicunt,inesse carni suæ ma li necessitatem: quod malum illi substantia le,& deo coæternum esse mentiuntur, sed dicunt sanè cum Apostolo, Video aliam le gem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,esset tamen eam sub animi po testate gratia dei per Iesum Christum do minũ nostrum, in mortis corpore castigã dam, in morte corporis resoluẽdam,in cor poris resurrectione & mortis morte sanan dam. Tenent.n.sanctam professionem,non solo habitu vestis, sed & mentis & corpo ris resistendo concupiscentiæ carnis, quod hic fieri potest,non ea prorsus carendo,qd hic fieri non potest. Hoc ergo audiant,vt donec illa careant,vos caueant: Nam si ab omnibus sanctis quæras tanquam in sancto adiutorio duobus recitare cupientibus,vtrũ vituperatorem,an laudatorẽ malint audire

libidinis, quid de illis responsurum putas, continentium laborem,coniugatorum pu dorem, omnium castitatem? Itane abijce rẽt ab auribus suis libidinis vituperationẽ, & libenter audirent libidinis laudem? Non it. vsqueadeo putãdum est periisse frontem de rebus,vt hoc dedecus,nisi in tali forte audi torio fierer,vbi te recitaturo confidentibus discipulis suis magister Celestius aut Pela gius præsideret.

5. Hinc ad alia verba mea transis, vbi dixi, Nunc itaq; motũ ideo indecentẽ,quia ino bedientẽ, cũ illi primi homines in sua car ne ser.sissent & in sua nuditate erubuissent, foljs ficulneis eadem membra texerunt, vt saltem arbitrio verecundantium velaretur, quod non arbitrio volentium mouebatur: & qm̃ pudebat quod indecenter libebat,o periendo fieret quod decebat. His verbis meis propositis hoc te iam destruxisse in secundi tui libri disputatione, & in hu ius tertij cui nunc respondeo parte superio re,inani commemoras. Nunc autem quia istum motum libidinis dixi, ideo indecen tẽ,quia inobedientem, dixisse me vis puta ri,non eam corpori, non animo esse subie ctam,sed vera virtute semper indomitam. At ego illam virtutem nunquam dixi esse, sed vitium. Quod si non mouetur concupi scendo, quid est ergo aduersus eam castitas dimicat continendo? Vbi sunt illa quæ ad uersus eam cõfessus es exerceri sanctorum gloriosa certamina? Quantum ergo attinet ad pudicitiam, ꝙ eius libidinis expugnatio ne,oppressione,frenatione, & ad nihil illici tũ permissione seruetur,hoc dicis qd̃ ego: sed quod expugnandum,opprimendum,re frenandum est,ne ad illicita rapiat, quibus inhiare non cessat,bonum esse tu dicis,non ego. Quis aũt nostrũ verum dicat,iudicẽt casti,auscultantes non linguæ tuæ,sed expe rientiæ suæ. Iudicet Apostolus,dicens,Vi deo aliam legem in membris meis repugnã tem legi mentis meæ. Sed Paterniani,inqs, idemq; Venustiani hæretici similes Mani chæis,dicunt a lumbis vsq; ad pedes diabo lum fecisse corpus hominis, superiores ve ro partes deum, velut supra basem aliquã collocasse, adduntq; nihil ab hominis stu dio requiri, q̃ vt anima quã in stomacho & capite habitare dicunt, munda seruetur. Pu bem vero si omnium flagitiorũ sordibus ob linatur, aiunt ad suã non pertinere curã. Ita semper, inquis, vt ipsi libidini turpiter ser

uient,titulum ei propriæ potestatis affigũt. Cuius cognatione sententiæ, posuisse me in libro meo asseris, Arbitrio verecundantiũ velabatur,quod non arbitrio volentiũ mo uebatur, & quod non seruiens voluntati, L. suo iure corpus libido succedit. Nunquid ideo vim veritatis effugere poteris,quia no bis calumniando importas locios falsitatis? Quod n.ego in libro meo posui,cui cedere vtinam q̃ resistere maluisses, longe distat ab istis Paternianis seu Venustianis. Ego enim scd̃m catholicã fidem, totũ hominẽ, totam.s.animam, totumq; corpus eius deo summo & vero tribuo creatori: Diabolum aũt dico humanã vel aliquid eius non creas se,sed vitiasse naturam,contraq; ipsam dia bolicam plagam,quæ dei opitulatione sanã da est,donec ab ea penitus liberemur,nobis esse pugnandum. Nec animam q̃ corpus viuit vniuersum mundum, quantũ in hac vita mundus homo est, posse seruari,si con cupiscentiæ carnis ad flagitia perpetranda & quæq; immunda consenserit. Quantum ergo attinet ad istam calumniam tuã, nun quid habes aduersus ista quæ dicas? Quod si parũ est,ecce damno & anathematizo ea quæ Paternianos seu Venustianos sentire dixisti? Addo etiam Manichæos: Vtrosq; cũ cæteris hæreticis execror, damno, anathe matizo,detestor. Quid q̃ris amplius? Exue te calumnijs,viribus luctare,nõ fraudibus: Rũde vnde sit,cui nisi repugnetur,nulla ca stitas custoditur. Non est certe natura atq; substantia, scd̃m Venustianos & Mani- M. chæos. Si nec vitium naturæ est,quid est? Exurgit,opprimo: renititur,refreno: repu gnat,expugno. In tota anima & toto corpo re conditorem habeo pacis deum: Quis in me seminauit hoc bellum? Solue Apostoli Rom.5. quæstionem atq; responde, Per vnum ho minem pct̃m intrauit in mundũ & p pct̃m mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Sed non vult Gala.1. Iulianus. Et ad hoc Apostole beate respon de, Si quis vobis annunciauerit præter qd̃ accepistis,anathema sit. Sed si cohibuero,si cut dicis,inuictum libidinis malum,profite bor me esse turpitudinis aduocatum. Si aũt dixero malum me quidem hoc dixisse na turale,sed quod vinci possit,id est, possit ca ueri,protinus tu ex alia parte sententiæ tuæ tripudias. Possunt enim homines,inqs,om ne vitare peccatum,cum possint vincere cõ cupiscẽtiæ malum. Si enim libido naturale

malum

malum est,& vincitur amore virtutis,multo magis dicis illa omnia vitia superari,quæ de sola voluntate contingunt. Iam multis modis ad ista vestra,& sæpe responsum est,
A Quia dum hic viuimus, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, quæ inter se sunt contraria, vt non quæcunq; vultis, hæc faciatis. Quæ
Gala. 5 Rom. 6. autem sit ista pugna, & vnde oriatur, & quomodo finienda sit, iam dixi. Non enim regnet peccatum in corpore nostro mortali ad obedien-
dum desideriis eius, tamen vt taceam de corporeis sensibus, & in rebus, quibus licite vtimur, surrepentis voluptatis excessibus, in
1. Ioã. 1. ipsis certe nræ cogitationis motibus & affectibus, si dixerimus, qa pctm nõ habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Frustra igitur in alia tuæ sententiæ parte tripudias, nisi forte sententiã Apostoli Iohannis repudias sacrilega psumptione. Qd autem nũc agitur, naturalem esse libidinẽ, & ego dico, quia cum illa nascitur omnis homo, & tu multo amplius, qui dicis, qp cũ illa sit conditus primus homo: ita vincendã esse libidinem atq; vt vincatur ei resistendum esse & repugnandum, & ego dico, & tu, ne à me audias quod mihi ipse dixisti, qp fiteri te turpitudinis aduocatum, si libidinẽ negaueris esse vincendam, quæ vtiq; non vincitur, si nullum cum ea geritur bellum. Cum igitur libidinem & naturalem esse, & vinci posse ambo dicamus, vtrum bonum vincamus, an malum, ipsa inter nos vertiB tur quæstio. Sed vide q̃ sis absurdus, & sicut hostem vis expugnare libidinem, & de malo eius non vis finire qõnem, vt si te in concupiscentiæ diabolus aduersitate non vicerit, vincat te in peruersitate sententiæ. Adhuc non euigilas, vt intelligas nostram naturam non esse sed vitium, contra quod virtute pugnamus. Neq; n. bono bonum, sed bono vtiq; malum vincimus. Considera cũ quo vincat, cum quo vincatur. Quando enim libido vincit, vincit & diabolus. Quãdo libido vincitur, & diabolus vincitur. Quẽ ergo vincit libido, & à quo vincitur, est hostis eius. Cum quo autẽ vincit & vincitur, author est eius. Rogo te oculos aperi, & cerne quæ aperta sunt. Nulla pugna est sine malo. Qñ enim pugnatur, aut bonum pugnat & malũ, aut malũ & malum: aut si duo bona inter se pugnant, ipsa pugna est magnũ malũ. Quod in corpore qñ contingit, vt ea quibus constat, id est humidum & siccum, calidũ & frigidum, quanuis sint inter se contraria, pacẽ secum cõcordiãq; non teneant, morbi ægrotationesq; nascuntur. Et quis audeat dicere aliquid eorum non esse bonum, cũ omnis creatura dei bona sit, Dani. 3 & benedicant in hymno triũ puerorũ frigus & æstus dñm, quæ inter se sunt contraria, seruant tñ pro rerũ incolumitate cõcordiam. Cum vero in nostro corpore discrepant, seseq; inuicem oppugnant, valetudo turbat. Et hoc totũ sicut i. s. mors, de peccati illius propagatione descendit. Neq; n. & hæc quisquam dixerit si nemo peccasset, nos in illa beatitudine paradisi fuisse passuros. Sed aliæ sunt rerũ corporalium qualitates, quæ secum à contrarijs tẽperant vt bñ valeamus: & cum sint in diuerso genere bonæ, tñ cum discordant, malam valetudinem faciunt: & aliæ sunt animæ cupiditates quæ propterea carnis dicuntur, quia secđm carnem anima concupiscit, cum si concupiscit, vt ei spiritus, id est pars eius melior & superior debeat repugnare. Deniq; ista vitia nõ medicos vllos corporum quærunt, sed grã Christi medicante curantur, prius vt reatu non teneant, deinde vt conflictu non vincant, postremo vt omni ex parte sanata, nulla omnino remaneant. Proinde cum mala concupiscere malum sit, & bona concupiscere bonum sit, atq; hoc bellum quandiu hic viuitur non quiescat, cum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, quis me liberabit de corpore D mortis huius, nisi gratia dei p Iesum Christ Rom. 7. stum dominum nostrum? Cui gratiæ nistum dominum nostrum? Cui gratiæ nimis inimicum dogma horrescimus vestrũ. Sed vir fortissimus nocturnorum & si non administrator, certe exhortator prædicator que bellorum, eneruem & mollem esse discis opinionem, qua creditur in paradiso ad nutum voluntatis genitalia potuisse seruire. Tanto. n. tibi tanquam viro casto, effœminatior videtur esse animus, quanto plus habet potestatis in corpore. Sed ecce non vobiscum de libidinis absentia præsentiave contendimus: nec dilectionẽ quam debere vos ei videmus offendimus, saltem ipsam subdite voluntatis imperio in illo fœlicitatis loco. Auferte inde euidentissimam pugnam, quæ sit eius motioni mentẽ renitẽte: Auferte inde turpissimã pacẽ, q̃ sit eius dominationi mẽte seruiente. Et certe quia nõ eam talem videtis, qualem ibi constituere si rõne non reuocamini, pudere cogimini, in ea qualis nunc est vitiũ originale fatemi ni, cui si seruimus p̃mus, cui repugnamus, ne seruiamus. Ecce quod laudas, nec times, ne tibi potius admoneas esse dicendũ, qp ad flagitia concites homines ne resistant concupiscentiæ, quã sicut bonũ naturale cõmendas. Quid. n. te adiuuat quod reprehendere E videris eius excessum, cuius approbas motũ? Tunc. n. excedit licitũ limitem, qñ eius motibus ceditur. Mala est tñ & qñ non cedit ur, quia malo resistitur, ne bonum castitatis intereat, si huic malo non resistatur. Quã tu cũ bonã naturaliter dicis, astute illi semper consentiendum esse decernis, ne renisu improbo repugnetur naturali bono. Ita quippe potest facillime uera esse etiam illa vestra sententia, qua dicitis hominẽ sine peccato esse si velit. Non est. n. quomodo faciat quod non licet, qñ licet quicquid libet, quia bonum est quod naturaliter libet. Si ergo assunt, uoluptatibus perfruatur, si ãt non assunt, ipsis earum cogitationibus sicut Epicuro visum est, oblectetur, & erit sine peccato, nec se vllo fraudabit bono, nec cuiusq; doctrinæ opinionibus resistat natura libus motibus, sed sicut ait Hortensius, tũc obsequatur naturæ, cum sine magistro sentit quid natura desiderat. Non enim potest quæ bona est desiderare quod malum est, aut negandum est bonæ aliquod bonũ. Fiat itaq; totum quod desiderat libido bona, ne ipse sitmal q̃ resistit bono, Nõ hoc dico, inquies, & iniustum est vt aliud me sucere quod pati non vis, & dicere qp inuitemus ad dulcia furta, quibus Apostolũ recitamus dicentẽ, Scio quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea bonũ. Et si. n. nõ hoc proficiunt bonũ quod volunt, ut non concupiscant: faciunt tñ bonum, vt post concupiscentias suas non eant. Si. n. uos castitatẽ vobis videmini docere, cum dicitis, Noli vinci a bono, sed vince in bono bonũ: quanto magis cã nos docemus, cũ dicimus, Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Vide q̃ sit iniustũ vt nos quod vituperamus, expugnare non credas, qui te credi non vis eo frui velle quod laudas. Quo casti esse nõ possunt inimici libidinis, si casti eẽ possunt & eius amici? Quòd ergo negantes originale peccatum, & inuidentes paruulis saluatorem Iesum, legem peccati repugnantẽ legi mentis introducere vultis & in paradisum ante peccatum, hoc in uobis isto opere confutamus, Eorum quæ non videmus in uobis, nec audiuimus ex uobis, nolumus esse iudices. Nihil nostra interest, quid in occulto agãt aperti libidinis laudatores.

Cũ vero alijs verbis meis propositis, il- Cap. 6.
lam distinctionem meam quã de nuptijs & comcupiscentia priorum hominum posui, dicens, Quod. n. illi postea propagatione fecerũt, hoc est cõcubij bonũ. qd̃ vero prius cõfusione texerunt, hoc est cõcupiscẽtiæ malũ, sic refellẽdũ putasti, vt diceres fieri nõ posse, vt quod bonum est non habeat cõem cũ eo laudem, sine quo esse non põt, ita uolens vnam eãdemq; laudem nuptijs & libidini esse cõem: qũo corruat ista tua velut definitiua sentẽtia, paulisper attende. Primum qp vniuersitas rerum quam cõdidit deus, nõ potest esse sine malis, nec ideo tamen mala eõem laudem possuns habere cum bonis. Deinde si fieri nõ põt, vt quod bonum est non habeat cõem cum eo laudẽ, sine quo esse non potest: profecto & qd̃ malum est, sic fieri non potest, vt non habeat cõem cum eo vituperationẽ, sine quo esse non potest. Vituperamus igitur opera dei, sicut vituperamus mala, quæ sine illis esse non possunt. Nullum enim malum est nisi in aliquo opere dei, nec sine illo esse omnino alicubi potest. Vitupera ergo, vt non te longius mittam, membra humana sicut vituperas adulteria, quæ sine illis membris esse non possunt. quod si non facis, ne tibi quoque ipsi manifestus appareas insanus, potest igitur nuptiarum bonum
H non habere laudem communem cum libidine, sine qua esse nunc non potest, sicut quodlibet malum potest non habere communem vituperationem cum opere dei, sine quo esse nunquam potest. Sicut autem ista definitio tua falsa & inanis est, ita omnia quæ ex illa tanquam consequentia nexuisti, Inuictam sanè nunquã ego voluptatem carnis sicut solere me insimulas, dixi. Ambo eam & debere & posse dicimus vinci: sed tu tanquã bonum repugnante alio bono, ego tanquã malũ repugnante bono, & tu viribus proprijs, ego gratia saluatoris, vt non alia reproba cupiditate, sed dei caritate vincatur, quæ nõ viribus nostris diffunditur in cordibus nostris, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. De cõ-
Rom. 5. fusione ãt illorũ hominũ pudẽdisq; coopertis frustra te cõmemoras aliqd Apostolo attestante mõstrasse. Tu. n. verecũdiora dicis, q̃ ille dixit inhonesta, vnde iã quantũ satis visum est disputauimus. Tu itaque frustra

ſtra refugis rurſus ad Balbum, atq; philoſo
phorũ literas, quaſi Balbus te faciat loquẽ-
tem, qñ de illa cõfuſione primorum homi-
num non potes inuenire qđ dicas. Si autẽ
I in quibuſdam veris ſentẽtijs ſaltem philo-
ſophorũ literis cederes, non ſurdo corde il-
lud audires, q̃ voluptates illecebras atque
eſcas malorum & vitioſam partẽ animi di
xerũt eſſe libidinẽ. Nã quod in noſtro cor
pore loca digeſtionis Balbus remota dixit
à ſenſibus, iõ verum eſt, qñ ſenſus noſtros
ea quæ digerimus non alliciunt, ſed offen-
dunt: Propterea pars qua egeruñ, naturа-
liter alijs partibus altrinſecus prominenti-
bus occultatur, ſicut etiam tunc erant quan
do nudi non confundebantur, qui poſt pec
catum continuo non occulta, ſed planè in
promptu poſita membra texerunt. Qui-
bus quanto magis non horrore offendeba-
tur, ſed delectatione alliciebatur aſpectus et
mouebat ſuſceptã tuã, tanto magis ea tege
re ad pudoris officiũ pertinebat. Quod aũt
de claudictione & peruentione dixi, ſi frau
de nõ agis, nõ intellexiſti. Nõ. n. puẽtionẽ
accipi volui hominẽ qui naſciť de cõcubitu
cõiugali, qđ me ſenſiſſe arbitraris aut fin-
gis, ſed peruentionem dixi quod bonũ hã-
bent in fine offũtij ſui nuptię, etiam ſi nul
lus inde naſcatur. Seminare quippe ad vi-
rum pertinet, excipere ad fœminam. Hu-
K cuſq; coniuges opere ſuo poſſunt. Ad hoc
dixi ſanè ſine claudicatione non poſſe, hoc
eſt ſine libidine perueniri. Vt autem conci-
piatur fœtus atque naſcatur, diuini eſt ope-
ris, non humani, qua tũ intentione ac volũ
tate, etiam illud bonum quod ad earũ opus
pertinet, peragunt nuptiæ. Sed quia ipſe fœ
tus damnationi naſcitur ſi non renaſcatur,
eo vſq; pertendũt non operis ſui velut am
bulationis, ſed voluntatis fine Chriſtiana
coniugia, vt regenerandos generent, pro-
pter quod in eis vera, hoc eſt deo placens
eſt pudicitia. Sine fide enim impoſsibile
Heb.11 eſt deo placere.

Cap. 7. Venis deinde ad illud, vbi egimus ex A-
1.The.4 poſtoli teſtimonio, vt ſciat unuſquiſq; ſuũ
vas, id eſt, ſuam coniugem poſsidere, nõ in
morbo deſiderij ſicut gentes, quæ ignorant
deum: Quod exponens dixi, non coniuga-
lem, hoc eſt licitum honeſtumq; cõcubitũ
fuiſſe prohibitum, ſed vt operis huius cau-
ſa ſit voluntas propaginis, non carnis volu-
ptas: & quod ſine libidine fieri non poteſt,
ſic tamen fiat, vt non propter libidinẽ fiat.
Ibi tu exclamas, O altitudo diuitiarum ſa- Rom.11.
pientiæ & ſcientiæ dei, qui extra futuram
operum retributionẽ ex multa parte libe
rum arbitrium formam voluit implere iu-
dicij. Iuſtiſsime enim ſibi bonus homo, in-
quis, malusq; committitur, vt & bonus ſe- L
fruatur, & malus ſeipſe patiatur. Quæ ꝓ-
ſus exclamatio tua ad rẽ nõ pertinet, qua te
ſentis vrgeri, nec tuo clamore pondus quo
premeris ſubleuas, impium dogma veſtrũ
mordicus tenens, quo vobis placeat etiam
bonum hominem diuino iudicio ſibi quen
que cõmitti, ne ſcilicet ei ſit neceſſaria dei
gratia, velut idoneo qui ſemetipſum agat.
Sed abſit vt ita ſit. Prorſus qui ſibi commit
tuntur, & a ſemetipſis aguntur, nõ ſunt bo Rom.8.
ni, quia nõ ſunt filij dei: Quotquot enim
ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Puto
ꝓ agnoſcas in hac ſententia dogma Apo-
ſtolicum, quo illud ſubuertitur veſtrum.
Veruntamen dicis aliquid contra te, quod
tacitus præterire non debeo. Meminiſti ne
quandiu diſputaueris contra lucidiſsimam
quæ per Apoſtolum deprompta eſt verita
tem, affirmãs nullo modo eſſe poſſe aliquid
quod & peccatũ ſit & pœna peccati? Quid
eſt ergo nunc, ꝓ oblitus tantæ loquacitatis
tuæ, iõ laudas altitudinẽ diuitiarũ ſcientiæ
& ſapiẽtiæ dei, qa extra futurã operum re
tributionẽ, ex multa parte liberũ arbitriũ
formã voluit implere iudicij? Iuſtiſsime. n. M
ſibi ſicut definis, bonus homo malusq; cõ-
mittitur, vt & bonus ſe fruať, vtiq; in ope-
re bono: & malus ſe ipſe patiatur, vtiq; in
opere malo. Quod profecto illi & peccatũ
eſt, quia malũ facit, & pœna peccati, quia
malũ ſe patitur, vt ex multa parte formam
iudicij quo bona bonis, & mala malis retri
buũtur, iam impleat liberum arbitriũ, quo
recte agendo ſe fruitur bonus, & peccando
ſe patitur malus. Cernis nempe cum arma
tua vana quidem & obtuſa iactanter venti
las, qũo qua ferireris, nudaueris: imo teip-
ſe percuſſeris. Et inſuper iactas mea inter
ſe dicta eſſe contraria, quia dixi, non quidẽ
vt tu calumniaris, concubitum corporum
a diabolo fuiſſe repertum, cum etiam ſi ne-
mo peccaſſet non niſi concumbente vtroq;
ſexu filij naſcerentur: ſed dixi inobedien-
tiam carnis, quæ in carne concupiſcente ad
uerſus ſpiritum apparet, diabolico vulnere
contigiſſe. Et rurſus, quia dixi, hanc legem
peccati repugnantem legi mentis à deo illa
tam propter vltionem, & ideo pœnam eſſe
peccati.

peccati. Hæc inter ſe aſſeueras eſſe contra-
ria. Quaſi fieri non poſsit vt unum atque
idem malũ & diaboli iniq̃tate & dei æqui-
tate peccantibus ingeratur: cum etiam ipſe
diabolus & propria malignitate ſit infeſtus
hominibus, & dei iudicio ſinatur nocere
peccantibus. Neq; hinc ſibi ipſa diuina ad-
uerſantur eloquia, quia ſcriptum eſt, Deus
A mortem non fecit. Itẽ ſcriptum eſt, Vita &
mors à dño deo, quia deceptor hominis cau
ſa mortis eſt diabolus, quã non vt primus
autor eius, ſed vt peccati vltor intulit deus.
Verum iſtam quæſtionẽ ſatis dilucide ipſe
ſoluiſti, qui hominẽ malum dixiſti ſibi eſſe
cõmiſſum, vt ꝓ ſibi eſt ipſe ſuppliciũ, & di
uinum ſit iudiciũ, & ipſe liberum arbitriũ,
nec ſint inter ſe duo iſta contraria, ꝓ in pœ
na ſua author eſt & vltor deus. Abuteris
autem ingenijs tardioribus: Nolo enim di-
cere, quia & tu non intelligis, vt non diſcer
nas hæc duo, & maligna calliditate aut te-
nebroſa cæcitate confundas voluntatem &
voluptatem: & ſicut ipſa nomina ſurdaſtris
auribus vnũ atq; idem ſonant, ita res ipſas
furdaſtris cordibus, vnum idemq; eſſe per-
ſuadere te poſſe confidas. Hinc eſt ꝓ ſen-
tentias meas inter ſe contrarias putas vel
putari cupis, tãquam improbem quod ante
approbauerim, aut amplectar quod ante re
ſpuerim. Audi ergo apertam ſententiam, &
intellige vel ſine intelligere alios, nõ offun
dendo caligines nebuloſæ diſputationis ſe-
renitati ſynceriſsimæ veritatis. Sicut bonũ
eſt bene vti malis, ita honeſtũ eſt bene vti
inhoneſtis. Vnde & ipſa membra non pp
diuini operis pulchritudinem, ſi propter li
bidinis fœditatem inhoneſta dicit Apoſto-
lus. Nec ad ſtupra coguntur neceſsitate qui
caſti ſunt, quia reſiſtunt inhoneſtæ libidini,
ac compellat eos inhoneſta committere,
ſine qua tũ non poſſunt honeſte filios pro-
creare: Ita fit, vt coniugibus caſtis & volũ
tas ſit in ſobolis procreatione, & neceſsitas
in libidine. De inhoneſto quippe honeſtas
agitur procreandi, quando libidinem non
amat, ſed tolerat caſtitas concumbendi. So
let libenter commemorare quibus te adiu-
ueri putas, authorum ſententias ſeculariũ.
Intuere honeſto corde ſi potes, quid de Ca
tone poeta cecinerit,

Vbi, inquit, pater eſt, vrbiq; maritus:
Inſtitiæ cultor rigidi ſetuator honeſti.
In cõe bonus, nullosq; Catonis in actus
Surrepſit, partẽq; tulit ſibi nata uoluptas.

Qualis. n. vir Cato fuerit, & vtrum in eo
vera virtus honeſtasq; laudata ſit aliа quæ-
ſtio eſt, ad quẽlibet tñ finẽ ſua referret offi
cia, non vtiq; ſine voluptate filios procrea-
uit, & tñ nullos Catonis in actus ſurrepſit,
partemq; tulit ſibi nata voluptas: qm̃ & qđ C
non faciebat ſine voluptate, nõ faciebat pp
voluptatem: nec in morbo huius deſyderij
ſuum vas poſsidebat, quanuis ignoraret
deum, ſi talis fuit qualis prædicatur. Et non
vis intelligere, quod ait Apoſtolus, Vt ſciat
vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſsidere, nõ 1.Theſ.4
in morbo deſyderij, ſicut gentes quæ igno-
rant deum. Bene diſcernis inter bonum mi
nus coniugale, & bonũ amplius cõtinẽtiæ,
ſed tuum dogma non deſeris inimiciſsimũ
gratiæ. Dicis. n. ꝓ dñs continentiæ gloriam
libertate electionis honorauerit, dicens,
Qui poteſt capere capiat: tanquam hoc ca- Mat.19.
piatur non dei munere, ſed arbitrij liber-
tate, & taces quod ſupra dixerit, Non om-
nes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum
eſt. Vides quæ taceas, quæ dicas, Puto quod
te pungat conſcientia, ſed vincit rectum ti-
morem, cum ingerit peruerſum pudorem,
quoquo modo iam defendenda præcipita
ta ſententia. Tantummodo exceſſum libidi
nis identidem culpas, ipſam laudare non ceſ
ſas. Nec attendis, ſentis, intelligis, malum eſ
ſe cui ne limitem neceſsitatis excedat, cogi-
tur temperantia repugnare. Quanuis tu
quod monuit Apoſtolus, ne in morbo deſy
derij ſuum vas quiſq; poſsideat, non de cõ- 1.The.4
iugio, ſed de fornicatione accipiendum pu D
taueris, atq; ita temperantiæ totam honeſta
tem de concubitu coniugum abſtuleris, vt
nemo ſibi videatur in morbo deſiderij ſuũ
vas poſsidere, q̃tacũq; libidine in vxoris ge
nitalibus potuerit inſanire ſi recte de tẽpan
tia coniugali ſapuiſſet hæreticus, quid ſenti
re debuerit, quid de Apoſtoli teſtimonio in
telligere integra fide potuerit. Si enim vl-
lum ibi tenendum exiſtimares modum, po-
tuiſti & illic concupiſcentiæ reprehendere
exceſſum, eumq; dicere ab Apoſtolo ſi-
gnificatum morbum deſiderij, & non im-
probe negare, ſuum vas dictum fuiſſe cuiq;
coniugẽ ſuam. Quo verbo in eadem re etiã
Petrus Apoſtolus vtitur, vbi monet vt viri
vxoribus ſuis tanquam infirmiori vaſi tri-
buant honorem, velut cohæredibus gratiæ,
adiungens, & dicens, Et videte ne impediã- 1.Petr.3.
tur orones veſtræ. Sicut & coapoſtolus eius
tpa præſcribit orandi temperantiæ coniu-

gali:& ſecundum veniam concedit, quãuis cum coniuge, non vtiq; illum prolis, ſed ꝙ
1.Cc.7. fit voluptatis intentione concubitũ. Hunc audiant Chriſtiana coniugia, non te, q vis in eis quã defendis, nunquam frenari concupiſcentiam, ſed quotienſcunq; ſe cõmouerit
E ſatiari auidam, regnare ſecuram. Hunc audiant, inquã, fideles Chriſti qui ſunt connubio colligati, vt ex cõſenſu temperent, quo vacent orationi: & cum ad ipſum redeunt pp intemperantiam ſuam, nouerint etiam inde dicere deo. Dimitte nobis debita nra. Quod.n. ſecundum veniam, nõ ſecundum
Matt. 6. imperium à tanto doctore dicitur, vtique
Cap. 8. ignoſcitur non iubetur. Sed inſertis alijs verbis meis, vbi voluntatem vere piorum Chriſtianorũ coniugũ cõmendaui, q filios ad hoc generant in hoc ſeculo, vt propter alterũ ſeculũ regenerentur in Chriſto, cõmemoras te iã in ſecũdo libro iſtam meam deſtruxiſſe ſentẽtiã: vbi quid tibi rñderim, ibi potius legant qui volunt. Sic.n. nõ ſunt facienda adulteria, ẽt voluntate generandi regenerandos, quemadmodũ nec furta facienda ſunt, etiã voluntate paſcendi pauperes ſanctos: quod tñ faciendum eſt, non fur-
Luc.15. ta perpetrando, ſed bene vtendo mammona iniquitatis, vt & ipſi recipiantur in tabernacula æterna: ſicut non adulteria committendo, ſed coniugaliter bene vtendo malo libidinis, ea voluntate generandi ſunt filij, vt cum eis regnetur in æternum. Verũ elegãter laudas ſuſceptam tuam dicens, & verũ
F dicens, quod nihil tale poſsit dum concumbitur, cogitari. Prꝛcꝛſus ita eſt. Quid enim cogitari poteſt tunc qñ mens ipſa qua cogitatur, illa carnali delectatione ſubmergitur?
Sup.li.4. Vnde optime ille de voluptate diſputans,
cap.14. quæ verba in libro ſuperiore iam poſui. Cuius motus, inquit, vt quiſq; eſt maximus, ita eſt inimiciſsimus philoſophiæ. Congruere enim cum cogitatione, magna voluptas corporis non poteſt. Quis.n. cum vtatur voluptate, inquit ea, quæ nulla poſsit maior eſſe, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquã põt? Non igitur etiam tu potuiſti grauius accuſare quam laudas, niſi fatendo in eius impetu neminem poſſe ſancta cogitare. Sed vtique religioſus animus iſto malo bene vtens cogitat, vt libidinem concumbendo patiatur, quod non poteſt cogitare cum patitur. Sicut ſalutem homo cogitat, vt ſomno ſe impertiat, quod vtique non poteſt cogitare cum dormit: ſed ſomnus cum occupat mẽbra ea non facit inobedientia uoluntati: quia & ipſam voluntatem ab huiuſcemodi alienat imperio, auertendo animã ad viſa ſomniorũ, in quibus ſæpe etiam futura monſtrata ſunt. Vñ ſi erat in paradiſo vicisſitudo vigiliãdi atq; dormiendi, vbi non erat malũ concupiſcendi, tã fœlicia erant ſomnia dormientiũ, G
q vita vigilantium. Quòd autem te iactas, & inaniter ſpumeum diffundis eloquium, parentes cõparans parricidis, in eis aſſerẽs eſſe cauſam vt filij cum damnatione naſcãtur: fereris omnino linguæ tuæ velut exultantibus & plaudentibus pennis, nec in iſto ſtrepitu, quẽ tibi ipſe facis, reſpicis deũ. Cur enim nõ iſta vel tale aliquid, ipſi potius hominum creatori q̃ genitoribus dicitur, qui certe omnium bonorũ eſt author & conditor? Et tñ quos ignibus æternis præſciit aſuros, creare nõ definit: nec ei ꝙ eos creat, niſi bonitas imputatur. Et quoſdã infantes etiam baptizatos, quos futuros præſciit apoſtatas, non aufert ex hac vita in æternum regnum adoptatos, nec eis confert magnũ beneficium, quod ei, de quo legitur, Raptus
Sapiẽ.4. eſt ne malitia mutaret intellectũ eius: Nec tñ deo tribuitur, niſi bonitas atque iuſtitia, qua de bonis & malis omnia bene ac recte facit. Quanto facilius intelligitur parentibus non eſſe tribuendum, niſi quod filios volunt, qui proculdubio quæ illis futura ſunt neſciũt. Quod autem commemoraſti
Matt.8. ex Euangelio, Melius erat homini illi non naſci: nonne vt naſceretur plus opere dei H actum eſt, q̃ parentum? Cur non ipſe imagini ſuæ præſtitit, quod melius erat, qui malum quod ei futurum fuerat præſciebat, quod parentes noſſe non poſſunt? Et tamen ab eis qui recte intelligunt, non tribuuntur deo, niſi quod benignicati tribuendum eſt creatoris: Sic & parentibus ſine nodo diſſimilis quæſtionis hoc tribuitur, ꝙ filios voluerunt quorum futura neſciuerunt. Ego autem non dico paruulos ſine Chriſti baptiſmate morientis tanta pœna eſſe plectendos, vt eis non naſci potius expediret, cum hoc dñs non de quibuſlibet peccatoribus, ſed de ſceleſtiſsimis & impiiſsimis dixerit. Si enim quod de Sodomis ait, & vtiq; non de ſolis intelligi voluit, alius alio tolerabilius in die iudicij punietur, quis dubitauerit paruulos non baptizatos qui ſolum habent originale peccatum nec vllis propriis aggrauantur, in damnatione omniũ ſe-

uiſsima futuros? Quæ qualis & quãta erit quanuis definire non poſsint, non tamen audeo dicere, ꝙ eis ut nulli eſſent q̃ vt ibi eſſent, potius expediret. Verum uos quoq; q eos velut liberos ab omni damnatione, eſſe contenditis, cogitare non vultis, qua illos damnatione puniatis, alienando a uita dei
I & a regno dei tot imagines dei. Poſtremo ſe parando a parentibus pijs, quos ad eos procreandos tam diſertus hortaris. Hæc aũt in iuſte patiũtur, ſi nullũ habent omnino peccatum, aut ſi iuſte, ergo habent originale peccatum.

Alijs deinde propoſitis meis verbis qui bus commemoraui quã honeſte ſancti anti qui patres coniugibus uſi fuerint, dicis eos non hoc intuitu operam dediſſe propagini, vt tanquã reos gignerent filios baptiſmate diluendos, eo quòd baptiſma quo nũc adoptamur, nondũ fuerat inſtitutũ. Hoc de baptiſmate uerum dicis: Nec ideo tñ credendũ eſt, & ante datam circunciſionem famulos dei, qñquidẽ eis inerat mediatoris fides in carne uenturi, nullo ſacro eius opitulatos fuiſſe paruulis ſuis: q̃uis quid illud eſſet aliqua neceſſaria cauſa ſcriptura latere uoluerit. Nam & ſacrificia eorum legimus quibutiq; languis ille figurabatur, qui ſolus tollit peccata mundi. Apertius etiã legis iam tempore naſcentibus paruulis, offerebant ſacrificia pro peccatis, Rñde, ꝙ quibus peccatis. Reſpice illis etiã generantibus partibus periturã fuiſſe animã paruuli de populo ſuo, ſi die non circuncideretur octauo, & rñde quo merito periret, quem negas originali obnoxium fuiſſe peccato. Iam vero & de Ioſeph, cuius Mariam teſte Euangelio coniugẽ dixi, multa diu diſputas cõtra ſententiã meã, & conaris oſtẽdere, quia concubitus defuit, nullo modo fuiſſe coniugium: Ac per hoc ſecundum te cum deſtiterint cõcumbere coniuges, iam non erunt cõiuges, & diuortiũ erit illa ceſſatio. Quod ne contingat, agãt ſicut poſſunt decrepiti qd̃ iuuenes agebant, & ab hoc opere quo etiam cõtinens nimium delectaris, rec effœtis ætate corporib. parcant. Nõ ſe cogitẽt q̃tũ ad libidinis attinet incẽtiua, ſenuiſſe, vt poſsint cõiuges ꝑmanere. Si hoc tibi placet, tu vide rit. Ego aũt, qa liberorum procreandorum cauſa vxores eſſe ducendas honeſtas contendit humana, quolibet modo libidini cedat infirmitas, præter fidem quam ſibi debent coniuges, ne fiant adulteria, & prolẽ, cuius generandæ cauſa ſexus vterq; miſcẽdus eſt: aduerti etiam tertiũ bonũ quod eſſe in coniugibus debet, maxime pertinentibus ad populũ dei, quod mihi viſum eſt eſſe aliquod ſacrm, ne diuortium fiat vel ab ea coniuge, q̃ non põt parere, vel ſicut feciſſe Cato prohibetur, ne ab eo viro q plures non vult ſuſcipere filios, alteri fœtanda tradatur. Propter hoc in illo quod ſecundum Euangeliũ cõiugiũ nõcupaui, omnia tria bona nuptiarum dixi eſſe completa. Fidem quia nullũ L
adulterium. Prolẽ, ipſum dñm Chriſtũ. Sacramentum, quia nullum diuortium. Non ergo quia dixi omne nuptiarum. i. hoc tripertitum bonum, in illis Chriſti parẽtibus fuiſſe cõpletum, propterea hoc dixiſſe, putari debeo, ſicut inſimulas, vt quicqd aliter fuerit, malũ eſſe videatur. Dico.n. & aliter bonum eſſe cõiugium, vbi proles niſi per concubitum non põt procreari. Si.n. aliter poſſet, & tamen concumberent coniuges apertiſsime, libidini cederent, atq; illo malo vterentur male. Cum vero propter quod ſexus ambo ſunt inſtituti, niſi eorum commixtione non naſcitur homo, propter hoc mixti coniuges, illo malo vtũtur bñ. Si aũt de libidine quærunt ẽt voluptatem, venialiter male. Quaſi maritus, inqs, Ioſeph, in opinione omniũ erat, ſecundum hanc opinionem, non ſecũdum veritatem locutam fuiſſe ſcripturam uis intelligi, vt virginem Mariam eius coniugem diceret. Hoc putemus Euangeliſtam facere potuiſſe, cũ vel ſua vel cuiuſlibet alterius hominis verba narraret, vt ſecundum opinionem hominũ loqueretur. Nunquid & angelus loquens M
vnus ad vnum, contra conſcientiam & ſuã & ipſius cui loquebatur, ſecundum opinionem potius quàm ſecundum veritatẽ fuerat locuturus, qui ei dixit, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam? Deinde Matt.1.
quid opus erat vt vſque ad Ioſeph generationes perducerentur, ſi non ea veritate factum eſt, qua in coniugio ſexus virilis excellit? Quod ego in libro cui reſpondes, cũ poſuiſſem, tu ꝓrſus attingere timuiſti. Dicit autem Lucas Euangeliſta de domino, Luc. 3.
ꝙ putabatur filius Ioſeph, quia ita putabatur, vt per eius concubitum genitus crederetur. Hanc falſam voluit remouere opinionem, non Mariam illius viri negare coniugẽ, contra angelum teſtem: quanquam & tu ipſe etiam ex deſponſionis fide, eam nomen coniugis accepiſſe fatearis. Quæ fi-

Universidad de Deusto Biblioteca

des utiq; inuiolata permanſit. Neq; n. cum eam vidiſſet iam virginem ſacram, diuina fœcunditate donatam, ipſe aliam quæſiuit vxorem: eũ vtiq; nec iſtã quæſiſſet, ſi neceſſariam coniugem non haberet: Sed uinculũ fidei coniugalis non ideo iudicauit eſſe ſoluendũ, quia ſpes cõmiſcendæ carnis ablata eſt. Verum de iſto coniugio quod uis exiſtima, nos tamen non vt calumniaris dici-
A mus, ſic fuiſſe primos coniuges inſtitutos, ut ſine commixtione vtriuſq; ſexus coniuges eſſent: ſed vtrum in paradiſo ante pctm caro concupiuerit aduerſus ſpiritũ: uel utrũ nunc in coniugibus hoc non fiat, qñ eiuſdẽ concupiſcentiæ ẽt per pudicitiã coniugalẽ cohibetur exceſſus: & utrũ malũ nõ ſit, cui repugnanti conſentiendum non eſt, ne in ſuum pergat exceſſum, & vtrum non ex ipſa & cum ipſa concupiſcentia naſcatur, cui malũ ineſſe ullum negas: & utrum ab ingenerato malo poſsit hominum quisquam niſi regeneratione liberari: hoc inter nos diſſeritur. In his quæſtionibus catholica uerita te antiquitus tradita, ueſtra impia nouitas ſuffocatur. Quod autẽ putaſti congerenda eſſe ſacrarum teſtimonia literarum, quib. probares vnde inter nos nulla quæſtio eſt, a deo creari hominẽ, quod de quolibet uermiculo negare fas non eſt, quo pertinuit, niſi ut te appareret campos quæliſſe verborũ vbi uentoſe atq; inaniter curreres? Sed cũ
Iob. 15. ẽt ſancti Iob teſtimonium tam loquaciter eſſiberes, quare non tibi venit in mentem, quod ait idem homo dei, cum de peccatis ſermo eius eſſet humanis, neminem mundũ a ſorde, nec infantem cuius eſt vnius diei
B vita ſuper terram? Nam miſericordiam & magnis & puſillis omnibus præſtari ab illo a quo ſalus eſt & hominum & pecorum, & qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, quis abnuat, niſi qui deum eſſe,
Mat. 5. aut terrena curare non credit? Qđ tu qua ſi inde contenderemus, per teſtimonium ſancti Iob docere voluiſti, quia dixit, Oſi
Iob. 10. bus & neruis compegiſti me, uitam & miſericordiam tribuiſti mihi. Vbi quidem ille potuit non omnem ſignificare hominẽ, ſed de ſeipſo gratias agere, q̃ eum carnaliter natum non deſeruerit, ſed et miſericordiam ut uere uiueret, id eſt iuſte uiueret q̃ eum condidit, ipſe præſtiterit. Aut certe q̃ parum erat vita quam naſcendo ſortitus ẽ, ideo addidit, & miſericordiam, nec remaneret naturaliter filius iræ ſicut cæteri, atque inter uaſa iræ non inter uaſa miſericordiæ Ephe. 2.
fieret. Cur aũt de malo quod ei adiacet at- Rom. 7.
que ineſt membris eius reus non ſit fidelis,
& ex eo malo tamen qui naſcitur reatum
trahat, iã neſcio quntiẽs diximus, fideli. n.
hoc beneficium regeneratio contulit, non
generatio: inde ergo ab iſto reatu ſoluenda
eſt proles, unde ſolutus eſt parens. Sed ma
gnum aliquid te dialectica docuit, rem quæ
in ſubiecto eſt, ſine illa re eſſe non poſſe, in C
qua ſubiecta eſt. Et ideo putas malum qđ
eſt in parente vtiq; in ſubiecto, alij rei, id é
proli, ad quam non peruenit, reatum non
poſſe transmittere. Recte hoc diceres, ſi ma
lũ cõcupiſcẽtiæ de parẽte non pueniret ad
plẽ. Cũ vero ſicut ſine illo nemo ſeminat,
ita ſine illo nemo naſcatur, qũo dicis eo
nõ puenire quo trãſiit? Nõ. n. Ariſtoteles,
cuius cathegorias inſipienter ſapis, ſed A. Rom. 5.
poſtolus dicit, Per vnũ hominẽ pctm intra
uit in mundum, & per omnes homines trã-
ſit. Nec ſane tibi dialectica illa mentitur,
ſed tu non intelligis. Verum n. eſt quod ibi
acceſpiſti, ea quæ in ſubiecto ſunt, ſicut ſũt
qualitates, ſine ſubiecto in quo ſunt eẽ non
poſſe, ſicut eſt in ſubiecto corpore color aut
forma: Sed afficiendo tranſeunt non emi-
grãdo, quemadmodum Aethiopes, quia ni
gri ſunt nigros gignunt, nõ tamen in filios
parentes colorem ſuum velut tunicã tranſ
ferunt, ſed ſui corporis qualitate, corpus qđ
de illis propagatur afficiunt. Mirabilius eſt
aũt qñ rerum corporalium qualitates in
res incorporales trãſeunt, & tamen fit, quã
do formas corporum quas videmus, hauri
mus quodãmõ, & in memoria recondimus D
& quocunq; pergimus nobiſcum ferimus,
nec illæ receſſerunt a corporibus ſuis, & ta-
men ad nos mirabili modo affectis noſtris
ſenſibus tranſierunt. Quomodo autem de
corpore ad ſpiritum, eo modo tranſeunt de
ſpiritu ad corpus. Nam colores virgarum Gen. 30.
quas uariauit Iacob, afficiendo tranſierunt
in animas pecorum matrum, atque inde rur
ſus eadem affectione tranſeundo apparue
runt in corporibus filiorum. Tale uero ali 2. Reg.
quid etiam in fœtibus humanis poſſe con- cap. 12.
tingere, Soranus medicinæ author nobiliſ-
ſimus ſcribit, & exemplo confirmat hiſto-
riæ. Nam Dionyſium tyrannum narrat, Hiſtoria
eo quod ipſe deformis eſſet, nec tales habe-
re filios uellet, vxori ſuæ in concubitu for
moſam proponere ſolere picturam, cuius
pulchritudinem concupiſcendo quodam-
modo raperet, & in prolem quam concipie
bat, afficiendo tranſmitteret. Neq; n. deus
ita naturas creat, ut leges auferat quas dedit
motib. uniuſcuiuſq; naturæ. Sic & uitia q̃
ua's ſint in ſubiecto, ex parentib. tũ in filios
nõ quaſi trãſmigratione de ſuo ſubiecto in
ſubiectũ alterum, qđ fieri non poſſe cathe-
goriæ illæ quas legiſti' veriſsimum oſtendunt,
ſed q̃ non intelligis affectione & contagio
ne pertranſeunt. Quid eſt q̃ laboras magnis
argumentationibus peruenire ad impieta-
E tis abruptum, ut Chri caro quia de Maria
natus eſt, cuius uirginis caro ſicut cætero-
rũ omnium ex Adam fuerat propagata, ni
hil diſtet a carne peccati, & ſine ulla diſtin-
ction Apoſtolus dixiſſe credatur, eũ fuiſſe
miſsũ i ſimilitudine carnis peccati: aut nul
la carnẽ eſſe peccati: aut ſi ſit quia inde ue
nit, inde etiã eſſe Chri cũtendit hæreticus?
imo potius inſtas ut nulla ſit caro peccati,
ne hoc ſit & Xpi? Quid eſt ergo carnis ſimi
litudo ſi nulla eſt caro peccati? Sed hãc A-
poſtolicam ſentẽtiã me non intellexiſſe di-
xiſti, nec eã tũ expoſuiſti, ut te doctore noſ
ſemus, quod aliqua res poſsit eſſe ſimilis, ei
rei, quæ non eſt. Quod ſi dementis eſt dice
re, & ſine dubio caro Chri nõ eſt caro pec
cati, ſed ſimilis carni peccati, quid reſtat ut
intelligamus, niſi ea excepta omnem reliq̃
humanam carnem eſſe peccati? Et hinc ap-
paret illam concupiſcentiam per quã Chris
concipi noluit feciſſe in genere humano p̃
pagimem mali: quia Mariæ corpus quãuis
inde venerit, tamen eam non traxerit in cor
pus, quod non inde concepit. Cæterum cor
pus Chriſti inde dictũ eſſe in ſimilitudine
carnis peccati, qa omnis alia hominũ caro
peccati eſt quiſquis degat, & carnem Chri
F ita carni comparat naſcentium hominum
cæterorum, ut aſſerat utranq; eſſe puritatis
æqualis deteſtandus hæreticus inuenitur,
Magnum porro aliquid inueniſſe tibi uide
ris & cupioſiſsime diſputas, etiam ſi naſcen
tis mali aliquid & ex parentibus trahere
poſſent, q̃ expiarentur manibus dei, quia
eos ipſe format in uteris matrũ: ab ipſo aũt
formati hoies, quaſi hoc negaremus, inſtã-
tiſsime probas, multa de ſcripturis adhibẽs
teſtimonia, in qb. cũ ea uerba ex libro Ec-
cleſiaſtico poſuiſſes qb. dei opa dicunt oc-
culta, continuo tua ſubieciſti atque dixiſti,
Quæ ſententia eorum arguit uanitatem, q̃
putant naturalem profunditatem poſſe in-
neſtigatione aliqua comprehendi. Hoc tibi
dic, & noli de animæ origine temere aliqđ
definire, qđ rõne ueriſsima uel diuino elo-
quio minime ambiguo non poteſt compre-
hendi, ſed potius quod ſapientiſsima mulier
mater Machabæorum ſape: Nã & eius ver 2. Mac. 7.
ba poſuiſti, q̃ filijs ſuis, ait, Neſcio qualiter
in utero meo apparuiſtis. Quod utiq; non
putãda eſt dixiſſe de corporibus eorũ, quæ
corpora ſe non dubitabat ex virili ſemine G
concepiſſe ſe utrum animæ filiorũ de prima
anima tractæ fuerint, an aliunde in vtero
eius eẽ cœperũt, hoc nimirũ illa neſciebat,
nec eã pudebat, vt temeritatẽ caueret, igno
rantiam confiteri. Quid eſt ergo quod cau
ſaris, cur non ipſi filij mundentur effectu,
ut a pollutionibus, inquis, quæ dicuntur pa
rentũ, maieſtate opificis expientur? Nec at
tendis hoc dici etiam de manifeſtis uitijs
corporum poſſe, cum quibus nõ pauci na
ſcuntur infantes. Quanuis abſit vt dubite-
tur deũ uerũ & bonum eſſe omnium corpo-
rũ formatorem, & tũ ex opificis tãti ma-
nibus tam multa, non ſolum uitioſa, uerum
etiã monſtruoſa procedunt, vt naturæ a nõ
nullis appellentur errores. Qui cũ operan
tem uim diuinam & quid cur faciat indaga
re non poſsint, fateri eos pudet neſcire qđ
neſciunt. Quod aũt attinet ad peccati ori-
ginalis in omnes homines tranſitũ, qñ per
concupiſcentiã carnis tranſit, tranſire in eã
carnem non potuit, quã nõ per illam uirgo
concepit. Quod. n. & de alio libro meo quẽ
ſcripſi ad ſanctæ memoriæ Marcellinũ, ue
lut mihi præſcribens ponere uoluiſti de A-
dam dictũ, q̃ tabificauit in ſe oẽs de ſua ſtir
pe venturos, vnde vtiq; ille tabificauit, nõ H
inde Chriſtus in matris uterũ venit. Sed
verba quæ ad rem maxime pertinent in ea
dẽ ſententia mea, ego dicam, quia tu dicere
noluiſti, & ſtatim cur nolueris apparebit:
Occulta, inquã, tabe carnalis concupiſcen-
tiæ ſuæ tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe
uenturos. Non utiq; carnem tabifecauit, in
cuius conceptu tabes iſta non fuit. Caro
itaque Chriſti mortalitatem de mortalita-
te materni corporis traxit, quia mortale cor
pus eius inuenit: contagium uero peccati
originale non traxit: quia cõcumbentis cõ-
cupiſcentiam non inuenit. Si autem nec
mortalitatem, ſed ſolam ſubſtantiam car-
nis de matre ſumpſiſſet, non ſolum caro
eius caro peccati, ſed nec ſimilitudo carnis
peccati eſſe potuiſſet. Sed comparas me &
coæquas Apollinaris errori, qui carnis ſen-

Universidad de Deusto Biblioteca

sum fuisse negauit in Christo, vt imperitis nebulas vndecunque commoueas, ne lucē veritatis attēdant. Aliud est sensus carnis, sine quo nullus fuit, aut est, aut erit in corpore viuens hō: & aliud est concupiscentia
Galat.5. qua caro concupiscit aduersus spiritum sine qua fuit ante pctm primus homo, qualē nobis exhibuit humanam naturam, Christus homo: quia sicut ille ex terra, sic iste, sine tali concupiscentia est creatus ex fœmi-
I na. Assumens tamen ex illa etiam mortalitatis infirmitatem, qualis non erat ante peccatum in carne hominis primi, vt esset ista quod tunc illa nō fuit, similitudo carnis peccati. Vt ergo nobis patiendi præberet exemplū, nō habuit ille mala sua, sed pertulit aliena: In doloribus pro nobis, non in cupiditatibus. Quapropter natos ex Adam, transferri renatos oportet ad Christum, ne à regno dei pereant imagines dei, quod siue malo fieri qui dicit, nec amorē habet nec timorem dei. Cum hoc aūt malo necesse est hominem de dānata origine generari Regeneratos aūt absit vt redigamus, sicut calūniaris, sub necessitate criminū, deo largiente
Rom.7. dona virtutum. Quanuis ergo aliā legem videamus in membris nostris repugnantē legi mentis nostræ, non solum tñ necessitatem criminis nō habet, sed habet potius honorem laudis, cuius spiritus spiritali munere adiutus, aduersus carnis concupiscentiā concupiscit. Sed quacunque te verses, quacunque te iactes, quæcunque vndecunque colligis, infles, ventiles, spargas, cōtra quod concupiscit spūs bonus, non est bonū. Non potuit, inquis, exemplum dare natura dissimilis, Potuit quidem. Nam quid est quod
K nos ad imitationem patris horratur, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, vt eius exemplo nostros diligamus inimi-
Matt.5. cos? Verumtamen natura hominis Christi, nostræ naturæ dissimilis non fuit, sed vitio nostro dissimilis fuit. Ille quippe sine vitio natus est homo, quod hominū nemo. Quā tum autem ad vitam pertinet, qua Christū debemus imitari, hoc quoque ad distātiam plurimū valet, ꝙ vnusquisq; nostrū homo est, ille autē etiam deus. Neque. n. tantum potest iustus homo esse qui homo est, quā tum homo qui & deus est. Illud sanè magnum verumq; dixisti cū posuisses testimoniū Apostoli Petri, dicētis, Qui pctm non
1.Petr.2. fecit, notandū esse ꝙ iudicauerit Apostolus fuisse cere ad ostēdendū in Christo nullum peccatum, quia dixit nullum eum fecisse peccatum: Vt doceret, inquis, quia qui nō fecit, habere nō potuit. Omnino verissimum est. Profecto. n. peccatum etiam maior fecisset, si paruulus habuisset: Nam propterea nullus est hominum præter ipsum, qui pctm non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominū pter ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu. Tolle, inquis, exempli cām, tolletur, & precij, quod pro nobis factus est. Non est mirum ꝙ solum exemplum ponis in Christo, qui præsidium gratiæ, quo erat plenus, oppugnas, Spe, inquis, malo carendi L ad fidei præsidia conuolamus, non autem caremus innatis. Siquidem post baptisma virilitas ipsa perdurat, quia virilitatis nomine concupiscentia carnis appellas Perdurat vtique quod negari non potest, cōtra quod debet concupiscere spiritus, ne homo renatus iam concupiscētia sua trahatur illectus: & vtique concupiscentia quæ repugnat vt trahat, etiam si spiritu contra eam concupiscente & resistente non trahat, ac propterea nec concipiat pariatq; pctm, nō est bonū. Et Rom.7. ipsa est, de qua dicit Apostolus, Scio qa nō habitat in me bonum, hoc est, in carne mea. Hoc aūt quod non est bonum, Christus in natura si haberet sua, nō sanaret in nostra.

Interponis aliud de libro meo, & quoniam dixi coniugalem concubitum qui fit Cap.10. intentione generandi, non ipsum esse peccatum, eo ꝙ bona voluntas animi sequente ducat, non ducente sequatur corporis voluptatem: tu cōtra refers de ea re quæ à peccato libera est, peccata non nasci, isto modo existimans te posse destruere originale, peccatū, qđ non destruit nisi saluator, quē paruulis inuidetis: Destruit autem soluēdo ꝙ rei sunt, non negando, Ideo quippe concubitus cōiugalis, qui fit intentione generandi, nō est pctm, qa bene vtitur lege pcti, idē cōcupiscētia, q̄ ē in mēbris repugnās legi mētis. Quæ si ꝓpea reū parētē nō tenet, qa regeneratus est, quid mirum si ꝓpterea reū tenet nascētem, qa inde generatus est? Et ideo ne reus remaneat, etiam ipse regenerādus est. Hæc vero sentētia tua qua dixisti, de ea re q̄ à pctō libera est, peccata nō nasci, q̄tū adiuuet Manichæos, si cogites volēs eā delere de libro tuo, & de cordibus omniū q legerūt librū tuū. Si. n. nō de ea re quæ à pctō libera est, peccata nascuntur, habent aliam naturam suam secūdū Manichæos

chæos vnde nascantur. Quos & alijs similibus sententijs tuis quantū adiuuares, iam in primo huius nri operis volumine demō strauī. Ecce & hic quod dixisti tantundē valet. Vides ne nobis operā dandā præter errorē proprium, quo Pelagiani estis, vt quasdā tuas sententias qualis & ista est, euertamus, si Manichæos uincere volumus? De ea re quæ à peccato libera est, dicis peccata nō nasci. Sed veritas contradicit, quæ te & Manichæos euertit, cū quibus tibi vox ista cōis
A est, Angelus quem creauit deus, res à peccato libera fuit: homo quem primum creauit deus, res à peccato libera fuit. De rebus igitur a peccato liberis, nata esse peccata qui negat, aut Manichæus est, vt manifestus, aut Manichæis suffragat incautus. Deinde pones alia verba mea sic argumentaris, quasi ego dixerim, cū seruit cōiugatis ad ꝓpagādā prolē, tunc honorari libidinē. Dicis tibi ipse quod vis: Nā ego hoc nō dixi omnino, nec sensi. Qūo. n. libido cum seruit honoratur, qū ne pergat in liberos excessus, dānatione mentis opprimitur? Nos itaq; non diximus semper ad reatum pertinere vti libidine. Quod velut dixerimus, ita colligis minus peccare adulteros q̄ maritos, quia maritis, inquis, libido seruit vt peccent, adulteris imperat. Sed cum ego illud non dixerim, qualecunq; hoc sit tuum, quod tāquā consequens esse voluisti, nihil ad me attinet. Ego. n. dico vti libidine non semper esse peccatum, quia malo bene vti non est peccatum. Nec quęcunq; res ideo bona est, quia ea bene vtitur bonus. Nam & de duobus hominibus scriptū est, Filius eruditus sapiens erit, imprudente aūt ministro vtetur. Nunquid ideo bonū est esse imprudentem, quia bene illo vtitur sapiens? Inde &
B Apostolus Ioannes non ait, nolite vti mun
Ioan.2. do: sed, Nolite diligere mundum: vbi posuit & concupiscentiam carnis. Qui. n. non dili gens vtitur, quasi non vtens vtitur, quia non eius rei causa vtitur, sed alterius quam diligens intuetur, vt etiam non diligens hac vtatur. Propter quod Paulus coapostolus eius, Et qui vtūtur, inquit, hoc mundo, qua
Cor.7. si non vtantur. Quid est, quasi non vtantur, nisi non diligant quo vtuntur, qm̄ tale est, vt bene aliter non vtantur. Et hoc quidē ēt in his rebus obseruandū est, quæ in hoc mūdo sic bonæ sunt, vt tamen eas diligi non oporteat. Quis. n. malum esse pecuniam re ste dixerit? Et tū nemo ea bene vtitur qui dilexerit, quanto magis libidinem? Nam pecuniam malus quidē spiritus concupiscit, sed ipsa contra bonū spiritum non concupiscit, quod libido facit, atq; ideo & q hoc esse malum negat, peccat: & qui hoc malo bene vtitur, non peccet. Recte igitur argumenteris, dicens, libidinē si mala est, maiori reatu obstringere quibus obsequitur, cōiuges, q̄ q̄bus dānatur, adulteros, si diceretur à nobis, eos coniuges qui seruiente concupiscentiæ malo ad solum generandi vtuntur officium, ad aliqua mala opera eos illo vti, sicut C ad facinus perpetrandum seruo vtitur homicida. Cum aūt dicamus bonū esse in coniugibus officium procreandi, quanuis vulnus qđ in renato sanari pōt, trahat natus de primi contagione peccati, restat vt sic vtātur coniuges boni malo concupiscentiæ, sicut sapiens ad opera vtiq; bona ministro vtitur imprudente. Sed homines acutissimi ideo non modum non genus, sed excessum voluptatis arguitis, & exprobrandum censetis obscœnis: quia eum nostis, vt dicis, intra concessos fines animi potestate posse retineri. Faciat animi potestas si potest, vt ad transgrediendos fines à quibus transgrediendis eam reuocat, non se libido commoueat. Quod si facere non potest, profecto vt fines non transgrediatur, improbo, hosti resistitur, qui eos transgredi nititur. Sed, vniuersum contemptum eius, inquis, virginibus continentibusq; inesse testamur. Nunquid ideo virgines & continentes contra concupiscentiam carnis non pugnant? Et quid est contra quod exercens abs te quoque prædicata illa gloriosa certamina, vt virginitatē continentiāq; custodiant? Si ergo pugnant, malū est quod expugnant. Et Rom.7.
vbi est hoc malum, nisi in ipsis? Ergo nō ha D
bitat in me, hoc est, in carne mea bonū, veraciter dī & ab ipsis. Nihil aliud dicis esse nuptias q̄ corporum cōmixtionem: & dicis postea, quod & verū est, sine appetitu mutuo & sine opere naturali, propagationem esse non posse. Nunquid tamen negas sibimet etiā adulteros appetitu mutuo & opere naturali, & corporū cōmixtione coniungi? Non est ergo ista definitio nuptiarum. Aliud est enim quod nuptiæ sunt, & aliud est sine quo etiam nuptiæ filios propagare non possunt. Nam & sine nuptijs possunt nasci homines, & sine corporum commixtione possunt esse coniuges. Alioquin non erunt coniuges, vt nihil aliud dicam,

certe cũ senuerint sibiq; misceri vel nõ po
tuerint, vel sine spe suscipiendæ prolis eru
buerint atq; noluerint. Vides ergo q̃ incon
siderate nuptias definieris, dicẽdo eas aliud
non esse nisi corporum commixtionem. To
lerabilius forte diceres, non eas inchoari ni
si per corporũ cõmixtionem, quia filiorum
procreãdorũ causa vtiq; dicuntur vxores,
& aliter non possunt filij procreari. Sed ꝓ
creandi causa cõmixtio corporum aliter q̃
E nunc est fuisset, si nemo peccasset. Abs
vt honestissima illa fœlicitas in paradiso cõ
motæ libidini semper obtemperaret: abs
vt illa pax animi & corporis haberet aliq̃d
propter quod aduersus seipsam prima ho
minis natura pugnaret. Si ergo ibi nec
seruiendum libidini, nec aduersus eam bel
landum fuit, aut non ibi fuit, aut non talis
qualis nunc est fuit: Nunc.n. libidini neces
se est, vt repugnet qui seruire noluerit: ne
cesse est vt seruiat, qui pugnare neglexerit.
Quorũ duorum vnum est molestum, & si
laudabile: alterum turpe & miserabile. Itaq;
in hoc seculo vnum horum cattis est neces
sarium, in paradiso autem vtrunq; à beatis
fuerat alienum. Sed iterum me dicis mihi
metipsi esse contrarium, propositis videli
cet alijs verbis meis, vbi propagationis offi
cium a carnalis delectationis appetitione
discernens, aliud esse dixi non concumbere
nisi voluntate generandi, quod non habet
culpam: aliud concumbendo carnis appete
re voluptatem, sed non præter coniugem,
quod venialé habet culpam. Nihil habent
duo ista quantum mecum oẽs vident q̃ ve
F rum vident, vnde me ostendas mihi esse cõ
trarium. Audi tũ identidem quod eorum
sensibus inculcatius intimetur, quos fallere
affectas. Calumniaris.n. nos excusationem
præbere turpibus & flagitiosis hominibus,
vt cum infanda immunda commiserint, cõ
tra voluntatem se dicant fecisse, & ideo nul
lum habere peccatum, quasi nos non multo
exertius adhortemur contra libidinem esse
pugnandum. Nam si vos cum id bonũ esse
dicatis, non vultis tamẽ, vt vestra aduersus
istud bonum frigescere, vel certe tepescere
bella credamus: quanto vigilantius & ardẽ
Gala. 5. tius contra malum nos censemus esse pu
gnandũ? Nos dicimus illud esse contra vo
luntatem, vt caro concupiscat aduersus spi
ritum, non illud, vt spiritus aduersus car
nem. Per quam concupiscentiam bonã fit,
vt nisi causa generandi nõ vtantur cõiuges

Identi-
dem ali-
quoties
vsurpare
videtur,
pro vicis
sim.

carnis libidine, ac sic malo vtantur bene:
Qui vsus bonus mali, facit honestum con
cubitum vere nuptialẽ. Voluptatis aũt cau
sa non prolis, facit cõcubitũ culpabilem, sed
in con.uge venialem. Ideo aũt & de hone
sto concubitu qui nascitur, trahit quod re
nascendo diluatur, quia & in concubitu ho
nesto inest malum, quo bñ vtitur bonitas
nuptiarum. Sed nõ obest renatis, quod ob
erat natis. Vñ fit consequens vt qui ex eis
nascitur, & illi obsit si non renascatur. Tu
sanè inter argumentationes tuas, quibus te
inaniter aduersus mea verba contorques,
identidem te Manichæos adiuuare non vi- G
des. Ideo quippe tibi videtur natus de cõcu
bitu coniugali, non trahere originale pctũ,
quia hoc opere quod non habet culpã, na
sci sicut dicis, culpa non potest. Cur ergo de
opere dei quod non habebat culpam, nata
est culpa angeli, nata est culpa hominis? Cer
nis quantum eis suffrageris quorum dete
statione conaris obtegere, ꝙ aduersus catho
licam fidẽ fundatissimã sentis. Si.n. secun
dum definitiuam tuam, de hoc opere quod
non habet culpam, nasci culpa non potest,
ecce nulla opera dei habent culpam. Vnde
igitur culpa nata est? Hic Manichæus te ad
iuuante aliam naturã, sicut desipit, malam
molitur inducere, vt sit vnde culpa nata es
se credatur, quia de opere dei, secundum tua
verba culpa non nascitur. Nunquid potest
vinci Manichæus, nisi cũ illo & ipse vinca
ris, quia & angelus & homo dei sunt opera
sine culpa? Ex quibus tũ culpa nata est, dũ
ab eo qui culpa caret, per liberũ arbitrium
recesserunt, quod eis datum est sine culpa:
& facti sunt mali, non per admixtionẽ ma
li, sed per defectionem boni. Dicis ob hoc à
me Christiani tpis continentiã fuisse lau
datam, non vt ad virginitatem incenderen H
tur homines, sed vt bonum nuptiarũ quod
à deo institutum est damnaretur. Sed ne pu
teris de animo meo maleuola suspicione
torqueri, velut probare me volens, dicis mi
hi, Si fideliter inuitas homines ad studium
continentiæ, fateris ergo ita virtutem pudi
citiæ à volentibus posse seruari, vt sit qui-
cunq; voluerit corpore sanctus & spiritu.
Respondeo me fateri, sed non sicut vos. Nã
vos ipsius animi viribus hoc tribuitis, ego
adiutæ per dei gram voluntati. Veruntamẽ
quid comprimitur animi imperio ne pecce
tur, nisi malum, quo uincente peccatur?
Quod malum ne dicamus cum Manichæis

tanquam

tanquam ex aliena mali natura nobis esse
commixtum, restat vt in nostra natura tan
quam vulnus aliquod fateamur esse sanan
dum, cuius reatum iam fatemur regener.
tione sanatum. Ecce frustra enumerasti, qui
bus me compares, tot hæreticorũ fraudes,
quorum vtinam numerum non augeres:
Apostolica sententia, qua notat hæreticos
prohibentes nubere, etiam me asseris tangi,
quasi dicam post aduentum Christi turpia
esse coniugia. Audi ergo quod dicimus,
vt hoc ipsum multis modis ac sæpius audẽ
do, non dissimules veritatem, simulans quo
dammodo surditatem. Non dicimus turpia
esse coniugia, quandoquidem ne incontinẽ
tia in damnabile cadat flagitium, fulcienda
est honestate nuptiarum. Sed quod vos dici
tis, Christiana doctrina non dicit. i. vt ver
ba tua ponam, hominem sufficere ingenitis
sibi motibus dare leges: hoc non dicimus,
sed dicimus quod dixit Apostolus, cũ hinc
loqueretur, Vnusquisque proprium donũ
habet à deo. Et quod dixit dominus, Sine
me nihil potestis facere. Et non omnes ca
piunt verbum hoc, sed quibus datum est: cũ
posset dicere, non omnes capiunt verbum
hoc, sed qui voluerit: si verum esset quod di
citis vos. Quæro sanè qualibus ingenitis si
bi motibus hominem dicatis esse idoneum
dare leges? vtrum bonis an malis? Si bonis
aduersus bonum, ergo spiritus concupiscit
aduersus spiritum, & duo bona inuicem si
bi aduersantur in homine. Quod si ita es
set, ipsa duorum bonorum inter se aduersi
tas bona esse non posset. Si autem malis, fate
re igitur ingenitos esse homini motus ma
los, contra quos castitas dimicat. Et ne di
cere cũ Manichæis cogaris alienæ mali na
turæ nobis ineſſe commixtionem, nostrum
potius originalem confitere lãguorem: Cu
ius languoris malo con ugalis bene vtitur
& pudicitia, contra quod languoris malum,
adhibentur ab incontinentibus nuptiarum
remedia, exercentur à continentibus glorio
sa certamina. Arbitror pollicitationẽ meã
ex quo tibi ad omnia respondere cœpi, in
quibus soluendos quæstionum nodos ali
quos attulisti, commodius impleri, si nume
rum tuorum voluminũ non excessero. Sit
ergo hic finis huius mei, vt nouissimum
tuum ab alio refellamus exordio.

Libri quinti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
contra Iulianum, Li-
ber Sextus.

RESponsum est libro tuo ter Cap. 1.
tio respõdeatur & quarto:
aderit dominus, vt non so
lum veritas, sed etiam cha
ritas tibi exhibeatur à no
bis. Quæ duo quisquis te
nuerit, nec fatuus, nec inuidus erit. De qui
bus vitijs in principio memorati tui libri
multa dixisti. Nam & error veritate, & li- L
uor charitate pellendus est. In hac autem
tua disputatione cum de stultitia loquere
ris, dicens eam matrem esse omnium vitio
rum, adhibuisti testimonium de scriptura,
vbi legitur, Neminem diligit deus, nisi eũ Sapien. 7
qui cum sapientia habitat. Quære itaque
diligenter, vtrum habitare cũ sapientia pue
rilis vanitas possit, per quam necesse est ex
infantia paruulus transeat, qui tamen tran
sit: & considera qui primus fructus nasca
tur de radice quam laudas, & quanta in cõ
trarium mutatione opus habeat vt diliga
tur à deo, qui nisi eum qui habitat cum sa
pientia neminem diligit, in prædestinatis
vtique paruulis quod odit absumens, vt
etiam ipsos à vanitate liberatos, cum sapiẽ
tia diligat habitantes: quos certe si ab vbere
raptos abstulerit vltimus dies, miror si au
des dicere habitaturos cum sapientia præ
ter regnum dei, quò eos bonum secundum
te inuiolatæ inculpatæq; naturæ non per
mittit accedere, nisi veri saluatoris gratia re
demptos liberet à falsi insipientia laudato
ris, vt omittam natura fatuos, multo am
plius lugendos scriptura teste quam mor
tuos. Quos quidem & ab isto tanto malo M
potest dei gratia per sanguinem mediatoris
eruere. Sed vnde potuerunt in tantum ma
lum ruere, si diuino iudicio nulla origini
debetur pœna vitiatæ? Ecce merito reprehẽ
disti eos & grauiter, qui vel superfederunt
scienda cognoscere, vel non formidant igno
rata culpare. Nunquid hoc de his qui ex
cordes nati sunt, potes dicere? Nec tamen
eis sub deo iusto vnde hoc accidere potue
rit inuenturus es, si nulla ex parentibus tra
huntur merita filiorum. Sed inuidendo ti
bi, in quadam meridie compertæ veritatis
sine obũbramẽto ignorationis vt loqueris,
insanimus. Ita ne vero tanta in paruulis

mala,

mala,tu qui non inuides, non vides? Bonus est deus,iustus est deus. Extranea prorsus mali est nulla natura, quæ nostræ naturæ secundum Manichæos credatur admixta. Vnde sunt nō dico in moribus, sed in ipsis ingenijs cum quibus nascuntur tāta hominum mala, si nō est humana origo vitiata, non est massa damnata? Quid ꝙ hō fatuitatis expers sit,& ab inuidiæ stimulis alienus, ipsam sic describis inuidiā, ut in tua descriptione hoc vitium & pctm appareat & pœna peccati? An nō est peccatum diabolicum
A inuidia? An non est pœna peccati,quæ protinus ipsum de quo oritur vexat authorē?
Hæc uerba tua sunt, & tū diuturna loquacitate uisus tibi es acutissime disputasse, vnum, idemq; vitium pctm pœnamq; peccati esse nō posse. Sed forte quis inuidus nō es,vix tandem inuidiam in alio libro videre potuisti de qua hæc diceres,& tibi ꝙ me quia mihi non inuides,cōtradicere. Finito aūt procœmio, vbi etiam laborasti sicut soles probare ꝙ prædico deum esse hominum conditorē,mea deinde verba proponis, vbi dixi,mundo non deo nasci hominē, qui de concupiscentia carnis nascitur,deo autē nasci cū ex aqua & spiritu renascitur. Quibus meis verbis sic insidiaris,ut asseras hinc intelligi me debere dixisse,quod ad diabolum pertineat quicquid ad mundū pertinet:quasi licet alibi dixeram,eos qui de corporum commixtione nascūtur,ad ius diaboli pertinere, asserendo vtiq; de potestate erui tenebrarum cum regnantur in Christo. Respō deo ergo calūniæ tuæ. Ita enim me uis putari appellasse mundum ad potestatem diaboli pertinentem, tanquam cœlum,& terrā & omnia quæ in eis sunt, uel diabolus fecerit vel diabolus teneat. Hoc non dico, sed detestor,redarguo,& damno qui dicit. Sed hoc
B Ioā. 14. loco sic appellaui mundum quemadmodū dominus,vbi ait, Ecce venit princeps mundi: Non enim cœli & terræ & omniū quæ
Ioan. 1. per uerbum, hoc est per eundē ipsum Christum facta sunt:vnde scriptum est, Mūdus per eum factus est:principem voluit intelligi diabolum: sed sicut dictum est, Mundus in maligno positus est. Et iterum, Omnia
1. Ioā. 5. quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis
1. Ioā. 2. est & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non est à patre, sed ex mundo est. Non enim cœlum & terra non sunt à patre per filium, aut angeli,sydera,arbusta,animalia,homines non sunt à patre per filium, quantum quidem attinet ad ipsam substantiam qua homines sunt: sed mundi princeps est diabolus,et mūdus in maligno positus est, omnes vtique homines qui rei sunt damnationis æternæ, si non inde liberentur, vt non iam pertineant ad principē peccatorum, redempti eo sanguine qui in remissionem fusus est peccatorum. Huic ergo mundo cuius princeps est, de quo ait
Ioan. 14. qui uicit mundum, Ecce venit princeps mundi & in me nihil inueniet: hic, inquam, mūdo nascitur homo donec renascatur in eo qui vicit mundum, & in quo nihil inuenit princeps mundi. Quis est enim mundus,
C de quo dicit saluator mundi & victor mūdi, Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo
Ioan. 7. de illo,quia opera eius mala sunt? Nūquid terræ ac maris, cœli ac syderum mala sunt opera? Sed vtique mundus iste homines sunt. Nec ab isto mundo quisquam liberandus eligitur,nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum qui dedit carnem suam pro mundi uita, quod non fecisset, nisi mundum inuenisset in morte.
Ioan. 8. Quis est mundus de quo dicebat Iudæis, Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo? Postremo quis est mundus de quo elegit Iesus discipulos suos, vt iam de mundo non essent,& eos de quo iam nō erant,ipse mundus odisset? Sic enim loquitur saluator mundi, Lux mundi,sic,inquā,
Ioā. 15. loquitur, Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo essetis,mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis,sed ego elegi vos de mundo, propterea odit uos mundus. Si non addidisset, elegi vos de mundo,putari posset,ita dixisse, de mundo non
D estis quemadmodum de seipso dixerat, Ego non sum de hoc mundo. Neque enim & ipse fuit de mundo, & electus est inde, vt non esset de mundo. Quis hoc dixerit christianus? Nec secūm hoc enim ꝙ homo esse dignatus est,filius de mūdo fuit. Quid ita? nisi quia in illo pctm nunquā fuit, ꝓp qđ omnis homo prius mundo non deo nascitur, & vt deo nascatur de mundo eligitur qui renascitur, vt iam non sit de mundo? Propter quod ab eo princeps mundi ejicitur foras, sicut ipse testatur, dicens, Nunc
Ioā. 15. iudicium est mundi, nunc princeps huius mūdi ejcietur foras. Nisi forte eo vsq; vestra

vestra progredietur audacia,vt dicatis non de mundo eligi paruulos qū baptismo eius
1. Ioā. 1. abluuntur,de quo dictum est, Deus erat in Christo,mundū reconcilians sibi. Ad istā reconciliationem, si negaris paruulos pertinere,negantes eos esse de mundo,qua fronte nescio viuatis in mundo. Porro si eos fatemini cum in corpus Christi transeūt de mundo eligi, necesse est vt ei nascantur de quo eliguntur,vt renascantur. Nascuntur enim per carnis concupiscentiam,renascēūtur per spūs sancti gratiam. Illa de mundo
1. Ioā. 4. est,hæc venit in mundū,vt de mundo eligā tur qui prædestinati sunt ante mundū. Cū autē dixisset Apostolus,Deus erat in Chri
E sto mundū reconcilians sibi: quo id faciat, mox adiunxit atq; ait, Non reputans illis delicta eorum. Totus ergo mūdus ex Adā reus,deo non negante manum formationis opere suo seminibus institutis,quanuis paterna præuaricatione vitiatis: & cum per Christū reconciliatur mundus, de mūdo liberatur, eo liberante qui venit in mundū, non de mundo eligendus,sed electurus: nō meritorum electione,sed gratiæ: quia reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt.
Rom. 11. Deinde propositis aliis meis verbis, vbi dixi,Huius concupiscentiæ reatum regnatio sola dimittit,ac per hoc gnatio trahit: mox quę subiunxi, Ergo quod generatum est regeneretur,vt similiter, quia non potest aliter,quod tractum est remittatur: frustra idē tidem conaris obtegere quod superfluum baptismum putatis in paruulis, dicēres myfteriorum Christi gratiā multis locupletē esse muneribus: Velitis nolitis,paruulos credere confitemini in Christum per corda & Rom. 10. ora gestantium. Ergo & ad illos pertinet dēnica illa sententia. Qui non crediderit,cō demnabitur. Qua causa,qua iustitia nullū trahunt originale pctm? Qđ aūt dicis,hinc potius suos approbat, ꝙ ante proprium voluntatis obsequium,hoc quod in eis fecit beneficiorum sublimat argumentis: Si ergo hinc suos istos approbat,profecto illos quibus hoc non donat,non approbat suos. Porro cum & ipsi eadem causa sint eius, quia condidit eos, cur non & ipsos eodem modo approbat suos? Hic de fato,vel de acceptione personarum nihil negatis. Iam ergo nobiscum gratiam confitemini. Quid est.n.
Ioā. 15. aliud,vbi nihil illorum est? In vna igitur eademq; causa,alius relinquitur iustitia iudicante non fato, alius assumitur gratia præ-

stante non merito. Frustra omnino contēditis, nec ab originali peccato paruulos regeneratione mundari. Non hoc ostendit, qui dixit, Quicunque baptizati sumus in Rom. 6. Christo,in morte eius baptizati sumus. Dicendo enim quicunque,non vtique paruulos fecit exceptos. Quid est autem in morte Christi baptizari, nisi peccato mori? Vnde etiam de ipso idem alio loco dicit, Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est se- Ibidem.
mel. Quod enim mortuus est peccato,vtique dictum est propter similitudinem carnis peccati, propter quod & magnum mysterium est crucis eius, vbi & vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati. Si ergo in Christo paruuli G
baptizantur, in morte eius baptizantur. Si in morte eius baptizantur, mortis eius similitudini complantati peccato vtique moriuntur. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel,quod autem viuit, viuit deo. Et quid est cōplātari similitudini mortis eius,nisi quod sequitur,Sic & vos existimate vos mortuos esse peccato, viuere autem deo in Christo Iesu? Nunquid dicturi sumus, peccato mortuum fuisse Iesum, quod nullum habuit vnquā? Absit. Et tū ꝙ mortuus est pctō,mortuus est semel,Mors enim eius pctm nostrum significauit, quo vtiq; ipsa mors accidit, cui morti mortuus .i. vt mortalis nō esset vlterius, peccato dē mortuus. Quod ergo ipsi significauit,in similitudine carnis peccati, hoc per eius gratiam nos agimus in carne peccati: Vt quomodo ille moriēdo similitudini peccati,peccato mortuus prædicatur, ita quicunque in illo fuerit baptizatus, idem peccato, cuius in Christo similitudo non veritas, eidem rei cuius illa fuerit similitudo, moriatur. Et quomodo in illius vera carne vera mors fuit,sic fiat in veris peccatis vera remissio. Totus itaque iste epistolæ Apostolicæ locus si te ab ista prauitate non corrigit, ni- H
mis obduruisti. Quamuis.n.sibi connexa sint omnia quibus ait, scribens ad Romanos, vt gratia dei commendetur per Iesum Christum,tū quia epistolam totam hic recolere & pertractare non possumus, valde enim longum est ex isto capite quod agitur Rom. 5.
consideremus,vbi ait, Cōmendat aūt suam charitatem deus in nobis, qm cum adhuc peccatores essemus, Christus ꝓ nobis mortuus est. Hoc tu dictum exceptis paruulis vis putari? Vbi si abs te quæram,si nō sunt

inter

inter peccatores hñdi,qũo pro eis mortuus
est,qui pro peccatoribus mortuus est? Kũ-
debis non pro solis peccatoribus mortuũ,
q̃uis sit etiam pro peccatoribus mortuus.
Quod quidem nusquã legis in diuinis au-
thoribus, mortuum ſeſſe Chriſtum etiam
pro eis qui nullũ habuerunt omnino pctm̃.
Sed attende quàm validis teſtimonijs vr-
gearis. Tu dicis etiam ꝓ peccatoribus mor
tuum, ego dico non niſi pro peccatoribus
mortuum,ita vt ñdere cogaris,ſi nullo pec
cato paruuli obſtricti ſunt, non eſſe ꝓ par-
2.Co.5. uulis mortuũ. Dicit.n.ad Corinthios, Qm̃
vnus pro omnibus mortuus eſt. Ergo om-
nes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus
I eſt. Nullo modo hic negare permitteris,nõ
niſi pro his qui mortui ſunt,mortuum fuiſ
ſe Ieſum. Quos igitur hoc loco intelligis
mortuos? Nũquid eos qui de corpore exie-
runt? Quis ita deſipiat vt hoc ſapiat? Eo
modo itaq; intelligimus mortuos,pro qui-
bus omnibus vnus mortuus eſt Chriſtus,
Colo.2. quomõ alibi dicit, Et vos cum eſſetis mor-
tui in delictis & præputio carnis veſtræ,vi-
uificauit cum illo. Ac per hoc vnus,inquit,
pro omnibus mortuus eſt,ergo omnes mor
tui ſunt,oſtendens fieri non potuiſſe vt mo
reretur,niſi pro mortuis. Ex hoc.n.probá-
uit omnes mortuos eſſe, quia pro omnibus
mortuus eſt vnus. Impingo,conculco, in-
fercio recuſanti. Accipe, ſalubre eſt, nolo
moriaris. Vnus pro omnibus mortuus eſt,
ergo omnes mortui ſunt. Vide quia conſe-
quens eſſe voluit, vt intelligantur omnes
mortui,ſi pro omnibus mortuus eſt. Quia
ergo non in corpore,reſtat vt in peccato eſ-
ſe mortuos omnes,ſi ꝓ omnibus Chriſtus
mortuus,nemo neget,nemo dubitet, qui ſe
nõ negat aut dubitat eſſe Chriſtianũ. Qua-
propter ſi nullum trahunt peccatum par-
uuli,non ſunt mortui. Si non ſunt mortui,
non eſt mortuus pro eis, qui non eſt mor-
tuus,niſi pro mortuis. Tu autem iam in pri
mo tuo libro contra nos clamans, dixiſti
K Chriſtum ẽt pro paruulis mortuum. Nul-
lo modo igitur negare permitteris eos tra-
here originale peccatum. Nam mortui vn
de,ſi nõ inde? aut propter quã mortem par
uulorum mortuus eſt,qui non eſt mortuus
niſi pro mortuis? Eumq; tu mortuum pro
paruulis confiteris. Redi ergo mecum ad il
lud quod ad Romanos cœperam dicere,
Rom.5. Commẽdat,inquit, ſuam charitatem deus
in nobis, qm̃ cũ adhuc peccatores eſſemus,
Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Cum pec
catores,inquit,eſſemus,hoc eſt,cum mortui
eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt:
multo magis iuſtificati nunc in ſanguine
ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si.n.
cum inimici eſſemus recõciliati ſumus deo
per mortem filij eius, multo magis recon-
ciliati,ſalui erimus in vita ipſius. Hoc eſt il
lud quod alibi dicit, Deus erat in Chriſto, 2.Co.5.
mundum recõcilians ſibi. Deinde hic ſequi
tur, Nõ ſolũ aũt,ſed & gloriantes in deo,ꝑ Rom.5.
dñm noſtrum Ieſum Chriſtum: Non ſolũ,
inquit,ſalui,ſed & gloriantes,per quẽ nunc
& reconciliationem accepimus. Et tanquã
cauſa quæreretur,quare per vnum mediato
rem hominum fiat iſta reconciliatio. Pro-
pter hoc, inquit, ſicut per vnum hominem L
peccatum in hunc mundum intrauit, & p
peccatum mors, & ita in oẽs homines per-
tranſijt,in quo oẽs peccauerunt. Quid er- Rom.5.
go egit lex? Itane illa recõciliare nõ potuit? Rom.5.
Non inquit. Vſq; n.ad legem,pctm̃ in mũ
do fuit:hoc eſt,nec lex potuit auferre pctm̃.
Peccatum aũt non deputabatur cũ lex nõ
eſſet. Erat quidem pctm̃,ſed non deputaba-
tur,quia non cognoſcebatur, Per legem.n.
cognitio peccati: ſicut alio loco dicit, Sed re
gnauit mors ab Adam,vſq; ad Moyſen,qa
nec per Moyſen.i.nec per legem regnum
eius ablatum eſt. Regnauit autem & in his
qui non peccauerunt. Quare igitur,ſi non
peccauerũt? Audi quare, In ſimilitudinem,
inquit,præuaricationis Adæ, qui eſt forma
futuri. Dedit enim ex ſe formam poſteris
ſuis,quanuis peccata propria non habitibus,
vt peccati paterni contagione morerentur,
qui per eius carnalem concupiſcentiam gi
gnebantur. Sed non ſicut delictum, in-
quit, ita & donum, ob vnius delictum.
Si enim multi mortui ſunt, multo magis
gratia dei, & donum in gratia vnius ho-
minis Ieſu Chriſti in multis abundauit.
Multo magis vtique abundauit, qua in
quibus abundauit temporaliter moriũtur, M
in æternum victuri ſunt. Et non,inquit,ſi-
cut per vnum peccantem,ita eſt & donum.
Nam iudicium quidem ex vno in condem
nationem: gratia autem ex multis delictis
in iuſtificationem. Et vnum quippe illud
ad damnationem trahere potuit, ſed gratia
non hoc vnum tantum, verumetiam plu-
ra, quæ ſuperaddita ſunt peccata deleuit.
Si enim ob vnius delictum, inquit, mors
regnauit per vnum,multo magis qui abun-
dantiam

dantiam gratiæ & iuſtitiæ accipiunt, in vi-
ta regnabũt per vnum Ieſum Chriſtum.
Superior repetitus eſt ſenſus,qa multo ma-
gis in vita regnabunt, qui ſine fine regna-
bunt: quã mors in eis regnauit, quæ cum ſi
ne regnauit. Itaq; ſicut per vnius,inquit,de
lictum in oẽs homines ad condemnationẽ,
ita & per vnius iuſtificationem in oẽs ho-
mines ad iuſtificationem vitæ. Ideo & ibi
oẽs,& hic oẽs, quia nemo ad mortem niſi
per illũ,nemo ad vitã niſi per iſtũ. Sicut.n.
per inobedientiam vnius hominis peccato-
res conſtituti ſunt multi,ita per vnius obe-
dientiam iuſti conſtituentur multi. Lex au
tem ſubintrauit,vt abundaret delictũ. Vbi
autẽ abundauit delictum, ſuperabundauit
A gratia: vt quemadmodũ regnauit pctm̃ in
morte, ſic & gratia regnet per iuſtitiam in
vitam æternam,per Ieſum Chrm̃ dñm no-
ſtrũ. Quid ergo dicimus,inquit, Permane-
6. bimus in peccato,vt gratia abundet? Abſit.
Quid.n.præſtitit gratia, ſi permanẽdũ eſt
in peccato? Deniq; ſequitur & dicit, Qui
mortui ſumus peccato,quo viuemus in eo?
Hinc nunc diligenter attende, & quod ſe-
quitur vt intelligas,intentus auſculta. Cũ
dixiſſet, qui mortui ſumus peccato quomõ
viuemus in eo? An ignoratis,inquit, qm̃ q-
cunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in
morte ipſius baptizati ſumus, quia non in
morte illius baptizantur paruuli. Sed qm̃
verum dicit Apoſtolus, nulli intelliguntur
excepti. Nam ſi de ſolis maioribus dictum
putatis,qui iam vtuntur libero arbitrio, cũ
dicat ille,quicunq; fruſtra vos terret domi-
3. nica illa ſententia, Niſi quis renatus fuerit
ex aqua & ſpiritu. Habetis enim magnum
compẽdium. Aſſeuerate & hoc de ſolis ma-
ioribus dictum, nequaquam paruulos iſta
generalitate concludi. Et quid vobis eſt de
quæſtione baptiſmatis laborare vtrum ſit
B vita æterna præter regnum dei, an vita
æterna priuandi ſint innocentes tot imagi-
nes dei, ac per hoc æterna morte plectẽn-
dæ? Si autem hoc dicere audetis, qm̃ vni-
uerſaliter prolata ſententia eſt. Niſi quis re-
natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt
6. intrare in regnum dei, eadem vos vniuerſi
tas comprimit dicente Apoſtolo, Quicũq;
baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte
illius baptizati ſumus. Ergo & paruuli qui
baptizantur in Chriſto,qm̃ in morte ipſius
baptizantur, peccato moriuntur. Inde.n.
connexa ſunt iſta ſequentia, cum ſuperius
dictũ eſſet. Qui mortui ſumus peccato,quo
viuemus in eo? Nã velut quæreretur,quid
eſt mori peccato? An ignoratis,inquit,qm̃
quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,
in morte illius baptizati ſumus? Hinc pro-
bans quod ſupra dixerat, Si mortui ſumus
peccato,quo viuemus in eo, vt qui ſe non
ignorarent in morte Chriſti baptizatos,cũ
baptizarentur in Chriſto, ſcirent ẽt ſe mor Quid
tuos eſſe peccato, qa nihil eſt aliud in mor ſit ĩ mor
te Chriſti baptizari, niſi peccato mori: hoc te Chri
diligentius exponens adiungit & dicit. Cõ baptiza-
ſepulti.n.ſumus cum illo per baptiſmũ in ri.
mortẽ, vt quemadmodũ ſurrexit Chriſtus C
à mortuis per gloriam patris, ita & nos in
nouitate vitæ ambulemus. Si.n.complanta
ti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſic & re-
ſurrectionis erimus, hoc ſcientes quia vetus
homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt euа-
cuetur corpus peccati, vt vltra non ſeruia-
mus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtifi
catus eſt à peccato: ſi autem mortui ſumus
cum Chriſto, credimus qa ſimul viuemus
cum illo, ſcientes quia Chriſtus ſurgens ex
mortuis iam non moritur: mors illi vltra
nõ dominabitur. Quod enim mortuus eſt
peccato, mortuus eſt ſemel: Quod autem
viuit, viuit deo. Ita & vos exiſtimate vos
mortuos quidem eſſe peccato: viuere autẽ
deo in Chriſto Ieſu. Si ergo peccato nõ mo
riuntur paruuli, proculdubio in Chriſti
morte non baptizantur. Si in Chriſti mor-
te non baptizantur, non in Chriſto bapti-
zantur. Quicunque enim baptizati ſumus
in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati
ſumus. In Chriſto autem baptizantur, pec
cato ergo moriũtur. Cui peccato quæſo te,
niſi quod originale traxerunt? Argumenta Pſal.93.
tiones hominum conticeſcant, dominus no
uit cogitationes hominum, qm̃ vanæ ſunt,
Abſcondit hæc à ſapientibus & prudenti- D
bus, & reuelauit ea paruulis. Si tibi Chri- Mat.11.
ſtiana fides diſplicet, apertius confitere: nã
Chriſtianam fidem aliam non potes inue-
nire. Vnus homo eſt ad mortem, vnus ad vi
tam. Ille tantum homo, iſte deus & homo.
Per illũ eſt mundus inimicus factus deo: p.
iſtum mundus reconciliatus deo, electus ex
mundo. Sicut.n.in Adam oẽs moriuntur, 1.Co.15.
ſic & in Chro oẽs viuificabunt. Sicut por-
tauimus:

tauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem eius qui in cœlo est. Hæc stabilimenta fidei Christianæ qui subuertere nititur, stantibus eis ipse subuertitur.

Cap .2. Prorsus quod in libro meo dixi, cui resistis, verum est. Nam qđ dimissum est in parente vt trahatur in prole, miris quidẽ modis fit, sed tñ fit. Et quia modus ipse non facili ratione indagatur, nec sermone explicatur, ab infidelibus nõ creditur. Quibus verbis meis insidiaris mendaciter, quasi dixerim, nec ratione cõprehendi, nec sermone explicari, subtrahens inde qđ dixi, non facili siue rõne, siue sermone. Aliud ẽ nulla, qđ tu dicis: aliud est, non facili, qđ ego dixi: vbi quid aliud q̃ calumniosus appares? Sed etsi nulla ratione indagetur, nullo sermone explicetur, verum est tñ quod antiquitus veraci fide catholica prædicatur, & creditur p
E Ecclesiam totã: quæ filios fideliũ, nec exorcizaret nec exufflaret, si non eos de potestate tenebrarum, & à principe mortis erueret, quod in libro meo, cui velut rñdes, à me positum est: sed id tu commemorare timuisti, tanq̃ ipse ab arbore toto exufflãdus esses. Si huic exufflationi qua princeps mundi & à paruulis eijcitur foras, contradicere voluisses, frustra te intorques argumentationibus vanis, non aduersus me, sed aduersus communem matrem spiritalẽ: quæ non te aliter peperit q̃ sicut iam non vis vt pariat, contra cuius viscera satis acutis telis tibi videris armatus, de iustitia dei, contra iustitiam dei, de gratia dei, contra gratiã dei colligens argumenta. Tunc enim est dei vera iustitia, si graue iugum super filios Adã
Eccl.40 à die exitus de ventre matris eorum nõ sit iniustum. Qũo aũt non est iniustum iugũ graue, si nullum est in paruulis malum pp quod iuste iugo premantur graui? Tũc vera est dei gratia, si hoc rebus exhibeat, quod verbis sonat. Qũo autem hoc facit, si eum exufflat in quo nouit non esse quod pellat: si eum lauat in quo nouit non esse quod abluat? Nunquid vel tibi vel quibuslibet consectaneis tuis, aliquid dicere videris: si quãtum sit, vt ex ea natum necesse sit renasci, non renatum sit necesse damnari, malum concupiscentiæ carnis, sanctitate mentis cogitare possetis? Et quid conferat gratia, cũ reatum eius absoluit, quo faciebat originaliter hominem reum, quando sit in illo
F plena remissio peccatorum: quanuis ipsa remaneat, contra quam regenerati spiritus concupiscat, aut bene vsuris hoc malo in maiore certamine, aut omnino vsurus in maiore certamine? Inest. n. sensus huius mali, dum reluctatur atq; cohibetur reatus carnalis concupiscentiæ, sed non sentitur dum est, ita eius ablatio fide creditur, non carne vel mente sentitur. Reatus autem ille, q ne vel mente sentitur. Reatus autem ille, q sola regeneratione dimittitur, quemadmodum cum inesset non sentiebatur, ita eius ablatio fide creditur, non carne vel mente sentitur. Ideo in huius rei obscuritate te iactas, & aduersus veritatem q̃ oñdi hominũ maxime carnaliũ sensibus non potest, quãto magis vt putas acriter, tanto magis infideliter pugnas. Sed verte omnes tete in fa Rom.6.
cies, & contrahe quicquid siue animis, siue arte vales, qcũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo verum est nos mortuos esse pctõ in G morte Christi, quæ fuit sine peccato: ac per hoc & maiores & paruuli. Neq;. n. illi & nõ isti, aut isti, & non illi, sed quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Consepulti ergo sumus illi p baptismum in mortem non sine paruulis, qm̃ quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus: vt quẽ admodum surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si. n. complantati fuimus simi litudini mortis eius, sed & resurrectionis erimus, hic sunt & paruuli complantati similitudini mortis eius. Hoc enim ad omnes pertinet quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est. Quorum vetus homo, nisi quicunque baptizati sumus in Christo? Hic itaque agnoscamus & paruulos, quia & ipsos baptizatos non negamus in Christo. Et vt qd simul crucifixus Rom.6.
est vetus homo noster? Vt euacuetur, inquit, corpus peccati, vt vltra nõ seruiamus peccato. Propter hoc corpus peccati, misit deus filiũ suum in similitudine carnis peccati. Qua igitur impudentia negamus etiã paruulos corpus habere peccati, cum hoc H
K dicit, omnium sit quicunque baptizati sumus in Christo? Qui. n. mortuus est, iustificatus est à peccato. Si aũt mortui sumus cũ Christo credimus, quia simul viuemus cũ Christo, scientes, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors ei vltra non dominabitur. Qđ n mortuus est peccato, mortuus est semel: quod aũt viuit, vi-
uit deo.

uit deo. Ita & vos, inquit, existimate vos mortuos esse pctõ. viuere aũt deo in Chro Iesu. Quibus hoc dicit? Euigilas ne & attẽdis? Eis vtiq; quibus dicebat, Si aũt mortui sumus cũ Chro. Et qui sunt hi, nisi quibus dixerat, Vetus hõ noster simul crucifixus est, vt euacuet corpus peccati: nisi quibus dixerat, Cõplãrati sumus similitudini mortis eius: nisi quibus dixerat, Consepulti ergo sumus illi per baptismum in mortẽ? Et hoc quibus, vel de quibus dixerat, lege superiora verba mea, quibus hæc cũcta connexa sunt, & inuenies. An ignoratis qm̃ q cunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? Et cũ hoc di ceret, probare qd voluit? Lege adhuc paulo superius & inuenies. Si mortui sumus peccato, quomõ viuemus in eo? Aut ergo agnoscite paruulos in baptismate mortuos I esse peccato, & fatemini habuisse cui moreretur originale pctm̃, aut aperte dicite non eos in morte Christi baptizatos cum baptizarentur in Christo, & Apostolum mendacio redarguite, dicente, Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus, Ego hæc arma cœlestia, quæ vincunt scelestum, non dimitto, his fidem meam sermonẽq; cõmitto. Argumenta q profertis humana sunt, hæc munimenta diuina sunt. Delicta quis intelligit: Nunquid ideo delicta non sunt? Ita & originale delictum quod in parente regenerato remittit
18. & transit in prolem & manet, nisi & ipsi regenerẽt, quis intelligit? Nũquid iõ non est delictũ? Vnus p omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt. Quo corde, quo ore, qua fronte paruulos mortuos negatis, pro quibus Christum mortuũ non negatis? Si non est pro eis Christus mortuus, vt quid baptizantur? Quicunq;. n. baptizati sumus in Chro Iesu, in morte illius baptizati sumus. Si aũt ẽt pro eis mortuus est, qui vnus pro omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt, & isti cũ omnibus. Et quia in peccato mortui sunt, moriuntur & peccato vt
K viuant deo, qñ renascuntur ex deo. Quod si explicare nõ possim, quomodo viuus generet mortuum: mortuus enim peccato parens, & viuens deo, generat tamen in peccato mortuum, nisi & ipse peccato regeneratione moriatur vt viuat deo. Nunquid ideo falsum est, quia explicari verbis, vel non potest, vel difficillime potest? Tu nega si audes, natum mortuũ, pro quo Christum non negas mortuum. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Verba sunt Apostolica, sed arma sunt nostra, quibus tũ si repugnare nolis, intelligis quod sine dubitatione credendum est, ẽt si nõ intelligas. Hõ. n. qui spiritaliter natus, carnaliter gignit, vtrumq; hẽt semen, & immortale vnde se gaudeat viuũ, & mortale vnde generet mortuũ. Cui viuificãdo nullo mõ necessaria Christi mors esset, ni si mortuus natus esset. Vnus. n. pro omni- 2.Co.5
bus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Nec eos de ista morte excitatis, quos mortuos non esse clamatis, sed ne viuant potius impeditis, quando in eorum parentibus fidem, qua vna possunt reuiuiscere, impiorũ argumentorum machinis oppugnatis.

Sed iam veniamus ad prolixam & opero Cap. 3.
sam disputationẽ tuã, qua illud quod quan
tulacunq; similitudinis gratia in re ad per- I.
spiciendum difficili adhibendũ putaui, de oleo. s. q eius semen degeneret in oleastrũ, refutare molitus es, prius affirmans, q ei rei quæ per se defendi non potest, nihil suffragẽtur exẽpla. Cur ergo Apostolus mox vt proposuit quæstionem quomodo resurgant mortui, quo autem corpore veniant, continuo, rẽ incognitam & inexpertã exẽplo probare suscepit, adiungens, Stulte tu qđ seminas, nõ viuificatur nisi prius mo- 1.Co.15.
riatur? Quod quidem exemplum & huic rei de qua agitur, non omnimodo est incõueniens. Purgatur enim à palea triticum, sicut homo à peccato, & tamen inde cum palea nascitur alterum. Quid est autẽ qđ de concordio voluisti, solum esse in omnibus animalibus, cui superiores mãdibulas Albinus affirmat, & in ignem cum sit omnibus exitio, salamandræ esse ludibrio? Nonne ista contra vos potius protulisti, quando inuenitur aliquid vnde monstretur esse possibile quod generaliter negabatur? Cũ ergo vos generaliter negaueritis posse gignentes in prolem traijcere quod non habent ipsi, si fuerit inuentum quod posit hoc facere, ita superamini sicut ille
M qui dixerat, non posse animalia nisi inferio res mouere mandibulas, inuento crocodilo sine ambiguitate superatur, & qui dixerit nullum animal in igne viuere, demonstrato quod de salamandra perhibetur, sine ambiguitate conuincitur. Cũ igitur definis naturalia p accidens non conuerti, si vel vnus quispiã fuerit inuẽtus q vitiatus aliquo

quo casu cũ eodẽ vitio genuerit filiũ, factũque sit proli naturale quod parẽti accidẽs fuit, nẽpe tua definitio etiã ista destruetur & frustrabitur. Item cũ definis parentem quod ipse nõ habet, in suam prolem nõ posse trãsmittere, nõne definitio ẽt ista destruetur, cũ tibi fuerint demonstrati nati homines integerrimis omnibus mẽbris ex his parentibus, qui nonnulla mẽbra perdiderãt? Audiebamus à maioribus nostris, qui se id nosse ac vidisse dicebant, Fundanũ Carthaginis rhetorẽ, cum pater accidenti vitio luscus esset, luscũ filiũ procreasse: Quo exemplo euertitur illa tua sententia, qua dicis naturãlia per accidens non conuerti. Accidẽs quippe fuit in patre, qđ factum est in filio naturale. Illã vero alteram, qua dicitis parentes in filios ea, q̃ non habent non posse transfundere, alius Fũdani filius, quod maxime vsitatum est, cũ duobus oculis de lusco natus euertit, & innumerabiles qui nascuntur oculati de parentibus cæcis. Transmittendo quippe in eos quos gignunt qđ ipsi nõ habent, vos potius quã suos filios sibi similiter esse demonstrant qui tam fuistis in vestris definitionibus cæci. Sanè cũ ea quæ ad rem non pertinet multũ loqueris, dixisti aliquid vnde me quiddam quod ad rem pertinet admoneres, vbi aisti, curiositatem quod comprehenderit, minus solere mirari, & aduersus eã diuinitus fuisse ꝓuisum, ut multa de terra innumeris discreta propietatibus gignerẽtur. Et reuera hæc est vtilitas occultorum operum dei, ne propterea vilescant, ne comprehensa mira esse desistant. Vnde & scriptura dicit, Si cut ossa in uẽtre prægnantis, ita non agnoscis opera dei quæcunq; faciet vniuersa. Recte itaq; & ipse dixisti, contra curiositatem, quæ minus solet mirari quod potuerit comprehensibilia esse opera dei: Cur ergo humana opinatiõe conaris euertere, quod minus vales in diuina ratione comprehendere? Ego quidem non, vt tu calumniaris, dixi, nulla ratione comprehendi posse, sed dixi, non facili ratione posse. Veruntamen quod si contra vitium curiositatis humanę, cui solent, vt ipse commemoras, comprehensa vilescere, etiam hoc deus quemad modum multa, sic occultare voluit, vt id inuestigare atque comprehendere humana coniectura non posset: ideo ne contra ecclesiam matrem vestrã ratiunculis vestris quasi particip alibus pugiũculis debetis armari, vt vim sacri eius occultam, qua purgandos concipit paruulos, quanuis de purgatis parentibus natos, tanquam ossã in uẽtre prægnantis, non contrectando, sed laniando quæratis? Nisi aũt sermonis longitudine nollẽ fatigare lectorẽ, iã te mille rerum generibus quarũ incõprehẽsibilis est ratio, contra vsitatas naturæ vias quasi per deserta opaca obruerẽ, in quibus ẽt degenerantia semina, non quidem in dissimillimũ genus: quia nec oleaster sic est ab oleastro discretus, vt vitis, sed in quandã, si dici pt, similẽ dissimilitudinem: sicut viti est labrusca dissimilis, quæ tñ de semine vitis gignitur, multa mõstrarẽ. Et cur non credamus hoc iõ voluisse creatorẽ, vt crederemus ẽt semẽ hominis posse vitiũ de gignentibus trahere, quod in eis à quibus gignitur non est, vt sic ad eius gr̃am qua homines eruuntur à ptãte tenebrarũ & in regnum illius transferuntur, ẽt baptizati cum suis paruulis currerẽt, sicut tecũ currit pater sanctus, nesciens eidẽ gratiæ q̃ esses futurus ingratus. Sed naturæ scrutator acerrimus limites eius inuenis, & regulas figis, dicens per rerum naturã fieri non posse, vt illud probentur tradere parentes, quo caruisse creduntur. Quod si tradunt, inquis, non amiserunt. Istæ sunt Pelagianæ definitiones, quas lecto ad religosæ memoriæ Marcellinum quod commemoras, opusculo nostro, iam respuere debui. Prior.n. Pelagius de parentibus fidelibus dixit, non eos potuisse in posteros transmitere, quod ipsi minime hebuerunt. Sed q̃ falsum, exemplis euidentissimis perdocetur, quorum aliqua supra dixi, vnde est & hoc, quod & nunc dicam. Quid.n. præputij retinet circumcisus, de quo præputiatus tñ gignitur, & quod iam non est in homine, trahitur in hominis semine? Nec ob aliud credendum est antiqs patribus hoc diuinitus fuisse præceptum, vt octauo die circumciderent paruulos, ad significandam regenerationem quæ fit in Christo, qui post diem septimum sabbati, quo die iacuit in sepulchro, traditus propter delicta nostra, sequenti, id est, octauo die in hebdomadibus resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Qđ sacramẽtũ circũcisionis in figura præcessisse baptismatis, quis gurã vel mediocriter sacris literis eruditus ignoret, cum apertissime de Christo dicat Apostolus, Qui est caput omnis principatus et potestatis, in quo etiam circumcisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & conresurrexistis per fidem operationis dei, q̃ suscitauit illum a mortuis, & vos cum essetis mortui in delictis, & præputio carnis vestræ, viuificauit cum illo donans nobis omnia delicta. Huius ergo circũcisionis nõ manufactæ, quæ nunc fit in Christo similitudo, præmissa, est illa circumcisio manufacta quæ data est Abrahæ. Non.n. dici potest, præputium corpus est, hoc autem quod trahitur in origine vitium, & illo quidem abscisso vim eius tamen nequaquam tolli potuisse de semine: hoc vero vitium quod nõ est corpus, sed accidens cum indulgentia sit remissum, in semine non potuisse residere: hoc inquam, à quouis callidissimo dici non potest, cum authoritate diuina superetur, qua ipsa pars corporis ob hoc iussa est amputari, vt hoc vitium purgaretur. Quod ni si esset in semine, ad paruulos quibus circũcisione illa corporis auferendum est, nullatenus peruenire. Neque is minime peruenisset, indigeret nullatenus hac corporis circumcisione semoueri. Cum autem paruulis prorsus nullum habeat omnino peccatum, restat vt nullum eidem aliud auferatur nisi originale illo remedio sine quo perit anima eius de populo suo, quod sub iusto deo non fieret, nisi esset culpa qua fieret. Quæ quoniam propria nulla est, restat vt sola originis vitiata sit culpa. Ecce circumcisus tradit nascenti de se, quo caruit in se. Quid est ergo quod dicis per rerum naturam fieri non posse, vt illud homines probentur tradere, quo caruisse creduntur? Bonum est ꝓputium, non est malum, quia deus illud fecit, sicut de oleastro copiosissime disputasti. Respondetur tibi, Bonus est oleaster in rerum natura, sed in mysteriorum scriptura malum significat: sicut lupi, sicut vulpes, sicut sus lota in volutabris cœni, sicut canis conuersus ad suum vomitum. In rerum natura bona sunt omnia sicut oues. Omnia qp pe deus fecit bona valde, sed in sanctis libris lupi malos significant, oues aũt bonos. Nec secũdũ id quod sunt, sed secũdũ id quod significãt, de illis similitudines damus, qũ de bonorũ malorũq; dsia disputamus. Sic & ꝓputium quoniam particula est humani corporis quod totum est bona substantia, vtiq; bonum est per naturam, sed malum significat per figuram, cum die octauo circumcidi

præcipitur paruulis propter Christum, in quo sicut Apostolus dicit, Circumcisi sumus circumcisione non manufacta, quam sine dubio præfigurauit circumcisio manufacta. Præputium itaque non est peccatum, sed significat peccatum, per quod peccatum dicti sumus natura filij iræ. Nam & ipsum membrum natura proprie dicitur. Proinde circumcisio carnis, non solũ illam quasi generalem sententiam vestram sine ambiguitate subuertit, qua dicitis, per rerum naturam fieri non posse, vt quo ipse caruit, tradat proli parẽs: verumetiam quia præputiũ peccatum significat, & inuenitur in nascente, quod iam non erat in parente, profecto originale peccatum quod iam remissum est parentibus baptizatis manere demonstrat in paruulis, nisi & ipsi baptizẽtur, id est spiritali circumcisione mũdentur, vosq; cõuincit, esse verissimum quod negatis, quia & ipse paruulus, de quo dictum est, Peribit anima eius de populo suo si octauo die nõ fuerit circũcisus, inuenire sub iusto iudice cur pereat, non potestis negantes originale peccatum. Relinquamus syluas oleastrorum & montes vel Aphricanos vel Italos oliuarum, nec interrogemus agricolas qui cũ tibi aliud, mihi aliud forte respõderint, neutros possumus celeri exploratione conuincere, si ad hoc experiendum seminetur arbor, seris factura nepotibus vmbram, Habemus oleam non Aphricanam, non Italam, sed Hebræam: cui nos qui fuimus oleaster, insitos esse gaudemus. Illi oleæ data est circumcisio, quæ nobis soluit istam sine disceptatione quæstionem. Trahit præputium proles, quod iam non habet parens. Caruit & tamen tradidit, amisit & tamen transmisit. Et hoc præputium peccatum significat. Ergo & ipsum potest in parentibus interire, & tamen ad filios pertrãsire. Attestetur etiam ipse infans, & tacens dicat, Peritura est anima mea de populo meo, si non fuero circumcisus octauo die. Qui ergo & originale malum diffitemini & iustum deum fatemini, quid peccauerit dicite huic infanti tacite clamanti. Quoniam loquacitas vestra nulla rationabili voce respondet: voces potius vestras Apostolicis nobiscum iungite. Quæ sint.n. ex parentibus, vel vtrum sint etiam alia cõtagia peccatorum, liberum nobis est quærere, siue sit facile, siue difficile, siue impossibile reperire, Per vnum tamen hominem in hunc mundum intrasse pecca-

Gen. 17. Colo. 2.
Ephes. 2
Vergilius.
Roma. 5

tum,& per peccatum mortem, & ita in oēs homines pertranſiſſe, in quo oēs peccauerunt, aliter nobis fas eſſe non exiſtimemus accipere,niſi vt oēs mortuos eſſe credamus in primi hominis peccato pro quibus mortuus eſt Chriſtus,& oēs mori peccato quicunq; baptizantur in Chriſto.

Cap. 4. Sed in alijs verbis meis quæ velut refellenda interponis diſputationi tuæ,dicis me vulgum tibi excitare conatum, qm̄ dixi fidem non dubitare chriſtianam,quam noui hæretici oppugnare cœperunt, & eos qui lauacro regenerationis abluuntur redimi à diaboli poteſtate, & eos qui nondum tali regeneratione redempti ſunt,etiam paruulos filios redemptorū, ſub eiuſdem diaboli eſſe poteſtate captiuos,niſi & ipſi eadē gratia redimantur. Quod vt apoſtolico teſtimonio comprobarem,ad oēs ætates dixi p̄tinere illud, de quo Apoſtolus loquitur beColo.1. neficium dei, Qui eruit nos de poteſtate I tenebrarum,& trāſtulit in regnum filij charitatis ſuæ.Si hac ſententia contra vos vulgus mouetur, nonne hinc te potius oportet aduertere, ita eſſe vulgatam & apud oēs confirmatam iſtam catholicam fidē, vt nec notitiam poſsit fugere popularem? Neceſſe quippe fuerat quicq̄d in paruulis ſuis ageret,quod attinet ad myſteria chriſtiana,oēs noſſe chriſtianos. Cur aūt dicis, q̄ certaminis ſingulas oblitus in vulgum refugerim? Quis tibi promiſit meum ſingulare certamen? Vbi,qū,quo,quibus præſentibus,quibus arbitris? Oblato,ſicut loqueris,placuit componi fœdere bellum, vt pugnas omniū contentio noſtra dirimeret? Abſit vt mihi apud catholicos arrogem, quod tibi apud Pelagianos arrogare non pudet,Vnus ſum è multis, qui prophanas veſtras nouitates vt poſſumus refutamus, ſicut vnicuiq; noſtrum deus partitus eſt menſuram fidei. AnRom.12. equam eſſem natus huic mundo, & antequam eſſem renatus deo,multa catholica lumina veſtras futuras tenebras redarguendo præuenerunt. De quibus iam duobus ſuperioribus libris meis, quanta potui manifeſtatione diſſerui. Habes quo te auoces,ſi te aduerſus catholicam fidem adhuc inſanire delectat, nec nomine ſellulariorū opifi-
K cum derideas membra Chriſti, Mementoi.Co.1. quia infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia. Quid eſt aūt quod eis cū oſtendere cœperis,in mę acerbiores fient? Mentiri eis noli,& non fient. Ego enim nō eos, ſicut calumniaris,aſſeuero peculium diaboli quos redemptos Chriſti ſanguine ſcio, nec diabolo coniugia,inquantum coniugia ſunt,vlla tranſcribo,nec eum genitaliū cōmentor artificem,nec excitatorum virorū, niſi ad illicita,nec fœcundatorem mulierū, nec conditorem aſſero paruulorum. Hæc ergo quæ à me aliena ſunt ſi eis de me dixeris,mētieris, & ſi quiſquam eorum tibi credens acerbior in me fuerit factus, deceptus poterit eſſe,non doctor. Ij vero qui & vtrūque noſtrum & fidem catholicam ſciunt, diſcere abs te aliquid nolunt,ſed cauent potius ne auferas quod nouerunt. Multi quippe ſunt in eis qui non ſolum præter me,verumetiam priores me iſta didicerunt, quæ veſter nouus error oppugnat. Cū ergo non eos ipſe fecerim, ſed inuenerim huius quā negatis ſocios veritatis, qūo eis ego ſum author huius quem putatis erroris? Explica, inquis,qūo peccatum perſonę illi iuſte poſſit aſcribi, q̄ nec voluit peccare nec potuit. L Aliud eſt perpetratio propriorū, aliud alienorum contagio peccatorū, quātum quidē ad ſuæ cuiusq; vitæ pertinet actionem. Nā ſi vos ſententiam rectam, in veſtrum tortū ſenſum torquere nolletis,audiretis Apoſto Rom.5. lum hoc breuiter explicantem, qui vnū dixit fuiſſe in quo oēs peccauerunt. In illo 2.Cor.5 vno mortui ſunt oēs, vt moreretur vnus pro omnibus. Vnus.n.pro omnibus mortuus eſt. Ergo oēs mortui ſunt,pro quibus Chr̄s mortuus eſt. Nega igitur Chr̄m etiā pro paruulis mortuū, vt eximas eos de numero mortuorū,hoc eſt, de contagio peccatorum. Qui fieri poteſt,inquis, vt res arbitrij conditioni ſeminum miſceatur? Si fieri non poſſet,non eſſet vnde paruulos nondū de corpore egreſſos mortuos diceremus. Quia ſi Chr̄s & pro ipſis mortuus eſt ergo & ipſi mortui ſunt. Qūo ſi vnus pro omnibus mortuus eſt,ergo oēs mortui ſunt. Audiſne Iuliane? Hęc Apoſtoli verba,nō mea ſunt. Quid à me quæris,quo ſit factum modo,cū videas factum eſſe quocunq; modo, ſi Apoſtolo credis aliquo mō,qui de Chr̄o & de his pro quibus mortuus, mentiri potuit nullo modo? Pōt aūt dici deus ab alio quales eſtis peruerſo,ſed errore diuerſo,pōt prorſus dici deus quod nos ſentire de parUulis dicis, ad inimici ſui lucrum ſemp in- M duſtrius? quia eos quos nouit nō ad tp̄s ſub diabolo futuros, ſed cum illo ſemper arſuros non deſinit creare,nutrire,veſtire,ciſq; pertinacſsima iniquitate peccantib.uitā ſalutemq; subminiſtrare. Sed facit hoc qūo ſciens bene uti & bonis,cuius maieſtatis uſibus nū ſolum eos quos premit aut decipit, ſed nec ſeipſum malignitatis ullius arte diabolus ſubtrahit: Ac per hoc non pertinent ad diabolum,qui eruunt̄, de diaboli poteſtate. Qui uero ad eū ptinent,in dei,ſicut ipſe ſunt poteſtate. Quam vanum eſt igitur qđ acute te dixiſſe arbitraris, quaſi aſſeramus hoc inter ſe fœdus iniſſe diabolum & deū, ut quicquid peccfunditur,deus quicq̄d naſcitur,diabolus ſibi uendicet, ea tñ lege, ſicut dicis,vt ipſam cōmixtionem quam diabolus inſtituit,deus obnoxia uirtute fœcūdet. Prorſus nec inſtituit diabolus commixtionē,qm̄ eſſet & ſi nemo peccaſſet: Sed ita cēt ut tua ibi ſuſcepta uel nulla eſſet,uel quieta eſſet. Nec obnoxia uirtute,ſed libera & potentiſsima deus fœcundat uteros feminarū A etiam uaſa diabolica parituros. Sicut. n. hominibus malis,ita & fœminibus ex origine uitiatis in quibus bona ē ab illo creata ſubſtantia,incrementum,formam,uitam,ſalutemq; largiſ gratuita bonitate,nulla neceſſitate,inſuperabili poteſtate,irreprehenſibili ueritate. Cum ergo vtrunque in poteſtate ſit dei, & quod perfunditur ſcilicet & quod naſcitur, a cuius poteſtate alienus nec ipſe diabolus inuenitur, tu duo iſta quomodo poſuiſti? Vtrum melius eſſe uoluiſti naſci? Non enim perfundi poterit qui natus non fuerit. An utrunque æqua lance perpendis? Si naſci putas eſſe melius, regenerationi ſpiritali facis iniuriam, cui regenerationem carnalem ſacrilego errore præponis. Non enim fruſtra crederis noluiſſe dicere,quod renaſcitur, ſed quod perfunditur, ut quoniā diabolum & deum quaſi partes inter ſe feciſſe p̄ noſtrū ſenſum demonſtrare cupiebas, partem dei faceres uerbi uilitate viliorem. Potuiſti.n. dicere,quod renaſcitur,potuiſti, quo regeneratur,potuiſti poſtremo, qđ baptizatur. Hoc enim uerbum ex Gręco latina cōſuetudo ſic habet,ut nō ſoleat alibi niſi in ſacro regenerationis inielligi. Nihil eorum dicere uoluiſti,ſed elegiſti verbum,quo fieret contemptibile quod dicebas. Nemo enim legentium præferre poteſt natum renato, uel regenerato, vel baptizato, ſed facile putaſti natum præferri poſſe perfuſo. Si autem quantum diſtat cœlum a terra, tanto melius eſt perfundi, ut portetur hominis

imago cœleſtis, quam naſci ut portetur ſio minis imago terreni, euanuit iam iſta inuidioſa partitio. Neque. n. mirandum eſt, ſi cœleſtis hominis imaginem, quæ ſacra per fuſione ſuſcipitur,ſibi uendicet deus: imaginem uero terreni hominis,terrena labe ſordentem ſinit eſſe ſub diabolo, donec ad ſuſcipiendā cœleſtis hominis imaginem renaſcatur in Chriſto. Porrò ſi perfundi & naſci æquas abs te penſantur examine, ut ideo paruuli nondum renati non credantur eſſe ſub diabolo, ne partes æquales inter ſe deus & diabolus facere uideantur, ſi deus ſibi perfuſos,diabolus autem uendicat natos: profecto quia ſecundum iſtum ſenſum tantum ualet perfundi quantum valet naſci, ſuperfluum perſuadetis eſſe perfundi, quoniam quod tantundem ualet, ſufficit naſci. Et tamen agimus gratias,quia non hoc putatis. Non enim ad regnum dei natos, niſi perfundatur admittitis, atque ita perfundi C multo melius iudicatis eſſe quam naſci Iam itaq; vobis ipſi reddite rationē, ne putetis indignum, vt qui non admittuntur in regnum dei,ſint ſub illo qui cecidit de regno dei: Et qui non habent vitā,ſint ſub illo qui perdidit vitam: Non autem habere paruulos vitam niſi habeant Chriſtum, quē procul dubio habere non poſſunt,niſi induerint eum,eo modo quo ſcriptum eſt, Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non ergo eos habere uitā,niſi habeant Gala.3. Chriſtum Ioannes Euangeliſta teſtatur dicens in Epiſtola ſua. Qui habet filium,habet vitam: qui non habet filium,uitam non 1.Ioa.5. habet. Merito ergo intelligunt mortui qui 2.Co.5 non habent uitam,pro quibus eſt Chriſtus mortuus ut habeant. Vnus enim pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Ideo autem mortuus eſt, ſicut legitur ad Hebræos, vt per mortem euacuaret eū qui Heb.2. poteſtatem habet mortis, id eſt diabolum. Quid ergo mirum ſi paruuli quandiu mortui ſunt anteq̄ incipiāt eū habere qui mortuus eſt pro mortuis, ſub eo ſunt qui pote- D ſtatem habet mortis? Enumeras quæ fides uere non dubitet Chriſtiana, in quibus ea commemoras,quæ penè omnia prædicamus & nos, & de quibus nullo modo dubitandum eſſe cenſemus, vſqueadeo vt etiam illud quod dicis, ſine opere liberi arbitrij nullum hominis eſſe poſſe peccatum, verum eſſe fateamur. Non enim & hoc eſſet peccatum quod originale traheretur

sine opere arbitrij, quo primus homo pec-
Rom.5. cauit, per quem peccatum intrauit in mun
dum, & in omnes homines pertransijt. Qđ
autem dicis, alienis peccatis alterum obno-
xium non teneri, interest quatenus recte
possit intelligi. Neq; nunc ago quod pecca
2.Re.24 uit Dauid, & pro peccato eius tot hominũ
milia ceciderunt: & quod de anathemate
contra interdictum, quia usurpauit unus, in
Iosue. 7 eos qui hoc non fecerant, nec factum fuisse
nouerant uindicta processit. Alia disputa-
tio est, neq; nunc terrere nos debet, de hoc
genere peccatorum siue pœnarum. Paren.
tum autem peccata modo quodam dicun-
tur aliena, & rursus modo quodam reperiũ
tur & nostra. Aliena quippe proprietate
sunt actionis, & nostra sunt contagione p-
paginis. Quod si falsum esset, profecto gra
Eccl. 40 ue iugum super filios Adam, à die exitus
de uentre matris eorum, nullo modo iustũ
esset: Quod autem Apostolum dixisse com
2.Co.5. memoras, Omnes nos manifestari oporte-
E ret ante tribunal Christi, ut reportet unus-
quisq; propria corporis sui prout gessit si-
ue bonum siue malum, quo in paruulis ac-
cipis? Verum & ipsi ante tribunal Christi
manifestabuntur, an non? Si non pertinet,
quid te adiuuat ista sententia, quando ad
eos non pertinet, quorum nunc agitur cau
sa? Si autem manifestabuntur, quomodo re
portat eorum quisq; quod per corda & ora
gestantium, siue credunt, siue non credũt?
Propria corporis sui. n. dixit, quod ad unũ-
quemq; in seipso iam uiuentem pertinet.
Nam quomodo reportat bonum ut intret
in regnum dei, si hoc reportat quisque qđ
gessit, nisi quia ptinet ad paruulũ etiã qđ
per alterum gessit, id est, credidit? Sicut ita
que qđ credidit, pertinet ad eũ ut reportet
bonum, hoc est percipiat dei regnum: sic ad
eum pertinet etiam si non credidit, ut
reportet condemnationis iudicium, quia
Euangelica est & ipsa sententia dicendo,
Qui non crediderit condemnabitur. Et
Mar.16. Apostolus dicẽdo, Oẽs nos manifestari o-
2.Co.5 portet, ut recipiat unusquisque pro ut ges-
sit siue bonum siue malum, nihil uoluit intel-
ligi medium. Vide ergo quã importune no-
bis paruulum de alieno peccato reportare
F malum, & uclis cum, de alieno recte facto
reportare bonum, non qualecunq;, sed dei
regnum: Alienum quippe opus est cum cre
dit per alterum, sicut alienum opus fuit
cum peccauit in altero. Nec nos dubita-
mus, quia baptismate delictum omne mun
detur, sed renascendo quisq; mũdatur. Qđ
ergo non admittit nisi regeneratio, non ces
sat trahere generatio. Sane dicendo concu-
piscentiã non usquequaq; animo rebellem,
proculdubio confiteris rebellem, & suppli
cium non fateris, quod aduersus teipsum
bellum geris. Dicatur, inquis, paruulorum
creator deus talium, quales dei manibus di
gni sunt, & addis, id est innocentiũ. Nõne
te pietate, & dei laudationeuincere uidetur
qui dixerit ẽt pulchra & sana opera decere
manus dei? Et tñ multi deformes, multi or
bi uel morbidi, multi horridi monstruosiq;
nascuntur, nec ideo illã tantam substantiã,
omnesq; partes eius & quicquid in ea sub
stantialiter existit & unit. potuit creare ni
si unus bonus & uerus deus. Iubes ut asse-
rã. quemadmodũ in Christo, id est in uirtu
te eius creatos paruulos sibi audeat diabo-
lus uendicare. Tu assere si potes, quo sibi G
non obscure sed aperte uendicet paruulos,
quos immũdi spiritꝰ uexãt. Si ei traditos de
cis, uidemus ambo supplicium, tu dic meri-
tum. Ambo cernimus pœnam, tu qui nul- Eccl.40
la mala merita dicis ex parentibus trahi, cũ
deũ iustum ambo fateamur, demonstra ista
pœna dignam si potes in infantibus culpã.
An uero non agnoscis etiã hoc ad illud gra
ue iugũ ptinere, quod est super filios Adã
à die exitus de uentre matris eorum, usque
in diem sepulturæ in matrem omniũ. Sub
quo ingo diuersis cladibus ita cõteritur ge
nus humanum, ut appareat hoc quod ex fi
liis iræ fiunt homines tanquam pignore ac
cepto filii misericordiæ, in futurum seculũ
præparari; in hoc autem seculo a die ortus
usq; ad diem obitus, etiã ipsos sub eodẽ gra
ui iugo conteri. Quandoquidem ẽt bapti-
zati paruuli inter alia mala uitæ huius, non
nunquam & istos damonum patiuntur in-
cursus: quanuis eruti de potestate tenebra-
rum, ne ab eis trahantur in supplicium sem
piternum. literum dicis, quod iam quidem
dixisti, ad quę respondi, sed etiam nunc nõ
debeo preterire, quod cum deus paruulis ni
hil de propio tam boni quam mali meren-
tibus gloriam regenerationis atribuit, hoc
ipso eos ad suam curam, ad suum ius, ad suũ
dominium pertinere docet, quõd eorum vo
luntatem ineffabilis prævenit beneficij lar
gitate. Quid igitur eum offenderunt quos
pariter innocentes, mundos, à se ad imagi-
nem suam creatos, innumerabiles ab isto
H munere

munere alienatũ, nec eor uolũtate huius in
effabilis puenit beneficij largitate, seperans
tot imagines suas a regno suo? Si hoc eis nõ
erit malum, non ergo amabunt regnum
dei tot innocentes imagines dei. Si autem
amabunt, & tantum amabunt, quantum in
nocentes amare debent regnum eius, a quo
ad ipsius imaginem creantur, nihil ne mali
de hac ipsa separatione patientur? Post re-
mo ubilibet sint, quomõlibet sint sub deo
iudice, qui nec fato premitur, nec psonarũ
acceptione corrumpitur, in illius regni fœ-
licitate non erunt, ubi erunt, qui pariter ni
hil boni, malive meruerunt. Sed si nihil me
ruissent mali, nunquam priuarentur in cõ-
muni causa communione tanti boni. In eis
ergo ut sæpe diximus irę uasis notas fecit
9, secundum Apostolum, deus diuitias glorię
suæ in vasa misericordiæ, ne glorientur tan
quam de meritis uitæ suæ, cum cognoscũt
hoc sibi iustissime reddi potuisse, quod ut-
dent reddi paribus consortibus mortis suæ.
1, Mire complexis Apostolus testimonijs as-
serit paruulos & de potestate tenebrarum
erui cum cæteris, & natura esse filios iræ si
cut & cæteri, quia peccato moriuntur, cum
in morte Christi baptizantur, qñ baptizan
tur in Christo. Si ergo recte uis sapere, etiã
de paruulis sape quod ait Apostolus de deo
patre, Qui eruit nos de potestate tenebra-
rum, & transtulit in regnum filij charitatis
suæ. Et illud alterum, Fuimus. n. & nos ali-
quando natura filij iræ sicut & cæteri. Om
nes. n. cruũtur de potestate tenebrarũ, nec
filij erunt iræ qui peccato moriuntur qui
in morte Christi baptizantur. Omnes au-
em ut deo uiuant, peccato moriuntur, qui
in morte Christi baptizantur. Omnes por
to in morte eius baptizantur, quicunque
baptizantur in Christo, ergo quia & par-
uuli baptizãtur in Christo, peccato moriũ
tur, & a potestate tenebrarum, ubi natura fi
2, lij iræ fuerant, eruũtur. Quod autem dicis
vbi ait Apostolus, Natura filij iræ, posse in
telligi prorsus filij iræ. Nonne hinc admo-
neri debuisti, antiquam contra uos defendi
Hie catholicam fidem: quia non fere inuenitur
Latinus codex si non a uobis nunc incipiat
emendari, vel potius in mendum mutari,
vbi non natura sit scriptum? Quod utique
K cauere debuit interpretum antiquitas, nisi
etiam fidei hæc esset antiquitas, cui cœpit
uestra resistere nouitas. Sed homo egregius
in grege non vis esse vulgari. Rursus e-
nim sententiam vulgi respuis, post tanta q
bus eum reddita rõne aduersus me concita
ueras grauius, q̃ in te fuerat concitatus. Sed
nimirum tua disputata considerans, nihil te
talibus argumentis apud populum in catho
licæ fidei veritate & antiquitate fundatũ,
agere potuisse vel posse sensisti. Vnde ad
eum spernendum contumacia rursus ora
conuerit, eiusq; partes quibus constat non
immerito uobis Christianorum infensissi
ma multitudo, singillatim describẽdo & de
ridendo pcurris, in quibus & auditoriales
scholasticos tangis, & dicis contra me cla-
maturos, O tempora, o mores, & tamen vul
gi iudicium reformidas. Vbi tam clamosos
tibi suffragatores inueniri potuisti, q Tul-
lianis me uocibus territent, quod aliunde q̃
unde totum est, esse putẽ genitalẽ corporis
partẽ? Quib. ergo cũ retulero: nõ hoc dico,
mẽtiẽ: libidinẽ culpo, nõ mẽbra: vitiũ deno
to, nõ naturã: iste aũt qui mihi apud uos ca
lumniaꝰ, audet in Ecclesia Chri ante magi- L
strũ in cęlo sedentẽ recitare libidinis laudẽ
qđ ei recitãdum si uobiscum studeret, magi
strorum nemo proponeret, ne offẽderet om
nium uestrum pudorẽ, nonne alia in te Tul
liana uere conuenientia uerba conuertent,
dicentes tibi, Ex hac parte pudor pugnat,
abs te petulãtia? hinc continentia, illinc libi
do? Nescio quos etiam quasi desertores dog
matis uestri, ad fidem catholicam cõuersos
arguis uel reuersos. Quos tũ significasti ita
te metuere, vt eorũ nomina exprimere nõ
auderes, ne forte audientes abs te sua falsa
crimina, mox tibi si non vera, certe credibi
liora reponerent. Quod quidem quicunq;
sunt isti, qui grauiter sapiunt, non facerent,
& parcerent tibi secundum Apostolum, nõ
reddentes maledictum pro maledicto. Tu 1.Pet.3.
autem saltem illum monentem ne dedigne
ris audire cuius literis exclamare te libuit,
O tẽpora, o mores. Saltem, inquam, ipsum
audi, ut quãtum a rerum turpitudine abes,
si tamen abes, tantum te a uerborum liber
tate seiungas, & ea in alteros ne dicas, quæ
cum tibi falso obiecta sint, erubescas. Talia
te sane in istos nescio quos dixisse qui le-
gunt, sciunt, qualia in aliquibus omnino
non nouimus, quos in proposito conti-
nentiæ recessisse a Pelagianis hæreticis no-
uimus. Tui vero, uel tuæ quæ sint, ni-
hil mea inter est, quos tu vel quales tu sic M
fallis, vt dicas me definire nec in curioso
quidem corpore libidinem posse frenari.

Imo quia frenari posse & frenari oportere decerno, ideo malum intelligo. Quod qui negat malum, viderit quomodo habeat bonum, cui repugnantem, uelit nolit, fatetur frenandum esse libidinem. Ego itaq; nō solum a senibus, uerum & a iuuenibus dico libidinem posse frenari, sed multum miror à continētibus libidinem posse laudari. Quis autem uestrum dicit malum hoc quod paruuli originaliter trahunt, sine substantia in qua est, aut esse posse aut nunquam fuisse? Quod tanquā dicamus, ita quæris dialecticos iudices, & irrides vulgum, quasi ad ipsum te iudicem adducā, à quo iudicari ista non possunt: quæ tu si non didicisses, Pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. Si uis uiuere, noli amare sapiētiā uerbi, qua euacuatur crux Christi. Quomodo de alijs substantijs in alias substantias vel bonæ vel malæ trāseant qualitates, non migrando sed afficiendo, iam libro superiore tractauimus. Si vulgi spernis iudicium, illos iudices intuere, quos tibi duobus prioribus meis libris, luculentissima in Ecclesia Chri præditos authoritate propo
A sui. Quale est autē, qđ beatæ memoriæ Zosimū Apostolicæ sedis Epm, ut in tua prauitate persistas, præuaricationis accusas, qui nō recesserit a suo prædecessore Innocētio, quem tu nominate timuisti, sed maluisti Zosimum, quia egit primitus lenius cum Celestio: quoniam se in his sensibus uestris, si quid displiceret paratum esse dixerat corrigi, & Innocentij literis consensurum esse promiserat. Memento sane quemadmodum de constituendo Epo, dissensionem populi Romani insultabundus obiectas. Quod abs te quæro, utrum homines sua fecerint uoluntate. Quod si negas, quomodo liberū defendis arbitrium? Si autem fateris, quomodo eam uoces ultionem dei, atq; a uestro dogmate exorbitas deum putari diuinitus vindicatum affectas? An tandem aliquādo cōcedis, qđ obstinatissima contentione negaueras, occulto dei iudicio fieri, ut in ipsis hominū uoluntatibus inueniat aliquid & pctm sit & pœna peccati? Hoc.n. nisi in ista tua sententia sapuisses, nullo modo factum hominum ultionem illei eē dixisses. Sed qñ ante annos plurimos tale ibi quiddā de beato Damaso & Vrsino contigit, nondū Pelagianos Ecclesia Romana dānauerat. Dicis me quoq; ipsum inouasse sensus meos, & initio conuersionis meæ hoc sensisse quod tu. Sed fallis, aut falleris, siue calumniando ijs quæ nūc dico, siue non intelligendo, uel potius non legendo ea quæ tunc dixi. Nam ergo per unū hominē in mundum intrasse pctm, & p peccatū mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo peccauerunt oēs ab initio conuersionis meæ sic tenui sē per ut teneo. Extāt libri quos adhuc laicus recentissima mea conuersione conscripsi, & si nōdū sicut postea sacris literis, tū nihil de hac re iā tūc sentiens, & ubi dispurandi rō poposcerat dicens, nisi quod antiquitus discit & docet omnis Ecclesia, in has uidelicet magnas manifestasq; miserias, in quib. homo uanitati similis factus ē, vt dies eius sicut umbra prætereāt, & sit uniuersa uanitas omnis homo uiuens, merito peccati originalis genus humanum fuisse collapsum, vnde non liberat nisi qui dixit, Veritas liberabit uos &, Ego sū ueritas. &, Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Non.n. a uanitate nisi ueritas liberat, sed secundum gr̄am, non sc̄dm debitum: per misericordiā non p. meritū. Sicut.n. iudicij fuit, ut uani-
subijceremur, ita misericordiæ est, ut uerita-
te liberemur, & ipsa bona merita nr̄a nō ni C
si dei dona esse fateamur.

Iā nūc illā tuā discutiamus calumniam, Cap. 7.
qua me dixisse criminaris, baptizatos ex parte mundari. Quod melius dicis meis sermonibus apparere, cosq; sermones meos quibus hoc apparere posse asseueras, considerā dos in tua disputatione ꝓponis. Ago gras. Nēpe illi sunt, Carnis, inquam, concupiscētia non est nuptijs imputanda, sed tolerāda. Non enim est ex naturali connubio uenies bonum, sed ex antiquo peccato accidens malum. Proprer hāc ergo fit, ut etiam de iustis & legitimis nuptijs filiorū dei non filij dei, sed filij seculi generentur: quia & hi q generārī, si iam regenerati sunt, non ex hoc generant, quo filij dei sunt, sed ex quo adhuc filij seculi. Dominica quippe sententia est, Filij huius seculi generant & generantur. Ex quo itaq; sumus adhuc filij huius seculi, exterior homo noster corrumpitur, ex hoc & huius seculi filij generātur. Ex quo sumus filij dei, interior hō renouat de die i dē. Quāuis & ipse exterior p lauacrū sanctificatus sit, & spē futuræ incorruptionis acceperit, p qđ & tēplū dei merito dicit, sed hoc nō solū p p præsentē sanctificatio D nē, sed p p illā spē dictū ē de qua dī, & nos ipsi primitias habentes spūs ingemiscimus, expe-

ctātes redēptionē corporis nostri. Si ergō redēptio corporis nostri sc̄dm Apostolū expectatur, profecto qđ expectat adhuc sperātur, nondū tenetur. Nihil habētes hęc verba mea, qđ nō ipse baptizatus agnoscat, qui cū Apostolo, dicit, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde & alibi ait, Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauati. Quo ptinet ēt illud, quod in libro Sapientiæ legimus. Corpus.n. corruptibile aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sed tu tanquā in cœlo iam angelos immortaliter habitans, verba infirmitatis & mortalitatis irrides, & ea exponens non secundū meū sensum, sed sc̄dm dolum tuum, dixisse me affirmas, quod gr̄a non perfecte hominē nouū faciat. Non hoc dico, Attende qđ dico. Gratia perfecte hominem nouum facit, quandoquidem & ad corporis immortalitatem plenamq; fœlicitatem ipsa perducit. Nunc etiā perfecte innouat hominem, quantum attinet ad liberationē, ab omnib. omnino peccatis, non quantum ad liberationē attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nunc corpus aggrauat animā. Vnde est gemitus, quē suū quoq; confitetur Apostolus dicens, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Sed ad illā quoq; perfectionē quæ speratur, eodē baptismate quod hic accipitur, puenitur. Nō aūt oēs filij seculi filij sunt diaboli, quāuis oēs filij diaboli filij sunt seculi. Sunt.n. etiā filij dei, qui tamen adhuc filij sunt seculi: propter quod & coniugio copulantur, sed filios dei carne non gignunt, quia & vt ipsi essent filij dei non ex carne, non ex sanguine, non ex voluntate viri, neque ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Sanctificatio ergo per baptismū ētiā nunc confertur & corpori, non tū nunc corruptio eius aufertur, quæ ipsam quoq; aggrauat animā. Et ideo quanuis casta sint corpora, cū desiderijs peccati mēbra non seruiunt, p p quod ad templū dei pertinere cœperunt: est tū quod gratia in tota ista ædificatione perficiat, quandiu caro concupiscit aduersus spiritū, vt motus malos qui refrenādi sunt indicet: & spiritus aduersus carnem, vt sanctitas perseueret. Ideo dicis carnem cōcupiscere, quia carnaliter anima concupiscat. Si quidē sine anima, caro nec sentiat. Concupiscere aūt viuentis sentiētisq; naturæ est, si-
F ne quo sensu mēbra moueri non possunt, id est p semetipsa concupiscere nequeāt. Et quis sensus cōcupiscit etiā sine meubris, ve in spadonibus? Quis aūt nescit quod nobis egregius doctor inculcas, ideo dici carnem concupiscere, quia carnaliter anima concupiscit? Non.n. sine anima vlla potest esse carnis concupiscentia. Nā vti q; concupiscere viuentis sentientisq; naturę est, ita vt nō desit concupiscentia, quā spadonum quoq; castitas frenat, minus quidem laboriosa, qa vbi materiam de qua operetur non inuenit, minus aduersus eam libido consurgit. Est tū, pudiceq; comprimitur, tic concubendi quanuis irritus ipse conatus, in eam turpitudinem veniat, Propter quam Calligonum Valentiniani iunioris eunuchum gladio nouimus vltore punitum, meretricis nuchus. confessione conuictum. Neq;.n. & in libro Ecclesiastico adhiberetur inde similitudo Ecclesiastici. 30.
ateq; diceretur, Videns oculis & ingemiscēs, quasi spado complectens virginem & suspirans: nisi & ipsi mouerentur cōcupiscentiæ carnalis affectibus, licet destituti carnis effectibus. Motibus igitur suis anima quos habet secundum spiritum, aduersatur alijs motibus suis, quos habet sc̄dm carnem: & G rursus motibus suis quos habet sc̄dm carnē, aduersatur alijs motibus suis, quos hēt sc̄dm spm: & ideo dicitur caro concupiscere aduersus spm, & spiritus aduersus carnē. Sed pp hoc & de ipsa anima dictū est, Renouatur, de die in diē. Neq;.n. ipsa in sanctitate nō ꝓficit, cū magis mugisq; minuit eas quibus nō consentit, carnales cupiditates. Iā baptizatus qppe dicebat Apostolus, Colo. 3.
Mortificate membra vestra quæ sunt super terrā. Ibi & fornicatio & mala concupiscētia, & auaritia nominatur. Quo ergo mortificat iā baptizatus fornicationē, quā non iā perpetrat, & sc̄dm te nec hēt aliquid qđ mortificet? Quo, inquā, obtemperat Apostolo dicenti, Mortificate fornicationē, nisi cū desideria eius quibus non consentit expugnat, quæ in bene faciētibus, & omnino non fornicantibus nec cōsensione, nec opere, & si nō desunt, tū quotidie minuuntur? Hoc agitur in tēplo dei qū adiuuante deo agitur qđ præcepit deus. Opera spūs erigūtur, opera carnis mortificantur. Si.n. sc̄dm carnem vixeritis, inquit, moriemini. Si aūt Rom. 8.
spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis; Et vt scirent se hoc non facere nisi gra dei, continuo subdidit. Quotquot enim spiri- H
tu dei aguntur, hi filij sunt dei. Ac per hoc

quicunq; aguntur dei spũ, ipsi facta carnis mortificant spũ. Habent ergo iã baptizati quid agãt in seipsis, hoc est in dei templo, qp ædificat hoc tpe, ut dedicetur in fine, Acdificatur aũt post captiuitatem, dei Psalmo 29 prius dedicationẽ domus prædicat, & post ædificationẽ. Sed dedicatio ad caput domus pertinet, hoc est ad Chrm: ædificatio ad corpus totum domus, id est ad Ecclesiam. Ideo prior dedicatio quam ædificatio est, sicut huius rei index titulus Psalmi, eiecto. s. foras qui captiuauerat, inimico. In ordine qp pe Psalmorum, quod mirum videri potest, prior est Psalmus dedicationis domus, & posterior ædificationis. Sed dedicationis ideo prior est, quia illã domũ cãtat, de qua eius architectus ait, Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus exuscitabo illud. Iste autẽ posterior, qñ domus ædificabatur post captiuitatẽ, Ecclesiam prophetauit. Deniq; & sic incipit, Cantate dño canticum nouũ, cantate dño omnis terra. Nemo igitur ita desipiat, vt vnũquenq; baptizatũ ideo existimet iã esse perfectũ, quia dictũ est, Tẽplum dei sanctũ est, qp estis vos: Et, Nescitis quia corpora vestra tẽplum in vobis est spiritussancti quem habetis à deo. Et in alio loco, Nos enim tẽplũ dei viui sumus: Et cætera hmõi. Iam. n. hoc vocatur, & cũ ædificatur, mortificantur hic mẽbra nostra, quę sunt sup terrã. Quanuis. n. iam pctõ mortui, deo uiuamus: est tũ qp in nobis mortificemus, vt nõ regnet pctm in nostro mortali corpore, ad obediendũ concupiscentijs eius, à qbus nos soluit ne his essemus obnoxij, plena atque perfecta remissio pctõrum, & remanserũt in nobis cũ quibus generanẽ bella castrorũ. Ex his est & illa qua pudicus bene vtitur coniugatus, sed cũ bene sit, de malo nascitur bonũ sine malo, & ideo renascitur vt liberetur a malo. Quod. n. deus creat & hõ generat profecto bonũ est, inquantum hõ est, Sed ideo nõ sine malo, qa sola regeneratio soluit à malo, qp trahit gñatio de primo mgnoq; pctõ. Sic autẽ incredibile vis videri, qp in vtero baptizatę, cuius corpus est templum dei, formatur homo futurus sub diabolo, nisi deo renascatur ex deo: quasi non maioris admirationis sit, quod deus & vbi non habitat, operatur. Nõ. n. habitat in corpore subdito peccatis: & tũ operatur hominem in vtero meretricis. Attingit. n. ubi que pp suam munditiam, & nihil inqvinatum in eũ incurrit: & qd multo est mirabilius, aliqñ adoptat in filium, quę format in vtero immundissimæ fœminæ: aliqñ non vult esse suũ filiũ, quę format in vtero suæ filiæ. Ille quippe ad baptismum nescio qua prouisione peruenit: iste repentinã mortem non præuenit. Atq; ita deus, in cuius ptãte sunt omnia, facit esse in Chri consortio, quę formauit in diaboli domicilio, & non vult esse in regno suo, quę formauit in templo suo. Aut si vult, cur non facit qd vult? Non enim qd soletis de maioribus dicere, deus vult, & paruulus non vult. Certe hic, vbi fati nulla est immobilitas, nulla fortunæ temeritas, nulla personæ dignitas, quid restat nisi misericordiæ & veritatis profunditas? Vt sciamus, & ex hoc intõprehensibili cõprehendamus iuxta duos homines: vnũ, p quem pctũ intrauit in mundũ: alterum, qui tulit pctũ mundi, oẽs filios concupiscentiæ carnalis vndecunq; nascantur, ad iugũ graue filiorum Adã merito ptinere, & ex his oẽs filios gratiæ spiritalis vndecunq; nascãtur, ad iugum suaue filiorũ dei sine merito peruenire. Proinde conditionem suam gerit, qui in alterius corpore quod est templũ dei ita constituitur, vt non ideo sit & ipse templum dei, quia ædificatur in templo dei. Matris quippe corpus vt esset tẽplum dei, gratiæ beneficiũ est, non naturæ: quæ gratia nõ conceptione, sed regeneratione confertur. Nã si ad matris corpus id quod in ea concipitur pertineret, ita vt eius pars deputaretur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est, aliquo mortis vrgente periculo, cum eum gestaret in vtero. Nunc vero cum etiam ipse baptizatur, non vtique bis baptizatus habebitur. Non itaq; ad maternum corpus cum esset in vtero pertinebat, & tamen creabatur in templo dei, non templum dei. Ita in fœmina fideli creatus est infidelis, & in eum parentes infidelitatẽ traiecerunt, quam non habebant qñ ex ipsis natus est, sed tunc habebant qñ & ipsi fimiliter nati sunt. Traiecerunt ergo qd iam non erat in eis, pp semen spiritale quo regenerati sunt, sed erat in eorum carnali semine, quo eũ generauerunt. Quanuis itaq; sacro baptismate sanctificetur & corpus, ad hoc tũ sanctificatur, vt per remissionem peccatorum non solum præteritis peccatis omnibus, verumetiam ipsi quæ inest carnis concupiscentię nõ sit obnoxiũ, cui necesse est obnoxius omnis homo nascatur, etiam moriturus obnoxius, si non renascatur. Vbi

Ioan. 2.
Psal. 95.
1. Co. 7.
1. Co. 6.
2. Co. 6.
Rom. 6.
Sapiẽ. 1.
Sapiẽ. 7.

Vbi ergo me audisti siue legisti dicentem, non innouari homines p baptismum, sed quasi innouari: nõ liberari, sed quasi liberari: non saluari, sed quasi saluari: absit vt ego inanẽ dicerẽ gram lauacri illius, in quo renatus sum ex aqua & spiritu, qua liberatus sum à reatu omniũ pctõrũ, vel quæ nascendo traxerã, vel q̃ male viuendo cõtraxerã? Qua gra liberor vt scio, ne intrem in tentationẽ, à concupiscentia mea abstractus & illectus, atq; vt exaudiar dicens cum cõsortibus meis, Dimitte nobis debita nra. Qua liberabor, vt spero, in æternũ, vbi iam nulla lex in membris meis repugnet legi mentis meæ. Nõ igitur ego inanẽ facio dei gram: sed tu eis inimicus inanem qsisse videris ia stantiam, vt in tuã disputationẽ introduceres Epicurũ, qui negauit esse corpus deorũ sed tanquam corpus, nec sanguinẽ, sed tanquam sanguinẽ, & hac occasione de Philosophorũ literis ad rem, q̃ inter nos agitur, non pertinentibus, tãto ineptius, quãto velut doctius delirares. Quis autem nostrũ dicit quicquid in præsenti seculo agitur esse culpandum, cum hic ipse Christus tanta egerit bona, sed vt nos erueret de præsenti seculo malo? Quàm porrò, diligenter et cõ A gruẽter exponas Apostolicum testimoniũ, vbi ait, Spe salui facti sumus: & cætera vsq; ad redemptionem corporis nri, operæpretiũ est intueri. Dicis. n. qp illa resurrectio non peccata dimittat aliquorum, sed expurget merita singulorũ. Reddit enim vnicuique, inquis, secũdũ opera sua, nec tũ dicis, secundũ quæ opera sua regnum dei paruulis reddat, Et peccata quidem nulla remittuntur, in regno, Sed si nulla remitterentur in iudicio illo nouissimo, puto quod dominus non dixisset de quodam peccato, Non remittẽ neq; in hoc seculo, neq; in futuro: quando sibi remitti sperabat latro ille, qui dicebat, Memento mei cum veneris in regnum tuum. De qua re qñ profundissima qõ est, non est modo præcipitanda sententia. Cur aũt in regno nulla peccata remittit deus filijs suis, nisi quia non inuenit qd remittat? Non. n. poterunt ibi esse peccata, vbi spiritus non dico non consentit concupiscentiæ carnis, sed nec concupiscit aduersus carnem, quia nec caro aduersus eum, illa ineffabili salute perfecta: quæ nunc non fit in baptismo, vbi remittuntur quidẽ cuncta pctã, sed remanent carnalium concupiscẽtiarũ mala, cum quibus post baptismũ, si tũ proficiunt, exerceãt siue cõiugati gloriosa, siue cõtinẽtes gloriosiora certamina, qd & ipse confiteris. Sed nescio qua miseria qñ pro veritate loqueris, tũe te ipse non audis. Describens quippe illã summã resurrectionis fœlicitatẽ, dicis neminẽ iã ibi iustorũ liuidũ facere corpus suum, & seruituti subijcere, neminẽ humiliare animã suam stratis duris & pedore mẽbrorum. Rũde ergo cur hic ista faciat, qui omni malo in baptismate caruit, cur audet liuidũ facere tẽplũ dei? Nonne mẽbra eius mẽbra sunt vtiq; tẽpli dei? Cur ergo nõ suaui odore, sed pedore tẽpli eius aut inuitat pscntiã, aut impetrat misericordiam, aut placat irã eius? Nihil ne mali castigat, domat, vincit, opprimit in templo dei, ẽt liuore & pedore ipsius tẽpli dei? Nonne attendis, nonne perspicis, quia tã vehementer corpus suum persequens, si nihil ibi psequitur quod displicet deo, frustra psequendo tẽplũ eius, facit iniuriam magnam deo? Quid tergiuersaris, qd cũctaris apertius confiteri? Illud profecto, illud est qd iste cuius liuorem pedoremq; pdicas, in sua carne persequitur. Vnde dicebat Apostolus, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: Quã vocem baptizati esse cur negas, cum opera vocis huius in liuore corporis, & mẽbrorũ pedore cognoscas? Neq; n. hæc sancti, vel dei flagellis, vel ab inimicis tolerãt patiendo, sed ipsi sibi ingerunt continendo. Et vt quid hoc, nisi contra carnis concupiscentiam spiritu concupiscendo? Quod nimirum & ipse sensisti. Cũ enim describens fœlicitatem futuræ vitæ, addidisses atq; dixisses, Nemo conuitijs fœlicem impudentiam, nemo maxillas palmis, nemo subijciet terga verberibus, nec conflare studebit de infirmitate virtutem, nec cum inopia frugalitatem, nec cũ mœroribus magnanimitatem, quare dicere noluisti, nec cum carnis concupiscẽtia castitatem, sed festinasti sensum concludere, atq; dixisti, nec patiẽtia cum dolore luctabitur, nihil aliud commemorans nisi quod forinsecus irruẽs fortitudine toleratur, non quod intus se cõ mouens castitate comprimitur? An forte nos arguis tarditatis qp nõ intellexerimus, hoc te iam significasse superius, eum de liuore corporis diceres & labore ac pedore membrorum? Qñ enim non ab hoste sed à seipso affligitur fortis, in ipso intus est, q̃ vincens est hostis. Memento sanè non te expo-

Rom. 7. C
D

exposuisse cur Apostolus dixerit, Adoptionem expectantes, qui iam in lauacro regenerationis fuerat adoptatus. Iterum dicis q carnē suā nullus oderit, Quis enim hoc negas? Sed tū disciplinæ rigore asseris conterendam. Iterum ergo pro veritate loqueris, & audire non vis. Cur. n. caro conteritur à fidelibus, si nihil remansit in baptismo quod aduersus spiritum concupiscat? Cur, inquā, conteritur à seipso templū dei, si nihil ibi est quod resistat spiritui dei? Non autem tū interesset, verum & grauiter obesset, nisi reatus qui nos obstrinxerat, p remissionem pctōrum solutus esset. Solui tur ergo per indulgentiam, quia tenebat in noxa: conteritur per continentiam, ne vincat in pugna. Agit itaq; ne obsit, donec ita sanetur vt non sit. Quapropter dimittunt in baptismate cuncta peccata, & originaliter tracta & ignoranter vel scienter adiecta. Iacob. 1 Sed cum dicit Apostolus Iacobus, Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: profecto in his verbis partus à pariente discernitur. Pariens enim est concupiscentia, partus peccatum. Sed concupiscentia non parit, nisi concepit. non concipit nisi illexerit, hoc est, ad malum perpetrandum obtinuerit volentis assensum. Quod ergo aduersus eam dimicatur, ne agitur, ne concipiat, pariatq; peccatum, dimissis itaq; in baptismo peccatis omnibus, id est, omnibus concupiscentiæ fœtibus, si illic etiam ipsa consumpta est, quo contra eam ne concipiat, dimicant sancti liuore corporis, pedore membrorum, contrittione carnis? Quæ verba tua sunt. Quomodo, inquam, liuore, pedore, contritione templi dei contra eam belligeratur à sanctis, si & ipsa ē ablata baptismate? Manet igitur. Nec ea regenerationis lauacro caruimus, si nō ibi caruimus sensu, quo eā manere sentimus, Quis autē ita sit imprudens atq; impudens, ita procax, pertinax, peruicax, ita postremo insanus & demēs, q cū peccata male esse fateatur, neget esse malam concupiscentiam pctōrū, etiā si aduersus eam concupiscente spiritu, peccata concipere ac parere non sinatur? Tale porrò ac tam magnum malum, tm quia inest, quomodo non teneret in morte, & pertraheret in vltimam mortem, nisi et eius vinculum, in illa quæ fit in baptismo remissione peccatorum omnium solueretur? Propter hoc enim vinculum quod connectitur exprimo Adā, nec solui pōt nisi in secūdo Adā: p quā propter hoc, inquā, vinculum mortis, mortui reperiunt infantes, nō ista morte, nouissima, q̄ à corpore animā separat, sed ea morte, qua tenebant omnes, p quibus mortuus v. Co. 5. est Christus. Scimus. n. ait Apostolus, qd à nobis sepissime reperēdū est, qm unus p omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, vt, qui uiuunt iā non sibi viuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est, & resurrexit. Illi ergo viuunt, pro quibus vt viuant mortuus est q̄ viuebat. Qd apertius ita dicit, Illi sunt à mortis vinculo liberi, p quibus mortuus est inter mortuos liber. Vel sic multo apertius, Illi sunt liberati à peccato pro quibus mortuus est, qui nunquā fuerat in peccato. Et cum semel sit mortuus, tm pro vnoquoque tūc moritur quādo in eius morte quālibet ætatis fuerit baptizatur. i. tūc ei proderit mors eius, qui fuit sine peccato, quando in eius morte baptizatus, mortuus fuerit etiam ipse peccato, qui motuus fuerat in peccato. Ingeris Apostoli testimoniū, vbi ait, Nolite errare, neque fornicarij, neque 1. Co. 6. simulacris seruientes, & cætera, quibus cōmemoratis, concludit quod regnum dei nō G possidebunt. Sd agunt talia qui concupiscētię quam laudas, motibus ad mala & turpia quæque cōsentiunt. Quod ergo ait, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis mutatos eos dixit in melius, non ut ea carerent, quod in hac vita fieri non potest, sed ut ei non obedirent, quod in bona uita fieri potest: atque ut ab eo quo erāt vinculo eius obnoxij, liberatos se esse cognoscerent, quod nisi regeneratione fieri non potest. Tu autem qui putas, quod si malum esset concupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur, Omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. Nunquid enim caret corruptione corporis? An non est malum quod aggrauat animam, & errauit qui dixit, corpus. n. corruptibile aggrauat animā? Nunquid caret ignorantiæ malo, per qd à nescientibus innumerabilia perpetrant mala? An paruū malū est, p quod hō non percipit quæ sunt spiritus dei? De baptizatis nempe dicebat Apostolus, Animalis homo aūt non percipit, quæ sunt spiritus dei: 1. Co. 3. stultitia est. n. illi, & nō potest scire qm spiritaliter diiudicatur. Deinde paulopost. Et ego, inquit, fratres, non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escā. Nondū. n. poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc. n. estis carnales. Cum. n. sint inter vos æmulatio & cōtentio, nonne carnales estis, & secūdum hominem ambulatis? Vide quæ dicat mala de ignorantiæ malo venientia. Et puto qd nō de catechumenis ista dicebat, Paruuli quippe in Christo quo essent, nisi iam renati essent? Quod si nondum credis, quid eis post pauca dicat artēde, Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? An adhuc dubitabis vel negabis, nō eos potuisse esse templū dei, in quo habitaret spūs dei nisi baptizatos? Saltem ergo illud respice quod eis dixit, Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Non igitur caruerant tā to ignorantiæ malo in lauacro regeneratio nis, vbi tamen omnibus caruerant sine dubitatione peccatis. Et per hoc ignorantiæ malum templo dei in quo habitabat spiritus dei, stultitia erāt quæ sunt spiritus dei, sed de die in diem si proficerent, & in quod peruenerant, in eo ambularent, sana professo accedente doctrina minueretur hoc malum. Credamus etiam non tantum minui, verumetiam in hac vita posse cōsumi, tamē post baptismum. Nūquid in baptismo? Cō cupiscentiam vero quis ambigat in hac vita posse minui, non posse consumi? Horum itaq; malorum præteritus omnis reatus sacro fonte diluitur. Remittuntur ergo in renascentibus, minuuntur in proficientibus. Ignorantia minuitur veritate magis magis q̄ lucente. Concupiscentia minuitur charitate magis magisq; feruente. Nihil boni horum duorum est à nobis. Non. n. spūs huius mundi accepimus, sed spūs qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ex hoc autem concupiscentia peior est quam ignorantia: quia ignorantia sine concupiscentia minus peccat, concupiscentia vero sine ignorantia grauius peccat. Et nescire malum, non semper est malum: concupiscere autem malum, semper est malum. Bonum quoq; ipsum vtiliter aliqū ignorat vt opportune sciatur. Nullo autem modo fieri potest, vt carnali concupiscentia bonum hominis concupiscatur, quandoquidē nec ipsa proles libidine corporis, sed volūtate animi concupiscitur, quāuis nō sine libidine corporis seminetur. De hac quippe agimus concupiscentia, qua caro concupiscit aduersus spm, nō de illa bona, qua spūs Gala. 5. concupiscit aduersus carnē, & qua concupiscitur continentia, per quā concupiscentia vincatur, si voluptas corporis non est hominis bonum. Hac ergo cōcupiscentia carnis, quæ author quidam est & voluptas, nullū concupiscitur hominis bonū. Hac ergo cōcupiscentia carnis nunq̄ concupiscitur hominis vllū bonum, si voluptas carnis non est hominis bonum. Si autē vt aliquo loco Opinio significasti, placet tibi secta Dinomachi, ho Dinoma nestatē voluptatēq; coniungens, qd Philo chi. sophi quoq; huius mundi qui honestiores videbantur, Scylleum bonum esse dixerunt, ex humana. s. natura beluinaq; compactū. Si hoc ergo monstrum tua opinione sectaris, satis est nobis, qd confiteris aliā esse illicitam, aliā licitā voluptatē. Ac per hoc mala est concupiscentia q̄ indifferenter vtrunque appetit, nisi ab illicita voluptate licita voluntate frenetur. Hoc aūt malum nō in baptismate punitur, sed baptismatis per gratiam regenerationis ab eius obligatione iam liberis, ne ad illicita ptrahat, salubriter vincitur. Vt aūt resurrectionis tempore, nō sit omnino in vtuente corpore nec dolente, p mium est eorum qui contra eam fideliter L certauerunt, qui languore sanato, immortalitate sana & beatissima vestietur. In eis vero qui non ad vitam resurgent, non fæliciter, sed pænaliter erit, non quia tunc ab ea q̄squā mūdabit, sed q̄a tūc malis non in delectamenta excitatis, sed in tormēta vertet.

Iam videamus illud excellentissimum Cap. 6. acumen tuū, quo vidisti quemadmodum refelleres quod à me dictum est, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non vt nō fit, sed vt in peccatum non imputetur, quāuis autem reatu suo iam soluto, manet tamen. Aduersus hæc mea verba sic argumentaris homo acutissimus, tanquam ipsam cōcupiscentiam dixerim per baptismum reatu liberari, quoniam dixi, reatu suo iam soluto, velut suo dixerim, quo ipsa rea est, eoque soluto illa permaneat absoluta. Quod vtiq; si sensissem, profecto eam malam esse non dicerem, sed fuisse. Ac per hoc secundū mirabilem intelligentiam tuam, qū audis in aliquo homicidij reatum solutum, non hominem sed ipsum homicidiū à reatu exīstimas absolutum. Sic intelligat quis, nisi q non erubescit laudare, cum qua compellit dimica-

dimicare? Et quomodo te iactas exultasque in redarguenda ista sententia, non mea plane, sed tua. Talia quippe dicis, qualia dicenda sunt in eos qui per baptismū sanctificatā & fidelē factā concupiscentiā carnis affirmant in eis, in q̄bus regeneratis manet tū. Sed hoc tibi potius qui eā bonā prædicas, conuenit dicere, vt bono eius naturali, sicut de infantibus dicitis, bonū sanctificationis accedat, & sit carnis concupiscentia sctā dei filia. Nos aūt qui eam malā dicimus, & manere tū in baptizatis, quāuis reatus eius non quo ipsa erat rea, neq; n. aliqua persona est, sed quo reū hominē originaliter faciebat, fuerit remissus atq; vacuatus, absit vt dicamus sanctificari, cū qua necesse hūt regenerari si non inuacuū dei gram suscepe runt, intestino quodā bello tanq̄ cū hoste confligere, & ab ea peste desyderare atque optare sanari. Nā si ppea dicis nulla mala remanere in baptizatis, ne ipsa mala baptizata & sanctificata credant, vide quanta te sequatur absurditas. Si. n. quicquid est in homine qñ baptizatur, baptizari & sanctificari putandum est, dicturus es & ipsa in illo baptizari & sanctificari, quæ in intestinis & vesica sunt per digestiones corporis egerenda. Dicturus es baptizari & sanctificari
A hominem in matris vtero constitutum, si ad hoc sacr̄m accipiendum grauidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam non debere qui nascitur. Postremo dicturus es & ipsas baptizari & sanctificari febres, quando baptizantur ægroti, ac per hoc baptizari & sanctificari etiam opera diaboli. Velut si mulier illa baptizaretur antequā curarer̄, quam Satanas in infirmitate alligauerat p
Luc. 13. decē & octo annos. Quid de malis ipsis ipsius animi loquar? Cogita quātum mali sit stultitiam putare quæ sunt spiritus dei, &
1. Co. 3. tamen tales erant, quos Apostolus alebat lacte, non cibo. Nunquid & stultitiæ illius tā magnum malum, quia non fuerat baptisma te ablatum, baptizatum sanctificatumq́; dicturus es? Sic ergo & concupiscentia quæ manet oppugnanda atq; sananda, quamuis in baptismo dimissa sint cūcta omnino peccata, non solum non sanctificetur, sed potius ne sanctificatos ęternę morti obnoxios possit tenere euacuatur: quia & illi qui lacte alebantur non solido cibo, & adhuc animales, non percipientes quæ sunt spiritus dei, quoniam stultitia illis adhuc erat: si in illa mentis ætate, in qua ætate noui homines appellabantur, non carnis, de corpore existent paruuli in Chr̄o, nullo reatu stulti
B tiæ illius tenerentur: quia hoc eis beneficiū fuerat regeneratione collatum, vt omnium malorum, quibus & postea vel moriendo vel proficiendo fuerant exuendi, reatus continuo solueretur remissione peccatorū omniū, nondum omniū sanitate morborum. Qui tū reatus teneat necesse est eū, qui secundū carnē generatur, quia non nisi ei re
1. Tim. 2. mittitur qui secm̄ spūm regnatur. A morte quippe iustissimæ damnationis per vnū mediatorem dei & hominum liberatur genus humanum non à morte corporis tm̄, sed à morte qua mortui sunt, pro quibus vnus
2. Cor. 5. mortuus est. Et quia pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.

Cap. 7. Quod vero te libuit tam multū de qualitatū differentia disputare, quia ego semel nominaui qualitatem, dicens non substantialiter manere concupiscentiam, sicut corpus aliquod aut spūm, sed esse affectionem quandā malæ qualitatis, sicut est languor, itane nihil ad rē pertinere non sentis? Primo. n. dicis me mutasse sententiā, & immemorē totius libri mei, professum fuisse substantiam esse libidinem. Reuera euoluto & enucleato libro meo non reperturus es me libidinē substantiam dixisse vel semel. Di
C xerunt eā quidam Philosophi partē animi esse vitiosam, Et vtiq; pars animi substantia est, quia substantia est ipse animus. Sed ego ipsum vitium quo animus vel vlla pars eius isto modo vitiosa est, libidinem dico, vt omni vitio sanato, salua sit tota substantia. Quia & illi Philosophi locutione tropica mihi videntur vitiosam partem animi appellasse libidinem, in qua parte est vitiū quod vocatur libido, sicut appellatur domus pro eis qui sunt in domo. Deinde te nimis acutis dialecticorū telis incautius exercendo, nosq́ue iactantius territando, sectā vestram letaliter vulnerasti. Diuidens quippe ac definiens vel etiam describens differentias qualitatum, inter cætera, Tertia species qualitatis est, inquis, affectio & affectionalis qualitas. Affectio autem in qualitate ob hoc ponitur ais, quia principiū qualitatum est, cui etiam reputantur ad momē tum accedentes recedentesq́; aut animi aut corporis passiones. Affectionalis vero qualitas, inquis, omnibus q̄bus euenerit, ex maioribus orta causis ita inhæresc̄it, vt aut magnis molitionibus, aut nullis oīno separet̄.

Hæc quidem satis explicasti scientibus, sed quia contēnendi nō sunt, qui lecturi libros
D nōs disciplinæ huius ignari sunt, qđ deesse uideo, faciā vt à me illustrentur exemplis. Quantū ad animū attinet, Affectio est timore, affectionalis qualitatis timidum esse. Sic aliud est iratus, aliud iracundus: aliud ebrius, aliud ebriosus. Illæ affectiones, istæ affectionales sunt qualitates. Quantū aut̄ ad corpus, sicut aliud est pallens, aliud pallidus, aliud rubens, aliud rubicundus, & si qua hmōi, quorū plurimis desunt vsitata vocabula. Cū itaq; dixeris affectionalē qualitatem ortā ex maioribus causis, atq; ita inhæ rescere, vt magnis molitionibus, aut nullis separetur, qñ secūdum eam dicitur animus malus, vel potius homo malus, nonne metuis ne voluntas bona, au non ibi esse possit, aut valere nihil possit? Nonne concedis hominem miserum quicunq; ille sit vel fuerit certe aduersus talem clamasse qualitatē,
Rom. 7. Velle adiacet mihi, perficere aut̄ bonum nō inuenio? Hic saltem fatemini esse istorum uerborum gemitum necessarium. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Chr̄m dm̄ nostrum. Quapropter quantoliber te aduersus oculos imperitorū dialectico tegmine inuoluas, manifesta veritate nudaberis. Ego tanquā valetudinem malam, ex origine vitiata ingenitum esse homini dico vitium, quo caro
Gal. 5. concupiscit aduersus spiritum, & hoc malo bene vt pudica coniugia, cum eo vtuntur generandi cā, sed isto mali vsu bono laudari vtentem, non ipsum malum. Neq; n. malum ipsum est innocens, sed hō qui facit, vt malum suum quo bene vtitur ei nocere nō possit. Sicut mors cum sit simplicium peccatoris, bono mali vsu accedente fit meritum martyris. Percipitur autem in baptismate Christiano perfecta nouitas, & perfecta sanitas ab eis malis nostris q̄bus eramus rei, non ab eis cum quibus adhuc confligendū est ne simus rei, cum & ipsa in nobis sint, nec aliena sed nostra sint. Nam & vinolentiæ consuetudini vtiq; malæ, quam sibi homines fecerunt, non nascendo traxerunt, resistunt post baptismum, ne eos ad mala solita pertrahat: & tū malo resistitur, dum cōcupiscentiæ per continētiam denegatur, qđ per consuetudinem concupiscitur. Vnde ēt contra istam genitalium concupiscentiam quæ ingenita nobis est per originale peccatum, vehementius vidua quàm virgo, vehementius meretrix quando casta esse voluerit, q̄ quæ semper fuit casta conligit: & tanto amplius in ea superanda voluntas laborabit, quanto maiores ei consuetudo vires dedit. Ex isto & cum isto hominis ma
F lo nascitur hō, quod malū per seipsum tam magnū est, & ad hominis dānationē atq; à regno dei separationē tm̄ habet obligationis, vt etiam si de parētibus regeneratis trahatur, non nisi quē admodū in illis sola regeneratione soluatur, atq; isto vnico remedio præpositus mortis a prole pellatur, quo à parentibus est pulsus. Qualitas affectionalis mali de substantia ad substantiā non emigrando transit, sed quodā operante contagio. i. concupiscentiæ effectu, sicut de parentibus morbidis morbida soboles procreatē. Qualitas autem mali non in substantiā de substantia tanq̄ de loco in locum migrat, vt deserat vbi erat, & quæ fuit ibi, ipsa sit alibi: sed alia eiusdē generis quodam operante contagio, quod ēt de morbidis parentum corporibus solet euenire nascētibus. Quid autem dicere voluisti, quāsi claudens vt loqueris Aristotelis palæstram, vt inde ad sacras literas reuertaris? Ais. n. Sensus est igitur concupiscentia, & mala qualitas nō est: dum concupiscentia minuitur, sensus dicatur imminui. Ergò qñ minuitur concupiscentia, sensus minuitur. An non per concu
G piscentiam castitatis & continentiæ, quotidie carnis concupiscētia magis magis q́; minuitur? Vellem itaq; mihi diceres, vtrum à morbo fornicationis sanior non fiat quem fornicari minus minusq́; delectat, quamuis opus illud malum vna conuersione sibi amputauerit, nec vnquam hoc fecerit ex quo lauacrum regenerationis accepit. Itemque post consuetudinem vinolentiæ baptizatis, & nunquam se deinceps prorsus inebriās, vellem diceres, vtrum ab isto morbo non fiat in dies sanior quam fuerat, cum potationis gurgitem minus minusq́; desiderat quā solebat. Sensus est igitur non ipsa concupiscentia, sed ille potius quo nos eam maiorē minorem ve habere sentimus. Sicut in corporis passionibus non sensus est dolor, sed ille sensus est quo sentitur dolor. Nec sensus est morbus, sed ille sensus est, quo nos morbum habere sentimus. Porro si continuo fit bonus, & vtiq; bona qualitate fit bonus, qui fornicationi vinolentiæq́; renuncians ab hmōi opibus sese abstinet, nōne re
Ioan. 5. cte audit, Ecce sanus factus es, iā noli peccare?

care: rectęq; appellatur castus & sobrius?
Deinde si prouectu concupiscentiæ bonæ,
H qua concupiscentias malas fornicandi potă
diq; debellat, talis efficitur qualis recẽti cõ
uersione nondũ fuit, vt illorũ in eo desideria pc̃torũ minus minusq; moueantur, vt
aduersus ea mala non tanta q̃ta prius exer
ceat, sed minora certamina, non virtutũ di
minutione, sed hostium, nec deficiente pu
gna, sed crescente victoria, dubitabis eũ pro
nunciare meliorẽ? Vnde obsecro, nisi quia
bona qualitas aucta, & mala minuta est?
Auctũ est igitur quo bonus esse cœpit, mi
nutum est quo malus fuit, & hoc egit post
baptismũ, nõ peregit in baptismo. Ita q̃is
ibi peracta fuerit plena pc̃torũ remissio: re
mansit tñ qua proficeretur in melius, aduer
sus cateruas desideriorũ malorũ in nobis p
sis vtiq; tumultuantiũ vigilanter exercẽda
Colo.3. & instanter exercenda luctatio, pp quã dr
Rom.8. etiam baptizatis, Mortificate mẽbra vestra
Colo.3. quæ sunt super terrã: &, Si spiritu facta car
nis mortificaueritis, viuetis: &, Exuite vos
veterem hominẽ. Nullo modo reprehen
ditur baptisma, quia asseritur curatio quæ
fit post baptisma: quia potius totum hoc p
baptisma actum est. n. vt & à præteritis lan
guoribus sanaretur, & à futuris incipiat, stu
deat, mereatur sanari. Ita baptismum totius
fit causa sanitatis, per quod & incipitur om
I nis sanitas & impletur. Nempe dicuntur
hæc magna consensione veritatis, nulla re
prehensione baptismatis. Si ergo nolis esse
contentiosus, puto quod iam videas quã re
cte intelligat, qđ aliter conaris exponere,
q̃ Propheta cum dixisset, Qui propitius fit
omnibus iniquitatibus tuis: quod fit vtiq;
Psa.102. remissione omnium peccatorum, continuo
subiecit, Qui sanat oẽs languores tuos. ea
mala volens intelligi, cũ quibus donec sanẽ
tur, vel quantum possunt in hac vita magis
magisq; minuantur, nõ quiescunt intestina
bella sanctorũ. Neq; n. nullus est languor
quo caro concupiscit aduersus spiritum, ẽt
manente virtute castitatis inuicta. Si nullus
lãguor est, non ergo aduersus eum spũs cõ
cupiscat. Ad hoc. n. concupiscit, vt si nõ po
test, non certandi, sed saltem non consentiẽ
di obtineat sanitatẽ. Hoc quippe vnde nũc
agimus, quod nobis resistere sentimus in
nobis, aut aliena est natura separanda, aut
nostra sananda. Si alienam dicimus separan
dam, Manichæis fauemus, Fateamur er go
nostram esse sanandam, vt Manichæos si
mul Pelagianosq; vitemus.

Hoc ergo generi humano inflictũ vul- Cap. 1.
nus à diabolo, quicquid per illud nascitur,
cogit esse sub diabolo tanquam de suo fruti K
ce fructum iure decerpat. Hæc verba de li
bro meo tibi refellẽda posuisti. Quibus ita
insidiaris, tanq̃ naturæ humanæ authorẽ di
xerim diabolum, & ipsius qua hõ constat
substantiæ conditorem, quasi vulnus in cor
pore possis appellare substantiã. Sed si pro
pterea me putas dixisse diabolum substãtiæ
conditorem, quia in ea similitudine quæ à
me adhibita est, fruticem dixi: frutex quip
pe nullo dubitãte substãtia est: cur vsque a
deo te vel ostendis vel fingis indoctum, vt
eis rebus quæ substantiæ non sunt adhiben
das de substantia similitudines non existi
mes? Nisi forte & ipsi dño dialectice calum
niaberis, quia dixit, Arbor bona bonos fru Matt. 7.
ctus facit, & arbor mala malos fructus fa
cit. Quis. n. malitiam siue bonitatem, vel o
pera bona seu mala, quos velut fructus illa
rum arborum voluit intelligi, dicat esse sub
stantias, nisi nescius quid loquatur? Quis
vero arbores & earum fructus neget esse
substantias, si nouit quod loquitur? De his
ergo rebus quæ substantiæ sunt, videmus ad
hibitas similitudines eis rebus, quæ nõ sunt
substantiæ. Quod si arbor bona, vel mala,
nõ bonitas hominis vel malitia, sed ipsi ho
mines accipiendi sunt, in quibus subiectis
istas esse intelligimus qualitates, bonitatẽ. s. L
in homine bono, malitiamq; in homine ma
lo, vt ipsæ substantiæ sint arbores, id est, ipsi
homines, certe fructus earum q̃ nihil aliud
quã opera intelliguntur, nemo nisi imperi
tus dicit esse substantias, cum omnium ar
borum fructus, vnde istæ similitudines da
tæ sunt, nemo nisi imperitus neget esse sub
stantias. Ac per hoc ei rei q̃ non est substan
tia, fas est adhibere similitudinem de substã
tia. Propter quod ego vitio quo generi hu
mano diabolus tanquam vulnus inflixit,
quãuis nullo mõ substantia sit, recte tñ ad
hibui de substantia similitudinẽ, vt fruticẽ
dicerem, & fructus eius vitia etiam illa, cũ
quibus homines vobis quidẽ negantibus,
sed veritate cõuincente nascuntur, & ex q̃
bus in æternũ dei regno pereunt, si veritate
liberante non renascant. Proinde vitiato
rem, non conditorem substantiæ diabolum
dixi: Subdit aũt sibi q̃ non condidit, per id
quod inflixit, deo iusto tribuente hanc ptã
tẽ, cuius non subtrahit ptãti, nec quod sibi
est sub-

est subditũ, nec seipsum. Ideo est. n. secũda
natiuitas instituta, qa natiuitas est prima
dãnata, Cur tñ ẽt dãnatæ dei bonitas exhi
beat, vt de maledicto semine rationalis na
tura formet, qua eius affluentissima boni
tate apertissime malorum hominum tanta
M multitudo nutritur, & occulto dei ope ve
getatur. Quæ bonitas operationis eius si
subtrahatur formandis promouendisq; se
minibus, & viuificandis quibusq; viuenti
bus, non solũ gignenda nõ aguntur, sed ad
nihilum penitus ẽt genita rediguntur. Cũ
ergo deũ nisi stulta impietas nõ reprehen
dat, q̃ uitiosa voluntate damnabiles illo vi
uificante viuũt, qui viuificat omnia: cur pu
tamus ab eius operibus abhorrere, q̃ origi
ne vitiata damnabiles illo creante nascunt,
1. qui creator est omnium, & per mediatorẽ
regenerati à damnatione liberãtur debita,
sed gratuita miseratione non debita, quos
elegit ante constitutionẽ mundi per electio
nem gratiæ, non ex operibus vel præteri
ti. tis, vel præsentibus, vel futuris? Alioquin
gratia iam non est gratia. Quod maxime
apparet in paruulis, quorum nec præteri
ta dici pñt opa, quia nõ fuerũt, nec præsen
tia, quia nihil operantur, nec futura, quan
do in illa ætate moriuntur. Dixi sanè quo
modo manent pc̃tã reatu, iq̃ præterierunt
actu, sic econtrario fieri põt, vt concupiscẽ
A tia maneat actu, & præterea reatu. Qđ error
quidem tuus falsum esse dicit, sed veritas ve
rum esse cõuincit. Nam tu id nõ valẽdo re
fellere, primo dialecticas tenebras imperitis
conaris offundere, dicens te cogitare nõ pos
se in q̃ dialexi inuenerim contrariorũ om
niũ reciprocationẽ. Quã sententiam tuam
si exponere voluero, & ad eorũ perducere
intelligentiã qui nũquã ista didicerũt, opus
erit pleno fortasse volumine. Sed nunc satis
est, quod ipse dixisti, in nulla dialexi posse
inueniri contrariorũ omniũ reciprocatio
nem. Hinc. n. ostendisti aliquorum esse pos
se, nõ omniũ. In his ergo aliquibus & hoc
reperi. Si. n. dixisses, cõtrariorũ reciprocatio
nem esse nullorum & per hoc ostenderes
ea quæ posui cõtraria reciproca esse nõ pos
se, quia nulla esse pñt: ego aliqua esse posse
ostendere debuit, ac deinde in his esse quod
posui. Sed esse aliqua iam posse cõcedis, qui
non dicis nullorum contrariorum esse re
ciprocationem, sed non omnium. Et igitur
aliquorũ. Sed utrũ in eis ẽt hoc sit q̃ à me
positum est, restat ostendere, id est, vtrum
sicut verum est reatu manere peccata, quæ
præterierunt acta: ita sit verum, q̃ concupi
scentia maneat actu, & prætereat reatum.
Quod tu fieri non posse volens ostendere,
hoc dixisti quod ego non dixi. Ego enim de B
concupiscentia dixi, quæ est in membris re
pugnans legi mentis, quanuis reatus eius in
omnium peccatorum remissione transierit:
sicut econtrario, sacrificium idolis factum,
si deinceps non fiat, p̃terijt actu, sed manet
reatu, nisi per indulgentiam remittatur.
Quiddam enim tale est sacrificare idolis, vt
opus ipsum cum sit prætereat, eodemq̃
præterito reatus eius maneat venia resoluẽ
dus. Talis est carnis concupiscentia, vt ma
neat in homine, secum per continentiam
consligente, quanuis eius reatus qui fuerat
generatione contractus, iam sit regenera
tione transactus. Actu enim manet, non
quidem abstrahendo & illiciendo mentem,
eiusq̃ consensu concipiendo & pariendo
peccata, sed mala quibus mens resistat, desi
deria commouendo. Ipse quippe motus a
ctus est eius, quanuis mente non consentiẽ
te desit effectus. Inest enim homini malum
& præter istum actum, id est, preter hunc
motum, vnde surgit hic motus: quem motũ
dicimus desiderium contra quod pugne
mus, sed si tunc non est, quando non occur
rit quod concupiscatur, siue animo cogi
tantis, siue sensibus corporis, fieri potest
vt insit qualitas mala, sed nulla sit tentatio
ne commota: sicut inest timiditas homini C
timido, & quando non timet. Cum vero oc
currit quod concupiscatur, ne desideria ma
la nobis etiam nolentibus commouentur,
sanitas plena est. Hoc ergo vitium non po
test nisi reatu tenere hominem, quis eius
dẽ mali bono vsu de castis coniugibus pro
creatum. Qui reatus quanuis eo manente
malo, soluitur in remissione omniũ pecca
torũ per dei gratiã qua liberamur ab omni Psal.20.
malo: cũ dñs nõ solũ propitius sit omnibus
iniquitatibus nostris, verũetiam sanat om
nes languores nostros. Dñs in Euangelio, Luc.13.
Ecce, inq̃t, eijcio dæmonia & sanitates p̃fi
cio hodie & cras, & tertio die consummor.
Post multũ tẽpus quã hoc dictum est, pas
sus est dñs. Mentiri nõ potuit. Intelligitur
ergo sic, Expulsio dæmoniorũ, remissio pec
catorum est, eo vtiq; quo diabolus peccato
rum pater atq; origo sit, per id quod efficitur id qđ efficit. Et vtiq; expulsio dæmo
niorũ est remissio peccatorũ, tanquã reso-

luta

luta cã per quã hominis animam posidebat. Perfectio sanitatũ, dum de die in diem proficit Ecclesia, & corruptionis cuius reatus ablatus est, passio quotidiana renouatione minuit, Tertia cõsummat, dũ resurrectionem in seipso initiandam monstrauit Ecclesiæ, qua ad incorruptionis cõsummationẽ, summãq; perueniat sanitatem. Se vero cõsummari dixit, Et initiũ & finis ipse, ipse caput & plenitudo corporis, in membris suis ipse perficit. Nam recole quid respondit liberator ipse atq; saluator his qui ei dixerant, vt exiret de Hierosolymis. Ecce, inquit, eijcio dæmonia, & sanitates perficio, hodie, & cras & tertia cõsummor. Lege Euangelium & vide post quantũ passus fuerit & resurrexerit. Ergo mentitus est? Absit. Sed significauit aliq̃d, quod ista inter nos qõne versat: Expulsio qppe est dæmoniorũ remissio peccatorum: pfectio sanitatũ, q̃ fit proficiendo post baptismum. Tertia cõsummatio est, quã suæ quoq; carnis immortalitate mõstrauit incorruptibilium beatitudo gaudiorũ. Tu aũt in exemplum rei de qua loquebaris, sacrilegum sacrificium posuisti, atq; dixisti, quicquid ad hoc genus pertinet de isto vno posse mõstrari, qm̃ si semel aliquis idolis sacrificaue rit, põt donec consequat veniã, p̃mi iniquitate cõmissi, & manet reatus actione finita. Nullo aũt pacto, inquis, fieri potest, vt maneat actio & abscedat reatus. i. vt dæmonibus, inquis, sacrificare non desinat, & tũ liber à prophanitate videatur. Hoc de sacrifi
E cio idolis oblato verisime dicis: Actus est enim qui opere ipso peragit, & non erit; & si iterũ fit, alterũ fit. Impietas vero ipsa qua hæc fiunt, tã diu manet, donec idolis renũcietur, & credat in deũ. Idolis itaq; sacrificatũ factũ est transiens, nõ vitiũ manens. Impietas uero qua sacrificatũ est, quia & illo peracto manet, videtur esse concupiscentiæ similis, qua cõmissum est adulterium. Sed errore sublato, quo illa impietas pietas etiam putabatur, nunquid idolis aliquem sacrificare delectat, & in illo huiusmodi desyderium commouetur? Nullo modo igitur simile est, quod pro simili ponendum putasti. Nullo modo, inquam, simile est sacrificium transiens manenti concupiscentiæ, quæ hominẽ iam non committentem quod solet ei consentiendo committere, iã plena fide & cogitatione retinentem non esse talia facienda, stimulus tamẽ illicitorũ desyderiorũ quibus resistit castitas, inquietare non cessat: neq; scientia finitur vt nõ sit, sed continẽtia refrenat, ut quo tendit peruenire non possit. Quapropter sicut idolis immolatio quæ iã nec in actione est, quia p̃ F terijt, nec in uoluntate, q̃a error quo fiebat absumptus est, manet tamen reatus eius donec in lauacro regenerationis peccatorum omnium remissione soluatur: sic ecõtrario quãuis reatus malæ concupiscentiæ eodem baptismate sit solutus, manet tamen ipsa, donec ab eo qui post eiecta dæmonia persũciẽte sanet. Sed quẽso te, cũ & ipse cõcedas peccati facti atq; transacti reatũ manere, nisi sacro fonte diluat: dic mihi reatus iste quis sit, & vbi manet iã homine correcto recteq; viuente, nondum tamen peccatorũ remissione liberato? Subiectum est reatus iste. i. substantia, sicut spiritus, sicut corpus: an in subiecto, sicut febris, aut vulnus in corpore, siue auaritia, vel error in animo, in subiecto esse dicturus es? Neq; enim reatum affirmabis esse substantiã: In quo igit ibi videtur esse subiecto? Cur quæram q̃d respondeas, & non potius verba tua ponã? Actu, inquis, prætereunte manet eius reatus in illius conscientia qui deliquit, donec dimittatur. Ergo in subiecto est, hoc est in animo eius q̃ deliquisse se meminit, & scrupulo agitur conscientiæ, donec fiat delicti remissione securus. Quod si obliuiscatur G se deliquisse, nec eius conscientia stimuletur, ubi erit reatus ille quẽ trãseunte peccato manere concedis donec remittat? Non est certe in corpore, quia nõ est eorum accidentium, q̃ accidunt corpori. Non est in animo, q̃a eius memoriam deleuit obliuio. Et tũ est! Vbi est igitur cum iam bene viuat hõ, nihil tale committens? Nec dici potest eorum peccatorũ eius reatũ manere q̃ meminit, eorum vero qui oblitus est non manere. Manet qppe omnino donec remittat. Vbi ergo manet, nisi in occultis legibus dei, quæ conscriptæ sunt quodammodo in mentibus angelorum, vt nulla sit iniquitas impunita, nisi quam sanguis mediatoris expiauerit, cuius signo crucis consecratus unda baptismatis, ut ea diluat reatus tanquã in chirographo scriptus, in notitia spiritalium potestatum, per quas pœna exigitur peccatorum? Huic chirographo nascuntur obnoxij omnes in carne, de carne carnaliter nati, eius ab hoc debito sanguine liberandi, qui in carne quidem & de carne, nõ tamen

tamen carnaliter, sed spiritaliter natus est: Natus est. n de spiritu sancto, ex virgine Maria. De spiritu. s sancto, ne esset in illo H caro peccati: Ex virgine autem Maria, vt esset in illo similitudo carnis peccati. Ideo illi chirographo non venit obnoxius, & ab illo soluit obnoxios. Neque. n. nulla est iniquitas, cum in vno homine vel superiora inferioribus turpiter seruiunt, vel inferiora superioribus contumaciter reluctãtur, etiã si vincere non sinantur. Hanc iniquitatem si homo ab homine altero forinsecus aduersante pateretur, quia in illo non esset, sine illo vtique puniretur. Quia vero in illo est, aut cum illo punietur, aut illo ab eius reatu liberato, sic in certamine aduersus spiritum perseuerat, vt hominem iam nõ reum ad nulla post mortem tormenta transmittat, non alienet à regno dei, nulla damnatione faciat detineri, neque vt ea penitus carea mus, velut aliena natura seiungatur à nobis, sed quia nostræ naturæ languor est, sanetur in nobis.

Propter hoc ergo vitium, sicut in eo libro cui resistis, à me positum est, humana natura damnatur, & propter quod damnatur, damnabili diabolo subiugatur, quia & ipse diabolus spiritus immundus ẽ. Et vtique bonum quod spiritus, malum quod immundus, quoniam spiritus est natura, immundus est vitio. Quorum duorum illud à deo est, hoc ab ipso. Non itaque tenet homines siue maioris siue infantilis ætatis, p̃pter quod homines, sed propter q̃ immundi sunt. His verbis meis ex libro meo abs te positis, ita resistendum putasti, vt diceres hanc formam etiã in homine malo debuisse seruari, quæ feruatur in diabolo, ne quisquam damnetur nisi ex vitijs propriæ volũtatis, atque ideo nullum sit originale peccatum. Alioquin opus eius, vt dicis, qui etiam diabolum bonum condidit, non potest approbari. Nec attendis quod diabolum non ex alio diabolo creauit deus, nec ex aliquo angelo licet bono, cuius tamen lex esset in membris repugnans legi mentis, per quam & cũ qua, de homine nascitur omnis homo. Adiuuaret itaque te fortasse hoc argumentum, si vt homo ita diabolus gigneret filios, eosq; paterno pctõ negaremus obnoxios. Nunc vero aliud est ille qui homicida erat ab initio, quia hominem ab initio quo est homo instituit, occidit per fœminæ seductionem, & in veritate per liberũ arbitriũ nõ stetit, cadensq; deiecit hominẽ: & aliud Rom. 5. est quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & in omnes homines pertrãsijt, in quo omnes peccauerunt. Vbi euidenter expressum est, exceptis cuiusq; hominis proprijs, commune omnibus hominibus originale peccatũ. Quod aũt dixi, Qui mirat q̃a creatura dei subdit diabolo, nõ miretur: subditur. n. K creatura dei creaturæ dei, minor maiori: cur ita posuisti, vt sequentia mea verba non adderes, quibus ostendi quẽadmodum dixerim, minor maiori, humana. s. angelicæ, nisi vt minus intelligeretur sensus meus, vt faceres tibi locum, vbi sicut soles, de Aristotelicis categorijs obtenderes nebulas imperitis, in quibus latenter putarent te aliquid dicere, quid diceres nescientes. Ad hoc. n. redacta est hæresis vestra, vt gemant sectatores vestri non inueniri dialecticos iudices in Ecclesia, de scholis Peripateticorum siue Stoicorum, à quibus positis absolui. Quò. n. pertinet, quid sibi vult, vt quid dictum est quod dixisti, quia maior & minor ad finitam speciem pertinet quãtitatis? Sed quantitas, inquis, non solum contrariorum capax non est, quod ei cum qualitate atque alijs prædicamentis, verumetiam nec contrarium habet quod ei cum substantiæ est definitione commune: Bonum vero & malum contraria sunt. Hæc profecto nunquã diceres, si lectores vel auditores librorum tuorum putares intellecturos esse quod dicis. Itane vero ideo immundus homo immundo angelo subdendus non fuit, quoniã quantitas qua homine maior est angelus, non solum contrariorum capax non est, verumetiam nec contrarium habet: quasi tũc diabolo fuisset homo subdendus, si ei reperiretur esse contrarius: & mala subdenda non sunt malis, quia bona malis, non mala malis videntur contraria? Quid vanius cogitari, quid ineptius dici potest? Nonne domino subditur seruus, & bonus bono, & malus malo: & malus bono, & bonus malo? Nonne vxor subditur viro, & bono bona, & malo mala: & bono mala, & malo bona? Quid igitur pertinet ad vim siue rationẽ, qua quidque cuique subdendum est, vtrum hæc res aut illa posit vel non possit capere vel habere contrarium? Verum tu plane inconsiderate ista non confunderes, si stultitia quæ tibi ista suggerit, sapientiam contrariam cogitares. Iam porrò illa qualis est ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gumentatio tua,Si res,inquis,q̃ decẽter ordinata est, ad deũ pertinet, & res q̃ ad deũ pertinet bona est, bonũ est itaq; subditũ eẽ diabolo,qm̃ qui institutus est a deo,per hoc ordo seruaẽ, Sequiturq́;,inquis, ut malũ sit rebellare diabolo, qm̃ per resultationẽ institutus a deo ordo turbaẽ. Possẽs dicere deo resistere agricolas,eiusq́; ordinẽ perturba-
M re purgãdo agros a spinis & tribulis, q̃ ille peccatoribus nasci iussit in pœnã. Quid qđ ista tua ratione dici põt:si res q̃ decenter ordinata est ad deũ pertinet,& res q̃ ad deum pertinet bona est, bonũ est malos esse in gehenna,qm̃ institutus à deo p hoc ordo seruatur? Quod uero tu addis, seq̃q́; vt malũ sit rebellare diabolo, qm̃ per resultationem institutus a deo ordo turbaẽ: cur hoc dicis? Quis.n rebellat diabolo, nisi ab eius potestate p mediatoris sanguinẽ liberatus? Melius ergo fuerat hostẽ non habere, q̃ uincere. Sed q̃a peccati merito, humana natura subdita est hosti, prius hõ vt aduersus eum pugnare posit, ab eius eruitur ptãte. Deinde si vita est in hac carne plixior, certãs adiuuaẽ, ut superet. Postremo victor beatificatur, vt regnet dicturus in fine, Vbi est
1.Co.15 mors cõtentio tua? Vel sicut dicit Apostolus, vbi est mors victoria tua, ubi est mors aculeus tuus? Quin ẽt visa sunt tibi de Manichęi libris nonnulla esse ponenda, quibus meã sententiã cõparares, cũ ego cõmixtione duarũ naturarũ, boni.ſ. & mali, vnde illorũ tota fabulosa manat insania, non solũ fide verboq́; detester & damnẽ, verumetiã tibi ipsi suffragatori eorũ resistendo, teq́ue
A refellendo conuincã. Cum.n. contra eos veritas clamet, mala nisi de bonis orta, nõ esse, nonne tu pro ipsis & cũ ipsis contra veritatẽ reclamas, per opus dei opus diaboli transire non sinit? Non põt mala radix in domo dei locari. Rerũ ratio non sinit, ut de bono malũ, & de iusto iniquũ aliquid proferatur. Non nascuntur peccata de ea re, quæ libera est a pctõ. De hoc opere qđ nõ habet culpã, nasci culpa non põt. Quis omnibus vocibus tuis conficit, non esse mala exorta de bonis, vt restet scđm Manichæos, nõ eẽ mala exorta nisi de malis? Quo ergo quenquã Manichæorũ nomine, tanquã eorũ aduersarius criminaris, cũ sic ab eorũ parte cõ sistas, vinci omnino non possint, nisi cũ illis & ipse vincaris? Quod in primo huius operis libro aliquanto copiosius, & in quinto breuius, & hic hactenus nos egisse suffe
cerit. Ipsa vero quæ cõis est vobis hæresis vestra quantum Manichæos adiuuet, iam quidẽ sæpe monstraui, sed ne hic quidẽ est omittendum. Enumerant Manichæi mala quæ in paruulis monstrant, q̃ Cicero quoq; sommemorat in libris de republica, vnde ipsa eius verba iam transtuli. In quorũ malorũ cõmemoratione dicit, non vt à matre natura, sed vt a nouerca hominẽ in has erũnas esse proiectum. Huc accedunt ẽ illa q̃ non quidem oẽs paruulos, sed tñ plurimos cernimus perpeti multa & varia mala, vsque ad dæmonum incursus. Atq; concludunt dicentes, cũ sit iustus & omnipotens deus, vnde ista mala patitur imago eius in paruulis, nisi quia vera est, inquiunt, quam nos asserimus duarũ naturarum, boni.ſ. maliq́; commixtio? Hos catholica redarguit veritas, confitens originale pctm̃, per quod factum est dęmonũ ludibrium genus humanũ, & laborioſæ miseriæ destinata propago mortalium. Non aũt ita esset, si humana natura per liberum arbitrium in quo statu primum condita est, perstitisset. Vos autem negantes originale pctm̃, profecto aut cogemini dicere deum, vrl inualidum, vel iniustũ, sub cuius potestate imago eius in paruulis sine vllo, vel proprij, vel originalis peccati merito tantis affligitur malis. Non enim per hæc exercetur virtus, quod recte debonis hominibus maioribus dicitur, in quibus rationis est vsus: aut quia deum vel impotentẽ vel iniquum dicere non potestis, Manichęi contra uos errorem suum nepharium de duarũ inter se inimicarũ substantiarum permixtione firmabunt. Non igitur me ab inuectione Manichæorũ, ulla, sicut dicis, mundat herba fullonis. Quibus petulantibus verbis facis lauacro regñationis iniuriã qđ in sinu catholicæ matris accepi. Sed uobis tam malitiosum venenũ antiq draconis irrepsit, vt & catholicos horrore Manichæi nominis infametis, & Manichæos peruersitate vestri dogmatis adiuueris.

Illud vero de alio meo qđ ad Marcellinũ scribens, dixi, Filios mulieris quæ serpẽti credidit, vt libidine corrumperetur, nõ liberari, nisi per filium Virginis, quæ angelo credidit vt sine libidine fœtaretur, ita posui sti, atq; ita voluisti accipi, tanquã dixerim q̃ Euæ serpens commixtus fuerit concubitu corporali, sicut Manichæi principem tenebrarũ eiusdem mulieris patrem cum illa concubuisse delirant. Hoc ego de serpente non

non dixi. Sed nunquid tu contra Apostolũ negas, mentẽ mulieris à serpente corruptã? An eum non audis, vbi dicit, Timeo ne sicut serpens Euam fefellit in versutia sua, corrumpantur mentes vestræ à simplicitate & castitate, quæ est in Christo. Ex ista vtiq; corruptione serpentis, qualis fit etiã qñ corrumpunt mores bonos colloquia mala, peruenit libido peccandi in mentem mulieris & viri: vt præuaricationis corruptio deinde illã, de qua erubuerunt & pudenda texerunt, sequeretur in carne, nõ de diabolo accedente concubitu corporali, sed spirituali de gratia recedente.

Non igitur tota disputatione tua contriuisti, sicut te iactas, assertionem meã, de malo carnalis concupiscentiæ originalisq́; peccati, manente laude nuptiarũ, quę bene vtitur malo, non qđ fecerunt, sed qđ inuenerunt: verũ nec ipsos Manichæos cõtriuisti, quos potius adiuuisti, tum maxime & in cõmune oẽs Pelagianæ nouitatis erroris-
que participes, sicut iam demonstraui. De testimonijs etiam tractatorum catholicorum sancti Basilij Cæsarienſis, & sancti Ioannis Constantinopolitani, quorũ dixisti sensum vestris conuenire sententijs, in primo huius mei operis libro, tibi sufficientissime & certissima veritate rñdi, ostendens quemadmodum non intelligendo q̃dã verba eorum, aduersus dogma eorum, qđ est dogma catholicũ, mirabili cæcitate pugnetis, In secundo quoq; libro satis egimus, vt appareat q̃ non sit, quemadmodũ conuitiaris, conspiratio perditorum, sed sanctorum & eruditorũ ecclesiæ catholicæ patrũ pius fidelisq́; consensus, qui hæreticæ vestræ nouitati resistunt, pro antiquissima catholica veritate. Vnde ẽt populi murmur, qđ solũ vobis à nobis dicis opponi: nec solum est, quia tantorũ nititur authoritate doctorũ, & iustum est, quia non vult vt euertatis sibi quoq; notissimam salutem paruulorũ, quæ in Christo est. Quod aũt verba apostolica, vbi dicit, Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonũ: & cætera vsque ad illud, vbi ait, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: me affirmas aliter intelligere quã eorum ipsum caput debet intelligi, nesciens mihi plurimum tribuis. Non.n. ego solus aut primus sic istum locum intellexi, quo euertitur hæresis vestra, quemadmodum vere intelligẽdus est, imo vero ego prius eum aliter intellexeram, vel potius non intellexerã, qđ mea quædam illius temporis etiam scripta testantur. Non mihi.n. videbatur Apostolus & de se ipso dicere potuisse. Ego aũt carnalis sum, cum esset spiritalis, & captiuus duceretur sub lege peccati, quę in membris erat eius. Ego.n putabam dici ista non posse, nisi de ijs quos ita haberet carnis concupiscentia subiugatos, vt facerent quicquid illa compelleret, qđ de Apostolo dementis est credere: cum ẽt innumerabilis multitudo sanctorum, ne concupiscentias carnis p
F ficiat, contra carnẽ spiritu concupiscat. Sed postea melioribus & intelligentioribus cessi, vel potius ipsi quod fatendum est veritati, vt viderem in illis Apostoli vocibus gemitum esse sanctorũ, contra carnales cõcupiscentias dimicantium. Qui cũ mente sint spiritales, adhuc tñ isto corruptibili corpore quod aggrauat animam, recte intelligun Sapiẽ. 9.
tur esse carnales, quia erunt & corpore spiritales, qñ seminatum fuerit corpus animale, & resurget corpus spiritale. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captiui sub lege 1.Co.15.
peccati, quæ desideriorum quibus non cõsentiunt, motibus subiacet. Hinc factum est vt sic ista intelligerem, quemadmodum intellexit Hilarius, Gregorius, Ambrosius, & cæteri ecclesiæ sancti notiq́; doctores, qui & ipm Apostolum aduersus carnales concupiscentias quas habere nolebat, & tũ habebat, strenue conflixisse, eundemq́; conflictum suum illis suis verbis contestatũ fuisse senserunt. Contra quos motus prius vtique debellandos ne dominentur, & postea
G sanandos vt penitus extinguantur, etiam ipsa gloriosa certamina sanctos exercere cõfessus es. Simul itaque cognoscamus verba pugnantium, si pugnamus. Hoc enim modo non viuimus nos, sed viuit Christus in nobis, si ad pugnam contra concupiscentias exercendam, & ad victoriam vsque ad consumptionem eorundem hostium capessendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipse qp-
pe factus est nobis sapientia à deo, & iusti- 1.Co. 1.
tia, & sanctificatio, & redemptio, vt quẽadmodum scriptum est. Qui gloriatur in dño Hier. 9.
glorietur. Non est ergo contrarium sicut Gala. 2.
putas, vt qui dicit, Viuo non ego iam, viuit Rom. 7.
vero in me Christus: dicat etiam, Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Inquãtum quippe in illo viuit Chrs, intantum expugnat & superat, qđ non habet bonũ in eius carne, sed malũ. Neq;.n.

recte cuiuſquam ſpūs concupiſceret aduer us carnem ſuam, niſi habitaret in illo ſpiritus Chriſti. Abſit ergo ut dicamus, quoū ſuos diceae inſimulas Apoſtolum ſic iſta dixiſſe, quaſi qui ſe uellet intelligi renitentem, in ſcorto aliqua manu peſtiferæ uoluptatis adduci: cum dicat, Non ego operor illud, oſtendes concupiſcentias carnis ſolum impulſum libidinis operari, ſine conſenſio-
H ne peccati. Quid eſt quod in Iudæorum ſuperbiam fruſtra conaris iſta uerba transferre, tanquam ipſos in ſe transfigurarit Apoſtolus, qui contemnebant dona Chriſti, uelut ſibi non neceſſaria? Sic.n. ſuſpicaris, atq; utinam ipſa dona Chriſti ſaltem ita ſaperes ut ad uincēdam concupiſcentiam ualere aliquid crederes. Sed ideo dicis a Iudæis fuiſſe contempta, ꝙ ueniam daret ille peccatis, quæ ipſi legis admonitione uitaſſent. Quaſi hoc conferat homini remiſsio peccatorum, vt caro non concupiſcat aduerſus ſpiritum unde illa uerba nata ſunt. Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum, & cætera eiuſmodi. Verum tu à veſtro dogmate non recedis, quo putatis gr̄am dei per Ieſum Chr̄m dn̄m noſtrum ſic in ſola peccatorū remiſsione uerſari, ut non adiuuet ad vitāda peccata, & deſideria uincēda carnalia, diffundendo charitatem in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui ab illo da
Rom.5. tus eſt nobis. Neq; conſideras eum qui di-
Rom.7. cit, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & ab hoc malo non ſe liberari clamat niſi gratia dei per Ieſum Chriſtū dn̄m noſtrum, nec Iudæū eſſe, nec quia peccauit, ſed ne peccet potius laborare: exaſperat, inquis, Apoſtolus uim conſuetudinis. Tu ergo reſponde, vtrū contra hoſtem iſtum uim non dimicet baptizatus? Quod ſi negas, omnibus chriſtianis ſen
I ſibus contradicis. ſi autem dimicat, cur non in uerbis Apoſtoli uocem dimicātis agnoſcis? Per legem, inquis, bonam & per mandatum ſanctum prauorum animi feroces erant, quoniam ſine voluntate propria, nulla eruditio poterat inſpirare uirtutem: O acutum intellectorem O diuinorum eloquorum egregium tractatorem. Quid agis de verbis dicentis, Non quod uolo ago: & Vele adiacet mihi, &, Quod nolo hoc ago, &, Con delector legi dei ſc̄m interiorem hominē? Audis hæc & dicis, quia uoluntas defuit, ideo defuiſſe uirtutem. Quid ꝙ non ſolum uoluntas, uerum etiam uirtus affuit, ne conſentiret concupiſcentiæ carnis, quæ legi peccati prauis ipſis motibus ſeruiebat? Quibus ille non cedens, nec arma iniquitatis exhibens membra peccato, & tamen qđ nollet ſentiens, in carne contra ſpiritū cōcupiſcente & aduerſus eam uiciſsim ſpiritu concupiſcens, ueriſsima caſtitatis uoce dicebat, Igitur ipſe ego mēte ſeruio legi dei, carne autem legi peccati. Illa ſane uerba quæ K
poſuiſti, ubi ait Apoſtolus, Lex ſancta, & Rom.7.
mandatum ſanctum & iuſtum & bonum: quod ergo bonum eſt, mihi factū eſt mors? Abſit, Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonū mihi operatū eſt mortem, vt fiat ſupra modum peccatum peccans per mandatū: bene intelligitur de uita ſua dixiſſe p̄terita, qñ ſub lege fuerat, nondum ſub gr̄a. Nam & uerbis præteri tpis utitur, dicēdo, P̄ctm̄ non cognoui, niſi per legem & con- cap.vlt.
cupiſcentiam neſciebam: &, Operatum eſt in me omnem concupiſcentiam: &, Viuebā aliqñ ſine lege: utiq; qñ nondum poterat uſum habere rōnis: &, Adueniente mandato p̄ctm̄ reuixit, ego autem mortuus ſum: & peccatum occaſione accepta per mandatū fefellit me, & per illud occidit, & per bonū mihi operatum eſt mortem. His omnibus tempus ſignificare intelligitur, quo ſub lege uiuebat, & nondum adiutus gratia, concupiſcentius carnalibus uinciebatur. Vbi ve ro iam dicit, Lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum: iam quod confligens patiebatur oſtendit. Non.dixit, carnalis fui uel erā uel ſim; Et apertius tempora ipſa diſtinguit L
ubi dicit, Nunc autem iam non ego operor illud, ſed id quod in me habitat peccatum. Iam.n.motus deſideriorum malorum non ipſe operabatur, quibus non conſentiebat ad perpetranda peccata. Peccati autem nomine quod in illo habitabat, ipſum nuncupabat concupiſcentiam, quia peccato facta eſt, & ſi conſentientem traxerit atq; illexerit, concipit paritq; peccatum, & cætera uſque ad eum locum, ubi ait, Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei, carne autem legi peccati: uerba ſunt iam ſub gratia conſtituti, ſed adhuc contra concupiſcentiam ſuam dimicantis, nec ei conſentientis ut peccet, ſed tū quibus renititur, peccati deſideria patiētis. Nemo noſtrum ſubſtantiam corporis, nemo naturam carnis accuſat: fruſtra purgatur abs te, quod non culpatur a nobis. Concupiſcentias malas, quibus ſi bene uiuimus non conſentimus, tamen eſſe non nega-

negamus in nobis: caſtigandæ ſunt, frenandæ ſunt, expugnandæ ſunt, uincendæ ſunt, tamen ſunt, nec alienæ ſunt. Nec bona iſta noſtra, ſed mala ſunt. Nec ſicut dicit Manichæa uanitas, ſeparata extra nos erunt, ſed ſicut dicit catholica ueritas, ſanata non erunt.

De illis quoq; apoſtolicis uerbis in quibus impudentia mirabili, imo dementia reſiſtitis fundatiſsimæ fidei, ubi ait, Per vnū hominem p̄ctm̄ intrauit in mundum, & p
p̄ctm̄ mors. & ita in oēs homines pertrāſijt, in quo oēs peccauerunt, fruſtra ſenſum alium nouum atq; diſtortum, & a vero abhorrentem moliris excuſare, affirmans ea lo-
cutione dictu m eē, in quo oēs peccauerūt, ac ſi diceretur, propter quod omnes pecca- 118. uerunt: ſicut dictum eſt, In quo corrigit iunior uiam ſuam: ut.ſ. non in uno homine oēs homines peccaſſe intelligantur originaliter, & tanquam in maſſę unione communiter, ſed ꝓpterea quia primus hominum ille peccauit. i. cum imitantur illum, non cum generantur ex illo, Nō ergo huic ſenſui cō uenit illa locutio, ita dictum eſſe, in quo, uelut dictum eſſet, propter quod. Nō propter hoc quiſq; peccat ꝙ ſibi proponit ut peccet, uel quoquo modo quod illi eſt cauſa peccādi. Quis uero ab omni humano ſenſu tam ſit abſurdus, ut dicat, propter hoc fecit homo iſte homicidium, quia in paradiſo Adā de ligno prohibito cibum ſumpſit: cum iſte latrocinando occiderit hominem nihil de Adam cogitans, ſed propter hoc ut aurum quod ferebat, auferret? Sic & cætera cuncta peccata, quæ propria quiſq; committit, hūt
A cauſas, proprer quas fiant, ēt, ſi nemo cogitet, quod ille primus homo commiſit, neq; illud ſibi ad peccādum proponat exemplū. Propter hoc itaq;, id eſt, qm̄ peccauit Adā, nec ipſe Cain peccaſſe dicendus eſt, qui eū
4. dē patrem ſuum nouerat. Propter quid.n. fratrem ſuum occident, notum eſt: quia nō propter hoc quod perpetrauit Adam, ſed quia bono eius inuidit: Deniq; nec ipſa tibi ad hunc ueſtrum ſenſum, quæ poſuiſti teſtimoni a ſuffragant. Recte.n.dicitur, In quo
118. corrigit iunior uiam ſuam: Propter quod corrigit? quoniam ſequitur in cuſtodiendo uerba tua. Propter hoc enim corrigitur uiam ſuam, quia uerba dei ſicut cogitanda ſunt cogitat, & cogitando cuſtodit, cuſtodiēdo recte uiuit. Ipſa ergo illi cauſa eſt ut uiam ſuam corrigat, quia dei uerba cuſto-

dit. Et quod ait beatiſsimus Stephanus, Fugit Moyſes in uerbo hoc: bene intelligitur, Act.7.
propter verbum hoc: quia hoc audiuit, hoc timuit, hoc cogitauit ut fugeret, hæc illi cauſa fugiendi. Nunquid in his locutionis aliquid dictum eſt, quod pertineat ad imitationem, qua ſic alterum alter imitatur, ut eum omino non cogitet, & ideo nullo modo dici poſsit propter hoc peccaſſe, quia ille peccauit in quo nec originaliter fuit, nec B
de illo quicquam in peccato proprio cogitauit? Sed, inquis, ſi de peccati traduce loquebatur, nuſquam cōgruentius diceret, ideo ꝓ tranſijt peccatum, quia omnes ſunt de coniugum uoluptate generati: & adderet, in eo tranſijt, in quo ex tabida primi hominis carne fluxerant, Nec uides eodem modo tibi poſſe dici: Si de imitatione peccati Apoſtolus loquebatur, nuſquam congruentius diceret, ideo pertranſijt p̄ctm̄, quia primi hominis præceſsit exemplum, & adderet, in eo tranſijt in quo oēs illius unius imitatione peccauerunt. Aliquo. n. duorū iſtorū modo loqueretur Apoſtolus hoc loc̄p, ſi ad tuum uel meum loqueretur arbitriū. Quia ergo nec illud dixit quod tu, nec illud qđ ego, nunquid uis ut credamus in his eius uerbis, nec originale ſecūdū catholicos, nec imitatoriū ſc̄m Pelagianos intelligendū eſſe p̄ctm̄? Puto quod nolis. Remoue igitur iſta quæ poſſunt ex utraq; parte mo mētis æqualibus dici, & ſi tibi placet ſine contentione quid Apoſtolus dixerit intueri, aduerte, vt hoc diceret, quid agebat, & inueni es per unum hominum reconciliationem deo, eorum qui ex condemnatione totius generis liberantur gratis. Ille eſt primus Adam factus ex terra, iſte eſt ſecundus A-
dam factus ex fœmina. Sed ibi per uerbū ca Ioan.1.
ro factum, hic aūt ipſum uerbū caro factū C
eſt, ut per eius mortem uiuamus, quo reli- Rom.5.
cto, mortui fueramus, Commendat, inquit Apoſtolus, ſuā charitatem deus in nobis, qm̄ cum adhuc peccatores eſſemus, Chr̄s pro nobis mortuus eſt: multo magis iuſtificati nūc in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. De hac ira dicitur, Eramus Ephe.2.
& nos natura filii iræ ſicut & cæteri. De hac ira dicit Hieremias Propheta, Maledi- Hier.20
ctus dies ille in quo natus ſum. De hac ira Iob.3.
dicit ſanctus Iob, Pereat dies ille in quo na Iob.14.
tus ſum. De hac ira autem dicit idemipſe. Homo.n. natus ex muliere, breuis uitæ, & plenus iracundiæ, ſicut flos fœni decidit, ſu-

Universidad de Deusto Biblioteca

git autem sicut vmbra & non stabit. Nonne & huius curam feciſti, & hunc feciſti in
Iob 15. trare in conſpectu iudicium? Quis. n. erit
Eccl. 14. mundus à ſordibus? Ne vnus quidem, et ſi
Eccl. 15. vnius diei fuerit vita eius ſuper terram.
Eccl. 40. De hac ira dicit liber Eccleſiaſticus, Omnis caro ſicut veſtis uetuſcit, teſtamentum. n. a ſeculo, morte morieris. Item q; ipſe, A muliere, inquit, initium eſt peccati, & pp illam morimur oēs. Et alio loco, Occupatio
D magna creata eſt omni homini, & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de uē tre matris eorum, uſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium, De hac ira dicit Eccleſiaſtes, Vanitas uanitatum, & omnia uani-
Eccle. 1. tas. Quæ abundantia hominis in omni labo re ſuo, quo ipſe laborat ſub ſole? De hac ira uox Apoſtolica eſt, Omnis creatura uani-
Rom. 8. tati ſubiecta eſt. De hac ira plangit Pſalmi
Pſal. 38. ſta, Ecce ueteres poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihil ante te, ueruntū uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. De
Pſal. 89. hac re plangit & alius, Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt: Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & prætereat, ueſpere decidat, dureſcat, & areſcat: Quoniā defecimus in ira tua, & in indignatione tua conturbati ſumus. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum noſtrum in illuminatione uultus tui. Quoniā oēs dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabunt. Nemo liberabitur ab hac ira dei, niſi p me diatorem reconcilietur deo. Vnde dicit etiā
Ioan. 3. ipſe mediator: Qui non credit filio, non habebit uitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Non dixit, uenietſed, manet ſuper eum.
E Ideo ergo creduntur atq; confitent & maiores per cor & os proprium, & paruuli per alienum, ut reconcilientur deo per mortem filij eius, ne ira dei maneat ſuper eos, quos etiam origo uitiata efficit reos. De hac itaq;
Rom. 5. loquens Apoſtolus, Cum adhuc, inquit, peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo magis iuſtificati nunc in ſāguine ipſius, ſalui erimus ab ira per Chriſtum. Si c. n. cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in uita ipſius: non ſolum aūt, ſed & gloriantes in deo per dominum noſtrū Ieſum Chriſm, p quē & nunc reconciliationem accepimus. Propter hoc ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Nempe manifeſtum eſt vt hoc diceret quod agebat Apoſtolus. Item adhuc & huic reconciliationi quæ fit per mortem filij dei, qui ſine peccato uenit in mūdū, ſubtrahite paruulos ut pp eū p quē pctm intrauit in mūdū, ira dei manet ſup eos. Quid hic facit imitatio, quæſo tu ubi audis, Nam iudicium quidē ex uno in condemnationem, gratia aūt ex multis delictis in iuſtificationem? Vnde gra ex multis delictis in iuſtificationē, niſi qa præter unum illud originis, addita multa q ſimul deleret inuenit? Alioquin ſic eſſe ex F multis condemnatio, quæ hominis unum imitando commiſerant, ſicut ex eiſdem multis iuſtificatio, quibus remiſsis in gratiā reſpirabant. Sed quia unum illud ſufficiebat, propter quod ēt ſolum fieret condemnatio, gratiæ uero non ſufficiebat illud unum delere, ſed & multa quæ adiecta ſunt, ut omnium remiſſione fieret iuſtificatio. ideo utiq; dictum eſt. Iudicium ex vno in condemnationem, gratia aūt ex multis delictis in iuſtificationem. Nā ſicut non imitantur Chriſtum paruuli, quia nondum poſſunt, & tā ad eius grtiam ſpiritalē pertinere poſſunt, ita ſine imitatione primi hominis, contagione tū ex ipſo carnalis generationis obſtricti ſunt. Si autē propterea vis eos a primi hominis alienos eſſe peccato, quia eum non ſunt imitati propria voluntate, iſta ratione alienabis eos & a iuſtitia Chriſti, quia nec ipſum imitati ſunt propria volūtate. Cum vero multos, qđ dixit poſtea, non vis intelligi oēs quod prius dixerat, ideo exiſtimans dictum fuiſſe, multos, ne omnes intelligerē tur: poteris hoc dicer & de ſemine Abrahæ G cui promiſſæ ſunt gentes, non oēs gentes ei fuiſſe promiſſas, quia dictum eſt alio loco, Patrē multarū gentium poſui te. Eſt aūt ſa nus intellectus, ideo ſic locutam ſcripturā, quia poſſunt eſſe aliqua omnia, quæ non ſunt multa. Sicut omnia dicimus Euangelia, & tamen breui numero, id eſt quaternio continentur. Et rurſus poſſunt aliqua eſſe multa, non tamen omnia. Sicut multos dicimus credere in Chriſtum, nec tū oēs crediderunt. Nō. n. omniū eſt fides, ait Apoſtolus: Quod aūt dictum eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: &, Patrem multarum gentium poſui te: eaſdem omnes, multas & eaſdem multas, omnes eſſe monſtratum eſt. Ita etiam cum dictum eſt, Per vnū in omnes

in omnes tranſiſſe peccatum, & poſtea per vnius inobedientiam peccatores cōſtitutos multos: ipſi ſunt multi qui & oēs. Similiter cum dictum eſt, Per vnius iuſtificationem in oēs homines, ad iuſtificationem vitæ: & rurſus dictum eſt, Per vnius obedientiam iuſti conſtituerētur multi: non aliquibus exceptis, ſed eoſdem multos, oēs oportet intelligi: non quia oēs homines iuſtificantur in Chriſto, ſed quia oēs qui iuſtificantur, H non aliter poſſunt, quā in Chriſto. Sicut poſſumus dicere, in aliquam domum per vnam ianuam intrare oēs, non quia omnes homines intrant in eandem domum, ſed qa nemo intrat niſi per illam. Omnes ergo ad mortem per Adam, oēs ad vitam per Chriſtum. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabūtur: id eſt, ex prima origine generis humani, nemo ad mortem niſi per Adam, & nemo per Adam niſi ad mortem. Et nemo ad vitam niſi per Chriſtum, & nemo per Chriſtum niſi ad vitam. Vos autem dum non omnes, ſed multos, ſiue per Adam condemnatos eſſe, ſiue per Chriſtum liberatos vultis intelligi, horrenda peruerſitate Chriſtia næ religioni eſtis infeſti. Si enim ſalui erūt aliqui ſine Chriſto, & iuſtificantur aliqui ſine Chriſto, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Erat enim & alius medus, ſicut vultis, in natura, in libero arbitrio, in legem naturali, ſiue conſcripta, quo poſſent ſalui & iuſti eſſe qui vellent. Iuſtas autem imagines dei, quis niſi iniuſtus prohiberet à regno dei? Hic forte dicis, Sed facilius per Chriſtum? Nunquid non poſſet etiam de lege dici. Eſt per legem iuſtitia, ſed facilius per Chriſtum? Et tū ait Apoſtolus, Si per legē iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Non eſt itaq; præter vnum mediatorem dei & hominum, hominē Chriſtū Ieſum, aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat ſalvos fieri nos. Et ideo dictum eſt, In Chriſto omnes viuificabuntur, quoniam in illo deus definiuit fidem omnibus, ſuſcitans illum à mortuis. Veſtrum autem dogma id perſuadere conatur, velut inculpatæ prædicatione naturæ, & potentiæ liberi arbitrij, & legis ſiue naturalis ſiue per Moyſen datæ, vt & ſi opus ſit, neceſſe tamen non ſit ad Chriſtum pro æterna ſalute tranſire: eo quod per ſacramentum mortis & reſurrectionis eius, ſi tamen vel hoc putatis, commodior via ſit, non quòd alia via eſſe non poſsit. Vnde quantum vos deteſtari debeāt Chriſtiani conſiderantes, renunciant vobis etiam tacentibus nobis. Quod vero cauſæ tuæ poſtremum & quaſi fortiſsimum firmamentum, Propheticum teſtimonium eſſe voluiſti, vbi per Ezechielem dictum le- Eze. 18.
gimus, quod erit parabola, qua dicebāt vuas acerbas ediſſe, & dentes obſtupuiſſe filiorum: Nec morietur filius in peccato patris, nec pater in peccato filij: ſed anima quæ peccat, ipſa morietur: non intelligis hanc eſſe promiſsionem teſtamenti noui & ſpiritalis K hæreditatis, ad alterum ſeculum pertinentis. Id enim agit gratia redemptoris, vt paternum chirographum deleat, & vnuſquiſque pro ſe rationem reddat. Cæterum q̄ mulca ſunt diuinarum teſtimonia literarū quæ parentum peccatis obligant filios, ſnumerare quis poſsit? Cur. n. peccauit Chā, Gene. 9.
& in eius filium Chanaam vindicta prola 3. Re. 12
lata eſt? Cur pro peccato Salomonis filius 3. Re. 21
eius diminutione regni punitus eſt? Cur ipſe alipeccatorum Achab regis Iſrael in eius po- cubi exſteros pœna dilata eſt? Vt qd legitur in ſan ponit,
ctis libris, Reddens peccata patrum in ſinu imitātes
filiorum eorum poſt eos, & reddent pecca- patrum
ta patrum filijs vſque in tertiam & quartā malitiā.
progeniem? Qui numerus etiam pro vni- Exo. 20.
uerſitate accipi poteſt. Nunquid hæc falſa ſunt? Quis hoc dixerit, niſi diuinorum eloquiorum apertiſsimus inimicus? Sed carnalis generatio ēt populi dei pertinens ad teſtamentū vetus, quod in ſeruitute generat, parentum peccatis obligat filios: ſpiritalis aūt generatio, ſicut hæreditatem, ita pœnarum atq; præmiorum comminationes promiſsiones mutauit. Quod Prophetæ in ſpiritu præuidentes iſta dixerunt, ſed apertius Hieremias, In diebus illis, inquit, non di- Hier. 31
cent, Patres manducauerunt vuam acerbā, L
& dentes filiorum obſtupuerunt, ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur, vt eius qui manducauerit vuam acerbam, obſtupeſcant dētes ipſius. Nempe manifeſtum, ita hoc prophetice pronunciari, ſicut ipſum teſtamētū nouum quod prius occultum fuit, & per Chriſtum poſtea reuelatum eſt. Denique ne nos mouerent ea quæ commemoraui, & cætera huiuſmodi plurima de reddendis in filios peccatis parentum, quæ vtique veraciter ſcripta ſunt, ne huic prophetiæ contraria putarentur, continuo ſoluit iſtam moleſtiſsimam quæſtionem, coniungendo atque dicendo, Ecce dies ve Ibidem.

niunt dicit dñs,& consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouũ,non secũm testamentum quod disposui patribus eorũ.In hoc igitur testamento nouo p̃ sanguinẽ mediatoris deleto paterno chirographo,incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo,quibus nascendo fuerat obligatus,ipso mediatore dicẽte, Ne vo
Mat.23. bis patrẽ dicatis in terra: secũm hoc vtiq;,q̃ alios natales q̃bus nõ patri succederemus, sed cũ patre semper viueremus inuenimus.
Cap.13. Ad omnia me tibi respõdisse Iuliane, & omnia refellisse, quibus putasti voluminibus quatuor credendum non esse originale pctm̃, & concupiscentiam carnis non posse culpari sine damnatione nuptiarum, puto quod perspicis,si peruicax non sis. Demonstratum.n.est, eum paterno antiquo debito non teneri, qui hæreditatem patremq; mutauit: vbi cohæredem inuenit vnicum per naturam,adoptatus ipse per gratiam,eique tantum cõcupiscentiam carnalem mortem non inferre post mortem, qui in Christi morte inuenerit mortem,qua moriatur peccato, & euaserit mortem, qua natus fuerat
2.Co.5. in peccato. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est:Nec aliqui poterunt viuere pro quibus non est mortuus, quia pro mortuis vnus est mortuus:Hæc negãs, hic repugnans, ista conuellere moliens catholicæ fidei munimenta, ipsosq; neruos dirumpere Christianæ religionis, veræq; pietatis:audes insuper dicere, q̃ contra impios bella susceperis, cum aduersum matrẽ quæ te spiritaliter peperit, armis impietatis induaris. Audes te agmini sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, martyrum sacerdotumq; miscere:cũ tibi dicant
Ioh.1.15. & 25. Patriarchæ, etiam paruulis natis oblata sacrificia pro peccatis, eo quòd non sit mundus à sordibus, nec infans diei vnius super terram:Cum tibi dicant Prophetæ, In iniquitatibus conceptí sumus. Cum tibi dicãt
Psal.55. Apostoli, Quicunque baptizati sumus in
Gala.3. Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus:vt existimemus nos mortuos quidem esse peccato, viuere autem deo in Christo Iesu. Cum tibi dicant martyres, secundum Adam carnaliter natos, colluuionem mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, vnde paruulis dimittantur in baptismo, nõ propria,sed aliena peccata, Cum tibi dicant sacerdotes, carnali voluptate concretos

lus se mihi ingerere, in meorum refutatione dictorum. Nec consulendum me putauit, vbi sibi videtur minime dubitandum, sed plane cognitam & certam tenere sentẽtiam. Obtemperauit autẽ amico suo,à quo se, vt scriberet,dicit esse compulsum. Et si quid inter disputandum, quod in meam cõ
D tumeliam redundaret expressit,non eũ conuitiantis voluntate crediderim, sed diuersa sententiis necessitate feciſſe. Vbi.n.mihi animus erga me hominis ignotus est & incertus, melius arbitror meliora sentire quam inexplorata culpare. Fortasis.n.amore mei fecit,sciens ad me peruenire posse quod scripsit,dum in eis rebus errare me non vult,in quibus se potius errare nõ putat. Et ideo de deo etiam eius habere gratam beneuolentiam,cuius me necesse est improbare sentẽtiam: Ac per hoc in eis quæ non recte sapit, adhuc leniter corrigendus mihi videtur,nõ aspere detestandus:præsertim quia sicut audio,nuper catholicus factus est,quod ei gratulandum est. Caruit.n. Donatistarum,vel potius Rogatistarum diuisione & errore, quo antea tenebatur. Si tamen catholicam veritatem sicut oportet intelligat, vt vere de illius couuersione gaudeamus.
Habet.n.eloquium quo possit explicare quæ sentit. Vnde cum illo agendum est,eiq; optandum vt recta sentiat,ne faciat esse delectabilia quæ sunt inutilia, & quæ diserta dixerit,vera dixisse videatur. Quanuis & in ipso eloquio habeat multa emendanda, & à nimia exundantia reprimenda. Quod in illo tibi quoque vt viro graui, sicut tua
E indicant scripta,displicuit. Sed hoc vel facile corrigitur, vel sine detrimento fidei à leuibus mentibus amatur,toleratur à grauibus. Habemus.n.iam quosdam spumeos in sermone, sed in fide sanos. Non itaq; desperandum est,etiam hoc in isto, quanuis sit intolerabile permanserit,posse tamen expurgari & temperari,atque ad integrum & solidum,vel perduci,vel reuocari modum: præsertim quia inuenis esse perhibetur, vt quod minus habet peritia,suppleat diligentia, & quod cruditas loquacitatis cructat, ætatis maturitas decoquat. Illud est,molestum & periculosum vel perniciosum,si cũ laudatur eloquentia,persuadetur insipientia, & in precioso poculo bibatur pestifera potio.
Vt.n.iam incipiam demonstrare, quæ p̃cipue sint in eius disputatione vitanda, Ani
mam dicit à deo quidem factam,nec dei esse partem siue naturam, quod omnino verum est. Sed cum eam non vult ex nihilo factam fateri, & aliam nullam creaturam vndè sit facta commemorat, atque ita illi dat authorem deum,vt neque ex nullis extantibus.i.ex nihilo, neque ex aliqua re,q̃ non est quod deus est, sed de seipso eam fecisse credatur,nescit eo se reuolui, q̃ declinasse se putat, vt.s.nihil aliud anima quàm dei natura sit: ac sic consequenter & de dei natura fiat aliquid ab eodem deo,cui faciendo materia de qua facit,sit ipse qui facit: Ac per hoc & dei sit natura mutabilis,& mutata in deterius, eiusdem ipsius dei,ab eodem ipso deo natura damnetur: Quod pro tua fideli intelligentia quam non sit opinãdũ, & quam sit à corde catholico secludendum longeq; fugiendum,vides, Ita quippe anima,vel dei flatus factus est ipsa, vt non de ipso sit,sed ab ipso de nihilo creata sit. Neque enim sicut homo quando sufflat, non potest de nihilo flatum facere,sed quem de isto aere ducit hunc reddit, ita deo putandum est auras aliquas circunfusas iam fuisse,quarum exiguam quandam particulam spirando traheret,& respirando refunderet, quando in hominis faciem sufflauit, eiq; illo modo animam fecit. Quod & si ita esset, nec sic de ipso, sed de subiacenti re aliqua flabili posset esse quod flauit. Sed absit vt negemus omnipotentem de nihilo flatum vitæ facere potuisse,quo fieret homo in animam viuam:atque in eas contrudamur angustias,vt vel iam fuisse aliquid, quod ipse G
nõ esset unde flatum faceret opinemur,vel quod mutabile factum videmus, de seipso fecisse credamus. Quod.n.de ipso est,necesse est vt eiusdem naturæ sit cuius ipse est, ac per hoc etiam immutabile fit: Anima vero,quod omnes fatentur,mutabilis est. Nõ ergo de ipso,quia non est immutabilis sicut ipse. Si autem de nulla re alia facta est,de nihilo facta est proculdubio,sed ab ipso.
Quòd vero eam non spiritum,sed corpus esse contendit quid aliud vult efficere, Cap.5.
quam nos non ex anima & corpore, sed ex duobus vel etiam tribus constare corporibus? Cum.n.spiritu,anima,& corpore constare nos dicit, & omnia hæc tria corpora esse asserit, profecto ex tribus corporibus nos putat esse compactos. In qua opinione quanta eum sequatur absurditas,illi potius quam tibi demonstrandum puto. Verum
iste

Libri sexti & vltimi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de anima & eius origine, ad Renatum, Liber primus.

YNceritatem tuam erga nos Re Cap.1.
nate frater charissime,& fraternam beneuolentiam, ac mutuæ dilectionis affectum,probatum quidem & antea tenebamus, verum nunc probatiorem nobis amica diligentia demonstrasti, quòd mihi duos libros eius quidem hominis quem penitus ignorabam, nec tamen ideo contemnendi, Vincentij Victoris, sic enim prænotatum ibi nomen eius inueni, proxime præteritæstate misisti. Quanuis mihi eo quòd absens fuissem, in autumni fine sint redditi. Quomodo enim tu charissimus meus posses vel deberes in meam non perferre notitiam,cum in manus tuas venissent cuiuslibet hominis qualescunque literæ, licet ad alium scribentis, vbi tamen nomen commoraretur & legeretur meum, ita vt contradiceretur verbis meis, quæ in quibus- C
dam opusculis edidissem? Hoc itaque fecisti,quod syncerissimus & dilectissimus amicus meus facere debuisti.
Sed hinc angor paululum, quòd adhuc Cap.2.
tuæ sanctitati minus quàm vellem cognitus sum, quandoquidem putasti me sic acceptarum, quasi tu mihi iniuriam feceris, notum faciendo quod alius fecit. Quantum autem hoc absit ab animo meo, vide, vt nec ab illo quidem me passum iniuriam conquerer. Cum enim aliter quædam quàm ego saperet, nunquid nam debuit reticere? Vnde mihi gratum esse debet, quòd ita non tacuit,vt id etiam legere possimus. Deberet quidem tantum scribere potius ad me, quàm ad alterum de me, sed ille quòd mihi esset ignotus, non est au-
sus se

iſte tolerabilis error eſt hominis, nondum cognouit eſſe aliquid, quod cũ corpus nõ ſit, corpus tamen quandam ſimilitudinem gerere poſsit.

Cap. 6. Illud planè quis ferat, qđ in ſcđo libro, cum quæſtionem difficillimam ſoluere conarentur, de originali peccato, quatenus ad
H corpus animamque pertineat, ſi anima non de parentibus trahitur, ſed à deo noua inſufflatur? Hanc ergo tam moleſtam & tam profundam nitens enodare quæſtionẽ, merito, inquit, per carnem, priſcam reparat habitudinem, quam uiſa fuerat pauliſper amiſiſſe per carnem, vt per eam incipiat renaſci, per quam meruerat inquinari. Cernis nempe hominem auſum ſuſcipere, quod vires eius excedit, in tam immane præcipitiũ decidiſſe, vt diceret inquinari animam meruiſſe per carnem, cum dicere nullo modo poſsit, vnde hoc meritum traxerit ante carnem. Si enim à carne incipit meritum habere peccati, dicat ſi poteſt, vñ ante pctm̃ ſuum carne meruerit inquinari. Nam hoc meritum quo in carnem peccatricem miſſa eſt, vt inquinaretur ex illa, profecto aut ex ſemetipſa habuit, aut quod a uero multo amplius abhorret, ex deo. Ex carne quippe meritũ non potuit habere ante carnem, quo merito inquinanda mitteretur in carnem. Si ergo à ſemetipſa hoc meritum habuit, quomodo habuit quæ ante carnem nihil mali fecit? Si autem hoc meritum ex deo dicitur habuiſſe, quis hoc audiat, quis ferat, quis dici impune permittat? Non.n.
I hoc loco quæritur, quid meruerit, ut iudicaretur damnanda poſt carnem, ſed quid meruerit ante carnem ita damnari, vt inquinanda mitteretur in carnem. Explicet hoc ſi poteſt, qui eſt auſus dicere, inquinari animam meruiſſe per carnem.

Cap. 7. Item alio loco, cum eandem qua ſe ipſe implicuerat, velut explicandam proponeret quæſtionem, tanquam ex perſona aduerſariorum ait, Cur, inquiunt, deus animam tam iniuſta animaduerſione multauit, ut in corpus eam peccati relegare voluerit, cũ confortio carnis peccatrix eſſe incipit, quæ peccatrix eſſe non potuit? In huius qõnis tanquam ſcopuloſo gurgite, debuit vtique cauere naufragium, nec eo ſe committere, unde ſe non erueret tranſeundo, ſed forte redeundo, id eſt, pœnitendo. Nam de præſcientia dei ſe nititur liberare, ſed fruſtra. Præſcientia quippe dei eos quos ſanaturus eſt, peccatores prænoſcit, non facit. Nam ſi eas animas liberat à peccato, quas innocentes & mũdas implicuit ipſe peccato, vulnus ſanat quod intulit nobis, non quod inuenit in nobis. Auertat ãt deus, & omnino abſit, ut dicamus quando lauacro regenerationis deus mundat animas paruulorum, tunc eũ mala ſua corrigere quæ illis ipſe fecit, cum eas nullum habentes peccatum peccatrici carni, cuius originali peccato contaminaret
K tur, admiſcuit. Quas tamen iſte accuſans, dicit inquinari meruiſſe per carnẽ, nec poteſt dicere vnde tantum malum meruerint ante carnem.

Hanc ergo quæſtionem fruſtra ſe putãs de præſcientia dei poſſe diſſoluere, adhuc ſe Cap. 8.
inuoluit & dicit, Anima ſi peccatrix eẽ meruit, quæ peccatrix eſſe non potuit, tũ neque in peccato remãſit, quia in Chriſto pſi gurata, in peccato eſſe non debuit, ſicut eſſe non potuit. Quid eſt quod dicit, peccatrix eſſe non potuit, vel in peccato eſſe non potuit, niſi credo, ſi non veniret in carnẽ? Neque.n. potuit originali pctõ eſſe peccatrix, aut quoquo modo in originali peccato eſſe niſi per carnem, ſi de parente non trahitur. Videmus ergo eam per gratiam liberari à peccato, ſed nõ videmus vnde meruerit hærere peccato. Quid eſt ergo quod dicit, Si peccatrix eſſe meruit, non tamen in peccato remanſit? Si enim ab illo quæram, cur, non in peccato remanſit, rectiſsime reſpondebit, qp ea Chriſti gratia liberauerit, Sicut ergo dicit, vnde anima paruuli fuerit liberata peccatrix, ſic etiam dicat vnde meruerit eſſe peccatrix. Sed quid dicit, cui hoc qđ prælocutus eſt, contingit? Nanq; vt iſtam quæſtionem ſibi proponeret, ait, Alia ſubtra
L huntur opprobria querulis murmurationi bus oblatrantium, & excuſsi quaſi quodam turbine, identidem inter immania ſaxa collidimur. Hoc ſi ego de illo dicerem, forſitan ſuccenſeret. Verba ſunt eius. Quibus præmiſsis propoſuit quæſtionem, in qua ſaxa quibus colliſus naufragauit, oſtenderet. Ad hoc enim perductus eſt, & tam horrendis cautib. illiſus, impulſus, infixus, vt eruere ſe niſi emendando qđ dixit, omnino nõ poſsit, non ualens oſtẽdere quo merito anima ſic facta peccatrix, quam dicere non timuit ante omne ſuum pctm̃ meruiſſe fieri peccatricẽ. Quis tã immane ſuppliciũ meretur ſine pctõ, vt in aliena iniquitate conceptus, antequam exeat de viſceribus matris, iã non ſit ſine peccato? De hac aũt pœna, paruulorum animas qui regenerantur in Chriſto, nullis eorũ præcedentibus meritis, gratuita liberat gratia, Alioquin gra iã non eſt gra. Proinde iſte hõ valde intelligens, cui diſplicet in tanta profunditate, etſi
M rit, non docta, tñ cauta noſtra cunctatio, dicat ſi poteſt, in hanc pœnã quo peruenerit anima merito, de qua pœna liberat gratia ſine merito. Dicat, vt quod dicit aliqua, ſi volue rit, ratione defendat. Non.n. hoc exigeremus, niſi ipſe dixiſſet, qp anima meruerit eſſe peccatrix. Dicat meritum eius, vtrum bonum fuerit, an ne malum? Si bonũ, quo merito bono venit in malum? Si malum, vnde aliquod malum meritum ante omne pctm̃? Item dico, Si bonum, non ergo eam gratuita gratia, ſed ſecundum debitum liberat gratia, cuius præceſsit meritum bonum: ac ſic gratia iam non erit gratia. Si autem malũ, quæro quod ſit, An quod venit in carnem, quo non veniſſet, niſi apud quẽ non eſt iniquitas ipſe miſiſſet? Nunquam igitur niſi ſe in peiora præcipitans, hanc ſuam ſententiã moliretur aſtruere, qua dicit qp anima meruerit eſſe peccatrix. Quod de his quidem paruulis, quorum in baptiſmo diluitur originale peccatum, inuenit qualitercunq; qđ diceret, quoniam præſcientia dei prædeſtinatis in vitam æternam nihil obeſſe potuiſſet, pauliſper alieno inhærere peccato. Qđ tolerabiliter diceretur, ſi nõ iſte verbis ſuis implicaretur, dicens, qp meruerit anima eſſe peccatrix, Vnde ſe omnino non liberat, niſi hoc eum dixiſſe pœniteat.

De illis autem paruulis qui morte præ-
N. 9. ueniuntur, priuſquã baptizentur in Chriſto, cum rũdere voluiſſet, auſus eſt eis promittere, non ſolum paradiſum, verumetiã regnum cœlorum: non inueniens qua exiret, ne deum animas innocentes dicere cogeretur æterna morte damnare, quas nullo merito præcedente peccati, carni inſerit peccatrici. Sed vtcunq; ſentiens quid mali dixerit, ſine vlla Chriſti gratia animas redimi paruulorum in æternam vitam regnumque cœlorum, & in eis poſſe ſolui originale peccatum ſine baptiſmo Chriſti, in quo fit remiſsio peccatorũ, Videns ergo, in quã ſe profunditatem naufragoſi gurgitis iecerit, ſane, inquit, pro eis ablationes aſsiduas, & offerenda iugiter ſanctorum cenſeo ſacrificia ſacerdotum. Ecce aliud vnde nunquã exiturus eſt, niſi eũ dixiſſe pœniteat. Quis enim offerat corpus Chriſti, niſi pro eis qui membra ſunt Chriſti? Ex quo autem ab illo dictum eſt, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare re- Ioan. 3.
gnum dei. Et alio loco, Qui perdiderit ani Mat. 10
mam ſuam propter me, inueniet eam: nemo fit membrum Chriſti, niſi aut baptiſmate in Chriſto, aut morte pro Chriſto. Vnde & latro ille, non ante crucem domini ſe- Luc. 23.
ctator, ſed in cruce confeſſor, de quo nonnunquam præiudicium captatur, ſiue tentatur contra baptiſmatis ſacramentum: à Cypriano ſancto inter martyres computatur, qui ſuo ſanguine baptizatur, quod pleB riſq; non baptizatis ſeruente perſecutione euenit. Tanto nanq; pudere appenſum eſt, tantumque valuit apud eum qui hæc nouit appendere, quod confeſſus eſt dominũ crucifixum, quantum ſi fuiſſet pro domino crucifixus, Tunc enim fides eius de ligno floruit, quando diſcipulorum marcuit, niſi cuius mortis terrore marcuerit, eius reſurrectione reuireſceret. Illi enim deſperauerunt de moriente, ille ſperauit in commorientem. Refugerunt illi authorem vitæ, rogauit ille conſortem pœnæ. Doluerunt illi tanquam hominis mortem, credidit ille regnaturum eſſe poſt mortem. Deſeruerunt illi ſponſorem ſalutis, honorauit ille ſociũ crucis. Inuenta eſt in eo menſura martyris, qui tunc in Chriſtum credidit, quando deſecerunt qui futuri erant martyres. Et hoc quidem oculis dñi clarum fuit, qui non baptizato, tanquã martyrij ſanguine abluto, tantam fœlicitatem ſtatim contulit. Sed et noſtrum quis non conſideret, quanta fide, quanta ſpe, quanta charitate mortem pro Chriſto viuente ſuſcipere potuit, qui vitã in moriente quæſiuit. Huc accedit, quia non incrediblitter dicitur latronem, qui tũc credidit iuxſta dominum crucifixum, aqua illa quæ de vulnere lateris eius emicuit, tãquam ſacratiſsimo baptiſmo fuiſſe perfuC ſum, Vt omittam quod eum antequam dãnaretur, baptizatum nõ fuiſſe, quoniam nemo noſtrum nouit nemo conuincit. Verũ hæc vt volet quiſq; accipiat, dum tamen de baptiſmo non præſcribatur ſaluatoris præcepto, huius latronis exemplo: & non baptizatis paruulis nemo promittat inter dãnationem regnumque cœlorum, quietis vel fœlicitatis cuiuslibet atque vbilibet quaſi medium locum. Hoc enim eis etiam hæreſis Pelagiana promiſit, quia nec damnationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

mationem metuit paruulis,quos nullum putat habere originale pctũ, nec sperat eis regnum cœlorũ,si non perueniunt ad baptismatis sacrm. Iste autem cũ confiteatur, paruulos originali obstrictos esse peccato, eis ẽt regnum cœlorũ non baptizatis ausus est polliceri, Quod nec illi ausi sunt, qui eos asserunt sine vllo prorsus esse peccato: Ecle qualibus se laqueis præsumptionis innectat,nisi cum talia scripsisse pœniteat.

Cap. 10. De fratre aũt sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nec scriptura ipsa canonica est,nec illa sic D scripsit vel quicunq; illud scripsit, vt illum puerum qui septennis mortuus fuerit, sine baptismo diceret fuisse defunctum:pro quo illa imminente martyrio creditur exaudita, vt à pœnis transferretur ad requiem. Nam illius ætatis pueri,& mentiri, & verum loqui, & confiteri & negare non possunt.Et ideo cũ baptizantur,iam & symbolum reddunt, & ipsi pro se interrogata rũdent. Quis igitur scit,vtrum puer ille post baptismum persecutionis tpe,a patre impio per idololatriam fuerit alienatus a Chro, propter quod in damnationem mortis ierit,nec inde nisi pro Christo morituræ sororis precibus donatus exierit?

Cap. 11. Sed ẽt si hoc isti concedatur, quod salua fide catholica & Ecclesiastica regula, nulla ratione cõceditur,vt pro non baptizatis cuiuslibet ætatis hominibus offeratur sacrificium corporis & sanguinis Christi,tanquã per huiusmodi pietatem suorum ad regnũ cœlorũ quò perueniant adiuuentur: quid respõsurus est de tot milibus infantũ, qui nascuntur ex impijs,nec in manus piorum aliqua vel diuina vel humana miseratione perueniunt,& de ista vita in illa tenerrima ætate,sine lauacro regenerationis abscedũt? E Dicat si potest, vnde istæ animæ sic peccatrices fieri meruerũt, vt a peccato saltẽ nec postea liberentur? Si.n.quæram,quare damnari mereantur si non baptizantur, recte mihi respondetur, propter originale pctũ. Item si quæram, vnde traxerint originale pctũ iste respondebit, ex carne vtiq; peccatrice. Si ergo quæram, vnde damnari meruerint in peccatricem carnem, qui nihil mali fecerant ante carnem,hic inueniat qd respondeat, & sic damnari ad alienorum peccatorum subeunda contagia, vt nec baptism a regeneret male generatos, nec sacrificia expient inquinatos. Ibi enim & de talibus hi paruuli nati sunt, siue adhuc-

usq; nascuntur,ut eis nullo tali possit adiutorio subueniri. Hic certe omnis argumẽtatio deficit. Non.n.quærimus, unde animę damnari meruerint post carnis consortium peccatricis, sed quærimus unde animæ damnari meruerint ad subeundum carnis consortium peccatricis, nullũ pctũ habentes ante carnis cõsortiũ peccatricis. Nõ est ut dicaĩ, Nihil eis obfuit alieni peccati pauliſper cõmunicata cõtagio, q̃bus in dei præscientia fuerat parata redẽptio. De his.n.nunc loquimur, quibus ante baptismum de corpore exeuntibus redemptio nulla succurrit. Non est ut dicaĩ. Eas quas baptisma non abluit, sacrificia pro eis crebra munda F bunt,qđ præsciens deus,paululum illas uoluit alienis hærere peccatis, sine ullo exitio damnationis æternæ,& cum spe fœlicitatis æternæ. De his.n.nunc loquimur, quarum natiuitas apud impios & ex impijs,nulla talia potuerit inuenire præsidia. Quæ quidẽ si adhiberi possent,proculdubio non baptizatis prodesse non possent. Sicut nec illa q̃ de libro Machabæorum commemorauit sacrificia,facta pro peccatoribus mortuis, eis aliquid profuissent,si circuncisi nõ fuissent, Inueniat ergo si potest iste quid dicat,cum ab illo quæritur,quid meruerit anima sine ullo peccato, uel originali, vel proprio sic ad subeundum alienum peccatum originale damnari,vt non ab illo ualeat liberari:& uideat quid eligat e duobus,utrum dicat ẽt eas animas morientium paruulorum, quæ hinc sine lauacro regenerationis abscedũt, & pro quibus nullum sacrificium corporis dominici offertur,a nexu peccati originalis absolui,cum Apostolus doceat, ex uno ire omnes in condemnationem,quibus utique Rom.5 non subuenit gratia ut per unum eruantur G in redẽptionẽ: an dicat animas non habentes ullũ uel proprium,uel originale pctũ, & omnimodo innocentes,simplices, puras a iusto deo, cũ eas ipse non liberandas carni inserit peccatrici,æterna damnatione puniri?

Ego nihil istorũ duorũ dicendũ esse con Cap.12. firmo,nec illud tertium,alibi peccasse animas ante carnẽ vt dãnari mererentur in carnẽ. Apostolus quippe apertissimæ definiuit Rom.9. nondum in carne natos nihil egisse boni, seu mali, Vnde constat paruulos ut remissione indigeam peccatorum, non nisi originale traxisse peccatũ. Nec illud quartum, eas animas paruulorũ sine baptisma te mo-

te morituroru,à iusto deo in carnem peccatricem religari atq; damnari, quas præscivit,si ad ætatem peruenissent,in qua libero uterẽtur arbitrio,male fuisse uicturas. Hoc nanq; nec iste ausus est dicere,in tantis angustijs constitutus. Imo ẽt contra istam uanitatem, iam satis manifeste ac breuiter est locutus,vbi ait, Iniustũ deũ fuisse futurũ, si non perfectis propriæ voluntatis operibus,uel hominẽ iudicare non natũ. Hoc.n. rũdit,cum tractaret qõnẽ aduersus eos qui dicunt,Cur deus hominem faciebat, quem H utpote præscius sciebat futurum nõ bonũ? Non natum.n.iudicaret, si propterea creare noluisset, quia non bonum futurum esse præsciisset. Et vtiq; sicut & huic visum est, de perfectis eius operibus debuisset hominem iudicare,non de præcognitis, nec fieri aliquando permissis. Nam si peccata, quæ si homo viueret commissurus esset,etiã nõ commissa damnantur in mortuo, nullum 14. beneficium collatum est illi, qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius,quandoquidem iudicabitur secm eam, quæ in illo fuerat futura malitia,non secundũ eam, quæ in illo inuenta est innocẽtia. Et de nullo mortuo baptizato poterit esse securitas, quia & post baptismum, nõ qualitercunq; peccare, verumetiam apostatare homines possunt. Quid si ergo qui baptizatus hinc raptus est, apostata erat futurus si viueret, nullum ne illi beneficiũ putabimus esse collatum, quod raptus est ne malitia mutaret intellectum eius:et propter dei prescientiã, non sicut fidele mẽbrum Christi, sed sicut apostatam iudicandum esse censebimus? Quanto enim melius si peccata nondum facta,nõdum cogitata,sed præcognita & futura puniuntur, proijcerentur illi duo de paradiso ante peccatum,ne in loco tan sancto & beatifico peccaretur? Quid quod ipI sa exinanitur omnino præscientia, si quod præscitur non erit? Quomodo enim recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum? Quomodo ergo puniuntur peccata quæ nulla sunt, id est, quæ nec uita ista nondum incipiente commissa sunt ante carnem,nec morte præueniente post carnem? 13. Hoc itaq; medium ex quo anima missa est in carnem, quousq; solueretur à carne, quoniam paruuli anima est,nec liberi arbitrij gessit ætatem, non inuenit vnde damnaretur non percepto baptismo, nisi originale pctũ. Ex hoc pctõ iuste damnari animam non negamus, quia peccato suppliciũ lex iusta constituit. Sed ad hoc pctũ subeũdum,cur damnata sit quærimus, si non ex illa una trahitur, q̃ in generis humani primo patre peccauit. Quamobrẽ si deus non damnat innocẽtes, nec facit nocentes quos perspicit innocentes: & si animas non liberat siue ab originalibus, siue à proprijs peccatis,nisi in ecclesia Christi baptismus Xpi: & si animæ ante carnem nullum habuerũt omnino pctũ,& si peccata antequã eõmittantur,& multo magis quæ nunquã cõmissa sunt,damnari iusta lege nõ pũt,nihil horum quatuor iste dicit. Et si põt explicet, paruulorum animę, q̃ sine baptismo exeũtes in dãnationem mittuntur, quo merito in carnem peccatricẽ q̃ nihil peccauerunt, missæ sunt,vt illic inuenirẽt pctũ, pp qđ merito dãnarentur. Porrò si quatuor ista deuitans,quæ sana doctrina cõdẽnat,id est, si non audeat dicere, vel sine ullo pctõ existẽs,à deo fieri animas peccatrices,aut sine Christi sacro in eis solui originale peccatũ, aut alicubi peccasse, antequã mitterẽtur in carnẽ,aut ea quæ nunquã habuerubt in eis pctã dãnari. Si hęc nolẽs dicere,qm nõ sunt vtiq; dicenda,dixerit paruulos non trahere originale pctũ,nec habere vnde danentur, si nõ accepto sacro regenerationis hinc exeant,in hæresim Pelagianam sine dubitatione dãnabilem,damnandus incurris. Quod ei ne contingat,quãto melius teneat de animę origine cũctationem meã,ne audeat affirmare quod nec humana ratione comprehendit,nec diuina authoritate defendit, ne cogatur insipientiam profiteri, dum veretur ignorantiam confiteri.

Hic forte dicat sententiam suam diuina Cap. 14. authoritate defendi,quando sanctarum scri L pturarũ testimonijs probare se existimat, animas à deo,nõ ex propagine fieri,sed nouas singulis insufflari. Probet,si potest,& fatebor me didicisse ab illo,q̃ magna intẽtione quęrebam. Sed quærat alia,ne fortasis inueniat,nam hoc iltis testimonijs, quæ iã posuit,non probauit. Omnia quippe quæ hic adhibuit,ad aliquid certa sunt: ad hoc uero,quod de animæ origine quæritur,demonstrantur ambigua. Certum est enim deum dedisse hominibus flatum & spiritũ, dicente Proheta,Hæc dicit dominus qui fecit cœlum & fundauit terram, & qua sunt Esa. 42. in ea,qui dat flatum populo super eam, & spiritum calcantibus eam. Hoc testimoniũ iste in

iſte in eam ſententiam vult accipi quam defendit, vt quod ait, dat flatum populo, non ex propagine facere animas populo, ſed nouas inſufflare credatur. Audeat ergo dicere non ipſum nobis dediſſe carnem, quia de parentibus origo carnis attracta eſt. Et vbi ait
1.Co.15 Apoſtolus de frumẽti grano. Deus illi dat corpus quomodo voluerit: neget ſi audet de tritico triticum naſci, & herbam eius ex ſemine ſecundum genus. Quod ſi negare nõ audet, vnde igitur ſcit quomodo dictum ſit, dat flatum populo, vtrum cum trahens de parentibus, an inſufflans nouum? Vnde etiã ſcit vtrum repetitio ſententiæ ſit, qui dat flatum populo ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam: vt de vna re vtrumque dictum intelligatur, & non animam vel ſpiritum, quo natura viuit humana, ſed ſpiritum ſanctum ſignificare voluerit? Si inflatu nõ poſſet ſignificari ſpiritus ſanctus, non dominus poſt reſurrectionẽ inſufflaſſet diſcipulis, &
Ioã. 20. dixiſſet, Accipite ſpiritum ſanctum. Neque
Acto. 2. ſcriptum eſſet in Actibus Apoſtolorum. Factus eſt ſubito de cœlo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ ſicut ignis, qui & inſedit ſuper vnumquemque eorum, & impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Quid ſi hoc Propheta p̃
Eſa. 42. nunciauit, dicens, Qui dat flatum populo ſuper eam? Et tanquam exponens quid dixerit flatum, repetiuit atque ait, & ſpiritum calcantibus eam. Tunc.n. euidentiſsime, factum eſt, quando impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Aut ſi nõdum dicendus eſt populus, centum viginti homines, qui tunc in loco vno aderant, certe quãdo ſimul quatuor vel quinque milia crediderunt, & baptizati acceperunt ſpiritum ſanctum, quis dubitauerit ſimul populum accepiſſe ſpiritum ſanctum, & multitudinem quæ ambulabat in
A terra, id eſt, homines calcãtes terram? Nam ille qui datur ad naturam hominis pertinens, ſiue ex propagine detur, ſiue nouus inſuffletur, quorum nihil affirmandum eſſe dico, donec alterutrum ſine vlla dubitatione caleſcat, non datur calcantibus terram, ſed adhuc materno vtero incluſis. Dedit ergo flatum populo ſuper terram, ſpiritum calcantibus eam, quando multi ſimul credentes, ſimul repleti ſunt ſpiritu ſancto. Et ipſe dat eum populo ſuo, & ſi nõ ſimul omnibus, ſed ſuo cuique tempore, donec diſcedẽdo de hac vita, & ſuccedẽdo in hanc vitã, vniuerſus eiuſdẽ populi numerus cõplea-

tur, vt hoc ſanctæ ſcripturæ loco non aliud ſit flatus, aliud ſpiritus, ſed eiuſdem ſententiæ repetitio. Sicut non eſt alius qui habitat in cœlis, & alius dominus: Nec aliud ẽ irridere, & aliud ſubſannare, ſed eadem ſententia repetita eſt, vbi legitur, Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus ſubſannabit eos. Vel cum dictum eſt, Dabo tibi gen Pſal.2.
tes hæreditatẽ tuam, & poſſeſsionem tuam fines terræ: Non vtique aliud dixit hæreditatem, aliud poſſeſsionem, nec aliud gentes, aliud fines terræ, ſed eiuſdẽ ſententiæ repetitio eſt. Et innumerabiles inueniet huiuſmodi locutiones diuinorũ eloquiorum, ſi aduertit quod legit. Quod autem græcus dixit, πνεῦμα, hoc Latini varie interpretati ſunt, Aliquando flatum, aliquando ſpiri- B
tum, aliquando inſpirationem. Nã hoc verbum habent codices græci in iſto prophetico teſtimonio, de quo nunc agimus, vbi dictum eſt, Qui dat populo flatũ ſuper eam: Eſa. 42.
hoc eſt πνοὴν. Ipſum verbum eſt & vbi ho Gene.2.
mo animatus eſt, Et inſufflauit deus in faciẽ eius flatum vitæ. Sed ipſum verbum eſt in Pſalmo vbi canitur, Omnis ſpiritus lau Pſa.150
det deum. Ipſum eſt & in libro Iob vbi ſcri Iob.32.
ptũ eſt. Aſpiratio aũt omnipotentis eſt quæ docet, Noluit dicere flatus ſed aſpiratio, cũ in græco ſit πνοὴν. Quod etiã in illis verbis Prophetæ, de quibus nunc diſputamus, & certe hoc loco neſcio, vtrum debeat dubitare ſpiritum ſanctũ eſſe ſignificatum. Agebatur.n. de ſapientia vnde ſit in hominibus, quia nõ ex numero annorum, ſed ſpiritus, inquit, eſt in hominibus: aſpiratio autẽ omnipotentis quæ docet, vt intelligeretur iſta repetitione, nõ ſe de ſpiritu hominis dixiſſe, quod ait, ſpiritus eſt in hominibus. Volebat.n. oſtendere vnde habeant ſapientiam, quia non à ſeipſis, & repetendo id expoſuit dicens, Aſpiratio omnipotentis eſt quæ do
cet. Item alio loco in eodem libro, Intelle- Iob.27.
ctus, inquit, labiorum meorum pura intelli C
git. Spiritus diuinus qui fecit me, aſpiratio autem omnipotentis, quæ docet me. Et hic quod ait aſpiratio, vel inſpiratio, in græco eſt πνοὴ, qui in illis Prophetæ verbis interpretatus eſt flatus. Quamobrem cum temere negetur de anima hominis, vel de ſpiritu hominis eſſe dictum, Qui dat flatum populo ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam: Eſa. 42.
quãuis ibi & ſpiritus ſanctus multo credibilius poſsit intelligi, qua tandem ratione audebit aliquis definire, animã, vel ſpiritum,

quo natura noſtra viuit, loco illo noluiſſe ſignificare prophetam: cum profecto ſi apertiſsime diceret, qui dat animam populo ſuper terrã, adhuc q̃rẽdum eſſet, vtrum ẽ deus ex origine pcedẽtis generis det, ſicut ex origine pcedentis generis, ipſe tamẽ dat corpus, nõ ſolũ homini aut pecori, ſed ẽt ſemini tritici, aut alicuius cæterorũ quo voluit: an vero noua ſicut hõ primus accepit, inſufflẽt. Sunt ẽt qui hæc verba prophetica ſic intelligant, vt quod ait, Dedit flatũ populo ſuper eam: id eſt ſuper terram, non niſi animam hominis velint accipi flatum.
D Quod vero adiunxit, Et ſpiritum calcanti
bus eã: ſpiritum ſanctum ſignificatum arbitrantur, illo ſcordine quo & Apoſtolus dicit, Non primum qđ ſpirituale eſt, ſed quod animale, poſtea ſpirituale. Nam ex hac prophetica ſententia ẽt elegans ille ſenſus exculpitur, quod ita dixerit calcantibus eam, vt vellet intelligi, contemnentibus eã. Qui
m. accipiunt ſpiritum ſanctum, amore cœleſtium terrena contemnunt. Hæ omnes ſententiæ non ſunt contra fidem, ſiue vtrũq;, id eſt, & flatum & ſpiritum qui pertinet ad humanam naturã. quis intelligat, ſiue vtrũque dictũ accipiat de ſpiritu ſancto, huc flatum ad animam, ſpiritum vero ad ſpiritum ſanctum referat. Sed ſi anima & ſpiritus hominis & hic intelligendus eſt, ſicut non dubitandum eſt, quod eam deus det ita quærẽdum eſt adhuc vnde det, vtrum ex propagine, ſicut ipſe quidem dat, ſed tamen ex propagine dat corporis mẽbra: an uero noua, neq; propagatum ſingulis inſufflando diſtribuat: quod non ambigua, ſicut iſta tacit,
17. ſed aliqua certiſsima volumus diuinorum eloquiorum authoritate defendi. Eadẽ ratione etiam quod dicit deus, Spiritus à me exiet, & omnem flatum ego feci: de ſpiritu
15. quidem ſancto accipiendum eſt quod ait, E Spiritus à me exiet. De quo & ſaluator ait. A patre procedit. Sed quod dictum eſt, omnem flatum ego feci: de omni anima dictũ negari non poteſt, Sed omne etiam corpus ipſe facit. Quòd autem ex propagine corpus humanum faciat, nullus ambigit. Ac p
hoc de anima cum eam conſter ab illo fieri, vnde eam fecit, vtrum ex propagine ſicut
12. corpus, an inſufflando ſicut primam fecit, adhuc vtiq; requirendum eſt. Adiecit etiã tertium teſtimonium, quia ſcriptum eſt.
Qui fingit ſpiritum hominis in ipſo, quaſi hoc negetur. Sed vnde eum fingat, hoc quæritur. Nam & corporalem hominis ornatum quis niſi deus fingitur? Et puto quod non extra, ſed in ſeipſo, & tamen vt eſt, cerotum eſt ex propagine. Cur ergo & ſpiritũ hominis in ipſo fingat, quærendum eſt vtrũ noua inſufflatione, an tractum ex propagine. Nouimus etiam Machabeorum iuuenem matrem, fœcundiorem virtutibus quãdo filij paſsi ſunt, quam fœtibus quando nati ſunt, eos ſic fuiſſe adhortatam vt diceret, Filij, neſcio quomodo apparuiſtis in ventre meo, Neque enim ego ſpiritum & animam donaui vobis, nec ſingulis vobis vultus & membra formaui, ſed deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, feciſq; hominum genus, & omnium inquirit actum, ipſe vobis ſpiritum & animam reddet cum magna miſericordia. Nouimus hęc quidem, ſed huic quomodo ſuffragentur ad id quod aſſerit, nõ videmus? Quis enim Chriſtianorũ neget deũ donare hominibus animam & ſpiritũ? Sed eodẽ mõ exiſtimo iſtũ negare non poſſe, deum donare hominibus linguã, aurem, manum, pedẽ, omnesq; corporis ſenſus & omnium formã naturamq; membrorum. Quõ.n. hęc dei dona eſſe negaturus eſt, niſi ſe obliuiſcatur eẽ Chriſtianum? Sed ſicut conſtat ex propagine ab illo hæc fieri atq; donari, ita quærẽdum eſt ẽt, ſpiritus & anima hominis vnde ab illo efficiatur, à quo efficiente donatur, vtrum ex parentibus, an ex nihilo, an quod iſte affirmat, ſed omni modo cauendum eſt, ex aliqua ſtatus ejus exiſtente natura, non de nihilo creata, ſed de ipſo?

Cum igitur ſcripturarum teſtimonia, q̃ Cap.15.
commemorat, nequaquam doceant id quod perſuadere conatur, quòd enim ad hanc qõnem attinet, omnino non exprimunt: quid eſt quod dicit, animam ex flatu dei conſtanter aſſerimus, non ex traduce, quia ex deo dat? Quaſi corpus ex alio detur, q̃ ex illo à G
quo creatur, ex quo omnia, per quẽ omnia, Ro. 11.
in quo omnia: quãuis nõ de eius natura, ſed ex eius opificio. Neq; ex nihilo inquit, qa ex deo proficitur. Hoc planè non adhuc q̃rendum monemus, vtrum ita ſit, ſed prorſus verũ non eſſe qđ dicit, id eſt, quod anima nec ex traduce ſit, nec ex nihilo. Hoc inquam, uerũ non eſſe ſine dubitatione firmamus. Vnum eſt. n. è duobus, ſi ex traduce non eſt, ex nihilo eſt, ne ita ſit ex deo ut naturæ ſit dei, quod omnino ſacrilegum eſt credere. Sed adhuc vtrum non ſit ex

traduce

traduce certa teſtimonia flagitamus aut q̃rimus,nõ qualia iſte poſuit,quibus hoc qđ quærimus non oſtenditur. Qui vtinam in tanta profunditate quæſtionis,quandiu qđ dicat ignorat, imitaretur Machabęorũ matrem, Quæ cum ſciret de viro ſe filios concepiſſe,& à creatore omnium, ſiue ſecũdũ corpus,ſiue ſecundum animã & ſpiritum ſi
2.Ma.7. bi creatos eſſe,ait tũ,Neſcio quomodo apparuiſtis in ventre meo. Vellem iſte diceret quid iſta neſciebat. Hæc.n.quæ dixit,vtiq; ſciebat,quomodo ſecundum corpus in eius vterum venerint,quia de viro eos concepiſſe dubitare non poterat, Confitebatur etiã, quia & hoc vtiq; ſciebat,q̃ deus illis animã
H & ſpiritũ dederit, q̃ ipſe illis vultus & mẽbra formauerit. Quid ergo neſciebat? An forte quod neſcimus & nos, vtrum animã & ſpiritum quem deus illis ſine dubio dedit,de parentibus traxerit, an nouum ſicut homini primo inſufflauerit?Sed ſiue hoc,ſiue aliud aliquid de naturæ humanæ inſtitutione neſciebat neſcire ſe dicebat,non quod neſciebat temere defendebat.Nec tamẽ iſte huic diceret,qđ nobis dicere non erubuit.
Pſal.48. Homo in honore poſitus non intellexit,cõparatus eſt pecoribus inſenſatis, & ſimilis factus eſt illis. Ecce iſta mulier dixit de filijs ſuis. Neſcio quomodo apparuiſtis in ventre meo,nec tamen comparatur pecoribus inſenſatis,aut ſimilis factus eſt illis.Neſcio dixit, Et quaſi quærerent ab ea,cur neſciret,adiunxit,Neq;.n.ego ſpiritum & animam donaui vobis. Ille ergo qui donauit, ſcit vnde fecerit quod donauit,vtrum ex ꝓpagine attraxerit, an nouum inſufflauerit. Quod ego,inquit,neſcio vobis,nec ſingulis vultus & membra formaui,ille ſcit qui formauit,vtrum ſimul animam formauerit,an vero iam formatis animam dederit. Quo ergo modo, vtrum illo an iſto in eius ventrem venerint filij neſciebat,& illud tamen
I ſciebat, totum quod dedit redditurum eſſe eum qui dedit. Sed eligat iſte in naturæ humanæ tam profundo abditoq; ſecreto,quid mulier iſta neſcierit, tantum non iudicet mentientem,nec pecoribus inſenſatis comparet neſcientem. Quicquid erat quod illa neſciebat, profecto ad naturam hominis ptinebat,quod tamen ſine culpa homo neſciebat. Quapropter dico etiam ego de anima mea, neſcio quomodo venerit in corpus meum,neque enim ego illam mihi donaui, ſcit ille qui donauit, vtrum illam de patre modo traxerit, an ſicut primo homini nouam creauerit.

Sciam etiam ego ſi ipſe docuerit, quan- Capit.6
docunq; voluerit. Nunc autem neſcio,nec me pudet, vt iſtud fatear neſcire, quod neſcio Diſce,inquit,ecce Apoſtolus docet,Diſcam plane ſi Apoſtolus docet. Non.n.niſi deus per Apoſtolum docet.Sed quid eſt tãdem quod docet Apoſtolus? Ecce, inquit, cum Athenienſibus loqueretur,hoc conſtãter expoſuit,dicens, Cum ipſe det omnibus Act.17.
vitam & ſpiritum. Quis enim hoc negat? Sed intelligite,inquit, quod ait Apoſtolus, Det,inquit,non dedit,ad infinitum & iuge tempus reuocans, non de præterito & perfecto pronuncians. Et quod ſine ceſſatione dat,ſemper dat:ſicut ſemper eſt ipſe q̃ dat, K
Verba eius poſui,ſicut in eorum quos miſiſti,ſcdo libro eius inueni. Vbi primum vide quo progreſſus fuerit, dum nititur affirmare quod neſcit. Auſus eſt.n.dicere,deum non nunc ſolum atq; in iſto tm̃ mõ ſeculo, ſed per infinitum tempus ſine ceſſatione,atque omnino ſemper animas naſcẽtibus dare. Semper,inquit,dat,ſicut ſemper eſt ipſe qui dat. Quid Apoſtolus dixerit,quia ſatis apertum eſt me intelligere, abſit vt negem, quod autem iſte dicit, debet etiam ipſe intelligere contra fidem eſſe Chriſtianam, atque vlterius cauere ne dicat. Cum.n.mortui reſurrexerint,iam nemo naſcetur, atq; ideo tunc non dabit naſcentibus animas,ſed eas quas dat in iſto ſeculo, cum corporibus iudicabit. Non ergo ſemper dat, q̃uis ipſe ſemper ſit qui nunc dat. Nec tũ qm̃ beatus Apoſtolus non dixit,dedit,ſed det:inde cõficitur quod vult iſte conficere, non eum ex propagine animas dare. Ipſe quippe dat, etiam ſi de propagine dat. Quia & corporis membra,& corporis ſenſus,& corporis formam, & corporis omnino ſubſtantiam ipſe hominibus dat,q̃uis ex propagine det. Neque.n.quia dominus, Si fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, deus ſic veſtit,nec ait,veſtiuit, ſicut primum qm̃ Matt.6.
inſtituit: ſed ait,veſtit,quod & nunc facit, L
ideo negabimus lilia de origine ſui generis procreari. Quid ſi ergo ſic etiam anima & ſpiritus hominis & à deo datur quandiu datur, & tamen ex propagine ſui generis datur? Quod ego nec defendo,nec refello.Sed ſi defendendum eſt,vel refellendum,perſpicuis non ambiguis teſtimonijs id agendum eſſe commoneo. Nec propter ea pecoribus inſenſa-

inſenſatis ſum comparandis, quia hoc me nondum ſcire pronuncio,ſed potius cautis hominibus, quia non audeo docere quod neſcio. Iſtũ aũt non ego uicisſim quaſi rependens maledictum pro maledicto, pecoribus comparo, ſed tãquam filium moneo, vt quod neſcit,ſe neſcire fateatur, neque id quod nondũ didicit,docere moliatur,ne cõparetur non pecoribus,ſed illis hominibus quos dicit Apoſtolus, Volentes eſſe legis
1.Tim.1. doctores,non intelligentes, neque quæ loquuntur,neque de quibus affirmant.
1.Tim.1.6

Nã vnde eſt quod ita ſcripturas de quibus loquitur,non curat aduertere, vt cum legerit homines eſſe ex deo, non eos etiam M
ſecundum corpus,ſed tantum ſecundũ animam & ſpiritum ex deo eſſe contẽdat? Qđ enim ait Apoſtolus,Ex ipſo ſumus:nõ vult iſte ad corpus,ſed tantum ad animam & ſpiritum eſſe referendum. Si ergo ex deo non ſunt corpora,falſum eſt quod ſcriptum eſt, Rom.11. Ex quo omnia,per quem omnia, in quo omnia. Deinde ubi dicit idem Apoſtolus, Sicut enim multis ex viro, ita & vir per mulierem: exponat nobis iſte quam propaginem ſignificare voluerit,animæ, an corporis,an vtriuſque? Sed non vult eſſe animas ex propagine. Reſtat ergo vt ſcđm ipſum, atq; omnes qui animarum propaginem deſtruunt, corpus tantum maſculinum & fœminium ſignificauerit Apoſtolus dicens, Sicut.n.mulier ex viro,ita & vir per mulierem:quia mulier ex viro facta eſt, vt etiam vir per mulierem poſtea naſceretur.Si ergo hæc Apoſtolus dicens,non etiam animas & ſpiritus,ſed tantum corpora vtriuſq; ſexus volebat intelligi, cur continuo ſubiunxit, Oia aũt ex deo: niſi q̃a & corpora ex deo? Ita quippe ait,Sicut n.mulier ex viro,ita & vir per mulierem,omnia autẽ ex deo. Eligat ergo vnde ſit dictum.Si de corporibus, A
profecto & corpora ex deo ſunt. Quid eſt ergo quod vbicunq; iſte in ſcripturis legit ex deo,qñ de hominibus agitur,non & corpora,ſed tm̃ animas & ſpiritus vult intelligi?Si uero quod dictum eſt. Omnia aũt ex deo:& de corpore vtriuſq; ſexus, & de anima ac ſpiritu dictum eſt,ergo ſecundum omnia eſt mulier ex viro. Mulier enim ex viro,vir per mulierem,omnia autẽ ex deo. Quæ omnia niſi de quibus loquebatur.i.& ille vir ex quo mulier, & illa mulier quæ ex viro,& ille vir qui per mulierem? Neq; enim ille vir per mulierem,ex quo viro mulier,ſed vir qui natus eſt poſtea ex viro per mulierem,quemadmodum hodieq; naſcuntur. Ac per hoc ſi cũ iſta diceret Apoſtolus, de corporibus loquebatur,proculdubio corpora vtriuſque ſexus ſunt ex deo. Porrò ſi non vult eſſe ex deo hominũ niſi animas & ſpiritus,profecto etiam ſecundum animã & ſpm̃ mulier erit ex viro, & nihil iam relinquetur eis, qui contra animarum propaginem diſputãt.Si aũt ita diuidit,vt dicat mulierem ex viro eſſe ſecundum corpus: ex deo autem ſecundũ animam & ſpiritũ,qũo 1.Co.11.
erit verum,quod ait Apoſtolus,Omnia aũt ex deo:ſi mulieris corpus ita eſt ex uiro,vt non ſit ex deo? Quapropter vt Apoſtolus potius verum loquatur, q̃ iſte Apoſtolo pferatur, mulier ex viro eſt, ſiue ſecundum ſolum corpus, ſiue ſecundum totum, quo B
conſtat humana natura. Nihil enim horum tanquam certum affirmamus, ſed qđ horum verum ſit adhuc quærimus, & vir per mulierẽ, ſiue ex parte tota hominis natura ducatur,quæ per mulierẽ naſcitur,ſiue ſola caro,vnde adhuc quæſtio eſt,omnia tũ ex deo, vnde nulla quæſtio eſt.i.& corpus & anima & ſpiritus,& viri & mulieris. Et ſi.n.non ex deo nata vel tracta ſunt,vel manarunt,ita vt eius naturæ ſint, tamẽ ex deo ſunt. A quo.n.creata,condita, facta ſunt,ab illo habent vt ſint.Sed dicendo,inquit Apoſtolus,Et ipſe det omnibus vitam & ſpiritũ. Act.17.
Deinde addendo, fecitq̃ue ex vno ſanguine omne genus hominum, animam & ſpiritũ originaliter retulit ad authorem,corpus ad traducem. Immõ vero qui non vult temere animarum negare propaginem,antequã liquido clareat,vtrum ita an non ita ſit,habet quod in iſtis verbis Apoſtoli intelligat, Ex vno eum ſanguine dixiſſe,ex vno homine, à parte totum ſignificante locutionis modo. Si.n.ipſi licet intelligere à parte totum quod ſcriptum eſt, Et factus eſt homo Gene.2.
in animam viuam: vt illic intelligatur & ſpiritus de quo ſcriptura ibi tacuit,cur alijs non liceat ſic accipere quod dictum eſt, Ex C
vno ſanguine: vt illic & anima & ſpiritus poſsit intelligi, quoniam homo ſignificatus nomine ſanguinis, non ſolum conſtat ex corpore,verumetiam ex anima & ſpiritu? Sicut enim qui propaginem defendit animarum, non hinc iſtum debet opprimere, quia de primo homine ſcriptum eſt,In quo omnes peccauerunt: non enim dictum eſt, Rom.5.
in quo omnium caro peccauit, ſed omnes

dictum est:in quo omnes homines,cū homo non solum sit caro.Sicut ergo hinc iste non debet opprimi, quia forte ita dictū est, omnes homines, vt secundum solam carnē intelligerentur: sic iste non hinc debet premere defensores propaginis animarum, qa dictum est, omne genus hominum ex uno sanguine, tanquā propterea sola caro pertineat ad propaginem. Si n.hoc est verū, qđ isti asserunt,ut non ut anima ex anima, sed caro ex carne sit tantum, ita dictum est ex vno sanguine,vt non totus homo significaretur à parte, sed tantum vnius hominis caro.Illud vero quod dictum est,in quo omnes peccauerunt, sola omnium hominum caro intelligenda est,quæ inde trāsfusa est, a toto partem significante scriptura. Si autē illud est verum, quod totus homo ex toto homine propagatur.i corpus, anima & spiritus, ibi proprie dictum est in quo omnes homines peccauerunt: hinc autem tropice ex vno sanguine totum significatur a parte, id est totus homo, qui ex anima constat & carne,vel potius vt iste amat loqui, ex anima & spiritu & carne. Nam & ex parte totum, & ex toto partem diuina eloquia significare consueuerunt. Ex parte enim totum
1 Mal.64. significatum est, vbi legitur, Ad te omnis caro veniet:quia ex carne intelligitur totus homo, Ex toto autem pars,cū dicitur Christus sepultus,cum sola eius caro sepulta sit. Iam illud quod in hoc Apostoli testimonio positum est,quia ipse dat omnibus vitam & spiritum: secundum superiorem disputationem puto quod neminem moueat. Ipse.n. dat.Sed adhuc quærimus vnde det, vtrum ex noua insufflatione,an ex propagine? Ipse quippe dare etiam carnis substantiā rectissime dī,quā tū dare ex propagine nō negat.

Cap. 18 Nunc videamus illud de Genesi testimonium,vbi facta mulier de latere viri,ad
Gene.2. ducta est ad eum & dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea.Hoc qppe putat iste, quòd dicere debuerit Adam, anima ex anima mea, vel spiritus de spiritu meo,si etiam hoc de illo tractum esset. Sed illi qui propaginem asserunt animarum, hinc se putat inuictius suam munire sententiam,quia cum scriptum sit, detraxisse deū costam de latere viri, eamque ædificasse in mulierem,non est additum,quod in eius faciem sufflauerit flatum vitæ,ideo inquiunt, quia iam de viro fuerat animata Nā si non fuisset,nequaquam hos,inquiunt,sancta scriptura huius rei cognitione fraudasset.Atilud vero quod ait Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:nec ait, Ibidem. spiritus vel anima de spiritu meo, vel anima de anima mea: sic ab eis responderi pōt, quemadmodum superius demōstratum est, vt a parte totum intelligatur.hoc dictū, os & caro mea,sed quæ animata fuerint detracta,non mortua.Neque.n.hoc omnipotentem facere potuisse,ideo negandum est, qa nullus hominum potest aliqd cum anima de humana carne præcidere. Nam quod Adam secutus adiunxit,Hęc vocabitur mulier,quia de viro suo sumpta est:cur non ait potius, vnde opinio confirmaretur istorū, qñ de viro suo caro eius sumpta est? Hic vtiq; illi qui contra sentiunt ,possunt dicere,quia non est scriptum carnem mulieris, F
sed mulierem de viro sumptam suo, totam debere accipi cum anima & spiritu. Nam etsi anima sexu caret, non tamen qñ appellātur mulieres, excepta anima eas necesse est intelligi. Alioquin non ita se admonerētur ornare.Non intortis crinibus, aut auro,vel margaritis, aut uestę præciosa, sed 1.Tim.2
quod decet,inquit,mulieres, promittentes pietatem per bonā cōuersationem. Vtique pietas intus est in anima vel spiritu, & tū mulieres appellatæ sunt etiam ut se intus ornarent,vbi nullus est sexus. Cū itaq; isti sic inter se alternante sermone certauerint. ego inter eos sic iudico, vt ne incognitis fidant,& temere audeant affirmare quod nesciunt,vtroq; commoneam.Si.n.scriptum esset, insufflauit flatum vitæ in faciem mulieris,& facta est in animam viuam:nec sic esset iam consequens, vt non propagaretur ex parentibus anima, nisi etiam de filio corum hoc scriptum similiter legeretur.Fieri enim potuit,vt mēbrum non animatum de corpore extractum indigeret animari.Filij vero anima ex patre per matrē propaginis transfusione traheretur. Cum vero tacitum est,occultatum est, non negatum, sed neq; affirmatū Ac per hoc sicubi forte non G
tacitū est,clarioribus documētis est astruēdum. Vnde nec illi defendunt animarum propaginem, ex eo quod non sufflauit deus in faciem mulieris, aliquid adiuuantur:nec illi qui eam negant,ideo quia non dixit Adam,anima de anima mea, debent sibi persuadere quod nesciunt. Sicut enim eadem non soluta, sed manente quæstione potuit tacere scriptura, quòd mulier deo sufflante

flante sicut uir eius acceperit animā: sic eadem non soluta,sed manente quæstione potuit tacere scriptura,vt Adam non diceret, anima de anima mea. Ac per hoc si primæ mulieris anima ex viro est, a parte totū signi-
ficatum est,ubi legitur, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, cū tota ex uiro,non caro sola sit sumpta. Si aūt nō est ex uiro, sed eā deus insufflauit sicut ui-
ro,à toto pars significata est,ubi legitur, De viro suo sumpta est: cum caro eius non tota sit sumpta. Quapropter cū his testimonijs,quæ ad hanc rem ptinent, utiq; ambiguis non soluatur hæc qō: illud tā scio sic argumentari homines,qui ex hoc putāt animā mulieris non esse de anima viri,qa non est dictum,anima de anima mea: sed, caro de carne mea:quemadmodum argumentan
H tur Apollinaristæ,vel quicūq; sunt alij,ad
1. uersus animam domini. Quam propterea negant,quia scriptū legunt.Verbū caro factum est.Si.n & anima,inquiunt, ibi esset, debuit dici,Verbum homo factum est.Sed istis propterea dic,tur,carnis nomine solere scripturam totum hominem nuncupare
40. sicut ibi,Et videbit omnis caro salutare dei:
7. non.n.caro sine anima aliquid videre pōt.

Quia plurimis alijs sanctarum scripturarum locis,non solum carnē verumetiā humanā.i.rationalem inesse homini Christo, sine vlla ambiguitate monstratur. Vnde & isti a quibus animarum propago defenditur,possent accipere a parte totum esse dictum,Os de ossibus meis, & caro de carne mea,vt illic intelligatur & anima, quemadmodum verbum carnem factum non sine anima accipimus.si quemadmodum alia testimonia docent habere humanam animam Chrm,ita & isti aliquibus non ambiguis testimonijs propaginem astruerent animarū.
Pari vice admonemus etiam hos qui animarum propaginem destruunt, vt nouas à
I deo sufflari animas certis documentis asserant, & tunc illud quo dictum est, Os ex ossibus meis,& caro de carne mea,nō tropice a parte totū vt simul intelligatur & anima,sed proprie de sola carne dictum esse defendant.
9.19.

Quæ cum ita sint, uideo librum istum iam esse claudendum. Omnia quippe quæ mihi maxime necessaria uidebantur, continent. Quibus hi qui legerint,sciant se cauere debere,ne huic homini cuius duos libros mihi misisti,in hoc consentiant,ut credant animas sic ex flatu dei esse, vt non sint ex nihilo. Hoc.n.qui credidit,etsi verbis neget re ipsa clamat animas dei habere substantiam,& ipsius genus esse,non munere, sed natura. Nam de eo quo quisq; naturæ suæ originē ducit,de illo naturæ suę genus ducere negari sobrie nullo pacto potest. Iste autem ita sibi est ipse contrarius, ut genus dei esse animas dicat,non natura sed munere,& tū non factas ex nihilo,sed ex illo dicat originē ducere ac sic eas qđ prius negauerat,ad dei naturam reuocare non dubitat. Animarum autē nouarū sine propagine insufflationem,defendi quidem minime prohibemus,sed ab eis qui potuerint aliquid inuenire,vel in canonicis libris, quod non sit ambiguū dissoluendæ huic obligatissimæ q̄stioni,vel in ratiocinationibus suis,quod nō K
sit contrarium catholicæ uerttati,non a talibus qualis iste apparuit:qui non inueniendo qd diceret,& deliberationē suam nolendo suspendere, vires suas omnino non metiens ne taceret,ausus est dicere, inquinari animam meruisse, & p carnē meruisse esse animam peccatricē,cuius nullum meritum seu bonum seu malum ante carnem potuit inuenire, Et paruulis sine baptismo de corpore exeuntibus,solui posse originale peccatum,& offerendum pro eis sacrificium corporis Christi,qui Christo nō sunt incorporati p eius sacra in eius Ecclesia, eosque sine lauacro regenerationis de hac uita emigrantes,non ad requiem tantum ire, sed ad regnum cœlorum posse etiam peruenire. Et alia multum absurda, quæ omnia colligere,atq; in isto libro digerere, longum uisum est. Absit ergo vt animarū propago si falsa,a talibus refellatur, & animarum nouarū insufflatio si vera est, a talibus defendatur. Quamobrem quicunq; volūt defendere,q̄ dicuntur animę nouæ nascentibus insufflari,non de parentibus trahi, aliquid illorum quatuor quæ supra commemorauī,caueant omnimodo. Hoc est, Ne dicant L
a deo fieri animas peccatrices, per alienum originale peccatum.Ne dicant paruulos q̄ sine baptismo exierint, peruenire posse ad uitam æternam regnum.q; cœlorum,originali peccato per quodlibet aliud resoluto, Ne dicant animas peccasse alicubi ante carnem, & hoc merito in carnem peccatricem fuisse detrusas, Ne dicant peccata quæ in eis inuenta non sunt, quia præscita sunt,merito fuisse punita,cū ad eum vitæ

ubi ea cõmicterent,permissæ non fuerint p uenire. Nihil ergo istorum quatuor dicentes,qm quodlibet eorũ falsum atq; impium est,inueniat etiam scripturarũ de hac re certissima testimonia,& hanc sententiam suã, non solũ me non uetante,uerũetiam fauente & gras agente,defendant.Si aũt non inueniunt certissimã de hac re authoritatẽ diuinorum eloquiorũ, & aliud illorũ quatuor p inopiam dicere compelluntur,cohibeant se,ne p ipsam iopiam ẽt paruulorũ animas nõ habere originale pctm secundum Pelagianã hæresim olim dãnabilẽ,nuperrimeq; damnatã,dicere compellantur. Melius est. n.homini fateri se nescire quod nescit, q̃ in hæresim uel damnatam incurrere,vel nouã cõdere, dum temere audet defensare,quod
M nescit. Alia huius hominis falla & absurda, in quibus non tam periculose,veruntamen a tramite veritatis exorbitat,quoniã multa sunt,& ad ipsum ẽt si dñs voluerit, aliquid de libris eius volo scribere, ibi forsitã omnia,uel si oía nõ potuero,plurima ostendã.

Cap.20. Istum aũt librum quem ad te potius,qui curã & fidei nr̃æ, & existimationis meæ, & verus catholicus & bonus amicus fideliter benigneq; gessisti,q̃ ad alium quenquã scribendũ putaui,tu legendum dabis uel describendũ quibus potueris,uel quibus dandũ esse iudicaueris. In quo istius iuuenis p̃sumptionẽ ita reprimendã & redarguendam putaui,ut tamen eũ diligam, nec dam
2. Ti.2. nari,sed emendari velim. Atq; ita proficere in domo magna,quę est Ecclesia catholica quo eũ misericordia diuina pduxit,vt sit in illa vas honore sanctificatum,utile dño, ad omne bonũ semper paratum,& bene viuendo,& sana docendo. Porro aũt si ipsum oportet ut diligam,sicut facio,quanto magis te frater,cuius erga me beneuolentiã,& cuius catholicam fidem cautã & sobriam optime noui. Vnde factum est,ut eos libros qui tibi displicuerunt,& in quibus nomen meũ aliter q̃ uelles positum cõperisti,describendos mihiq; mittendos uera fraterna plane-
A q̃ue syncera dilectione curares. Tantum ergo abest, ut hinc tuæ charitati succenseam,quia feceris,ut potius nisi feceris, integro iure amicitiæ succensere deberem. Ago itaque vberes gratias. Quemadmodũ autem acceperim factum tuum, hinc manifestius iudicaui, quod hunc ad te librum mox ut illos legi,sine aliqua dilatione conscripsi.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de anima & eius origine, ad Petrum presbyterum Epistola, siue Liber Secundus.

DOmino dilectissimo,fratri Cap. 1.
& compresbytero Petro, Augustinus Episcopus in dño salutẽ. Peruenerũt ad me duo libri Vincẽtij Victoris,quos ad sanctitatem tuã scripsit,mittente mihi eos fratre nostro Renato homine quidem laico,sed pro sua fide & eorũ quos diligit, prudenter religioseq; solicito. Quibus lectis, uidi hominem B
in sermone quidẽ, non solũ usq; ad sufficiẽtiam,uerumetiã vsq; ad redundantiam profluentem,sed in rebus de quibus loqui uoluit,nondum sicut oportet instructum, qđ si ei fuerit domino donante collatũ, poterit esse vtilis pluribus. Habet.n.non minimũ facultatis, qua possit explicare atq; ornare quę sentit, si prius det operã recta sentire. Valde quippe sunt noxia praua deserta, q̃ hominibus minus eruditis,eo quod diserta sint,videntur & vera. Quomodo autẽ eosdem libros ipse acceperis,nescio. Veruntã si verum est quod audiui, diceris eis recitatis ita exiluisse lætitia, ut caput iuuenis illius senex,& laici præsbiter osculatus,didicisse te quod ignorabas, gratias egeris, Vbi quidem non improbo humilitatem tuam, imo uero etiam laudo quod honorasti doctorem tuum,nec hominem,sed ipsam quæ tibi per illum loqui dignata est veritatem, si tamen potueris demonstrare,quid per illum veritatis acceperis. Vellem itaq; referri ptis tuis,quid te docuerit me doceres, Absit enim ut erubescã à presbytero discere,si C
a laico tu non erubuisti prædicanda & imitanda humilitate uera didicisse.

Proinde frater dilectissime, quid ab eo Cap. 2.
didiceris,nosse cupio, vt si iam id sciebam, gratuler pro te:si autem nesciebam , discam per te. Itane tu ignorabas duo quædam esse,animam & spiritum, secundum id quod scriptum est,Absoluisti à spiritu meo animam meam: & vtrunq; ad naturam hominis pertinere, vt tutus homo sit spiritus & anima & corpus? Sed aliquando duo ista simul nomine animæ nuncupari, quale est Gene.2.
illud, Et factus est homo in animam viuã.

Ibi quippe & spiritus intelligitur. Itemq;
1.19. aliquando vtrunq; nomine spiritus dici, si cuti est, Et inclinato capite tradidit spiritũ: vbi & anima necesse est intelligat̃,& utrunq; unius esse substantiæ. Puto quod ista iã sciebas. Si autem nesciebas, non te aliquid quod magno periculo nesciatur, didicisse scias. Et si quid hinc subtilius disputandum est,melius cum ipso agitur, cuius iam nouimus & eloquium, vtrum cum dicitur anima ita vt simul intelligatur & spiritus utrũque anima sit:spiritus aũt aliq̃d animæ sit, an sicut ei visum est, à parte totum appelletur hoc nomine, siue etiã utrunq; spiritus sit:pars vero eius sit quæ proprie dicitur anima,an & hoc a parte totum vocetur,quãdo ita dicitur spiritus, vt simul intelligatur
D & anima, sic. n. huic placet. Verum ista, vt dixi,& subtiliter disseruntur,& sine ullo vel certe sine magno periculo nesciuntur. Itemq; alios esse corporis, alios autem animæ sensus,miror si iste te docuit, & tu homo id ætatis & honoris antequã istum audires unum atq; idẽ putabas esse quo albũ nigrumq; discernitur, quo nobiscum uidẽt etiã passeres:& quo iustum atq; iniustum
1.4. diiudicatur,quo videbat Tobias, etiam car
12. nis luminibus perditis. Hoc si ita est profecto quãdo audiebas vel legebas. Illumina oculos meos ne unquã obdormiam in mor te:nõ nisi carnis oculos cogitabas:aut si hoc
1. obscurum est,certe qñ illud A postoli recolebas,illuminatos oculos cordis uestri : nos sub frõte & supra buccas cor hr̃e credebas? Asit vt de hoc sentiã. Neq; hoc te igit̃ iste docuit. Aut si forte ante eius doctrinam, q̃ mõ te inuenisse lætaris, animę naturæ dei putabas esse portionẽ,hoc plane cum horrendo periculo falsum esse nesciebas. Et si ab isto didicisti,cp anima portio dei non sit, age deo gratias quantas potes,cp non ante-
E quã hoc didicisti,de corpore existi,Exisses. n.magnus hæreticus, & blasphemator horrendus.Nullo tamen modo etiam,id te existimauerim,quod homo catholicus neq; cõtemptibilis præsbyter,animæ naturam portionẽ dei sentiebas esse. Vnde fateor,dilectioni tuæ,timeo ne forte hoc te iste docuerit quod potius sit contrarium ei fidei quã tenebas.

3. Sicut enim arbitror,te nunquam in catholica animam credidisse dei esse portionem, uel vllo modo animæ & dei eandem esse naturam:ita metuo ne forte consense-
ris huic homini, quòd animam deus non de nihilo fecerit,sed ita ex ipso sit,ut ab ipso emanauerit. Hoc enim etiam uerbũ iste posuit inter cætera, quibus in hac quęstione ad immane præcipitium exorbitauit. At vero hoc si te docuit,nolo me doceas. Imo etiam volo ut quod didiceras,ipse dediscas. Parũ est.n.nõ credere,neq; dicere,cp pars dei sit anima . Neq;.n.& filium vel spiritũ sanctum patrem dei esse dicimus,& tñ dicimus patrẽ,& filiũ & spũmsãctũ vnius eiusdẽq; esse naturæ. Parũ est ergo vt non dicamus animam esse partem dei,sed hoc etiam opus est, vt dicamus non eam & deũ vnius eiusdemq; esse naturæ. Vnde ille recte quidem ait,genus dei esse animas munere, non natura,ac per hoc non omnium,sed fideliũ. F
Sed rursus ad id quod declinauerat deuolutus est, & deum atq; animam eiusdem dixit esse naturæ,non quidem his verbis, sed aperta manifestaq; sententia . Cum.n.animam ita esse dicit ex deo,vt eam nec ex alia natura,nec ex nihilo,sed ex semetipso creauerit,quid persuadere conatur,nisi id quod alijs verbis negat animam.s.eiusdem cuius deus est,esse naturæ?Omnis quippe natura vel deus est, qui nullum habet authorem, vel deus non est', quia ipsum habet authorem . Sed quæ habet authorẽ deum ex quo est,aliqua facta nõ est,aliqua facta est. Porro quæ facta non est, & tamen ex ipso est, ant genita est ab illo , aut procedit ex illo. Quæ genita est,filius est vnicus , quæ procedit,spiritussanctus,& hæc trinitas vnius, est eiusdemq; naturæ.Nam hæc tria vnum sunt,& singulum quodq; deus, & simul omnia vnus deus,immutabilis,sempiternus,sine temporis vllo initio,sine termino. At vero illa natura quæ facta est , creatura nuncupatur,creator autem deus,illa scilicet trinitas, Creatura ergo ita esse dicitur ex deo, vt non ex eius natura facta sit . Ex illo.n. G
propterea dicitur, quia ipsum authorem habet ut sit, non ita, ut ab illo nata sit , uel processerit,sed ab illo creata,condita, facta sit,: partim ex nulla alia,id est , omnino ex nihilo,sicut cœlum & terra, uel potius uniuersæ mundanæ molis uniuersa cum mundo concreata materia : partim uero ex alia iam creata , atque existente natura , sicut uir ex limo,mulier ex viro , ex parentibus homo, creatuta tamen omnis ex deo , sed creante vel ex nihilo vel ex aliquo,non autem gignente vel producente de seipso.

Sed hæc cum catholico loquor, magis commonens quam docens. Neq; enim esse tibi arbitror noua, vel audita quidem & antea, non credita: sed, ut existimo, sic legis epistolam meam, vt hic agnoscas etiam fidem tuam, quæ nobis in catholica Ecclesia, domino donante, communis est. Si ergo hæc vt dicere cœperam, cum catholico loquor, vnde obsecro credis esse, animam non vniuscuiusq; nostrum dico, sed primam primo illi homini datam? Si ex nihilo, & factam tamen insufflatamque a deo, id credis quod ego. Si autem ex aliqua alia creatura, quæ inde anima fieret, tanquam materies subiacebat artifici deo, sicut puluis vñ fieret Adã, vel costa eius vnde Eua, vel sicut aquæ vnde pisces & volucres, vel sicut terra vnde animalia quæque terrestria, non est catholicum, non est verum. Quod si neq; ex nihilo, neq; ex alia quacunq; creatura, sed ex semetipso deum, hoc est, ex natura sua fecisse vel facere animas, quod absit, existimas, hoc quidem ab isto didicisti, sed non tibi gratulor neq; blandior, longe quippe cum illo à fide catholica exorbitasti. Tolerabilius enim quod quidem falsum est, tamen, vt dixi, tolerabilius, ex aliqua creatura, quam quidem iam fecerat deus, qui ex dei natura animam conditam crederes, vt quòd est mutabilis, quòd peccat, quòd sit impia, quòd etiam si impia perdurauerit in fine, sine fine damnabitur, nonne ad dei naturam cum horrenda blasphemia referetur? Abijce frater, abijce obsecro istam non plane fidem, sed execrandæ impietatis errorem, ne homo grauis seductus a iuuene & laico præsbyter, cum istam catholicam fidem esse arbitraris, de numero fidelium, quod a te auertat dominus, eximaris. Non enim tecum sic agendũ est, vt cum illo, aut eam venia tuus ad te, transierit error est dignus, Ille ouuli catholico sanandus nuper accessit, tu in catholicis pastoribus deputa- Nolumus ita curetur quæ venit ab errore ad dominicum gregem, vt prius pestifera contagione disperdat ouis vlcerosa pastorem. Quod si dicis, hoc ille non docuit, nec huic errori eius vllo modo, quamlibet diserti & ornati sermonis illectus suauitate consensi. Ago ingentes deo gratias. Sed quæro, vnde illi caput exosculatus, vt dicitur, gratias egeris te didicisse, quod vsque ad auditam disputationem illius ignorabas: aut si falsum est, hoc te fecisse atque dixisse, hoc ipsum peto nobis intimare digneris, vt inanis rumor tuis literis refellatur. Si autẽ verum est, illa humilitate te homini egisse gratias, gaudeo quidem, si te illud non docuit, quod superius quam fit detestandum cauendumq; monstraui.

At non reprehendo quòd gratus fueris tanta humilitate doctori, si aliquid aliud disputante illo verum atq; utile didicisti. Sed hoc quid sit inquiro. An forte animam non spiritum esse, sed corpus. Non quidem magnum doctrinæ Christianę arbitror esse detrimentum ista nescire. Et si de corporum generibus subtiliter disputetur, hoc maiore difficultate qusm vtilitate perdiscitur. Si autem dominus voluerit vt ad illum ipsum iuuenem scribam, sicut desidero, ibi sciet fortasse dilectio tua, quod etiam non te docuerit, si tamen id te ab illo didicisse lætaris. Sed ne quid forte aliud sit quod constat esse vtile, & ad fidem necessarium pertinere, pero scribere non graueris. Nam illud qđ rectissime & valde salubriter credit, iudicari animas cum de corporibus exierint, antequam veniant ad aliud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari, atque in ipsa qua hic vixerunt, carne torqueri, siue gloriari, hoc ita ne tandem ipse nesciebas? Quis aduersus Euangelĩ tanta obstinatione mẽtis obsurduit, vt in illo paupere qui post mortem oblatus est in sinum Abrahæ, & in illo diuite cuius infernus cruciatus exponitur, ista non audiat, uel audita non credat? Sed nunquid te docuit, qũo anima sine corpore de digito pauperis atq; stillam desiderare potuerit, cum ipse confessus sit, alimenta corporea non nisi pp sulcidas ruinas corruptibilis corporis sui, animam quærere? Verba eius ista sunt, Nunquid quia anima, inquit, aut cibum quærit aut potum, ad ipsam transire credimus pastum? Et paulopost, Vnde intelligitur, inq;, & probatur, non ad animam pertinere cibo rum sustentacula, sed ad corpus, cui etiam præter cibum procuratur simili ratione vestitus: vt illi necessarium videatur pasturæ suggestus, cui competit & ipsos habere vestitus. Hanc ille sententiã suam satis euidẽter expositam, non nulla ẽt similitudine illustrans, adiecit atq; ait, Quid autem putamus inquilinum quenquam suæ habitationi prospicere? Nonne si eã senserit aut tecto tremere, aut nutare pariete, aut labare fundamine, destinas quærit, strues con-

Cap. 4

Luc. 16.

gerit, quibus imminentẽ possit ruinã seduloq; diligenterq; fulcire, ne sub periculo mansionis discrimen videatur impẽdere mansorio? Ita ergo & animã recognosce, inq;, carni suæ desiderare cibũ, ex qua ipsum cõcupit sine dubio desideriũ. Hæc nempe ille iuuenis sua sensa, verbis loculentissimis & sufficientissimis explicauit, asserens nõ animæ requiri alimenta sed corpori, cura quidẽ illius, sed tanquã habitantis in domo, & moribundæ carnis imminentes ruinas prouida refectione fulcientis. Et illud ergo explicet tibi, quid anima vlla diuitis ruiturũ destinare cupiebat, quæ mortale corpus iam vtiq; non habebat, & tamen sitiebat, & aquæ stillam de digito pauperis requirebat.

Habet vbi se exerceat iste doctor senũ: Quærat vt inueniat si potuerit, cui rei anima illa apud inferos humidum alimentum, vel tam exiguum mendicaret, cum ruinoso habitaculo iam careret. Incorporeum sanè deum esse qp credit, gratulor eum hinc saltè à Tertulliani deliramentis esse discretum. Ille quippe sicut animã, ita etiam deũ corporeum esse cõtendit. A quo iste in hoc dissentiens, mirabiliora persuadere molitur, deum incorporeum non de nihilo facere, sed de semetipso flatum exhalare corporeũ. O doctrinã cui omnis ætas aures surrigat, quæ homines annosos, quæ deniq; præsbyteros mereatur habere discipulos. Legat legat in concione quod scripsit, notos atque ignotos, doctos atq; indoctos recitaturus inuitet. Seniores cum iunioribus conuenite, quod nesciebatis discite, quod nunquã audieratis audite. Ecce isto docente, nõ aliun de quod aliquo modo est, nec ex eo quod omnino nõ est, deus flatum creat, sed ex eo quod ipse est, cum sit incorporeus, corpus sufflat. Naturã ergo suam antequã mittatur in peccati corpore, ipse mutat in corpus. An dicit quòd ex sua natura non mutat aliquid cum flatum facit? Non ergo eum de seipso facit: Non enim aliud est ipse, aliud natura eius. Quis hoc insanissimus opinet? Quòd si dicit ita deum de sua natura facere flatũ, vt ipse integer maneat, non inde quæstio est, sed utrum qp non aliunde, nec de nihilo, sed de illo est, non hoc sit quod ille. i. eiusdẽ naturæ & essentiæ: Nam & filio genito integer manet, sed quia eum genuit de seipso, non aliud genuit qđ id quod ipse est. Excepto enim qp hominem assumpsit, & verbũ caro factum est, alius est quidem verbũ dei filius, sed non est aliud: hoc est, alia persona est, sed non diuersa natura. Et vnde hoc, nisi quia non creatus ex alio, vel ex nihilo, sed natus ex ipso est, nõ vt melior qđ erat esset, sed omnino ut esset, & quod est ille vnde natus est, esset: hoc est, vnius eiusdemq; naturæ, æqualis, coæternus, omnimodo similis, pariter immutabilis, pariter inuisibilis, pariter incorporeus, pariter deus, hoc omnino quod pr, nisi quod filius est ipse, non pater? Si autẽ manet quidẽ ipse integer deus, nec tamen de nullo, vel de alio, sed de seipso diuersum aliquid in deterius creat, & de incorporeo deo corpus emanat, absit vt hoc catholicus animus bibat: Nõ, n. est fluctum fontis diuini, sed figmentũ cordis humani. Cap. 6.

Iam vero quàm inepte laboret animam quam putat esse incorpoream, vindicare à passionibus oorporis, disputans de animæ infantia, de paralyticis & oppressis animæ sensibus, de amputatis membris corporis absque animæ sectione, non tecum, sed cum illo potius agere debeo. Illi quippe insudandum est, vt rationem reddat dictorum istorum, ne de opere iuuenis velle fatigare videamur grauitatem senis. Quòd autem similitudines morum qui reperiuntur in filijs, non ex animæ semine uenire disputat, consequens est quidem vt hoc sentiant quicunque animæ propaginem destruunt: sed nec illi qui hanc astruunt, ibi constituunt pondus assertionis suæ. Vident enim & filios parentum dissimiles moribus, Quod ideo fieri putant, quia & ipse vnus homo plerunque suis moribus alios mores dissimiles habet, non vtique anima altera accepta, sed vita in melius, vel in deterius commutata. Ita dicunt non esse impossibile, vt anima non habeat eos mores, quos habet ille à quo propagata est, qñquidem ipsa vna nunc alios, alias alios habere mores potest. Quare si hoc te credis ab isto didicisse, quòd anima nõ sit ex traduce, vtinã id vere didicisses, me tibi docendum libentissime traderem. Sed aliud est discere, aliud videri sibi didicisse. Si ergo te didicisse arbitraris quod adhuc nescis, non plane didicisti, sed temere credidisti quod libenter audisti, & surrepsit tibi falsiloquium per suauiloquium. Quod non ideo dico, quia falsum esse iam certus sim, animas potius insufflari nouas, quàm de origine parentum trahi: hoc enim adhuc ab eis qui docere id possunt, existimo requirendam: sed

quia iſte de hac re ita diſſeruis, vt non ſolũ eam, quæ adhuc diſcutienda eſt, non ſolueret q̃ſtionem, verũetiam talia diceret quæ falſitatis non habeant dubitationem. Cũ. n. vellet probare dubia, auſus eſt dicere, ſine dubio reprobanda.

Cap. 7. An vero tu reprobare dubitabis, ꝙ cum de anima loqueretur, Non vis, inquit, animam ex carne peccati contrahere valetudinem, ad quam viciſsim ſanctificationem videas tranſire per carnem, vt per ipſam reparet ſtatum, per quam perdiderat meritũ? Aut nunquid quia baptiſmo corpus abluitur, nõ tranſit ad animã vel ſpiritum, quod creditur cõferri per baptiſmũ? Merito ergo per carnẽ, priſcam reparat habitudinẽ, quã viſa fuerat pauliſper amiſiſſe per carnẽ, vt per eã incipiat renaſci, per quã meruerat inquinari. Vide in his verbis, quantum iſte
D tuus errauerit doctor. Dixit animã per carnẽ reparare ſtatũ, per quã perdiderat meritũ. Habuit ergo anima aliquẽ ſtatum & aliquod meritum bonũ ante carnẽ, quod vult eam reparare per carnẽ q̃ caro lauacro regenerationis abſuitur. Vixerat itaq; alicubi ante carnẽ in ſtatu & merito bono, quẽ ſtatum & quod meritum perdidit cum veniſſet in carnẽ, dixit eam per carnem reparare habitudinem priſcam quam viſa fuerat pauliſper amiſiſſe per carnem. Habuit ergo ante carnem habitudinem antiquam, hoc eſt enim priſcam: Et iſta qualis eſſe potuit, niſi beata atque laudabilis habitudo? Quam reparari per ſacrm baptiſmatis aſſeuerat, cum eam nolit ex illa originem trahere, per originẽ quam conſtat in paradiſo aliquando fuiſſe fœlicem. Q̃o igitur alio loco animam ſe dicit conſtanter aſſerere, non ex traduce, neque ex nihilo, neque per ſemetipſam, neq; ante corpus? Ecce iſto loco vult animas ante corpus alicubi viuere tam beate, vt eadem illis per baptiſmum reddatur. Et tanquam ſui rurſus oblitus, adjungit & dicit, Vt per eam, id eſt, per carnem incipiat renaſci, per quam meruerat inquinari. Superius meritum ſignificauerat
E bonum perditum fuiſſe per carnem, nunc autem ſignificat malum meritum, quo factum eſt vt ueniret vel mitteretur in carnem, dicendo, Per quam meruerat inquinari, non eſt vtiq; meritum bonũ. Dicat quid peccauit antequam per carnem inquinaretur, vt per carnem inquinari mereretur. Dicat ſi poteſt, quod nullo modo poteſt, quia inuenire hic quid verum dicat, omnino non poteſt.

Item aliquanto poſt ait, Anima itaq; ſi Cap. 8.
peccatrix eſſe meruit, quę peccatrix eſſe nõ potuit, tñ neq; in peccato remanſit, quia in Chriſto præfigurata, in peccato eſſe nõ debuit, ſicut eſſe non potuit. Rogo te frater, putas ne ſi iſta ſaltem poſtea legiſti & conſideraſti, & quid in recitante laudaueris, vel vnde poſt recitationẽ gratias egeris, cogitaſti? Quid eſt obſecro te, anima itaq; ſi peccatrix eſſe meruit, quæ peccatrix eſſe non potuit? Quid eſt meruit & non potuit, cũ mereri hoc non potuiſſet niſi peccatrix fuiſſet, non aũt fuiſſet niſi eſſe potuiſſet, vt ante oẽ malum meritum peccans, inde ſibi meritum faceret, vnde ad alia peccata, deſerente domino peruenire? An ideo dixit, quæ peccatrix eſſe non potuit, quia niſi in carnem F
veniret, peccatrix eſſe non poſſet? Quid ergo meruit vt eo mitteretur vbi peccatrix eſſe poſſet, quo niſi veniſſet, alibi peccatrix eſſe non poſſet? Dicat quid meruit, Si enim meruit eſſe peccatrix, aliquid iam peccauerat, vnde mereretur iterum eſſe peccatrix. Sed hæc fortaſsis obſcura eſſe videantur, aut obſcura eſſe iactentur, cum ſint apertiſſima: Neque enim dicere debuit, quòd anima meruerit peccatrix eſſe per carnem, cuius nec bonum vel malum meritum reperire potuit ante carnem.

Sed ad manifeſtiora veniamus. Dum. n. Cap. 9.
magnis coartaretur anguſtijs, quo animæ originalis peccati vinculo teneantur obſtricta, ſi nõ ex illa trahunt originẽ quę prima peccauit, ſed eas puras ab omni contagione & propagationem peccati, peccatrici carni creatos inſufflat, ne dicatur illi ꝙ ſic inſufflando eas deus efficit reas, primo de præſcientia dei hanc opinionẽ munire tẽtauit, ꝙ eis præparauerit redemptionem. In cuius redemptionis ſacramento paruuli baptizantur, vt abluatur originale peccatum quod de carne traxerũt, quaſi facta ſua deus emendet, quòd eas inſontes fecerat inquinari. Sed poſteaquam ventum eſt, vt de illis loqueretur quibus tali non ſubuenitur auG
xilio, & antequam baptizentur, expirant: In hoc, inquit, loco non me quaſi author ſpondeo, ſed aliquid de exemplo conijcio. Habeo dam dicimus de infantibus iſtiuſmodi rationem, qui prædeſtinati baptiſmo vitæ præſentis, antequam renaſcantur in Chriſto præueniuntur occiduo. Legimus enim

4. enim, inquit, de talibus ſcriptum, Raptus ẽ, ne malitia mutaret illius intellectũ, aut ne fictio deciperet animam eius: Propter hoc properauit de medio iniquitatis illum educere: Placita. n. deo erat anima eius. Et conſummatus in breui, repleuit tempora lõga. Quis iſtum dedignetur habere doctorem: Ergo ne paruuli quos plerunque volunt homines baptizari, & dum curritur, ante moriuntur, ſi retardarentur in iſta paululum vita, vt baptizati continuo morerentur, malitia mutaret intellectum illorum, & fictio deciperet animam eorum: & ne hoc eis contingeret, ſubuentum illis eſt, vt ante raperẽtur quam baptizarẽtur? In ipſo ergo baptiſmate mutarentur in peius, & fictione deciperentur, ſi poſt baptiſma raperentur. O admiranda atque ſectanda imò vero deteſtanH da & execranda doctrina. Sed hoc de veſtra prudentia qui affuiſtis, cum recitaret iſte ꝓſumpſit, & de tua maxime ad quem ſcripſit, & cui recitatos libros tradidit, vt creditu-
ros vos eſſe confideret, & non baptizatis in
fantibus eſſe ſcriptum, quod de omniũ ſanctorum immaturis ætatibus ſcriptum eſt, cum quibus male actum ſtulti arbitrantur, ſi de hac vita celeriter rapti fuerint, nec ad annos, quos homines ꝙ magno diuino munere ſibi exoptãt, puenire potuerint. Quale eſt autem dicere infantes prædeſtinatos baptiſmo vitæ præſentis antequam renaſcãtur in Chriſto, occiduo præueniri, velut ali
qua vis fortunæ, ſiue fati, ſiue cuiuſlibet rei, non permittat deum quod prædeſtinauit implere? Et quomodo ipſe illos rapit, quia placuerunt ei. An eos ipſe prædeſtinat baptizari, & ipſe quod prædeſtinauit non ſinit fieri? Sed attende quid adhuc audeat, cui diſplicet in tanta huius profunditate quæſtionis, cautior quam ſcientior noſtra cunctatio.

Nõ. Auſim dicere, inquit, iſtos peruenire poſſe ad originalium indulgẽtiam peccatorũ, non tamen vt cœleſte inducãtur in regnũ: ſicut latroni confeſſo quidem, ſed non baptizato, dominus nõ cœlorum regnum tribuit, ſed paradiſum, cum vtique iam manaret, Qui non renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum: præcipue quia multas eſſe manſiones apud patrem ſuum dominus profitetur, In quibus deſignantur merita multa & diuerſa manſorum, vt hic non baptizatus perducatur ad veniam, baptizatus ad palmam, ꝙ eſt parata per gratiam. Cernis hominem, paradiſum atque manſiones quæ ſunt apud patrem à regno ſeparare cœlorum, vt etiam non baptizatis abundent loca ſempiternæ fœlicitatis. Nec videt cũ iſta dicit, ita ſe nolle baptizati cuiuſpiam paruuli manſionem à cœlorum regno ſeparare, vt ipſam dei patris domum, vel aliquas partes eius inde ſeparare non timeat. Neque. n. dominus in vniuerſitate creaturæ, vel in qualibet vniuerſitatis parte, ſed in domo pris mei dixit, mãſiones multæ ſunt. Quomodo ergo erit in dei patris domo non baptizatus, cũ deũ patrem habere non poſsit niſi renatus? Nõ ſit ingratus deo, qui eum dignatus eſt à Donatiſtarum vel Rogatiſtarum diuiſione liberare, vt ipſam domum dei patris quærat diuidere, & aliquam eius partem extra regnũ cœlorum ponere, vbi non baptizati valeãt habitare. Et quo pacto ipſe regnum cœlorũ ſe intraturum eſſe præſumit, de quo regno K
in quanta vult parte, domum ipſius regis excludit. Sed de latrone illo, qui iuxta dominum crucifixus ſperauit in dominũ etiam crucifixum, & de fratre ſanctæ Perpetuæ Dinocrate argumentatur, ꝙ etiam non baptizatis dari poſsit indulgẽtia peccatorum, & ſedes aliqua beatorum, quaſi quiſquam, cui non credere nefas eſſet, huic indicauerit, ꝙ non fuerint baptizati. De quibus tamen in eo libro quem ſcripſi ad fratrem noſtrũ Renatum, plenius quid mihi videretur expoſui, quod tua dilectio poterit no oſſe, ſi nõ ſpreueris legere, nam ille petenti non poterit denegare: æſtuat tamen iſte, atque horrẽdis ſuffocatur anguſtijs.

Attentius. n. fortaſſe quam tu quid mali Cap. 11.
dicat attendit, præter Chriſti ſ. baptiſmum ſolui in paruulis originale peccatum. Deniq; vt aliquatenus in hac cauſa vel ſero ad Eccleſiæ ſacramẽta confugiat, pro his ſane, inquit, oblationes aſsiduas, & offerenda iugiter ſanctorum cenſeo ſacrificia ſacerdotum. Habeto iſtum ſi placet etiam cenſorẽ, ſi parum fuerat habere doctorem, vt ſacrificium corporis Chriſti etiam pro his offeras, qui Chriſto non ſunt incorporati, Rẽ. quippe tam nouam, atque à diſciplina eccleſiaſtica & à regula veritatis alienam, cum li L.
bris ſuis auderet inſerere, non ait, puto: nõ ait, exiſtimo: non ait, arbitror: non ait ſaltẽ, ſuggero vel dico: ſed, cenſeo: vt. ſi offenderemur nouitate ſeu puerſitate ſentẽtiæ, terreremur authoritate cẽſuræ. Videris tu frater, quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

ter,quomodo sustinere possis ista docentē. Catholici tñ qui sanū sapiūt sacerdotes,qbus & te oportet adiungi, absit vt acquiescāt istū audire censentē, quē potius optāt resipiscentē,ac dolentē q̄ ista senserit, imo vero ēt q̄ scripserit,correctione saluberrima pœnitentē. Sed hoc,inquit,exēplo Machabæorum in plio cadentiū astruo facien dum,qui cū furtim de interdictis auferrēt, atq; in ipso certamine cecidissent, à sacerdotibus, ait, inuenimus hoc initum consiliū fuisse,vt quorū animas ex vetito reatus obstrinxerat,sacrificiorū oblatio reparet. Ita istud dicit quasi incircūcisis illa oblata legerit sacrificia,sicut hæc nostra pro nō baptizatis censuit offerenda. Circuncisio quippe fuit illius temporis sacramentū,quod præfigurabat nostri temporis baptismum.

2.Ma.12

Ca. 11. Veruntū iste in sui comparatione qualis posterius apparuit,tolerabilius adhuc erat. Nam velut pœnituerit eū nō quod debuit pœnitere .i. q̄ ausus fuerit asserere nō baptizatis relaxari originale pctm̄, atq; indulgentiā dari omnium pctōrum, vt in paradisum,hoc est,locum tātæ fœlicitatis mittantur,& beatas mansiones in domo patris habere mereātur,sed illud eum potius pœnituerit, q̄ eis minoris beatitudinis extra regnū cœlorum concesserit sedes adiunxit atq; ait, Aut si forte quispiam reluctetur, latronis animę vel Dinocratis interim tēporarie collatum paradisum, iā supereſſe illis adhuc in resurrectione p̄miū regni cœ-

Ioan. 3. lorum,quāquā sentētia illa principalis obsistat, quia qui nō renatus fuerit ex aqua & spiritusancto nō intrabit in regnum cœlorū:tū teneat ēt meū in hac parte non inuidentis assensum,nō misericordiæ præscientiæque diuinæ & effectum amplificet & affectū. Hæc uerba in secundo eius libro lecta descripsi. Nunquid in hac causa erroris audaciam,temeritatem,præsumptionem habere quispiam posset ampliorem? Ipse sentētiam dominicam recordatur, ipse commemorat,ipse suis literis interponit,ipsi dicit,

Ibidem. quanquam sententia illa principalis obstat,quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnum cœ-

A lorum: & audet tamen suæ censuræ leuare ceruicem,contra sententiam principalem. Teneat,inquit,ēt meum non inuidentis assensum qui dicit animam non baptizatorū temporarie mereri paradisum. Propter has enim latronem atq; Dinocratem,tanquam præscribendo vel potius præiudicando cōmemoratin resurrectione autem in meliora transferri, & regni cœlorum percipere præmiū,quāquā sentētia, inq̄t, principalis obsistat. Iā ergo ipse considera quæso te frater,quisquis cuipiam p̄bet assensum aduersus authoritatē sententiæ principalis, quā sententiā merebitur principis? Nouellos hæreticos Pelagianos iustissime conciliorū catholicorū,& sedis apostolicæ dānauit authoritas,eo q̄ ausi fuerint nō baptizatis paruulis dare quietis & salutis locū, ēt præter regnū cœlorū. Quod ausi non fuissent,nisi negarēt eos hre originale pctm̄,quod opus esset absolui per baptismatis sacrm. Iste aūt sicut catholicus dicit,paruulos originali obstrictos esse peccato,& tamen eos ab huiusmodi vinculo sine lauacro regenerationis absoluit, & post mortē in paradisum misericors mittit,post resurrectionem vero etiā

B in regnum cœlorū misericordior introducit: Talis sibi Saul misericors visus est, quā 1.Re.15
D do pepercit regi quē deus p̄cepit occidi. Sed merito inobediens misericordia,vel miseri cors inobedientia reprobata atq; damnata est,vt caueat hō, ne ab illo misericordiam mereatur homo contra eius sententiam, à quo factus est hō. Intonat per eos proprij corporis veritas,Si quis non fuerit renatus ex aqua & spū, nō pōt introire in regnum dei. Atq; vt ab hac sententia exceptos martyres faciat,quibus cōtigerit ante pro Christi nomine occidi, q̄ Chri baptismate dilui,dicis alio loco, Qui perdiderit animam Mat.10
suam p p me, inueniet eam. Et ne cuiquam qui non renatus fuerit christianæ fidei lauacro,promittatur peccati originalis abolitio, clamat Apostolus, per vnius delictū in om Rom.5.
nes homines ad condemnationem. Contra quam condemnationem domini vnum esse ostendens salutis auxilium. Qui credide- Mar.16.
rit,inquit, & baptizatus fuerit,saluus erit: qui vero non crediderit,condemnabitur. Cuius mysterium credulitatis in paruulis per eorum responsionem à quibus gestantur,impletur,ne si factum non fuerit, eant ex vno omnes in condemnationem. Et ta-
C men contra tam manifestas voces quas cōcinit veritas,procedit in medium magis vecors quàm misericors vanitas,& dicit, Nō solum non eunt in damnationem paruuli, & si nullum eos Christianæ fidei lauacrū à vinculo originalis peccati absoluat,verū etiam fœlicitate paradisi post mortem interim perfruuntur,post resurrectionem vero etiam regni cœlorum fœlicitatem possi debunt. Hæc iste contra catholicam fundatissimamq; fidem nunquid dicere auderet, si quæstionem soluendā de animæ origine, vires suas excedentē suscipere nō auderet?

Horrendis est.n.coartatus angustijs ab eis qui dicunt, Cur deus animam tam iniusta ānimaduersione mulctauit,vt in corpus eam peccati relegare voluerit, cū consortio carnis peccatrix esse incipit, quæ peccatrix esse non potuit? Vtiq;.n.dicunt,non potuit anima esse peccatrix,nisi eam deus miscuisset carnis consortio peccatricis. Qua ergo iustitia id fecerit deus,cum iste inuenire nō posset,maxime p̄p æternam damnationem morientium paruulorum, quibus non baptizatis expiatū non fuerit originale pctm̄: cur itaq; deus iustus & bonus, paruulorum animas quibus p̄sciuit non subuenturum Christianæ gratiæ sacramentum ab omni noxa propaginis liberas, mittēdo in corpus quod ex Adā trahitur vinculo peccati originalis obstrinxerit,atq; isto modo reas ęternæ damnationis effecerit, cum inuenire non posset:nec vellet dicere etiā ipsas ex illa vna originem trahere peccatricem, maluit per naufragium miserabile exire, q̄ temerarium cursum velis depositis, & remis suæ disputationis inhibitis, prouida deliberatione frenare. Viluit quippe iuueni sentis nostra cunctatio, quasi huic molestissimæ ac periculosissimæ quæstioni magis fuerit impetus eloquentiæ,quā consilium prudentiæ necessariū. Et præuidit hoc ēt ipse, sed frustra. Nam hæc sibi velut ab aduersarijs propositurus obiecta,ex hinc alta,inq̄t, substruuntur opprobria querulis murmurationibus oblatrantium, & excusi quasi quodam turbine, identidem inter immania saxa collidimur. His prædictis quæstionē supradictam scopulosissimam sibi p̄posuit, vbi à fide catholica naufragauit, nili refecerit pœnitendo quod fregit. Illum ergo turbinem atq; illa saxa deuitans, nauem illis committere nolui. Et de hac re ita scripsi,vt

E rationem potius cunctationis meæ,quā temeritatem præsumptionis ostenderē. Q̄d opusculum meum cum apud te inueniſſet, irrisit,seq; illis cautibus animosiore impetu quàm consultiore commisit. Sed quo eum præfidentia ista perduxerit, puto q̄ nunc videas. Vberius aūt ago deo gratias,si & antea iam videbas. Cū.n.nollet cohibere præcipitem cursum, propter ancipitem excursum,miserabilem inuenit incursum, asserēs deum paruulis sine Christiana regeneratione defunctis,& modo paradisum, & postea regnum conferre cœlorum.

Scripturarum vero testimonia quæcūq; Cap. 14
posuit, quibus animas deum non ex illius primæ propagine attrahere, sed sicut ipsam primā suas quibusq; singulis insufflare, velut probare conatus est, ita sunt q̄d ad istā qōnem attinet,incerta & ambigua, vt ēt aliter accipi,quàm ipse vult,facillime possint. Quod iam in eo libro quē scripsi ad amicū nostrū,cuius commemorationem superius feci,satis quantum existimo,demonstraui. Testimonia quippe ipsa quæ adhibuit, vbi legitur deus animas,vel dare,vel facere,vel fingere: vnde illas det, vel vnde faciat siue fingat,non ostendunt,vtrum ex propagine illius primæ,an insufflando sicut ipsam primam. Iste aūt ex eoipso quod legitur animas deus dare,siue facere, siue fingere,iam putat animarum negatā esse propaginem, F
cum deus eadem scriptura teste, ēt corpora det,siue faciat,siue fingat, quæ tñ ab illo ex ppagine seminis dari,fieri, fingi nemo ambigit. Item quod scriptum est, ex vno sanguine deū fecisse oē genus hominum, vel Act.17.
quod ait Adam, Hoc nunc os ex ossibus Gen.2.
meis,& caro de carne mea:quia neq; ibi dictum est,ex vna anima,neq; hic, anima de ānima mea, putat negari animas filiorū ex parentibus,vel illius mulieris ex viro:quasi vero si non ex vno sanguine,sed ex vna anima diceretur,aliud quàm totus homo intelligeretur,nec corporis propagatio negaret: Sic etiam si dictum esset, anima de anima mea:non vtique negaretur caro,quam de illo exemptā fuisse cōstabat. A parte.n.totū, sicut ēt à toto partem plerunq; scriptura significat. Nam certe si nō ex vno sanguine, sed ex vno homine, illo loco scriptum esset institutū esse genus humanum,vnde iste adhibuit testimoniū, non p̄iudicaret istis qui negant animarū propaginem, quāuis nō sola anima nec sola caro, sed vtrunq; fit hō. Responderent.n.à toto partem.i.ab homine solam hominis carnem scripturā significare potuisse. Sic ergo & ij qui defendunt animarum propaginem, illud q̄d dictum G
est, ex vno sanguine, per sanguinem.s.hominem.s.à parte totum significatum esse cōtendunt. Sicut.n.videtur illos iuuase quod dictum est,ex vno sanguine,nec dictum est

ex vno

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex vno homine: sic videtur & istos iuuare
Rom.5. quod dictum est, Per vnũ hominẽ pctm̃ in
trauit in mundum, & per pctm̃ mors, & ita
in omnes homines pertransijt, in quo oẽs
peccauerunt: nec dictũ est, in quo omniũ ca
ro peccauit. Itemq; sicut illos videtur iu
uare quod dictum est, Hoc nunc os ex ossi
bus meis: & caro de carne mea: qa pars est
dicta, non totum: sic iterũ istos, qd ibi conti
nuo sequitur, Hæc vocabit mulier, qm̃ de
viro suo sumpta est. Debuit.n dici, aiunt,
qm̃ de viro suo caro eius sumpta est: si non
tota mulier. i. cum anima, sed sola caro su
meretur ex viro. Porro autem vtrisq; audi
tis, qui sine studio partium iudicat, videt, p
fecto, nec contra istos qui propaginem ani
marum defendunt, proferenda illa testimo
nia vbi pars nominatur, quia potuit scriptu
Ioan.1. ra significare illic à parte totum: sicut ver
bum caro factum est, cum legimus, non vti
que carnem solam, sed hominem totum in
H telligimus. Nec contra illos qui propaginẽ
animarum destruunt, ista proferenda, vbi
non pars hominis, sed totum commemora
tur, quia potuit ibi scriptura à toto partem
significare, sicut sepultũ confitemur Chri
stum, cum eius caro sola sepulta sit. Ac per
hoc propaginem animarum nec temere a
struendam, nec temere destruẽdã dicimus,
sed admonemus alia testimonia esse quæ
renda, quæ non inueniantur ambigua.

Cap.15. Quamobrem qd te iste docuerit, & vn
de gratias egeris, nondum scio. Manet quip
pe illa quæstio sicut erat, in qua quæritur
de animarum origine, vtrum illas deus ex
propagine illius vnius quam primo insuf
flauit homini, an ex flatu suo sicut primo
homini, det, faciat, fingat hominibus, quas
eum dare, facere, fingere, fides Christiana
non dubitat. Quam quæstionem iste cum
soluere conaretur, nec vires suas intueret,
destruens animarum propaginem, & asse
rens eas puras ab omni contagione pecca
ti, nõ de nihilo sed de seipso insufflare crea
torem, & naturam dei mutabilitatis oppro
brio, quod necesse non fuerat, infamauit. Et
dum vult reddere rationem, ne deus creda
tur iniustus si puras ab omni peccato ani
mas, etiam illas quas christiana regnatione
non redemit, vinculo peccati originalis in
I nectit, ea dixit quæ te nolo docuerit. Tan
tum enim salutis & fœlicitatis non baptiza
tis paruulis tribuit, quantum nec Pelagia
na hæresis potuit. Et tamen de tot milibus
paruulorum qui nascuntur ex impijs, & in
ter impios moriuntur, nõ quibus homines
per baptismũ cũ velint, subuenire nõ pũt,
sed de quibus baptizandis nemo potuit, vel
poterit cogitare, nec quisquã pro eis obtu
lit vel oblaturus est sacrificiũ, quod iste ẽt
pro non baptizandis censuit offerendum,
quid diceret non inuenit. De quibus si fue
rit interrogatus, eorũ animæ quid meruerint, vt illas deus nec abluendas baptismo,
nec expiandas Christi corporis & sanguinis sacrificio, & in æternum damnandas
carni inserat peccatrici, aut omnino hære
bit, & ei nostra cunctatio vel sero placebit,
aut simul pro omnibus paruulis, qui toto
orbe terrarum sine Christiano baptismate
moriunt, et eorũ nominibus tacitis, qm̃ ne
sciunt in ecclesia Chri, nõ incorporatis cor
pori Xpi, offerẽdũ corpus Chri eé cẽsebit. Cap.10.

Absit à te frater, vt hæc tibi placeant, ab
sit vt ista vel didicisse gaudeas, vel docere p
sumas, alioquin longe melior inuenietur ip
se quàm tu. Quia in exordio primi sui libri K
modeste atq; humiliter prælocutus est, di
cens, Cum tibi parere desidero, notam præ
sumptionis incurri. Et paulopost, Qñqui
dem, inquit, nec mihi ipse sim credulus, ea q
dixero posse probari, studeamq; semper ẽt
propriam sententiam non tueri, si improba
bilis detegatur, & sit mihi cordi proprio iu
dicio damnato, meliora magis & quæ sunt
veriora sectari. Nam vt est optimi propos
ti laudandiq; consilij, facile ad veriora tra
duci, ita improbi obstinatiq; iudicij est, nol
le citius ad tramitem rationis inflecti. Hæc
quippe ille si veraciter dixit, atq; vt locutus
est sentit, magnæ profecto spei animum ge
rit. Item in fine libri secundi, Nec putes, in
quit, ad inuidiam tuam forsitan reuocan
dum, quod in tua dictorum meorum con
stituam potestate iudicium. At ne forte cu
iusquam curiosi lectoris obtutus, inter illi
tas fibras elementorum vestigia remanen
tia solicitent & offendant, contextam pagi
næ seriem pollice seuero discerpe, meque
huius censionis expertem puni atramento
quæ indigna eloquia significauerunt, nec
hac occasione & tuum erga me iudicium,
quo mihi vehementer indulges, & meæ
quæ latebant ineptiæ rideantur.

Isto igit mõ cũ ille suos libros & initio Cap.17.
pmuniuerit, & termino cõmuniuerit, atque L
tuis humeris imposuerit onus religionis,
correctionis & emẽdationis suæ, hoc apud
te inue-

te inueniat quod petiuit, vt emendes eum
Pro.9 iustus in misericordia & arguas eum, oleũ
autem peccatoris quo impinguetur caput
eius, absit à manibus atq; oculis tuis, id est,
assentatio indecens adulantis, & deceptoria
lenitudo blandientis. Quod si emẽdare ne
gligis, cum videas emendandum, aduersus
charitatem facis. Si autem tibi emendan
dus propterea non videtur, quia putas eum
recte ita sensisse, aduersus veritatem sapis.
Et ideo ille melior qui emendari est para
tior, si non defuerit emendator, quàm tu, si
vel sciens irridenter contemnis errantem,
vel nesciens pariter sectaris errorem. Om
nia itaque in eisdem libris ad te scriptis &
tibi traditis sobrie vigilanterq; considera,
& plura quàm ego inuenies fortasse culpã
da. Et quæcunque ibi sunt approbanda at
que laudanda, si quid in eis reuera forsitan
ignorabas, atque isto differente didicisti, eui
denter profitere quid illud sit, vt de hoc te
gratias egisse, non de his quæ illic improbã
da tam multa sunt, omnes nouerint, qui vel
Ps.recitante illo, tecum simul audierunt, vel
eosdem postea libros legerunt, ne in eius
ornato eloquio tanquam in precioso pocu
lo te inuitante, & si non bibente, venenum
bibant, si tu quid inde biberis, & quid non
biberis nesciunt, & propter laudem tuam
omnia illic bibenda salubriter arbitrantur.
Quamuis & audire & legere, & quæ dicta
sunt haurire memoria, quid est nisi bibere?
Ps.9 Sed prædixit dominus de fidelibus suis, q
& si mortiferum quid biberint, non eis no
cebit: Ac per hoc qui cum iudicio legunt,
& secundum regulam fidei approbanda ap
probant, & improbant improbanda, etiam
si commendant memoriæ quæ improban
da dicuntur, nulla venenata sententiarum
prauitate læduntur. Hæc me grauitatem &
religionem tuam, siue mutua, siue præuia
charitate monuisse vel commonuisse mini
me pœnitebit, domino miserante quomo
dolibet accipias, quod tibi prærogandum
putaui. Agam vero ei vberes gratias, de cu
ius misericordia saluberrimum est fidere, si
ab his prauitatibus & erroribus, quos ex li
bris huius hominis ostendere his literis po
tui, alienam atque integram fidem tuam,
vel inuenerit epistola ista, vel fecerit.

Liber secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI A de anima & eius origine, ad Vincentium Victorem, Liber Tertius.

QVOD mihi ad te scriben Cap. 1.
dum putaui, hoc prius co
gites fili dilectissime Vi
ctor volo, si te contemne
rẽ, nequaquã id me fuisse
facturum. Nec ideo tũ hu
militate nostra sic abutaris, vt propterea te
existimes approbatum, quia cernis non fuis
se contemptum. Non enim sequendum, sed
corrigendum te diligo. Et quoniam nec cor
rigi posse despero, nolo mireris me contem
nere non posse quem diligo. Si enim te an
tequam nobis communicares, diligere de
bui, vt esses catholicus, quanto magis te iã
communicantem diligere debeo, ne sis no
uus hæreticus, & vt sis talis catholicus, cui
resistere nullus possit hæreticus. Quantum
enim apparet ex donis ingenij, quæ iam ti
bi largitus est deus, profecto sapiens eris, si
te non esse credideris: atque vt sis, ab illo q
facit sapientes, pie, suppliciter, instanterque
poposceris, & malueris errore non decipi,
quàm errantem laudibus honorari. B

Prius me in libris tuis titulus tui nomi- Cap. 2.
nis pro te solicitum reddidit. Cum.n.quis
esset Vincentius victor, ab eis qui te nouerant, & forte aderant, requisissem, audiui te
fuisse Donatistam, vel potius Rogatistam,
nuper autẽ communicasse catholicæ. Et cũ
gauderem tantum, quantum de his solemus
quos ab illo errore liberatos esse cognosci
mus, imo vero etiam multo amplius, q ingenium tuum quo delectabar, in literis tuis
videbam non remansisse apud aduersarios
veritatis: additum est à referentibus, quod
me inter illa gaudia contristaret, ideo te co
gnominari voluisse Vincentius, q Rogati
successorem, q hoc nomine appellatus est,
adhuc tanquam magnum & sanctum virũ
animo teneas, & ob hoc illius nomen, tuũ
volueris esse cognomen. Nec defuerunt q
dicerent etiam hoc à te fuisse iactatum, qd
ipse tibi nescio qua visione apparuerit, atq;
ad hos conficiendos libros, de quibus tecũ
agere isto nostro opusculo institui, si adiu
uerit dominus, vt ea tibi scribenda quan
tum ad res ipsas rationesque attinet, ipse di
ctaret. Quod si verum est, iam te illa dicere

potuisse

potuisse non miror, quæ si patienter auscultes admonitioni meæ, & eos libros catholi-
C ca mente consideres atq; pertractes, te dixisse proculdubio pœnitebit. Ille quippe qui se, sicut eum prodit Apostolus, transfigurat
2.Co.11. in angelum lucis, in eo tibi est transfiguratus, quem tu fuisse, vel esse tanq̃ lucis angelum credis. Et eo quidem modo minus ad decipiendos catholicos valet, quando se nõ in lucis angelos, sed in hæreticos transfigurat. Sed te ab eo falli iam catholicum nollẽ. Crucietur ergo te didicisse quæ vera sunt, quanto magis lætatus fuerat, se tibi persuasisse quæ falsa sunt. Vt autem non diligas hominem mortuum, cuius dilectio tibi obesse potest, prodesse illi non potest: hoc breuiter iam tuearis admoneo, q̃ vtiq; ille non est sanctus & iustus, si tu hæreticorum Donatistarum, vel Rogatistarum laqueos euasisti. Si autem illum sanctum & iustum arbitraris, tu communicando catholicis interisti. Profecto enim te catholicum fingis, si animo illud es, quod erat ille quem diligis. Et
Sapiẽ.1. nosti quàm terribiliter scriptum sit, q̃ spiritus sanctus, disciplinæ fugiet fictum. Si autem veraciter communicans, non te catholicum fingis, quid adhuc hæreticum mor-
D tuum sic diligis, vt eius velis te iactare adhuc nomine, cuius iam non teneris errore? Nolumus te habere tale cognomentum, tãquam sis hæretici mortui monumentum. Nolumus talem titulum habere librũ tuũ, qualem falsum esse diceremus, si in eius sepulchro legeremus. Non.n. Vincentium victorem scimus esse, sed victum, & vtinam fructuose, sicut te vinci volumus veritate. Astute autem putaris & callide, cum libros tuos quos credi cupis illo tibi reuelante dictatos, appellas Vincentij Victoris, non tã Vincentium te quàm illum vocari voluisse Victorem, velut tibi reuelando quæ scriberes, vicissetis errorem. Vt quid tibi ista fili? Esto potius verus, non fictus catholicus, ne te fugiat spiritus sanctus, & nihil tibi possit prodesse Vincentius, in quem se ad te fallẽdum trãsfigurauit malignissimus spiritus, eius quippe sunt illa, qualibet tibi fraude p suasa. Quæ si admonitus pia humilitate & catholica pace correxeris, errores fuisse iudicabuntur studiosissimi iuuenis, emendari potius quàm in eis remanere cupientis. Si autem pro eis tibi etiam contentionem, qd̃ absit, persuaserit peruicacem, iam tanq̃ hæretica dogmata, cũ suo necesse erit authore damnari; cura.s. pastorali & medicinali, pri-
E usquam per incautum vulgus serpant dira contagia, cum dilectionis non veritate sed nomine, salubris negligitur medicina.

Si quæris quæ nam illa sint, poteris qui- Cap. 3.
dem legere mea scripta ad fratres nostros Renatum dei seruum, & presbyterum Petrum, ad quem tu eadem ipsa de q̃bus nũc agimus, scribenda existimasti, eius, vt asseris, voluntati petentis obtemperans. Dabunt enim tibi vt legas proculdubio si voleris, & ingerent etiam non petenti. Veruntamen etiam hic quæ maxime in eisdẽ libris tuis, & in fide tua emendari cupiam, non tacebo. Primum est, q̃ animam nõ ita vis à deo esse factam, vt eam ex nihilo fecerit, sed ex semetipso. Vbi non putes esse consequẽs, vt naturæ sit dei, quia profecto quã sit impiũ & ipse cognoscis. Qua impietate vt careas, ita oportet vt dicas animæ authorem deũ, vt ab illo facta sit, nõ de illo: Qd̃ enim de illo est sicut vnigenitus filius, eiusdem naturæ cuius & ille est. Vt aũt anima eiusdem naturæ non sit cuius est ille, facta est qdẽ ab illo, sed nõ de illo. Aut ergo dic vnde aut fatere de nihilo. Quid est q̃ dicis eã particulam esse quandam halitus naturæ dei? Nunquid nam ipsum halitum naturæ dei, cuius halitus est ista particula, negas esse cuius deus est esse naturæ? Si negas, ergo de nihilo & istum halitum fecit deus, cuius halitum animã vis esse particulã. Aut si non de nihilo, dic vñ illum fecerit deus? Si de seipso, ergo ipe, qd̃ absit, materies opis sui. Sed dicis, Cum de seipso halitum uel flatũ facit, ipse integer manet, quasi nõ & ignis lucernæ integer maneat, cum de illa altera accenditur, & tamen eiusdem, non alterius sit naturæ.

Sed, inquis, eũ a nobis vter inflatur, non Cap. 4.
aliqua portio nostræ naturæ vel qualitatis infunditur, cum hoc ipso quo spiritu hausto vter implet, sine aliqua nostri diminutione gerat. His verbis tuis adhuc addis & immoraris, & inculcas similitudiné quasi necessariam, qua intelligamus qũo deus sine suæ naturæ aliquo detrimento & de seipso animam faciat, & facta de ipso, non sit quod ipse. Dicis enim, Nunquid animæ nostræ est portio vtris inflatio, aut homines fingimus cum vtres inflamus, aut detrimẽtum nostri in aliquo patimur, cum fatus nostros in diuersa patimur. Sed nullum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliq̃d transmittimus flatum, & manente in nobis plena flatus pprij qualitate & integra quãtitate, nullũ nos meminimus damnum ex ex vtris inflatione sentire. Ista similitudine quæ satis elegans & cõgruens tibi videtur, quãtũ fallaris attẽde. Deũ quippe dicis incorporeũ, nõ de nihilo à se factã, sed de seipso animam sufflare corporeã, cũ flatũ nns liet corporeũ, subtiliorem tũ emittamus, q̃ nõa sint corpora, nec eũ de anima nostra, sed de hoc aere per viscera corporis exhalemus. Pulmones nãq; anima, cuius nutu mouentur & cætera corporis mẽbra, ad hunc aereũ ipm̃ ducendum atq; reddẽdum, sicut folles mouet. Præterea alimenta solida & fluxa, vnde est cibus & potus, hoc tertiũ nobis deus alimẽtum circũfudit aurarũ, quas ita carpimus, vt sine cibo & potu diu eẽ possimus: sine hoc aũt alimento tertio, quo fit aura nobis quæ vndiq; circunfistit, spirantibus & respirantibus exhibet, nec exiguo tẽporis spacio possimus viuere. Sicut aũt cibus & potus non solũ ingerendi, verumẽt per meatus ad hoc institutos egerẽdi sunt, ne vtroq; lædant, vel non intrando, vel nõ exeundo: ita hoc tertium flabile, alimentũ, quia in nobis manere non sinitur, nec immorando corrumpitur, sed geritur mox vt ingeritur: non alios, sed eosdem meatus, id est, eos, aut naresi, aut vtrunq;, & q̃ in trahitur, & qua exiret accepit. In teipso tibi proba ipse q̃ dico: Emitte spiritum flãdo, & vide vtrum dures, si non receperis. Recipe respirando, & vide quas patiaris angustias, si non rursus emiseris. Hoc igitur faciamus, quando vtrem, sicut dicis, inflamus, quod facimus vt viuamus. Nisi qd̃ tunc paulo plus ducimus, vt paulo plus emittamus, vt spiritum flabilem. i. ventum in vtrem implẽdũ & extendendum, non quiete spirandi & respirandi, sed anhelandi impetu coartemus. Quomodo ergo dicis, nullum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatum, & manente in nobis plena flatus proprij qualitate & integra quantitate, nullum nos meminimus damnum ex vtrius inflatione sentire? Apparet re fili, si aliqñ vtrem inflasti, non aduertisse quid egeris. Quod enim insufflando emittis, statim recipiendo non sentis. Sed potes hoc facillime discere, si hoc potius velis quàm tua dicta, quia iam dicta sunt, non inflantes vtrẽm, sed inflatus ipse defendere, & auditores tuos quos veris rebus ẽdificare debes,

inani strepitu ventosi sermonis inflare. In hac causa non te ad magistrum mitto, sed ad teipsum. Emitte flatum in vtrem, & os claude continuo, naresque detine, & sic I
saltem senti verum esse quod dico. Cum.n. cœperis augustias intolerabiles perpeti, q̃ cupies ore aperto naribusque recipere, si quando sufflasti, nihil te existimas amisisse. Vide in quo malo sis, nisi hauriendo resumas quod effundendo reddideras. Vide illa insufflatio qualia damna & detrimenta fecisset, nisi ea respiratio reparasset. Nisi enim quod impenderis ad vtrem implendum, ad te itidem alendum, aditu patefacto redierit, quid tibi non solum vnde illum inflare, sed unde tu possis viuere remanebit? Hæc debuisti considerare cum scriberes, & non ista similitudine vtrium inflatorum vel inflandorum introducere nobis deum, aut ex alia natura, quæ iam erat, sicut nos ex isto circunfuso aere flatum facimus, animas flare: aut certe quod & abhorret ab ista similitudine & abundat impietate, deũ sine vllo quidem sui detrimento, sed tamen de sua natura mutabile aliquid vel proferre, vel quod est peius, tanquam sui operis materies ipse sit, facere. Vt ergo aliquam de nro flatu ad hanc rẽ adhibeamus simili K
tudinem, id potius est credendum: quòd sicut nos nõ de natura nostra, quia omnipotẽtes nõ sumus, de isto aere circunfuso, quẽ trahimus & reddimus, cum spiramus & respiramus. flatum facimus quãdo sufflamus, nec viuentem nec sentientem, quanuis nos viuamus atque sentiamus: ita deum non de sua natura, sed quia sic omnipotens est, vt possit creare quod vult, ẽt ex eo quod omnino nõ est, id est, de nihilo flatũ facere posse viuentem atq, sentientẽ, sed planè cũ sit immutabilis, ipse mutabile facit. Quid Cap. 5.
autem sibi vult, quod huic similitudini ad 4.Re.4.
dẽdum putasti ad exemplum de beato Helisæo, qui flando in eius faciem mortuũ suscitauerit? Itane tu flatum Helisæi fuisse putas animam pueri? Non vsqueadeo te à vero exorbitare crediderim. Si ergo anima illa quæ viuenti ablata fuerat vt moreretur, eadem ipsa illi vt reuiuisceret reddita est: quid ad rẽ ptinet quod dixisti, nihil Helisæo fuisse diminutũ, quasi ab illo aliq̃d trãsisset vñ viuente credatur, in puerũ? Quod si propterea dictum est, quia flauit & integer mãsit, q̃d opus erat, vt hoc de Helisæo mortuũ reuiuiscante diceres, quod de quouis flante

nis flante & neminē ſuſcitante dicere nihilominus poſſes? Incaute ſanè locutus es, cū
L abſit vt credas ſtatum Heliſæi factum fuiſſe reuiuiſcentis animam pueri, quid primū dei factū ab iſtius Prophetæ facto hoc diſtare voluiſti, q̄ ille ſemel, iſte ter flauerit. Dixiſti q̄ppe Heliſæum in faciem defuncti filij illius Sunamitis, adinſtar primæuæ originis inſufflaſſe. Et cū emortua mēbra, inquis, in vigorē priſtinū redanimata, p̄ halitū Prophetę diuina virtus accēderet, nihil Heliſæo fuerit imminutū, p̄ cuius flatum corpus emortuū rediuiuā animam recipere & ſpm̄, niſi q̄ ſemel dñs in faciem hominis inſufflauit & vixit, tertio Heliſæus in facie mortui aſpirauit & reuixit. Sic ſonant tua verba iſta, quaſi flandi tm̄ numerus interfuerit, vt nō quod fecit deus, ēt Propheta feciſſe credat. Et hoc ergo emendandum eſt. Tā multū quippe interfuit inter illud opus dei, & hoc Heliſæi, vt ille flauerit flatum uitæ, quo fieret homo in animam viuentem: iſte aūt flauerit flatū, neq; ſententem neq; uiuentem, ſed aliquid ſignificādi gratia figurantem. Deniq; vt puer iſte reuiuiſceret, non eū animando Propheta fecit, ſed eum animando vt hoc deus faceret impetrauit. Quod aūt illum ter ſufflaſſe dicis, aut memoria ſicut fieri ſolet, aut mendo
M ſitas codicis te fefellit. Quid plura? Non ſunt tibi ad hoc aſtruendum aliqua exēpla & argumenta quærenda, ſed potius emendanda & mutanda ſententia. Noli ergo credere, noli dicere, noli docere, q̄ non de nihilo, ſed de ſua natura fecerit animam deus, ſi
Cap. 16. uis eſſe catholicus.

Noli dicere, nec credere, nec docere, per infinitum tp̄s atq; ita ſemper deum animas dare, ſicut ſemp eſt ipſe qui dat, ſi vis eē catholicus. Erit.n. tēpus q̄n non dabit animas deus, cum tamen eſſe ipſe non deſinat. Poterat quidē ſic accipi, quod iſti, ſemper dat, vt intelligeretur ſine ceſſatione dare, quan
2. Ti. 3. diu homines generant & generantur, ſicut dictum eſt de quibuſdam, Semper diſcētes, & ad veritatis ſcientiam nunquam peruenientes, Non enim ſic accipitur quod hic poſitum eſt, ſemper, uelut nunquā deſināt diſcere, cum proculdubio non diſcant, quando in hoc corpore deſiterint vinere, vel cū cœperint ſupplicio gehennalis iguis ardere. Sed tu non permiſiſti ſic accipi verbum tuum, cum dixiſti, ſemper dat, quandoquidem id ad infinitum tempus reuocandum putaſti. Et parum hoc fuit. Sed tanquā ſgrecē abs te, vt apertius explicares, q̄o dixeris, ſemper dat, addidiſti atq; dixiſti, Sicut A
ſemper eſt ipſe qui dat. Hoc ſana & catholica fides omnino cōdēnat. Abſit. n. vt credamus, q̄ animas deus ſemp det, ſicut ſemp eſt ipſe qui dat. Sic. n. ſemp eſt ipſe, vt nunquā ipſe eſſe deſiſtat. Animas aūt non ſemper dabit, ſed eas finito generationis ſeculo, non iam naſcentibus quibus dādæ ſint, p̄culdubio dare ceſſabit.

Noli credere, nec dicere, nec docere, animam meritum aliquod perdidiſſe per carnem, tanquam boni meriti fuerit ante carnē, ſi vis eē catholicus. Nōdū. n. natos Apoſtolus nihil egiſſe dicit boni vel mali. Vnde ergo anima potuit ante carnē hr̄e meritum bonū, vt nihil egerat boni? An forte audebis eā dicere ante carnē bñ vixiſſe, quā nō potes oñdere vel fuiſſe? Q̄o ergo dicis, nō vis animā ex carne peccati contrahere valetudinē, ad quā vicisſim ſanctificationē videas tranſire per carnē, vt per ipſam repararet ſtatum, per quem perdiderat meritū? Hæc dogmata q̄bus putaū anima ante carnem habuiſſe aliquē ſtatum bonū & meritū bonum, ſi forte neſcis, exceptis antiquis hæreticis, ēt recentius in Priſcillianiſtis iā
B catholica damnauit eccleſia. Noli credere, noli dicere, noli docere, aīam p̄ carnē reparare habitudinē priſcā, & p̄ illā renaſci, p̄ quā meruerat inq̄nari, ſi vis eē catholicus. Vt. n. omittā ī eo qđ dixiſti merito ergo p̄ carnem, priſcam reparat habitudinem, quā viſa fuerat pauliſper amiſiſſe p̄ carnem, vt per eam incipiat renaſci per quā meruerat inquinari, tā in proximo tu ipſe tibiipſi extitiſti contrarius, vt homo qui pauloante dixeras, animam per carnē reparare ſtatū p̄ quam perdiderat meritum, vbi nullo modo poteſt niſi bonū meritū intelligi, quod vis vtiq; per carnē in baptiſmate reparari: rurſus eam diceres inquinari meruiſſe per carnem, vbi iam non poteſt bonum, ſed malum meritum intelligi, ut ergo id omittam prorſus, vel bonum, vel malum meritū credere habuiſſe animam ante carnem, catholicum non eſt.

Noli credere, nec dicere, nec docere, q̄ anima meruit eſſe peccatrix ante omne peccatū, ſi vis eſſe catholicus. Valde enim malum meritum eſt, meruiſſe fieri peccatricē. Et vtique tam malum meritum nullo modo habere potuit ante omne peccatū, p̄ſertim

ſertim priuſquam veniret in carnem, quando meritum nec malum potuit habere, nec bonum. Quomodo igitur dicis, Anima itaque ſi peccatrix eſſe meruit, quæ peccatrix eſſe non potuit, neque in peccato remāſit,
C quia Chriſto præfigurata, in peccato eſſe non debuit, ſicut eſſe non potuit. Attende quid dicas, & deſiſte iam dicere, Quomodo enim meruit, & quomodo non potuit eſſe peccatrix? Q̄o, q̄ſo te peccatrix eſſe meruit, quę male non vixit? Quomodo, quæſo te, peccatrix facta eſt, quæ peccatrix eſſe nō potuit? Aut ſi non potuit, ideo dicis, quia p̄ter carnem non potuit: quomodo ergo meruit eſſe peccatrix, quo merito in carnē mitteretur, quandoquidem ante carnem nō potuit eſſe peccatrix, vnde mali aliquid mereretur.

Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequam baptizentur morte præuēnire poſſe ad originalium indulgētiam peccatorum, ſi vis eſſe catholicus, Exē
Pſa. 13. pla. n. quæ te fallunt, vel de latrone qui dominum eſt confeſſus in cruce, vel de fratre ſanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad huius erroris ſententiam ſuffragantur. Latro quippe ille, quanuis potuerit iudicio diuino inter eos deputari, qui martyrij confeſſione purgantur, tamen etiam vtrum nō fuerit baptizatus ignoras. Nam vt omittā quod creditur, aqua ſimul cū ſanguine exiente de latere domini, iuxta confixus potuiſſe perfundi, atque huiuſmodi ſanctiſſimo baptiſmate dilui, quid ſi in carcere fuerat baptizatus, quod & poſt perſecutionis tē
D pore nonnulli clanculo impetrare potuerunt? Quid ſi & antequam teneretur? Neque. n. propterea illi publicæ leges parcere poterant quantum attinet ad corporis mortem, quoniam diuinitus remiſſionem acceperat peccatorum. Quid ſi iam baptizatus in latrocinij facinus & crimen incurrerat: & non expers baptiſmatis, ſed tanqum pœnitens accepit ſcelerum veniam quam baptizatus amiſit, quandoquidem pietas tam fidelis, & domino in animo eius, & nobis in eius verbis apparuit? Nam ſi eos de quibus non ſcriptum eſt, vtrum fuerint baptizati, ſi
Ioan. 3. ne baptiſmo de hac vita receſiſſe contendimus, ipſis calumniamur Apoſtolis, qui præter apoſtolum Paulum quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed ſi ipſos baptizatos
Ioan. 13. eſſe per hoc nobis innoteſcere potuit, quod beato Petro dominus ait, Qui lotus eſt, nō indiget niſi vt pedes lauet, Quid de aliis, de quibus, vel tale nihil legimus dictum, de Timotheo, de Tito, de Silea, de Philemone, de ipſis euangeliſtis Marco & Luca, de innumerabilibus cæteris: quos abſit vt baptizatos eſſe dubitemus, quanuis non legamus? Dinocrates autem ſeptennis puer, in E
quibus annis pueri cum baptizantur, iam ſymbolum reddunt, pro ſe ipſi ad interrogata reſpondet, cur non tibi viſus fuerit baptizatus potuiſſe ab impio patre ad gentilium ſacrilegia reuocari, & ob hoc fuiſſe in pœnis, de quibus ſorore orāte liberatus eſt, neſcio, Neque. n. & ipſum vel nunquā fuiſſe Chriſtianum, vel catechumenū defunctum fuiſſe legiſti: quāquam ipſa lectio non ſit in eo canone ſcripturarum, vnde in huiuſmodi quæſtionibus teſtimonia proferenda ſunt.

Noli credere, nec dicere, nec docē, quos Cap. 10.
dominus prædeſtinauit ad baptiſmum, prædeſtinationi eius eripi poſſe, & ante defungi quam in eis fuerit, quod omnipotens prædeſtinauit impletum, ſi vis eſſe catholicus. Neſcio quæ hic. n. poteſtas contra poteſtatem dei caſibus datur, quibus irruentibus quod ille prædeſtinauit fieri non ſinatur. Hic error quanta errantem voragine impietatis abſorbeat, exaggerare nō opus eſt, cum prudentem virum & corrigi paratum breuiter admoniſſe ſufficiat, Tua quippe iſta ſunt verba. Habendam dicimus, inquis, de infantibus iſtiuſmodi rationem, qui prædeſtinati baptiſmate, vitæ p̄ſentis antequā renaſcantur in Chriſto, præueniuntur occiduo. Ergone prædeſtinati baptiſmo vitæ p̄ſentis antequam ad deum perueniant, præueniuntur occiduo, & prædeſtinaret deus F
quod futurum nō fuiſſe præſciuit? Aut hoc futurum fuiſſe neſciuit, vt eius aut prædeſtinatio fruſtraretur, aut præſcientia falleretur? Vides quanta hinc dici poſſent, niſi qđ paulo ante dixi tenerē, vt hinc te breuiter admonerem. Noli credere, nec dicere, nec docere, de infantibus qui priuſquam renaſcantur in Chriſto, præueniuntur occiduo, ſcriptum eſſe, Raptus eſt ne malitia mutet Sapiē. 4.
intellectum illius, aut ne fictio decipiat animam eis, propter hoc properauit de medio iniquitatis illū educere. Placita. n. erat deo anima eius, & conſummatus in breui exple uit tempora longa: ſi vis eſſe catholicus. Hoc. n. ad illos omnino non pertinet, ſed ad eos potius qui baptizati & pie viuētes, diu non permittuntur hic viuere, nō annis, ſed

sapientiæ gratia consummati. Iste vero error quo putatur hoc de paruulis, antequã baptizentur morientibus esse dictũ, ipsi sacrosancto lauacro intolerabilẽ facit iniuriã, si paruulus q̃ baptizatus rapi poterat, ꝓpea prius rapitur, ne malitia mutet illius intellectum, aut ne fictio decipiat animam eius: quasi in eodem baptismo hæc esse malitia credatur, & fictio qua in peius mutetur & decipiat, si non ante rapiat. Deinde qm̃ placita erat deo anima eius, properauit de medio iniquitatis illũ educere, ita vt nec paulum remoraret, vt qđ in eo prædestinauit, impleret: sed contra suã prædestinationem facere maluit, tanquã festinans, ne quod ei placuerat in non baptizato, exterminaretur in baptismo: tanquam moriturus infans ibi pereat, quo currendũ est cũ illo ne pereat. Quis ergo hæc verba scripto in libro sapiẽtiæ, de paruulis sine baptismate mortuis dicta esse crederet, diceret, scriberet, recitaret, si ea sicut oportuerat cogitaret?

Cap. 11. Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquas mansiones esse extra regnum dei, quas esse dñs dixit in domo patris sui, si uis esse catholicus. Non.n. ait, sicut hoc testimoniũ ipse posuisti, multæ mansiones sunt apud patrem meum. Quòd si ita dixisset, non alibi essent intelligendæ q̃ in domo patris eius. Sed aperte ait. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quis itaq; audeat aliquas partes domus dei separare a regno dei: vt cum reges terræ non tantũ in domo sua, nec tm̃ in patria sua, sed lõge lateq; ẽt trans mare regnare inueniatur, rex qui fecit cœlum & terram, nec in tota domo sua regnare dicatur? Sed forte dicas, omnia quidẽ pertinere ad dei regnum, quia regnat in cœlis, regnat in terris, in abyssis, in paradiso, in inferno. Vbi.n. non regnat, cuius ubiq; summa potestas est? sed aliud esse regnũ cęlorũ, quo fas non est accedere nisi lauacro regnationis ablutos, ꝓp dñicã verã fixamq; sententiã: aliud aũt esse regnum terrarum, vel aliarum creaturæ partium, vbi possunt esse aliquæ mansiones domus dei, quãuis pertinẽtes ad regnũ dei, nõ tn̄ ad regnũ cœlorũ, vbi excellentius & beatius est regnũ dei: ita fieri: vt nec aliquæ domus dei partes atque mansiones, a regno dei nefarie separentur, & tn̄ non omnes in regno cœlorum mansoribus præparentur: atq; in ijs quæ in regno cœlorum non sunt possint fœliciter habitare, quibus eas etiam non baptizatis deus dare voluerit, vi in regno dei sint, quãuis in regno cęlorũ quia baptizati nõ sunt, esse non possint. Hoc qui dicunt, videntur quidem sibi dicere aliquid, quia scripturas negligenter attendunt, & qũo regnum dei dicatur, vnde oramus dicentes, Adueniat Matt. 6
regnum tuum: non intelligunt, quia regnũ I
dei dicitur, vbi cum illo fidelis familia eius, beate & sempiterne tota regnabit. Nam secundũ ptãtem quæ illi super omnia est, etiã nũc vbiq; regnat. Quid ergo est quod oramus vt ueniat, nisi ut cum illo regnare mereamus? Sub eius autem potestate etiã illi erunt, qui pœna æterni ignis ardebunt. Nunquid nam ob hoc etiã ipsos, in regno dei futuros dicturi sumus? Aliud est.n. regni dei muneribus honorari, aliud regni dei legibus coerceri. Vt autem tibi manifestissime appareat, non esse regnum cœlorum distribuendum baptizatis, & alias partes regni dei dandas quibus tibi visum est, non baptizatis: ipsum dominum audi, qui non ait, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum cœlorum: sed nõ potest, inquit, intrare in regnũ dei. Nam verba eius de hac re ista sunt ad Ioan. 3.
Nicodemum, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Ecce non hic dixit, regnum cœlorum: sed dei. Et cum respondisset Nicodemus atq; dixisset, Quõ potest homo nasci cum senex sit? nunquid potest in uentrẽ matris suæ iterato introire, & renasci? Eandem K
dominus sententiam planius apertiusq; repetens, ait, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Ecce nec hic dixit regnum cœlorum, sed regnũ dei. Quod.n. dixerat, Nisi quis natus fuerit denuo, hoc quid esset exposuit dicens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Et quod dixerat, non potest videre, hoc exposuit dicendo, non potest introire. Illud autẽ quod dixerat, regnum dei, non alio nomine repetiuit. Neq; nunc opus est quærere atq; discerere, vtrum regnum dei, regnumq; cœlorum cum aliqua differentia sit intelligendum. an res vna sit duobus appellata nominibus. Sufficit ꝙ non potest introire in regnum dei, qui non fuerit lauacro regnationis ablutus. Mansiones aũt aliquas constitutas in domo dei separare à regno dei, q̃ sit à ueritate deuium, puto ꝙ iã intelligas. Et ideo ꝙ putasti, in aliquibus mãsionibus quas

quas dñs multas esse dixit in domo patris sui, mansuros quosdam ẽt non renatos ex aqua & spiritu, vt fidem catholicam teneas, admoneo si ꝓmittis, emendare nõ differas.

9.12. Noli credere, nec dicere, nec docere, sacri
L ficiũ Christianorũ, pro ijs qui nõ baptizati de corpore exierint offerẽdũ, si uis esse ca
Bach. tholicus, Quia nec illud qđ de Machabæo rũ libris cõmemorasti sacrificiũ Iudæorũ, pro eis qui non circuncisi de corpore exierint, ostendis oblatum. In qua tua sententia tam noua, & contra ecclesiæ totius authoritatem disciplinamq; prolata, verbo etiã inso lentissimo vsus es, dicens, Pro his sane oblationes assiduas, & offerẽda iugiter sanctorũ censeo sacrificia sacerdotum, vt te homo latens sacerdotibus dei, nec discendo subderes, nec saltem simul quærendo misereres, sed cẽsendo præponeres. Aufer tibi ista fili: Non
9.7. sic in uiam quam Chs̄ humilis seipsum esse docuit, ambulatur. Nullus cum hoc tpe per angustam portam eius ingreditur.

9.13. Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquos eorũ qui sine baptismo Christi ex hac vita emigrauerint, interim nõ ire in regnũ cœlorum, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorũ, ẽt ad regni cœlorũ beatitudinem peruenire, si uis esse catholicus. Hoc.n. eis dare nec Pelagiana hæresis ausa est, quæ opinatur paruulos non trahere originale peccatum. Quos tu quãuis sit catholicus cum pctõ nasci fatearis, nescio
M qua tũ peruersioris nouitate opinionis, sine baptismate salutari. & ab hoc peccato cum quo nascuntur absolui, & in regnum cœlorum asseris introduci. Neq; consideras in hac causa, quãto deterius sapias q̃ Pelagius. Ille quippe dominicam sententiam pertimescens, quia non baptizati in regnum cœlorum non permittuntur intrare, licet eos quos ab omni peccato liberos credit, non illo audet paruulos mittere. Tu vero sic cõ
9.3. temnis, quod dictum est, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non poseſt intrare in regnum dei: vt excepto errore quo audes a regno dei paradisum separare, quibusdam quos reos nasci sicut catholicus credis, sine baptismate mortuis, & illius reatus absolutionẽ, & regnum cœlorum non dubites insuper polliceri: quasi contra Pelagium in originali peccato abstruendo, tunc esse possis catholicus verus, si contra dominum fueris in destruenda eius de baptismo sententia hæreticus nouus. Nos te dilectissime, non sic volumus hæreticorum esse uictorem, ut error uincat erroré, & qđ est peius, maior minorẽ. Dicis.n. Aut si forte qs piã reluctet, latronis animæ vel Dinocratis interim temporarie collatum eẽ paradisũ, nã superesse illis adhuc in resurrectione p A
mium regni cœlorum: quanquã sententia illa principalis obsistat, quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, nõ intrabit in regnum cœlorũ; tn̄ teneat ẽt meũ in hac parte, non inuidentis assensum, modo misericordiæ præscientiæq; diuinæ & effectum amplificet, & affectũ. Hæc uerba tua sunt, vbi te confiteris consentire dicenti, quibusdam non baptizatis sic temporarie collatũ esse paradisum, ut superfit illis in resurrectione præmium regni cœlorũ, contra sententiam principalem qua constitutum est, non intrauerunt in illud regnum, qui non renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. Quã sententiã principalem timens violare Pelagius, nec illos sine baptismo in regnum cœlorum credidit intraturos, quos non credidit reos. Tu autem & originalis peccatis reos paruulos confiteris, & tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis, & in paradisum mittis, & postea ẽt regnum cœlorũ intrare permittis.

Hæc & huiusmodi, si & alia forsitan in Cap. 14.
tuis libris attẽtior, & ociosior inuenire potueris, sine ulla dilatione iam corrige, si animum catholicum geris, id est, si ueraciter p
locutus es, dicens, ꝙ tibiipsi credulus nõ sis B
ea probare posse quæ dixeris, & ꝙ semper studeas etiam propriam sententiam nõ tueri, si improbabilis detegatur, & sit tibi cordi proprio iudicio damnato, meliora magis & quæ sunt ueriora sectari. Mõ proba charissime, nõ te fallaciter ista dixisse, ut de tua indole, non solum ingeniosa, uerumetiam pia, modesta, gaudeat catholica ecclesia, non de contentiosa pertinacia hæretica exardescat insania. Nunc est ut ostendas quanta post hæc bona uerba quæ commemoraui, synceritate pectoris dixeris, quod cõtinuo subiecisti. Nam ut est, inquis, optimi propositi, laudandique consilij facile ad ueriora traduci, ita improbi obstinatique iudicij est, nolle citius ad tramitem rationis inflecti. Est igitur optimi propositi laudandiq̃ consilij & facile ad ueriora traducere. Nec sis improbi obstinati que iudicij, vt nolis citius ad tramitem rationis inflecti. Si enim hæc liberaliter elocu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus es,si non in labijs ista sonuisti,sed intus & germinatus in corde sensisti,in tuæ correctionis tanto bono ẽt moras odisti. Parum quippe tibi fuit dicere, improbi ostinatiq; esse iudicij,nolle ad tramitẽ rationis inflecti,nisi adderes citius: vt hinc ostenderes q̃ sit execrandus qui bonum nunquã facit,qñ quidẽ qui tardius facit, tanta tibi uidetur
C seueritate culpandus,vt merito improbi iudicij obstinatiq; dicatur. Audi ergo teipsũ, tuq; potissimum & maxime eloquij tui fructibus vtere,ut citius te ad rationis tramitem grauitate mentis inflectas, quam te inde minus erudite parumq; conlulte lubrico ætatis auerteras. Nimis longum est omnia quæ in tuis libris, vel potius in teipso volo emendari,pertractare atque discutere, & saltem breue tibi de singulis corrigẽdis reddere rationem. Nec ideo tamen te contemnas,vt arbitreris ingenium & eloquiũ tuum parui esse pendendum. Nec sanctarũ scripturarum memoriam in te paruam esse cognoui,sed eruditio minor est, quam tãtæ indoli laboriq; cõgruebat. Itaq; te nec amplius quã oportet tibi tribuendo uanescere volo,nec rursus te abijciendo ac desperando frigescere. Vtinam tua scripta tecum legere possem, & colloquendo potius quam scribendo,quæ sint emendanda monstrarẽ. Facilius hoc negocium perageretur nostra inter nos sermocinatione,quã literis. Quæ si scribenda esset,multis voluminibus indi-
D geret. Verũ ista capitalia,quæ certo etiã numero comprehendere volui, instanter admoneo ne corrigere differas, & ea prorsus à fide & prædicatione tua facias aliena. Vt quanta tibi facultas est disputandi,munere dei utaris vtiliter ad ædificationem, non ad destructionem sanæ salubrisq; doctrinæ.

Cap.15 Sunt autem ista de quibus ut potui iam differui,sed breuiter ea repet ẽdo percurrã. Vnum est,quod animam non ex nihilo,sed de seipso deum fecisse dixisti. Alterum,per infinitum tempus, atque ita semper deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat. Tertium,animam meritum aliquod perdidisse per carnem, quod habuerit ante carnem. Quartum, animam per carnem reparare habitudinem priscam, & per eandem carnem renasci, per quam meruerat inquinari. Quintum,quod anima meruerit essa peccatrix ante omne peccatum. Sextum infantes antequam baptizẽtur morte præuentos, peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorũ. Septimum,quos dñs prædestinauit ad baptismũ, prædestinationi eius eripi posse,& ante defungi quam in eis fuerit,quod omnipotens prædestinauit impletum. Octauum,de infantibus qui priusquã renascantur in Christo,præuentũtur,occiduo,scriptũ esse, Raptus ẽ ne malitia mutaret intellectum illius: & cætera quæ in eam sententiam in sapientiæ libro leguntur. Nonum,aliquas mãsiones esse extra regnum dei, earum quas dñs esse dixit in domo patris sui. Decimum est, sacrificium Christianorum, pro eis qui nõ baptizati de corpore exierint offerendum. Vndecimum,aliquos eorum qui sine baptismo Christi ex hac vita emigrauerint, interim nõ ire in regnum,sed in paradisum,postea vero in resurrectione mortuorum etiã ad regni cœlorum beatitudinem peruenire. Hæc interim undecim multum aperteq; peruersa, & fidei catholicæ aduersa nunc iam nihil cuncteris extirpare atq; abijcere ab animo, a uerbo,à stilo tuo,si uis ut te non solum ad altaria transisse catholica, sed uere catholicum esse gaudeamus. Nam hæc si pertinaciter singula defendantur, tot hæreses facere possunt,quot opiniones esse numerãtur. Quocirca considera quam sit hoc horrendum,vt omnes sint in vno homine,quæ damnabiles essent in singulis singulæ. Sed tu pro eis nulla contentione pugnaueris, imo vero eas fidelibus verbis & literis expu
F gnaueris,laudabilior eris censor in teipsũ, quam si quemlibet alium recta ratione reprehenderis, & mirabilior eorum emendator,quam si nunquam ille sensisses. Assit dominus tuæ menti,& tantam spiritui tuo spiritu suo,facilitatem humilitatis,lucem ueritatis,dulcedinem charitatis, pacem pietatis infundat, vt victor tui animi malis esse in veris,quam cuiuslibet contradicentis in falsis. Absit autem vt te arbitreris hæc opinando à fide catholica recessisse, quanuis ea fidei sint aduersa catholicæ, si coram deo cuius in nullius corde oculus fallitur, veraciter te dixisse resipiscis, non te tibi non esse credulum,probari ea quæ dixeris pone,ac studere te semper etiam propriam sententiam non tueri, si improbabilis detegatur, eo quod sit tibi cordi,proprio damnato iudicio,meliora magis & quæ sint ueriora sectari. Iste quippe animus etiam in dictis p ignorantiam non catholicis, ipsa est correctionis præmeditatione ac præparatione catholicus

tholicus. Sed iste sit modus huius voluminis,vbi requiescat paululum lector, vt ad ea quæ sequuntur, eius intentio ab alio renouetur exordio.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de anima & eius origine,ad Vincentium Victorem,Liber quartus.

1 Accipe nunc iam ẽt de me ipso quæ tibi dicere cupio, si possim,hoc est, si ille donauerit, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Reprehẽdisti.n. me bis numero,exprimens etiam meum nomen. Et cum te in principio libri tui imperitiæ tuæ admodum conscių,& doctrina & adminiculo destitutum, me vero vbi nominasti doctissimum ac peritissimum dixeris: tamen in quibus in rebus tibi uisus es nosse,quod ego uel nescire me fateor, vel quanuis nesciam scire præsumo: libertate qua oportebat,non tantum senem iuuenis, & Epm laicus,verumetiam hominem tuo iudicio doctissimum ac peritissimum non dubitasti reprehendere. Ego autem & doctissisimum ac peritissimum nescio, imo vero
H me non esse certissime scio. Et fieri posse non ambigo, vt aliquid imperito & indocto cuipiam scire contingat, quod aliqs laicus doctus & peritus ignorat. Et in hoc te plane laudo, q̃ veritatem etsi nunquam percepisti,certe quam putasti, homini prætulisti. Ideo quidem temere quia existimasti scire te quod nescis:sed ideo libere, quia personam nõ veritus,elegisti aperire quod sentis. Vnde te intelligere oportet, quanto esse nobis dẽat cura maior,dominicas oues reuocare ab erroribus,si & ouibus turpe est vitia pastorum,si qua cognouerunt,eisdem occultare pastoribus. O si illa reprehendes mea, quæ ista reprehẽsione sunt digna.
» Neque enim negare debeo, sicut in ipsius
» moribus, ita multa esse in iam multis o-
» pusculis meis, quæ possint iusto iudicio,
» & nulla temeritate culpari. Ex quibus ali-
qua reprehenderes, illic & tibi fortasis ostenderem, qualem te esse, in quibus non perperam, reprehenderes vellem, neq̃ te ibi iuniori maior,& præpositus subdito,cor
rectionis exemplum,quanto humilius, tanto salubrius exhiberem. Sed ea in me reprehendisti,quæ non corrigere humilitas, sed partim fateri, partim defendere veritas cogit.

Hæc autẽ sunt, Vnum, q̃ de origine animarum, quæ post primum hominem datæ sunt,vel dantur hominibus, nõ sum ausus I aliquid definire,quia fateor me nescire. Alterum, q̃ animam scire me dixi spũm esse, non corpus. Sed in hoc altero duo reprehẽdisti, Vnum, q̃ non eam crederem corpus esse. Alterum q̃ eam spiritum credere. Tibi.n. videtur & corpus esse animã,& non esse spiritum. Audi igitur purgationem meã contra reprehensionem tuam, & ex hac occasione qua me tibi purgo, in teipso disce q̃ purges. Recole verba libri tui, vbi me primitus nominasti,Scio, inquit,plerosque & facile peritissimos uiros, insuper & consultos tenuisse silentium, aut nihil expressius elocutos, cũ definitionem disputationibus suis inchoata expositione subtraherent,sicuti nunc nuper apud te Augustini doctissimi viri prædicatiq̃ Episcopi comprehensum literis lectitaui: modestius quidem ut reor, ac verecundius huiusce rei arcana rimantes, intra seipsos tractatus sui deuorasse iudicium,neq; se posse exhinc aliquid determinare professos. Sed mihi crede,satis superq; videtur absurdũ atq; incongruum rationi,vt homo ipse expers sui sit, aut is qui rerum omnium creditur adeptus esse notitiam,sibiipsi habeatur ignotus. Quid autẽ K differt hõ a pecore,si nescit de sua qualitate naturaq; disquirere atq; disserere, vt merito in illũ conueniat quod scriptum est,Hõ Psal.48
cum esset in honore non intellexit,assimilatus est iumentis,& comparatus est eis. Nã cum deus bonus nihil non ratione condiderit,ipsumq; hominem animal rationale, intellectus capacem,rationis compotẽ, sensuq̃ viuacem, qui omne rationis experientia,prudentiq; ordinatione distribuat, procreauit,quid tam inconuenienter dici potest,quam vt eum sola sui notione fraudauerit. Et cum sapientia mundi, quæ tese usque ad veri cognitionem superuacuationẽ supuacua quidẽ inuestigatione ꝓtendit,qa scire nequit per quem licet, quæ sunt vera cognosci,aliqua tñ vicina,imo affinia veritati tentauerit super animę naturę dispice re:q̃ indecens atq; pudendũ est,religiosum quenquam de hocipso aut nihil sapere,aut

penitus sibi interdixisse ne sapiat. Ista tua nostræ ignorantiæ disertissima & luculentissima castigatio, omnia quæ ad naturam hominis pertinent, sic te scire compellit, vt si eorum aliquid ignoraueris, non meo, sed tuo iudicio pecoribus compareris. Quanuis.n. nos insignius videaris attingere, eo quod dixisti, Homo cũ esset in honore non intellexit: quia in quo tu non es, honore su
L mus Eccl. ſiæ, tamen etiam tu in eo es hono re naturæ, vt pecoribus præferaris. Quibus secundum tuum iudicium comparandus es, si aliquid eorum quæ ad naturã tuã constat pertinere, nescieris. Neque.n. eos aspersisti hac reprehensione tantummodo qui hoc nesciunt quod ego nescio, hoc est, humanæ animæ originem: quam quidem non penitus nescio, scio.n. deum flauisse in
Genc. 2. faciem primi hominis, factumq; esse hominem in animam viuam, quod tamen nisi legissem, per meipsum scire non possem. Sed dixisti. Quid autem homo differt à pecore, si nescit de sua qualitate naturaq; disquirere atque disserere? Quod sensisse ita videris, tanquam de vniuersa sua qualitate atq; natura sic homo disquirere atque disserere debeat, vt nihil eum sui lateat. Quod si ita est, iam te pecoribus comparabo, si mihi non responderis tuorum numerum capillorum. Si autem quantumcunque proficiamus in hac vita, aliqua nos ad nostram naturam pertinentia nescire concedas, quæro id quantum quatenusq; concedas, ne forte & hoc ibi sit, q̃ animæ nostræ non omnimodo scimus originem: quanuis quod ad salutem pertinet fidei, diuinitus animam datam, eamq; non cuius deus est esse naturæ, remotis ambagibus nouerimus. An forte hactenus putas naturam suam cuique ne-
M sciendam, quatenus eam tu nescis, hactenus sciendam, quatenus eam tu scire potueris, vt si paulo amplius te quis nescierit, eum pecoribus compares, q̃ scientior illo esse potuisti, atque ita si quis eã paulo plus te scierit, eadem iustitia te ille pecoribus comparabit? Dic ergo quatenus nobis naturã nostram nescire concedas, vt à pecoribus salua sit nostra distantia. Et considera tamen ne plus à pecoribus distet, qui eius aliquid nescire se scit, quam qui se putat scire quod nescit. Natura certe tota hominis est spiritus, anima & corpus. Quisquis ergo à natura humana corpus alienare vult, desipit. Medici tñ, qui appellantur anatomici, per mẽ-
bra, per venas, per neruos, per ossa, per me-
dullas, per interiora vitalia etiam viuos ho-
mines, quandiu inter manus rimantium vi-
uere potuerunt, deficiendo scrutati sunt, vt
naturam corporis nossent. Nec tamen nos
quia ista nescimus pecoribus compararũt.
Nisi forte dicturus es, eos pecoribus comparandos qui animæ naturam, non qui corporis nesciunt. Non ergo ita præloqui de- A
buisti. Neque.n. aisti, Quid differt homo à pecore, si nescit de animæ suæ qualitate atque natura: sed aisti, si nescit de sua qualitate naturaq; disquirere atque disserere. Qualitas vtique nostra, & natura nostra cũ corpore computatur, quanuis de his quibus constamus, singillatim singulis disseratur. Verum ego quam multa possim de hominis natura scientissime disputare, si explicare velim, plura volumina implebo, multa me tamen ignorare confiteor. Cap. 2.

Tu autem quo vis pertinere quod in superiore libro de flatu hominis disputauimus, Vtrum ad animæ naturam, quia ipsa id agit in homine: an ad corporis, quod ab ea mouetur vt id agat: an ad huius aeris, cuius reciprocatu id agere declaratur: an potius ad omnia tria, ad animã. s. quæ corpus mouet, & ad corpus quod motu flatum recipit atque reddit, & ad auram istam vndiq; circunfusam, quæ intrãdo alit, releuat exeũdo. Et tamen hoc literatus homo atque facũdus vtique nesciebas, quando credebas, dicebas & scribebas, & in conuentu multitudinis congregatæ, legebas, & de natura nostra vtrem inflare, & naturam nostram in nos minus nihil habere: cũ hoc vnde faciamus, facillime posses, non diuinas & humanas paginas perscrutando, sed in te aduertẽdo nosse cum velles. Quomodo igitur tibi committã vt me doceas de origine animarũ, qñ me nescire confiteor, qui quod tuis naribus atque ore sine intermissione facis, vnde facias ignorabas? Et pstet dominus vt à me commonitus, cedas potius quam resistas tã in promptu positæ atque apertissimæ veritati. Nec de vtre inflãdo sic interroges pulmones tuos, vt eos aduersus me habere malis inflatos, quam eis acquiescere te docentibus, & responsum tibi verum, non loquendo & altercando, sed spirando & respirãdo reddentibus. Proinde ignorantiam meam de origine animarum te corripientem atq; obiurgantem, non moleste ferrem, imò insuper & gratias magnas agerem, si eã mihi non
B

nõ solũ dutis pcuteres cõuitijs, sed veris ét excuteres dictis. Si.n. me posses docere qđ nescio, non solũ te verbis, sed & pugnis cædentem deberem patientissime sustinere.
4. Nã fateor dilectioni tuæ, quantum attinet ad istã qõnem, vnum de duobus valde cupio nosse si possim vel de animarũ origine, quod ignoro, vel vtrũ pertineat ad nos
C hoc nosse cum hic viuimus. Quid si.n. ex
sa illis rebus est, de quibus nobis dr, Altiora te
3. ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi dñs illa cogita semper? Verũ hoc nosse cupio, aut ab ipso deo sciente quod creat, aut etiam ab aliquo docto sciente quod dicat, non ab homine nescIente quod anhelat. Infantiam suã quisq; non recolit, & putas hominem nisi deo docente posse cognoscere, vnde in matris vtero viuere cœperit, præsertim si vsqueadeo illum adhuc lateat humana natura, vt non solum quid intus habeat, verumetiam quid ad eam forinsecus accedat, ignoret. Itane dilectissime tu me docebis aut quenquam, vnde homines nascentes animentur, qui nesciebas adhucusq; vnde uiuentes sic alantur, vt illo alimento paululum subtracto cõtinuo moriatur? Tu me docebis aut quenquam, vnde homines animentur, qui nescie
bas adhucusq; unde utres qñ inflantur, impleantur? Vtinam quemadmodũ nescis vn
de origo sit animarum: sic ego saltem scirẽ
vtrum mihi in hac vita sciẽdum esset, Si.n. ex illis est altioribus, quæ inquirere scrutatiq; prohibemur, timendum est ne hoc nõ ignorando, sed quærendo peccemus, Neq;
D enim ꝓpea non esse de illis altioribus puta
3. te debemus, quia non ad dei naturã pertinet, sed ad nostram. Quid q̃ nonnulla in operibus dei, q̃ ipse deus inquantũ cognosci potest, difficilius cognoscuntur? Nam didicimus deũ esse trinitatem: quot aũt animalium genera creauerit, saltẽ terrestriũ,
7. quæ in arcam Noe intrare potuerunt, adhucusq; nescimus. Nisi hoc tu iã forte didi
3 cisti. In libro ẽt Sapientiæ scriptũ est, Si.n. tantum potuerunt ualere vt possent æstimare seculum, qũo eius dñm non facilius inuenerunt? An quia hoc intra nos est, iõ non altius nobis est? Interior n. est animæ nostræ natura q̃ corpus. Quasi vero corpus ipsum nõ facilius nosse potuerit anima extrinsecus p oculos ipsius corporis, q̃ intrinsecus per seipsam. Quid.n. est in intestinis corporis vbi non est ipsa? Et tamen etiã quæq; interna atq; vitalia oculis corporis inquisiuit, & quicquid ex eis discere potuit, p oculos corporis didicit. Et certe ibi erat ẽt qñ illa nesciebat. Et cum viscera intrinsecus nostra non possint sine anima viuere, facilius ea potuit anima viuificare quã nosse. An forte ad eius cognitionem altius illa est corpus eius quã ipsa, & ideo si velit inquirere atq; disserere, quando semen hominis conuertatur in sanguinẽ, qñ in solidam E
carnẽ, qñ ossa durari, qñ incipiant medullari: quot sint genera uenarum atq; neruorũ, quibus discursibus & anfractibus uniuersũ corpus illæ irrigent, illi alligent: vtrũ in neruis deputanda sit cutis: utrũ in ossibus dentes, distant.n. q̃ medulla earent: & quid ab vtrisq; differant ungues, qñ his duricia similes sunt: prẽcidi autẽ & crescere, commune illis est cũ capillis: quisnam sit usus uenarũ, nõ sanguinis, sed aeris quas arterias vocant, hæc atq; huiusmodi de natura corporis sui, si anima nosse desideret, tũc ne dicendum est homini, Altiora te ne q̃sieris, Ecclesia
& fortiora te ne scrutatus fueris: si aũtẽ de ſt ici. 3.
sua origine quod nescit, inquirat, non est altius neq; fortius, quã vt id posit apprehendere: & absurdũ exisstimas atq; incongruũ rationi, vt nesciat anima, vtrũ nam diuinitus insufflata sit, an de parẽtibus tracta, cũ hoc iam præteritũ non meminerit, & interilla deputet, quæ irreuocabiliter, sicut infantiam, & cætera recentius ab vtero ætatis oblita est, si tamen, cum sensu eius aliquo factum est quando factum est: nec puras absurdum atq; incongruũ, ut corpus sibi subditum nesciat, & quod nõ est de præteritis eius, sed de præsentibus prorsus ignoret, vtrum venas moueat vt viuat in corpore: F
neruos ãt, vt membris corporis operetur, & si ita est, cur neruos non moueat, nisi uelit: pulsus autem uenarum etiã si nolit, sine intermissione agat: de qua parte corporis cæteris dominetur, quod ἡγεμονικὸν uocãt, vtrum de corde, an de cerebro, an dispertitis de corpore motibus, de cerebro sensibus, an de cerebro & sensibus & voluntarijs motibus, de corde ãt non voluntarijs venarum pulsibus: & si de cerebro illa duo facit, cur sentiat, & si nolit, mẽbta vero nõ moueat nisi velit? Cum igitur hæc in corpore nisi ipsa non faciat, cur nescit quod facit, vel vnde facit? Nec ei turpe ẽ ista q̃ nescit, & turpe eẽ existimas, si nesciat vñ vel quo facta sit, cũ seipsa nõ fecerit? Animã vero nullã

Universidad de Deusto Biblioteca

sciunt quō hæc,& vnde agat in corpore, iō
ad altiora ac fortiora id pertinere nō putas?
Cap.5. At ego hinc tibi maiorē moueo qōnem,cur
pauciſsimi nouerint vñ agant,qđ oēs agūt?
Fortaſſe dicturus es,Quia illi didicerunt ar
tē anatomicā vel empiricā, quas medicina-
lis continet diſciplina,q̄ pauci aſſequuntur.
Cæteri vero iſta diſcere noluerunt, cum
G potuiſſent ſi vtiq; voluiſſent. Vbi omitto
dicere, cur multi conentur diicere iſta nec
poſsint,quia tardo, qđ multum mirum eſt,
impediuntur ingenio, ea diſcere ab alijs, q̄
aguntur ab eis ipſis, & in eis ipſis. Sed hæc
ipſa eſt maxima quæſtio,cur arte non mihi
opus ſit,vt eſſe in cęlo ſolem ſciam,& lunā,
& alia ſydera,& arte mihi opus ſit,vt ſciam
qñ digitum moueo vnde incipiā, à corde,
an a cerebro,an ab vtroq;, an a neutro. Et
doctore non egeam,vt ſciam quid ſit tā lon
ge altius ſuper me:ab alio aūt homine diſce
re expectē, vnde agatur à me quod agitur
in me. Nā cum in corde cogitare dicamur,
& quod cogitamur,nullo alio homine ſcien
te ſciamus,ipſum tñ cor ubi cogitamus, ne-
ſcimus in qua parte corporis habeamus,ni-
ſi ab alio diſcamus qui neſcit quod cogita-
mus. Nec ignoro cū audimus,vt ex toto cor
de diligamus deum, non hoc dici de illa par
ticula carnis noſtræ quæ ſub coſtis latet,ſed
de illa in qua cogitationes fiunt. Quæ me-
rito appellatur hoc nomine, quia ſicut mo-
tus nō ceſſat in corde,vnde ſe pulſus diffun
dit vſquequaq; venarum, ita non quieſci-
mus aliquid cogitando verſare. Veruntā-
men cum omnis ſenſus ab anima inſit cor-
pori,cur etiam in tenebris & oculis clauſis,
H ſenſu corporis qui uocatur tactus, membra
forinſecus noſtra numeremus: ipſius autē
animæ interiore præſentia, qua cūctis quæ
uiuificat atq; animat præſto eſt, nulla in-
trinſecus noſtra viſcera nouerimus, non
medicos empiricos, nec anatomicos, nec
dogmaticos,nec methodicos, ſed hominem
Eccleſia ſcire arbitror neminem. Et quiſquis fuerit
ſtici.3. conatus hæc diſcere,non fruſtra ei dicitur,
Altiora te nō q̄ſieris, & fortiora te ne ſcru-
tatus fueris. Neq; enim altiora ſunt q̄ poteſt
noſtra ſtatura contingere, ſed q̄ poteſt
noſtra coniectura comprehēdere,& fortio-
ra q̄ poteſt vis humani ingenij penetrare,
& tñ non eſt cœlū cœli,non dimenſio ſyde
rum,non modus maris atq; terrarum, non
infernus inferior. Nos ſumus qui nos com
prehendere non valemus, Nos modulum
ſcientiæ noſtræ altiores fortioresq; ſuperā-
mus. Nos nō poſſumus capere nos,& certe
non ſumus extra nos. Nec ideo cōparandi
pecoribus,quia id quod ſumus nō penitus
inuenimus:& comparandos nos pecoribus
putas,ſi quod fuimus obliti ſumus, ſi tñ id
aliqñ noueramus. Neq; n. nunc anima mea
trahitur ex parētibus aut inſufflatur à deo.
Vtrumlibet horum fecerit:tunc fecit,qñ me
creauit, non ēt nunc de me,vel in me facit.
Actum illud atq; tranſactum eſt, nec præ- I
ſens mihi eſt nec recens. Ne id quidem ſcio
vtrū id ſcierim,oblitusq; ſim, an uero nec
tūc qñ factū ē,id ſentire ac noſſe potuerim.

Ecce modo dum ſumus, dum uiuimus, Cap.7.
dum nos viuere ſcimus, dū meminiſſe nos,
& intelligere & velle certiſsimi ſumus,qui
nos naturæ noſtræ magnos cognitores eſſe
iactamus,quid valeat memoria noſtra, vel
intelligentia, vel voluntas, omnino neſci-
mus. Amicus quidam meus iam inde ab ado
leſcentia Simplicius nomine, homo excel-
lentis mirabilisq; memoriæ,cum interroga
tus eſſet a nobis, quos verſus Virgilius in
omnibus libris ſupra vltimos dixerit, conti
nuo,celeriter memoriterq; rūdit. Quæſi-
uimus etiam ſuperiores vt diceret,dixit,Et
credimus eū poſſe retrorſum recitare Vir-
gilium. De quocunq; loco voluimus, peti-
uimus vt faceret,fecit. Proſa etiam de qua-
cunque oratione Ciceronis, quam memo-
riæ cōmendauerat,id eum facere voluimus,
quantum voluimus ſurſum verſus ſecutus
eſt. Cum admiraremur,teſtatus eſt deū, ne
ſciſſe ſe hoc poſſe ante illud experimentum,
ita quantum ad memoriam attinet, tunc ſe
eius animus didicit,& quandocunq; diſcere K
niſi tentando & experiendo non poſſet. Et
vtiq; antequam rētaret,idem ipſe erat. Cur
ſe igitur neſciebat? Sæpe nos præſumimus
aliquid memoria retenturos, & cū id puta-
mus,non ſcribimus: nec nobis poſtea cum
volumus venit in mentē,nosq; pœnitet cre
didiſſe venturum, vel literis nō illigaſſe ne
fugeret,& ſubito rurſus cum id non quęra-
mus,occurrit. Nunquid nos non eramus,
qñ id cogitabamus? Nec tñ hoc ſumus qđ
fuimus,qñ id cogitare nō poſſumus. Quid
eſt ergo quod neſcimus? Qūo ſubtrahimur
negamurq; nobis? Itaq; neſcio quomodo
proferimur ad nos,reddimurq; nobis, quā-
ſi alij ſimus,& alibi ſimus, qñ quærimus,
nec inuenimus quod in memoria noſtra
poſuimus: neque noſipſi ad noſipſos velu-
ti alibi

ti alibi poſitos peruenire poſsimus,& tunc
perueniamus qñ inuenimus. Vbi.n.quæri-
mus niſi apud nos? Et quid quærimus niſi
nos? quaſi nō ſimus in nobis, & aliquo mō
receſſerimus à nobis. Nonne attēdis,& ex-
horreſcis tāta ꝓfunditatē? Et quid eſt hoc
aliud q̄ noſtra natura,nec qualis, fuit, ſed
qualis nunc eſt? Et ecce magnis quæritur q̄
cōprehendit. Sæpe mihi propoſitā qōnem
putaui me intellecturū, ſi inde cogitarem,
L Cogitaui,nec potui. Sæpe non putaui,& tñ
potui. Vires itaq; intelligētiæ meæ nō ſunt
mihi utiq; cognitæ, & credo quia nec tibi.
Sed me contēnis forſitan confitentē, & pp
hoc quoq; pecoribus cōparabis. Ego autem
monere,vel ſi non dignaris, certe admone
re non deſinam, vt agnoſcas potius coēm
infirmitatem, in qua uirtus perficitur, ne
pro cognitis incognita præſumendo, ad ve-
ritatem peruenire non poſsis. Puto enim
eſſe aliquid, quod & tu intelligere quæris,
nec potes,nec tñ quæreres,niſi te poſſe ſpe-
rares. Ac per hoc & tu vires intelligentiæ
tuæ neſcis, qui naturæ tuæ ſcientiam pro-
fiteris,nec mecum ignorantiam confiteris.
Quid dicam de uoluntate, vbi certe libe rū
à nobis prædicatur arbitrium? Nempe bea-
tiſsimus Apoſtolus Petrus volebat ꝓ dño
animā ponere. Planè volebat, Neq; n. deū
id pollicendo fallebat,ſed quantas vires ha-
beret, voluntas ipſa neſciebat. Proin de vir
tantus qui filium dei eſſe cognouerat, ſe la-
tebat. Scimus nos itaq; aliq̄d velle, ſe u nol-
le,ſed voluntas noſtra etiam cum bona eſt,
quantum valeat,quantas uires habeat, qui-
bus tentationibus cedat, quibus non cedat,
ſi non nos fallimus,fili dilecte neſciu ius.

Vide igitur q̄ multa non præteri ta, ſed
præſentia de natura noſtra, nec tantum qđ
ad corpus,uerumetiam quod ad interiorem
hominem pertinet ignoremus, nec tñ peco
ribus comparemur. Et tu,quia præteritam
originem animæ meæ non omnino neſcio,
ſed non plene ſcio, nam ſcio mihi datam eſ-
ſe à deo,nec tamen eſſe de deo,tanto me cō-
uitio dignum putaſti. Et quanto poſſum de
natura ſpiritus & animæ noſtræ cōmemo-
rare omnia quæ neſcimus? Vbi potius ex-
clamare debemus ad deum,quod ille excla-
mauit in Pſalmo,Mirificata eſt ſcientia tua
ex me, inualuit, non potero ad illam. Cur
enim adiecit, ex me, niſi quia ex ſe ipſo
quàm incomprehenſibilis eſſet dei ſcien-
tia conijciebat, quandoquidem ſei ipſum
comprehendere non valebat? Rapiebatur
Apoſtolus in tertium cœlum, & audiebat
ineffabilia verba, quæ non licet homini lo-
qui,& vtrum in corpore hoc illi accidiſſet,
an extra corpus,neſcire ſe dicit, nec à te cō-
parari pecoribus pertimeſcit. Sciebat ſe ſpi- 2.Co.12
ritus eius eſſe in tertio cœlo, eſſe in paradi
ſo, & vtrum eſſet in corpore neſciebat. Et
vtiq; tertium cœlum,& paradiſus non erat
ipſe Apoſtolus Paulus', Corpus vero eius A
& anima atq; ſpiritus eius ipſe erat. Ecce
ſciebat magna, alta atq; diuina quæ ipſe nō
erat, & hoc neſciebat quod ad naturam ip-
ſius pertinebat. Quis in tanta occultarum
rerum ſcientia, tantam ſui ipſius ignoran-
tiā non miretur? Quis poſtremo crederet,
niſi qui non fallit, hoc diceret, Quid ore- Rom.8.
mus ſicut oportet neſcimus: vbi eſſe noſtra
maxime debet intentio, vt nos in ea q̄ ante
ſunt extendamus: & me ſi in eis quæ retro
ſunt,aliquid de mea origine oblitus ſum,pe
coribus comparas, cum audias eundē Apo- Phili.3.
ſtolū dicentem, Quæ retro oblitus,in ea q̄
añ ſum extentus,ſcđm intētionē ſequor ad
palmā ſupnæ vocationis dei in Chro Ieſu?
An forte etiam hoc quia dixi, Quid ore Cap. 9.
mus ſicut oportet neſcimus: irridendum me Rom.8.
arbitraris,& irrationalibus ſimilem animā
tibus iudicas? Et forte tolerabilius. Cum.n.
recto ſanoq; iudicio futura noſtra præteri-
tis præferamus,& oratio nobis non ꝓp qđ
fuimus, ſed propter quod erimus ſit neceſ-
ſaria,multo eſt vtiq; moleſtius neſcire quid
oremus,quàm quemadmodum exorti fue-
rimus. Sed veniat tibi in mentem vbi hoc le
geris,vel relegendo recole,& noli in me hu B
ius conuitij lapidem iacere,ne ad quē non Rom.8.
vis,perueniat. Ille ipſe quippe doctor gen-
tium Apoſtolum dixit, Quid.n.oremus,ſi-
cūt oportet neſcimus. Quod non tantum
verbo docuit, ſed ſuo quoq; demonſtrauit
exemplo, Nam contra vtilitatem & ſalutis
ſuæ perfectionem neſciens orabat, vt diſce-
deret ab eo ſtimulus carnis quem ſibi datū
dixit, ne magnitudine reuelationum ſuarū 2.Co.12
extolleretur. Et quia illum dominus dilige
bat, non fecit quod ignoranter petebat. Sed
tamen vbi ait, Quid.n.oremus ſicut opor- Rom.8.
tet neſcimus: mox adiunxit, Sed ipſe ſpiritus
interpellat pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit q̄d
ſpiritus ſapiat, quia ſecundum deum inter-
pellat pro ſanctis. i. interpellare facit ſan-
ctos. Ille vtiq; ſpūs quē deus miſit in cor-
da no-

da nostra, clamãte abba pater, & in quo clamamus abba pater, vtrũq; n. dictum: & accepisse nos spiritũ clamantẽ, abba pr̃, & in quo clamemus, abba pr̃, vt exponerẽ qũo dixit clamantẽ hoc est clamare facientẽ, vt ipso faciẽte clamemus. Doceat ergo & hoc me quãdo voluerit, si hoc mihi expedire novit, vt sciam vnde scẽm animã originẽ ducam. Sed ille hoc me doceat spiritus, qui altitudinem dei scrutatur, non homo qui spiritum nescit, unde vter inflatur. Absit tamẽ vt ego hinc te pecoribus comparem. Non .n. hoc quia nõ poteras, sed quia non aduerteras, nesciebas. Verũ tu fortasse quãuis altiora sint, quæ de animarum origine requiruntur, q̃ est vnde ducimus & reddimus flatum, tñ eadem altiora de scripturis sanctis te didicisse confidis, de quibus per fidem didicimus, quæ nulla possent humana ingenia inuestigare. Nam longe vtique præstantius est, nosse resurrecturam carnem, ac sine fine victuram, q̃ quicquid in ea medici scrutãdo discere potuerunt, quod in illo sensu anima percipit, cum præsentia sua vegetet cuncta quæ nescit. Et longe est melius nosse animam, q̃ in Christo renata & renouata fuerit, in æternum beatam futuram, q̃ quicquid de illius memoria, intelligẽtia, voluntate nescimus. Hæc autem quæ dixi præstantiora atq; meliora nullo mõ nosse valeremus, nisi diuinis crederemus eloq̃js. His eloquijs fidere te fortasis existimas, ne de origine animarum sententiam definitã proferre cuncteris. Primum si ita esset, non ipsi humanæ naturæ tribuere debuisti, quod scit homo de sua qualitate atque natura disquirere atque disserere, sed dei muneri. Dixisti enim, Quid differt homo à pecore, si hoc nescit? Quid igitur opus est aliquid legere vt hoc sciamus, si eoipso quo à pecore distamus, iã hoc scire debemus? Sicut enim nihil mihi legis vt me uiuere sciam, habet enim natura mea vt hoc nescire non possim: ita & si illud scire naturæ est, cur mihi de hac re profers quibus credam, testimonia scripturarum? Nunquid soli ꝓdistant à pecore qui eas legunt? Nonne ita creati sumus vt distemus à pecoribus, & antequam ad aliquas literas peruenire possimus? Quid est quæso quod tantum naturæ arrogas, vt eoipso quòd distat à pecore, iam norit de origine animarum disquirere atque disserere: rursus cam sic facis huius cognitionis expertem, vt hoc scire humanitus nequeat, nisi diuinis testibus credat?

Deinde & in hoc falleris, Nam diuina te stimouit q̃ ad istam qõnem soluendam referre voluisti nõ id aperiunt. Aliud est qd illa demonstrant, sine quo vere non possumus pie viuere, ꝙ. s. animarum nostrarum deum habeamus datorem, creatorẽ, formatorem. Sed qũo id faciat, vtrũ nouas eas fiãdo, an de parentibus trahẽdo nõ exprimũt, nisi de illa vna, quam primo homini dedit. Lege diligenter, quod scripsi ad fratrem nostrum dei seruũ Renatũ, Ibi.n, quia id ostẽdi, nõ fuit necesse & hic scribere. Velles aũt me definire qd ipse definisti, vt in tales angustias cõtruderet, in quales ipse cõtrusus, aduersus catholicã fidẽ tot & tanta locutus es, tu eas si fideliter atque humiliter recolas atq; cõsideres, videas profecto quantũ tibi profuisset, si scisses nescire qd nescis, & quã tũ tibi prosit, si uel nunc scias. Nam si intelligntia tibi placet in natura hominis, quoniam reuera si eã nõ haberet, nihil quantũ ad animas ptinet, à pecoribus distaremus, intellige qd non intelligas, ne totũ non intellegas, Et noli despicere hominẽ, qui veraciter intelligat quod non intelligit, hoc se nõ intelligere intelligit. Vnde aũt dictũ sit in sacro Psalmo, Homo in honore cũ esset nõ intellexit, cõparatus ẽ pecoribus insensatis, & similis factus est illis: lege & intellige, vt hoc opprobriũ humiliter potius ipse caueas, q̃ superbe alteri obijcias. De his.n. dictum est, qui istã vitam solam deputant vitam, secundum carnem viuentes, & post mortem nihil sperantes veluti pecora: non de his qui neq; negãt se scire qd sciũt, & confitentur se nescire quod nesciunt, & potius intelligunt hanc infirmitatem suã, q̃ de sua uirtute confidant. Non itaque displiceat præsumptioni tuæ iuuenili, meus senilis timor fili, Ego enim si hoc quod de animarum origine quærimus, nec deo nec aliquo spiritali homine docente scire potuero, paratior sum defendere, quàm recte etiam hoc deus, sicut alia multa nos scire noluerit: quàm temere dicere quod aut ita sit obscurum, ut hoc non solum ad aliorum intelligentiam perducere nequeam, sed nec ipse intelligam: aut certe etiam hæreticos adiuuet, qui propterea persuadere conantur ab omni noxa puras esse animas parvulorum, ne scilicet eadem noxa in authorem deum recurrat & redeat, ꝙ insontes

Ps. 48.

tes animas, quibus nec lauacrum regenerationis subuenturum esse præsciuit, dando carni peccatrici esse cõpulerit peccatrices, nulla baptismatis gratia subuentura, qua liberentur à damnatione perpetua, Quando quidem innumerabiles animæ infantũ antequam baptizentur, de corporibus exeũt. Absit.n. vt hoc volens diluere, dicam q̃ ipse dixisti, Quòd anima per carnem meruerit inquinari & esse peccatrix, nullum habens ante peccatum, quo recte id meruisse dicat. Et ꝙ etiam sine baptismo originalia peccata soluantur. Et ꝙ regnum quoq; cœlorũ non baptizatis in fine tribuatur. Hæc atq; huiusmodi venena fidei, nisi timerẽ dicere, fortasse de hac re definire aliquid non timerem. Quanto melius igitur non separatim de anima disputo & affirmo quod nescio: sed quod apertissime Apostolum video docuisse, simpliciter teneo, Ex vno homine oẽs homines ire in condemnationẽ qui nascuntur ex Adã, nisi ita renascant in Chro, sicut instituit ut renascantur, antequam in corpore moriantur, quos prædestinauit ad æternam vitã misericordissimus gratiæ largitor: qui est illis quos ꝓdestinauit ad æternã mortẽ, iustissimus supplicij retributor, non solum ꝓp illa quæ volentes adijciũt, verumetiam ꝓ infantes nihil adijciant, ꝓter originale peccatum. Hæc est in hac q̃stione definitio mea, vt occulta opera dei habeant suum secretum, salua fide mea.

Nunc iã quantũ dñs donare dignatur ẽt ad illud debeo rũdere, vbi de anima loquẽs, nomen meũ iterasti atq; dixisti, Non.n. sicut Augustinus pitissimus Eps profitetur, incorpoream & eãdem spiritum esse ꝓmittimus. Prius itaq; vtrũ anima incorporea, sicut ego dixi, an corporea sicut tu, existimanda sit disputemus. Deinde vtrũ ẽt ipsa secundum scripturas nostras dicatur spũs, quanuis etiam proprie spiritus nũcupetur, non vniuersa, sed aliquid eius. Ac primum scire vellẽ, corpus quid esset definias. Si.n. non est corpus nisi qd membris carnalibus constat, nec terra erit corpus, nec cœlũ, nec lapis, nec aqua, nec sidera, nec si quid hmõi est. Si aũt corpus est quicquid maioribus & minoribus suis partibus, maiora & minora spacia locorum obtinẽtibus cõstat, corpora sunt ẽt ista q̃ cõmemoraui. Corpus est aer, corpus est lux ista visibilis, & omnia, sicut dicit Apostolus, corpora cœlestia, & corpora terrestria. Sed vtrũ tale aliqd sit anima, scrupulosissime ac subtilissime q̃rit. Verũtñ tu, vnde tibi maxime gratulor, deũ corpus non esse confirmas. Sed me rursus solicitũ facis vbi dicis, Si anima caret corpore, vt sit sicut quibusdã placet, cassæ inanitatis, aerea subtilisq; substantia. His.n. tuis verbis videris credere, omne quod caret corpore, inanis esse substantiæ. Quod si ita est, qũo deũ audes dicere carere corpore, nec times ne sequatur inanis eum esse substantiæ? Porro si & corpore caret deus, quod iam confessus es, & eũ inanis esse substãtiæ, absit vt dicas, Non ergo inanis substantiæ est, quicquid corpore caret. Et ideo qui incorpoream dicit esse animam, non est consequens vt eam velit videri inanis futilisq; substantiæ, qa & deum qui non est inane aliquid, simul in corporeum confitetur. Vides aũt quantum interfit inter id quod dico, & qd tu me existimas dicere. Ego.n. nec aereæ substantiæ animã dico, alioquin corpus esse cõfiteor, Aer.n. corpus est secundum omnes qui de corporibus cum loquuntur, quid loquanẽ sciunt. Tu aũt propter id quod incorporeã dixi animã, non solum casse inanitatis, sed ob hoc aeream me putasti: eam dixisse substantiam, cum & corpus eam non esse dixerim qd est aer, & qd aere impletur, inane esse non possit. Qd nec vtres tui te admonere potuerũt. Quid.n. aliud in eos, nisi aer quando inflantur, arctatur? Qui vsqueadeo inanes non sunt, vt eadem plenitudine etiã pondera sufferant. Quod si forte aliud tibi videtur esse flatus, aliud aer: cum aer motus ipse sit flatus, quod & flabello agitato doceri potest, certe vasa quælibet concaua q̃ putas inania, vt plena esse cognoscas, ab ea parte qua implentur, deprime in aquã, & vide ꝙ nihil humoris possit intrare repellente aere, quo plena sunt. Cum aũt ore sursum versus collocantur, siue ex latere, tunc recipiunt liquorem, si quis infunditur vel ingreditur, exeunte atq; euadẽte aere, qua exitus patet. Hoc ꝓsenti facilius posset demonstrari facto quã scripto, Sed non est hic diutius immorãdum, cum siue intelligas aeris naturam esse corpoream, siue nõ intelligas, me tũ putare non debes vel aeream dixisse animã, sed omnino incorpoream, Qd & tu esse confiteris deum, quem dicere nõ audes inane esse aliquid, sed negare non potes omnipotentis & immutabilis esse substantiæ. Cur ergo metuimus, ne sit cassæ inanitatis anima, si sit incorporea, cũ deum incorporeum

1. Co. 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

reum fateamur esse, nec eum cassa inanitatis esse dicamus? Sic itaq; potuit incorporeus deus incorpoream creare animã, quẽadmodum viuens viuentem, q̃uis immutabilis mutabilẽ,& omnipotẽs lõge imparẽ.

Cap.13. Spiritus et anima 1.Th.5. Cur aũt animam nolis esse spiritum, sed corpus eam velis esse,non video. Si.n.propterea spiritus non est,quia distincte Apostolus nominauit spiritum,dicens, Et integer spiritus vester,& anima corpus:eadem causa est,cur ea non sit corpus, quia distincte nominauit & corpus. Si aũt affirmas qđ & anima corpus sit, quãuis distincte corpore nominato,permitte vt etiam spiritus sit, quanuis distincte spiritu nominato. Multo enim magis tibi debet videri anima spiritus esse q̃ corpus,quia spiritum & animam vnius fateris esse substantiæ:vnius autẽ substantiæ animã corpusq; esse nõ dicis. Quo igitur pacto corpus est anima, cum eius & corporis sit diuersa natura: & spiritus non est anima, cum eius & spiritus sit vna eadẽque natura? Quid quod ista tua ratione ẽt spiritum corpus esse cogeris dicere? Alioquin si spiritus corpus non est,& anima corpus est, non sunt spiritus & anima vnius eiusdemq; substantiæ. Tu autem vtrunque quãuis duo quædam sentias, vnam fateris habere substantiã. Ergo & spiritus corpus est,si anima corpus est, neq; aliter possunt vnius eiusdemq; esse naturæ. Proinde secũdum te,illud quod ait Apostolus, Spiritus vester & anima corpus: tria sunt corpora, sed ex his duo, anima & spiritus vnius naturæ sunt corpora:corpus autem illud quod etiam dicitur caro, diuersæ naturæ est. Et ex his tribus vt opinaris corporibus, quorũ vnũ diuersæ, duo vero sunt vnius eiusdemq; substantiæ,constat totus homo, vna quædam res, atq; vna substantia Ista cum asseras, non vis tũ vt duæ res vnius eiusdẽque substantiæ.i.anima & spiritus habeant vnum spiritus nomen: cum duæ res non vnius eiusdẽq;, sed imparis diuersæq; substantiæ.i.anima & corpus habeant vnũ sicut putas,corporis nomen.

M

Cap.14. Sed hoc omitto, ne de nominibus inter nos sit potius controuersia, q̃ de rebus,quis nã sit hõ interior videamus,vtrũ anima,an spiritus,an vtrunq;. Sed sicut te scripsisse video, hominẽ interiorẽ animã dicis. De hac enim loquebaris,cũ diceres, Et gelãte substantia qđ cõprehendi non poterat, efficeret corpus aliud intra corpus naturæ suæ vi & spiramine conglobatum,exindeq; incipere hõ interior apparere, quẽ veluti in forma vaginæ corporalis inclusum, ad similitudinem sui deliniauit exterioris hominis habitudo. Deinde infers, flatus ergo dei animam fecit, imo flatus ex deo anima factus est,effigiata substantialis, & secundũ naturam suam corporea,& sui corporis similis, imaginiq; conformis. Post hæc incipiens loqui de spiritu: Hæc, inquis,anima quæ ex flatu dei haberet originem, sine sensu proprio atq; intellectu intimo esse non potuit, quod & spiritus,Sicut ergo video,interiorẽ hominem vis esse animam: intimum,spiritum,tanq̃ & iple interior sit animæ,ficut illa corpori. Ita fit,vt quemadmodũ corpus per interiora concaua sua recipit aliud corpus,quod est anima,ficut putas, sic & anima credẽda sit habere interiora inania,qua corpus tertium receperit spiritum, atq; ita totus homo constet ex tribus,exteriore,interiore,intimo. Ita ne nondum respicis,q̃ta te absurdissima consequantur, cum animam conaris asseuerare corpoream? Deinde dic mihi, Quis eorũ renouabitur in agnitionem dei, secundum immaginem eius q̃ creauit illum? Interior,an intimus? Apostolus quidem præter interiorẽ & exteriorẽ, non video q̃ sciat alium interioris interiorem,id est,totius hominis intimum. Sed elige quem volueris, qui renouetur secundũ imaginem dei, qũo hanc recipiet, qui iam sumpsit exterioris imaginem? Si.n.per mẽbra exterioris cucurrit interior & gelauit, hoc.n.etiam verbo vsus es, tanquam figmẽtum fusile fieret ex forma lutea,quæ de puluere facta est, qũo eadem manente forma quæ impressa illi est vel expressa de corpore, potest reformari ad imaginem dei? An duas habebit imagines,a summo quidẽ dei, ab imo autem corporis:sicut in nummo dicitur caput & nauis? An forte dicis q̃ anima ceperit imaginem corporis, & spiritus capiat imaginem dei:tanq̃ illa contigua corpori, & ille sit deo, ac sic ad imaginem dei homo ille intimus, non iste interior reformetur? Sed frustra hoc dicis, Nam & si homo ille intimus ita est p animæ omnia mẽbra diffusus, vt illa per corporis, iam ẽt ipse per animam cepit imaginem corporis, sicut illa eum forma formauit,ac per hoc non habet vbi capiat imaginem dei, manente in se ista imagine corporis, nisi quemadmodum nummis, vt dixi, aliter ex inferiore aliter ex parte

A

B

Colo.3.

ex parte superiore formetur. Ad ista te absurda qñ de anima cogitas, carnalis cogitatio corporũ,velis nolis compellit. Sed deus ut ẽt ipse rectissime confiteris,non est corpus,qũo igitur capiat eius imaginẽ corpus? Obsecro te frater vt non conformeris huic seculo,sed reformeris in nouitate mẽtis tuæ, nec sapias secundum carnem,quoniam mors est.

15. Sed,inquis,Si anima caret corpore,quid C est quod apud inferos diues ille cognouit? Certe,inquis,nouerat Lazarum,nõ nouerat Abraham. Vñ illa tãto ante tpe defuncti Abrahæ ꝓuenit agnitio? Hæc dicens,si agnitionẽ hominis non putas ꝓuenire sine corporis forma,vt noueris teipsum, credo ꝓ assidue specnlũ attendis,ne si fueris obliD tus faciẽ tuã,nõ te possis agnoscere. Rogo te quem magis hominũ nouit homo q̃ seipsum,& cuius faciẽ põt uidere minus q̃ suã? Quis aũt põt cognoscere deũ, quẽ tu quoque incorporeũ esse non dubitas,si præter corporis formã,sicut putas,non põt cognitio ꝓuenire.i.si corpora pñt sola cognosci? Quis aũt Christianus de tam magis difficilimisq; rebus disputans, animum in verba diuina tã negligenter intẽdat,vt dicat,si incorporea est anima,necesse ẽ careat forma? Oblitus es te formam legisse doctrinæ? Ergo corporea est forma doctrinę. Oblitus es scriptũ esse de Christo Iesu antequã homi nem fuisset indutus, ꝓ in forma dei erat? Quomodo ergo dicis,si incorporea est anima,necesse est careat forma,cũ audias formam dei,quem non esse corporeum confiteris, & ita loqueris tanquam forma nisi in corporibus esse non possit? Dicis etiam cessare illic nomina, vbi non distinguitur,forma,& nihil illic agere appellationem nomiD num,ubi nulla est designatio personarum. Hinc volẽs probare Abrahę. Iam diximus etiam vbi corpus nullum est, esse formam. Si autem appellationem nominũ nihil putas agere,vbi nõ sunt corpora,numera ista nomina quæso te: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas,fides,mansuetudo,continentia: & dic mihi vtrum res ipsas non agnoscas quarum ista sunt nomina, vel sic agnoscas vt aliqua lineamenta corporum videas. Ecce vt alia taceam,dic mihi quam figuram,quæ membra,quem colorem charitas habeat,quæ certe si ipse inanis nõ es, inane aliquid tibi videri non potest. Cuius auxilium imploratum est, inquis, corporeus utique visus est atque formatus. Audiant te homines,& nemo dei imploret auxilium, quia nemo eum potest videre corporeum.

Denique dicis, Membra illic animæ de- Ca. 16.
scribuntur,vt vere sit corpus: & vis per oculum totum caput intelligi,quia dictus est
leuasse oculos suos,per linguam fauces,per Lue.16
digitum manum,quia dictum est,Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in
aquam,vt refrigeret linguam meam. Ta- E
men ne per membrorum nomina de deo tibi corporeo præscribatur, dicis ꝓ hæc corporeas intelligendas esse virtutes,quia deũ rectissime defendis non esse corporeum. Quid igitur causæ est,cur nomina ista mẽbrorum in deo tibi corpus non faciant, in anima faciant? An vero quando de creatura hæc dicuntur,proprie accipiẽda sunt: qñ autem de creatore,tropice atque translate? Pennas itaque corporeas daturus es nobis, quoniam non creator, sed creatura, id est
homo dicit, Si assumpsero pẽnas meas, si- Ps. 138.
cut columbas? Porrò si propterea linguam habebat diues ille corpoream, quoniam dixit, refrigeret linguam meam:in nobis quoque adhuc in carne viuentibus, manus habent ipsa lingua corporea, quia scriptũ est, Mors & vita in manibus linguæ. Puto etiã non tibi videri,vel esse creaturam, vel cor Pro. 19.
pus esse peccatum. Cur ergo habent faciẽ? An non audis in Psalmo, Non est pax ossibus meis,à facie peccatorum meorũ? Qđ Psa. 37.
vero illũ Abrahæ sinum existimas esse corporeum, & per ipsum asseris totum corpus eius agnosci, vereor ne in re tanta ioculariter atq; irridenter,non serio grauiterq; agere credaris. Neq; n.vsqueadeo desiperes, vt arbitrareris corporeũ sinum vnius hominis ferre tot animas, imo vt secũdum te loquar,ferre tot corpora bene meritorũ,quot illuc angeli sicut Lazarum perferunt. Nisi F
opinaris fortasse illam vnã animã solam,ad
eundẽ sinum peruenire meruisse. Si non io Gen.17.
caris, & errare pueriliter non vis, sinum Abrahæ intellige,remotã sedem quietis atque secretam,vbi est Abraham. Et iõ Abrahæ dictam,non q̃ ipsius tm̃ sit, q̃ ipse pater multarum gẽtium,sit positus,quibus est admitandum fidei principatum propositus. Sicut deum Abraham, & deũ Isaac, & deũ Iacob, se deus vocari voluit, cum sit innu Exo. 3.
merabilium deus. Neq; hæc ita me dis- Ca. 17.
ferere

Universidad de Deusto Biblioteca

ſerere exiſtimes,tanꝫ negem fieri poſſe, vt anima mortui ſicut dormiẽtis, in ſimilitudine corporis ſui ſentiat, ſeu bona,ſeu mala? Nam & in ſomnis qñ aliqua dura & moleſta ꝓpetimur, nos vtique ſumus,& niſi euigilantibus nobis illa ꝓtereãt,pœnas grauiſſimas pẽdimus.Sed corpora eſſe credere,quibus hac atque illac quaſi ferimur & volitamus in ſomnis,hominis eſt q̃ parum vigilãter de rebus talibus cogitauit,his q̃ppe viſorũ imaginibus,maxime anima ꝓbatur non eẽ corporea Niſi velis & illa corpora dicere, q̃ præter noſipſos, tam multa videmus in ſomnis,cœlum,terrã,mare,ſolem, lunã, ſtellas, fluuios,montes,arbores,animalia.

G Hæc qui corpora eẽ credit, incredibiliter deſipit. Sũt tñ corporibus omnino ſimillima.Ex hoc genere ſunt etiam, q̃ alia ſignificantia diuinitus demonſtrant,siue in ſomnis,ſiue in eeſtaſi. Quæ vñ fiant,id eſt,q̃ nã ſit velut matertes eorũ, q̃s indagare poteſt aut dicere? Proculdubio rũ ſpiritalis eſt, nõ corporalis. Nanque hmõi ſpecies velut corporum,non tñ corpora,& vigilantium cogitatione formantur,& profunditate memoriæ continenẽ, & ex eius abditiſsimis ſinibus, neſcio quo mirabili & ineffabili modo cum recordamur ꝓdeũt,& quaſi ante oculos prolata verſantur. Tam multas igiſ & tã magnas corporũ imagines, ſi anima corpus eẽt,capere cogitando vel memorię retinendo non poſſet. Sed m tuam quippe definitionem, corporea ſubſtantiæ ſua corpus hoc exterius non excedit: Qua igiſ magnitudine q̃ nulla illi eſt,imagines tam magnorum corporũ & ſpatiorum atque regionũ capit? Quid ergo mirum ſi & ipſa ſibi in ſui corpis ſimilitudine apparet,& qñ ſine corpore apparet? Neque.n.cum ſuo corpore ſibi apparet in ſomnis,& tñ in ea ipſa ſimilitudine corporis ſui,quaſi per ignota loca & nota diſcurrit, & læta ſentit multa vel'triH ſtia.Sed puto q̃ nec tu audeas dicere figurã illam corporis atque membrorum,quam ſibi habere videtur in ſomnis, verũ corpus eſſe.Nam iſto modo erit verus mõs, quem ſibi videtur aſcendere: & corporea domus quam ſibi videtur intrare, & arbor vera lignumq́; verum habens corpus,ſub qua ſibi videtur iacere:& aqua vera quam ſibi videtur haurire, & omnia in quibus quaſi corporibus,verſatur.corpora erũt,ſi & ipſa corpus eſt,quæ ſimili imagine inter cuncta illa verſatur.

De conſcriptis viſionibus martyrum dicẽdum eſt aliquid, quoniam tu etiam inde teſtimonium adhibendum putaſti. Nempe ſancta Perpetua viſa ſibi ẽ in ſomnis, cum quodam Aegyptio in virum conuerſa, luctari. Quis autem dubitet in illa ſimilitudine corporis,animam eius fuiſſe nõ corpus, quod vtique in ſuo fœmineo ſexu manens, ſopitis ſenſibus iacebat in ſtratis,quãdo anima eius in illa virilis corporis ſimilitudine luctabatur ? Quid hic dicis? Verum ne erat corpus illa viri ſimilitudo,an non erat corpus,quanuis haberet ſimilitudinem corporis? Elige quid velis. Si corpus erat, cur nõ ſeruabat vaginæ ſuæ formam? Neque.n.in illius fœminæ carne virilia repererat genitalia,vnde ita poſſet ſeſe coartando,& vt I tu loqueris,gelando formari . Deinde obſecro te,cum corpus dormientis ad huc viueret,quando eius anima luctabatur,in ſua vagina erat,vtique omnibus membris viuentis incluſa,& in eius corpore ſuam formam de quo fuerat formata ſeruabat,nondũ q̃ppe artus illos ſicut fit in morte reliquerat, nondum membra ex membris formata ex formantibus cogente vi mortis extraxerat: vnde igiſ erat virile animæ corpus, in quo ſibi luctari cum aduerſario uidebatur? Si autem non erat corpus, & tamen erat aliquid ſimile corpis, in quo ſanè verus labor, aut vera lætitia ſentiretur, iam ne tãdem videsquẽadmodum fieri poſſit,vt ſit in anima ſimilitudo quædam corporis,nec ipſa ſit corpus? Quid ſi tale aliquid apud inferos geritur,& in eis ſe non corporibus,ſed corporũ ſimilitudinibus animæ cognoſcunt? Cũ.n. triſtitiam patimur,quanuis inſomnis , & ſi membrorum corporeorum ſit illa ſimilitudo,non membra corporea,non eſt tamẽ pœnæ ſimilitudo, ſed pœna: ſic etiam vbi læta ſentiuntur. Sed quoniam ſancta Perpetua nondum erat mortua,non vis hinc tibi fortaſſe ꝓſcribi,cum valde ad rem pertineat,cu K ius eẽ naturæ exiſtimes illas ſimilitudines corporum,quas habemus in ſomnis,& tota cauſa iſta finita ſit, ſi eas & ſimiles corporibus,& non eſſe corpora confiteris. Verunta men Dinocrates frater eius mortuus erat, hũc vidit cum illo vulnere quod viuus habuit,& vnde eſt perductus ad mortem. Vbi eſt quod tantis conatibus laborasti,cum agres de præciſione membrorum,ne ſimul cõcidi anima putaretur ? Ecce vulnus erat in anima Dinocratis,quod eam vi ſua quando erat

erat ĩ eius corpore,excluſit è corpore. Qũo ergo anima ſcdm tuã opinionẽ qñ mẽbra corporis ꝓciduñt,ab ictu ſe ſubtrahiẽ, & in alias partes denſando ſe colligit, ne aliqua pars eius vulnere corporis amputetur, etiã ſi dormienti atq; neſcienti mẽbrorũ aliqd præcidatur? Tantã quippe illi tribuiſti vigilantiã,vt ẽt viſis occupata ſomniorũ, ſi plaga irruerit ignoranti,qua caro feriat, ſe illa prouidenter perniciterq́; ſubducat, ne poſſit feriri atq; vexari ſiue cõcidi:nec attẽdis homo prudens, q̃ ſi ſe anima inde ſubduceret,nec illa percuſsio ſentiretur. Sed inueni qd̃ potueris , quid inde rñdeas qũo anima pars ſua abripiat & recondat introrſus , ne vbi ꝓciditur ſeu percutitur corporis membrum,amputetur & ipſa atq; vexetur . Dinocratẽ aſpice, & dic cur eius anima nõ ſe ſubtraxerit ab eo corporis loco,qui mortifero vulnere vaſtabatur, ne in illa fieret qd̃ L in eius facie etiã poſt mortem ipſius corporis appareret? An forte etiam tibi placet, vt iſtas potius ſimilitudines corporum q̃ corpora eſſe credamus,vt quomõ apparet qua ſi vultus,quod non eſt vulnus: ita quod nõ eſt corpus quaſi corpus appareat? Nã ſi anima vulnerari põt ab eis qui vulnerant corpus,nihil ne metuendũ eſt , ne poſsit occidi .10. ab eis qui occidũt corpus? Quod dñs apertiſsime fieri non poſſe teſtaꝰ. Et tñ anima Dinocratis mori nõ potuit, vñ corpus eius eſt mortuũ:& quaſi vulnerata uiſa eſt ſicut corpus fuerat vulneratum, qñ corpus non erat,ſed habebat in ſimilitudine corporis ẽt ſimilitudinem vulneris. Porrò aũt ſi in nõ vero corpore vera miſeria fuit animæ, quæ ſignificabatur adumbrato corporis vulnere,de qua ſororis ſanctæ oronibus meruit liberari,iã illud quale eſt dicere,q̃ anima formã de corpore accipiat,& cum incremento corporis protendaꝰ & creſcat? Et non attendis q̃ mõſtruoſa euadat anima iuuenis ſiue ſenis ſi eius brachiũ ꝓcidaꝰ infantis. Cõtrahit.n.ſe,vt dicis,animæ manus,ne ipſa ẽt cũ manu corporis amputeẽ , & in alias ſe partes corporis dẽſanda cõcludit . Ac per hoc M illud animæ brachiũ q̃ breue corporis fuit vnde cœperat formã, tam breue ſeruabitur ubicunq; ſeruetur:quia perdidit formã, cuius incremẽto poſſet pariter creſcere . Exit ergo anima iuuenis aut ſenis , qui manum cũ eſſet paruus amiſit,habẽs qdẽ duas manus, q̃ vna refugiẽs nõ ẽ amputata eũ corpore,ſed alterã iuuenilẽ uel ſenilẽ,alterã ve

ro ſicut primũ fuerat infantilẽ . Tales aĩas crede mihi,non forma corporis facit,ſed erroris deformitas fingit. Non mihi videris ab iſto errore poſſe erui,niſi deo adiuuante conſideraueris viſa ſomniantiũ,& inde cognoueris eſſe quaſdam quæ non ſint corpora,ſed ſimilitudines corporum. Quãuis.n. & ea q̃ ſimilia corporibus cogitamus ex eo genere ſint, tamen qd̃ ad mortuos attinet, aptior cõiectura de dormiẽtibus ducitur. Neq; n.fruſtra eos qui mortui ſunt appellat ſancta ſcriptura dormiẽtes , niſi quia eſt quodãmodo cõſanguineus læti ſopor. Pro- Aene.6. inde ſi anima corpus eſſet,& corporea eſſet figura in q̃ ſe videt in ſomnis,eo q̃ de corpore eius fuiſſet expreſſa,nullus hominum A mẽbro corporis amputato,ſicut eo caret,ita ſine illo ſe videret in ſomnis,ſed potius ſemper integrũ,eo q̃ animæ ipſius nihil fuerit Cã. 19. amputatum . Cũ vero aliqñ ſe integros videant, aliqñ aũt ſicut ſunt ex quacunque parte truncatos,quid aliud iſta res docet,niſi animã ſicut aliarũ rerũ q̃s ſentit in ſomnis,ita & corporis,mõ ſic, mõ ſic non veritatẽ,ſed ſimilitudinẽ gerere ? Gaudiũ vero eius ſiue triſtitia , delectatio vel offenſio,ſiue ſit in corporibus,ſiue in corporũ ſimilitudinib.,vera ẽ. Tuipſe nõne dixiſti, vereq́; dixiſti,alimẽta & veſtimẽta nõ eſſe aĩæ, ſed Luc. 16. corpori neceſſaria? Cur ergo aq̃ ſtillã deſi- 1.Re. 28 derauit apud iferos diues? Cur Samuel ſanctus poſt mortẽ vt ipſe quoq; commemoraſti,ſolito veſtimẽto veſtitus apparuit? Nũqd ille ruinas aĩæ ſicut carnis , p humoris alimẽtũ reficere cupiebat ? Nunqd ille de corpore veſtitus exierat? Sed in illo vera erat moleſtia qua cruciabaꝰ in aĩa,nõ tamen verũ corpus,cui q̃reret alimẽta. Et iſte ſicut potius apparuit veſtitus, vt non corpus eſſet,ſed ſimilitudinẽ corporis haberet & anima & habitus. Neq;.n.ſe aĩa ſicut in mem B bra corporis,ita & in veſtimẽta porrigit & coartat,vt ẽt inde formeꝰ. Poſt mortẽ vero quã vim cognitionis corruptibilib. exoneratæ corporibus animæ accipiant ẽt non bonæ,vt vel pariter malas,vel etiam bonas valeant interioribus ſenſibus intueri & cognoſcere,ſiue in ipſis non corporibus ſed ſimilitudinibus corporũ ſiue in bonis aut in malis,affectionibus mẽris, in quibus nulla ſunt quaſi lineamenta membrorũ,quis valeat indagare? Vñ ẽ & illud,q̃ patrẽ Abrahã diues ille cũ in tormentis eſſet agnouit, cui figura corporis eius non erat nota

Cuius

Cuius corporis similitudinẽ quãuis incorpoream potuit anima retinere. Quis ãt recte dicat se aliquẽ hominẽ cognouisse, nisi nquãtũ potuit eius uitã volũtatẽq; cognoscere,q̃ vtiq; moles nõ habet uel colores? Sic.n.& nosipsos certius quàm cæteros nouimus, quia nobis cõsciẽtia nostra nota est & volũtas. Quã plane videmus,& in ea tũ aliquã corporis similitudinẽ nõ uidemus. Hanc in alio quãuis p̃sente non cernimus, etiam cuius absentis faciẽ nouimus, recolimus, cogitamus. Nostrã uero faciẽ eo mõ
C nosse, recolere, cogitare nõ possumus, & tũ nosipsos nobis magis q̃ illud cognitum uerissime dicimus: Ita clarum est, vbi sit potior hominis ueriorque notitia.

Cs. 20. Cum ergo aliud sit in anima, quo corpora uera sentimus, qđ facimus quinq; sensibus corporis: aliud quo præter ipsos similia corporibus nõ corpora cernimus, vbi & nosipsos non aliter q̃ similes corporibus contuemur: aliud quo nec corpora nec similitudines corporũ, sicut fidẽ, spẽ, charitatem, sine ullis coloribus q̃ tumoribus eorumq; similitudinibus, certius sanè firmiusq; cõspicimus: vbi magis esse & quodammodo familiarius habitare debemus, ubi renouari
Colo.3. in agnitionem dei secundum imaginẽ eius qui creauit nos, nõne in hoc quod tertio loco posui? Ibi.n.certe neq; vllum sexũ, neq; vllam sexus similitudinem gerimus. Nã illa masculinæ vel fœmininæ animæ forma, mẽbris virilibus muliebribusq; distincta, si nõ corporis similitudo sed corpus est, velis nolis est masculus, velis nolis est fœmina, q̃cunq; aut masculus apparet aut fœmina. Sed tñ sed̃m tuam opinionẽ & corpus est anima, & viuũ corpus est, & habet mãmas protumidas & propendulas, & non habet barbã, & habet vuluã & genitalia, quæ habent fœminæ corporis mẽbra, & nõ est fœmina. Ergo ne nõ dicã uera constantius,
D & habet oculum, & habet linguã, & habet digitũ, & habet cętera similia corporis mẽbra, & hæc tota est corporis similitudo non corpus? Cũ ergo hoc quod ego dico probet apud se quisq;, cũ corpora imaginatur absentium, probet certe cum figuras & suã & alias suorum recolit somniorum: à te autẽ huius mõstri, vbi & verum est & viuũ est, & fœmineum corpus est, & fœmineus non est sexus, nullum in natura rerum proferatur exemplum. Quod enim de phœnice loqueris, ad rem de qua agitur omnino nõ pertinet. Resurrectionem quippe illa significat corporum, non sexum destruit animarum, si tamen vt creditur de sua morte renascitur. Sed arbitror q̃ tuum sermonẽ parum putaueris fore plausibilem, si non multa de phœnice more adolescentiũ declamares. Nunquid.n.sunt in eius corpore genitalia masculina & non est masculus, vel fœminina & non est fœmina? Tu aũt attende qđ dicas, quid astruere, quid psuadere conetis. Animã dicis p cũcta mẽbra diffusam gelãdo riguisse, & a uertice vsq; ad ima ve
E stigia, à medullis intimis v sq; ad superficiẽ cutis, totã totus accepisse corporis formã, ac p hoc accepit in fœmineo corpore, quię quid habent fœmineorũ vise eũ fœminę, & uerũ est hoc corpus, & hæc vera sunt membra, & tñ non est fœmina. Cur obsecro te, in vero & viuo corpore omnia sunt mẽbra fœminea, & nõ est fœmina? In vero & uiuo corpore membra sunt masculina, & nõ est masculus? Quis ista credere, dicere, docere p̃sumat? An quia non generãt animæ? Ergo nec muli & mulæ sunt masculi & fœminæ. An quia nec concumbere poterant sine carneis corporibus animæ? Sed hoc auferetur & his qui castrantur. Et tñ cum eis adimatur & opus & motus, non adimitur sexus, figura quantulacunq; masculorũ manente membrorum. Nemo vnquã masculum negauit eunuchum. Quid q̃ apud te animę etiam eunuchorum testes integros habent, & si cuiquã genitalia prorsus tota tollantur, tota in eius anima secundum opinionem tuam, & omnino integra permanebunt? Nouit.n.se subtrahere, sicut dicis, cũ ea pars carnis cœperit, execari, vt ea forma quæ inde sumpta est, quãdo illud vnde sumpta est amputatur, non pereat, sed quanuis
F infusa gelauerit, motu tñ celerrimo rapiat̃, & interius recondatur vt salua seruetur. Et tñ non sit masculus apud inferos, masculino rum genitalium secum auferens totum, qui cum illa in corpore non haberet, masculus fuit propter eorum solum locũ. Falsa sunt hęc fili: si non vis vt sit in anima sexus, nũ sit & corpus.

Non omnis similitudo corporis corpus Ca. 12.
est: Dormi & videbis, sed cum euigilaueris vigilanter discerne quod videris. In somnis enim tibi velut corporeus apparebis. Neq; id corpus tuũ, sed anima tua, nec verũ corpus, sed similitudo corporis erit. Iacebit.n.corpus tuum, ambulabit Ipsa. Silebit lingua

lingua corporis tui, loquetur illa. Csausi erunt oculi tui, videbit illa. Et vtiq; viuẽtia iacebunt tui corporis mẽbra, non magna. Ac per hoc nondũ extracta est velut de vagina sua, gelata, illa forma sicut putas animæ tuæ, & in ea tñ tota atq; integra cernit similitædo carnis tuæ. Ex hoc genere similitudinũ corporalium, q̃ non corpora sicut corpora apparent, sunt omnia quæ sanctos libros legens in propheticis ẽt visionibus non intelligis: Quibus significãtur ea quæ geruntur in tpibus, vel præsenti, vel præterito, vel futuro. Falleris aũt in eis, nõ quia sunt ipsa fallacia, sed quia non ea sicut accipienda sunt accipis. Vbi.n.visæ sunt animæ
5. martyrũ, in eadem reuelatione visus est & agnus quasi occisus, habens cornua septẽ.
G Ibi eqm, aliaq; animalia, sicut oportuit figurata. Ibi postremo & stellæ ceciderũt, & cœlũ plicatũ est vt liber, nec tñ tunc concidit mundus. Ista itaq; omnia si sapienter accipimus, quanuis dicamus visa veracia, non tñ vera dicimus corpora. Prolixioris, aũt sermonis est, de isto genere similitudinũ corporaliũ diligentissima disputatio, vtrum & angeli, seu boni, seu mali sic appareant, q̃s spẽ hominũ vel quorũliber corporũ apparent: an habeant aliqua vera corpora, & in ipsorum potius ueritate videantur: an vero in somnis vel in ecstasi, in istis cernãtur & non corporibus sed similitudinibus corporum: vigilantibus autẽ vera cernenda, & si opus est, etiam tangẽda ingerant corpora. Sed ista in hoc libro requirenda & pertractanda esse nõ arbitror. Nunc de anima incorporea satis dictũ sit. Quã si corporeã matis credere, prius tibi definiendum est quid sit corpus: ne forte cum de re ipsa inter, nos constet, incassum de nomine laboremus. Quãta te tñ absurda secuta sint tale corpus in anima cogitantẽ, qualia sunt q̃ ab omnibus eruditis corpora nuncupantur. i. quæ
H per distantiã longitudinis, latitudinis, locorũ occupant spatia, minora minoribus suis partibus, & maiora maioribus, puto quòd
22. iam prudenter aduertas. Restat ostẽdere quẽadmodum, quanuis & proprie dicatur
5 spũs, nõ vniuersa anima, sed aliquid ipsius, sicut Apostolus dicit, Et integer spiritus vester, & anima & corpus: vel illud multo expressius in libro Iob: Absoluisti animam meã à spũ meo: tñ & vniuersa anima appelletur hoc nomine, quãuis multo magis hęc quæstio nominũ videatur esse, non rerum.

Cum.n.cõstet aliquid in anima, qđ ꝓprie spũs nominetur, quo excepto proprie nomi natur & anima, iã de rebus ipsis nulla contentio est: præsertim quia illud etiã ego dico proprie uocari spm̃, quod & tu dicis. i. quo ratiocinamur & intelligimus, qñ ait distincte ista dicuntur, quemadmodũ Apo 1. The. 4
stolus ait, Et integer spiritus, vester & anima & corpus. Hunc autem spm̃ etiam mentem videtur appellare, cum dicit, Mente ser Rom. 7.
uio legi dei, carne aũt legi peccati: Nam ip- Gala. 5.
sa sententia est, Et caro concupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnem: vt qđ I
ibi dicit, mentẽ, hoc intelligatur hic spiritum dicere, non sicut existimas vniuersam mentem uocari, quæ cõstat ex anima & spiritu, qđ vbi legeris nescio: mentem quippe nr̃am, nisi rationale & intellectuale nostrũ dicere non solemus, ac per hoc qđ ait idem Apostolus, Renouamini aũt spiritu mentis Ephe. 4.
vestræ: quid aliud dicit, nisi renouamini mẽte vestra? Sicut n.spiritus mentis nihil est aliud q̃ mens, qũo corpus carnis nihil aliud potest esse q̃ caro: nam & hoc scriptum est, In expoliatione corporis carnis: vbi car- Colo. 2.
nem corpus carnis appellat. Dicit sanè & alio modo spm̃ hominis, quem prorsus à mente discernit. Si.n.orauero lingua, inq̃t, 1. Co. 14
spiritus meus orat, mens autem mea infructuosa est. Verum nunc non de isto spiritu loquimur, qui à mente distinctus est. Habet iste suam eandemq; difficilem quæstionem: Multis.n.modis atq; in diuersis significationibus scripturæ diuinæ spm̃ nominant. Sed de quo nunc agimus, quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus: constat inter nos sic eum etiam proprie spm̃ nuncupari, vt non sit vniuersa anima, sed aliquid eius. Tñ animam etiam spm̃ esse si propterea negas, quia eius intelligentia distincte dicitur spiritus: poteris negare vniuersum semen Iacob appellari Israel: quoniam excepto Iuda, etiam distincte appellatus est Israel in tribubus decẽ, quæ in Samaria tunc fuerũt. Sed qd opus est hic diutius immorari?

Iam nunc vnde facilius ostendamus, at- K
tende eam quæ anima est, etiam spm̃ dici, Cap. 23
cum audis vel legis dño moriẽte, quod scriptum est, Et inclinato capite tradidit spm̃, Ioan. 19.
ita vis intelligi, tanquam à parte significauerit totum, non quòd ea quæ anima est, possit & spiritus nuncupari. At ego vt possim expeditius probare quæ dico, teipsum testem citius & commodius adhibebo. Sic

enim spũ definisti, vt pecora appareant nõ spũ, sed animã habere. Irrationalia quippe ideo dicuntur, q̃ vim non habeant intelligentiæ atq; rationis: Vnde cum hominẽ ipsum admoneres suam nosse naturam, ita locutus es, Nam cum deus bonus nihil nõ ratione condiderit, ipsumq; hominem animal rationale, intellectus capacem, rationis compotem, sensuq; viuacẽ, qui omnis rationis expertia ordinatione distribuat, procreauerit. His tuis verbis satis asseruisti, q̃ omnino verisimum est, hominẽ esse compotem rationis, atq; intelligentiæ capacem, quod vtiq; non sunt animalia rationis expertia. Vnde & testimonio diuino eos qui non intelligunt, pecoribus comparasti, non vtique habentibus intellectum: Quod & alio loco scriptum est, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quæ cum ita sint, attende etiam quibus verbis spiritũ definieris atq; describseris, cũ illum ab anima distinguere nitereris. Hæc anima, inquis, quæ ex flatu dei habet originem, sine sensu proprio atq; intellectu intimo esse non potuit, qđ est spiritus. Et paulopost, Et quantis anima, inquis, animet, corpus tũ q̃ sentit, q̃ sapit, q̃ viget, spiritus sit necesse est. Item paulopost, Aliud erit, inquis, anima, & aliud spiritus, sapientia & sensus animæ. His verbis satis indicas, quid esse spũ hominis sentias. i, rationale nostrũ, quo sentit atq; intelligit anima: non sicut sentit corporis sensibus, sed sicut est ille intimus sensus, ex quo est appellata sententia. Hinc autẽ pecoribus sine dubitatione præponimur, eo quòd sunt illa rationis expertia. Nõ habent itaq; spũ pecora. i. intellectum, & rationis ac sapientiæ sensum, sed animam tantum. Nam & de illis dictum est, Producãt aquæ repentia animarum viuentium, & producat terra animã viuentem. Vt ergo plenissime, ac planissime noueris eam quæ anima est, more diuinorum eloquiorũ etiam spũ dici, appellatur pecoris spiritus. Et vtique non habent pecora illum spũ, quem tua dilectio discernens ab anima definiuit. Vnde manifestum est, q̃ generali vocabulo anima pecoris recte potuit sic vocari? Sicut legitur in libro Ecclesiastæ, Qui scit spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum, & spiritus pecoris si descẽdat ipse deorsum in terra. Itemq; in diluuii vastitate ita scriptum est, Et mortua est omnis caro quę mouebatur super terram, volatilium, pecorum, & iumentorum, & ferarum, & omnis serpens qui mouetur super terrã, & omnis homo, & omnia quæcunq; habent spũ vitæ. Vbi remotis omnibus dubitationis ambagibus, generale nomen animæ esse intelligimus spũ. Cuius quidem nominis significatio tam late patet, vt etiam deus vocetur spiritus. Et iste flatus aereus quãuis sit corporeus, appellatur in Psalmo spiritus tẽpestatis. Quapropter & eam quæ anima est & spũ nuncupari puto, quod admonitus his quæ commemoraui diuinarum testimonijs paginarũ, vbi & anima pecoris, cui non est intellectus, appellata legitur spiritus, non negabis vlterius. Quocirca si & illa quæ de anima incorporea disputata sunt, capis & sapis, non est vnde tibi displiceam, q̃ eã me scire dixi non corpus esse, sed spiritum, quia & corpus non esse monstratur, & generali nomine spiritus nuncupatur.

Quãobrem si nostros ad te libros impensa dilectione conscriptos, repensa dilectione sumis & legis: si in principio primi tui libri audis & teipsum, & studes, sicut dixisti, tuã sententiam non tueri, si improbabilis detegatur: illa pcipue vndecim caue, de quibus te in libro superiore cõmonui. Ne animam sic dicas ex deo, vt eam non de nulla, nec de alia, sed de natura creauerit: aut quod p̃ infinitũ tps, atq; ita semper animas det, sicut recitasti semper est ipse qui dat. Aut animam meri Oho. tũ aliquod perdidisse p̃ carnem, qđ habuerit ante carnẽ: Aut animã per carnem reparare habitudinem priscam, perq; ipsam carnem renasci, per quã meruerat inquinari: Aut qđ anima ante omne pctũ meruerit esse peccatrix: Aut infantes sine regnatione baptismatis mortuos, ad indulgentiã p̃uenire originaliũ pctorum. Aut quos dũs prędestinauit ad baptismũ, prędestinationi eius eripi posse, & ante defungi quam in eis qđ omnipotens prædestinauit impleri: Aut de his qui priusquã baptizentur expirant, dictum esse quod scriptum est, Raptus est ne malitia mutaret illius intellectum, atq; ad hunc sensum cætera ptinẽtia: Aut earũ aliquas mansiones extra regnum dei esse, quas multas dixit in domo patris sui dũs esse: Aut sacrificium corporis & sanguinis Christi, pro his qui non baptizati de corpore exierint offerendum: Aut aliquos eorũ qui sine baptismate Christi moriuntur, in paradisum interim recipi, ac post modũ & regni cœlorum beatitudinẽ consequi. Hæc præcipue

præcipue caue fili, nec cognominari Vincẽtius delectaris, si uis eẽ uictor erroris, Nec te qũ aliquid nescis existimes scire, sed vt scias disce nescire. Neq;. n. aliquid in occultis dei operibus ignorando, sed temere incognita pro cognitis astruendo & falsa p̃ueris proferendo ac defendẽdo peccatur. Ignorantiã vero meam, vtrũ animæ hominum nostræ fiant, an de parentibus, quas tamẽ a creatore deo non de ipsius substantia fieri dubitare fas non est, aut non debere reprehẽdi, aut ab eo debere a quo potest docente auferri: & hîc in se animas corporum similitudines incorporeas, ipsas aũt non esse corpora: & salua distinctione animæ & spũs, et uniuersaliter animam spũ nũcupari, puto quod persuaserim charitati tuæ. Si autẽ psuadere non potui, vtrum tũ ea dixerim q̃ persuadere debuerim, qui legent potius iudicabunt. Si qua sane alia q̃ plurima in tuis libris emendanda mihi uidentur, scire forte desyderas, uenire tibi non sit onerosum, non tanquam discipulo ad magistrum, sed primæuo ad grandæuũ, forti ad infirmum. Et si. n. non eos ædere debuisti, maiore tũ & ueriore gloria q̃sq; correctus sua cõfessione reprehẽdit, q̃ cuiuslibet errantis ore laudat.

Quãuis in eorũdem recitatione librorũ auditores & laudatores tuos non oẽs ista q̃ sana doctrina ꝓbat, uel ante sensisse, uel ad ea tibi cõsensisse crediderim: sed acie mẽtis, ipso tuæ recitationis impetu cursuq; pstricta, hæc parũ aduertere potuisse: aut certe et illos q̃ aduertere potuerunt, non in tenerũ liquidissimã ueritatẽ, sed verborũ affluentiã & ingenij facultatẽ indolemq; laudasse. Plerũq;. n. laudatur, prædicatur & amatur eloquiũ in spe iuuenis & si nondũ hẽat maturitatẽ fidẽmq; doctoris. Quapp ut & tu recte sapias, & alios nõ tantummodo delectare possis, uerumetiam ædificare qđ loqueris, curam te oportet gerere de sermonibus tuis remotis plausibus alienis.

Libri quarti & vltimi finis.

DD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, liber de prædestinatione, & gratia, qui intulatur de uolũtate dei.

QVum in sacris voluminibus literarũ, seu futurorũ quid prophetico spiritu pronũciãtibus, seu præteritorũ historica ueritate narrãtibus, seu vitæ monita apostolica authoritate tradentibus, aliqua ueluti diuersum sonante sententia vel mouetur lector, vel solicitatur auditor, certa & inconcussa fide cognitum teneri debet, unius atq; eiusdem spiritus, & eius præter quem nullũ nihil est veritatis, apertius alibi, paulo occultius alibi sonare mysteria. Ac ꝓinde si qd occulta significatione suspensum, aut a conscribente breuiter iudicatum, minusq; q̃ humani cordis obtusio poscebat, expositum est, hic lucidius apparere, ibi altius latere, nusquam deesse nouerit ueritatem. Quod si etiam pro magnitudine rei de qua quæritur, non facile intellectus sensibus quærẽtis occurrit, maxime si de incommutabili volũtate omnipotẽtis dei, diuersum sonet canonicæ auctoritatis utraq; sententia: ita illa omnia ad pietatis regulam dirigenda sunt, ut nec iniustum deum esse, nec merita singulorum confusa quadam personarum acceptione taxantem, nec infirmum, ut quicquid voluerit non ualuerit explicare, incõcussa definitione teneatur.

Sub huius igitur definitionis iugo, ne in sacrilegam temeritatẽ male libera colla luxurient, quæstionis huius quantum deo donãte possumus, occulta memoremus: Quã beatus Apostolus Paulus diuersis in locis, non parum discrepantibus uerbis, studiosis proponit scrutatoribus, eisq; per ipsam loquitur ueritatem. Sententiam siquidem in dei gratia præcedente, latissima & robustissima disputatione confectam ita concludẽs, ait, Ergo cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat: Quum in alia epistola de diuina beneuolentia, ipse sic dicat, Qui uult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis uenire. Occurrit enim, quur pereant ex his aliqui quum omnipotens deus omnes homines saluos fieri velit; & in agnitionem ueritatis uenire, deinde quur rursus induret alios, misertus aliorum, aut quomodo omnes saluos fieri uelit homines, quum ipse nonnullos ne saluentur induret. Hoc quantum ad humanam iustitiam, videtur iniustum. Sed quis ita desipiat, vel potius quis ita blasphemet, vt dicat de iustitia dei, lege humanæ iustitiæ disputandum? quæ profecto si iustitiæ dei aduersatur iniusta est. Ab illo enim qui summe iustus est, omne quod qualitercunque iustum est, manare manifestum est. Quis

ergo erit qui incõmutabiliter manentem, & omnia quæ sunt condentem, regentẽ atque seruantem dei sapientiam, pẽdat humanæ sapientiæ arbitrio? De qua idem Apostolus dicit, Quia sapientia carnis inimica est deo. Et alibi, Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Non est ergo de illa maiestate diuinæ sapientiæ, humanæ vanitatis arbitrio disputandum.

Aom. 8.
1. Co. 3.

Cap. 3. Si quis aũt peccata sua ita nutriendo, figura vel vmbra vel typho superbię blandiẽte decipitur, vt dicat, quod esse dicturos statim uidit beatus Paulus apostolus. Subiunxit enim, Dicet aliquis, Si cuius vult miseretur & quem uult indurat, quid adhuc quæritur? Voluntati.n.eius qui resistit? Nouerit hac plus nos ad humilitatem ac pietatẽ cogi atq; arctari sententia. Quum.n.totũ ad deum referens humanis uiribus neget doctor amplissimus, quid aliud quam vt in deum toto corde suspensi, ab eo salutis auxilia postulemus, hortatur? Quem ergo mouet hæc in diuinæ gratiæ dispensatione diuersitas, & iustum putat, negari alteri quod alter acceperit, intelligat quemadmodũ diuinitus dixerit Psalmista, Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas: atq; agnoscat tali deum agitare res humanas iudicio, vt debitas pœnas aut iuste reddat, aut misericorditer donet. Vitiatæ.n. radicis macula, ita propaginis traduce per generationẽ sarmenta diffusa est, ut nec infans quidem unius diei a culpa sit primæ prævaricationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus. Quod si nec hinc quidem sine peccato est, qui proprium habere non potuit, conficitur vt illud traxerit alienum, de quo Apostolus dicit, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt. Quod qui negat, negat profecto primum nos esse mortales. Si.n. vt dicit Apostolus, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, mors intrare non potuit, nisi intrãte peccato. Et quoniam mors non naturæ conditio, sed pœna peccati est, sequatur necesse pœna peccatum. Quia vero in omnes homines mors pertransiit, in omnes necesse est pertransisse peccatũ. Peccatũ qũo cum paruulis originale nascatur, carnis oculis videre non possumus: Quia uero oẽs ex Adam carnaliter natos, & si illi iã etiã qui in Christo renati sunt, videmus mortis lege constringi: per hoc quod uidemus semper paruuli mori, cogimur confiteri semper paruulos nasci cum peccato originali. Facilius.n. fieri posset, vt quãuis transeunte peccato, pœna minime sequeretur, q̃ vt nulla communicatione peccati partem sumst pœnæ, qui non habet culpæ. Si ergo, vt apparuit, de prævaricatoris semine omnes nascimur debitores, quoniam in ipso omnes, ut ait Apostolus, peccauerunt, & ipsa iam in principio unde descendimus, massa damnata est, nullus de duritia sua, nullus de pœna sua conqueri audeat, quæ ẽt non existentibus peccatis propria, sola nascendi conditione debetur. Quòd vero deus aliis gratuita vocatione conuersis, misericordiã largitur indebitã, non ad dispensatoris iniustitiam, sed ad donantis misericordissimam largitatem, veritatis ratione referendum ẽ. An audebit debitor creditorem iniquitatis arguere, si alteri donans, ab eo quod debebat exegerit? Si ergo inter contractus hominum, nullus ex hoc præscriptionis locus ẽ, vt à se dicat debitor iniuste exigi, quia scit alteri debitori ab eodem quod debebat creditore donatum, quis in tantam insaniam prophanæ vocis erumpat, ut iustitiæ deum arguat, si uni indebitam donauerit gratiã, alteri reddiderit debitam pœnam.

Rom. 5.

Cap. 4.
Rom. 9.

Itaque superiori huius parte sententiæ, quæ dicit, Cuius vult miserẽ, puto q̃ nullus nisi indignus misericordia audeat disputare. Quod uero sequitur. Quem vult indurat: ibi paululum humanæ mentis intentio uerbi nouitate confunditur. Sed nõ ita intelligendum est, quasi deus in homine ipsam quæ non esset, duritiam cordis operetur. Quid.n. aliud est duritia, quam dei obuiare mandatis? Vnde illud beatus Stephanus dicebat ad populum, Dura ceruice, & non circunciso corde & auribus, vos sp̃ spiritui sancto resistitis. Quam qui a deo fieri putat, propter quod dictum est, quẽ uult indurat: ipsum prævaricationis intueatur exordium, & deo donante mandatum per quod transgressionis culpam in corde fuerit operatus attendas, quãuis ne ab ipso quidem si negaret assensum, potuit tentatore compelli. Ergo quicquid post illã prævaricationem natus supplicij homo patitur, iuste reddi meritoq; fateatur. Indurare enim deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic ẽt excęcare dicitur eum quem illuminare noluerit. Sic etiam repellere eum, quem vocare

F

Duritia cordis quid sit. Acto. 7.

vocare noluerit, Quos.n. prædestinauit, illos & vocauit: & quos vocauit, illos iustificauit. Ipse.n. dedit ut simus, ipse vt boni esse posſimus.

Præsciuit.n. nos eius diuinitas, sapientia condidit, iustitia damnauit, gratia liberauit. Mundus.n. quamuis pro tpe ex quo factus est cœperit, in illa diuinæ præscientiæ luce faciendus, nullum potuit hre principium: & quãticunq; vel ex Adam usq, in hodiernum diẽ homines nati sunt, vel post nostrã ætate gñationis sunt propagine nascituri, apud deũ nati sunt iam, & decurso totius uitæ tpe transierunt, in illo nihilominus diuini obtutus lumine permanentes. Deus.n. q̃ nec loco clauditur, nec tpe prævenitur, omnium rerũ tam præteritarũ, memoria, quã imminentiũ scientia plenus est, nec remini scens uoluit in præteritum, nec sperans tenditur infuturum. Et quæcũq; omnino sunt quæ temporũ motibus agitant, ab eo principio in quo erat verbũ, & verbũ erat apud deum & deus erat verbũ, vsq; in finẽ omnium seculorũ. De quo fine, cum diceret beatus Moyses, Domine, inquit, qui regnas in seculum & seculum, & adhuc nec sperãtur futura, nec præterita transierunt, sed in præsentia diuinitatis præsenti semper luce cernuntur. Ab illo ergo quia æternus & præscius, quia & iustus & pius est, qui exercet debitã seueritatẽ, & exhibet indebitam pietatẽ, & habet in creandis atq; eligendis hominibus, sicut in luto figulus ptãtem, facta sunt alia quidem vasa in honorem, alia vero in contumeliam. Antequã faceret nos, p̃scuit nos, & in ipsa nos præscientia cum nõ dum fecisset, elegit. Sed a quo hoc fieri potuit, nisi ab eo q̃ uocat omnia quæ non sũt, tanquã ea quæ sunt? Apostolus enim dicit, Qui elegit nos ante mundi constitutionẽ. Intra mundũ facti sumus, & ante mundũ electi sumus: atq; ita vno eodemq;, nec trãseunte nec futuro, sed continuo tpe, vel si quo alio modo dici potest, si tñ apud deum est, & præscire & facere & eligere, & prescię tia sua incommutabiliter permanente eligere faciendos, quos facturus fuerat eligendo. Hæc quidem quantum ad fidei regulã, deo illuminante prædicta sint.

Rom. 8.

Sed iam uideo quid etiam hinc calumniosa prauitas posit opponere. Sequitur enim ut si eos quos prædestinauit, illos & uocauit, & si eos quos vocauit, illos & iustificauit, qui nec prædestinati nec vocati, ac per hoc nec iustificati sunt, ab omni culpa debeant esse innocentes, iniusteq; ab eis pro vitæ prauitate transactæ, in illo agnitionis die sint poscẽda supplicia. Dicat itaq; Paulus apostolus, Nunquid iniquitas apud deum? Statim ipse respondeat: Absit. Cũq; hoc fuerit in hominis mẽte sana pietate sumdatum, quod nulla sit iniquitas apud deum, ita intelligat, Cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat quasi diceret, cuius vult miseretur, & cuius non vult, non miseretur, Itẽque hoc ipsum rursus intelligat, quasi diceret, cui vult donat, & a quo vult debitũ poscit. Quid q̃ dicere pscuerat iniustũ, ab Apostolo audiat, O homo, tu quis es, qui respondeas deo? Congrue si quidem huiusmodi impietatem Apostolica reprẽdit authoritas, tm̃ de exaggeratione nominũ pondus incutiens, cum dicit, O homo, tu quis es qui respondeas deo? O homo deo, lutum figulo. Subiunxit.n. idem Apostolus, Nunquid dicit figmentum ei q̃ se finxit, quare sic me feciſti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud vero in contumeliã? Si ergo habet, imo quia habet ptãtẽ figulus luti facere ex eadem massa, aliud q̃dẽ uas in honorẽ, aliud vero contumeliam, o homo, tu quis es qui respondeas deo, quia cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat? Sed priusquã ad huiusmodi cõclusionẽ beatus Apostolus disputationis ordine peruenirẽt, hoc potissimũ de veteribus literis sũ pſit exemplũ in quo indurationem quæ a deo fieri dicitur, edoceret. Dicit, inq̃t, scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Induraſſe aũt cor eius, deus in eadem scriptura apertissime dicitur, cum Moysi de signis quæ in Aegyptios per eũ faciẽda fuerant loqueretur. Sic.n. dicit, Ego aũt indurabo cor Pharaonis ne dimittat popnlũ. Hinc iam per aperta se iactans calumniator astutus, instittam dei ad suum libret arbitrium, & quanta potest uociferatione respondeat, Si cuius vult miseretur, & quem uult indurat, quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis resistit? Huius elationi Apostolus dicat. O homo, tu quis es, qui rñdeas deo? Qui aũt pie quærens aliquid desiderat inuenire, illum locum eiusdem scripturæ relegat, vbi primo Mosi in rubo ignis apparuit, atq; ita cor eius ardore diuinæ charitatis

Rom. 9.

Ibidem A

Exod. 9

Exod. 4.

B

Universidad de Deusto
Biblioteca

igniuit,vt in conspectu regum sicut Dauid dicit,testimonia eius sine cõfusione loqueret̃,& ibi inueniet totũ hoc,quod induraſſe deus cor Pharaonis pmittit,non ad operationem dei, ſed ad ꝓſcientiam pertinere Loquens.n.dñs de rubo, ſic dicit, Ego autem ſcio,qđ non dimittet vos Pharao rex Aegypti,niſi p manum magnam. Sed extendens manũ meam,percutiam Aegyptios in omnibus mirabilibus q̃ faciam, & poſtea dimittet vos Pharao rex Aegypti. Hæc prima vox dei eſt, qua futurã voluntate Pharaonis ſicut ꝓuiderat indicabat. Poſtea iam inter ipſos miraculorũ imbres dixiſſe legitur, Ego aũt indurabo,cor Pharaonis, ne dimittat populum: Vbi iam aperte intelligit̃ primam iteraſſe ſententiã. Quid eſt.n.indurabo cor,niſi nõ molliam? Apparet.n.in alios manente iuſtitia,in alios gratia profluente, ſcripturæ illius ſententiã fuiſſe completam: quia dixit deus Pharaoni, In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meã, & vt annuncietur nomen meũ in vniuerſa terra. Vtente.n. deo bene ẽt malis, indurationе Pharaonis,flagellis Aegypti, & tot ac tantis in illa gente miraculis pariter,acerua timq̃; peractus,qđ aliud geſtum eſt, quam vt dei virtus apud ſe magna,in ſe plena, ad humani generis notitiam ꝓueniret,nõ deo, ſed ipſis relegentibus & credentibus profutura? Pharaonem non eſſe mutandum,& illam omnem gentem,quæ poſt tot verbera, vix ſibi erutum populum dei, armis etiam inſectari conabatur & bello, alta illa deus prouidentiæ,ſuæ luce præſciuit. Sed perituroruм interitũ prædeſtinatis à ſe vaſis miſericordiæ,ſalutis voluit eſſe argumentum, & aliorum perditione ad ſalutem vſus eſt aliorum,quia poteſtatem habet figulus luti ex eadem maſſa,aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam facere.

Exod.3.

Exod.4.

Roma.9 Cap.7.

Hoc etiam diuinæ poteſtatis in hominũ electione iudicium, pauloante commemorans beatus Apoſtolus robuſtiſſimis monſtrauit exemplis, cum de Rebeccæ partu, adhuc intra vterum conſtituto,totũ ad gratiam dei referens loqueretur.Sic.n.ait, Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri,cum nõdum nati fuiſſent,nec aliquid boni egiſſent nec mali,vt ſecundum electionem propoſitum dei maneret,nõ ex operibus, ſed ex vocãte dictum eſt,quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habuit: Statimq̃; ſubiecit, Quid dicemus? Nunquid iniq̃tas apud deum? Negansq̃; reſpondit. Abſit. Vt iam cætera quæ ſequuntur ad hanc ſententiam ſuſpenſa referantur,& relata ſoluãtur, qua negauit apud deum eſſe iniquitatem. Sed hic quid egerit hæc Apoſtolicæ diſputationis intentio,ſatis admodum claret. Non ſolum.n.fratres, ſed & geminos,nec ſolum geminos, ſed vno etiam concubitu fuſos in vtero comparauit, vt quoniam in nondum natis nondumq̃; aliquid operatis,nulla eſſe poterant momenta meritorum, nec ex parentum quidem meritis quæ diuerſo tempore varia eſſe poterunt, aliquod contra gratiam relinqueretur obſtaculum. Quæ vtique parẽtum merita, etiam ſi permittamus diuinum paruulis vel auertiſſe vel cõciliaſſe præſidium, ſeu bona,ſeu mala circa germinam prolem, quæ eodem concepta concubitu,eodemq̃; in lucem proiecta momẽto eſt,paria eſſe debuerũt. Quòd ſi futuros eorum mores dicitur diuinum diſcreuiſſe iudicium, profecto illud euacuabitur,quod præmiſit Apoſtolus dicens, Non ex operibus,ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori. Non.n.ait ex præteritis operibus,ſed cum generaliter dixerit, Non ex operibus, ibi & præterita intelligi voluit & futura: præterita.ſ. quæ nulla erant, futura quæ nondũ erant. Prædeſtinatus eſt Iacob vas in honorem, quia non ex operibus,ſed ex vocante dictum eſt, Maior ſeruiet minori.

Mala.1

Rom.9.

Et ne forte vaſa in honorem prædeſtinata, ſuis aliquid viribus tribuendo,negarent gratiam creatoris, alio eos loco Apoſtolus vaſa miſericordiæ nominauit, vt totũ quicquid eſſent,ſecundum miſericordiam ſe eſſe cognoſceret. Sic.n.& alibi dicit idem Apoſtolus, Et hoc non ex vobis,ſed dei donum eſt, Beatus etiã Moyſes in Deuteronomio dicit ad populum, Et ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea & potẽtia manus meæ fecit mihi virtutem magnam hanc,ſed memoraberis domini dei tui,quia ipſe tibi dat fortitudinem, facere virtutem, vt ſtatuat,teſtamẽtum ſum quod iurauit patribus veſtris. Item paulopoſt ibidem ad eos, Ne dicas,inquit,in corde tuo, cũ cõſumpſerit dñs deus tuus gentes iſtas ante faciem tuam, dicens, Propter iuſtitias meas induxit me dñs hæreditare terram bonã illã: Nõ propter iuſtitiam tuam,neq; propter ſanctitatem cordis tui intras, hæreditare terram eorum, ſed

Gap.8.

Ephe.2.

Deu.6.

ſed ꝓp iniquitatem gentium iſtarum, dñs diſperdet eas à facie tua. Ecce q̃ antiquum ſpiritus ſancti dogma non ſolum in Apoſtolicis literis prædicatum,ſed ẽt in Propheticis,tq; in ipſis Iſraelitici populi exordijs, ſanctiſpiritus voce firmatum,nouellæ præſumptionis impetus conatur euertere. Clare ſiquidem in vno atque eodem ſcripturæ loco, bonitatem & ſeueritatem dei Prophetа beatus oſtendit,dicens, Non propter iuſtitias populi hæreditatem terræ illius reddi,ſed gratia tantum miſerantis donari, illos autem propter iniuſtitias ſuas pelli. Ecce in illis iuſte punitur iniquitas, in iſtis gratis nulla iuſtitia muneratur. Nec ſufficit beato Moyſi quod dixerat, non propter merita ipſorum, hæreditatem terræ illius Iſraelitico populo fuiſſe conceſſam, niſi ẽt adderet quod adiunxit, vnde eos omni bono monſtraret indignos. Sequitur.n.poſt illud quod ſupra memorauimus, Et ſcies hodie,quia non ꝓpter iuſtitias tuas dominus deus tuus dat tibi terram iſtam bonam hæreditare, q̃m populus duræ ceruicis es tu. Quis hic ſcđm debitum præcedentium meritorum mercedem redditam dicat? Quis non gratiã fateatur indebitã? Quotiens ait Propheta, Tentauerunt eum in deſerto? Quotiens iracundiam dei cordis auerſione meruerunt,& ſaluauit eos propter miſericordiam ſuam,vt notam faceret potentiã ſuam? Hoc iterum Apoſtolus dicit,Suſtinuit in multam patientia vaſa iræ apta in interitum,vt oſtenderet diuitias ſuas in vaſa miſericodiæ,quæ præparauit in gloriam.

E

G

H

Deut.9.

Pſal.105.

Rom.9.

Ne vero rurſus homo in vltimam fecẽ deſidiæ reſolutus,arduum virtutis iter,et quanuis adiuuante gratia dei,non niſi labore gradiẽdum,inerti ſibi crederet poſſe deferri, & nullius laboris induſtriam ſtudio ſui profectus adhiberet,ita inter ſe atq; homines deus tempora officiaq̃; deſtribuens ordinauit,vt vocatione ipſius bonorũ principia ſumeremus,vocati autem atq; illuminati, vias mandatorum eius boni ingenij intelligentia noſceremus, & eas libero vel eligeremus vel; relinqueremus arbitrio.

Quas tũ ſi ipſius fulti adiutorio, continua deuotione ſequemur in fine rurſus non repugnantem mandatis ſuis, ſubiectam in nobis obedientiam coronaret. Liberum vero quod ab eo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapſu fluit, & cum ad virtutis indolem,dei auxilio deſerẽte, nihil poſſit,ad genus omne peccati idonea fultũ virtute ſubſiſtit: Trahit.n.lex in membris nata peccati, & deus a leni iugo mandatorum ſuorũ leuiq̃; ſarcina recedentes: atq; in peccati duriſſimam ſeruitutẽ, libero a iuſtitia voluntatis arbitrio defluentes, ſcđm ſuam iuſtitiã derelinquet: Eos vero qui vocationis munus congrua pietate ſuſceperint, qui carnalibus non ſubiugantur illecebris, qui iactantiæ vitio,auaritiæ facibus,vento ſuperbiæ caruerunt,& quantũ in homine eſt,dei in ſe bona ſeruantes ad ſpiritalia exercitia oẽ ſtudium contulerunt, & in agone huius vitæ certantes adiuuat, & coronas vincentibus largitur æternas: ipſe rurſus delinquentes deſerit,reſiſtentes indurat, contemnentes condemnat.

De horũ graduũ diſtributione, q̃ vel in nobis deus operatur, vel nos iubet aliquid operari, ipſum interrogemus de cuius verbis orta eſt quæſtio, q̃ ſi dñs aſſit, enodare conamur,vt eius ſenſibus per diuerſa volumina varia quidem locutione, ſed vna atq; eadem intentione digeſtis, ſi quid in hoc loco latet alterius ſententiæ collatione referetur. Vocatum a deo Apoſtolum Paulũ,vel in eo libro legimus,vbi eius geſta cũ omni veritate narrantur, vel ipſa in Epiſtola ſua confitetur,dicẽs, Paulus ſeruus Ieſu Chri, vocatus Apoſtolus. Sẽd aũt loco vocationẽ ſecutus,& totum quod in homine fuerat operatus,ipſe ſic dicit, Plus omnibus illis laboraui. Sed ne hoc ipſum quidem ſibi tribuens,ſolicita pietate ſubiunxit, Non ego aũt,ſed gratia dei mecũ. Iã ergo & vocato & uocationẽ per opera iuſtitiæ ſubſecuto, quid ſupererat aliud,niſi vt liberatus de corpore mortis huius,ad illius alterius vitæ, q̃ ſanctis omnibus veritatis ore promiſſa eſt, beatitudinẽ ꝓueniret? Qđ nullis humanis meritis reddi, ſed dei donantis gratia largiẽte donari, ſibi ipſe reſpondẽt poſt gemitus, quibus dixerat, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore huius mortis? Gratia dei,inquit,per Ieſum Chrm dñm noſtrum. Hanc itaq; diſtributionem qua diximus à deo homines nullis exiſtentibus meritis vocari,& uocatos vt boni aliquid operentur, dei adminiculis indigere, ſumpto de veteribus literis Apoſtolus monſtrat exemplo, poſtq̃ illã de duobus geminis electionẽ omni repulſa laude meritorum,ad dei gratiam iudiciumq̃; contulerat, videns quid impia poſſet blaſphemare garrulitas dixit, Num-

Cap. 10 I

Rom. 1.

1. Co. 15

Rom. 7.

K

Universidad de Deusto Biblioteca

Rom.9. quid iniqtas est apud deū? Et sequitur, Absit. Et quasi diceretur ei, vnde probas? Parū putauit authoritatem ſuæ valere doctrinæ, nisi sententiā ſuā ēt legis doceret exemplo. Sic.n.intelligi voluit quod Moyses dixerat, Misericors, cuius miserebor, & miseri cordiā præstabo, cui misericors fuero, vt primā misericordiā vocatione credamus hominibus prærogari, quę sola ad recte viuendū non sufficit, si deserat qui uocauit. Ideoque additū est, Et misericordiam præstabo cui misericors fuero: vt à deo accipi manifestū sit & ipsa misericordiæ opera, quæ cū videmur impendere, dei misericordiam promeremur. Sic.n.in Euangelio dicit, Beati misericordes, qm̄ ipſis miserebitur deus. Quod nisi sic intellexisset Apostolus, nūquam ꝓ nobis gratiæ, disputationi ſuæ hoc testimonium curasset inserere.

Exo.33.

Matt.5.

I.

Cap.11. Si quē vero monet, quod non oēs, etiam de his qui iam vocati sunt, ad secundam gratiam, id est, ad recte viuendi donum peruenire mereantur, sicut dñs in Euangelio dicit, Multi sunt vocati, pauci vero electi: Hinc intelligat, quale sit quod contra dei

Mat.20. gratiam defensare molitur, qui de libero ſibi blanditur arbitrio, Quicunq; n.diuinæ vocationis munere derelicto, ad impiā rursus fluxere perfidiam, ipſis dei gratiam deſerentibus, ad implendū quod voluerant sufficit arbitrium, Vidit.n. quemadmodū Psalmista, misericordiarum dei ordinem quem ex Moyſi ſenſu interpretatur Apostolus,

Psal. 80. Prophetici ſpiritus veritate decātet, Audi, inq̄t, populе meus, et testificabor tibi. Quid eos volebat audire, quod cum testificatione loquebatur. Quid vtiq;, nisi mandata vitæ? Sicut alius propheta dicit, Audi Israel mā data vitæ? Sed quæ sint ista mandata vitæ Psalmista subiūgit, & sequitur, Ego.n.sum

Ibidem. dñs deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Et Hæc esse mandata vitæ, in oratione qua discipulos suos patri dñs commendabat, ostendit dicens. Hæc est.n. vita æterna, vt cognoscant te solum verum deū, & quē misisti Iesum Christum. Post hanc vocationem illud sequitur, quod & vult ad co-

Rom. 17. M natus hominum pertinere, & ostendit sine se non posse compleri, hoc est.n. quod dicit Apostolus, Qm̄ ab ipso habemus velle & perficere, pro bona voluntate. Ab ipso.n. habemus velle, quia uocat & illuminat: ab ipso perficere, quoniam ad nos pertinet conari bona, quæ & velle donauit. Nec incau-

te ab Apostolo cum dixisset, Quia ab ipso habemus & velle & perficere: additum est, pro bona voluntate: vt etiā atq; ēt videant, vbi habeant a dei iustitia liberum de quo gloriantur, arbitrium. Sed illum ordinem quo misericordias diuersa dominus temporum dispensatione distribuit, sicut Moyſen dixisse sensit Apostolus etiā in continuata Psalmi huius oratione videamus. Quid.n. ait, postquam vocatos docuerat dicens, Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti? Dilata, inquit, os tuum, & ego adimplebo illud. Hic aliquid rursus apparet homini fuisse seruatum, quod per liberum facere debeat arbitrium. Dilatare enim iubetur os suum, sed deus se implere promittit. Sicut etiam discipulis suis in Euāgelio dixerat, Nolite cogitare, quō aut quid A loquamini; non.n. vos estis qui loquamini, Mat.10. sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, Hoc solum ad illos retulit, vt omnē tribulationis necessitatem libenter pro veritate susciperent, penes se autem promisit effectum. Libero ergo qui locus seruatur arbitrio, vt sine dei adiutorio ad explendum quid voluerit rationali dignitate sufficiat, sibi ipsi si non sufficiat humana natura continuo Psalmista ostendit, Et non audiuit populus meus vocem meam, Et Israel Psal.80. non intendit mihi. Quid dixerat cū vocaret, Audi populе meus & Inquar, Israel & testificabor tibi. Quid testificans commendauerat mentibus audiētiū? Dñs deus deus tuus ego sum. Quid etiam ab ipsis fieri iusserat, quos de terra Aegypti & ignorantiæ tenebris liberatos, in luce mandatorū suorum splendore vocationis eduxerat? Dilata, inquit, os tuum. Statimq; quasi diceret, si dilatare te deserente me volueris, nihil ꝓderit ita addidit, & implebo illud. Quid ergo qui vocauerat, & vocatos docuerat, ꝙrula de hisdem voce subiungit, Et non audiuit, inquit, populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi? Exeat nunc liberi contra dei gr̄am defensor arbitrij, audiat dicentem Apostolum, cum de bonis suis laboribus loqueretur, Non ego aūt, sed B gratia dei mecum. Audiat dei vocē in Psal- 1.Co.15. mo, de his quos deseruerat dicentē, Et dimi Psal.80. si eos secm desideria cordis eorū, ibunt in voluntatibus suis. Audiat vnum eundemq; Apostolū de vitæ suæ varijs tpibus sibi tm mala, gratiæ autem dei bona omnia tribuentem. Qui prius fui blasphemus, inquit, & persecu-

persecutor. Et alio loco, Gratia dei sum id
1Ti.1. quod sum. Cū diceret, Qui prius fui blas-
Gal.1. phemus & persecutor, nulla gr̄æ mētio, ini quo operi copulabatur: quia sufficit sibi, sicut dictū est, ad nequitiā natura libertatis humanæ. Cū vero de pñtis vitæ beatitudine loqueret, Gratia, inq̄t, dei sum id quod sum. Et illū ordinē quo misereī deus vocādo, misereī deinceps in cœptis conatibus adiuuando: sicut serie Psalmi narratū atq; digestū est, beatus etiā Apostolus Paulus cōtinua narratione seruauit, Sic.n.in ordine quē posuit, excepta testimonia religantur, ita loquitur, Gratia dei, inquit, sum id qđ sum. Hęc est prima misericordia, quam liberæ volūtatis opera consequūtur, Sed ut Apostoli Pauli uocationem bona opera se-
C querentur, qđ ait, Et gr̄a eius in me vacua non fuit. Quid.n. feci? Plus, inq̄t, omnib. laboraui. Ne multū supbias ò liberi defunsor arbitrij, audiens Paulum de suis laboribus glorianteē, attēde qđ sequitur, Nō ego autem, sed gratia dei mecum. Puto sanè qđ nullus de his qui contra dei gratiam exaltatio ante ruinam, sicut sciptū est, corde blasphemanti, tm̄ arrogantiæ impudentis assumat, vt beati Prophetæ Dauid meritis aut æquandum se, aut etiā existimet perferendū. Cuius, vt de illa prima remuneratione quā nullus non fateatur vt indebitā, delati-
.s.regni interim taceā, orationum & cōfessionum eius intentiones, affectusq; pen-
Psal.93. semus. Ipse siquidem definit in Psalmo, Beatus hō quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū. Sed videamus vtrum ipsi iam erudito, & omni legis scīa secundum
Ps.118. instructionem Iudaicam sufficienter instructo, ad bratitudinem res hæc sola suffecerit. Cur ergo rursus idē clamauit ad dominū, Da mihi intellectum & scrutabor legē tuā, custodiam illam in toto corde meo? Parum erat quod ad scrutandam legem poposcerat intellectum, nisi etiam ad custodiendam ne
D cessarium significaret auxilium, dicens, Et custodiam illam in toto corde meo: quasi diceret, Tunc custodiam illam in toto corde meo, si tu dederis intellectum.

Ca.12. Adhucsuperbus ille propriæ uoluntatis defensor ad ista respondeat, ꝙ Propheta ac intelligendum tantum mandata diuina, quæ tamen propria virtute impleturus fuerat, opem diuini postulauerit auxilij. Quæ si ita sunt, à te paululum libet beate Dauid, sensuum tuorum occulta perquirere. Vnde ergo rogo te pugna carnis & spiritus? Vnde apostolicum sicut ipse fateris certamē? Etiā vtiq; illuminatus atq; erudicus intelligētiæ munere, quam diuinitus postulaueras, clamas & dicis, Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. Nā intellectu certe discernendæ Ps. 118. vanitatis à veritate, sicut poscebas accepto, cur oculos tuos a vanitate, q̄ displicet, non auertis? Si auaritiam reprehendis, cur non ab ea proprio separatus arbitrio, cor tuum ad mandata salutis inclinas, sed tāquam infirmus in omnibus clamas ad deum, Inclina cor meū in testimonia tua, & nō in auaritiam, nisi quia suggerit auaritiam in membris nata lex peccati? Et adhuc vult oculos Gala. 5. suos, nec ꝑ se pōt vir scūs auertere: ac si ca- Rom.7. ro cōcupiscit aduersus spm̄, & spūs aduersus carnē: ex qualitate non liberat, nisi gr̄a, E q̄ ꝑ dominū nr̄m Iesum Chr̄m paruis magnisq; donatur. Velle.n.adiacet, ꝑficere aūt Phili. 2. non inuenio: quanuis & ipsum velle non ex nobis, sed dei donumest, quoniam ab ipso habemus & velle & perficere, pro bona voluntate. Beatus ergo es, quoniam cum Apostolis Christi, & doctrinæ & pugnæ æqualitate concordas: quia & in scriptis tuis, Apostolorum bella cognoscimus, & tua certamina in apostolicis literis inuenimus.

Vnde ista in uno eodemq; homine, qui Ca. 13. ex anima & corpore cōstat, rerū voluntatūque diuersitas, nisi quia iusta dei iudicia cōtemnens, homo deum, creatura creatorem, infirmus summum, intra semetipsum inobedientiæ pœnas & contumaciam inferioris inuenit? Qua.n.iustitia, quanuis meliori deterior, creaturæ tamē creatura seruiret si ipsi qualiseunq; creatura seruire noluit creatori? Sed ne hoc quidem sufficit ad pœnam, vt pars illa deterior melioribus repugnaret cordis affectibus, nisi ēt plerūq; superaret, in captiuitatē duceret, possideret, nō solum vel natos in Adam homines, sed lex ipsa peccati ad motus sui ministerium vendicaret, nisi etiam renatos in Christo, manente suggestione pulsaret: quia reuera per id regenerationis munus reatus dimis- F sus est, non soluta conditio gratiæ est: veterum delens chirographa debitorum, non a passione carnali iam separans adhuc hominem in carne viuentem, vt omnis homo futuro tempore diuinum per singulos implo-
ret auxilium. Et quoniam lex non tam auferre potuit quam monstrare peccatum,

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod peccatum in se nascentes passim sibi homines vendicabat,& concupiscentiæ con sensione possessos,in æternum mergebat in teritū:dñs noster Iesus Christus filius dei,
Philip.2 uerbum patris,æquale & coæternum patri, semetipsum exinaniuit, formam serui accipies,& cum peccatum ipse non eet,factus assumpta carne pctm, vt peccato carnis homine sanato,peccatū damnaret in carne:uenit quęrere quod perierat, sanare quod ægro-
Luc.19 tabat,erigere quod iacebat,potestatem hūs dimittendi peccata quod non debebat donare,qđ ei debebat dimittere,deletisq; omnibus veteris culpæ maculis quam fecerat,reparare naturam De his quibus pœnam seueritas iustas decreuerat,secūdum ineffabilē dispositionis occultæ misericordiam,elegit vasa quę faceret in honorem , & alios à
G uentura ira dono grauitatæ uocationis absoluit:alios derelinquens ad æqualitatis iudicium reseruauit,nulli tamen agnoscendæ ueritatis abstulit facultatem: & ita plenitudo diuinæ præscientiæ in alios manante iustitia, in alios gratia profluente cōpleta est: ut peuntibus quos præscierat deus esse pituros,& saluatis quos in illa secreta electione præscierat esse saluandos,toto orbe diffusa multiplicaretur ecclesia.

Cap.14. Gratulare igitur o quicūq; illuminatus es,& grām quā non merebaris agnosce:geme quicunq; induratus es,& iustitiam con
Ps. 144. fitere. Dic quicunq; ab originali contagio, lauacro grætę gratularis ablutum, Misericors & miserator dominus, patiens & multæ misericordiæ. Non scđm peccata nostra fecit nobis,neq; scđm iniquitates nostras re
Ps. 102. tribuit nobis. Dic quicunq; damnaris, Iustus es domine in omnibus quæ fecisti nobis,& omnia iudicia tua vera:quia in veritate & iudicio superinduxisti omnia hæc,pp
Psal.24 peccata nostra: & noli iniustitiæ dei culpā tuæ indurationis ascribere:quia omnes uiæ domini misericordia & ueritas,, vt nec hi
H qui misericordiam fuerint consecutia deo iudicio ueritatis de meritis suis aliquid glorientur: nec hi qui indurati atq; dānati sūt excusationem culpæ ex hoc habere posse se credant,quòd nullam qua conuerterentur, fint misericordiam consecuti . Hanc ergo Pharao misericordiam non accepit, & ideo ei ad pereundum , liberum suffecit arbitrium , quem quidem nullus ita ignarus diuinarum scripturarū erit, qui audeat dicere illa omnia iniuste esse ppessum. An forte si pie de deo sicut expedit sentiamus, ēt Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia.n. dei valere ei debuit ad salutem, qua differēs iustum meritumq; supplicium, miraculorum verbera crebra densabat. Nunquid non potuit, sicut flagellis cædens expulit populum,ita miraculis credens,deum tantæ virtutis agnoscere?

Cap.15. Si dr iam, Pharaonē non potuisse mutari, quia eum præsciuerat deus non esse mutandū, Rndetur,dei præscientiā non cogere hominem vt talis sit , qualem præsciuit deus:sed præscire talem futurū,qualis futurus est,q̄is cum non sic fecerit deus. Quē si cogeret esse,hoc vtiq; cogeret qđ nō est. Porro si hoc præsciebat futurum esse quod non est,præscientia non est . Quod de deo quàm impie dicatur,aduertit qsq; qui peccatis suis inde blanditur, q̄ deus eum peccatorē futurū esse præscierit. Existere mihi I
Dan.4 dominus fortasse aliquem reor qui dicat,minus idoneam ad salulem viā, si nulla intrinsecus vocatione pulsatus,tñ quispiam flagellatur . Vnde Nabuchodonosor pœnitentiā meruit fructuosam? Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat rursus accepit? Pha
Exo.14 rao autem ipsis flagellis est durior effectus, & periit. Hic mihi rationem reddat,qui diuinum consilium nimium altum sapienti corde diiudicat , cur medicamentum vnius medici confectū, alij ad interitum , alij valuerit ad salutem , nisi quia Christi bonus odor,alijs est odor vitæ in vitā , alijs odor
1.Co.2. mortis in mortem ? Quantū ad naturam , ambo homines erant: quantum ad dignitatem,ambo reges:quantum ad causam,ambo captiuum populum dei possidentes: quantum ad pœnam , ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos,nisi quod vnus manū dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit:alter libero contra dei misericordiā mam veritatem pugnauit arbitrio?Hic quicunq; respondet , illi vt mutaretur affuisse diuinum, huic vt induraretur defuisse præsidium,& hoc contendit iniustum, propter quod rerum ipsarum fines in dei voluntate constituens,dixit Apostolus,Cuius vult Rom.9.
misereretur,& quem vult indurat : dicente domino . Sine me nihil potestis facere:intel Ioan.15
ligat illa omnia,vel adiuuante domino perfici,vel deserente permitti,vt noluerit tamē, nolente domino nihil prorsus admitti.

Sed

Cap.16. Sed reditur ad paruulos,reditur ad geminos,parum est quod dixi , reditur ad necdū natos,qui & eodem concubitu seminati , & eodem momento in lucem fuerant proferēdi. Eis discrepās diuersumq; iudicium diuinæ voluntatis apparens , sensus hominum de voluntate dei superbe nimium disputantes,magnitudo quæstionis obturbat. Exalta iam viribus vocem tuam ò iniuste accu-
Rom.9. lator iusti,& dic mihi , quid ille mali commisit,quid boni ille meruit? Et respondet tibi,non ego,sed Paulus Apostolus, nihil qđem ambo meruerunt : sed habet potestatē figulus luti,ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem,aliud quidem in contumeliam.Dicturus es,quare? Quæ est iudicij huius tam confusa diuersitas? Rursus hanc præsumptionem ille confutet & dicat, O homo tu quis es,qui respondeas deo?maxime , quia ad illam humanorum actuum
L comparationem rursus intentio conuersa respondet,iniustitiæ non posse argui creditorem, qui duobus debitoribus tale voluerit habere iudiciū,vt vni donet,ab alio exigat,qđ ab verisq; debetur. Et certe in omnibus humanæ conuersationis actibus atq; contractibus ad discernendum aliquid , ad diiudicandum hanc, qua videmur aliquam probare iustitiam,ex ineffabili diuinæ iustitiæ plenitudine in humilitatis nostræ corda manare manifestū est,beato Ioanne hoc
Ioan. 1. in euangelio suo confirmante, Quoniā oēs de plenitudine eius accepimus. Quod si ita est , qua tandem impudentia homo de deo , lutum de figulo iudicabit,non solū dicens, quid me fecisti sic: sed ēt de alijs damnabili curiositate perscrutans & dicens , quare de eadem massa fecisti , alium quidem sic , alium vero sic?Si humanum genus qđ creatum primitus constat ex nihilo,nō cum debita mortis & peccati origine nasceretur,& tamen ex eis creator omnipotens in æternū nonnullos damnare vellet interitum : quis omnipotenti creatori diceret , quare fecisti sic? Qui enim cum non essent,esse donauerat, quo fine essent habuit potestatem : nec dicerent cæteri, cur paribus omnium meri
M tis diuinum discreparet arbitrium: quia potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere: aliud quidem vas in honorem,aliud vero in contumeliam. Nunc autem cum dānatis pœna iusta reddatur , saluatis autem gratia donetur indebita:quis vsqueadeo humanæ conditionis oblitus,diuini sensus arcana discutiat, vt cum ipsæ pœnam merito fuerit consecutus , quærat cur alius gratiam quæ non debebatur ei acceperit? Hāc itaque diuinam electionem,non meritis redi , sed sola voluntatis munificentia donari hominibus, Moyses cum iam tunc quan uis carnalem populum doceret , ostendit , Sic enim euidenter in Deuteronomio dicit Deu.10
ad populum , Ecce domini dei tui cœlum est,& cœlum cœli,terra & omnia quæ sunt in ea:Veruntamen patres vestros elegit dominus diligere eos & semen eorum , elegit post ipsos vos præ omnibus gentibus . Et adiecit,Circuncidimini ergo à duritia cordis vestri , & ceruicem vestram ne induretis amplius . Sed hanc in eis mansisse duritiam cordis,sicut supra iam diximus,beatus Stephanus cum Iudæos increparet , ostendit,In actibus enim Apostolorum si cut ip- Acto.7.
se dicit. Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus,vos semper spiritui sancto restitistis. Vnde dura ceruix in illo populo ,qui A
ex omni mundo electus est, qui de seruitute decem miraculis meruit liberari,cui lex data est, cuius saluti ora prophetarum omnium militarunt , ex quo factus secundum carnem & ad quos missus est Christus: nisi quia cæcitas,ex parte in Israel facta est,donec Israel adoptatus ex plenitudine gentiū Rom.11
intraret in regnum,& conclusit in credulitate omnes dominus,vt omnes indigerent misericordia saluatoris? Cuius diuini consilij sacramenta perstringens , & maiestatis mysteriū,quæ quāuis magnitudine reuelationum nouerat tñ pro humana infirmitate succumbēs,ēt ille qui pro psecutionibus & blasphemijs vas electionis meruit nomi σκληρότ.
nari,miratus exclamat, O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei:& inscrutabiles vias eius, & inscrutabilia confitens dei esse iudicia. Cum illo ergo qñ de talibus qrit, admiremur,& manente sententia , qđ non Rom.9.
sit iniquitas apud deum,si quid est illud qđ quæritur,quod modum nostri sensus excesserit,& intellectus nostri non dignatur angustias,in illa iustitiæ,misericordiæ præscię tiæque diuinæ plenitudine permanere inconcussa æquitate fateamur: ne de superioB
ribus diuinæ voluntatis arcanis aliter quā modus conditionis nostræ patitur disputantes, dei iustitiam relinquamus, & no- Rom.10
strā statuere cupientes,in imam contumaciæ voraginem decidamus.

Libri de prædestinatione & gratia finis.

PRO-

Universidad de Deusto Biblioteca

PROSPERI EPISTOLA
Ad Augustinum, de reliquijs Pelagianæ hæreseos.

DOmino beatissimo Papæ, ineffabiliter mirabili, incõparabiliter honorando, pstantissimo patrono, Augustino Prosper. Ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus si reminiscaris, animo ac sermone compertus, nam per sanctum fratrem meum Leontium diaconum misi Epistolas & recepi. Nunc quoq; beatitudini tuæ scribere audeo, non solum salutationis vt tunc studio, sed etiam fidei, quæ Ecclesiæ viuit effectu. Excubante.n.pro vniuersis mẽbris corporis Christi vigilantissima industria tua, & aduersus hæreticarum doctrinarum insidias ueritatis virtute pugnante, nullo C mõ mihi verendum putaui, ne onerosus tibi, aut importunus essem in eo, qđ ad multorum salutem, ac perinde tuam pertinet: cum potius reum futurum esse me crederẽ, si ea quæ valde pernicioſa intelligo, vel ad specialem patronum fidei non referrẽ. Multi ergo seruorum Christi qui in Massiliẽsi vrbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis quæ aduersus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant patrum opinioni & Ecclesiastico sensui, quicquid in eis de vocatione electorum secundum dei propositum disputasti. Et cum aliquandiu tarditatem suam culpare maluerint, quã non intellecta reprehendere, quidamq; eorum lucidiorem super hoc atq; apertiorem beatitudinis tuæ expositionem voluerint postulare: euenit ex dispositiõe misericordiæ dei, vt quum quosdam intra Aphricam similia mouissent, librum de correctione & gratia, plenũ diuinæ authoritatis emitteres. Quo in notitiam nostram insperata opportunitate delato, putauimus omnes querelas resistentium sopiendas: quia vniuersis quæstio D nibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua, tam plene illic absoluteq; responsum est, quasi hoc specialiter studueris, vt quæ apud nos erant turbata componeres. Recẽsito aũt hoc beatitudinis tuæ libro, sicut q sanctam atq; Apostolicam doctrinæ tuæ authoritatem antea sequebanť intelligẽtiores multo instructioresq; sunt facti: ita qui psuasionis suæ impediebantur obscuro, auersiores quàm fuerant recesserunt. Quorũ tã abrupta dissensio primum pp ipsos metuẽda est, ne tam claris tamq; egregijs in omnium virtutum studio viris spiritus Pelagianę impietatis illudat: ne simpliciores qn que apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reuerentia, hoc tutissimum sibi æstiment, quod audiunt eos quorum authoritatem sine iudicio sequuntur, asserere. Hæc.n. ipsorum definitio ac proselsio est: omnem quidem hominem Adam peccante, peccasse, & neminem per opera sua, sed per dei gratiam regeneratione saluari, vniuersis tamen hominibus propiciationẽ quæ est in sacramento sanguinis Xpi, sine exceptione esse propositam, vt quicunque ad fidẽ & ad baptismum accedere voluerint, salui esse possint. Qui aũt creduE ri sunt, quive in ea fide quæ deinceps p dei gratiam sit iuuandi, mansuri sunt, præscisse ante mundi constitutionem deum, & eos pdestinasse in regnũ suũ, quos gratis vocatos, dignos futuros electione, & de hac vita bono sine excessuros esse præuiderit. Ideoq; oẽm hominem ad credendũ & ad operandum diuinis institutionibus admoneri, vt de apprehendenda vita æterna nemo desperet, cum voluntariæ deuotioni remuneratio sit parata. Hoc autem propositum vocationis dei, quo vel ante mundi initiũ, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & reijciẽdorum dicitur facta discretio, vt secundum quod placuit creatori, alij vasa honoris, alij vasa contumeliæ sint creati, & lapsis curam resurgẽdi adimere, & sanctis occasionem temporis afferre: eo quod in vtramq; partem supfluus labor sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neque electus vlla negligentia possit excidere. Quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quam deus definiuit accidere, & sub incerta spe cursum non posse esse constantem: cum si aliud habeat prædestinantis electio, cassa sit annitentis intentio. Remoueri itaq; omnem industriam, tolliq; virtutes, si dei constitutio humanas pueniat voluntates: & sub hoc prædestinatio F nis nomine, fatalem quandam induci necessitatem: aut diuersarum naturarum dici dominum conditorem, si nemo aliud possit esse quã factus sit, Atq; vt breuius ac plenius quo opinantur exponam: quicquid in libro hoc ex contradicentium sensu, sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianũ ab ipso sub hac quæstione obiectum

ctum potentissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis intentiosissime conclamatur. Et cum contra eos scripta beatitudinis tuæ validissimis & innumeris testimonijs diuinarum scripturarũ instructa proferimus, ac secundum formam disputationum tuarum, aliquid ẽt ipsi quo concludanť astruimus, obstinationem suam vetustate defendunt: vt ea, quæ de epistola Apostoli Pauli Romanis, scribentis, ad manifestationẽ diuinæ gratiæ præuenientis electorum merita proferuntur, à nullo vnquam Ecclesiastico rum ita esse intellecta vt nunc sentiunť, affirment. Cumq; vt ipsi ea exponant, secũdum quorũ velint sensa deposcimus nihil se profitentur inuenisse quod placeat, & de his taceri exigunt, quorum altitudinẽ nulG lus attigerit. Eo postremo peruicacia tota descendit, vt fidem nostrã ædificationi audientium contrariam esse definiant, ac sic ẽt si vera sit, non promendã: quia & pernicioſe non recipienda tradantur, & nullo periculo q intelligi nequeant cõtineãtur. Quidam vero horum intantum à Pelagianis semitis non declinant, vt cum ad confitendã eam Christi gratiam, quæ omnia præueniant merita humana, cogantur, ne si meritis redditur, frustra gratia nominetur: ad conditionem hanc velint vniuscuiusq; hominis pertinere, in qua cum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij, & rationalis gratia creatoris instituat, vt p discretionem boni & mali, & ad cognitionẽ dei, & ad obedientiam mandatorũ eius possit suam dirigere voluntatem: atq; ad hanc gratiam qua in Christo renascimur, peruenire per naturalem. f. facultatem, petendo, quærendo, pulsando, vt ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturæ bene vsus, vt adistam saluantem gratia, initialis gratiæ ope meruerit peruenire. Propositum autem vocantis gratiæ in hoc omnino definiunt, quod deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per sacrm regñaH tionis assumere, & ad hoc salutis donũ oẽs homines vniuersaliter, siue per naturalẽ, siue per scriptam legem, siue per Euangelicã prædicationem vocari. Vt & qui voluerint fiant filij dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse noluerint: quia iustitia dei in eo sit, vt qui non crediderint pereant: bonitas in eo appareat, si neminem repellat à vita, sed indifferenter, vniuersos velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Iã hic proferunt testimonia, quibus diuinarum scripturarum cohortatio ad obediendum inciI tat hominum voluntati, qui ex libero arbitrio, aut faciant qđ iubentur, aut negligant: & consequens putant, vt quia præuaricator ideo dicitur non obedisse, quia noluit: fidelis quoq; non dubitetur ob hoc deuotus fuisse quia voluit: & quantum quisq; ad malum, tantum habet facultatis ad bonum, pariq; momento animum se vel ad vitia, vel ad virtutes mouere: quem bona appetentẽ, gratia dei foueat: mala sectantem damnatio iusta suscipiat. Cumq; inter hæc innumerabiliũ illis multitudo obijcitur paruulorũ, q vtiq; excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas ædhuc habẽtes voluntates, nullas proprias actiones, nõ sine dei iudicio secernuntur: vt ante discretionem boni ac mali de vsu vitæ istius auferendi, alij per regenerationem inter cœlestis regni assumantur hæredes: alij sine baptismo inter mortis perpetuæ transeant detestes: talesq; aiunt perdi, talesq; saluari, quales futuros illos in annis maioribus si ad actiuam seruarentur ætatem, scientia diuina præuiderit. Nec considerant se gratiã dei, quam comitem, non præuiam humanorũ volunt esse meritorum, etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam phantasiam, non negant esse præuẽtas. Sed in tantum quibuscunque commentitis meritis electionem dei subijciunt, vt quia præterita, quæ non extant, futura quæ non sint futura confingant, nouoq; apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & præscita non acta sint. Hanc sanè de humanis meritis præscientiam dei, secundum quam gratia vocantis operetur, multo sibi rationabilius videntur astruere, cum ad earum nationum contemplationem venitur, quæ vel in præteritis seculis dimissæ sunt ingredi vias suas, vel nunc quoq; adhuc in veteris ignorantiæ impietate depereũt, nec vlla eis aut legis aut Euangelij illuminatio coruscauit: cum tamen inquantum prædicaK toribus ostiũ apertum est, & via facta est, gentium populus qui sedebat in tenebris & in vmbra mortis, lucem viderit magnam: & qui quondã non populus, nunc aũt populus dei sit, & quorũ aliqñ non misertus est, nũc aũt miseratur, præuisos inquiunt à dño, credituros: & ad vnamquanq; gentem itadespensata tempora ac ministeria magistrorum, vt

tum, vt exortura erat bonarum credulitas
1. Ti. 2. volũtatum. Nec vacillare illud, quod deus oẽs homines velit saluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire: qñquidẽ inexcusabiles sint, qui ad vnius veri dei cultum potuerint instrui intelligentia naturali, & Euangeliũ ideo non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro vniuerso autem humano genere mortuum est dñm nostrum Iesum Chm, & neminem prorsus à redemptione sanguinis eius exceptũ, ẽt si oẽm hanc vitã alienissima ab eo mente pertranseat: quia ad oẽs homines pertineat diuinæ misericordiæ sacramentũ: quo ideo plurimi non renouentur, quia quod nec renouari vtile habeant prenoscãtur. Itaq; quantum ad deum pertinet, omnibus paratam vitam æternam: q̃
L tum autem ad arbitrij libertatem, ab his eã apprehendi, qui deo sponte crediderint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint. In istam vero talis gratiæ prædicationem, hi quorũ contradictione offendimur, cum prius meliora sentirent, ideo se vel maxime contulerũt: quia si profiterẽtur ab ea omnia bona merita præueniri, & ab ipsa vt possint esse, donari necessitate concederent deũ scdm propositum & consilium voluntatis suæ, occulto iudicio, & tempore manifesto, aliud vas condere in honorẽ, aliud in contumeliã: quia nemo nisi per gratiã iusti ficetur, & nemo nisi in præuaricatione nascatur. Sed refugiunt istud fateri, diuinoq; ascribere operi sanctorũ merita formidant, nec acquiescũt prædestinatũ electorum numerũ, nec augeri posse, nec minui: nec locũ apud infideles ac negligentes cohortantiũ incitamenta non habeant: ac superflua sit industriæ ac laboris indictio, cuius studium cessante electione frustrandũ sit. Ita demũ enim posse vnumquenq; ad correctionem, aut ad profectum vocari, si se sciat sua diligentia bonum esse posse, & libertatem suã ob hoc dei auxilio iuuandam, si quod deus mandat, elegerit. Ac sic cum in his qui tempus acceperunt liberæ voluntatis, duo sint quæ humanam operẽtur salutem, dei. s. gra-
M tia & hominis obedientia: priorem volunt obedientiam esse q̃ gratiam: vt initium salutis ex eo qui saluatur, non ex eo credendũ sit stare qui saluat: & voluntas hominis diuinæ gratiæ sibi pariat opẽ, non gratia sibi humanam subijciat voluntatem. Quod cũ peruersissimum esse reuelante dei misericordia, & instruente nos tua beatitudine nouerimus, possumus quidem ad non credendum esse constantes, sed ad authoritatem talia sentientium non sumus pares: quia multum nos & vitæ meritis antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper summo sacerdotij honore supereminent: nec facile quisquam præter paucos perfectę gratiæ intrepidos amatores, tantis superiorum disputationibus ausus est contraire. Ex quo non solum his qui eos audiunt, verumetiam ipsis qui audiuntur, cum dignitatibus creuit periculum: dum & multos reuerentia eorum, aut inutili cohibet silentio, aut incurioso ducit assensu: & saluberrimum ipsis videtur, qd pene nullius contradictione reprehẽditur. Vnde quia in istis Pelagianæ prauitatis reliquijs non mediocris virulentiæ fibra nutritur, si principium salutis male in homine A collocatur: si diuinæ voluntati impie volũtas humana pferẽ, vt iõ qs adiuuẽt qa voluit, nõ iõ quia adiuuat velit; si originaliter malus receptionẽ boni non à summo bono sed à semetipso inchoare male credit: si aliud de deo placeat, nisi ex eo qd ipse donauerit: tribue nobis in hac cã Papa beatissime, pf optime, q̃tũ donante dño potes diligentiam pietatis tuæ obsecro, vt quæ in istis qõnibus obscuriora, & ad percipiendum difficiliora sunt, q̃ lucidissimis expositionibus digneris aperire. Ac primum, quia plerique non putant Christianam fidem hac dissensione violari, quantum periculi sit in eorũ persuasione patefacias. Deinde qũo per istã præoperantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium. Tum vtrum præscientia dei, ita secundum propositum maneat, vt ea ipsa quæ sunt, proposita sint accipienda præscita: an per genera causarum, & species personarum ista varientur: vt quia diuersæ sunt vocationes in his, qui nihil operaturi saluantur, quasi solum dei propositum videatur existere: in his autem qui aliquid boni acturi sunt, per præscientiam posit stare propositum, an vero vniformiter, licet diuidi præscientia à proposito temporali distinctione non possit, B præscientia tamen quodam ordine sit subnixa proposito: & sicut nihil sit quorumcunque negociorum, quod non scientia diuina præuenerit: ita nihil sit boni, quod in nostram participationem non deo authore defluxerit. Postremo quemadmodum per hanc prædicationem propositi dei, quo fideles fiunt qui præordinati sunt ad vitam

æternam,

æternam, nemo eorum qui cohortãdi sunt impediat, nec occasionem negligentiæ habeant, si se prædestinatos esse desperent. Illud etiam qualiter diluat, q̃sumus patiẽter insipientiã nostrã ferendo demõstres, quid retractatis priorũ de hac re opinionibus, penè omniũ par inuenit & vna sententia, qua propositũ & pdestinationem dei scdm præscientiã receperũt: vt ob hoc deus alios vasa honoris, alios cõtumeliæ fecerit, quia finẽ vniuscuiusq; præuiderit, & sub ipso gratiæ aduitorio, in qua futurus esset voluntate & actione præscierit. Quibus omnibus enodatis, et multis insup quæ altiore intuitu ad causam hanc pertinentia magis potes videre discussis: credimus et speramus non solum tenuitatẽ nostrã, disputationũ tuarũ C præsidio roborandam, sed etiam ipsos quos meritis atq; honoribus claros caligo istius recepturos. Nam vnum eorum præcipuæ authoritatis & spiritalium studiorũ virũ, sanctum Hilariũ Arelatensem Epm, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in alijs omnibus tuæ eẽ doctrinæ: & de hoc quod in querelam trahit, iampridem apud sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferre, Sed quia vtrum hoc facturus aut quo fine sit facturus incertum est, & omnium nostrum fatigatio prouidente hoc præsenti seculo dei gratia, in tuæ charitatis & sciẽtiæ vigore sperat, adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis. Necessarium & vtile est etiã quæ scripta sunt scribere, ne leue existimetur quod non frequenter arguitur. Sanum enim putant esse quod non dolet, nec vulnus superducta cute sentiunt: sed intelligant peruenturum ad sectionem, quod habuerit perseuerantem tumorem. Gra dei & pax domini nostri Iesu Christi coronet te in omni tempore, & ambulantem de virtute in virtutẽ glorificet in æternũ domine Papa beatissime, ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, præstantissime patrone.

DHILARIVS AVGVSTINO de eadem materia.

DOmino beatissimo ac toto affectu desiderãdo, & multum in Christo suscipiendo, patri Augustino Hilarius. Si cessantibus cõtradicẽtiũ qõnibus gratæ sũt plerũq; studiosorũ inquisitiones, vt ẽt illa q̃ absq; periculo ignorarent, ediscant: arbitror gratiorẽ fore sedulitatẽ nostræ relationis quæ dũ indicat scdm quorundam prosecutiones quædã aduersantia ueritati, non tam sibi q̃ illis qui turbantur & turbant, p consilium sanctitatis tuæ satagit prouideri, dñe beatissime ac toto affectu desiderãde, & multum in Xpo suscipiende pater: Hæc sunt itaq; quæ Massiliæ, vel alijs etiam locis in Gallia ventilantur. Nouũ & inutile esse prædicationi, p quidã scdm propositũ eligendi dicantur, vt id nec arripere valeãt nec tenere, nisi p credendi voluntate donata, excludi putant oẽm pdicandi vigorem, si nihil quod per eum excitetur, in hominibus remansisse dicatur. Consentiunt oẽm hominem in Adã perisse, nec inde quẽquã E posse proprio arbitrio liberari: sed id conueniens asserunt veritati, vel congruum prædicationi, ut cum prostratis, & nunquã suis viribus surrecturis annunciatur obtinendæ salutis occasio, eo merito quo voluerint & crediderint, à suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmẽtũ, & totius sanitatis suæ consequantur affectum. Cæterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quenquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrita supplicij voluntate, vnumquenque ægrotum uelle sanari. Quod enim dicitur, Crede et saluus eris: unum horum exigi asserunt, aliud offerri, ut propter id quod exigitur si redditum fuerit, id quod offert deinceps tribuatur. Vnde non consequens putant, exigendam ab eo fidem, cuius naturæ id uoluntate conditoris concessum est: nullam ita depraua-
F tam vel extinctam putant, ut non debeat, uel possit se uelle sanari. Propter quod ut sanetur quis à sua, uel si noluerit cum sua ægritudine puniatur. Nec negari gratiam, si præcedere dicatur talis uoluntas, quę tantum medicum quærat: non autem quicquam ipsa iam ualeat: Ro. 12. nam illa testimonia ut est illud, Sicut unicuique partitus est mensuram fidei: ut similia, ad id uolunt ualere, ut adiuuetur qui cœperit uelle, non ut etiam donetur ut uelit. Reiectis ab hoc dono alijs pariter reis, & qui possent similiter liberari, si ea, quæ pariter indignis præstatur credendi uoluntas, etiam ipsis similiter

præsta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstaretur. Si aũt aiunt dicatur vel talem omnibus remanſiſſe, qua vel cõtenere q̃s valeat, vel obedire: de compendio putãt rationem reddi electorem vel reiectorem, in eo quod vnicuiq; meritũ propriæ uoluntatis adiungitur. Cum aũt dicitur eis, quare alijs vel alicubi prædicetur, vel non prædicetur: vel nunc prædicetur quod aliquando penè omnibus, ſicut nunc aliquibus gentibus non prædicatum ſit: dicunt id præſciẽtiæ eſſe diuinæ: vt eo tpe, & ibi, & illis veritas annunciaretur vel annuncietur, quãdo & vbi prænunciabatur eſſe credẽda: & hoc non ſolum aliorum catholicorum teſtimonijs, ſed etiam ſanctitatis tuę diſputatione G antiquiore ſe probare teſtantur. Vbi tamẽ eandem gratiam non minore veritatis perſpicuitate docuerit, vt eſt illud quod dixit ſanctitas tua in quæſtione contra Porphyrium: de tẽpore Chriſtianæ religionis: tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat & vbi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant crediturí. Vel illud de libro in epiſtola ad Romanos, Dicis itaque mihi quid adhuc conqueritur, Nam voluntati eius quis reſiſtit? Cui ſanè inquiſitioni, inquis, ſic rñdet, vt intelligamus ſpiritalibus viris, etiam non ſecundum terrenum hominem viuentibus, patere poſſe prima merita fidei impietatis, quomodo deus præſcientia eligat credituros, & damnet incredulos: nec illos ex operibus eligens, nec iſtos ex operibus damnans: ſed & illorum fidei præſtans, vt bene operentur, & iſtorum impietatem deſerendo obdurans, vt male operentur. Et iterum in eodem libro ſuperius, Aequales omnes ſunt ante meritũ, nec poteſt in rebus omnimodo æqualibus electio nominari, quoniam ſpirituſſanctus non datur niſi credentibus. Non quidem deus eligit opera quę ipſe largitur, cum dat ſpiritumſanctum, vt per charitatem bona operemur: ſed tñ eligit fidem, quia niſi quis credat, & in accipiẽdi voluntate permaneat, non accipit donũ H dei id eſt ſpiritum ſanctum, per quem inſa charitate bonum poſsit operari. Non ergo elegit deus opera cuiuſquam in præſcientia, q̃ ipſe donaturus eſt: ſed fidẽ eligit in p̃ſciẽtia, vt quem crediturũ eſſe præſciuit, ipſum elegerit, cui ſpiritũſanctum daret, vt bona operando etiam æternam vitam conſequereꝰ. Dicit enim Apoſtolus, Idẽ deus qui operaꝰ omnia in omnibus, Nuſquã aũt dictum eſt, deus credit omnia in omnibus. Quod.n. credimus nr̃m eſt, quod aũt operamur: illius: & cætera in eodẽ opere, quæ ſe acceptare & probare teſtantur, tanquam conuenientia Euangelicæ veritati. Cæterũ præſcientiam & prædeſtinationem, vel propoſitum ad id valere contẽnunt, vt eos præſcierit, vel prædeſtinauerit, vel præpoſuerit eligere, qui fuerant crediturí: nec de hac fide poſſe dici, Quid habes quod non accepiſtiꝰ cum in eadem natura remanſerit, licet vitia, quæ prius ſana ac perfecta donata ſit. Quod aũt dicit ſanctitas tua, neminẽ perſeuerare niſi perſeuerãdi virtute percepta, hactenus accipiunt, vt quibus datur inerti licet, præcedenti tamẽ proprio arbitrio tribuatur: quod ad hoc tantum liberum aſſerunt, vt velit vel nolit amittere medicinã. Cæterum & ipſos abominare ſe & dãnare teſtantur, ſi quis quicquam viriũ in aliquo remanſiſſe quo ad ſanitatem progredi poſſit, exiſtimet. Nolunt autem ita hanc perſeuerantiam prædicari, vt non vel ſuppliciter emereri, vel amitti contumaciter poſsit. Nec ad incertum voluntatis dei deduci ſe volunt, vbi eis quantum putant ad obtinẽdum vel amittendum, euidens eſt qualecũque ſit initium voluntatis. Illud etiam teſtimonium quod poſuiſti, Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius: tanquam non canonicum definiunt omittendum, Vnde iam præſcientiã ſic accipiunt, vt propter fidem futuram intelligendi ſint præſciti: nec cuiquam talem dari perſeuerantiam à qua non permittitur præuaricari, ſed à qua poſſit ſua voluntate deficere & infirmari. Aſſerunt inutilem exhortandi conſuetudinem, ſi nihil in homine remanſiſſe dicatur quod correctio valeat excitare: quod quidem ineſſe naturæ ſic ſe dicere confitentur, vt hoc ipſo quod ignotanti veritas prædicatur, ad beneficium præſentis gratiæ referendũ ſit. Nam ſi ſic prædeſtinati ſunt, inquiunt, ad vtranque partem, vt de alijs ad alios nullus poſsit accedere, quo pertinet tanta extrinſecus correctionis inſtantia? Si ab homine, & K ſi non fides integra, ſaltẽ vel dolor compũctæ infirmitatis exoritur, aut periculum demonſtratæ mortis horretur, Nã ſi non põt timere quis vnde terretur, niſi ea uoluntate quæ ſumitur, non ex eo culpandus quod nunc non vult, ſed in eo & cum eo, qui aliquando voluit vt eam damnationem cum ſuis poſterius mereretur incurrere, vt nũquam

lib. de ſex qõnibus contra paganos qõ. 2.

Auguſtinus lib. expo. epiſtol. ad Ro. 62.

Rom. 9.

Auguſtinus lib. expoſi. epiſto. ad Ro. 60.

1. Co. 12

2. ſen. di. 28. ca. in expoſitione.

Sapiẽ. 3.

quam recta, ſemper aũt praua vellet appetere. Si aũt eſt qualiſcunque dolor q̃ ad exhortationem corripientis oriatur, hanc ipſam dicunt cauſam pp̃ quam vel reijciatur alius, vel alius aſſumatur: atque ita nõ opus eſſe partes conſtitui, q̃bus nec adijciendum ſit aliq̃d, nec detrahendum. Deinde moleſte ferunt, ita diuidi gr̃am, quæ vel tũc primo homini data eſt, vel nũc omnibus dr̃, vt ille acceperit perſeuerantiam, nõ qua fieret vt pſeueraret, ſed ſine qua per liberum arbitrium perſeuerare non poſsit: nunc vero ſanctis in regnum per gratiam prædeſtinatis non tale adiutorium perſeuerãtiæ detur, ſed tale vt eis perſeuerantia ipſa donet, non ſolum vt ſine iſto dono perſeuerantes eſſe non poſsint, verũetiam vt per hoc donum non niſi perſeuerãtes ſint. His verbis ſanctitatis tuæ ita mouentur, vt dicant quãdam deſperationem hominibus exhiberi. L Si.n. aiunt, itẽ Adam adiutus eſt, vt & ſtare poſſet in iuſtitia, & à iuſtitia declinare: & nunc ita ſancti iuuantur, vt declinare non poſsint, ſiquidem eam acceperunt volendi perſeuerantiam, vt aliud velle non poſsint: vel ſic quidam deſeruntur, vt aut nec accedant, aut ſi acceſſerint & recedant, ad illam voluntatem pertinuiſſe dicunt exhortationis, vel comminationis vtilitatem, quæ & perſiſtendi & deſiſtendi obtinebat liberam poteſtatem: non ad hanc, cui nolle iuſtitiam ineuitabili neceſsitate coniunctum eſt: præter illos qui ſic concreati ſunt his, qui cum vniuerſa maſſa damnati ſunt, vt exciperentur per gratiam liberandi. Vnde in hoc ſolo voluntà primo homine omnium diſtare naturam, vt illum integris viribus voluntatis iuuaret gratia volentem, ſine qua perſeuerare non poterat: hos autem amiſsis & peditis viribus credentes tantum, non ſolum erigat proſtratos, verũetiam ſuffulciat ambulantes, Cæterum quicquid libet donatũ ſit prædeſtinatis, id poſſe & amittere & retinere propria voluntate contendunt. Qd̃ tunc falſum eſſet, ſi verum putarent eam M quaſdam perſeuerantiam percepiſſe, vt niſi perſeuerantes eſſe nõ poſsint. Inde eſt quod & illud pariter non accipiunt, vt eligendorum reijciendorumq; eſſe difinitum numerum velint: atque illius ſententiæ expoſitionem, non ea, in quæ ac eſſe deprompta ſuſcipiunt, id eſt, vt non niſi omnes homines ſaluos fieri velit, & non eos tantum qui ad ſanctorum numerum pertinebunt, ſed omnino, vt nullus habeaꝰ exceptus, Nec hoc timendum, quod quidam eo inuito perire dicantur. Sed qũo aiunt, non vult à quoq̃ peccari vel deſeri iuſtitiam, & tñ iugiter illa deſeritur contra eius volũtatem, cõmittuntur peccata, ita eum ſaluare velle oẽs homines nec tñ oẽs homines velle ſaluari? Teſtimonia etiam ſcripturæ quæ de Saule vel de Dauid poſuiſti, non pertinere putant ad q̃ſtionẽ, quæ de exhortatione verſatur. Alij autem ad id referunt, vt ex his etiam gratiã accipiant cõmendari, qua vnuſquiſque poſt voluntatem iuuatur: vel ad ipſam vocationem, quæ præſtatur indignis. Hoc.n. & illis locis tuorum opuſculorum & aliorum quæ perſequi longum eſt, ſe demonſtrare teſtantur. Paruulorum autem cauſam ad exemplum maiorum non patiuntur aſſerri. Quam & tuam ſanctitatem dicunt eatenus attigiſſe vt incertum eſſe volueris, ac A potius de eorum pœnis malueris dubitari. Quod in libro tertio de libero arbitrio ita poſuiſſe meminiſti, vt hanc eis occaſionem potuerit exhibere. Hoc etiam de aliorum libris quorum eſt in Eccleſia authoritas, faciunt quod perſpicit ſanctitas tua non parum poſſe iuuare contradictores, niſi maiora, aut certe vel paria proferantur à nobis. Nõ.n. ignorat prudẽtiſsima pietas tua, quãto plures ſint in Eccleſia, q̃ authoritate nominum in ſententia teneantur, aut ad ſentẽtiam tranſferantur. Ad ſummum fatigatis omnibus nobis, ad id proſecutio eorum, vel potius querela cõuertitur, conſentientibus etiam his qui hanc definitionem improbare non audent, vt dicãt. Quid opus fuit huiſcemodi diſputationis incerto, tot minus intelligentium corda turbari? Neque.n. minus vtiliter ſine hac definitione, aiũt tot annis à tot tractatoribus, tot præcedentibus libris & tuis & aliorum, cum contra alios tũ maxime contra Pelagianos, catholicam fidem fuiſſe defenſam. Hæc mi pater & alia interminabiliter plura, ſi vt ſũma meavota confitear, per me deferre maluiſſem, vel q̃a hoc non merui, ſaltem prolixiore tempore omnia, quibus mouentur, collecta dirigere. B vt quicquid de hac re contradicitur quatenus refelli, vel ſi id non poteſt, tolerari debere audirem. Sed quia neutrum ex voto prouenit, malui quomodo potui hæc comprehenſa dirigere, quam penitus de tanta quorundam cõtradictione reticere. Sunt ex parte tales perſonæ, vt his conſuetudine Eccle-

lib. 3. de lib. arbi. cap. 23.

siastica laicos summam reuerẽtiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita curaui nus deo iuuante seruare, vt cũ opus fuit non tacueremus, quæ ad cõnis huius assertionem exiguitas nostrarũ virium suggerebat. Sed nunc summatim quantũ festinatio perlatoris admisit, hæc velut cõmonendo suggessi. Tuæ sanctæ prudentiæ est dispicere quid facto opus sit, vt taliũ & tantorũ superetur vel tẽperetur intentio. Cui ego iam parum prodesse existimo te reddere rationẽ, nisi & addatur authoritas, quã transgredi infatigabiliter contẽtiosa corda nõ possint. Sed planè illud tacere non debeo, quod se dicãt tuam sanctitatem hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari. Tuũ erit decernere, qũo sit in hoc eorum contradictio toleranda. Nec mireris quod aliter vel aliqua in hac epistola addidi, quantum puto, quæ C in superiore non dixeram, Talis est.n.nũc eorum definitio, præter illam quæ per festinationem aut obliuionem fortasse præterij. Libros cũ æditi fuerint, quos de vniuerso opere moliris, quæso habere mereamur, maxime vt per eorũ authoritatẽ, si qua tibi in tuis displicent, a dignitate tui nominis iam non trepidi sequestremus. Librum etiam de gratia & libero arbitrio non habemus: superest vt eum quia vtilem quæstioni confidimus, mereamur accipere. Nolo aũt sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de ijs quæ nunc ædidisti, ego dubitẽ. Sufficiat mihi pœna mea, quod a præsentiæ suæ delitijs exulatus, vbi salubribus tuis vberibus nutriebar nõ solum absentia tua crucior, verumetiam peruicacia quorundã qui non tantum manifesta respuunt, sed ẽt non intellecta reprehendunt. Cæterũ hac suspicione intantum careo, vt potius infirmitatem meam qua tales parum patienter fero, notabilem putem. Qualiter autem ad hæc consulendum indices, vt dixi, tuæ sapientiæ derelinquo. Nam ad me hoc pertinere credidi, pro ea quam Christo vel tibi debeo charitate, vt quæ in quæstionem veniunt non taceam. Quicquid pro ea gratia D quam in te pusilli cum magnis miramur, uolueris aut valueris, gratissime accipiemus tanquam à nobis charissima & reuerendissima authoritate decretum. Sanè quia vrgente perlatore, timui me vel non omnia, vel hæc ipsa minus digne conscius mearum virium posse diligere, egi cum viro, tum moribus, tum eloquio & studio claro, vt quanta posset collecta sui literis intimaret, quas coniunctas his destinare curaui. Est enim talis qui etiam præter hanc necessitatem, dignus tuæ sanctitatis notitia iudicetur. Sanctus Leontius diaconus cultor tuus, cum meis parentibus multum te salutat. Memorem mai paternitatem tuam dominus Iesus Ecclesiæ suæ annis pluribus donare dignetur domine pater. Et infra, Sciat sanctitas tua, fratrem meum cuius maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu perfectam deo continentiam deuouisse. Vnde rogamus sanctitatem tuam, vt orare digneris, quo hoc ipsum in eis dominus confirmare & custodire dignetur. E

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI de Prædestinatione Sanctorum, Liber Primus.

DIxisse quidem Apostolum scimus in epistola ad Philippenses, Eadem scribere vobis, mihi quidẽ non pigrum, vobis aũt tutum est. Idem tamen scribẽs ad Galatas, cum se satis apud eos egisse perspiceret, quod illis per ministerũ sermonis sui necessarium esse cernebat: De cætero, inquit, laborem mihi nemo præstet: vel sicut in plerisq; codicibus legitur, Nemo mihi molestus sit. Ego autem quanuis mè moleste ferre confitear, quod diuinis eloquijs F quibus dei gratia prædicatur, quæ omnino nulla est, si secundum merita nostra datur, tam multis manifestisque non creditur: verum tamen studium, fraternamque dilectionem filij charissimi Prosper & Hilari, qua eos qui tales sunt, ita non vultis errare, vt post tot libros de hac re atque epistolas meas, adhuc me desideretis hinc scribere: tantum amo quantum non possum dicere: & tantum me amare, quantum debeo, non audeo dicere. Quapropter ecce rescribo vobis, & licet iam non vobiscum, tamen etiam per vos adhuc ago, quod me satis egisse credebam. Considerantis enim literis vestris videre mihi videor eos fratres pro quibus geritis piam curam, ne tepeant poeticam sententiam qua dictum est, Spes sibi quisque: & in illud incurrant quod non poetice, sed prophetice dictum est, Maledictus omnis qui spem habet in homine: eo modo esse tractãdos, quo tractauit Apostolus quibus ait. Et si quid aliter sapitis, hoc quoq; vobis deus reuelabit. Adhuc quippe in qõne caligant de prædestinatione sanctorũ, Sed habẽt vn de si quid aliter in ea sapiunt, hoc quoq; illis reuelet deus, si in eo ambulent in quod p G uenerũt. Propter quod Apostolus cũ dixisset, Si quid aliter sapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit: ueruntamen, inquit, in quod peruenimus, in eo ambulemus. Peruenerũt aũt isti fratres nostri, per quibus solicita ẽ pia charitas uestra, ut credant cum Ecclesia Chri, peccato primi hominis obnoxium nasci genus humanũ, nec ab isto malo nisi per iustitiã secundi hominis aliquem liberari. Peruenerunt etiã, ut præueniri uoluntates hominum dei gratia fateãtur atq; ut ad nullũ opus bonum vel incipiendũ vel pficiendũ sibi quenq; sufficere posse consentiãt. Retẽta ergo ista in quæ puenerunt, plurimũ eos a Pelagianorũ errors discernunt. Proin de si in eis ambulent & orent eum qui dat intellectũ, si quid de prædestinatione aliter sapiũt, ipse illis quoq; reuelabit: tñ ẽt nos impendamus eius dilectionis affectũ ministeriũq; sermonis, sicut donat ille quẽ rogamus, vt his literis ea quæ illis essent apta & utilia diceremus. Vnde.n. scimus, ne forte deus noster id per hanc nostram uelit efficere seruitutem, qua eis in Christi libera charitate seruimus?

H Prius itaq; fidem qua Christiani sumus donũ dei esse debemus ostendere, si tũ dili gentius id facere possũ mus, quã in volumi nibus tot tantisq; iam fecimus. Sed nec eis respõdẽdũ esse uideo qui diuina testimonia q̃ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, ut nouerimus ex nobis quidẽ nos habere ipsam fidẽ, sed incrementum eius ex deo tanq̃ fides non ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tamen augeatur in nobis eo merito, quo cœpit a nobis. Non ergo recedit ab ea sníia, q̃ Pelagius ipe in Epali iudicio Palæsti no sicut eadem gesta testantur damnare cõpulsus est, gratiam dei secundum merita nostra dari: quasi non pertineat ad dei gratiã quod credere cæpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus: ac per hoc initium fidei nostræ priores damus deo, vt retribuatur nobis & supplementum eius, & si quid aliud fideliter poscimus. Sed contra hæc non potius audimus: Quis prior dedit illi est retribuetur ei? quoniam ex ipso & Rom.11. per ipsum & in ipso sunt omnia. Et ipsum igitur initium fidei nostræ, ex quo nisi ex ipso est? Neq; n. hoc excepto ex ipso sunt cætera, sed ex ipso, & per ipsum, & in ipso sũt omnia. Quis autem dicat eum qui iam cœpit credere, ab illo in quẽ credidit nihil mereri? Vnde fit, vt iam merenti cætera di- I cantur, addi retributione diuina, ac per hoc gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod obiectum sibi Pelagius ne damnetur, ipse damnauit. Quisquis igitur hanc dãnabilem vult ex omni parte uitare sententiã, ueraciter intelligat dictum quod Phili.1. Apostolus ait: Vobis donatũ est pro Chro, non solũ vt credatis in eum, uerum etiam ut patiamini pro eo. Vtrunque ostendit dei donum, quatrunq; dixit esse donatum. Nec ait vt plenius & pfectius credatis in eum: sed, ut credatis in eum. Nec seipsum misericordiam consecutũ dixit ut fidelior, sed vt fidelis esset: qa sciebat non se initium fidei suæ priorẽ dedisse deo, & retributum sibi ab illo eius augmentum, sed ab eo se factum fidelem, a quo & Apostolus factus est: Nã scripta sunt etiam fidei eius initia, suntque Ecclesiastica celebri lectione notissima. Auersus quippe à fide quam uastabat, eique uehementer aduersus, repente est ad illam gratia potentiore conuersus: conuertente illo cui hoc ipsum facturo per Prophetam dictum est: Tu conuertens uiuificabis Psal. 84 nos, ut non solum ex nolente fieret uolens credere, verũ etiam ex persecutore persecutionem in eius fidei, quã persequebatur, desensione pateretur, Donatum puippe illi erat à Chro, non solũ ut crederet in eũ, verũ etiã vt pateretur p eo. Et ideo commendans istam gram, quæ non scdm aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: Non qa K idonei sumus, inquit, cogitare aliquid quasi ex nobis metipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Attendant hic, & verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptũ, 2.Co.3. & ex deo esse fidei supplementum. Quis. n. npn uideat. prius esse cogitare q̃ credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Quamuis.n. raptim, quamuis celerrime credendi uoluntatem quædam cogitationes anteuolent, moxque illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comitetur, necesse est tamen ue omnia

quæ creduntur, præueniente cogitatione credantur: quanquam & ipsum credere, nihil aliud est q̃ cum assensione cogitare. Nõ enim omnis qui cogitat, credit: cum ideo cogitent pleriq;, ne credant: sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitãdo credit. Quod ergo pertinet ad religionem atq; pietatem, de qua loquebatur Apostolus: Si non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nr̃a ex deo est: profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod si ne cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra qua credere incipimus, ex deo est. Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcunque opus bonum, quod iam isti fratres sicut vestra scripta indicant, verum esse consentiunt: vnde in omni opere bono incipiendo & perficiendo, sufficientia nostra ex deo est, ita nemo sibi sufficit vel ad incipiendam vel ad perficiendam fidem, sed sufficientia nostra ex deo est: qm̃ fides si non cogitetur, nulla est, & non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobismetipsis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Cauendum est fratres dilecti à deo, ne hõ se extollat aduersus deum, cum se dicit facere quod promisit deus. Nonne fides gentiũ promissa est Abrahæ, & ille dans gloriam deo, plenissime credidit, Qm̃ qui promisit, potens est & facere? Ipse ergo fidem gentiũ facit, qui potens est facere quod promisit. Porro si operatur deus fidem nostram miro modo agens in cordibus nostris vt credamus, nunquid metuendum est, ne totum facere non posit: & ideo homo sibi primas eius vendicat partes, vt nouissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliu dagit̃ isto modo, nisi vt gratia dei secundum merita nostra detur quolibet modo, ac sic gratia iã non sit gratia. Redditur nanq; hoc pacto debita, non donatur gratis: debetur. n. credenti, vt à domino ipsa fides augeatur, & sit merces fidei cœptæ, fides aucta: nec attenditur cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini, vt qui sibi potuit instituere, quod non habebat: ipse quod instituit, augeat, omnino non video: nisi quia resisti non potest diuinis manifestissimis testimonijs, quibus & fides, vnde pietas exordium sumit, donum dei esse monstratur. Quale est illud, q̃ vnicuique deus, partitus est mensuram fidei. Et illud: Pax fratribus & charitas cũ fide à deo patre, & domino Iesu Christo: & cætera talia. Nolens ergo his tam claris testimonijs repugnare, & tamen volens à seipso sibi esse quod credidit homo quasi cõponat cum deo, vt partem fidei sibi vendicet, atque illi partem relinquat: & quod est elatius, primam tollit sequentem dat illi: & in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem deum.

Credere qd sit

Rom. 4.

M

Non sic pius atq; humilis doctor ille sapiebat, Cyprianũ beatissimũ loquor, q̃ dixit in nullo gloriandum, qm̃ nostrum nihil sit. Quod vt ostenderet, adhibuit Apostolum testem dicentem. Quid autem habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quo ꝓcipue testimonio etiã cõuictus sum, cũ similiter errarem putans fidem qua in deum credimus, nõ esse donum dei, sed a nobis eẽ in nobis, & per illam uos impetrare dei dona q̃ bus temperanter, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. Neq;. n. fidem putabam dei gratia præueniri, ut per illam nobis daretur quod posceremus utiliter, nisi quia credere nõ possumus, si non præcederet præconium veritatis. Vt aũt prædicato nobis Euangelio consentiremus, nostrũ esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meũ errorem nonnulla opuscula mea satis indicant, ante Episcopatũ meũ scripta. In quib. est illud quod commemoraſtis in literis uestris, ubi est expositio quarundã propositionũ ex Epistola quæ est ad Romanos. Denique cũ mea cuncta opuscula retractarem, eamq́ue retractationem stylo prosequerer, cuius operis iam duos absolueram libros, antequam scripta uestra prolixiora sumpsissem, cum ad hunc librũ retractandũ in primo uolumine pueniſſẽ, sic inde locutus sũ. Item disputans quid, inquam, elegerit deus in nondũ nato, cui dixit seruiturũ esse maiorẽ: & quid in eodẽ maiore similiter nondũ nato reprobauerit: de quib. pp hoc cõmemoraſ, quãuis longe postea prolatũ sit Propheticũ testimoniũ: Iacob dilexi, Esau aũt odio habui: ad hoc perduxi ratiocinationẽ, vt dicerem: Non ergo elegit deus opera cuiusquam in prescientia quæ ipse daturus ẽ: sed fidem elegit in præscientia, vt quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctum daret, ut bona ope-

A

Cap. 3. 1. Retra.

B

1. Retra. ca. 23. li. expositio ad Rom. 60. 1. sen. di. 41. ca. Opinati. Malac. 1.

rando, etiã æternam uitã consequereẽ. Nondũ diligentius quæsieram, nec adhuc inueneram qualis sit electio gr̃æ: de qua idẽ dicit Apostolus: Reliquiæ p electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Quæ utique non est gratia, si eã vlla merita præcedunt: ne iã q̃d datur non secundum gratiã, sed sec̃m debitum, reddatur potius meritis quã donetur. Proinde quod continuo dixit: Dicit. n idem Apostolus, Idem deus qui operatur omnia in omnibus: nusquam autem dictum est, deus credit omnia in omnibus ac deinde subiunxi. Quod enim credimus, nostrum est: quod autem operatur bonum, illius est, qui credentibus dat spiritum

C sanctũ: profecto non dicerem, nisi iam scirẽ etiam ipsam fidem inter dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est: propter arbitrium voluntatis, & vtrunq; tũ datum est per spiritũ fidei & charitatis. Neq;. n. sola charitas, sed sicut scriptum est: Charitas cum fide a deo patre & domino Iesu Christo, Et q̃d paulo post dixi: Nostrum est, n. credere & uelle: illius autẽ, dare credentibus & uolentibus facultatem bene operandi per spiritũ sanctũ, p quẽ charitas diffunditur in cordibus nostris: uerum est quidem, sed eadem regula, & utrũque ipsius est, quia ipse præparat voluntatẽ & utrunque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quod etiam postea dixi, Quia neque velle possumus, nisi vocemur: & cum post vocationem volueri mus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi deus & vires currentibus præbeat & pducat quo uocat. Ac deinde subiũxi, Manifestũ est ergo nõ volentis neq; currentis, sed miserentis dei esse ꝓ bene operamur: omnino uerissimũ ẽ. Sed parũ de ipsa uocatione disserui, quæ fit secundum propositum dei. Non. n. omnium qui uocantur talis est, sed tantum electorum. Itaq; quod paulopost dixi: Sicut. n. in his quos elegit deus opera, sed fides inchoat meritum, ut per munus dei operentur: sic in his quos damnat infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, vt per ipsam pœnam etiam male operentur: uerissime dixi: Sed fidei meritum etiam ipsum esse donum dei: nec putaui quærendum esse, nec dixi. Et alio loco, Cuius. n. miseretur, inquam, facit eum bene operari: & quem obdurat relinquit ad eum ut mala operetur. Sed & illa miseri-

D cordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti iniquitati. Quod quidem uerum est, sed adhuc quærendum erat, utrum & meritum fidei misericordiã dei præueniat: id est, vtrũ ista misericordia iõ tãtũmodo fiat in homine, quia fidelis ẽ: an etiam facta fuerit ut fidelis esset. Legimus. n. dicente Apostolo: Misericordiã consecutus sum, vt fidelis essem, non ait, quia fidelis eram, Fideli ergo datur quidem, sed data est etiã ut esseẽ fidelis. Rectissime ita-que alio loco in eodem libro dixi: Quoniã E si non ex operibus, sed misericordia dei & vocamur, vt credamus, & credentibus præstatur vt bene operemur, non est gentibus ista inuidenda misericordia, quãuis minus ibi diligenter de illa quæ per dei propositũ fit uocatione tractauerim.

1. Tim. 1.

1. sen. di. 41. cap. multi.

li. exp. in epist. ad Ro. 63.

Videtis certe quid tunc de fide atq; operibus sentiebam, q̃is, de commendãda dei gratia laborarem, in qua sententia istos fratres nostros esse nunc uideo, quia nõ sicut legere libros meos, ita ẽt in eis curauerunt proficere mecũ. Nã si curassent, inuenissent istã qõnem sec̃m ueritatẽ diuinarũ scripturarũ solutam, in primo libro duorum quos ad beatæ memoriæ Simplicianum scripsi Episcopũ Mediolanensis Ecclesiæ, sancti Ambrosij successorem, in ipso exordio Episcopatus mei, nisi forte non eos nouerint. Quod si ita est, facite ut nouerint. De hoc primo duorum illorũ libro, in secundo retractationum primũ locutus sum, q̃ sermo meus ita se habet, Librorum, inquam, quos elaboraui Episcopus, primi duo sũt ad Simplicium Ecclesiæ Mediolanensis antistitẽ, qui beatissimo successit Ambrosio, de diuersis qõnibus: quarum duas ex Epistola Pauli ad Romanos in primũ librum contuli, Harum prior est de eo quod scriptum ẽ: Quid ergo dicemus, lex peccatũ est? Absit, F vsq; ad illud vbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesũ Christum dominum nostrum. In quæ illa Apostoli verba: Lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum: & cætera quibus caro contra spiritum confligere ostenditur, eo modo ex posui tanquam homo describatur adhuc quæsti. sub lege, nondum sub gratia constitutus. Longe enim postea etiam spiritalis hominis & hoc probabilius, esse posse illa uerba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est ab eo loco ubi ait: Non solum autem, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri: vsque ad illud vbi ait: Nisi

2. Retr. cap. 1.

Cap. 4.

li. 1. ad Simplicianum.

Rom. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad Simplicianũ li.1.quæstio.2. Esaiæ.1 dominus sabaoth reliquisset nobis semen,sicut Sodoma fuissemus,& sicut Gomorra similes fuissemus. In cuius quæstionis solutione elaboratum est pro libero arbitrio voluntatis humanæ,sed vicit dei gratia. Nec nisi ad illud potuit perueniri, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus: Quis.n.te discernit: Quid aũt habes quod 1.Co.4. non accepisti? Si aũt & accepisti,quid gloriaris,quasi non acceperis? Quod volens etiã martyr Cyprianus ostẽdere,hoc totum ipso titulo definiuit,dicẽs in nullo gloriãdũ, qñ nihil nostrum est. Ecce quare dixi superius,hoc Apostolico p̃cipue testimonio etiã meipsum fuisse conuictum: cum de hac re aliter saperem q̃ mihi deus in hac quæstione soluenda,cum ad Eṕm Simplicianum sicut dixi,scriberem,reuelauit. Hoc igit̃ Apostoli testimoniũ, vbi ad reprimendam hominis inflationem dixit: Quid.n.habes, qđ non accepisti? non finit quenq̃ fidelium dicere.habeo fidẽ q̃ non accepi,reprimiturq́; omnino his Apostolicis verbis tota huius rñsionis elatio. Sed ne hoc qdem potest dici:quanuis non habeam pfectam fidem,habeo tñ eius initium quo in Christum primitus credidi:quia & hic rñdetur. Quid autem habes quod non accepisti? Si aũt & accepisti,quid gloriaris quasi non acceperis?

Cap. 5. Illud vero quod putãt de hac fide ideo non posse dici: Quid.n.habes quod non accepisti:quia in eadem natura remanet,licet vitiata, quæ prius sana ac perfecta donata sit, nihil ad id quod volunt valere intelligitur,sicut hoc Apostolus dixerit, cogitetur. agebat enim, ne quisquam gloriaretur in homine, quoniam dissensiones exortæ fue- 1.Co.1. rant inter Corinthios Christianos, ita vt H vnusquisq; diceret: Ego quidem sum Pauli:alius autem,ego Apollo:alius vero, ego Ibidem, Cephe:& inde ventum est,vt diceret:Stulta mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus,vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus:& ea quæ non sunt tanquam sint, vt quæ sunt euacuet,vt non glorietur coram deo omnis caro. Hic certe cõtra humanam superbiam satis clara est Apostoli intentio:ne in homine quisquam glorietur, ac per hoc nec in seipso. Denique cum dixisset: vt non glorietur coram deo omnis caro: vt ostenderet in quo debeat homo gloriari,mox addidit: Ex ipso autem,inquit, vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à deo,& iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum ẽ: Qui gloriatur,in domino glorietur,inde p Hier.9. uenit ista eius intentio, vt postea iucrepans dicat: Adhuc n.carnales estis,cum.n.sint in 1.Co.3. ter vos æmulatio & cõtẽtio,nõne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum.n.quis dicat,ego quidem sum Pauli: alius autem, ego Apollo:nónne homines estis? Quid ergo est Apollo: quid autem Paulus? Ministri p̃ quos credidistis:& vnicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid,neque qui rigat:sed qui incrementũ dat deus. Videtis ne nihil agere Apostolũ, nisi vt humilietur homo,& exaltet deus solus? Quandoquidem in eis qui plantantur & qui rigãtur,nec ipsum plantatorem & rigatorem dicit esse aliquid, sed qui incrementum dat deus: quanuis & hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat,non ipsis,sed domino tribuat dicens,Vnicuique sicut dominus dedit:ego plantaui,Apollo rigauit. Hinc ergo in eodem intentione persistens, ad hoc venit vt diceret, Itaque nemo glorietur in homine. 1.Co.3. Iam.n.dixerat, Qui gloriatur,in domino glorietur. Post hæc & alia nonnulla quæ his cõnectũtur,perducitur illuc eadem ipsa eius intentio vt dicat, Hæc autem fratres 1.Co.4 transfiguraui in me & Apollo ꝓpter vos: vt in nobis discatis, ne supra quam scriptũ est, vnus pro altero infletur aduersus alterum. Quis.n.te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? In hac Apostoli euidentissima intentione, qua contra humanam superbiam loquitur, ne quisquam in homine,sed in domino glo- K rietur: dona dei naturalia suspicari,siue ipsam totam perfectamque naturam qualis in prima conditione donata est, siue vitiatæ naturæ qualescunque reliquias, nimis quantum existimo absurdum est. Nunquid.n.per hæc dona quæ omnibus communia sunt hominibus,discernuntur homines ab hominibus? Hic autem prius dixit, Quis enim te discernit? & deinde addidit, Quid autem habes quod non accepisti? Posset quippe dicere homo inflatus aduersus alterium: discernit me fides mea, iustitia mea, vel si quid aliud, Talibus occurrens cogitationibus bonus doctor. Quid autem habes,inquit,quod non accepisti,

accepisti? A quo nisi ab illo qui te discernit ab alio,cui non donauit,quod donauit tibi. Si autem & accepisti ait: quid gloriaris quasi non acceperis? Nunquid quæso ait aliud, nisi vt qui gloriat in dño glorietur? Nihil aũt huic sensui tã contrariũ est, q̃ de suis meritis sic quenquã gloriari, tanquã ipse sibi ea fecerit, nõ gratia dei: sed gratia quæ bonos discernit a malis: non quæ cõis est,& bonis & malis. Sit ergo gratia naturæ attributa, qua sumus animantia rõnabilia, discernimurq́; à pecoribus:sic etiã gr̃a naturæ attri- L buta, qua in ipsis hominibus a deformibus pulchri,vel ingenioſi discernuntur a tardis, ac si quid eiusmodi est. Sed non se ille quẽ coercebat Apostolus aduersus peccs inflabat,nec aduersus hominẽ alterũ, de aliquo naturali munere quod inesse posset & pessimo, sed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonã,sibi non deo tribuens inflabat, qñ audire meruit, Quis enim te discernit? Quid aũt habes qđ non accepisti? Vt.n.sit naturæ,fidem posse habere, nũquid & hr̃e? Non.n.omnium est fides, cum fidem posse habere sit omnium. Non autem ait Apostolus, quid aũt potes habere quod non ac- The.3 cepisti vt posses habere:sed ait, Quid autem habes quod non accepisti? Proinde posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: habere autem fidem quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. Illa itaq; natura in qua nobis data est posibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominẽ, ipsa vero fides discernit ab infideli fidelem. Ac per hoc vbi dicitur. Quis.n.te discernit? Quid autẽ habes quod non accepisti? quisquis audet dice M re,habeo ex meipso fidem,non ergo accepi: profecto contradicit huic apertissimæ veritati,non quia credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur volũtas a domino. Ideo ad ipsam quoq; fidem, quæ in voluntate est pertinet. Quis.n.te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?

Cap. 6. Multi audiunt verbum veritatis: sed alij credunt,alij contradicunt. Volunt ergo isti credere:nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum alijs præparetur, alijs non præparetur uoluntas a dño: discernendum est vtiq; quid veniat de misericordia eius,quid de iudicio. Quod quẽrebat Israel ait Apostolus,hoc non est consecutus,electio autem consecuta est: cæteri vero excecati sunt,sicut scriptum est,Dedit illis deus spiritum cõpunctionis, oculos vt Rom.11. non videant,& aures vt non audiant,vsque Esaiæ.6. in hodiernum diẽ. Et Dauit dicit, Fiat mensa eorum in laqueum & venationem & in scandalum & in retributionem illis: obscu- Psal.68. rentur oculi eorum ne videant,& deorsum eorũ semper incurua. Ecce misericordia & iudiciũ: misericordia in electione, quæ consecuta est misericordiam: iudicium vero in cæteros qui excæcati sunt: & tñ illi quia voluerunt,crediderunt: illi quia noluerũt, non crediderunt. Misericordia igitur & iudiciũ in ipsis volũtatibus facta sunt. Electio A quippe ista gratiæ est,non vtiq; meritorũ. Superius.n.dixerat, Sic ergo & in hoc tpe Rom.11. reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si aũt gratia,iam nõ ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Gratis ergo consecuta est,quod consecuta est electio: nõ præcesit eorum aliquid quod priores darent,& retribueretur illis: pro nihilo enim saluos fecit eos. Cæteris autem qui excæcati sunt,sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est. Vniuersæ viæ dñi miseri- Psal.14. cordia & ueritas. Inuestigabiles sunt autem Ro. 11. viæ eius. Inuestigabiles igitur sunt,& misericordia qua gratia liberat, & veritas qua iuste iudicat. Sed forsitan dicunt:ab ope- Cap. 7. ribus fidẽ distinguit Apostolus:gram vero non ex operibus esse dicit: non aũt dicit,q̃ non sit ex fide. Ita vero est: sed ipsam quoque fidem opus dei dicit esse Iesus,& hanc vt operemur iubet, Dixerunt enim ad eum Iudæi, Quid faciemus vt operemur opera Ioan. 6. dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. Sic ergo distinguit Apostolus ab operibus fidẽ quemadmodum in duobus regnis Hebræorum distinguitur Iudas ab Israel, cũ & ipse Iudas sit Israel. Ex fide autem ideo dicit iustificari hominẽ, non ex operibus: B quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cætera, q̃ proprie opera nuncupant in qbus iuste viuitur. Nam dicit etiam ipse, Gratia Ephe.2. salui estis facti per fidem, & hoc non ex vobis sed dei donum est.i.& quod dixi per fidem non ex vobis,sed dei donum est. Et iã fides non ex operibus,inquit, ne forte quis extollat: solet.n.dici,ideo credere meruit, quia vir bonus erat & antequam crederet. Act.10 Quod de Cornelio dici potest, cuius acceptæ sunt eleemosynæ & exauditæ orationes antequam credidisset in Christum: nec tñ

Rom.10. sine aliqua fide donabat & orabat. Nã qũo
inuocabat in quem non crediderat ? Sed si
posset sine fide Christi esse saluus, non ad
eum ædificandum mitteretur architectus
Psal.126 Apostolus Petrus: quanuis nisi dñs ædifica
uerit domum, inuanum laborauerunt ædi-
ficantes eam. Et dicitur à vobis, fides est à
nobis, cætera à dño ad opera iustitiæ ptinẽ-
tia: quasi ad ædificium non ptineat fides,
quasi ad ædificium, inq̃, non ptineat funda-
mentum. Quód si in primis & maxime p-
tinet, inuanum laborat pdicando ædificans
fidem, nisi eam dñs miserando intus ædifi-
C cet. Quicqd igitur & antequam in Chr̃m
crederet, & cum crederet, & cum credidis-
set, bene operatus est Cornelius, totum deo
dandum est, ne forte quis extollatur. Proin
de ipse vnus magister & dñs cum dixisset q̃
Ioan. 6. supra commemoraui. Hoc est opus dei, vt
credatis in eum quem misit ille: in eodẽ ip-
so sermone suo paulopost, ait: Dixi vobis,
quia & vidistis me et nõ credidisti: Omne
quod dat mihi pater ad me veniet.
Cap.8. Quid ẽ, ad me veniet: nisi credet in me?
Sed vt fiat, pater dat. Item paulopost: Noli
Ioan. 6. te, inquit, murmurare inuicem: nemo põt
venire ad me, nisi pater qui misit me traxe-
rit eum, & ego eum resuscitabo in nouissi-
Esa. 54. mo die. Est scriptum in Prophetis. Et erũt
omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à
patre & didicit, venit ad me. Quid est om-
nis qui audiuit a pr̃e & didicit, venit ad me:
nisi, nullus est qui audiat & discat à patre, &
non veniat ad me? Si.n. omnis qui audiuit
à patre & didicit, venit: profecto omnis qui
non venit, non audiuit à patre, nec didicit:
nã si audisset & didicisset, veniret. Neq;.n.
vllus audiuit ac didicit & nõ venit: sed om-
nis vt ait veritas, qui audiuit à patre & di-
D dicit, venit. Valde remota est à sensibus car
nis hæc schola, in qua pater auditur, & do-
cet vt veniatur ad filium. Ibi est & ipse fi-
lius, quia ipse est verbum eius per quod sic
docet, nec agit hoc cum carnis aure, sed cor-
dis. Simul est & ibi spiritus patris & filij: ne
que.n. ipse non docet, aut seperatim docet,
inseparabilia quippe didicimus esse opera
trinitatis. Et ipse est vtique spiritus sanctus,
de quo Apostolus dicit, Habentes autem
eundem spiritum fidei. Sed ideo patri hoc
potissimum est attributum, quia de ipso est
genitus vnigenitus, & de ipso procedit spiri
ritus sanctus: vnde longum est enucleatius
disputare, & de trinitate, quæ deus est, labo-
rem nostrum in quindecim libris ad vos iã
existimo peruenisse, Valde, inquam, remota
est à sensibus carnis hæc schola, in qua deus
audit & docet. Multos venire videmus ad
filiũ, quia multos credere videmus in Chri
stum, sed vbi & quomodo à patre audierint
hoc & didicerint, non videmus. Nimiũ gra
tia vero ista secreta est, gratiam verò esse
quis ambigit? Hæc itaque gratia quæ oc-
culte humanis cordibus diuina largita-
te tribuitur, à nullo duro corde recipitur.
Ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia
primitus auferatur. Quando ergo pater in-
tus auditur, & docet vt veniatur ad filium,
aufert cor lapideum, & dat cor carneum, si- E Ezech.
cut Propheta prædicante promisit. Sic quip
pe facit filios promissionis & vasa miseri-
cordiæ quæ præparauit in gloriam. Cur er-
go non omnes docet, vt veniant ad Chri-
stum, nisi quia omnes quos docet, misericor
dia docet: quos autem non docet, iudicio nõ
docet, quoniam cuius vult miseretur, & Rom.9.
quem vult obdurat: sed miseretur, bonum
tribuens: obdurat, digna retribuens. Aut si
& ista, vt quidam distinguere maluerunt,
verba sunt eius cui Apostulus ait: Dicis ita-
que mihi, vt ipse dixisse accipiatur: ergo cu-
ius vult miseretur, & quem vult obdurat, &
quæ sequũtur. i. Quid adhuc conqueritur:
nam voluntati eius quis resistit? Nunquid
responsum est ab Apostolo: O homo, falsũ Rom.9.
est quod dixisti? Non. Sed responsum est.
O homo, tu quis es qui respõdeas deo? Nũ-
quid dicit figmentum ei qui se finxit: quare
sic me fecisti? An non habet potestatem fi-
gulus luti ex eadem facere massa, & sequen
tia quæ optime nostris: Et tamen secundum
quendam modum, omnes pater docet veni-
re ad suum filium. Non.n. frustra scriptum Esa. 54.
est in Prophetis: Et erunt omnes docibiles
dei. Quod testimonium cum præmisisset,
tunc subdidit: Omnis qui audiuit à patre F
& didicit, venit ad me. Sicut ergo integre lo
quimur cum de aliquo literarum magistro,
qui in ciuitate solus est, dicimus: omnes iste
hic literas docet: nonquia omnes discunt,
sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunque
ibi literas discit: ita recte dicimus, omnes
deus docet venire ad Christum: non q̃ om
nes veniũt, sed quia nemo aliter venit. Cur Rom.9.
autem non omnes doceat, aperuit Aposto
lus q̃antum aperiẽdum iudicauit: quia vo
lens ostendere iram, & demonstrare poten
tiã suam, attulit in multa patientia vasa iræ
quæ

quæ perfecta sunt in perditionẽ, & vt notas
faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericor-
diæ, quæ præparauit in gloriam. Hinc
est q̃ verbum crucis pereuntibus stultitia
1.Cor.1. est: his ãt qui salui fiunt virtus dei est. Hos
Tim.2 omnes docet venire ad Christum deus, hos
omnes uult saluos fieri, & in agnitionem
veritatis venire. Nam & si illos quibus stul
titia est verbũ, crucis vt ad Chr̃m venirent
Ioan. 6. & ipsi. Non enim fallit aut fallitur qui ait:
Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit
ad me. Absit ergo vt quisquam nõ veniat,
G qui à patre audiuit & didicit. Quare, in-
quiunt, non omnes docet? Si dixerimus, q̃a
nolunt discere quos non docet, respondebi
tur nobis: Et vbi est quod ei dicitur? Domi
Psal.84. ne tu conuertens uiuificabis nos: Aut si nõ
facit volentes ex nolentibus deus quod orat
Ecclesia secundum præceptũ dñi pro perse
cutoribus suis? Nam sic etiam voluit intel-
Cant.6. ligi sanctus Cyprianus quod dicimus, Fiat
voluntas tua sicut in cœlo & in terra: hoc
est, sicut in eis qui iam crediderunt & tan-
quam cœlum sunt, ita & in eis qui non cre
dunt, & ob hoc adhuc terra sunt. Quid er-
go oramus pro nolentibus credere, nisi vt
deus in illis operetur & velle? De Iudæis
Rom.10 certe Apostolus ait, Fratres, bona voluntas
quidem cordis mei, & deprecatio ad deum
pro illis fit in salutem. Orat pro non cre-
dentibus, quid, nisi vt credant? Non enim
aliter consequuntur salutem. Si ergo fides
orantium dei præuenit gratiam: nunquid
eorum fides pro quibus oratur vt credant,
dei præuenit gratiam? Quãdoquidem hoc
pro eis oratur, vt non credentibus. i. fidem
non habentibus, fides ipsa donetur. Cum
igitur Euangelium prædicatur, quidam
credunt, quidam non credunt: sed qui cre-
dunt prædicatore forinsecus sonante intus
a patre audiunt ãt̃; discunt: qui autem non
H credunt, foris audiunt, intus non audiunt,
neque discunt: hoc est, illis datur vt credãt,
Cant.6. illis non datur: quia nemo, inquit, venit ad
me, nisi pater qui misit me traxerit eum:
quod apertius postea dicitur. Nam post ali-
quantũ cum de carne sua manducanda &
bibendo sanguine suo loqueretur, & dice-
rent etiam quidam discipulorum eius: Du-
rus est hic sermo, quis potest eum audire?
Sciẽs Iesus apud semetipsum, q̃a murmura
rẽt de hoc discipuli eis, dixit eius: Hoc vos
scandalizat? Et paulopost: Verba, inquit, q̃
ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt:
sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.
Et mox Euangelista, Sciebat, inquit, ab ini-
tio Iesus qui essent credentes, & quis tradi
turus esset eum, & dicebat: Propterea dixi
vobis, quia nemo põt venire ad me, nisi fue
erit ei datum à patre meo. Ergo trahi a pr̃e
ad Chr̃m, & audire ac discere a patre vt ue
niat ad Christum, nihil aliud est, q̃ donum
accipere à patre, quo credat in Chr̃m. Ne-
que.n. audientes Euangelium à non audien
tibus, sed credentes à non credẽtibus discer
nebat qui dicebat. Nemo venit ad me nisi
fuerit ei datum à patre meo.

Fides igitur & inchoata & pfecta, donũ Cap. 9.
dei est: & hoc donum quibusdam dari, qui- I
busdam non dari, omnino non dubitet qui
non vult manifestissimis sacris literis repu
gnare. Cur autem non omnibus detur, fide
lem mouere non debet, qui credit ex vno o-
mnes esse in coademnationem, sine dubita-
tione iustissimam: ita vt nulla dei esset iusta
reprehensio, etiam si nullus inde liberaret.
Vnde constat magnam esse gr̃am, quod plu Hier. 9.
rimi liberãtur, & quid sibi deberetur, in eis
qui non liberantur agnoscunt: vt qui glo-
riantur non in suis meritis quæ paria vidẽt
esse damnatis, sed in dño glorientur. Cur
autem istum potius quam illum liberet, in- Rom.11.
scrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabi- Rom.9.
les viæ eius. Melius enim & hic audimus
aut dicimus, O hõ tu quis es qui respõdeas
deo: quam dicere audeamus quasi noueri-
mus quod occultum esse voluit: qui tamen
aliquid iniustum velle non potuit. Illud aũt
quod in opusculo meo quodam contra Por
phyrium sub titulo: De tempore Christia- De sex
næ religionis, me dixisse recolitis: ita dixi, vt qõnibus
hanc diligentiorem & operosiorem disput- cõtra pa
ationem de gratia præterirem, non sanè ganos q̃
omissa significatione q̃ eam loco illo expli stio.2.
care noluissem, quæ posset alias vel ab alijs
explicari. Nam ita locutus sum inter cæte-
ra, respondens propositæ qõni: cur Chri- K
stus post tam longa tempora venerit, Pro-
inde, inquam, cum Christo non obijciãt q̃
eius doctrinam non oẽs sequuntur: sentiũt
enim & ipsi, nequaquam hoc recte obijci
posse, vel sapiẽtiæ philosophorum, vel etiã
numini deorum suorũ: quid respondebunt
si excepta illa altitudine sapientiæ & scien-
tiæ dei, ubi fortasis aliud diuinum consiliũ
longe secretius latet, sine præiudicio etiam
aliarum forte causarum, quæ à prudẽtibus
inuestigari queunt? Hoc solum eis breuita-
tis gratia,

tis gratia, in huius qõnis disputatione dica
Quare mus: tunc uoluisse hoibus apparere Chr̃m,
Christ9 & apud eos prædicari doctrinam suam, qñ
post tot sciebat & ubi sciebat esse, qui in eũ fuerant
tempora crediturí. His.n.tẽporibus & his locis qui-
tandem bus Euangelium eius non est prædicatum,
in carne tales oẽs in eius prędicatione futuros esse
apparue præsciebat: quales non quidem omnes, sed
rit. tamen multi in eius corporali p̃sentia fue-
runt, qui in eũ nec suscitatis ab eo mortuis
credere uoluerunt. Quales ẽt nunc mul-
tos videmus, cũ tanta manifestatione de il-
lo cõpleañ præconia Prophetarum, nolle
adhuc credere, & malle humana astutia re
sistere, q̃ tá claræ atq; perspicuæ tam q́; su-
L blimi & sublimiter diffamatæ, diuinæ cede
re authoritati. Quãdiu paruus & infirmus
est intellectus hominis, diuinæ accedere ue
ritati non poterit. Quid ergo mirum, si tã
infidelibus plenũ orbẽ terrarũ Chr̃s priori
bus seculi nouerat, vt eis apparere uel præ
dicari merito nollet, quos nec verbis, nec
miraculis suis credituros esse præsciebat?
Neq; n incredibile est tales tunc fuisse om
nes, quales ab eius aduẽtu vsq; ad hoc tem-
pus tã multos fuisse atq; esse miramur: &
tñ ab initio gñris humani, alias occultius,
alias euidentius, sicut cõgruere temporibus
diuinitus visum est, nec ꝓphetari desticit,
nec qui in eum crederent defuerunt: & ab
Adam vsque ad Moysen, & in ipso populo
Israel, q̃ speciali quodã mysterio gẽs pro-
phetica fuit: & in alijs gentibus antequam
venisset in carne. Cum.n.nõ nulli commemorentur in sanctis Hebraicis libris, iam ex tpe Abrahæ, nec de stirpe carnis eius, nec ex populo Israel, nec aduentitia societa te in populo Israel, qui tñ huius sacramenti participes fuerunt: cur non credamus ẽt in cæteris hac atq; illac gentibus alios atq; alios fuisse, quanuis eos commemoratos in
M eisdem authoritatibus non legamus? Ita sa lus religionis huius per quam solam uerã, salus uera veraciterque promittitur nulli unquã defuit, qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio propagatio nis humanæ vsq; in finẽ, quibusdã ad præmium, quibusdam ad iudiciũ prædicatur: ac per hoc & quibus omnino annunciata non est, non crediturí præsciebãtur: & quibus non crediturís tamen annunciata est, in illorum exemplum demonstrãtur. Quibus autem credituris annũciatur, in regno cœlorum & sanctorum angelorum societati præparantur. Cernitis ne me sine præiudicio latentis consilij dei aliarumq́; causarum, hoc de præsciẽtia Christi dicere voluisse, qd̃ conuincendæ Paganorũ infidelitati qui hãc obiecerãt qõnem, sufficere videretur? Quid.n.est verius q̃ p̃sciisse Christum, qui & qñ & quibus locis in eum fuerãt crediturí? Sed vtrũ prædicato sibi Christo à seipsis habituri essent fidẽ, an deo donãte sumpturi. i. vtrum tñmodo eos præscierit, an ẽt prædestinauerit deus, quærere ac disserere tunc necessarium non putaui. Proinde quod dixi tunc uoluisse hominibus apparere Christũ, & apud eos prædica A ri doctrinam suam: quando sciebat & ubi sciebat esse qui in eum fuerant crediturí: posse ẽt sic dici, tũc uoluisse hominibus apparere Christũ, & apud eos prædicari doctrinam suam: qñ sciebat & vbi sciebat esse qui electi fuerant in ipso, ante mundi constitutionem. Sed qñ si ita diceretur, lectorẽ faceret intentum ad ea requirenda, quæ nunc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius & laboriosius disputari: visum mihi est quod tunc satis erat, breuiter esse dicendum, excepta vt dixi altitudine sapientiæ & sciæ dei, & sine præiudicio aliarum causarum, de quibus non tunc, sed alias opportunius disputandum putaui. Ca. 19.

Item quod dixi salutẽ religionis huius nulli vnquam defuisse qui dignus fuit, & dignum non fuisse cui defuit: si discutiatur & quæratur, vnde quisq; sit dignus, non desunt qui dicant, voluntate humana: nos autem dicimus, gratiam vel prædestinatione diuina. Inter gram porrò & p̃destinationẽ hoc tantũ interest, q̃ prædestinatio est gratiæ præparatio: gratia vero iam ipsa donatio. Quod itaq; ait Apostolus, Non ex operibus ne forte quis extollatur: ipsius.n.sumus figmentũ, creati in Chr̃o Iesu in operibus bonis: gratia est. Quod aũt sequitur, Quæ ꝓparauit deus, vt in illis ambulemus: p̃destinatio est, q̃ sine p̃scientia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe deus ea præscíuit, quæ fuerat ipse facturus. Vnde dictum est, Fecit quæ futura sunt. Præscire aũt potens est ẽt quæ ipse non facit, sicut quæcunq; peccata: quia & si sunt q̃dã quæ ita peccata sunt, vt pœnæ etiã sint peccatorũ, vnde dictũ est, Tradidit illos deus in reprobam mentem, vt faciam quæ non conueniunt: non ibi peccatũ dei est, sed iudicium. Rom. i.

Quid sit inter p̃destinationem & gratiã. Ephe. 1. B

dicium. Quocirca prædestinatio dei quæ in bono est, gratiæ est, vt dixi, præparatio: gratia vero est ipsius p̃destinationis effectus. Qñ ergo promisit deus Abrahæ in semine eius fidem gentium, dicens: Patrem multarum gentiũ posui te. Vnde dicit Apostolus, Ideo ex fide, vt sed̃m gratiam firma sit promissio omni semini: non de nostræ voluntatis ptãte, sed de sua prædestinatione promi- Gen. 17. Rom. 4. sit. Promisit.n. quod ipse facturus fuerat, nõ qd̃ homines: quia etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum deum, ipse facit vt illi faciant quæ præcepit: non illi faciunt, vt ipse faciat quod promisit: alioquin vt dei promissa compleantur, nõ in dei, sed in hominũ est ptãte, & quod à dño promis- C sum est, ab ipsis reddit Abrahæ. Non aũt sic credidit Abraham, sed credidit dans gloriam deo, qm̃ quæ promisit potens est & facere: non ait, prædicere: non ait, p̃scire: nam & aliena facta potest p̃dicere atq; p̃scire: sed ait, potens est & facere: ac per hoc facta non aliena, sed sua. An forte opera bona gentiũ deus promisit Abrahæ in semine ipsius, vt hoc promitteret quod ipse facit? Non aũt promisit fidem gentium, quam sibi homines faciunt, sed vt promitteret quod ipse facit, illam præsciuit homines esse facturos. Non quidẽ loquitur sic Apostolus, Filios quippe promisit deus Abrahæ, q̃ fides eius vestigia sectarentur: quod apertissime dicit. Sed si opera gentium promisit, non fidem: profecto qm̃ non sunt bona opera nisi ex fide. Iustus.n. ex fide viuit: & omne quod nõ Habac. 2. Rom. 14. est ex fide, peccatum est: & sine fide impos Hebr. 11. sibile est placere deo: nihilominus vt impleatur quod promisit deus, in hominũ est potestate. Nisi.n. homo faciat qd̃ deo nõ donante ad hominẽ pertinet, nõ faciet ipse qd̃ donet: hoc est nisi habeat homo fidem ex se ipso, non implet deus quod promisit, vt opera iustitiæ dentur ex deo. Ac per hoc vt promissa sua deus possit implere nõ est in dei, D sed in hominis potestate. Quod si veritas & pietas nos credere vetat: credamus cum Rom. 4. Abraham, qm̃ quæ promisit, potens est & facere. Promisit aũt filios Abrahæ, qd̃ ẽt nõ p̃nt, si nõ hẽant fidẽ. Ergo ipse donat & fidẽ. Cap. 11. Rom. 14 Sane cum Apostolus dicat, Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio: miror homines infirmitati suæ se malle cõmittere, q̃ firmitati promissionis dei. Sed in certa est mihi, inquit, de meipso voluntas dei. Quid ergo? Tua ne tibi voluntas de ipso certa est, nec times? Qui videtur sta re, videat ne cadat. Cum igitur vtraque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fidem suam, spem charitatemq́; cõmittit? Sed cum dicitur, inquiunt, Si credideris saluus eris: vnum horum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur in hominis, quod offertur in dei est potestate. Cur non vtrunq; in dei est, & quod iubet, & quod offertur? Rogatur.n. vt det quod iubet, rogant credentes, vt sibi augeatur fides rogant pro non credentibus, vt eis donetur fides, vt & in suis incrementis, & in suis initiis dei donum sit fides. Sic autem dicitur; Si credideris, saluus eris: quemadmodum dicitur. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nam & hic ex his duobus vnum exigitur, alterum offertur. Si spiritu, inquit, facta E carnis mortificaueritis, viuetis. Vt ergo spi- Rom. 8: ritu facta mortificemus, exigitur: vt autem viuamus, offertur. Num igitur placet, vt facta carnis mortificare non donum dei esse dicamus, neq; id donum dei esse fateamur: qm̃ exigi audiuimus à nobis, præmio vitæ si hoc fecerimus oblato? Absit vt hoc placeat participibus & defensoribus gratiæ. Pelagianorum est error iste damnabilis: quorum mox Apostolus ora obstruxit, adiungens: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei, ne facta mortificare nos carnis, non per dei, sed per nostrum spiritũ credemus. De quo dei spiritu etiam ibi lo- 1. Co. 12. quebatur vbi ait, Omnia autem hæc operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens propria vnicuiq; prout vult. Inter quæ omnia sicut scitis, nominauit & fidem. Sicut ergo quamuis donum dei sit, facta carnis mortificare, exigitur tamen à nobis proposito præmio vitæ ita donum dei est & fides, quãuis & ipsa cum dicitur, Si credideris saluus eris: proposito præmio salutis exigatur à nobis. Ideo enim hæc & nobis præcipiuntur, & dona dei esse monstrantur, vt intelligatur q̃ & nos ea faciamus, & deus facit vt illa faciamus: sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicit: quid enim apertius q̃ vbi dicit, Ego faciam vt faciatis? Locum ipsum scripturæ fratres charissimi attendite, & videbitis illa deum promittere facturum se, vt faciant, quæ iubet vt fiant. Non sane ibi taceat etiam merita eorum, sed mala, q- F bus se ostendit reddere pro malis bona: hoc ipso quòd eos facit habere deinceps opera bona, cũ ipse facit, vt faciãt diuina mã data.

Sed

Cap. 12. Sed omnis hæc rō qua defendimus gratiam dei per Iesum Christum dominū nostrum, vere esse gratiam. i. non sc̄m merita nostra dari, quanuis euidentissime diuinorū eloquiorum testimonijs asseratur: tū apud eos, qui nisi aliquid sibi asignent, qđ priores dent vt retribuatur eis ab omni studio pietatis reprimi se putant. Laboratur aliquando in ætate maiorum, iam vtentiū
1. Ti. 2. uoluntatis arbitrio: sed vbi venitur ad paruulos, & ad ipsum mediatorem dei & hominum, hominem Christū Iesum, omnis defecit præcedentium gratiam dei humanorū assertio meritorum: quia nec illi vllis bonis præcedentibus meritis discernuntur à
G cæteris, vt pertineant ad liberatorem hominum: nec ille vllis humanis præcedentibus meritis, cum & ipse sit homo, liberator factus est hominum. Quis enim audiat q̄ dicūtur paruuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate baptizati exire de hac vita: & ideo alij nō baptizati in eadem ætate mori, qa & ipsorū p̄scita sunt merita futura, sed mala, non eorū vitam bonā vel malā deo remunerante vel dānante? Sed nullum Apostolus quidem limitem fixit, quē transgredi nō debeat hominis, vt mitius loquar,
Ro. 14. incauta suspicio. Ait. n. Oēs stabimus ante
2. Co. 5. tribunal Chri: vt referat unusquisq; sc̄m ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Gessit, inquit, non adiūxit, vel gesturus fuit. Sed vū hoc talibus viris inmētē venerit nescio, vt futura, q̄ nō sunt futura puniant aut honorent merita paruulorū. Cū aūt dictū est, secundum ea, q̄ p corpus gessit hominem iudicandum, cum gerantur multa solo animo, non per corpus, nec per vllum corporis membrum, & plerumque tam magna, vt talibus cogitationibus pœna iustissima debeatur: sicuti est, vt
Psa. 13. alia taceam, quòd dixit insipiens in corde suo, non est deus? Quid est ergo, secundum ea quæ per corpus gessit: nisi secundum ea
H quę gessit eo tempore quo in corpore fuit, vt per corpus intelligamus corporis tempus? Post corpus autem nemo erit in corpore, nisi resurrectione nouissima, non ad vlla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, vel pro malis luenda supplicia. Hoc autem in medio tempore inter dispositionem & resurrectionem corporis, secundum ea, quæ gesserunt per corporis tempus, siue cruciantur animæ, siue requiescunt. Ad quod tempus corporis pertinet etiā quod Pelagiani negant, sed Christi ecclesia confitetur, originale peccatum: quo siue soluto per dei gratiam, siue p̄ dei iudicium non soluto, cū moriunt infantes: aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeūt ex malis ad mala. Hoc catholica fides nouit, in hoc etiam nonnulli hæretici sine vlla contradictione consentiunt. Iudicari autē quē quam non solum secundum merita quæ habuit quandiu fuit in corpore, sed secundum merita quæ fuerat habiturus si diutius fuisset in corpore, vū opinari potuerint homines, quorum ingenia non esse contemptibi- I
lia vestrę vindicant literæ, mirans & stupens reperire non possum: nec credere auderem, nisi vobis non credere non auderē: sed spero affuturū deum, vt cōmoniti cito videāt ea quæ dicuntur futura fuisse peccata, si p̄ dei iudicium in non baptizatis possunt iure puniri, etiam per dei gratiam baptizatis posse dimitti. Quicunque enim dicit puniri tantum posse, deo iudicante futura peccata, dimitti autem deo miserante non posse, cogitare debet quantam deo faciat gratiæq; eius iniuriam: quasi futurum peccatū prænosci possit, nec possit ignosci. Quod si absurdum est, magis ergo futuris si diu uiuerent peccatoribus, cum in parua ætate moriuntur, lauacro quo peccata diluuntur debuit subueniri.

Quod si forsitan dicunt, pœnitentibus Ca. 13.
peccata dimitti: & ideo istos non baptizari in paruula ætate morientes, quia præsciti sunt, pœnitentiam si viuerent nō acturos: eos autem qui baptizantur, & paruuli de corporibus exeunt, deum præscisse acturos pœnitentiā fuisse si viuerent. Attendant et videant si ita est, non iam in paruulis sine baptismate morientibus peccata originalia vindicari: sed sua cuiusque futura si viueret. Item baptizatis non originalia dilui, sed sua futura si viuerent, quoniam non Ioan. 6.
possent nisi in maiore ætate peccare: sed a- K
lios acturos pœnitentiā, alios non acturos fuisse p̄uisos: ideoque alios baptizatos, alios sine baptismo exisse de hac vita. Hoc si audirent Pelagiani, non iam laborarent negādo originale pctm̄, & q̄rere paruulis extra regnū dei nescio cuius suæ fœlicitatis locum: maxime qū conuincuntur non eos habere posse vitam æternam, qui non manducauerūt carnē, nec biberunt sanguinem Xp̄i: & q̄a in eis qui nullū habent omnino peccatum,

peccatum, falsus est baptismus qui in remissionem traditur peccatorū. Diceret. n. prorsus nullū originale peccatum, sed pro suis futuris si viuerent meritis vel baptizari vel non baptizari eos, qui de corpore soluunt infantes: & pro suis futuris meritis eos vel accipere vel non accipere corpus & sanguinem Christi, siue quo vitā prorsus hr̄e non p̄nt: & in vera remissione peccatorum baptizari, q̄uis nullum ex Adā traherent: qm̄ remittuntur eis futura peccata, de quibus illos deus pœnitentiam p̄sciuit acturos. Ita facillime agerent ata; obtinerent cām suam quamquā negāt esse originale pctū, & gratiam dei nō dari nisi sc̄m merita nostra cōtendunt. Sed quia hominum futura quę nō sunt futura, proculdubio nulla sunt merita,
L & hoc videre facillimum est. Ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt, & multo magis nec isti dicere debuerunt. Dici. n. non potest q̄ molestę feram, quod viderunt Pelagiani esse falsissimum & absurdissimum, hoc non vidisse istos, qui nobiscum errorem illorum hæreticorum catholica authoritate condemnant.

14 Scripsit librum de mortalitate Cypria-
nus, multis ac pene omnibus qui ecclesiasticas literas amāt laudabiliter notum, in quo propterea dicit non solum nō esse fidelibus inutilem mortē, verumetiā vtilem repiri, qm̄ peccandi periculis hominem subtrahit, & in non peccandi securitatem constituit. Sed quid prodest si ēt futura quæ commissa non sunt, peccata puniuntur? Ait tū illecopiosissime atq; optime, peccandi pericula nec deesse in ista vita, nec superesse post istā. Vbi & illud testimonium ponit de libro sapientiæ: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eus. Quod à me quoq; positum, fratres istos ita respuisse dixistis, tanq̄ non de libro canonico adhibitum: quasi & excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit, quam volumus hinc doceri. Quis. n. audet negare Christianus, iustum si morte p̄occupatus fuerit in refrigerio futurum? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanæ fidei resistendum putabit? Item si dixerit iustum si à sua iustitia recesserit in qua diu vixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua non dico vnum annum, sed vnum diem duxerit, in pœnas iniquis debitas hinc iturū: nihil sibi præteritam suam iustitiam profuturam, huic perspicuæ veritati, quis fideliū contradicit? Porro si quæratur à nobis, vtrū si tunc esset mortuus qm̄ erat iustus, pœnas esset inuenturus an requiem, nunquid requiem rūdere dubitabimus? Hæc est tota causa cur dictum est, à quocunq; sit dictū, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: Dictum est. n. secundum pericula vitæ huius, non secundum præscientiam dei: qui hoc præsciuit quod futurum non erat. i. q̄ ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum subtraheretur incerto: non q̄ peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. De hac quippe vita legitur in libro Iob: Nunquid non tēntatio est vita hu- Iob. 7.
mana super terram? Sed quare alijs concedatur, vt ex huius vitæ periculis dum iusti sunt auferantur, alij vero iusti donec à iustitia cadant, in eisdem periculis vita pro- A
ductiore teneantur, quis cognouit sensum Rom. 11.
domini: Et tamen hinc intelligi datur, ēt illis iustis qui bonos piosq; mores vsq; ad senectutis maturitatem, & diem vitæ huius vltimum seruant, non in suis meritis, sed in domino esse gloriandum: qm̄ qui vitæ breuitate rapuit iustum ne malitia mutaret intellectum eius, ipse in quantacunq; vitæ lōgitudine custodit iustum, ne malitia mutet intellectum eius. Cur autem hic tenuerit casurum iustum, quem priusq̄ caderet hinc posset auferre, iustissima omnino, sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Quæ cum ita sint, non debuit repudiari sententia libri sapientiæ: qui meruit in Ecclesia Christi, de gradu lectorum Ecclesiæ Christi tam lōga annositate recitari, & ab omnibus Christianis, ab episcopis, vsq; ad extremos laicos fideles, pœnitentes catechumenos, cum veneratione diuinæ authoritatis audiri. Certe enim si de diuinarum scripturarum tractatoribus qui fuerunt ante nos, proferrem defensionem huius sententiæ, quam nunc soli to diligentius atq; copiosius contra nouum Pelagianorum defendere vrgemur errorē: hoc est, gratiam dei non secundum merita nostra dari, & gratis dari cui datur: quia neque volentis neq; currentis, sed miserentis Rom. 9.
est dei: iusto autem iudicio non dari cui nō B
datur, quia non est iniquitas apud deum. Si huius ergo sententiæ defensionem ex diuinorum eloquiorum nos præcedentibus catholicis tractatoribus promerem, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerēt: hoc enim significastis literis vestris. Quid igitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui priusq̄ ista hæresis oriretur,

non

non habuerunt neceſsitatem in hac difficili ad ſoluẽdum qõne verſari,qđ proculdubio facerent,ſi rñdere talibus cogerentʔ Vnde factum eſt,vt de gratia dei qđ ſentirent, breuiter quibuſdam ſcriptorum ſuorũ locis & tranſeunter attingerent: immorarentur vero in eis, quæ aduerſus alios inimicos Eccleſiæ diſputabant, & in exhortationibus ad quaſq; virtutes, quibus deo viuo & vero pro adipiſcenda vita æterna & vera fœlicitate ſeruitur,frequentationibus aut orationibus ſimpliciter apparebat dei gratia quid valeret: Non.n.poſcerentur à deo q̃ p̃cepit fieri,niſi ab illo donaretur vt fierent. Sed q ſententijs tractatorũ inſtrui volunt, oportet vt iſtũ librũ Sapientiæ vbi legitur, Raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius: omnibus tractatoribus anteponant:qm̃ ſibi eũ ante poſuerunt ẽt temporibus proximi Apoſtolorum egregij tractatores,qui eũ teſtẽ adhibentes,nihil ſe adhibere niſi diuinũ teſtimoniũ crediderũt. Et certe beatiſimũ

Sapiẽ.4.

C Cyprianũ diſputaſſe conſtat, vt celerioris mortis beneficium commendaret, à peccatorum periculis eos eripi,qui hanc vitam ſiniunt in qua peccari poteſt. In eodẽ libro ait,inter cætera: Cur non cum Chriſto futurus, & de domini pollicitatione ſecurus, q̃ ad Chriſtum vocaris,amplecteris, & q̃ diabolo careas gratularis? Et alio loco: Pueri,inquit,periculum lubricæ ætatis euadũt. Itemq́; alio loco: Quid non,inquit,properamus & currimus,vt patriam noſtram videre,vt parẽtes ſalutare poſsimus? Magnus illic nos charorũ numerus expectat, parentum,fratrum,filiorum,frequens nos & copioſa turba deſyderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita. His atq; huiuſmodi doctor ille ſententijs in catholicæ fidei luce clariſsima,ſatis aperteq́, teſtatur,vſq; ad huius corporis depoſitionem peccandi pericula tentationesq́ metuendas,deinceps nulla talia quenquam eſſe paſſurum. Quod & ſi non teſtaretur, quando de hac re Chriſtianus qualiſcunq; dubitaret? Quomodo igitur homini lapſo, & in eodem lapſu iſtam vitam miſerere ſi nienti,atq; ad pœnas eunti talibus debitas: qũo, inquam, huic non plurimum ſumme q̃ prodeſſet,ſi ex hoc tentationũ loco priuſquam laberetur,morte raperetur? Ac per hoc ſi abſit nimis inconſiderata contentio, tota quæſtio iſta finita eſt de illo, q̃ raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius. Nec

Cypria. in li. de mortalitate.

D

Sapiẽ.4.

iõ liber ſapientiæ, qui tanta numeroſitate annorum legi meruit in Eccleſia Chriſti, in quo & hoc legitur,pati debet iniuriã: qm̃ reſiſtit eis qui pro meritis hominũ fallunt, vt veniant contra dei manifeſtiſsimã gr̃am, quæ maxime apparet in paruulis: quorum cum alij baptizati,alij nõ baptizati vitæ huius terminum ſumunt,ſatis indicant miſericordiam & iudicium: miſericordiam quidẽ gratuitam,iudicium debitũ. Si.n.iudicarentur homines pro meritis ſuæ vitæ, quæ nõ haberent morte præueniente, ſed habituri eſſent, ſi viuerent: nihil prodeſſet ei,qui raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius: nihil prodeſſet eis qui lapſi moriũtur,ſi ante morerentur; quod nullus dicere Chriſtianus audebit. Quocirca non debent fratres noſtri, qui nobiſcum pro catholica fide perniciem Pelagiani erroris impugnãt, huic Pelagianæ intantum fauere opinioni, qua opinantur gratiã dei ſcd̃m merita nr̃a dari: vt qđ illi audire non poſſunt, ſententiã verã plane,& antiquitus Chriſtianam, Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius: deſtruere moliantur, & id aſtruere q̃ non dico crediturum,ſed ſomniaturum neminem putaremus: ſecundum ea.ſ.iudicari quenquam mortuorum, quæ geſturus fuerat ſi tempore prolixiore vixiſſet. Ita quippe claret inuictum eſſe,quod dicimus, Gratiã dei non ſecundum merita noſtra dari,vt huic veritati contradicentes ingenioſi homines hæc ab omnium auribus & cogitationibus ambigenda dicere cogeretur.

E

Eſt etiam præclariſsimum lumen præ- Cap.5.
deſtinationis & gratię,ipſe ſaluator,ipſe mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ie- 1.Ti.2.
ſus: qui vt hoc eſſet,quibus tandem ſuis vel operum vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo eſt, comparauit? Reſpondeatur quæſo,ille homo vt à verbo patri coæterno in vnitate perſonæ aſſumptus, filius dei vnigenitus eſſet, vnde hoc meruerit? Quod eius bonum qualecunque p̃ceſsit? Quid egit ante,quid credidit,quid petiuit, vt ad hanc ineffabilem excellentiã peruenireţ? Nonne faciente ac ſuſcipiente verbo, ipſe homo ex quo eſſe cœpit, filius dei vnicus eſſe cœpit? Nõne filium dei vnicum fœmina illa gratia plena concepit? Nõ ne de ſpiritu ſancto & virgine Maria dei filius vnicus natus ẽ, nõ carnis cupidine,ſed ſingulari dei munere? Nunq̃d metuendũ fuit, ne accedẽte ætate hõ ille libero peccaret ar-

F

retrarbitrio? An iõ in illo nõ libera volũtas erat, ac nõ tanto magis erat,quanto magis p̃ctõ ſeruire nõ poterat? Nẽpe iſta omnia ſingulariter admiranda, & alia ſi qua eius ꝓpria veriſsime dici p̃ſit,ſingulariter in illo accepit humana, hoc eſt noſtra natura, nullus ſuis p̃cedẽtibus meritis, Rñdeat hic

Rom.9. hõ deo ſi audet,& dicat, Cur nõ & ego? Et ſi audierit, O hõ,tu q̃s es qui rñdeas deo: nec ſic cohibeat, ſed augeat,impudentiã & dicat, Q̃uo audio: Tu quis es o homo? cũ ſim qđ audio .i. hõ quod eſt & ille de quo ago,cur nõ ſim qđ & ille? At.n.gratia ille talis ac tãtus eſt. Cur diuerſa eſt gratia,vbi

Rom.2. natura communis eſt? Certe non eſt acceptio p̃ſonarũ apud deum. Quis non dico Xp̃ianus,ſed inſanus hæc dicat? Appareat itaq; nobis in noſtro capite ipſe fons gr̃æ,

G vnde ſcd̃m vniuſcuiuſq; menſurã ſe per cũcta eius mẽbra diffundit. Ea gr̃a fit ab initio fidei ſuæ homo quicunq; Chriſtianus, qua gr̃a hõ ille ab initio ſuo factus eſt Xp̃s: de ipſo ſpiritu & hic renatus, de quo eſt ille natus: eodẽ ſpiritu fit in nobis remiſſio peccatorũ, quo ſpiritu factum eſt vt nullũ haberet ille p̃ctm̃. Hæc ſe deus eſſe facturũ profecto præſciuit. Ipſa eſt igitur p̃dеſtinatio ſanctorum, q̃ in ſancto ſanctorũ maxime claruit, quã negare quis poteſt recte intelligentium eloquia veritatis? Nam & ipſum dominum gloriæ inquantum homo factus eſt dei filius, prædeſtinatum eſſe didicimus: Clamat doctor gentium in ca-

Rom.1. pite Epiſtolarum ſuarum, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium dei, quod ante promiſerat, p̃ prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo,qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem,qui prædeſtinatus eſt filius dei in uirtute,ſecundum ſpiritũ ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum, Prædeſtinatus eſt ergo Ieſus,vt q̃ futurus erat ſecundum carnem filius Dauid, eſſet tamen in virtute filius dei ſecundum ſpiritum ſanctificationis, quia natus eſt de ſpiritu ſancto & virgine Maria. Ipſa eſt illa ineffabiliter facta hominis à deo ver

H bo ſuſceptio ſingularis, vt filius dei, & filius hominis ſimul, & filius hominis propter ſuſceptum hominem,& filius dei propter ſuſcipientem vnigenitum deum veraciter & proprie diceretur, ne non trinitas, ſed quaternitas crederetur. Prædeſtinata eſt iſta naturæ humanæ tanta & tam celſa & ſumma ſubuectio, vt quo attolleretur altius, non haberet: ſicut pro nobis ipſa diuinitas quouſq; ſe deponeret humilius, non habuit, q̃ ſuſcepit à natura hominis, cũ infirmitate carnis vſq; ad mortẽ crucis. Sicut ergo p̃deſtinatus eſt ille vnus, vt caput noſtrum eſſet: ita multi p̃deſtinati ſumus, vt membra eius eſſemus. Humana hic merita cõticeſcant,quæ perierunt per Adã: & regnat dei gratia per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum, vnicum dei filiũ dominũ noſtrum. Quiſquis in capite nr̃o p̃cedẽtia merita ſingularis illius generatiõis inuenerit, ipſe in nobis mẽbris eius p̃cedentia merita multiplicatæ generationis inquirat. Neq; .n.retributa eſt Chriſto illa generatio, ſed tributa, vt alienus ab omni obligatione peccati,de ſpiritu & virgine naſceretur. Sic & nobis vt ex aqua & ſpiritu renaſceremur, non retributum eſt pro aliquo merito, ſed gratis tributum: & ſi nos ad lauacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus, priores nos dediſſe aliquid, vt retribueretur nobis regeneratio ſalutaris. Ille I quippe nos fecit credere in Chriſtum, qui nobis fecit in quem credimus Chriſtum: ille facit in hominibus principium fidei & perfectionem in Ieſu, qui fecit hominem principem fidei & perfectorem Ieſum: ſic enim eſt appellatus, vt ſcitis, in Epiſtola q̃ eſt ad Hebræos.

Vocat enim deus prædeſtinatos multos Ca. 16.
filios ſuos, vt eos faciat membra prædeſtinati vnici filij ſui,non ea vocatione qua vocati ſunt qui noluerunt venire ad nuptias: Illa q̃ppe vocatione & Iudęi vocati ſunt: quibus Chriſtus crucifixus ſcandalum eſt, & gentes, quibus Chr̃s crucifixus ſtultitia Luc.14.
eſt: ſed ea vocatione p̃deſtinatos vocat, quã 1.Co.1.
diſtinxit Apoſtolus, dicẽs ipſis vocatis Iu- 1.Co.1.
dæis & Græcis prædicare ſe Chr̃m dei virtutẽ & dei ſapientiã. Sic.n.ait,ipſis aũt vocatis: vt illos oñderet nõ vocatos,ſciẽs eſſe quandã certã vocationẽ eorũ qui ſecundũ Rom.8.
propoſitum vocati ſunt, quos p̃ciuit & præ Rom.9.
deſtinauit conformes imaginis filij ſui. K Quam vocationem ſignificans, ait, Nõ ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſt ei, Quia maior ſeruiet minori. Nunquid dixit, non ex operibus, ſed ex credente? Prorſus etiam hoc abſtulit homini, vt totum daret deo. Dixit ergo, ſed ex vocante, non quacunq; vocatione, ſed qua vocatione fit credens. Hanc etiam intuebatur, cum diceret, Sine

p œni-

pœnitentia sunt dona & vocatio dei. Nam & ibi quid agebatur paulisper aduertite.

Ro. 11. Cũ n. dixisset, Nolo. n. vos ignorare fratres sacramentũ hoc, vt nõ sitis vobis sapientes: quia cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis

Esa. 59. Israel saluus fieret, sicut scriptũ est, Veniet ex Sion q eripiat, & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis à me testamentũ, cũ abstulero peccata eorũ: mox addidit quod diligenter intelligendum est: Secũm Euãgeliũ quidem inimici pp vos, secundum electionem autẽ dilecti, propter patres. Quid est secundum Euangelium inimici pp vos: ni-

Ro. 11. si, q eorũ inimicitia qua occiderũt Chrm, in Euangelio sicut videmus sine dubitatione profecit? Et hoc ostendit ex dei dispositione venisse, qui bene vti nouit etiam malis, non vt ei prosint vasa iræ: sed vt ipso illis bene vtente, prosint vasa misericordiæ.

L Quid enim apertius dici potuit, quàm id quod dictum est, Secundum Euangelium

Ro. 11. inimici propter vos? Est ergo in malorũ potestate peccare. Vt autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorũ potestate, sed dei diuidentis tenebras & ordinantis eas, vt hinc etiã quod faciunt contra voluntatem dei, non impleatur nisi voluntas dei. Legimus in actibus Apostolorum, cum dimissi a Iudæis Apostoli venissent ad suos, & indicassent quanta eis sacredotes & seniores dixissent, leuauerunt illi vocẽ vna-

Acto. 4. nimes omnes ad dominum, & dixerint, Domine tu es qui fecisti cœlum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, q per os patris nostri Dauid, sancti pueri tui dixisti,

Psai. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Cõuenerunt enim in veritate in ciuitate ista, aduersus sanctum puerũ tuum Iesum quẽ vnxisti, Herodes & Pilatus populus Israel facere quanta manus tua & consilium præ-

Ro. 11. destinauit fieri. Ecce quod dictum est, secũdum Euangelium quidem inimici propter vos. Tanta quippe ab inimicis Iudæis manus dei & consiliũ prædestinauit fieri, quãta necessaria fuerant Euangelio ppter nos. Sed quid est quod sequitur, Secundum ele-

M ctionem autem dilecti propter patres? Nũ quid illi inimici qui in suis inimicijs perierunt, & aduersantes Christo de gente ipsa adhuc pereunt, ipsi sunt electi atque dilecti? Absit. Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed vtrunq; licet sit inter se cõtrarium, id est, inimici & dilecti, quanuis non in eosdem homines, tamen in eandem gentẽ conuenit Iudæorum, & ad idem carnale semen Israel, alijs eorum ad clandicationem, alijs ad benedictionem Israel ipsius pertinentibus. Hunc enim sensum apertius superius explicauit, vbi ait, Quod quærebat Israel Ro. 11. hoc non est consecutus, electio autem cõsecuta est, cæteri vero excæcati sunt, in vtrisque tamen idem ipse Israel. Vbi ergo audimus, Israel nõ est consecutus, vel cæteri excæcati sunt: ibi intelligendi sunt, inimici ppter vos: vbi audiuimus, electio autem consecuta est, ibi intelligendi sunt, dilecti propter patres: quibus patribus vtiq; ista promissa sunt. Abrahæ quippe dictæ sunt pro- Gen. 12. missiones & semini eius. Vnde & in ista Gala. 3. oliua oleaster inseritur gentium. Iam por A rò electio quam dicit, quia secundum gratiam, nõ secundum debitum, debet vtiq; occurrere, quoniam reliquiæ per electionem Ro. 11. gratiæ factæ sunt. Hæc lectio cõsecuta est, cæteris excæcatis. Secũdum hanc electionẽ Israelitæ dilecti propter patres. Non enim vocatione illa vocati sunt, de qua dictũ est, Multi vocati: sed illa, qua vocantur electi. Vnde & hic posteaquam dixit. secundũ electionem autem dilecti propter patres: continuo subiecit, vnde agimus, sine pœnitẽtia enim sunt dona & vocatio dei. i. sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationem q pertinent, oẽs sunt docibiles dei, nec potest eorum quisquã dicere, credidi vt sic uocarer: præuenit cũ quippe misericordia dei, quia sic vocatus est vt crederet. Omnes Esa. 54. enim docibiles dei veniunt ad filium, quoniam audierunt & didicerunt à patre, per filium, qui euidentissime dicit, Omnis qui au Ioan. 6. diuit à patre, & didicit, venit ad me. Istorũ autem nemo perit, quia omne quod dedit ei pater, non perdet ex eo quicquam. Quisq; ergo inde est, omnino nõ perit, nec erit in- i. Ioã. 5. de qui pereat. Propter quod dictum est, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nã si fuissent ex nobis, mãsissent vtique nobiscum. Ca. 17.

Intelligamus ergo vocationem qua fiũt B electi, non qui eliguntur quia crediderunt, sed qui eliguntur vt credant. Hanc enim & dominus ipse satis aperit, vbi dicit, Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos. Nam si propterea electi erant quoniam crediderant, ipsi eum

eum prius vtiq; elegerant credendo in eũ, vt eligi mererentur. Aufert autem hoc om- 1. 15. nino, qui dicit, Nõ uos me elegistis, sed ego vos elegi. Et ipsi quidem proculdubio elegerunt eum, qũ crediderunt in eum. Vnde nõ ob aliud dicit, non uos me elegistis, sed ego vos elegi: nisi quia non elegerunt eum vt eligeret eos, sed vt eligerent eum elegit eos: quia misericordia eius præuenit eos secm gratiam, non secm debitum. Elegit ergo eos de mundo cum hic ageret in carne, sed iam electos in seipso, ante mundi constitutionem. Hæc est immobilis ueritas præ- phes. 1. destinationis & gratiæ. Nam quid est quod ait Apostolus, Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem? Quod profecto si propterea dictũ est, quia præciuit deus credituros, non quia facturos fuerat ipse credentes, contra istã prescientiam loquitur filius, dicens, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: cum hoc potius præcierit deus q ipsi eum fuerant electuri, vt ab illo mererẽ C tur eligi. Electi sunt itaq; ante mundi constitutionem ea prędestinatione, in qua deus sua futura facta præsciuit: electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua deus id quod 29. prædestinauit, implent. Quos enim prædestinauit, ipsos & vocauit, illa. s. vocatione secundum propositum: non ergo alios, sed quos prædestinauit, ipsos & vocauit: nec alios, sed quos ita vocauit, ipsos & iustificauit: nec alios, sed quos prædestinauit, vocauit, iustificauit ipsos & glorificauit, illo vtiq; fine non habet finẽ. Elegit ergo deus fideles, sed vt sint, non quia iam erant. Apostolus Iacobus dicit, Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Eligendo ergo facit diuites in fide, sicut hæredes regni. Recte qppe in eis hoc eligere dicitur, quod vt in eis faciat, eos elegit. Rogo quis audiat dñm dicentem, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: & audeat dicere, credere homines vt eligantur, cum potius eligantur vt credant, ne contra sententiam veritatis priores inueniantur elegisse Christum, quibus dicit Christus, non vos me elegistis, sed ego elegi vos? Quis audiat Apostolum dicentem, Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni bñdictione spiritali, in cœlestibus, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Chrm in ipsum, secm placitum voluntatis suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionẽ per sanguinem ipsius, remissionem pctõrum secm diuitias gratiæ eius, q abundauit in nos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet nobis mysterium voluntatis suæ, secm bonam voluntatẽ suam, quam proposuit in illo, in dispositione plenitudinis tẽporũ instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis sunt & quæ in terris in ipso: in quo etiam sortem consecuti sumus, prædestinati secm propositum eius, q voluersa operatur secm consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius. Quis, inquam, hæc audiat diligenter & intelligenter, & audeat de hac quam defendimus, tam clara veritate dubitare? Elegit deus in Christo ante constitutionem mundi mẽbra eius: & quomodo eligeret eos qui nondũ erant, E nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinans nos: nunquid eligeret impios & immundos? Nam si quaestio proponatur, vtrũ hos eligat, an potius sanctos & immaculatos, quid horum respõdeat qui requiratur, ac non statim ferat pro sanctis immaculatisq; sententiam? Præscibat ergo, ait Pelagianus, qui futuri essent sancti & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua præscientia, qua tales futuros esse præsciuit, elegit. Elegit ergo, inquit, antequam essent, prædestinãs filios, quos futuros sanctos immaculatosq; præsciuit: vtiq; ipse non fecit, nec se facturum, sed illos futuros, esse praeuidit, Intueamur ergo verba Apostoli, atque videamus vtrũ propterea nos elegerit ante mundi constitutionem, quia sancti & immaculati futuri eramus, an vt essemus? Benedictus, inquit, deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Non ergo quia futuri eramus, sed vt essemus. Nempe certum est, nempe manifestũ est, ideo quippe tales eramus futuri, quia p elegit ipse, prædestinans vt tales per gratiã eius essemus. Ita ergo nos benedixit benedictione spiritali in cœlestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate prædesti-

nans nos in adoptionem filiorū per Iesum Christum in ipsum. Deinde quid adiungat, attendite, Secm placitum, inquit, voluntatis suæ, ne in tanto beneficio gratiæ dei, placito gloriaremur voluntatis nostræ: In qua gratificauit nos, inquit, in dilecto filio suo: in qua vtiq; voluntate sua gratificauit nos. Sic dictum est gratificauit à gratia, sicut iustificauit dicitur a iustitia: In quo habemus, inquit, redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secm diuitias gratiæ eius, quæ abundaret in nos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet nobis mysterium voluntatis suæ, secūdum bonam voluntatem suam. In hoc mysterio voluntatis suæ posuit diuitias gratiæ suæ, secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram: quæ bona esse non posset, nisi ipse secundum bonam voluntatem suam vt bona fieret, subueniret. Cum autē
G dixisset, Secūdum bonam voluntatem suā: subiecit, Quam proposuit in illo. i. in dilecto filio suo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis sunt & quæ in terris in ipso, in quo ēt & sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur secm consilium voluntatis suæ vt simus in laudem gloriæ eius. Nimis longum est de singulis disputare, Cernitis autem proculdubio cernitis, quanta manifestatione apostolici eloquij defendatur hæc gratia, contra quam merita exsolluntur humana, tanquam homo aliquid prior det, vt retribuatur ei. Elegit ergo nos deus in Christo ante mundi constitutionem, prædestinans nos in adoptionem filiorum, non quia per nos sancti & immaculati futuri eramus, sed elegit prædestinauitq; vt essemus. Fecit aūt hoc secundum placitum voluntatis suæ, vt nemo de sua, sed de illius erga se voluntate glorietur: fecit hoc secundum diuitias gratiæ suæ, secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in dilecto filio suo, in quo sortem consecuti sumus, prædestinat secm propositum nō nostrum, sed eius qui vniuersa operatur, usqueadeo vt ipse in nobis operetur & velle. Operatur aūt secm consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius. Hinc
H est aūt quod clamamus, vt nemo glorietur 2. Cor. 3 in homine, ac per hoc nec in seipso: sed qui 1. Cor. 1 gloriatur, in dño glorietur, vt simus in laudem gloriæ eius. Ipse quippe operā secm propositum suum, vt simus in laudem gloriæ eius, vtiq; sancti & immaculati, pp qđ nos vocauit prædestinans ante mundi constitutionem. Ex hoc proposito eius est illa electorum propria vocatio, quibus omnia cooperantur in bonum: quia secm propositum vocati sunt sancti, & sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei. Cap. 19

Sed hi nostri de quibus vel pro quibus nunc agimus, forsitan dicunt, Pelagianos hoc apostolico testimonio refutari, vbi dicit ideo nos electos in Christo, & prædestinatos ante mundi constitutionem, vt essemus Ephes. 1 sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Ipsi. n. putant, acceptis præceptis iam per nosipsos fieri liberæ voluntatis arbitrio sanctos & immaculatos, in conspectu eius in charitate: quod futurum deus qm præsciuit, inquiunt, ideo nos ante mundi constitutionem elegit & prædestinauit in Christo: cū dicat Apostolus, Non quia futuros tales nos ee præsciuit, sed vt essemus I tales p ipsam electionē gratiæ suæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo: Cum ergo nos prædestinauit, opus suum præsciuit, qui nos sanctos & immaculatos facit. Vnde recte hoc testimonio Pelagianus error arguitur. Nos aūt dicimus, inquiunt, nrm deum non præsciisse nisi fidem, qua credere incipimus, & ideo nos elegisse ante mundi constitutionē ac prædestinasse, vt iam sancti & immaculati gratia atq; opere eius essemus. Sed audiant & ipsi in hoc testimonio, vbi dicit, Sortē consecuti sumus, pdestinati secm Ephe. 1. propositū, qui vniuersa operatur. Ipse ergo vt credere incipiamus operatur, qui vniuersa operatur, vocationem quippe illā de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei: & de qua dictum est, Non ex operibus, sed ex vocante: cum posset dicere, sed ex credente: & electionem quā significauit Ioan. 15 dñs, dicens, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: nec fides ipsa præcedit: Non. n. qa credidimus, sed vt credamus elegit nos, ne priores eum elegisse dicamus, falsumq; sit, quod absit, Nō vos me elegistis, sed ego vos elegi. Nec quia credidimus, sed vt credamus vocamur, atq; illa vocatione quæ sine pœnitentia est, id prorsus agitur & peragitur, vt credamus. Nec omnia replicanda K sunt, de hac re tā multa q̄ diximus. Deniq; & in huius testimonij consequentibus, deo gratias agit Apostolus pro his qui credide-runt, nō vtiq; quia eis annunciatū est euangelium,

gelium, sed qm crediderunt. Ait. n. In quo & vos audientes uerbum ueritatis euangelium salutis vestræ in quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius: pp hoc & ego audita fide uestra in Chro Iesu & in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro uobis, Noua erat & recens eorum fides prædicato sibi euāgelio, qua fide audita gratias deo eis agit Apostolus. Si homini grās deo eo, quod illum uel putaret nō præstitisse uel nosset, adulatio uel irrisio uerius q̄ gratiarū actio diceret, Nō erremus, deus non irridetur: donum. n. eius est etiā incipiens fides, ne Apostoli falsa uel falsarum gloriarū grārū actio merito iudicet. Quid illud? Nonne initium fidei apparet Thessalonicē sium, de quo tū idem Apostolus deo gratias agit, dicens, Propterea & nos gratias agimus deo sine intermissione, qm cum per cepissetis a nobis verbum auditus dei, excepistis non ut verbum hominum, sed sicut est vere uerbum dei, quod operatur in uobis, cui credidistis. Quid est quòd hinc deo gratias agit? Nempe uanum est atque inane, si cui gratias agit de hoc, quod ipse non fecit. Sed quia hoc uānum & inane non est, profecto deus cui de hoc opere gratias agit, ipse fecit: ut cum per cepissent ab Apostolo uerbum auditus dei, exciperēt illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei. Deus igitur operatur in cordibus hominum, vocatione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, vt non inaniter audiant euangelium, sed eo audito conuertantur & credant, excipientes non vt uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum dei.

M Illud ēt initiū fidei hominū dei esse nos admonet, cum hoc significet Apostolus in epistola ad Colossenses, Orationi instate, ut vigilantes in illa in gratiarū actione, orantes simul & p nobis, ut deus apiat nobis ostiū verbi sui ad loquendū mysterium Christi, pp quod etiam uinctus sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. Quomodo aperitur ostium uerbi, nisi cum sensus auditus audientis ut credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandum salubrem doctrinā prædicantur & disputantur, admittat, ne p infidelitatem corde clauso ea quę dicuntur, im̄ pbet ac repellat? Vnde & ad Corinthios ait, Permanebo aūt Ephesi usq; ad Pēte-1. Co. 16 costen: ostium enim mihi apertum est magnū & euidens, & aduersarij multi. Quid hic aliud pōt intelligi, nisi prædicato ibi per eū primitus euāgelio credidisse multos & multos eiusdem fidei aduersarios extitisse, secūdum illud dñi, Nemo ad me uenit, nisi cui Ioan. 6. datū fuerit a patre meo: Et, Vobis datum Luc. 8. est nosse mysterium regni cœlorū, illis autem non est datum? Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est: aduersarij aūt multi ex eis, quibus non est datum. Itemq; ad eos 2. Co. 2 dem in secunda epistola, idem Apostolus, Cum uenissem, inquit, in Troadem in euāgelio Christi, & ostium mihi apertum eēt in domino, nō habui requiem spiritui meo, eo quòd non inueni Titum fratrem meū, sed uale illis faciens exij in Macedoniam. Quibus uale fecit, nisi eis qui crediderāt, in quorum scilicet cordibus euangelizanti apertum est ostium? Quid autem adiungat Ibidem. attendite, Deo autem, inquit, gratias qui sē A per triumphare nos facit in Christo, & odorem notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco: qa Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui fiunt: & in his qui pereunt, quibusdam quidem odor mortis in mortē, quibusdam autem odor uitæ in uitam. Ecce unde gratias agit miles acerrimus & defensor inuictissimus gratiæ: ecce unde gratias agit, quia Christi bonus odor sunt Apostoli deo, & in his qui salui fiunt gratia eius, & in his qui pereunt iudicio eius. Sed ut minus succenseatur, ab hæc parum intelligentibus, ipse admonet, cum adiungit & dicit, Et ad hæc quis idoneus? Veruntamen redeamus ad ostij apertionem, quam initiū fidei audientium significauit Apostolus. Quid est. n. Orantes simul & pro nobis, ut Colo. 4. deus aperiat nobis ostium uerbi: nisi apertissima, demonstratio etiam ipsum initium fidei esse donum dei? Non. n. orando peteretur ab eo, nisi ab ipso tribui crederēt. Hoc donum cœlestis gratiæ in illam purpurariā descenderat, cui sicut scriptura dicit in Actis Acto. 16 bus Apostolorum, deus aperuerat sensum eius, & intendebat in ea quæ a Paulo dicebantur, sic. n. uocabatur ut crederet. Agit quippe deus quod in cordibus hominum, uel adiuuando, uel iudicando, vt ēt per eos B impleatur quod manus eius & consilium prædestinauit fieri. Fustra itaque etiam illud, quod Regnorum & Paralipomenon scriptura teste pbauimus, cum deus vult

fieri quod non nisi uolentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda ut hoc velint, eo.s. inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur & uellt, ad cãm de qua disserimus, non pertinere dixerunt. Quid.n. est aliud, nihil dicere, & tñ cõtradicere, nisi forte cur eis hoc uisum sit, rationẽ vobis aliquam reddiderunt, quã uos in literis vestris tacere maluistis? Sed quæ illa esse possit ignoro. An forte quia ostẽdimus hoc deũ egisse in cordibus hominum, & ad hoc perduxisse quorum ei placuit uoluntates, vt rex cõstitueret Saul siue Dauid? Ideo hæc exẽpla causæ huic conuenire nõ putãt, qñ non hoc est temporaliter regnare in hoc seculo, quod ẽ in æternum regnare cum deo, ac per hoc existimant ad regna terrena facienda deũ inclinare ad regnum uero cœleste obtinendum, deũ non inclinare quorũ voluerit uoluntates? Sed puto propter regnum cœlorũ, nõ propter regnũ terrenum esse dictum, Inclina cor meũ in testimonia tua: Vel, A dño gressus hominis diriguntur & viam eius volet: Vel, paratur voluntas a dño: Vel, Fiat dñs noster nobiscum, sicut erat cum patribus nostris: non derelinquat nos, nec auertat nos a se: inclinet corda nostra ad se, ut eamus in omnibus uijs eius:
Ps.118. Vel, Dabo eis cor cognoscendi me, & aures
Psa.36. audientes: Vel, Dabo eis cor aliud, & spiritũ
3.Re.8. nonum dabo eis. Audiant etiam illud, Spiritum meum dabo in uobis, & faciam ut in
C iustificationibus meis ambuletis, & iudicia
Ezec.36. mea obseruetis & faciatis. Audiant, A dño diriguntur gressus uiri, mortalis autẽ qũo intelliget vias suas? Audiãt, Omnis uir iuidetur sibimetipsi iustus, dirigit autem corda dñs. Audiant, Crediderunt quotquot erant ordinati in uitam æternam. Audiant hæc & alia quæcunq; non dixi, quibus ostenditur deus ad regnum ẽt cœlorum, & ad uitam æternam parare & conuertere hominũ uoluntates. Cogitare autem quale sit, ut credamus ad constituenda regna terrena hominũ voluntates operari deum, & ad capessendum regnum cœlorum homines operari voluntates suas. Multa diximus, & fortasse iam dudum potuimus persuadere quæ volumus, & adhuc tam bonis ingeniis sic loquimur quasi obtusis, quibus & quod nimi
D um est non eum satis.
Cap. 21 Sed dent ueniam, noua enim quæstio ad hoc nos compulit: quia cum in prioribus opusculis nostris, satis idoneis testimonijs egissemus donum dei esse etiam fidem, inuentum est quod cõtradiceretur, & ad hoc valere illa testimonia, ut ostenderet dei donũ esse incrementum fidei: initium vero fidei quo in Christum primitus creditur, ab homine ipso esse, nec esse donum dei: sed hoc exigere deum, ut cum id præcesserit, cætera tanquam hoc merito consequantur quæ dei dona sunt, nec ullum eorum dari gratis, cũ in eis dei gratia, quæ non nisi gratuita est, præcedit. Quod uidetis quam sit absurdum, propter quod instituimus quantum potuimus, vt ipsum initium fidei donum dei esse ostenderemus. Quod & si diutius fecimus, quam forsitan uellent propter quos fecimus, hinc ab eis reprehẽdi parati sumus: dum tamen & si multo diutius quam uellent, & si cum fastidio ac tædio intelligentium, fateantur nos fecisse quod fecimus, id est etiam initium fidei, sicut continentiam, patientiam, iustitiam, & pietatem, & cætera de quibus cum his nulla contentio est, donum dei esse docuisse. Hic ergo sit huius uoluminis terminus, ne offendat unius nimia E longitudo.

Libri primi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Libes Secundus de bono perseuerantię.

IAm de perseuerantia diligentius disputandum est. Nã & in priore libro cũ ageremus, de initio fidei, ẽt d hac aliqua diximus. Asserimus ergo donum dei esse perseuerantiam qua usque in finem perseueratur in Christo: finem autem dico quo uita ista finitur, in qua tantummodo periculũ ẽ ne cadatur. Itaque utrum quisque hoc munus acceperit, quandiu hanc uitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat, nõ pseuerasse utique dr, & uerissimè dicitur. Quomodo ergo perseuerantiam qui non perseuerauerit, accepisse vel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam, & ab ea decidat atque incontinens fiat, si iustitiam, similiter si patientiã, si ipsam fidem, recte dicitur habuisse & non habere. Cõtinens enim fuit, uel iustus fuit, vel patiens vel fidelis fuit, quãdiu fuit. Cũ uero F

uero esse desistit, non est quod fuit: qui uero non perseuerauerit, qũo perseuerans fuit, cum perseuerando quisq; ostendat perseuerantem, quod iste non fecit? Sed ne quisquã reluctetur & dicat, si ex quo fidelis quisq; factus est, vixit verbi gratia, decem annos, & eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos perseuerauit? Non contendo de verbis, si & illa perseuerantia putatur esse dicenda tanquam temporis sui, hanc certe de qua nunc agimus perseueran tiam qua in Christo perseueratur usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseuerauerit usque in finem: potiusque hanc habuit vnius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter vixit: quam multorum annorum, si exiguum temporis ante mortem a fidei stabilitate defecit.

Quo constituto videamus vtrum hæc
G. 2. perseuerantia, de qua dictum est, Qui per-
to 10. seuerauerit usq; in finem, hic saluus erit:
1. donum sit dei. Quòd si non sit, qũo uerum est quod Apostolus ait, Vobis donatum ẽ pro Christo, non solum ut credatis in eũ, verumetiam vt patiamini pro eo? Horum quippe vnum pertinet ad initium, alterum ad finem: utrunq; tamen est dei donũ, quia vtrunq; dictum est esse donatum, sicut & superius iam diximus. Quod.n. est initium verius Christiano, quam credere in Christum? Quis finis melior est quam pati. p Christo? Sed quod ad id pertinet ut credatur in Christum qualiscunque inuenta est contradictio, ut donum dei non initium, sed augmentum fidei diceretur: cui opinioni donante domino satis superque respondimus. Quid autem dici potest, cur perseuerantia vsque in finem donetur in Christo, cui dnoatur pati pro Christo: aut vt expressius eloquar, cui donetur mori pro
c. 3. Christo? Nam & Petrus Apostolus donum dei hoc esse demonstrans, Melius est, inquit, benefacientes, si uelit uoluntas dei pati, quam malefacientes. Cum dicit, si velit uoluntas dei: ostendit diuinitus donari, nec omnibus sanctis, vt pro Christo patiantur, neque enim quos non uult deus peruenire ad experientiam gloriamque passionis, non perueniunt ad regnum dei si perseuerauerint in Christo usque in finẽ.
H Sed quis dicat istis non donari hanc perseuerantiam, qui ægritudine corporis, uel quocunque casu moriuntur in Christo, cũ longe difficilior donetur illis, a quibus suscipitur & mors ipsa pro Christo? Multo quippe difficilius perseueratur, ubi hoc agit qui persequitur ne perseueretur, & propterea vsq; ad mortem sustinetur, ut perseueretur. Illam proinde difficilius perseuerantiã, istam facilius est habere: sed cui nihil difficile est, facile est utranque donare. Hanc enim promisit deus, dicens, Timorem da- Hier.32
bo in cor eorum, ut à me nõ recedant. Qd quid est aliud, quam talis ac tantus erit timor meus quem dabo in cor eorum, vt mihi perseueranter adhæreant? Cur autẽ perseuerantia ista poscitur a deo, si non datur a deo? An & ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod scitur ipsum non dare, sed ipso non donante esse in hominis potestate: sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum, si ob hoc gratiæ aguntur deo, quod non donauit ipse nec fecit? Sed quod ibi dixi & hic dico. Nolite errare, inquit Apostolus, deus non irridetur. O homo non uerbo Gala.6.
rum tuorum tantum, verumetiam cogitationum tuarum testis est deus: si aliquid à tanto diuite ueraciter ac fideliter posis, ab illo a quo poscis, te accipere credere quod poscis. Noli eum labijs honorare, & super I
eum corde te extollere, credens a teipso tibi esse, quod ab illo te fingis orare. An ab illo perseuerantia nostra forte non poscitur? Iam hoc qui dicit, non meis disputationib. refellendus, sed sanctorum orationibus reuocandus est. An vero quisquam eorum ẽ, qui non sibi poscat a deo vt perseueret in eo, cum ipsa ratione quæ dominica nuncu- Mat. 6.
patur, quia eandem dominus docuit, quando oratur a sanctis, nihil pene aliud quam perseuerantia poscì intelligatur? Legite ali quando intentius eius expositionem in beati Cypriani martyris libro, quem de hac re condidit, cuius est titulus de dominica oratione: & videte ante quot annos contra ea quæ futura erant Pelagianorum uenena, quale sit antidotum præparatum. Nam tria sunt, ut scitis, quę maxime aduersus eos catholica defendit Ecclesia. Quorum est unũ, gratiã nõ secundum merita nostra dari, qñ dei dona sunt, & dei gratia ẽt conferuntur merita uniuersa iustorum. Alterũ est in quantacunque iustitia fine qualibuscunq; peccatis in hoc corruptibili corpore neminem uiuere. Tertium est, obnoxium K
nasci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictum, nisi rea-

tus qui regeneratione contrahitur, regeneratione soluatur. Horum trium hoc quod loco vltimo posui, solū non tractatur in supradicto glorioſi martyris libro. De duobus vero cæteris tanta illic pſpicuitate diſſeritur, vt ſupradicti hæretici noui, inimici gratiæ Chriſti longe ante reperiantur conuicti eſſe q̄ nati. In his ergo meritis ſanctorum, q̄ nulla niſi dei dona ſunt, etiam perſeuerantiam donum dei eſſe ſic loquitur. Dicimus, inquit, Sanctificetur nomen tuū: nō q̄ optemus deo vt ſanctificetur orationibus noſtris, ſed q̄ petamus ab eo, vt nomē eius ſanctificetur in nobis. Cæterum à quo deus ſanctificatur, q̄ ipſe ſanctificat? Sed q̄a
Leui. 19. ipſe dixit, Sancti eſtote, q̄m & ego ſanctus ſum: id petimus & rogamus, vt q̄, in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo q̄d̄ eſſe cœpimus, pſeueremus. Et paulopoſt de hac re ipſe adhuc diſputās, & docens nos perſeuerantiam petere à dño, quod nullo modo recte & veraciter faceret, niſi eius donum ēt
L hoc eſſet: hæc, inq̄t, ſanctificatio vt in nobis permaneat oramus, & q̄a dñs & iudex noſter, ſanato à ſe & viuificato comminatur nō delinquere, ne quid ei deterius fiat: hāc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus & noctibus poſtulamus, vt ſanctificatio, & viuificatio q̄ dei gratia ſumitur, ipſius protectione ſeruetur. In ſanctificatione igitur pſeuerantiam, hoc eſt, vt in ſanctificatione pſeueremus, nos ab eo petere iſte doctor intelligit, cum ſanctificati dicimus, Sanctificetur nomen tuum. Quid eſt. n. petere aliud quod accepimus, niſi vt id quoque nobis præſtet, ne habere deſinamus? Sicut ergo ſanctus, cum deum rogat vt ſanctus ſit, id vtique rogat vt ſanctus eſſe permaneat: ita vtique & caſtus, cum rogat vt caſtus ſit: continens, vt continens ſit: iuſtus, vt iuſtus ſit: pius, vt pius ſit: & cætera quæ contra Pelagianos dona dei eſſe defendimus, hoc ſine dubio petunt vt in eis perſeuerent bonis, quæ ſe accepiſſe nouerūt. Quod ſi accipiunt profecto, & ipſam perſeuerantiā magnam dei donum, quo cætera dona eius cōſeruant, accipiūt: Quid cū dicimus, Adueniat regnū tuū: nū aliud poſcimus, niſi vt veniat & nobis, q̄d̄ eſſe venturū non dubitamus omnibus ſanctis? Ergo & hi qui iam ſancti ſunt, quid orant, niſi vt in ea ſanctitate quæ illis data eſt, perſeuerent?
M Neq; n. aſſiter eis veniet regnū dei, q̄d̄ non alijs, ſed his qui perſeuerant vſque in finē, certum eſt eſſe venturum.

Cap. 3 Tertia petitio eſt, Fiat voluntas tua in cœlo & in terra: vel quod in pleriſque codicibus, legitur, magis q̄; ab orantibus frequentatur: ſicut in cœlo & in terra. Quod plerique intelligūt, ſicut ſancti angeli faciunt, & nos faciamus voluntatē tuam. Vult autem ille doctor & martyr, cœlum & terram intelligi ſpiritū & carnem, & hoc nos orare, vt voluntatem dei re vtraque concordante faciamus. Vidit in his verbis & alterum ſenſum ſaniſsimæ fidei congruentē, de quo iam ſupra locuti ſumus, vt. ſ. pro infidelibus qui ſunt adhuc terra, terrenum tantū hominem prima natiuitate portantes, orare intelligātur fideles, qui cœleſti homine induti, non immerito cœli nomine nuncupantur. Vbi euidenter oſtendit, & initium fidei eſſe donum dei, quando non tantum pro fidelibus vt augeatur in eis vel pſeueret fides, verumetiam pro infidelibus vt habere incipiant eam, quā penitus non habebant, & cō A
tra q̄ corda inſuper inimica geſtabant, ſancta orat Eccleſia. Verum nunc non de initio fidei, de quo in ſuperiori libro multa iā diximus: ſed de illa quæ habenda eſt vſque in finē perſeuerantia diſputamus, quam petunt vtique etiam ſancti qui faciunt voluntatem dei dicentes in oratione, Fiat voluntas tua. Cum. n. iā facta ſit in eis, cur vt fiat adhuc petunt, niſi vt perſeuerent in eo, q̄d̄ eſſe cœperunt? Quanuis hic dici poſsit, nō petere ſanctos, vt voluntas dei fiat in cœlo, ſed vt fiat in terra ſicut in cœlo: in terra. ſ. vt imitetur cœlum, id eſt, vt homo angelū, vel infidelis fidelem: ac per hoc in ſanctos poſcere, vt ſit quod nondum eſt, non vt perſeueret quod eſt. Quantaliber. n. homines ſanctitate præpolleant, nondum ſunt æquales angelis dei: nondum ergo ſicut in cœlo, in eis ſit voluntas dei. Quod ſi ita eſt, in ea quidem parte qua optamus, vt homines ex infidelibus fiāt fideles, nō pſeuerātia, ſed initiū vr optari. In ea vero qua optamus, vt homines in faciēda volūtate dei æquent angelis dei, cū hoc orāt ſancti, pſeuerātia demōſtrant orare: quoniā nemo puenit ad illam ſummam quæ in regno ē batitudinē, niſi in ea ſanctitate quam ſumpſit in terra, B
perſeuerauerit vſque in finem.

Cap. 4 Quarta petitio eſt Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Vbi beatus Cyprianus oſtēdit qū̄ & hic intelligatur perſeuerantia poſtulari. Ait quippe inter cætera, Hunc aūt panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſentes & non communicantes a cœleſti pane prohibemur, a Chriſti corpore ſeparemur. Hæc verba ſancti hominis dei, perſeuerantiam prorſus a dño ſanctos indicant poſcere, qū̄ hac intentione dicunt, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: ne a Chriſti corpore ſeparentur, ſed in ea ſanctitate permaneant, qua nullū quo inde ſeparari mereantur, crimen admittant.

Cap. 5 Quinto orationis loco dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: in qua ſola petitione non inuenitur poſci perſeuerantia. Præterita. n. ſunt peccata quæ nobis vt dimittantur oramus: perſeuerantiam vero quæ in æternum ſaluos facit, tpi quidem huius vitæ, non tñ peracto, ſed ei quod vſq; ad eius
D finem reſtat, eſt neceſſaria. Operæprecium eſt tamen pauliſper intueri, qūo & in hac petitione iam tunc lingua Cypriani, tanquam telo inuictiſsimæ veritatis longe poſtea futuri confodiebantur hæretici. Etiam hoc Pelagiani audent dicere, hominem iuſtum in hac vita nullū habere omnino peccatum, & in talibus hominibus eſſe iam in
Cap. 5. præſenti tempore Eccleſiam non habētem maculam neq; rugam, aut aliquid eiuſmodi, quæ vna & ſola ſponſa ſit Chriſti: tanquam ſponſa eius non ſit, quæ per vniuerſam terram quod ab eo didicit, dicit, Dimitte nobis debita noſtra. Sed attendite quomodo iſtos glorioſiſsimus Cyprianus interimat. Cum. n. locum ipſum dominicæ orationis exponeret, ait inter cætera: Quam neceſſarie aūt, q̄ prouidenter & ſalubriter admonemur q̄ peccatores ſumus, qui pro peccatis rogare compellimur: vt dum indulgentia de deo petitur, conſcientiæ ſuæ animus recordetur, ne quis ſibi quaſi innocens placeat, & ſe extollendo plus pereat, inſtruitur & docetur ſe peccare quotidie, dū quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic deniq; & Ioannes in Epiſtola ſua ponens dixit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, no
1. Ioan. 1. ſipſos decipimus, & veritas in nobis nō eſt: D & cætera quæ hic inſerere longum eſt.

Cap. 6. Iam vero cum dicunt ſancti, ne nos inferas in tentationem, ſed libera nos a malo: quid aliud q̄ vt in ſanctitate perſeuerēt, precantur? Nam profecto conceſſo ſibi iſto dei dono, quod eſſe dei donum, cum ab illo poſcitur, ſatis aperteque monſtratur: iſto igitur conceſſo ſibi dono dei, ne inferantur in tentationem, nemo ſanctorū eſt, qui non teneat vſq; in finem perſeuerantiā ſanctitatis: neq; enim quiſquam in propoſito Chriſtianitatis perſeuerare deſiſtit, niſi in tentationem primitus inferatur. Sic ergo cōceda tur ei quod orat, vt non inferatur in tentationem, in ſanctificatione vtique quam deo donante percepit, deo donante perſiſtit. Sed nolunt, vt ſcribitis, iſti fratres ita hanc perſeueratiam prædicari, vt non vel ſupplicite emereri, vel amitti contumaciter poſsit, vbi quid dicant parū diligenter attendunt: De illa. n. perſeuerantia loquimur qua perſeueratur vſq; in finem, quæ ſi datā eſt, perſeueratum eſt vſq; in finem: ſi aūt non eſt perſeueratum vſq; in finem, non eſt data, quod iam & ſuperius ſatis egimus. Non itaq; dicant homines perſeuerātiam cuiquā datam vſq; in finem, niſi cum ipſe venerit finis, & perſeueraſſe cui data eſt, repertus fuerit vſq; in finem. Dicimus quippe caſtū E
quem nouimus caſtum, ſiue ſit, ſiue non f.t in eadem caſtitate māſurus: & ſi quid aliu id diuini muneris habeat quod teneri & a mitti poteſt, dicimus eum habere quandiu cunque habet, & ſi amiſerit, dicimus hab uiſſe. Perſeuerantiam vero vſq; in finem, q̄m nō habet quiſquam, niſi qui perſeuera uerit vſque in finem: multi eā poſſunt ha ere, nullus amittere. Neq; n. metuēdum eſt, ne forte cum perſeuerauerit homo vſq; in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur, ne perſeueret vſq; in finem. Hoc ergo dei donum ſupplicetur emereri poteſt, ſed cum datum fuerit, amitti contumaciter non poteſt. Cū enim perſeuerauerit quiſquam vſque in finē, neque hoc donum poteſt amittere, nec aliā quæ poterat ante finem. Quomodo enim poteſt amitti per quod fit, vt non amittatur etiam quod poſſet amitti? Sed ne forte dicatur, vſque in finem perſeuerantiam non amitti quidem, cum data fuerit, id eſt, cum perſeuera um fuerit vſque in finem: ſed tunc amitti quodammodo, quando agit homo per tontumaciam, vt ad eam peruenire non poſsit: ſicut dicimus hominem qui non perſeuerauerit vſque in finem, amiſiſſe vitam æternam, vel regnum dei, F
non quod iam acceperat & habebat, ſed

quod acciperet & haberet, si perseueraſſet: verborum controuersias auferamus, & nō nulla etiam quæ non habentur, sed haberi sperantur, posse dicamus amitti. Dicat mihi quisquis audet, vtrum deus dare nō possit quod à se posci imperauit? Hoc certe ꝙ sapit, non dico desipit, sed insanit. Imperauit autem deus, vt ei sancti eius dicant orātes,
Matt.6. Ne inferas nos in tentationem. Quisquis igitur exauditur hoc poscens, non infertur in contumaciæ tentationem, qua posit vel dignus sit perseuerantiam sanctitatis amittere. At.n. volūtate sua quisque deserit deū vt merito deseratur à deo. Quis hoc negauerit? Sed ideo petimus, ne inferamur in tentationem, vt hoc non fiat. Et si exaudimur, vtique non fit, quia deus non permittit vt fiat. Nihil.n. fit nisi quod aut ipse facit, aut fieri ipse permittit. Potens ergo est, & à malo in bonū flectere voluntates, & in lapsum pronas conuertere, ac dirigere in sibi placi-
Psal 84. tū gressum. Cui non frustra dicitur, Deus
Psal.65. tu conuertens viuificabis nos. Non frustra dicitur, Ne des ad mouendum pedē meū.
G Non frustra dicitur, Ne tradas me domine
Psa.139. à desyderio meo peccatori. Postremo ne multa commemorem, cum nobis plura cortasse occurrāt, non frustra dicitur, Ne nos inferas in tentationem. Nam quisquis in tentationem non infertur, profecto nec in tentationem suæ malæ voluntatis infertur: Et qui in tentationem suæ malæ voluntatis non infertur, in nullam prorsus inferrur. Vnusquisque.n tentatur vt scriptum est, à
Iacob.2. concupiscentia sua abstractus & illectus. Deus autem neminem tentat, tentatione. s. noxia. Nam est & vtilis quando non decipimur vel opprimimur, sed probamur, se-
Psal.25. cundum quod dictum est, Proba me domine & tenta me. Illa ergo noxia tentatio est,
1.Thes.3 quam significat Apostolus, dicens, Ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis sit labor vester. Deus, vt dixi, neminē tentat, hoc est, neminem infert vel inducit in tentationem. Nam tentari & in tentationem non inferri non est malum, imō etiam bonum est, hoc est enim probari. Quod itaq; dicimus deo, Ne nos inferas in tentationē: quid dicimus, nisi in nos inferi sinas? Vnde sic orant nonnulli, & legitur in codicibus pluribus, & hoc sic posuit beatus Cyprianus, Ne patiaris nos induci in tentationē.
In Euangelio tamen græco nusquam inue-
H ni, nisi, Ne nos inferas in tentationem. Tu-

tiores igit̄ viuimus, si totū deo damus. Non aūt nos illi ex parte & nobis ex parte cōmittimus, qđ vidit iste venerabilis martyr. Nā cum eundē locum orationis exponeret, ait post cætera, Quando autem rogamus, ne in tentationē veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ: dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne qs sibi superbe arroganterq; aliq̄d assumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam dicat: cum dominus ipse humilitatem docens, dixerit, Vigilate & orate, ne venia- Mat.26
tis in tentationem, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. vt dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totum deo quicquid suppliciter cum timore dei petitur, ipsius pietate præstetur.

Si ergo alia documenta non essent, hæc Cap.7.
dominica oratio nobis ad causam gratiæ q̄ defendimus, sola sufficeret: quia nihil nobis reliquit, in quo tanquam in nostro gloriemur. Si quidē & vt non discedamus à deo, non ostendit dandum esse nisi à deo, cum poscendum ostendit à deo, Qui.n. non infertur in tentationem, non discedit à deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbi I
trij, quales nunc sunt: fuerat in homine antequam caderet. Quæ tamen libertas voluntatis in illius ptimæ conditionis præstātia quantum valuerit, apparuit in angelis, qui diabolo cum suis cadente in veritate steterunt, & ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nūc eos esse certissimi sumus, peruenire meruerunt. Post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suā deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eum: neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt homo non recedat ab eo. Hanc gratiam posuit in illo in quo sortem consecuti sumus, prædestinatis secūdum propositum Ephe.1.
eius qui vniuersa operatur: Ac per hoc sicut operatur vt accedamus, sic operatur, ne discedamus. Propter quod ei per Prophetā dictū est. Fiat manus tua sup virū dexteræ Psal.79.
tuæ, & super filium hominis quē confirmasti tibi, & non discedimus à te. Iste certe nō est Adā primus, in quo discessimus ab eo, sed Adā nouissimus, sup quē sic manus eius vt nō discedamus ab eo Christus. n. totus cū mēbris suis est pp Ecclesiā, quæ est corpus eius, plenitudo eius. Cum ergo sic super eum manus dei, vt non discedamus à K
deo, ad nos vtique peruenit opus dei. Hoc est. n. manus dei, quoniam opere dei fit vt

simus

simus in Christo permanentes cū deo, non sicut in Adam discendentes à deo. In Chri-
Ephe.1: sto. n. sortem consecuti sumus, prædestinati scđm propositum eius qui vniuersa operatur. Manus igitur dei est ista, non nostra, vt non discedamus à deo. Manus, inquam, eius est ista, qui dixit, Timorem meum dabo in
Hier.32 cor eorum ut a me non recedant. Propter quod & posci a se voluit, ne inferamur in tē tationem: quia si non inferimur, nulla ab eo ratione discedimus. Quod poterat nobis ēt non orantibus dari, sed oratione nostra vos voluit admoneri, à quo accipiamus hæc beneficia. A quo enim, nisi ab illo accipimus, à quo iussum est ut petamus? Prorsus in hac re non operosas disputationes expectet Ecclesia, sed attēdat quotidianas orones suas. Orat, vt increduli credant: Deus ergo conuertit eos ad fidem. Orat, vt credentes perseuerent: Deus ergo donat perseuerantiam vsq; in finem. hoc deus futurum esse præ-
Ephe.1. sciuit. Ipsa est prædestinatio sanctorū, quos elegit in Christo ante constitutionē mūndi, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinans eos in
L adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, scđm plācitum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit eos in dilecto filio suo, in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius, remissionē peccatorū scđm diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in eos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet eis mysterium voluntatis suæ scđm bonam voluntatē suam, quam proposuit in illa dispositione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris in ipso, in quo etiam & sortem consecuti sumus, prædestinati scđm propositū eius qui vniuersa operatur. Contra istam veritatis tā clarā tubā, quis homo sobriæ vigilātisq; fidei voces vllas admittat humana?
Cap. 8. Sed cur, inquit, gratia dei non secundum merita hominum datur? Respondeo, qm deus misericors est. Cur ergo inquit, nō omnibus? Et hic respondeo, Quoniam deus iudex iustus est: Ac per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iusto eius in alijs iudicio demonstratur, quid eis quibus datur, conferat gratia. Non itaque simus ingrati, q̄ secundum placitum voluntatis suæ, in laudē gloriæ gratiæ suæ tam multos liberat misericors deus de tam debita perditione, vt si
M inde neminem liberaret, non esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationē, non iniustitia iudicati sunt filij iræ, sed iustitia. Qui ergo liberatur, gratiam diligat, qui non liberatur, debitum agnoscat. Si in remittendo debitum bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nusquam esse apud deū iniquitas inuenitur. Sed cur, inquit, non solū in paruulorū, verumetiā in geminorum vna atq; eadem causa, tā diuersum iudiciū? Nonne similis quæstio est, cur in diuersa causa idem iudicium? Recolamus igitur illos operarios, in vinea qui tota die laborauerunt, & eos qui hora vna, nempe causa diuersa est impensi laboris, & tū idem iudiciū in redditione mercedis. Nunquid & hic audierunt murmurantes a patrefamilias, nisi hoc volo? Ita quippe eius erga alios fuit largitas, vt erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidē vtriq; in bonis sunt: veruntamen quantū ad iustitiam spectat & gratiam, põt & de reo qui liberatur recte dici, volo: põt & de eo qui damnatur, Tolle quod tuum & vade: huic autem volo quod nō debetur donare. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Hic ille si dicat, cur non & mihi? A
merito audiet, O homo tu quis es qui re- Rom.11
spondeas deo? Quem certe in vno vestrum benignissimum largitorem, in te vero exactorem iustissimum, in nullo tamen cernis iniustum. Cum.n. iustus esset, etiā si vtrunque puniret: qui liberatur, habet vnde gratias agat: qui damnatur, non habet quod reprehendat. Sed si iam, inq̄t, hoc oportebat, vt damnatis non omnibus, quid omnibus deberetur ostenderet, atq; ita gratius suam gratiam in vasis misericordiæ cōmendaret: cur in eadem causa me potius q̄ illū puniet, aut illum q̄ me potius liberabit? Hoc non dico: si quæris quare, quia fateor me non inuenire quid dicam. Si & hoc quæris quare, quia in hac re sicut iusta est ira eius, sic & magna est misericordia eius, ita inscrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat & dicat, cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide, perseuerare vsque in finem non dedit? Cur putas, nisi quia non mentitur qui dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam 1.Ioā.2
si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum? Nunquid ergo hominum naturæ duę sunt? Absit. Si duæ naturæ essent, gratia vlla non esset: nulli enim daretur gratuita liberatio, si naturæ debita redderetur. Hominibus autem videtur, omnes qui boni appa- B
rent

rent fideles,perseuerantiam vsque in fidem accipere debuisse, Deus autem melius esse iudicauit,miscere quosdam non perseueraturos certo numero sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitę tentatione securitas,non possint esse securi:multos enim à pernicioſa elatione reprimit, quod
1.Co.10 ait Apostolus, Quappq videtur stare videat ne cadat. Voluntate aũt sua cadit,qui cadit:& volũtate dei stat,qui stat. Potẽs est enim deus statuere illum:non ergo ipse se-
Ro. 11. ipsum,sed deus. Veruntamen bonũ est non altum sapere, sed timere. In cogitatione autem sua vel cadit quisque vel stat. Sicut au-
2.Co.3. tem Apostolus ait,quod & in libro superiori memorauit, Non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis,sed sufficien
Ambro. de fuga seculi, ca. 1. tia nostra ex deo est. Quem secutus beatus Ambrosius audet & dicit,Non enim in potestate nostra est cor nostrum,& nostræ cogitationes: qđ omnis qui humiliter & veraciter pius est,esse verissimum sentit. Hoc autem Ambrosius ut diceret,in eo libro loquebatur quem de fuga seculi scripsit, docens,hoc seculum non corpore,sed corde esse fugiendum,quod nisi auxilio dei fieri nõ
C posse disseruit. Ait enim,Frequens nobis de fugiendo seculo isto est sermo,atq; vtinam q̃ facilis sermo, tam cautus & solicitus affectus : sed quod peius est, frequentes irrepit terrenarum illecebra cupiditatum,& vanitatum offusio mẽtem occupat,vt quod studeas euitare, hoc cogites animoque voluas quod cauere difficile est homini,exuere autem impossibile . Denique voti magis eam esse rẽ quàm effectus,testatur Propheta di-
Ps. 118. cẽdo,Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam: non.n.in ptãte nostra est cor nostrũ & cogitationes nostræ, quæ improuiso offusæ mentẽ animũq; confundunt,atq; alio trahunt q̃ tu proposueris: ad secularia reuocant,mundana inserunt,voluptaria ingerunt,illecebrosa intexunt,ipsoq; in tempore quo eleuare mentem paramus, inserti inanibus cogitationibus, ad terrena plerunque deijcimur. Non itaque in hominum,sed in dei est potestate, vt habeant ho
Ioan. 1. mines potestatem filij dei fieri . Ab ipso
Gala. 5. quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidẽ, quæ operetur per dilectionem: ad quod bonum sumendum & tenendum, & in eo per
D seueranter vsque in finem proficiendum, non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis , sed sufficientia nostra ex deo est : in cuius est potestate cor nostrum, & cogitationes nostrę . Ex duobus itaque paruulis originali peccato pariter obstrictis , cur iste assumatur, ille relinquatur : & ex duobus ætate iam grandibus impijs , cur iste ita vocetur , vt vocantem sequatur , ille autem aut non vocetur , aut non ita uocetur,vt vocantem sequatur: inscrutabilia sunt iudicia dei. Et duobus autem pijs , cur huic donetur perseuerantia vsq; in finẽ,illi autem nõ donetur: inscrutabiliora sunt iudicia dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum,hunc esse prædestinatis,illum nõ esse. Nam si fuissent ex
1.Ioã.2. nobis, ait vnus prædestinatorum,qui de pectore domini bibebat hoc secretum, mansissent vtiq; nobiscũ. Quid ẽ q̃so, nõ erãt ex nobis,nã si fuissent mansissent utiq; nobiscum? Nonne utriq; a deo creati , utriq; ex
Psal.57. Adam nati,vtriq; de terra facti erant, & ab eo qui dixit , Omnem flatum ergo feci ; unius eiusdemque naturæ animas acceperant ? Nonne postremo utique uocati fuerant , & uocantem secuti, utrique ex impijs iustificati,& per lauacrum regenerationis vtriq; renouati? Sed si hoc audi
E ret ille qui sciebat proculdubio quod dicebat: respondere posset & dicere , vera hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant , veruntamen secundum aliam quãdam discretionem non erant ex nobis . nam si fuissent ex nobis,mansissent vtiq; nobiscum. Quæ nam est tandem ista discretio? Patent libri dei,non auertamus aspectum. Clamat scriptura diuina , adhibeamus auditum . Non erant ex eis,quia non erant secundum propositum vocati:non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: nõ erant in eo sortem consecuti : non erant prædestinati secundum propositum eius , qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent,ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Vt enim non dicam , quàm sit possibile deo , auersas & aduersas in fidem suam hominũ conuertere voluntates , & in eorum cordibus operari , ut nullis aduersitatibus cedant,nec ab ipso aliqua superati tentatione discedant.cum possit: & quod ait Apostolus facere,vt non eos permittat tẽtari super
1.Co.10 Cap.5. id quod possunt. Vt ergo id non dicam , certe poterat illos deus præsciens esse lapsuros,antequam id fieret auferre de hac vita. An eo redituri sumus , vt adhuc disputemus,

mus, quãta absurditate dicatur iudicare homines mortuos etiam de his peccatis , quæ
F præsciuit eos deus perpetraturos fuisse,si viuerent? Quod ita abhorret à sensibus Christianis,aut prorsus humanis,vt id ẽt refellere pudeat . Cur.n.non dicatur & ipsum Euangelium,cum tanto labore, passionibusque sanctorum frustra esse pdicatũ, vel adhuc ẽt prædicari,si iudicari poterant homines etiam non audito Euangelio secundum
Luc.10. contumaciam vel obedientiam, quam pscivit deus eos habituros fuisse si audissent? Nec damnarentur Tyrus & Sidon , q̃is remissius,q̃ illæ ciuitates, in quibus nõ credentibus,à domino Christo mirabilia & signa sunt facta: qm̃ si apud illas facta essent, in cinere & cilicio pœnitentiam egissent:sicut se hñt eloquia veritatis in quibus verbis suis dñs Iesus altius nobis mysterium pdestinationis ostendit.Si.n.quæratur à nobis , cur apud eos tanta miracula facta sint, qui videntes ea non fuerant credituri:& apud eos facta non sint , qui crederent si viderent:quid respondebimus ? Nunquid dicturi sumus quod in libro alio dixi, vbi sex quibusdam quæstionibus Paganorum,sine
G De sex quæstionibus contra Paganos q̃ dixi. præiudicio tamen aliarum causarum , quas prudentes possunt inuestigare , rndi ? Hoc qppe vt scitis , cum Christus quare post tã longa tempora venerit,quęreretur:dixi qđ his temporibus & his locis,quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat,quales multi in eius corporali præsciẽtia fuerunt , qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt . Itẽ paulopost in eodem libro , atq; in eadem quæstione . Quid mirum , inquam , si tam infidelibus plenũ orbẽ terrarũ Christus prioribus seculis nouerat , vt eis prædicari merito nollet, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Hæc certe de Tyro & Sidone non possumus dicere,& in eis cognoscimus ad eas causas prædestinationis hæc diuina iudicia pertinere , sine quarum causarum latẽtium præiudicio, tunc ista rñ dere me dixi. Facile est quippe vt infidelitatem accusemus Iudæorum de libera voluntate veniẽtẽ , qui factis apud se tam magnis virtutibus credere noluerũt. Quod & dñs
Luc.10. increpans arguit & dicit , Væ tibi Corozaim & Bethsaida , quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes , quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Sed nunquid possumus dicere etiã Tyrios & Sidonios talibus, apud se H virtutibus factis credere noluisse,aut credituros aon fuisse,si fierent cũ eis? Ipse dñs attestatur q̃ facturi essent magnæ humilitatis pœnitentiã,si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum. Et tamen in die iudicij punientur,quamuis minore supplicio quã illæ ciuitates quæ apud se seruitutibus factis credere noluerunt. Secutus.n.dominus ait, Veruntũ dico uobis, Tyro & Siduni remissius erit in die iudicij quã uobis. Seuerius ergo punientur isti,illi remissius,sed tñ punient. Porro si etiã secundũ facta quæ facturi essent si viuerent,mortui indicantur,profecto quia fideles futuri erant isti , si eis cũ tantis miraculis fuisset Euangelium prædicatum, non sunt utique puniendi:puniẽtur autem.

Falsum est igit̃ & secundũ ea mortuos Cap.10 iudicari,quæ facturi eẽnt si ad uiuẽtes Euãgelium pueniret. Et si hoc falsum,nõ ẽ cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate morientes,hoc in eis eo merito fieri,quia pscivit eos deus si uiuerent prædicatũq; illis fuisset Euangeliũ,infideliter audituros. Restat igitur ut solo peccato originali teneantur obstricti,& propter hoc solum eant in dãnationem: qm̃ uidemus alijs eandem habentibus causam,nõ nisi per dei gratuitam gram regenerationem donari: & eius occulto iusto tñ iudicio,qm̃ non est ini- Rom.9. quitas apud deum,quosdam etiam post baptismũ pessime uiuendo perituros,in hac tñ vita quousq; pereant detineri:qui non perirent si eis corporis mors lapsum eorum p ueniens subuenirent: qm̃ nullus mortuus iudicatur ex bonis seu malis, quæ fuerat si non moreretur acturus: alioquin Tyrij & Sidonij non secundum ea quæ gesserũt pœnas luerent,sed potius secundum ea quæ gesturi fuerant, si in eis illæ uirtutes Euangelicæ factæ fuissent p grandem pœnitentiã, & per Christi fidem consequentur salutem. Quidam disputator catholicus non ignobilis hunc Euangelij locum sic exposuit, ut diceret,præsciisse dominum Tyrios & Sidonios a fide fuisse postea recessuros, cum factis apud se miraculis credidissent,& misericordia potius non eum illic ista feciſſe.qm̃ grauiori pœnæ obnoxij fierẽt si fidẽ quam tenuerant, reliquissent , quam si eam nullo tempore tenuissent. In qua sententia docti hominis & admodum acuti , quæ sint adhuc

K adhuc merito requirenda, quid me nunc attinet dicere, cum & ipsa nobis ad id quod agimus suffragetur? Si.n.miseratione dñs non fecit in illis virtutes, per quas fieri possent fideles, ne grauius punirentur cum postea fierent infideles, q̃ eos iterũ infideles futuros fuisse præsciuit: satis aperteq; demõstratur de his peccatis neminem iudicari mortuorum, q̃ præsciuit fuisse facturum, si aliquo mõ ei ne illa faciat subuenitur: sicut Tyrijs & Sidonijs, si sententia illa vera est, subuenisse dicitur Christus, quos maluit non accedere ad fidem, q̃ scelere multo grauiore discedere à fide: quod eos si accessissent, puiderat fuisse facturos. Quãuis si dicatur, cur non factũ est vt crederent potius, & hoc eis præstaretur, vt antequam fidẽ relinquerent ex hac vita migrarent: quid rñderi possit ignoro. Quid.n.dicit, relicturis fidem beneficium fuisse concessum, ne habere inciperent quod grauiore impietate desererent, satis indicat non iudicari hominem ex eo quod prænoscitur male fuisse facturus, si ei quocunq; beneficio vt id nõ faciat consulatur. Consultũ est igitur & illi, q̃ raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius.

L Sed cur non ita consultum fuerit Tyrijs & Sidonijs vt crederent & raperentur, ne malitia mutaret intellectum eorũ, forsitan rñderet ille, cui placuit isto modo hanc soluere quæstionem. Ego vero quantum ad hoc quod ago attinet, sufficere video, vt secundum istam quoq; sententiam, demonstrent homines non iudicari de his quæ non fecerunt, etiã si facturi fuisse præuisi sunt: Quãquam, vt dixi, hanc opinionem, qua putant in morientibus vel mortuis vindicari peccata, quæ præsciti sunt facturi esse si viuerent, etiã refellere pudeat, ne uideamur & nos existimasse alicuius esse momenti, quã maluimus disputatione cohibere, quàm silentio præterire.

Cap. 11. Proinde sicut Apostolus ait, Nõ volẽtis Rom.9. neq; currentis, sed miserentis est dei: qui & paruulis quibus vult, etiam non volentibus neque currentibus subuenit, quos ante constitutionẽ mũdi elegit in Chro, daturus etiã eis gram gratis, hoc ẽ nullis eorum vel fidei vel operũ meritis pcedẽtibus: & maioribus ẽt si quos puidit, si apud eos facta eẽnt, suis miraculis credituros: q̃bus non vult subuenire, nõ subuenit. de q̃bus i sua pdestinatione occulte q̃dẽ, sed iuste aliud iudicauit: nõ Rom.11. enim est iniquitas apud deũ, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Vniuersæ autẽ viæ dñi misericordia Psa.24. & veritas. Inuestigabilis ergo est miseri- M cordia, q̃ cuius vult miseretur, nullis eius præcedentibus meritis: & inuestigabilis veritas q̃, quẽ vult obdurat, eius quidem præcedentibus meritis: sed cũ eo cuius miseret plerũq; cõmunibus. Sicut duorum gemino Rom.5. rũ, quorũ vnus assumitur alius relinquit, dispar est exitus, merita cõmunia. In quibus tamen sic alter magna dei bonitate liberat, vt alter nulla eius iniquitate damnet. Nunquid.n.iniquitas est apud deũ? Absit. Sed inuestigabiles sunt viæ ipsius. Itaq; misericordiam eius in his qui liberãtur, & veritatem in his qui puniũtur, sine dubitatione credamus: neq; inscrutabilia scrutari, neque inuestigabilia vestigare conemur. Ex ore quippe infantium & lactentium suam Psal. 8. perfecit laudẽ: vt quod in his videmus, quorum liberationẽ bona eorum merita nulla præcedunt: & in his quorũ damnationem vtriq; cõmunia originalia sola præcedũt: hoc & in maioribus fieri nequaquam omnino cunctemur. i. non putantes, vel secũdũ sua merita gratiam cuiquã dari, vel nisi suis meritis quenquã puniri, siue pares qui liberantur atq; puniuntur, siue dispares habeãt causas malas, vt qui videtur stare videat ne A cadat, & qui gloriantur, non in seipso, sed 1.Co.10 in domino glorietur. Cur aũt causam paruulorum ad exemplum maiorum, sicut scriHier.9. bitis, non patiũtur afferri homines qui cõtra Pelagianos non dubitant esse peccatum originale, quod per vnum hominem intrauit in mundum, & ex vno omnes isse in cõRom.5. demnationem? Quod & Manichæi non accipiunt, qui nõ solum omnes ueteris instrumenti scripturas in nulla authoritate non habent, verũetiam eas quæ ad nouum pertinent testamentũ, sic accipiunt, vt suo quodam priuilegio, immo sacrilegio, quod volunt sumant, quod nolunt reijciant. Cõtra quos agebãt in libris de libero arbitrio, vt de isti nobis præscribendum putant. Ideo quæstiones operosissimas incidentes enucleate soluere nolui, ne nimium lõgũ opus esset, vbi me aduersus tam peruersos testimoniorũ diuinorũ nõ adiuuabat authoritas. Et poteram, sicut feci, quodlibet horum verum esset, quæ nõ definite interponebã, certa tñ ratione cõcludere, in omnibus deũ esse laudandum, sine vlla necessitate credendi duas, sicut illi uolunt, coæternas, boni & mali permixtas esse substantias. Deni B Retra. que in primo Retractationum libro, quod 9.9. opus meum nondum legistis, cum ad eosdẽ libros retractandos venissem, hoc est de libero arbitrio, ita locutus sum. In his, inquã, libris ita multa differta sunt, vt incidentes nonnullæ quæstiones quas vel enodare nõ poteram, vel longam sermocinationem in præsenti requirebant: ita differentur vt ex vtraq; parte, vel ex omnibus earundẽ qõnum partibus, in quibus non apparebat q̃d potius congrueret veritati, ad hoc tñ ratiocinatio nostra concluderet, vt quodlibet eorum verum esset laudandus crederetur, vel etiam ostenderetur deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: & deum, si ita est, creatorẽ omniũ naturarũ culpandum esse contendunt, eo mõ volentes secundum suæ impietatis errorẽ, Manichæi.n.sunt, immutabilem quandam & deo coæternam introducere naturam ma li. Item post aliquantum alio loco. Deinde dictum est, inquam, ex quo miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia homo sponte, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere: ad quam miC seriam iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo liberatur quisquam, nisi dei gratia. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione descendere, negantes originale peccatum. Quamuis ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset deus, sicuti in eodem libro tertio disputauimus. Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris instrumenti, in quibus peccatum originale narratur. Et quicquid inde in literis apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse contendunt à corruptoribus scripturarum, tanquam non fuerit ab Apostolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod vtraque scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Hæc dixi in primo libro Retr. Retractationũ, cum retractarem libros de 9. libero arbitrio. Nec sola sane isti ibi à me dicta sunt de his libris, verum & alia multa, quæ huic ad vos operi inserere longum putaui & non necessarium, quod & vos existimo esse iudicaturos, cũ oĩa legeritis. Quã-

uis ergo in libro tertio de libro arbitrio ita de paruulis disputauerimus, vt etiã si uerũ esset quod dicunt Pelagiani, ignorãtiam & D difficultatem sine quibus nullus homo nascitur, primordia, non supplicia esse naturæ vincerentur tñ Manichæi, q̃ volunt duas boni.s.& mali coæternas esse naturas: nunquid ideo fides in dubium vocanda uel deserenda est, q̃ cõtra ipsos Pelagianos catholica defendit Ecclesia, quæ asserit originale esse peccatũ, cuius reatus generatione contractus, regeneratione soluẽdus est? Quod si & isti fatentur nobiscum, vt simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem, cur putant esse dubitandum, q̃ ẽt paruulos deus quibus dat suã gratiam per baptismatis sacrm, eruat de potestate tenebrarum, & transferat in regnum filij claritatis suæ? In eo ergo q̃ aliis eam dat, alijs nõ dat, cur nolunt cantare domino misericordiam & iudi Psa.100. ciũ? Cur autẽ illis potius q̃ illis detur, quis cognouit sensum domini? Quis inscrutabi Rom.11: lia scrutari valeat? Quis inuestigabilia uestigare?

Conficitur itaq; gratiam dei non secun- Cap. 12 dũ merita accipientiũ dari, sed secm placitũ volũtatis eius: in laudẽ & gratiã ipsius grã eius, vt qui gloriatur, nullo modo in seipso, sed in dño glorietur, qui hominibus dat quibus vult, quoniam misericors est, q̃ & si nõ 1. Cor.1. det, iustus est: & nõ dat quibus non vult, vt E notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordię. Dando.n.quibusdam quod nõ merentur, profecto gratuitam, & per hoc uerã Rom.9. suam gratiã esse uoluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur ostẽdit. Bonus in beneficio certorum, iustus in supplicio cæterorũ: & bonus in omnibus, qm̃ bonum est cum debitum redditur: & iustus in omnibus, qm̃ iustum est cum debitum sine cuiusquã fraude donat. Defenditur aũt sine meritis dei gratia, id est, uera gratia, etiam si paruuli baptizati, sicut Pelagiani sentiunt, non eruuntur de potestate tenebrarum, q̃ nulli peccato sicut putant, tenentur obnoxii, sed tãtum in regnum dñi transferũtur: etiam sic enim siue vllis bonis meritis datur eis regnum quibus datur, & sine ullis malis meritis non datur eis, quibus non datur. Quod aduersus eosdem Pelagianos dicere solemus, quando nobis obiiciunt, q̃ fato tribuamus dei gratiam, dicendo eum non secundum merita nostra dari. Ipsi.n. potius dei gratiam fato in paruulis tribuũt qui di-

qui dicunt tatum esse, vbi meritum nō est.
Nulla quippe merita etiam secundum ipF sos Pelagianos, possunt in paruulis inueniri, cur alij eorum mittantur in regnum, alij alienentur à regno. Sicut autem nunc vt ostenderem gratiam dei non secundum merita nostra dari, secundum vtrunq; sensum hoc defendere malui: & secūdum nostrū. s. qui obstrictos originali peccato paruulos dicimus: & secundum Pelagianorū sensum, qui originale negant esse peccatum: nec tñ ideo mihi est ambigendum, habere paruulos quod eis dimittat qui saluum facit popu
I.i.3. de lum suum à peccatis: ita & in tertio libro de lib. arbi. libero arbitrio secundum vtrunq; sensum
cap. 23. restiti Manichæis, siue supplicia, siue pri-
3. se. di. mordia naturæ sint ignorantia & difficul-
15. c. sed tas, sine quibus nullus hominum nascitur,
forte. & tamen vnum horum teneo. Ibi quoq; à
1 Retr. me satis euidenter expressum est, q̄ non sit
cap. 9. ista natura instituti hominis, sed pœna dānati. Fruſtra itaq; mihi de illius libri mei vetustate præscribitur, ne agam causam sicut debeo agere paruulorum, & inde gratiā dei non secundum merita hominum dari,
1. Retr. perspicuæ veritatis luce conuincam. Si. n.
cap. 9. quando libros de libero arbitrio laicus Ro
G mæ cœpi, & in Aphrica presbyter explicaui, adhuc de damnatione infantium non renascentium, & de renascentium liberatione dubitarem: nemo, vt opinor, est tā iniustus atq; inuidus, qui me proficere prohiberet, atq; in hac dubitatione remanendum mihi esse iudicaret. Cum vero rectius possit intelligi, non me propterea de hac re dubitasse credi oportere: quia contra quos mea diri gebatur intentio, sic mihi visi sunt refellendi, vt siue pœna esset peccati originalis in paruulis, quod veritas habet, siue non esset, qđ nonnulli errantes opinantur, nullo mō tamen quam manichæorum error inducit, duarum naturarum boni. s. & mali permixtio redderetur: absit vt causam paruulorum sic relinquamus, vt esse nobis dicamus incertum, vtrum in Christo regenerati, si moriantur paruuli, transeant in æternam salutem: non regenerati autem trāseant in mortem secundam, q̄m q̄. idem scriptum est,
Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines transijt. Aliter recte intelligi non potest: nec à morte perpetua, quæ iustissime est retributa peccato, liberat quē quam pusillorum atque magnorum, nisi ille qui propter remittenda & originalia & propria nostra peccata mortuus est, sine H suo vllo originali proprio ve peccato. Sed quare illos potius quam illos? Iterum atq; Rom. 5. iterum dicimus, nec nos piget. O homo tu Ro. 11. quis es, qui respondeas deo? Inscrutabilia Ecclesia. xliij. sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et hoc adijciamus, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Videtisne charissimi quàm sit absurdum, & à fidei sanitate atque synceritate veritatis alienum, vt dicamus paruulos mortuos secundum ea iudicari, quæ præsciti sunt facturi esse si viuerent? In hanc autem sententiam, quam certe omnis sensus humanus quantulacunque ratione subnixus, maximeque Christianus exhorret, ire compulsi sunt, qui sic à Pelagianorum errore alieni esse voluerūt, vt tamen gratiam dei per Iesum Christū dominum nostrum qua nobis vna post lapsum primi hominis, in quo omnes cecidimus, subuenitur, secundum merita nostra dari sibi adhuc existiment esse credendum, & disputatione insuper proferendum. Qđ ipse Pelagius ante orientales Episcopos iudices damnationis suæ timore damnauit. Hoc autem si non dicatur de mortuorū. s. operibus, quæ facturi erant si viuerent bonis aut malis, ac per hoc nullis, & in ipsa I dei præscientia non futuris: hoc ergo si non dicatur, quod cernitis quanto errore dicatur, quid restabit, nisi vt gratiam dei non secundum merita nostra dari, quod contra hæresim Pelagianam catholica defendit Ecclesia, remota contentionis caligine fateamur: atque id maxime in paruulis euidentiore veritate cernamus. Neque enim fato cogitur deus illis infantibus subuenire: illis autem non subuenire, cum sit vtrisque causa communis: aut res humanas in paruulis non diuina prouidentia, sed fortuitis agi casibus opinabimur, cum rationales vel damnandæ vel liberandæ sint animæ, qñquidē Mat. 10. nec passer cadit in terrā sine voluntate patris nostri qui in cœlis est: aut parentū negligentiæ sic tribuendū est, quod paruuli sine baptismo moriunt, vt nihil ibi agant superna iudicia: tanq̄ ipsi qui hoc modo male moriuntur, parentes sibi negligentes voluntate propria de quibus nascerent, elegerint. Quid dicā, quod paruulus aliqñ antequā illi per ministeriū baptizātis succurri possit, expirat? Plerunq;. n. festinātibus parētibus & paratis ministris, vt baptismus paruulo detur, deo tamen nolente non datur, qui tum paruulum in hac vita nō tenuit vt daK retur. Quid ēt, quod aliquando paruulis infideliū filius potuit, ne irent in perditionē, & filijs fidelium non potuit baptismate subueniri? Vbi certe oñditur, quod persona rū apud deū nō sit acceptio, alioquin cultorum suorum potius quā inimicorum filios liberaret.

11. Iā vero q̄m de bono perseverantiæ nūc agimus, quid est quod morituro non baptizato subuenitur, ne sine baptismate moriatur, & baptizato casuro non subuenitur, ut ante moriatur? Nisi forte illi adhuc absurditati auscultabimus, qua dicitur nihil prodesse cuiquam mori antequam cadat, quia sēm eos actus iudicabitur, quos eum præsciuit deus acturum fuisse si viueret. Hanc peruersitatem sanitati fidei tam vehemēter aduersam, quis patiēter audiat, quis ferat? Et tñ hoc dicere vrgentur, qui non fatētur gratiam dei non secundum merita nostra dari. Qui aūt volunt dicere vnunquēque mortuorum secundum ea iudicari, q̄ deus illum præsciuit acturum fuisse si viueret, intuentes q̄ manifesta falsitate, & quanta absurditate dicatur, non eis remanet cur dicant quod Pelagianus damnauit, & ab ipso L Pelagiano damnari fecit Ecclesia, gratiam dei secundum merita nostra dari: cum videant alios paruulos non regeneratos ad æternam mortem, alios aūt regeneratos ad æternam vitā tolli de hac vita. Ipsos quoq; generatos, alios perseuerantes vsq; in finē hinc ire: alios quousq; decidāt hic teneri, qui vtiq; non decidissent, si antequam labe rentur hinc issent: & rursus quosdā lapsos quousq; redeāt non exire de hac vita, qui vtiq; perirent si antequam redirent, exirēt. Vnde satis dilucide ostenditur, & inchoandi & vsq; in finem perseuerandi gratiam dei non secundum merita nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimam eam demq̄ iustissimam, beneficentissimam, sapientissimam voluntatē: qm̄ quos prædestinauit, ipsos & vocauit vocatione illa, de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei: ad quam vocationem pertinere nullus est homo ab hominibus certa
Rom. 7. Co. 10 assecuerationē dicendus, nisi cum de hoc se culo exierit: in hac autem vita humana, quæ tentatio est super terram, qui videtur stare videat ne cadat. Ideo quippe sicut iam supra diximus, nō perseueraturi perse ueraturis prouidentissima dei voluntate miscent, vt esse discamus nō alta sapiētes, sed Ro. 12. humilibus consentiētes, & cum timore & M tremore nram ipsorum salutē operemur. Phili. 2. Deus est. n. qui operat in nobis, & velle & operari pro bona voluntate. Nos ergo volumus, sed deus in nobis operatur & velle: nos ergo operamur, sed deus i nobis operatur et operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc ē, piū, hoc verum, vt sit humilis & submissa cōfessio, & detur totū deo. Cogitātes credimus, cogitantes loquimur, cogitātes agimus q̄cquid agimus: qđ aūt attinet ad pietatis viā & verum dei cultum, non sumus idonei cogitare aliquid tāquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Non. n. est in
1. Co. 3. ptāte nra cor afum & nostræ cogitationes, vnde idem qui hoc agit, item dicit Ambrosius, Quis autē tā beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine diuino auxilio q̄ fieri pōt? nullo profecto mō. Deniq; Psa. 83. inquit, supra eadem scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxiliū eius abs te dñe, ascensus in corde eius: Hoc vtiq; vt diceret non solum in literis sacris legebat, sed sicut de illo viro sine dubitatione credendum est, ēt in corde suo sentiebat. Ambrosius. Quod ergo in sacris fideliū dicit, vt sursum corda habeamus ad dominū, munus est dñi: A de quo munere ipsi dño deo nostro gratias agere à sacerdote post hanc vocem quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum & iustum esse respondit. Cum. n. non sit in nostra potestate cor nostrum, sed diuino subleuetur auxilio, vt ascendat, & quæ sursum sunt sapiat, vbi Christus est in dextera dei Colo. 4. sedens, non quæ super terram: cui de hac tā ta re agēdæ sunt gratiæ, nisi hoc facienti domino deo nostro, qui nos p tale beneficiū liberando, de profundo huius mūdi elegit, & prædestinauit ante constitutionem mundi?

Sed aiunt prædestinationis definitionē Cap. 14. utilitati prædicationis aduersam, quasi vero aduersata sit Apostolo prædicanti. Nonne ille doctor gentium in fide & veritate prædestinationem totiens commendauit, & verbum dei prædicare non destitit? Nun- Phili. 2. quid quia dixit, Deus est qui operat in nobis & velle & operari pro bona voluntate sua: ideo non ipse, & vt velimus quæ deo placeant, & vt operemur hortatus est? aut Phili. 1. quia dixit, Qui in vobis bonū opus cœpit, perficiet

perficiet vsq; in diem Christi Iesu: ió vt in
ciperent homines & pseuerarent vsq; in fi
B né; ipse non suasit? Nepe ipse dñs hominibus pcepit, vt crederẽt, atq; ait, Credite in
Ioã. 14. deũ, & in me credite: nec tñ ió eius falsa sentẽtia est, nec vana definitio, vbi ait, Nemo
venit ad me .i. nemo credit in me, nisi fue-
Ioan. 6. rit ei datum à patre meo. Nec rursus, quia
vera est hæc definitio, ió vana est illa præceptio. Cur ergo prædicationi, pceptioni, exhortationi, correptioniq;, quæ omnia frequẽtat scriptura diuina, existimamus inutilem definitionẽ pdestinationis, quã cõmendat eadem scriptura diuina? An quisquã dicere audebit deũ non pscisse, quibus esset daturus vt crederent? Aut quos daturus esset filio suo, vt ex eis non perderet quẽquam? Quæ vtiq; si pscisset, profecto bñficia sua quibus nos dignatur liberare præsciuit. Hæc prædestinatio sanctorũ nihil aliud ẽ, q̃ præscientia .s. & præparatio bñficiorum dei, quibus certissime liberant, quicunq; liberãtur. Cæteri ãt vbi nisi in massa pditionis iusto diuino iudicio relinquũtur? Vbi
Matt. 11. Tyrij relicti sunt & Sidonij, qui ẽt credere potuerũt, si mira illa Christi signa uidissent. Sed qm̃ vt crederent, nõ erat eis datũ, etiã vnde crederent est negatũ. Ex quo apC paret haberet quosdam in ipso ingenio diui
num naturaliter munus intelligentiæ, quo
moueantur ad fidẽ, si congrua suis mẽtibus
vel audiant verba, vel signa conspiciant: &
tñ si dei altiore iudicio, à perditionis massa
non sunt gratiæ prædestinatione discreti,
nec ipsa eis adhibent vel dicta diuina vel facta, per q̃ possent credere, si audirent vtiq;
talia vel viderent. In eadẽ perditionis massa relicti sunt etiam Iudæi, qui non potuerunt credere factis in conspectu suo tã ma-
Ioã. 12. gnis clarisq; virtutibus. Cur. n. nõ poterãt credere non tacuit Euangelium dicẽs, Cũ autem tanta signa fecisset corã eis, non crediderunt in eum, vt sermo Esaiæ prophetæ
Esa. 53. impleretur, quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ideo non poterant credere, quia iterũ dixit Esaias, excecauit ocu-
Esaio. 6. los eorum, & indurauit cor illorum, ne uideant oculis, nec intelligant corde, & con-
Ro. 11. uertantur & sanem illos. Nõ erant ergo sic excecati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum & Sidoniorum, quoniam credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent: sed nec illis profuit quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles viæ: nec istis obfuisset quod non poterant credere, si prædestinati essent, vt eos cæcos deus illuminaret, et induratis cor lapideum D
vellet auferre. Verũ quod dixit dominus de Tyrijs & Sidonijs, aliquo mó pt fortasis intelligi: neminem tamẽ venire ad Christum, nisi cui fuerit datum, & eis dari qui in illo electi sunt ante constitutionem mũdi, proculdubio confitetur, à quo non surdis auribus cordis eloquium diuinum auribus carnis auditur: & tamen hæc prædestinatio quæ satis aperte etiam verbis Euangelicis explicatur, non prohibuit dominũ & propter incipiendum dicere, quod pau-
Ioã. 14. loante commemoraui, Creditis in deum, & in me credite: & propter pseuerandũ oportere semper orare & non deficere. Audiũt enim hæc & faciunt quibus datum est, non autem faciunt siue audiant siue nõ audiãt, quibus non datum est. Quia vobis, inquit,
Mat. 13. datum est nosse mysterium regni cœlorũ, illis autem non est datum: quorum alterũ ad misericordiam, alterum ad iudicium pertinet illius, cui dicit anima nostra, Miseri-
Ps. 100. cordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nec prædestinatis igitur prædicatione impedienda est prædicatio fidei perseueran
tis & proficientis, vt quod oportet audiant, E
& quibus datum est vt obediant. Quomo-
Rom. 18 do. n. audient sine prædicante? Nec rursus prædicatione fidei proficiẽtis, & vsq; ad vltimum permanentis, impedienda est prædicatio pdestinationis, vt qui fideliter & obedienter viuit, non de ipsa obedientia tanquam de suo non accepto bono extollatur, sed qui gloriatur, in dño glorietur. In
Hier. 9. nullo. n. gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quod vidit fidelissime Cyprianus, & fidentissime definiuit, per quod vtique prædestinationẽ certissimam pronunciauit. Nam si in nullo gloriandum est, quando nostrum nihil est, profecto nec de obedientia perseuerantissima gloriandum est. Nec ita nostra, tanquam non nobis desuper donata, dicenda est. Et ipsa igitur dei donum est, quod se daturum deus vocatis suis ista vocatione, de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei: omni Christiano confitendum præsciuit. Hæc est igitur prædrstinatio quam fideliter atque humiliter prædicamus. Nec tamẽ idem doctor & factor qui & in Christum

Christum credidit, & in sancta obedientia vsq; ad passionem pro Christo perseueranter vixit, ideo cessauit prædicare Euangelium, exhortari ad fidem piosq; mores, atq;
F ad ipsam vsq; in finem perseuerantiam, qm̃ dixit in nullo gloriandum, quando nostrũ nihil sit: vbi veram dei gratiam, id est, quæ non secũdm merita nostra datur, sine vlla ambiguitate declarauit, quam se daturum præscruit deus His Cypriani verbis proculdubio prædestinatio prædicata est, quæ si Cyprianum à prædicatione obediẽtiæ non phibuit, nec nos vtiq; debet phibere. Quanuis ergo dicamus dei donum esse obedientiam: tñ homines exhortamur ad eam. Sed illis qui veritatis exhortationem obediẽter audiunt, ipsum donum dei datum est, hoc est obedienter audire: illis autẽ qui non sic audiunt, non est datum. Non. n. quicunq;, Ioan. 6. sed Christus, Nemo, inquit, venit ad me, ni-Matt. 13. si fuerit ei datum à patre meo. Et, Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, Mat. 19. illis aũt non datum. Et de continentia, Nõ omnes, inquit, capiũt verbum hoc, sed quibus datum est. Et cum Apostolus ad pudi-1. Cor. 7 citiam coniugalẽ coniuges hortaretur, Vellem, inquit, omnes homines esse sicut meip sum, sed vnusquisq; proprium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic. Vbi satis ostendit non tantum continentiam donum dei esse, sed coniugatorum etiam castitatẽ. Quæ cum vera sit, hortamur ad hoc quantum cuiq; nostrum datum est vt possit hor
G tari, quia & hoc eius donũ est, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Vnde &
2. Cor. 3. Apostolus, Secundum gratiam, inquit, quę data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: & alio loco, Vnicuiq;, inqr, Idem. sicut dñs dedit, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ac per hoc sicut exhortatur & prædicatur recte, sed ille qui accepit hoc donum: ita exhortantem atque prædicantem profecto ille obedienter audit, qui accepit hoc donũ. Hinc est quod dñs cum eis loqueretur qui carnales aures
Lucæ. 8. apertas haberent, dicebant tamen, Qui habet aures audiendi audiat: quas non omnes habere proculdubio nouerat. A quo autem habeant, quicunque habent, ipse dominus ostendit vbi ait, Dabo eis cor cognoscendi me & aures audientes. Aures ergo audiendi, ipsum est donum obediendi, vt qui id haberent venirent ad eum, ad quem nemo venit, nisi fuerit ei datum a patre ipsius. Exhortamur ergo atq; prædicamus: sed qui habẽt aures audiendi, obedienter nos audiunt: qui H
vero eas non habent, fit in eis quod scriptũ Matt. 13. est, vt audientes non audiant: audientes videlicet corporis sensu, non audiant cordis assensu. Cur aũt illi habeant aures audiendi, illi non habeant: hoc est, cur illis datum sit a patre vt veniant ad filium, illis autem non sit datum, quis cognouit sensum dñi, aut quis eius consiliarius fuit? Aut tu quis Rom. 11. es homo, qui respondeas deo? Nunq̃d ideo Rom. 9. negandum est quod apertum est, quia comprehendi non põt quod occultum est? Nunquid, inquã, propterea dicturi sumus quod ita esse perspicimus, non ira esse, quoniam cur ita sit non possumus inuenire?

Sed, aiunt, vt scribitis, neminem posse Cap. 15. correptionis stimulis excitari. Si dicatur in conuentu Ecclesiæ audientibus multis, ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem, vel accepta perseuerantia maneatis in fide: cæteri vero qui in peccatorũ delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis erexit. Veruntamen si qui estis necdum vocati, quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua velitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si prædestinati estis reijciendi, subtra- I
hentur obediendi vires vt obedire cessetis. Ista cum dicunt, ita nos a confitenda dei gratia. i. quæ nõ secũdm merita nostra datur, & a confitenda secũdm eam prædestinationẽ sanctorum deterrere non debent: sicut non deterremur a confitenda præscientia dei, si quis de illa populo sic loquatur, vt dicat, Si
ue nunc recte viuatis siue non recte, tales vos eritis postea, quales vos deus futuros esse præsciuit, vel boni si bonos, vel mali si malos. Nunquid. n. si hoc audito nonnulli in torporem segniciemq; vertantur, & a labore procliues ad libidinem post concupiscentias suas eant, propterea de præscientia dei falsum putandum est esse, quod dictum est? Nonne si deus illos bonos futuros esse præsciuit, boni erunt, in quantalibet nunc malignitate versentur: si autem malos, ma- Monali erunt, in quantalibet nunc bonitate cer- sterium nantur? Fuit quidam in nostro monasterio, Augusti qui corripientibus fratribus cur quadam ni.

non facienda faceret, & facienda non face-
ret, respondebat, qualiscunque nunc sim, ta
lis ero qualẽ me deus futurum esse præsci-
uit. Qui ꝓfecto & verum dicebat, & hoc
vero nõ proficiebat in bonũ: sed vsqueadeo
K proficit in malũ, vt deserta monasterij so-
Pro.26. cietate, fieret canis reuersus ad suũ vomi-
tum, & tũ adhuc qualis sit futurus incertũ
est. Nunquid ergo ꝓpter huiusmodi causas
ea quæ de præscientia dei vera dicũtur, vel
neganda sunt vel tacenda, tunc. s. quando si
non dicantur, in alios itur errores?

Cap.16 Sunt etiam qui ꝓpea vel non orant vel
frigide orant, qm̃ dño dicente didicerũt, scire
deum quid nobis necessarium sit priusquam
petamus ab eo. Nũ ꝓp tales huius
sententiæ veritas deserenda, aut ex Euange-
lio delenda putabitur? Imò cũ constet deũ,
alia danda etiam non orantibus, sicut initiũ
fidei, alia nõ nisi orãtibus præparasse, sicut
vsque in finem pseuerantiam: profecto qui
ex ipso hanc se habere putat, nõ orat vt ha
beat. Cauendũ est igitur ne dum timemus
tepescat hortatio, extinguatur oratio, accen
datur elatio. Dicatur ergo verum, maxime
vbi aliqua quæstio vt dicatur impellit, & ca
piant qui pũt: ne forte cum tacetur ꝓp eos
qui capere non pũt, non solũ veritate nudẽ
tur, verumẽt falsitate capiantur, qui verum
capere quo caueaẽ falsitas, pũt. Facile est. n.
imò & vtile vt taceaẽ aliquod verũ ꝓp in-
capaces. Nã vnde est illud dñi, Adhuc mul
L ta habeo vobis dicere, sed non potestis illa
Ioã. 16. portare modo. Et illud Apostoli, Nõ potui
1.Co.3. vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi car
nalibus: quasi paruulis in Chro, lac vobis
potũ dedi, nõ escam: nondũ n. poteratis, sed
nec adhuc qdem potestis. Quanuis modo
quodã dicẽdi fieri possit, vt id qđ dicitur,
& paruulis lac, & grandibus esca sit. Sicut,
In principio erat verbum, & verbum erat
Ioan. 1. apud deum, & deus erat verbũ. Quis Chri
stianus tacere potest? quis capere? Aut quid
in doctrina sana potest inueniri grandius?
Quod tamen & paruulis nõ tacetur, & nec
grandibus nec paruulis occultatur. Sed alia
est ratio verum tacendi, alia verum dicen-
di necessitas. Causas verum tacendi lon-
gum est omnes quærere vel inserere, quarũ
tamen est & hæc vna, ne peiores faciamus
eos qui non intelligunt, dum volumus eos
qui intelligunt facere doctiores: qui nobis
aliquid tale tacentibus doctores quidem nõ
fiunt, sed nec peiores fiunt. Cũ autẽ res ve-
ra ita se habet vt fiat peior, nobis eam dicẽ
tibus, ille qui capere nõ potest: nobis autem
tacentibus ille q̃ potest, quid putamus esse
faciendum? Nonne potius est dicendũ ve-
rum, vt qui põt capere capiat, quam tacen- M
dum, vt non solũ id ambo non capiant, ve-
rumẽt qui est intelligentior, ipse sit peior?
Qui si audiret & caperet, ꝓ illum etiã plu-
res discerent. Quo. n. est capacior vt discat,
eo magis est idoneus vt alios doceat. Instat
inimicus gr̃æ atque viget modis omnibus,
vt credatur sc̃dm merita nostra dari, ac sic
gr̃a iam non sit gratia. Et nos nolumus di-
cere, qđ teste scriptura possimus dicere: ti-
memus. n. videlicet ne loquẽtibus nobis of
fendatur, qui veritatem non põt capere, &
nõ timemus ne tacentibus nobis qui veri-
tatẽ potest capere, falsitate capiatur? Aut. n.
sic ꝑdestinatio prædicanda est, quemadmo-
dum eam sancta scriptura euidenter loquit,
vt in ꝑdestinatis sine pœnitentia sine do-
na, & vocatio dei, aut gr̃am dei secundum
nostra dari merita confitendum, quod sa-
piunt Pelagiani, quanuis ista sententia qđ
sæpe iam diximus, legatur in gestis Eporũ
orientalium ẽt ipsius Pelagij ore damna-
ta. A Pelagianorum porrò hæretica ꝓuersi
tate tantum isti remoti sunt, propter quos
hæc agimus, vt licet nondũ velint fateri ꝑ
destinatos esse, qui per dei gratiam fiant
obedientes atque permaneant, iam tamen A
fateantur, quod eorum præueniat volunta
tem quibus datur hæc gratia? Ideo vtique
ne gratis dari credatur gratia, sicut veritas
loquitur, sed potius secundum præcedentis
merita voluntatis, sicut contra veritа-
tem Pelagianus error obloquitur. Præue
nit ergo & fidem gratia, alioquin si fides eã
præuenit proculdubio præuenit & volun
tas, quoniã fides sine voluntate non potest
esse. Si autem gratia præuenit fidẽ quoniã
præuenit voluntatem, profecto præuenit
omnem obedientiam, præuenit etiam cha
ritatem, qua vna deo veraciter & suauiter
obeditur, & hæc omnia gratia in eo cui da-
tur, & cuius hæc omnia ꝓuenit, operatur.

Restat in his bonis vsque in finem perse Cap.17.
uerantia, quæ frustra quotidie à domino
poscitur, si nõ eã dũs per gratiam suam in il
lo cuius orationem exaudit, operat. Videte
iam à veritate q̃ sit alienum, negare donum
dei esse perseuerantiam vsque in finẽ huius
vitæ, cum vitæ huic quando voluerit ipse
det finem, quem si dat ante imminentem
ipsum

ipsum, facit hominem perseuerare vsque in
finẽ. Sed mirabilior & fidelibus euidentior
largitas bonitatis dei est, q̃ ẽt paruulis qui-
bus obedientia nõ est illius ætatis vt detur,
B datur hæc gratia. Ista igitur sua dona qui-
buscunq; deus donat proculdubio donatu-
rũ se esse præsciuit, & in sua præscientia ꝓ-
parauit. Quos ergo prædestinauit, ipsos &
vocauit vocatione illa, quam me sæpe com-
memorare non piget: de qua dictum est, Si-
ne pœnitẽtia sunt dona & vocatio dei. Nã
in sua quæ falli mutariq; non põt præscien
tia, opera sua futura disponere, id omnino
nec aliud quicquã est nisi ꝑdestinare. Sicut
aũt ille quẽ castum futurum esse præsciuit,
quanuis id incertũ habeat, agit vt castus sit:
ita ille quẽ castum futurum prædestinauit,
quanuis id incertum habeat, non ideo non
agit vt castus sit, qm̃ dei dono se audit futu
rum esse quod erit, imo etiam gaudet eius
charitas, nec inflatur, tãquã id non acceperit. Non solũ ergo prædicatione ꝑdestina-
tionis ab hoc opere non impeditur, uerum
hoc adiuuatur, vt cũ gloriatur in dño glo
rietur. Quod aũt dixi de castitate, hoc de
fide, hoc de pietate, de charitate, de perseue-
rantia, & ne pergã per singula, hoc de om-
ni obedientia qua obeditur deo, veracissime
dici põt. Sed ij qui solum initium fidei, &
vsq; in finem perseuerantiam sic in nostra
constituunt ptãte, vt dei dona cẽ nõ putẽt,
C neq; ad hæc habenda atq; continenda deum
operari nostras cogitationes & volũtates,
cætera vero ipsum dare concedunt, cum ab
illo impetratur credentis fide: cur ad ipsa
cætera exhortationẽ eorum cæterorumq;
prædicationẽ, definitione prædestinationis
non metuunt impediri? An forte nec ipsa
dicũt ꝑdestinata? Ergo nec dantur à deo,
aut ea se daturũ esse nesciuit. Quod si & dã
tur, & ea se daturũ esse præsciuit, profecto
ꝑdestinauit. Sicut ergo ipsi hortanẽ quoq;
ad castitatem, charitatem, pietatem, & cæte-
ra quæ dei dona esse confiteantur, eaque ab
illo esse prægnita, ac per hoc prædestinata
negare non possunt, nec dicunt exhortatio-
nes suas impediri prædicatione prædestina
tionis dei, hoc est, prædicatione de his do-
nis eius futuris præscientiæ dei: sic videant
nec ad fidem, nec ad perseuerantiam impe-
diri exhortationes suas, si & ipsa opera, qđ
verum est, esse dei dona, eaque prægnita,
id est, ad donandum prædestinata esse di-
cantur: sed impediri potius atque subuerti
hac prædestinationis prædicatione illũ tan
tummodo perniciosissimum errorem, quo
dicitur gratia dei secundum merita nostra
dari, vt qui gloriatur, non in dño sed in se-
ipso glorietur. Quod vt apertius ꝓp tardius-
culos explicemus, rememorationem meam D
ferant, quibus ingenio prævolare donatum
est: dicit Apostolus Iacobus, Si quis vestrũ Iacob.1.
indiget sapientia, postulet à deo qui dat om
nibus affluenter, & non improperat, & da
bitur ei. Scriptũ est & in prouerbiis Salomo
nis. Qm̃ dñs dat sapientiam. Et de continẽ Prou.2.
tia legitur in libro Sapientiæ, cuius autho
rirate vsi sunt magni & docti viri, qui lõge
ante nos eloquia diuina tractarunt: ibi ergo
legitur, Cũ scirem, quia nemo esse põt con Sapiẽ.8.
tinens, nisi deus det: & hoc ipsum erat sapiẽ
tiæ scire, cuius esset hoc donum. Hæc ergo
dei dona sunt, id est, vt de alijs taceam, sapiẽ
tia & continentia. Aquiescunt & isti: neq;
enim Pelagiani sunt, vt aduersus istam per
spicuam veritatẽ dura & hæretica peruersi
tate contendant. Sed hæc, inquiunt, vt a deo
dentur nobis, fides impetrat, quæ incipit à
nobis; quam fidẽ & incipere habere, & in ea
usq; in finem permanere, tanquam id non à
dño accipiamus, nostrum esse contendunt.
Hic proculdubio contradicitur. Apostolo
dicenti, Quid n. habes, qđ non accepisti? 1.Co.4.
Contradicitur & martyri Cypriano dicen
ti, in nullo gloriandum, qm̃ nostrum nihil
sit. Cum hæc & alia multa quæ piget repe
tere, dixerimus, atq; ostenderimus & initiũ E
fidei, & vsq; in finem perseuerantiã dei do
na esse, nec ulla futura esse sua dona, & quæ
danda essent, & quibus danda essent, deum
non præscire potuisse, ac per hoc prædesti
natos ab illo esse, quos liberat & coronat:
respondendum putant, prædestinationis de
finitionẽ vtilitati prædicationis aduersam,
eo quod hac audita, nemo possit correptio
nis stimulis excitari. Hæc dicentes nolunt
hominibus prædicari dona dei esse, ut ve-
niatur ad fidem, & permaneatur in fide, ne
plus desperatio q̃ exhortatio videatur affer
ri, dum cogitant qui audiunt, incertum esse
humanę ignorantię cui largiat deus, cui nõ
largiatur hæc dona. Cur ergo & ipsi nobis-
cum prædicant, dona dei esse sapientiam &
continentiã? Quod si hæc cũ dei dona esse
prædicantur, nõ impeditur hortatio qua ho
mines hortamur esse sapiẽtes & cõtinẽtes:
quæ tandẽ causa est vt existimẽt impediri
exhortationẽ, qua exhortamur homines ve

nire ad fidē,& in ea permanere usq; in finē
Et si hæc dona de esse dicantur,qđ scriptu-
ris eius testibus cōprobatur, ecce ut de con-
tinētia taceamus,& de sola in hoc loco sapi
entia disputemus, Nēpe supra memoratus
Iacob.3 Apostolus Iacobus dicit, Quæ desursum ē
sapientia,primū quidē pudica est, deinde
pacifica,modesta,suadibilis,plena misericor
diæ & fructibus bonis,inæstimabilis, sine si
mulatione. Cernitis ne obsecro, a patre lu-
minū sapiētia q multis & magnis bonis re
ferta descēdat? Omne quippe datū optimū,
sicut idē dicit,& oē donū perfectū desursū
Iacob.1 est,descendens a pre luminū. Cur ergo vt
amittā cætera,corripimus impudicos & cō
tētiosos, quibus tñ prædicamus donum dei
esse sapientiā pudicam atq; pacificā:nec ti-
memus ne permoti diuinæ voluntatis in-
certo,plus in hac prædicatione desperatio-
nis q̄ exhortationis inueniāt, nec correptio
nis stimulis aduersus seipsos, sed potius ad
uersus nos excitentur,quia eos corripimus
hæc nō hūtes,quæ ipsi dicimus non huma
na uoluntate ,pferri,sed diuina largitate do
nari? Cur deniq; ipsum Apostolū Iacobū
huius grē pdicatio non deterruit corripere
Iacob.3 inquietos,& dicere, Si zelum animarū ha-
betis, & contentiones sunt in cordibus ue-
stris,nolite gloriari & mendaces esse aduer
sus veritatē: non est ista sapientia desursū
descendens,sed terrena,animalis, diabolica.
G Vbi.n.zelus & contentio, ibi inconstantia,
& omne opus prauū. Sicut ergo corripien-
di sunt inq̄eti, & diuinis eloquijs testibus,
& ipsis quos nobiscum isti communes hūt
actibus nostris: neq; hanc impedit correc-
tionem, qđ sapientiam pacificā qua contē
tiosi corriguntur atq; sanantur donum dei
esse prædicamus:ita corripiendi sunt infide
les,uel in fide non pmanentes:non impediē
te istam correctionem prædicatione gratiæ
dei,quæ fidem quoq; ipsam & in ea permā-
sionē,donum dei esse commendat:quia & si
Iacob.1 ex fide impetratur sapientia,sicut ipse Iaco
bus cum dixisset,Si quis uestrum indiget sa
pientia postulet a deo, qui dat omnibus af
fluenter,& non improperat, & dabitur ei:
mox addidit, Postulet autem in fide, nihil
hæsitans: non tamen quoniam fides datur
priusquam postuletur ab illo cui datur,
ideo dicenda est non esse donum dei, sed es
se a nobis,quia data est nobis, non petenti-
bus nobis. Apostolus.n. apertissime dicit,
Ephes.6 Pax fratribus & charitas cum fide a deo pa
tre & domino Iesu Christo. A quo ergo
pax & charitas,ab illo est & fides: propter
quod ab illo eam non solum augeri hūtib.
uerūetiam non habentibus poscimus dari.
Neq; isti propter quos hæc dicimus,qui p̄ H
dicationis prædestinationis & gratiæ,exhor
tationem clamitant impediri,ad sola illa ex
hortantur dona quæ nō a deo dari, sed a no
bis esse contendunt:sicut sunt initium fidei
& in ea vsq; in finem perseuerantiæ: quod
vtiq; facere deberent, ut tantum modo infi
deles hortarentur,ut crederent: & fideles,
ut credentes pmanerent. Ea uero quæ nobis
cum dei dona esse non negant, ut nobiscū
Pelagianum demoliantur errorem,sicut est
pudicitia, continentia,patientia, & cætera
quibus recte uiuitur,& ex fide impetrātur,
a domino oranda monstrare & orare solū
vel sibi uel alij debuerunt, non aūt quem-
quam ut ea capesceret & retineret hortari.
Cum uero & ad hæc exhortantur ut p̄nt,
atq; exhortando se esse homines confitent,
satis utiq; ostendunt, nec ea prædicatione
impediri exhortationes,siue ad fidem, siue
ad perseuerantiam usq; in fine:quia & ista
dei dona esse nec a seipso cuiquam,sed ab il
lo tribui prædicamus, At.n. quod uitio suo
quisq; deserat fidem, cum cedit tentationi
atq; consentit,qua cum illo agitur ut dese-
rat fidem,quis negat? Sed non ideo dicēda
est in fide perseuerantia non esse donū dei. I
Hanc.n.quotidie poscit,qui dicit, Ne nos Matt.6
inferas in tentationem:& si exauditur,hāc
accipit:ac per hoc quotidie ut perseueret
petens,profecto perseuerantiæ suæ spē non
in seipso,sed in deo ponit. Ego autem nolo
exaggerare meis uerbis, sed illis cogitandū
potius relinquo, ut uideant quale sit quod
sibi persuaserunt, prædicatione prædestina
tionis audientibus plus desperationis quā
exhortationis afferri: hoc est.n. dicere, tunc
sua salute hominem desperare, quando spē
suam non in seipso, sed in deo didicerit po-
nere:cum Propheta clamet, Maledictus om Hier.17
nis qui spē ponit in homine. Hæc utiq; do
na dei,quæ dantur electis scđm dei propo
situm vocatis,in quibus donis est & incipe
re credere,& in fide vsq: ad vitæ huius ter
minum perseuerare: sicut tantā rationem
atq; authoritatem contestatione probaui-
mus. Hęc,inquam,dei dona si nulla est præ
destinatio,quam defendimus, non pręsciun
tur a deo:præsciuntur autem:hæc est igitur
prædestinatio quam defendimus.

Vnde

Cap.18. Vnde aliquando eadem prædestinatio si-
gnificatur etiam nomine præscientiæ, sicut
Rom.11. ait Apostolus, Non repulit deus plebē suā,
quam præsciuit. Hoc quod ait, præsciuit,
K non recte intelligitur nisi prædestinauit,
quod circunstantia ipsius locutionis osten
dit:loquebatur.n. de reliquijs Iudæorum,
quę factæ sunt pereuntibus cæteris. Nam
superius dixerat ad Israel dixisse Prophe-
Isa.65. tam, Tota die expandi manus meas ad po-
pulum non credentem & contradicentem:
& tanq̄ responderetur, Vbi sunt ergo factæ
promissiones dei ad Israel, continuo subiū
Rom.10 xit, Dico ergo, nunquid repulit deus plebē
suā? Absit, nam & ego Israelita sum ex se-
mine Abraham de tribu Beniamin:tanquā
diceret,nam & ego ex ipsa plebe sum. Dein
de addidit unde nunc agimus. Non repu-
lit deus plebem suam quam prę sciuit. At-
que ut ostenderet dei gratia fuisse relictas
reliquias,non meritis operum eorum,secu-
tus adiunxit, An nescitis in Helia quid di-
cat scriptura? quemadmodum interpellat
deum aduersus Israel, & cætera. Sed quid
dicit illi,inquit,responsum diuinum, Reli-
3.Re.19. qui mihi septem milia uirorum,qui nō cur
uauerunt genu ante Baal. Non.n. ait, reli
cta sunt mihi,aut,reliquerunt se mihi: sed,
Rom.11. reliqui mihi. Et sic ergo inquit, Et in hoc
tpe reliquiæ per electionem gratiæ saluæ
factæ sunt. Si aūt gratia, iam non ex operib.
alioquin gratia,iam non est gratia. Et con-
L nectens illa quæ iam supra posui, Quid er
go & hinc interrogationi respondens, qđ
quærebat,inquit, Israel, hoc non est conse-
cutus, electio aūt consecuta est cæteri uero
excæcati sunt. In hac ergo electione & in
his reliquijs, quæ per electionem gratiæ fa
ctæ sunt, voluit intelligi plebem, quā prop
terea deus non repulit, quia præsciuit. Hæc
est illa electio qua eos quos uoluit elegit in
Christo ante constitutionem mundi ut es-
sent sancti & immaculati in conspectu eius
in charitate, prædestinans eos in adoptionē
filiorum. Nullus igitur qui hæc intelligit,
Ephes.1. negare uel dubitare permittitur, ubi ait A-
postolus: Non repulit deus plebem suam
suam quam præsciuit, prædestinationem si
gnificare uoluisse. Præsciuit.n. reliquias,
quas secundum electionē gratiæ fuerat ipse
facturus:hoc est ergo, prædestinauit, sine du
bio enim præsciuit, si prædestinauit:sed præ
destinasse, est hoc præscisse quod fuerat ip-
se facturus. Quid ergo nos prohibet, quan
do apud aliquos uerbi dei tractatores legi-
mus dei præscientiam,& agitur de uocatio
ne electorum, eādem prædestinationem in
telligere? Magis aūt fortasse voluerunt hoc
uerbo in ea re uti, quod & facilius intelligi
tur & non repugnat, immo & congruit ue-
ritati quæ de prædestinatione gratiæ prædi M
catur? Hoc scio neminem contra istam præ
destinationnm quam secundum scripturas
sanctas defendimus, nisi errando disputare
potuisse.

Puro tñ eis qui de hac re sententias tra- Cap.19
ctatorum requirunt, sanctos & in fide atq;
doctrina chriana laudabiliter usquequaque
diffamatos uiros, Cyprianū & Ambrosiū,
quorum tam clara testimonia posuimus,de
bere sufficere,& debere ad utrūq;:i. ut gra
tiam dei gratuitam sicut credenda atq; præ
dicanda est, per omnia credentes per omnia
p̄dicent:& eādem prædicationē prædicatio
ni qua hortamur pigros, vel corripimus ma
los, non opinentur aduersam:quia & isti vi
ri cum sic prædicarēt dei gratiam, ut unus
eorum diceret in nullo gloriādo, quādo no
strum nihil sit:aliter autem, non esse in po
testate nostra cor nostrū, & nostras cogita-
tiones:non tñ hortari & corripere destite-
runt,ut fierent præcepta diuina. Nec timue
runt,ne diceretur eis: Quid nos hortamini?
Quid corripitis,si nihil boni habeamus qđ
sit nostrum,& si non est in potestate nostra
cor nostrum? Hæc ne dicerentur eis, nequa
quam illi sancti ea mente timere potuerūt, A
qua intelligebant paucissimis esse donatū,
vt nullo sibi homine prædicante, per ipsum
dominum uel per angelos cœlorum doctri
nam salutis accipiāt: multis vero id esse do
natum,ut deo per homines credant. Quoli
bet tñ modo dicatur homini uerbum dei, p
culdubio qui sic audit ut illi obediat, donū
dei est. Vnde supradicti tractatorea excellē-
tissimi diuinorum eloquiorum, & gratiam
dei ueram sicut prædicanda est, prædicarūt,
id est quam nulla merita humana præce-
dunt,& ad facienda diuina præcepta instan
ter hortati sunt, ut qui haberent donum
obedientiæ, quibus iussis obediendum es-
set,audirent:si enim gratiam merita nostra
ulla præcedunt,profecto aut facti alicuius,
aut dicti aut cogitationis est meritum, ubi
& ipsa intelligitur voluntas bona. Sed bre-
uissime complexus est omnium genera me
ritorum,qui dicit in nullo gloriandum,quā
do nostrum nihil sit. Qui vero ait, Non est

in nostra potestate cor nostrum, & nostræ cogitationes: nec ipse facta & dicta præterijt: non enim est dictum factumve hominis, quod non ex cordis cogitatione procedat. Quid autem amplius de hac re agere Cyprianus martyr gloriosissimus & doctor lucidissimus potuit, quam ubi nos in
B oratione dominica etiam pro inimicis fidei Christianæ orare oportere cõmonuit: vbi de initio fidei quòd etiam hoc donum dei sit, quod sentiret ostendit, & pro perseuerantia usque in finem, quia & ipsam nonnisi deus eis qui perseuerauerunt donat, Ecclesiam Christi quotidie orare monstrauit.

Ambro. sup Lucã, in expositiõe. pœnij. Beatus quoque Ambrosius cum exponeret quod ait Lucas Euangelista, Visum est & mihi: Potest, inquit, non soli visum esse, qđ sibi visum esse; declarat: non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei qui in me loquitur Christus, qui vt id quod bonum est, nobis quoque uideri bonum posit, operatur: quem enim miseratur & vocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse uoluerit Christianus, respondere, uisum est & mihi: quod cum dicit, nõ negat deo uisum: a deo enim pręparatur voluntas hominum. Vt enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. Itemque in eodem opere, hoc est in expositione eiusdem Euangelij, cum ad illum uenisset locum, ubi dominum ad Hierusalem pergentem Samaritani recipere noluerunt: Simul disce, inquit, quia recipere noluit non simplici mente conuersos: Nam si voluisset, & ex indeuotis fecisset deuotos.

Lu. 9. C Cur autem non receperunt eum, Euangelista ipse demonstrat dicens: Quia facies eius erat euntis in Hierusalem, discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed deus quos dignatur uocat, & quem uult religiosum facit. Quid euidentius, quid iustius a uerbi dei tractatoribus quærimus, si & ab ipsis quod in scripturis clarum est, audire delectat? Sed his duobus qui sufficere debuerunt, sanctum Gregorium addamus & tertium, qui & credere in deum & quod credimus confiteri, dei donum esse testatur dicens: Vnius deitatis quæsumus uos, confitemini trinitatem. Si uero aliter uultis, dicite vnius esse naturæ, & deus vocem dari vobis a sancto spiritu deprecabitur: id est rogabitur deus ut permittat uobis dari uocem qua quod creditis confiteri possitis. Dabit enim certus sum qui dedit quod primum

Gregor. Nazianzenus, non Curegorius papa.

est, dabit & quod secundum: qui dedit credere, dabit & confiteri. Isti tales tantiq; doctores dicentes non esse aliquid de quo tanquam de nostro, quod nobis deus non dederit gloriemur: nec ipsum cor nostrum & cogitationes nostras in potestate nostra esse, & totum dantes deo, atque ab ipso nos accipere confitentes, ut permansuri conuertamur ad eum, ut id quod bonum est, nobis
D quoque uideatur bonum, & quod uelimus illud, ut honoremus deum & recipiamus Christum, ut ex indeuotis efficiamur deuoti & religiosi, ut in ipsam trinitatem credamus, & confiteamur etiam uoce quod credimus: hæc utique gratiæ dei tribuunt, dei munera agnoscunt, ab ipso nobis, non a nobis esse testantur. Nunquid autem quisquam eos dicturus est, ita confessos istam dei gratiam, ut auderent negare eius præscientiam, quam non solum docti, sed indocti etiam confitentur? Porro si hæc ita deũ nouerant dare, ut non ignorarent eum daturum se esse præscisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire, proculdubio nouerant prædestinationem, quam per Apostolos prædicatam contra nouos hæreticos operosius diligentiusque defendimus: nec tamen eis obedientiam prædicantibus, & ad eam sicut quisque poterat feruenter hortantibus, ullo modo recte diceretur. Si non uultis obedientiam ad quam nos accenditis, in nostro corde frigescere, nolite nobis istam dei gratiam prædicare, quam deum dare fateamur, quam & nos ut faciamus hortamini.

Cap. 20. Quamobrem si & Apostoli & doctores Ecclesiæ, qui eis successerunt, eosque imita
E ti sunt, vtrunque faciebant, id est, & dei gratia quæ non secundum merita nostra datur, veraciter prædicabant: & piam obedientiam præceptis salubribus instruebant: quid est quod inuicta conclusi violentia ueritatis recte se isti nostri dicere existimant? Et si verum est quod dicitur de prædestinatione beneficiorum dei, non est tamen populis prædicandum. Prædicandum est prorsus, vt qui habet aures audiendi audiat. Quis autem habet, si non accepit ab illo qui ait, Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes? Certe qui non accipit, reijciat: dum tamen qui capit, sumat & bibat, bibat & uiuat. Sicut enim prædicanda est pietas, ut ab eo qui habet aures audiendi, deus recte

recte colatur: prædicanda est pudicitia, ut ab eo qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur: prædicanda est charitas, vt ab eo qui habet aures audiendi, deus & proximus diligatur: ita & prædicanda est ista prædestinatio beneficiorum dei, vt qui habet aures audiendi non in seipso, sed in domino glorietur. Quod autem dicunt, non opus fuisse huiuscemodi disputationis incerto minus intelligentium tot corda turbari, quoniam non minus vtiliter sine hac definitione prædestinationis, per tot annos defensa est catholica fides, tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, tot catholicorum & aliorum & nostris præcedentibus libris. Multum miror eos dicere,
F nec attendere ut de alijs taceã, ipsos libros nostros & antequam Pelagiani apparere cœpissent, conscriptos & editos, & videre quam multis eorum locis futuram nescientes Pelagianam hæresim, credebamus prædicando gratiam, qua nos deus liberat a malis erroribus, & moribus nostris, non præcedentibus bonis meritis nostris, faciẽs hoc secundum gratuitam misericordiam suam. Quod plenius sapere cœpi in di-
lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. sputatione quam scripsi ad beatæ memoriæ Simplicianum, Episcopum Mediolanensis ecclesiæ, in mei episcopatus exordio, quando & initium fidei donum dei esse cognoui, & asserui. Quid autem meorum opusculorum frequentius & delectabilius innotescere potuit, quàm libri confessionum mearum, cum & ipsos ediderim antequam Pelagiana hæresis extitisset? In his certe dixi deo nostro, & sæpe dixi, Da quod iubes, & iube quod vis. Quæ mea uerba Pelagius Romæ, cum a quodam fratre coepiscopo meo fuissent eo præsente commemorata, ferre non potuit, & con-
C tradicens aliquanto commotius, penè cum eo qui illa commemorabat litigauit. Quid
lib. 10. confess. cap. 29. 31. & 37. vero nobis primitus, & maxime deus iubebat, nisi ut credamus in eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dictum est, da quod iubes. Et in eisdem etiam libris quo de mea conuersione narraui, deo me conuertente ad eam fidem, quam miserrima & furiosissima loquacitate vastabam: nonne ita narratum esse meministis, vt ostenderem me fidelibus & quotidianis matris meæ lachrymis ne perirem fuisse confessum. Vbi vtiq; prædicaui, non solum aduersas a recta fide, sed aduersas etiam rectæ fidei, deum sua gratia ad eam conuertere hominum uoluntates. De proficiente porrò perseuerantia quemadmodum deum rogauerim, & scitis & potestis recensere cum vultis. Omnia itaque dei dona quæ in eodem opere siue optaui, siue laudaui, quis non dicam negare, sed dubitare saltem audeat deum daturum se esse præscisse, & quibus daturus fuerit, nunquam potuisse nescire? Hæc est prædestinatio manifesta, & certa sanctorum: quam postea diligentius & operosius cum iam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit. Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura diuina, quàm si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca scripturarum quibus prædestinatio commendata est, copiosius, & enucleatius isto nostro labore defendi, nisi quòd Pelagiani dicunt, gratiam dei secundum merita nostra dari: quod quid est aliud quàm gratiæ omnino negatio? H

Cap. 21 Hæc ergo vt ingrata deo sententia destruatur, gratuitis dei beneficijs quibus liberamur inimica, & initium fidei, & in ea vsque in finem perseuerantiam secundum scripturas, vnde iam multa diximus, dona dei esse defendimus: quoniam si a nobis esse dicimus initium fidei, ut eo cætera dei dona mereamur accipere, concludunt Pelagiani gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod ita exhorruit catholica fides, vt damnari timens, hoc Pelagius ipse damnauerit. Itemque si dicimus à nobis esse perseuerantiam nostram, non à domino, respondent illi, ita nos a nobis habere initium fidei sicut finem: sic argumentantes, multo magis nos habere à nobis illud initium fidei, si a nobis habemus permanere usque in finem: cum perficere quàm inchoare sit maius: ac sic identidem concludunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Si autem vtrunque dei donum est, & hæc deus dona sua, quod negare quis potest? daturum se esse præsciuit, prædestinatio prædicanda est, vt possit vera dei gra-I tia, hoc est, quæ non secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defendi. Et ego quidem in illo libro cuius est titulus, de correptione & gratia, qui & gratia sufficere non potuit omnibus dilectoribus

Lib. de correptione & gratia cap. 6.

bus nostris:puto me ita posuisse donum dei esse,ẽt perseuerare vsq; in finem,vt hoc antea si me non fallit obliuio, tã expresse atq; euidenter,vel nusquã,vel penè nusquã scripserim.Sed ita hæc non dixi,vt nõ ante me nemo dixerit, Beatus quippe Cyprianus in oratione dñica,sicut iam ostendimus,petitiones nostras ita exposuit, vt in ipsa prima petitione; perseuerantiam nos diceret poscere:id nos orare asserens,dicendo,Sanctificetur nomen tuum: cum iam in baptismate sanctificati fuerimus, vt in eo qđ esse cœpimus,perseueremus. Videant tũ ij quibus amantibus me ingratus esse non debeo, qui præter hoc quod in quæstionem venit, omnia mea sicut scribitis,se profitentur amplecti:videant,inquam, vtrum in primi libri posterioribus partibus,eorum duorum quos mei ẽpatus initio antequã Pelagiana hæresis appareret,ad Simplicianum Mediolanensem Epm scripsi,remansit aliquid qđ vocetur in dubium,gratiam non secundum merita nostra dari: & vtrum ibi non satis egerim etiam initium fidei esse donum dei: & vtrum ex ijs quæ ibi dicta sunt,non cõsequenter eluceat & si non sit expressum ẽt vsq; in finem perseuerantiam non nisi ab eo donari,qui nos p̃destinauit in suũ regnũ & gloriam. Deinde ipsam epistolam quam iam contra Pelagianos ad sanctum Paulinum Nolanum Epm feci,cui epistolæ contradicere modo cœperunt, nonne ante annos plurimos ædidi? Eam quoq; inspiciant quam dedi ad Sixtum Romanæ Ecclesiæ præsbyterum,qñ aduersus Pelagianos acerrima conflictatione certauimus: & talem reperient, qualis illa est ad Paulinum. Vnde recolant aduersus hæresim Pelagianam iã ante aliquot annos ista dicta esse atq; conscripta, quæ nunc eis displicere mirandum est: quanuis neminem velim sic amplecti omnia mea vt me sequatur, nisi in ijs quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros in quibus opuscula mea retractanda suscepi, vt nec meipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrẽ, sed proficienter me existimo deo miserante scripsisse,non tamen à perfectione cœpisse: quñquidem arrogantius loquor, quam verius, si vel nunc dico me ad perfectionem sine vllo errore scribendi iam in ista ætate venisse.Sed interest quantũ & in quibus rebus erratur, & q̃ facile quisq; corrigat, quanta pertinacia suum defendere conetur errorem. Bonæ quippe spei est homo, si eã sic proficiẽtem dies vltimus vitæ huius inuenerit, vt adijciantur ei quæ proficienti defuerunt,& proficiendus q̃ puniendus potius iudicetur. Quocirca,si hominibus qui ppea me dilexerunt, quia peruenit ad eos antequam me diligerent aliqua mei laboris vtilitas,nolo existere ingratus: quanto magis deo,quem nõ diligeremus,nisi prius dilexisset nos, & fecisset dilectores suos, qñ charitas ex ipso est:sicut dixerunt quos fecit magnos, non solum oratores verumetiã prædicatores suos. Quid est aũt ingratius, q̃ negare ipsam gratiam dei, dicendo eam scđm merita nostra dari? Quod in Pelagianis fides catholica exhorruit, quod ipsi Pelagio capitale crimen obiecit, quod ipse Pelagius non quidem amore veritatis dei, sed tñ suæ damnationis timore damnauit. Quisquis aũt diceret gratiam dei secundũ merita nostra dari, sicut catholicus fidelis exhorret,nec ipsam fidem subtrahat dei gratiæ, qua misericordiam consecutus est vt fidelis esset. Ac per hoc gratiæ dei tribuat perseuerantiam quoq; vsq; in finem, qua misericordiã consequitur,quam poscit quotidie vt non inferatur in tentationem. Inter initiũ autem fidei & perfectionẽ perseuerantiæ, media sunt illa quibus recte viuimus, quæ ipsi ẽt donari nobis a deo fide impetrãte consentiunt. Hæc aũt omnia initium.s. fidei & cætera vsq; in finem dona sua, deus largiturum se vocatis suis esse præsciuit. Nimiæ igitur contentionis est, prædestinationi contradicere, vel de prædestinatione dubitare. Quæ tñ non ita populis prædicãda est, vt apud imperitam vel tardioris intelligẽtiæ multitudinem redargui quodammodo ipsa sua prædestinatione videatur: sicut redargui videtur & præscientia dei, q̃ certe negare non possunt, si dicatur hominibus,siue curratis siue dormiatis quod vos præsciuit qui falli non potest,hoc eritis. Doloſi autem vel imperiti medici est etiam vtile medicamentum sic alligare, vt aut non prosit,aut obsit:sed dicendum est, Sic curratis,vt comprehendatis,atq; vt ipso cursu vestro ita vos esse præcognitos noueritis, vt legitime curratis: & si quo alio modo dei præscientia prædicari potest,vt hominis segnitia repellatur.

Quanuis ergo ita se habeat de prædestinatione definita sñi volũtatis dei, vt alij ex infidelitate,accepta voluntate obediẽdi, conuertantur ad fidem vel perseuerent in fide:cæteri vero qui in peccatorum damnabilium delectatione remorantur, si & ipsi prædestinati sunt,ideo nondũ surrexerũt, quia nondum eos adiutorium gratiæ miserantis erexit. Si qui enim nondum sunt vocati,quos gratia sua p̃destinauit eligẽdos,accipient eandem gratiam, qua electi velint esse & sint. Si qui autem obediunt,sed in regnũ eius & gloriam prædestinati non sunt, tẽporales sunt: nec vsq; in finem in eadem obedientia permanebunt. Quanuis ergo hæc vera sint, non tñ isto mõ dicẽda sunt audientibus multis vt sermo ad ipsos etiã conuertatur, eisq; dicantur illa istorũ verba quæ vestris literis indidistis,& quæ superius tnterposui. Ita se habet de prædestinatione definita sententia uoluntatis dei,vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediẽdi voluntate veneritis ad fidẽ. Quid opus est dici,alij ex vobis? Si enim ecclesię dei loquimur,si credentibus loquimur, cur alios eorum ad fidem venisse dicentes, cæteris facere iudicamur iniuriam: cum possimus cõgruentius dicere, ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei, vt ex infidelitate veneritis ad fidẽ accepta voluntate obediendi,& accepta perseuerantia maneatis in fide? Nec illud quod sequitur est omnino dicendum.i. cæteri vero qui in pctorũ delectatione remoramini,ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis erexit:cum bene & conuenienter dici possit & debeat, Si qui autem adhuc in peccatorum damnabilium delectatione remoramini, apprehendite saluberrimam disciplinam. Quod tamen cũ feceritis, nolite extolli q̃si de operibus vestris, aut gloriari quasi hoc non acceperitis, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volũtate:& a domino gressus vestri diriguntur vt eius viã velitis. De ipso aũt cursu vestro bono rectoque condiscite vos ad prædestinationẽ diuinæ gratiæ pertinere. Item quod sequit, & dicitur, Verũtamen si qui eis nondũ vocati,quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis & sitis electi:durius dicitur quàm dici potest, si nos non quibuslibet hominibus loqui,sed Christi ecclesiæ cogitemus. Cur enim non potius ita dicitur: Et si qui sunt nondum vocati,pro eis vt vocẽt oremus? Fortasis enim sic prædestinati sunt,vt nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, qua velint esse atque essiciantur electi. Deus enim qui omnia, quæ prædestinauit impleuit, ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit: vt hinc intelligeremus q̃ etiã ipse infidelibus donet vt credãt,& volentes ex nolentibus faciat. Iã vero quod illis verbis connectitur, miror,si nullo modo põt in populo Christiano quisquam infirmus patienter audire, cum dicitur eis,Et si qui obeditis, si p̃destinati estis reijciendi, subtrahentur vobis obediendi vires,vt obedire cessetis. Hoc enim dicere quid videtur aliud esse, q̃ maledicere, aut mala quodammodo prophetare? Sed si & ijs qui non perseuerãt aliquid placet dicere,vel necesse est,cur non potius ita saltem dicitur,vt pauloante dictum est: primum, vt nondum de ipsis qui in populo audiũt, hoc dicatur,sed de alijs ad ipsos.i. vt nõ dicatur. Si qui obauditis,si prædestinati estis reijciendi,sed si qui obaudiunt,& cætera p verbi personam tertiam dicantur, non p secundam? Res enim non optabilia, sed abominabilis dicitur,& durissime atque odiosissime quasi in audientium frontem compellando colliditur, qñ quis eis quibus loq tur:dicit,Et si qui estis qui obeditis:si prædestinati estis reijciendi,subtrahentur obediendi vires vt obedire cessetis. Quid enim sententiæ deperit, si ita dicatur: Si q̃ autem obediunt,sed in regnum & gloriam prædestinati non sunt, nec vsque in finem in eadem obedientia permanebunt? Nonne & verius eadem res & congruentius dicit, vt non ipsis tantum malum tanquam optare uideamur, sed de alijs referre quod oderint, nec ad se existiment pertinere sperando,orando q̃; meliora? Illo autem modo quo id dicendum putãt eadem sententia eisdem penè uerbis etiam de præscientia dei, quam certe negare non possunt, pronunciari potest:ut dicatur, Et si qui obeditis, si præsciti estis reijciendi,obedire cessabitis. Nempe hoc uerissimum est: ita sanè, sed improbissimum,importunissimum,incongruentissimum,non falso eloquio, sed non salubriter ualetudini humanæ infirmitatis apposito. Illum etiam modum quo utendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus,loquenti ad populum nõ existimo debere sufficere, nisi hoc uel huiusmodi aliquid addat,ut dicat, Vos itaque ẽt ipsam obediendi perseuerantiam à patre luminum,

Libro. 1. ad Simplicianũ q̃stio. 2.

Cap. 22

luminum, à quo descendit omne datum op
Ioco. 1. timum, & omne donum perfectum sperare
deberis, & quotidianis orationibus poscere
atque hoc faciendo confidere, non vos esse
à prædestinatione populi eius alienos, quia
etiam hoc vt faciatis, ipse largitur. Absit au-
tem à vobis ideo desperare de vobis, quo-
niam spem vestram in ipso habere iubemi-
Hie. 17. ni, nó in vobis. Maledictus enim omnis ho-
Psa. 117. mo qui spem habet in homine. Et, Bonũ
est confidere in domino quàm confidere in
homine, quia beati omnes qui confidũt in
Psal. 2. eum. Et hanc spem tenentes, seruite domi-
no in timore, & exultate ei cum tremore.
Quoniam de vita æterna quam filijs pro-
missionis promisit non mendax deus ante
Iob. 7. tempore æterna, nemo potest esse securus,
nisi cum consummata fuerit ista vita, quæ
tentatio est super terram, sed faciet nos per
seuerare in se usq; in eius vitæ finẽ, cui quo
tidie dicimus: Ne nos inferas in tãtationẽ.
Matt. 6. Hæc itaque huiusmodi cum dicuntur siue
paucis Christianis, siue multitudini eccle-
siæ, cur metuimus sanctorum prædestina-
tionem & veram dei gratiam, id est, quæ
non secundum merita nostra datur, sicut eã
sancta scriptura prædicat, prædicare? An ve
F ro timendum est, ne tũc de se homo despe-
ret quando spes eius ponenda demonstra-
tur in deo, non autem desperaret, si eam in
seipso superbissimus & infœlicissimus po-
neret? Atque vtinam tardi corde & infirmi
qui non possunt, vel nondum possunt scri-
pturas, vel earum expositiones intelligere,
sic audirent, vel non audirent in hac quæ-
stione disputationes nostras, vt magis intue
rentur orationes suas, quas semper habuit
& habebit ecclesia ab exordijs suis donec
finiatur hoc seculum.

Ca. 23. De hac enim re quam nunc aduersus no
uos hæreticos, non commemorare tantum,
sed plane tueri & defensare compellimur,
nunquam tacuit in precibus suis, etsi aliquã
do in sermonibus exerendam nullo vrgen
te aduersario putauit. Quando enim ora-
tum est in ecclesia pro infidelibus atque ini
micis eius vt crederent? Quando fidelis
quisquam amicum proximum coniugem
habuit infidelem, & non ei petiuit à domi-
no mentem obedientem in Christianam fi
dem? Quis autem sibi vnquam non ora-
uit vt in domino permaneret? Aut quis sa
cerdotem super fideles dominum inuocan-
tem, si quando dixit: Da illis domine in te
perseuerare vsque in finem, non solum vo
ce ausus est, sed saltem cogitatione repre- G
hendere, ac non potius super eius talem be
nedictionem, & corde credente & ore con
fitente respondit, amen: cum aliud in ipsa
oratione dominica non orent fideles, dicen
tes maxime illud, Ne nos inferas in tenta-
tionem: nisi vt in sancta obedientia perseue
rent? Sicut ergo in his orationibus, ita & in
hac fide nata ẽ & crescit & creuit ecclesia,
qua fide creditur gratiam dei non secundũ
merita accipientium dari. Quandoquidem
non oraret ecclesia vt daretur infidelibus
fides, nisi deum crederet & auersas, & ad-
uersas hominum ad se conuertere volunta
tes: nec oraret ecclesia vt perseueraret in fi
de Christi, non decepta vel victa tentatio-
nibus mundi, nisi crederet dominum sic
in potestate habere cor nostrum, vt bonũ
quod non tenemus nisi propria voluntate,
non tamen teneamus nisi ipse in nobis ope
retur & velle. Nam si hæc ab ipso quidem
poscit ecclesia, sed à seipso sibi dari putat,
non veras, sed perfunctorias orationes ha-
bet, quod absit à nobis. Quis enim ueraci-
ter gemat, desideras accipere quod orat à
domino, si hoc à seipso se sumere existimet
non ab illo: præsertim, quoniam quid ore-
mus sicut oportet nescimus, sed ipse spiri-
tus ait Apostolus, interpellat pro nobis ge
mitibus inenarrabilibus? Qui .n. scrutatur Rom. 8.
corda, scit quid sapiat spiritus, quia secundũ H
deum interpellat pro sanctis. Quid est, ip-
se spiritus interpellat: nisi interpellare fa-
cit gemitibus inenarrabilib. sed veracibus,
quoniam veritas est spiritus? Ipse est enim
de quo alio loco dicit: Misit deus spiritum Gala. 4.
filij sui in corda nostra, clamantem Abba
pater. Et hoc quid est, clamantem, nisi cla-
mare facientem, tropo illo quo dicimus læ-
tum diem, qui leætos facit? Quod alibi ma-
nifestat vbi dicit: Non enim accepistis spi- Rom. 8.
ritum seruitutis iterum in timore, sed ac-
cepistis spiritum adoptionis filiorũ, in quo
clamamus Abba pater. Ibi dixit, clamantẽ:
hic vero, in quo clamamus: aperiens videli
cet quomodo dixerit, clamantẽ, id est, sicut
iam exposui, clamare facientem. Vbi intelli
gimus & hocipsum esse donum dei, vt ve-
raci corde & spiritaliter clamemus ad deũ.
Attendant ergo quomodo fallũtur, qui pu
tant esse à nobis, non dari nobis vt peta-
mus, quæramus, pulsemus: & hoc esse di-
cunt quo gratia prædicetur merito nostro

vt

I ant sequatur illa, cum accipimus petentes,
1.Co.12 & inuenimus q̃rentes, aperituro; pulsanti-
bus. Nec volunt intelligere ẽt hoc diuini
muneris esse vt oremus, hoc est petamus,
quæramus atq; pulsemus. Accipimus enim
spiritum adoptionis filiorum, in quo clama
mus Abba pater. Quod vidit beatus Am-
brosius: Ait enim, Et orare deum, gratiç spi
ritalis est: sicut scriptum est, Nemo dicit
dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Hæc
igitur quæ posit à domino, & semper ex
quo esse cœpit poscit ecclesia, ista deus vo-
catis suis daturum se esse præsciuit, vt in ip-
2.Ti.1: sa prædestinatione iam dederit, quod Apo-
stolus sine ambiguitate declarat. Scribens
quippe ad Timotheum: Collabora, inquit,
Euangelio secundum virtutem dei saluos
nos facientis, & vocantis vocatione sua san
cta, non secundum opera nostra, sed secun-
dum suum propositum & gratiam, quæ da-
ta est nobis in Christo Iesu ante tempora
æterna, manifestata autem nunc per aduen
tum saluatoris nostri Iesu Christi. Ille ita-
que dicat ecclesiam aliquando in fide sua
non habuisse veritatem prædestinationis
huius & gratiæ, quæ nunc contra nouos hæ
reticos cura diligentiori defenditur: Ille, in
quam, hoc dicat, qui dicere audet aliquando
eam non orasse, vel non veraciter orasse, si
K ue vt crederent infideles, siue vt perseuera-
rent fideles. Quæ bona si semper orauit,
semper ea dei dona esse vtique credidit, nec
ab illo semper cognita vnquam ei negare
fas fuit. Ac per hoc prædestinationis huius
Cap. 24 fidem, quæ contra nouos hæreticos noua
solicitudine nunc defenditur, nunquam ec
clesia Christi non habuit.

Sed quid plura? Satis docuisse me existi-
mo, vel potius plusquam satis, dona dei es-
se & incipere in domino credere, & vsque
in finem in domino permanere. Cætera ve
ro bona ad vitam piam, qua deus recte coli
tur pertinẽtia, etiam ipsi propter quos hæc
agimus, dei dona esse concedunt. Omnia
porro dona sua & quibus ea fuerat largitu-
rus, deum præscisse negare non possunt. Si-
1.Co.1. cut ergo cætera prædicanda sunt, vt qui ea
prædicat obedienter audiatur: ita prædesti-
natio prædicanda est, vt qui obedienter hęc
audit, non in homine, ac per hoc non in se-
ipso, sed in domino glorietur, quia & hoc
dei præceptum est obedienter audire, id est,
vt qui gloriatur in domino glorietur, simi-
liter vt cætera dei donum est. Quod do-
num qui non habet, non dubito dicere, alia
quæcunque habet, inaniter habet. Hoc Pe-
lagianis optamus vt habeant, istis autem
nostris vt plenius habeant. Non itaque si-
mus in disputationibus prompti, & in ora- L
tionibus pigri. Oremus dilectissimi, ore-
mus, vt deus gratiam det etiam inimicis no
stris, maximeque fratribus & dilectoribus
nostris, intelligere & confiteri post ingen-
tem & ineffabilem ruinam qua in vno om-
nes cecidimus neminem nisi gratia dei libe
rari: eamque non secundum merita accipi
entium tanquam debitam reddi, sed tanquã
veram gratiam nullis meritis præcedenti-
bus gratis dari. Nullum autem est illustrius
prædestinationis exemplum quàm ipse Ie-
sus: Vnde & in primo libro iam disputaui,
& in huius fine commendare delegi: Nul-
lum est, inquam, illustrius prædestinationis
exemplum quàm ipse mediator. Quisquis
fidelis vult eam bene intelligere, attendat
ipsum, atq; in illo inueniat & seipsum: Fide
lis, inquam, qui in eo veram naturam cre-
dit, & confitetur humanam. i. nostram, quã
uis singulariter suscipiẽte deo verbo, in vni
cum filium dei sublimatam, ita vt qui susce
pit & quod suscepit, vna esset in Trinitate
persona: Neq; enim homine assumpto qua-
ternitas facta est, sed Trinitas mansit assum
ptione illa ineffabiliter faciente personæ v-
nius in deo & homine veritatem. Quoniã
non deum tantum dicimus Christum, si-
cut hæretici Manichæi: nec hominem tan-
tum sicut hæretici Photiniani: nec ita homi
nem vt aliquid minus habeat, quod ad hu M
manam certum est pertinere naturam: siue
animam, siue in ipsa anima mentem rõna-
bilem, siue carnem, non de fœmina sum-
ptam, sed factam de verbo in carnem con-
uerso atque mutato, quæ omnia falsa & va-
na hæreticorum Apollinaristarum, tres par
tes varias diuersasque fecerunt. Sed dici
mus Christum deum verum, natum de deo
patre fine vllo initio temporis, eundemque
hominem verum, natum de homine matre
certa plenitudine temporis, nec eius huma-
nitatem qua minor est patre, minuere ali-
quid eius diuinitatẽ, qua æqualis est patri: Ioan. 10
hoc autem vtrunq; vnus est Christus, qui Ioan. 14
& secũ deum verissime dixit, Ego & pater
vnum sumus: & secundum hominem veris
sime dixit, Pater maior me est. Qui ergo
hunc fecit ex semine Dauid hominem iu-
stum, qui nunquam esset iniustus, sine vllo

merito

Universidad de Deusto Biblioteca

merito præcedentibus voluntatis eius, ipse ex iniustis facit iustos, sine vllo merito præcedentis voluntatis ipsorum, vt ille caput, hi membra sint eius. Qui ergo fecit illũ hominem sine vllius eius præcedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare peccatum. ipse nullis eorum, præcedentibus meritis facit credentes in eum, quibus dimittat
A omne pctm̃. Qui fecit illum talem vt nunquã habuerit habiturusq; sit voluntatẽ malã, ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Et illum ergo & nos prædestinauit, quia in illo vt esset caput nostrũ, & in nobis, vt eius corpus essemus, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura præsciuit. Qui legunt hæc si intelligunt, agant deo gratias: qui aũt non intelligunt, orent vt eorum ille sit doctor interior, à cuius facie est scientia & illectus. Qui vero errare me existimant, etiam atq; etiam diligẽter quæ sunt dicta considerent, ne fortasis ipsi errent. Ego autem cum p eos qui meos labores legunt, non solum doctior verum etiam emendatior fio, propitium mihi deũ agnosco: & hoc per Ecclesiæ doctores maxime expecto, si & in ipsorum manus venit, dignenturq́ue nosse quod scribo.

B

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Liber de prædestinatione dei.

Cap. 1. DE prædestinatione dei locuturi, anxietatibus quibusdam inuoluimur, quia dũ conscientiam nostræ stoliditatis perscrutamur, ab appetitu tam arduæ disputationis reprimimur. Sed dum ad omnipotentiam illius qui per os asinæ irrationalis, rationali sessori uerba voluntatis suæ monstrauit mentem reducimus, sub spe superni adiutorij, ad audendum vires accipimus, scientes quia quicquid boni loq̃mur vel facimus, nõ ex nobis hoc, sed ex deo accipimus.
Nũ. 22.

Cap. 2. In primis nefas est dicere, deum aliquid nisi bonum prædestinare. Sed prędestinationum, aliæ sunt alligationis, aliæ conditionis: istæ sunt iustitiæ, illæ potentiæ. Vt lucidius fiat quod dicitur, quæ sunt alligationis & potentiæ, quæ conditionis & iustitiæ demonstretur. Creauit deus cœlũ & terrã, solem & lunã, diẽ & noctẽ: p̃destinauit insuper vt cœlũ semper volueretur, terra im- C
mobilis, circũuoluenti cœlo loco centri haberetur: sol & luna diei noctiq́; p̃essent. dies & nox certis temporibus vicissim succederent. Hæ prædestinationis potentiæ sunt & alligationis. Vnúqq́q; n. eorum quæ p̃dixi mus, sic alligatum est suo operi per prędestinationẽ dei, vt ab eo dimoueri non possit. Creauit deus hominem, & prædestinauit vt si obediens esset, ac à gustu vetiti pomi se abstineret, in vita permaneret: sin aũt inobediens esset, sententiã mortis subiiret. Hæc p̃destinatio conditionis est & iustitiæ. Nõ. n. deus ante casum hominis sic eum per potẽtiam alligationis p̃destinauit mori, vt necesse esset eum mori, sed sub ea conditione, si peccaret. Quia igit̃ peccauit hõ, iustũ erat vt moreretur: si nõ peccaret, nullo vinculo p̃destinationis diuinæ, morti alligaretur.

Mortis itaq; p̃destinatio sub cõditione si Cap. 3.
xa fuit in deo, propter casus humani p̃sciẽtiam: non tñ vim faciens in homine p potẽtiã, vt duceret eũ ad mortis sententiã. Ergo p̃destinatio hmõi nõ absolute est cã mortis, sed pctm̃ cã p̃destinationis & mortis. Nõ. n. D
sic dr̃ de hominis morte, vt de cœli volubilitate. Interroganti. n. alicui, quare cœlũ voluit? rñdemus, quia deus p̃destinauit. Hæc rñsio absoluta est, nec aliã q̃rit. Si aũt aliq̃s q̃rit, quare hõ moritur, non absolute rñdere possumus, quia deus p̃destinauit: non. n. p̃destinaret, nisi eũ peccaturũ p̃sciret. Peccatũ quippe in homine, in deo incitat zelũ iustitię: zelus vero iustitię, p̃destinationem: p̃destinatio aũt attrahit mortẽ. Et huius cõ catenationis initiũ & finis in homine est. Quare. n. hõ moritur. Quia deus p̃destinauit, Quare deus p̃destinauit? Quia iustus est, & iuste facit. Quare iuste facit? Quia homo peccauit. Ecce ex homine peccatũ, & in homine mors. Est qui dicat: qũo potsit esse peccatum cã prędestinationis, cũ esset p̃destinatio antequam peccaret homo? Ille audiat, quia omnia antequam fiãt, deus quasi facta pertractat, & siue sint punienda, siue muneranda, in præscientia sua dijudicat. Ecce homo infœlix alligatur morti, nõ per dei prędestinationem, sed per suam offensionẽ. Quamuis. n. prædestinatio offensionem p- E
currat tempore, offensio tamen prædestinationem prędecedit effectione. Nã prædestinatio non fieret, nisi offensio futura esset, quã offensionem qui præsciuit esse, offensionis

sionis vltionem vt iustus iudex prædestinauit. Ex præscientia igitur offensionis, prædestinatio emanauit vltionis: sicut ex præscientia virtutis, prædestinatio fieri solet remunerationis. Vnde Apostolus ad Roma-
Rom. 8. nos, Quos præsciuit, hos & prædestinauit.
cap. 4. Fortasis est qui dubitet vltionem offensionis à deo esse, quia grauis est & mala: virtutis autem remunerationẽ à deo esse manifeste fateatur, quia dulcis est & bona: cũ deus nullius mali, sed totius boni sit author. Huic dicendum est, quia offensio, & si homini est mala dum pœnã ingerit, apud deũ est iusta dum peccata punit. Quod aũt iustum est, bonum est. Prædestinatio igitur
Psal. 43 vltionis, quia iusta est, & bona. Vnde fons & origo boni per Esaiam sic loquitur, Ego dñs formans lucem, & creans tenebras, pacẽ faciens, & creans malum. Quasi dicat, Ego dñs faciens pacem ex me, creans malum ex te tibi. Pro peccatis. n. tuis bellum tibi tribuo quod mereris, quod & si apud me sit iustum, ex te tamen tibi fit malum: quia non ex me, sed ex te peccasti, & pro peccato pœnam tibi creo, quæ apud me est iusta, tibi autem mala. Huiusmodi ergo malum creat
F deus, quod per se sibi sit iustum, ex homine fit homini malum. Vna. n. eademq́; res aliter atq; aliter inter homines etiam accepta, bona est & mala. Vt bellum de quo supra diximus, victis est malum, vincentibus bonum. Quapropter & mors, quæ est vltio p̃uaricationis, & iusta est & mala. Iusta quidem ex iusto iudice, mala autem ex misero peccatore. Hæc etiam eademq́; mors quibusdam hominibus est mala, quibusdam autem bona, quia hos de ignominia ducit ad gloriã, illos vero de gloria ad ignominiam: Ignis quoque lignis, stipulis, vestimẽtis est nociuus; cuprum autem & argento & auro proficuũ: quia hæc excoq̃t & puriora reddit, illa vero inflammat, & penitus consumit. Cum hæc ita sint, nõ vereamur dicere, mortem esse prædestinatam à deo: quia etsi nobis est mala, à deo tamen p̃p præsciẽtiã
Psal. 61. præuaricationis prædestinata est iusta. Vnde & Psalmista. Quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Vnde enim & bonis gloria perennis, & malis mors infœlix, nisi ab eo qui reddit vnicuiq; secundum opera sua? Nõ tũ pure à deo mors, sed fit ex hominis
G p̃uaricatione, per iustitiam dei in hominis pœnam. Hoc ideo, quia sunt nonnulli qui diabolũ sic ponunt mortis authorem, quasi vltionis iudicem. Author est quidẽ mortis per suggestionem peccati, sed per potentiam retributionis, nec author, nec creator. Est & pœnarum custos & exhibitor, nec tamen ex propria potentia, sed ex concessione diuina.

Sed ijs quæ præscripsimus quidam oppo Cap. 5.
nunt quod scriptum est, Mortem deus non Sapiẽ. 1.
fecit unquam. Quibus non surda aure prætereundum est, quod alias scriptũ est, Mors & vita à deo est. Nam opponenti, mortem deus non fecit vnquam: oppono, mors & vita à deo est. His quippe oppositionibus in literatura nulla reconciliatio est, in intelligentia nulla repugnantia. Mors enim sicut & vita: non tantum dupliciter, sed etiã tripliciter intelligi potest, In primo nanq; homine, & animam & carnem deus creauit immortalem. Ante peccatum ergo vixit anima, vixit caro, non sub interitus timore, sed sub immortalitatis conditione. At dum homo peccauit, anima obijt. Hæc est mors quam deus non fecit, Caro tamẽ vixit post mortem animæ, sed sub mortis expectatione. Mors ergo animæ peccatum, mors carnis dissolutio elementorum: mors animæ & carnis, pœna infernalis. Sic & vita, alia est H
carnis & animæ ante pctm̃, alia carnis post peccatum, alia animæ & carnis post dissolutionem elementorum. Vita quidem omnis à deo est, sicut & mors carnis, q̃ est dissolutio elementorum: & mors animæ & carnis, quæ est vltio offensionis. Mortem aũt animæ, quæ est cæterarum principium & causa, nunquam fecit deus, quia scriptum est, 1. Pet. 2.
Qui peccatum non fecit. Sed mortem animæ non sic intelligas vt mortem carnis. Moritur caro, solutionem sui patiendo: moritur autem anima non sic, sed vitam mutando. Iam quæ sint prædestinationes alligationis, quæ conditionis satis vt error dictum est. Sed earum quæ conditionis sunt, aliæ ad gloriam, aliæ ad pœnam. Quos enim deus suos fidei opere futuros esse præ nouit, hos prædestinauit ad gloriam: quos absque correctione diabolicæ persuasioni militaturos esse præsciuit, hos pro certo prædestinauit ad pœnam. Nauis mentis nostræ nisi exercitatione bonæ meditationis regatur ventis vanarum cogitationum afflatibus, per diuersa fluctuabit, & demum sub periculo demersionis conquatietur. I

FINIS.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Liber de gratia & libero arbitrio, ad Valentinum, & cum illo monachis.

Cap. 1. PROPTER eos qui liberum hominis arbitrium sic p̃dicant & defendunt, vt dei gratiam qua vocamur ad eum, & à nostris malis meritis liberamur, & p quã bona merita comparamus, quibus ad vitam perueniamus æternam, negare audeant & conentur auferre, multa iam disseruimus, K literisq; mandauimus, quantum nobis dominus donare dignatus est. Sed quoniam sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt, vt negent hominis liberum arbitrium: aut quando gratia defenditur, negari existimẽt liberum arbitrium: hinc aliquid scribere ad vestram charitatem Valentine frater & cæteri qui simul deo seruitis, compellente mutua charitate curaui. Nunciatum est enim mihi de vobis fratres, ab aliquibus qui in vestra congregacione sunt, & ad nos inde venerunt, per quos & ista direximus, q̃ de hac re dissensiones in vobis sint. Itaque dilectissimi, ne vos perturbet huius quæstionis obscuritas: moneo vos primum, vt de ijs q̃ intelligitis, agatis deo gratias: quicquid est autem quo peruenire nondum potest vestræ mentis intentio, pacem inter vos & charitatem seruantes à domino vt intelligatis orate. Et donec vos ipse perducat ad ea quæ nondum intelligitis, ibi ambulate quo peruenire potuistis. Hoc admonet Apostolus Paulus, qui cum dixisset nondum se esse perfectum, paulopost ait: Quotquot ergo Phili. 3. perfecti hoc sapiamus, id est, ita nos esse perfectos, vt nondum ad perfectionem quæ nobis sufficit venerimus: continuoq; subiunxit, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque L vobis deus reuelabit: veruntamen id quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulando quippe in quod peruenimus, & quo nondum peruenimus peruenire poterimus, deo nobis reuelante, si quid aliter sapimus, si ea quæ iam reuelauit, non relinquamus.

Cap. 2. Reuelauit autem nobis per scripturas suas sanctas, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quomodo autem reuelauerit commemoro vos, non humano eloq̃o, Cõmemoro p sed diuino. Primum quia ipsa diuina præcepta homini non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa præmia perueniret. Ideo enim data sunt, vt homo excusationem de ignorantia non haberet: sicut dominus dicit in Euangelio de Iudæis, Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. De quo peccato dicit, nisi de illo magno, quo præsciebat eorum futurum quando ista dicebat, id est, quo eum fuerant occisuri? Neque enim nullum habebant peccatum antequam Christus venisset in carne ad eos. Item dicit Apostolus, Reuelatur ira dei de cœlo in omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniquitate detinẽt, quia quod notum est dei, manifestum est in illis: deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quę facta sunt, intellecta conspicuuntur, sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Quomodo dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatione qua solet dicere humana superbia, Si scissem, fecissem: ideo non feci, quia nesciui. Aut, si scirem, facerem: ideo non facio, quia nescio? Hæc excusatio tollitur, quando præceptum datur, vel scientia non peccandi manifestatur. Sed sunt homines qui etiam de ipso deo se excusare conantur, quibus dicit Apostolus Iacobus, Nemo cum tentatur, dicat quoniam à deo tentor. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat: vnusquisque vero tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Item de ipso deo se excusare volentibus, respondet liber prouerbiorum Salomonis, Insipientia viri violat vias eius, deum autem causatur in corde suo. Et liber Ecclesiasticus dicit, Ne dixeris quia propter deum recessi: quæ.n. odit ne facias, Ne dixeris quia ipse me induxit: nõ enim opus habet viro peccatore, omne execramentum odit dominus, & non est amabile timentibus eum. Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris conseruabis mandata, & finem bonam placiti. Apponet tibi ignẽ & aquam, ad quodcunq; volueris extẽdere manum

Ioã. 15. Excusatio humana superba. Eccl. 15. A

manum tuam, In conspectu uita & mors & quodcunq; placuerit dabitur ei. Ecce apertissime uidemus expressum liberũ humanæ voluntatis arbitrium. Quid illud quòd tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri iubet deus. Quomodo iubet si non est liberum arbitrium? Quid beatus ille, de quo psalmus dicit, q̃ in lege domini fuit uoluntas eius, nonne satis indicat uoluntate sua hominem in lege dei consistere? Deinde tam multa mandata quæ ipsam quodam modo nominatim conueniunt voluntatem: sicut est, Noli vinci a malo: & alia similia, sicut sunt. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus: Et, Noli repellere cõsilia mris tuæ: Et, Noli teipsum: Et, Noli deficere a disciplina domini. Et, Noli negligere legem: Et, Noli abstinere benefacere egenti: Et, Noli fabricare in animi tuum mala: Et, Noli intendere fallaci mulieri: Et, Noluit intelligere ut bene ageret: Et, Noluerunt accipere disciplinam: & innumerabilia talia in ueteribus libris diuinorũ eloquiorũ quid ostendunt, nisi liberũ arbitrium voluntatis humanæ? In libris ẽt nouis euangelicis & apostolicis, quid aliud ostenditur ubi dicitur, Nolite uobis condere thesauros in terra: Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus: Et, Qui uult venire post me, abneget semetipsum: Et, Pax in terra hominibus bonæ uoluntatis: Et quod dicit Apostolus Paulus, Quod uult faciat, non peccat si nubat: qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc statui in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Item dicit: Si autem, uolens hoc facio mercedem habeo. Et alio loco: Sobrij estote iusti, & nolite peccare. Et iterum: Vt quemmadmodom promptus ẽ animus uoluntatis, ita sit & perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cum enim in delitijs egerint in Christo, nubere uolunt. Et alibi: Sed & omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, psecutionem patientur. Et ipsi Timotheo: Noli negligere gratiam quæ in te est. Et ad Philemonem: Ne bonum tuum ueluti ex necessitate esse, sed ex voluntate. Seruos etiam ipsos monet, vt dominis suis ex animo seruiant cum bona uoluntate. Item Iacobus: Nolite itaque errare fratres mei, & nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, & nolite derrabere de alterutro, Item Ioannes in epistola sua: Nolite diligere mũdum: & cætera huiusmodi. Nempe ubi dicitur: Noli hoc, & noli illud, & ubi ad aliquid faciendum, uel non faciendum in diuinis monitis opus uoluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Nemo ergo deum causetur in corde suo, sed sibi imputet quisque cum peccat. Neque cum aliquid secundum deum operatur, alienet hoc a propria uoluntate. Quando enim volens facit, tunc dicendum est opus bonum, tunc speranda est boni operis merces ab eo, de quo dictum est. Qui reddet unicuique secundum opera sua: Qui ergo nouerunt diuina mandata, aufertur eis excusatio, quam solent homines habere de ignorantia.

Sed nec ipsi sine pœna erunt qui legem dei nesciunt. Qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: qui aũt in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quod mihi non uidetur Apostolus ita dixisse, tanquam peius aliquid significauerit esse passuros qui legem nesciunt in peccatis suis, quã illos qui sciunt. Peius enim videtur esse perire, quam iudicari. Sed cum hoc de gentibus & de Iudæis loqueretur, quia illi sine lege sunt, isti autem legem acceperunt, quis audeat dicere Iudæos qui in lege peccant, non esse perituros, cum in Christum non crediderunt, quandoquidem de illis dictum est, per legem iudicabuntur? Sine fide enim Christi nemo liberari potest, ac per hoc ita iudicabuntur ut pereant. Nam si peior est conditio nescientium, quam scientium legem dei, qudmodo uerũ erit, quod dominus in Euangelio ait, Seruus qui nescit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, uapulabit pauca: seruus autem qui scit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, uapulabit multa. Ecce ubi ostendit grauius peccare hominem scientem quam nescientem, nec tamen ideo confugiendum est ad ignorantiæ tenebras, ut in eis quisque requirat excusationem. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur. Noluit intelligere ut bene ageret. Sed & illa ignorantia quæ non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, ut sempiterno ignẽ non exardeat: si propterea non credidit, quia non audiuit omnino quod crederet

Ibidem 1. Ioã. 2. Mat. 16. Rom. 2. Cap. 3. Rom. 2. D Luc. 12. Pſal. 35. Ignoratia simpliciter non excusat.

deret,sed fortasis vt mitius ardeat; non.n.
Psal.78. sine causa dictum, Effunde iram tuam
2.Th.1. in gentes,quæ te nō nouerunt. Et illud qđ
E ait Apostolus, Cū venerit in flamma ignis
dare vindictā in eos,qui ignorant deum.
Veruntamē vt habeamus & ipsam scientiā,
ne dicant vnusquisq;, nescioi, non audiui,
non intellexi, voluntas conuertitur huma
Psal.31. na vbi dicit,Nolite esse sicut equus & mu
lus,quibus non est intellectus: quanuis pe
Pro.29. ior appareat de quo dictum est,Verbis non
emendabitur seruus durus:si enim & intel
lexerit,non obaudiet. Qū aūt dicit homo:
Non possum facere quod præcipitur, quo
niam concupiscentia mea vincor: iam qui
dem de ignorantia non habet excusationē,
nec deum causatur in corde suo, sed malū
suum in se cognoscit & dolet:cui tamen di
Ro.12. cit Apostolus,Noli vinci à malo,sed vince
in bono malum. Et vtiq; cui dicitur,noli
vinci, arbitrium sine dubio volūtatis eius
cōuenitur: velle enim & nolle propriæ vo
luntatis.

Cap. 4. Sed metuendum est ne ista omnia diuina testimonia,& q̄cunq; alia sunt quæ sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrij sic intelligantur, vt ad vitam piam & bonam conuersationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratiæ dei locus non relinquatur:& audeat miser homo quādo bene viuit & bene operatur, vel potius bene viuere & bene operari sibi vi
F detur,in seipso non in domino gloriari, & spem recte viuendi in seipso ponere, vt sequatur eū maledictum Hieremiæ Prophetæ dicentis, Maledictus homo qui spem habet in hoīe,& firmat carnē brachij sui, & a domino discedit cor eius. Intelligite fratres hoc propheticum testimonium, quia enim non dixit Propheta, Maledictus homo qui spem habet in seipso, posset alicui
Hie.17. videri ideo dictum esse, Maledictus homo qui spem habet in homine:vt nemo habeat spem in altero homine, sed in se. Vt ergo ostenderet sic se admonuisse hominem, vt nec in seipso haberet spem: propterea cum dixisset, Maledictus homo qui spem habet in homine: mox addidit, & firmat carnem brachij sui. Brachium pro potentia posuit operandi, In homine autem carnis intelligenda est humana fragilitas:ac per hoc firmat carnem brachij sui,qui potentiam fragilem atq; inualidam,id est, humanam sibi sibi sufficere ad bene operandum putat,nec adiutorium sperat à domino. Propter hoc enim subiecit, Et à dño discedit cor eius. G
Talis est hæresis Pelagiana, non antiqua, sed ante non multum tempus exorta:cōtra quam hæresim cum fuisset diutius disputatum,ēt ad cōcilia episcopalia nouissima necessitate peruentum est: vnde vobis nō quidem omnia, sed tū aliqua legenda direxi. Nos ergo ad bū operādū spē nō habeamus in hoīe,firmātes in carnē brachij nri,nec a domino discredat cur nostrum, sed ei dicat, Adiutor meus esto, ne derelinquas me neq; despicias me, deus salutaris meus. Proinde charissimi, sicut superioribus testimonijs scripturarum probauimus sanctarum, ad bene viuendum & recte agēdum esse in homine liberum uoluntatis arbitrium: sic ēt de gra dei,sine qua nihil boni agere possumus, q̄ sint diuina testimonia videamus. Ac primum de ipsa vestra professione alicd dicā:neq;.n.cōgregaret vos ista societas in qua continenter viuitis,nisi voluptatem coniugalem contemneretis Hinc autē domino loquenti cum dixissent discipuli,Si talis est causa homini cum vxore, non expedit nubere. Respondit eis,Non omnes capiunt verbum hoc,sed quibus datum est. Nunquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus,dicēs, Contine teipsum?Et in hac re potestatem volūtatis ostendit:ubi ait, Non habens necessitatem: ptātem autem habens suæ voluntatis,ut seruet uirginem suam: & tamen non omnes capiunt verbum hoc,sed quibus datum est:quibus enim non est datum,aut nolūt,aut nō implēt qđ volūt:qbus āt datū ē, sic volūt ut impleant quod volunt. Itaque vt hoc uerbum quod non ab omnibus capitur,ab aliquibus capiatur, & dei donū est, & liberum arbitrium. De ipsa quoque pudicitia coniugali nempe Apostolus ait, Qđ vult faciat,non peccat si nubat:& tamen ēt hoc dei donum est,dicente scriptura, A domino iungitur mulier viro. Ideo doctor gētium & pudicitiam coniugalem per quam non fiunt adulteria,& pefectiorem continentiam,per quam nullus concubitus quærit, sermone suo commendans:& hoc illud donum dei esse monstrat, scribens ad Corinthios, & admonens coniuges ne seinuicem fraudent: quos cum admonuisset,adiecit: Vellem autem omnes homines esse sicut meipsum: quia vtique ipse ab omni concubitu continebat. Et continuo subiunxit,

Mat.19 H
1.Ti.5.
1.Co.7.
Vbi sup. pra.
Pro.19.
1.Co.7

Sed

I Sed vnusquisq; proprium donum habet à deo,alius sic,alius autem sic. Nunquid tā multa q̄ p̄cipiuntur in lege dei, ne fornicationes & adulteria cōmittant,indicāt aliud q̄ liberū arbitriū, Neq;.n.præciperentur, nisi hō habere propriam voluntatem, qua diuinis præceptis obediret,& tamen dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta non pūt.Vñ ait ille in libro Sapientiæ, Cum scirem quia nemo esse potest continens nisi deus det:& hoc ipsum erat sapiētiæ,scire cuius esset hoc donum. Vt autem ista non seruentur castitatis sancta mandata, vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Vbi si dixerit: volo seruare, sed vincor à concupiscētia mea: rūdet scriptura libero eius arbitrio,qđ iam superius dixi, Noli vinci à malo,sed vince in bono malū: qđ tū vt fiat,adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit nisi virtus peccati. Auget.n.concupiscētia,& maiores vires accipit lege prohibēte,nisi adiuuet spiritus gratiæ. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentiū. Aculeus autem mortis est peccatum,virtus vero peccati lex. Ecce vnde dicit homo. Volo legis seruare mandatum,
K sed uirtute concupiscentiæ meæ vincor. Et cum voluntas eius cōuenitur & ei dicitur, Noli vinci a malo:quid ei prodest nisi gratia succurrente fiat? Quod ipse Apostolus secutus adiunxit:nā & cum dixisset, virtus peccati lex: continuo subiecit,Gratias autē deo, qui dat nobis victoriam per dominū nostrum Iesum Christum. Ergo & victoria qua peccatū vincitur, nihil aliud quàm donum dei, in isto certamine adiuuantis liberum arbitriū. Propter quod dicit & cœlestis magister, Vigilate & orate,ne intretis in tentationem. Ergo vnusquisque contra suam concupiscentiam dimicans oret, ne intret in tentationem:id est, ne sit ab illa abstractus & illectus. Non autem intrat in tentationem,si voluntate bona vincat concupiscentiam malā. Nec tamen sufficit arbitrium voluntatis humanæ, nisi à dño victoria concedatur oranti, ne intret in tentationem. Quid vero euidentius q̄ dei oī ditur gratia,vbi quod oratur,accipitur? Si enim dixisset saluator noster, Vigilate ne intretis in tentationē:admonuisse uideretur tantummodo hominis voluntatē: cū vero addidit,& orate,ostendit deū adiuuare, ne intretur in tentationem. Dictum est libero arbitrio, Fili noli deficere à disciplina domini:& dñs dicit,Ego rogaui pro te Petre, L
ne deficeret fides tua. Hō ergo gratia iuua Pro.3.
tur, ne sine causa voluntati eius iubeatur. Luc.22.

Cum dicit deus,Conuertimini ad me,et Cap.5.
conuertar ad vos: vnum horū videtur esse Zach.1.
nostræ voluntatis,id est, vt cōuertamur ad deum, alterum vero ipsius grā.i.vt etiā ipse cōuertat ad nos:vbi possunt putare Pelagiani suā obtinere sententiam, qua dicūt gratiam dei sēm merita nostra dari. Q̄ quidem in Oriēte,hoc est,in prouincia Palæstina,in qua est ciuitas Hierusalem,cum ipse Pelagius ab Epis audiretur, affirmare non ausus est. Nā inter cætera quæ illi obiecta sunt,& hoc obiectum est, q̄ diceret gratiam dei secundum merita nostra dari: quod sic alienū est à catholica doctrina,& inimicum gratiæ Christi,vt nisi hoc obiectū sibi anathematizasset, ipse inde anathematizatus exisset. Sed fallaciter eum anathematizasse posteriores eius indicant libri,in quibus omnino nihil aliud defendit, q̄ gratiā dei secundum merita nostra dari. Talia ergo de scripturis colligūt,quale est hoc vnū quod pauleante dixi, Conuertimini ad me M
& conuertar ad uos:vt secundū meritū cō- Zach.1.
uersationis nostrę ad deū,detur gratia eius, in qua ad nos & ipse conuertitur. Nec attendunt qui hoc sentiunt, quia nisi donum dei esset etiam ipsa ad deum nostra conuersio,non ei diceretur, Deus virtutum cōuer Psal.89.
te nos. Et, Deus tu conuertēs viuificabis Psa.84.
nos. Et, Conuerte nos deus sanitatum nostrarum:& huiusmodi alia quæ commemorare longum est. Nam & venire ad Christum, quid est aliud nisi ad eum credendo conuerti:& tamen ait, Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo? Ioan.6.
Item quod scriptum est in libro secundo Paralipomenon, Dominus vobiscum cum 2.Pa.15
vos estis cum eo, & si quæsieritis eum,inuenietis:si autem dereliqueritis eum,derelinquet,vos. Manifestat quidem liberū voluntatis arbitrium. Sed illi qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, ista testimonia sic accipiunt, vt dicant meritū nostrum in eo esse q̄ sumus cum deo: eius autem gratiam secundum hoc meritum dari, vt sit & ipse nobiscum. Item meritum nostrum in eo esse q̄ quærimus eum, & secundum hoc meritum dari eius gratiam, vt inueniamus eum. Et in libro Paralipo- 1.Pa.28
menon primo quod dictum est, Et tu Salomon fili mi cognosce deum, & serui ei in

corde perfecto,& anima volente:quia om-
A nia corda scrutatur dñs, & omnem cogitationem mentium nouit: si quæsieris eum, inuenietur tibi,& si dimiseris eum, repellet te in perpetuum: declarat voluntatis arbitrium. Sed illi in eo ponunt meritum homi nis,quod dictum est, Inuenietur tibi:& omnino laborant quantum possunt,ostendere gratiam dei secundum merita nostra dari: hoc est,gratiam non esse gram. Quibus.n. secundum meritũ redditur,non imputatur
Rom.4. merces secundũ gratiam,sed secundum debitum, sicut apertissime dicit Apostolus. Meritum.n.fuit quidem in Apostolo Paulo,sed malum, qñ persequebatur Ecclesiã:
2.Co.15. Vnde dicit,Non sum idoneus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. Cum ergo haberet hoc meritum malũ,reditum est ei bonum pro malo,in eo q̃ secutus adiunxit,Sed gratia dei sum quod sum. Atq; vt ostenderet & liberum arbitrium, mox addidit, Et gratia eius in me vacua nõ fuit,sed plus omnibus illis laboraui. Hoc.n. liberum arbitrium hominis exhortatur &
2 .Co.6. in alijs,quibus dicit, Rogamus ne inuacuũ gram dei suscipiatis. Vt quid.n.eos rogat si
B gratiam sic susceperunt,vt propriam perderent voluntatem, tũ ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur boni aliquid posse, continuo cum dixisset, Gratia eius in me vacua non fuit,sed plus omnibus illis laboraui:subiũxit atq; ait, Non ego aũt,sed gra dei mecum.i.non solus,sed gratia dei mecũ: ac per hoc nec gratia dei sola,nec ipse solus, sed gratia dei cum illo. Vt aũt de cœlo vocaretur, & tam magna & efficacissima vocatione cõuerteretur, gratia dei erat sola,qa
1.Ti.1. merita eius erant magna,sed mala. Deniq; & alibi dicit ad Timotheũ, Collabora Euãgelio secundum virtutem dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra,sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est
Act.1.3. nobis in Christo Iesu. Item merita sua,sed mala commemorans dicit,Fuimus.n.stulti & nos aliqñ & increduli,errantes,seruientes desyderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes,abominabiles, inuicẽ odio habentes. Quid istis tam malis meritis nisi pœna vtiq; debebatur? Sed deo reddente bona pro malis,per gratiam quæ non secundum merita nostra datur, factum est quod deinde subiunxit,& dicit, Cum aũt
C benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti, quem ditissime effudit super nos,per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia, hæredes effeiamur secundum spem vitæ æternæ.

His & talibus testimonijs diuinis proba Cap. 6.
tur gratia dei non secundum merita nostra dari,qũquidem non solum nullis bonis,verumetiam multis meritis malis præcedentibus videmus datam,& quotidie dari videmus.Sed plane cum data fuerit incipiunt esse etiam merita nostra bona,per illã tamẽ: nam si illam subtraxerit,cadit homo nõ erectus,sed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter quando cœperit homo habere merita bona,nõ debet sibi tribuere illa,sed deo, Psal.26.
cui dicitur in Psalmo, Adiutor meus esto ne derelinquas me: dicendo,ne derelinquas me,ostendit quia si derelictus fuerit, nihil boni valet ipse per se: vnde & ille ait, Ego Psal.29.
dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Putauerat.n.suum fuisse bonum, quod ei sic abundabat vt non moueretur; sed vt ostenderetur illi cuius esset illud bonum, de quo tanquã suo cœperat gloriari, Psal.29.
paululum gratia dei deserente admonitus dicit, Dñe in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem: Auertisti faciem tuam à
D me,& factus sum conturbatus. Ideo necessarium est homini, vt gratia dei non solum iustificetur impius.i. ex impio fiat iustus,cũ reddantur ei bona pro malis: sed etiã cum fuerit iustificatus ex fide,ambulet cum illo gratia, & incumbat super ipsam ne cadat. Propter hoc scriptum est in cantico cantiCan.8.
corũ de ipsa Ecclesia, Quæ est ista q̃ ascendit dealbata, incũbens super fratruelẽ suũ? Dealbata est.n.q̃ per seipsam alba eẽ nõ posset. Et a quo dealbata est,nisi ab illo,qui per Prophetã dicit,Si fuerint peccata vestra vt
Esaiæ.1. phœnicium,sicut niuẽ dealbabo? Qũ ergo dealbata est,nihil boni merebatur: Iam vero alba facta,bene ambulat,sed si super eũ à quo dealbata est, perseueranter incumbat: Propter qđ & ipse Iesus super quẽ incumbit dealbata, dixit discipulis suis, Sine me nihil potestis facere, Ergo redeamus ad Apostolũ Paulum,quẽ certe inuenimus sine vl
Ioan.15 lis meritis bonis,imò cũ multis meritis malis dei gram consecutum,reddentis bona P
malis: videamus quid dicat sua iam propinquante

1.Ti.4. quante passione, scribens ad Timotheum,
E Ego.n.iam immolor,inquit, & tẽpus resolutionis meæ instat: Bonũ certamen certaui,cursum cõsummaui,fidẽ seruaui. Ista vti
que iam merita,sua bona commemorat, vt post bona merita consequatur coronã, qui post merita mala consecutus est gratiam. Deniq; attendite quid sequatur, Superest, inquit, mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Cur redderet coronã iustus iudex,si non donasset gram misericors pater? Et qũo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia quæ iustificat impium? Qũo ista debita reddere tur,nisi prius illa gratuita donaretur? Sed cũ dicunt Pelagiani hanc esse solam,non secundũ merita nostra gratiam, qua homini peccata dimittuntur:illam vero quæ datur in finem,i.æternã uitã, meritis nostris præcedẽtibus reddi:rñdendum est eis, Si.n.merita nostra sic intelligerẽt, vt etiam ipsa dona dei esse cognoscerẽt, nõ esset reprobãda ista sententia:quoniã vero merita humana sic prædicant,vt ea ex semetipso habere hominẽ dicant,prorsus rectissime respondet
1.Co.4. Apostolus,Quis.n.te discernit? Quid autẽ
F habes quod non accepisti? Si autem accepisti,quid gloriaris quasi nõ acceperis? Prorsus talia cogitanti verissime dicitur, Dona sua coronat deus,nõ merita tua:si tibi a teipso,non ab illo sunt merita tua:hæc enim si talia sunt,mala sunt:quæ mala sunt, non coronat deus:si aũt bona sunt, dei dona sunt:
Iac.1. quia sicut dicit Apostolus Iacobus, Omne datum optimũ & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminũ. Vnde dicit & Ioannes præcursor domini
Ioan.3. nostri, Non potest homo accipere quicquam,nisi fuerit ei datum de cœlo, unde etiam venit spiritussanctus, quando Iesus
Ephe.4. ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Psal.7. Si ergo dei dona sunt bona merita tua, non deus coronat merita tua tanquam merita tua,sed tanquam dona sua. Proinde cõsideremus ipsa merita Apostoli Pauli,quibus dixit coronam redditurum iudicem iustum,& uideamus vtrum merita ipsius tanquam ipsius ideſt ex ipso ei comparata, an
2.Ti.4. dona sint dei. Bonum,inquit,certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Primo ista bona opera, si non ea præcessissent cogitationes bonæ,nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat, ait enim scribens ad Corinthios,Non 2.Co.3.
quia idonei sumus cogitare aliud a nobis tanquam a nobismetipsis,sed sufficientia no G
stra ex deo. Deinde singula inspiciamus,Bonum,inquit,certamen certaui. Quæro qua uirtute certauerit,vtrũ quæ illi ex semetipso fuerit,an quæ desuper data sit? Sed absit vt tantus doctor gentium ignouerit legẽ dei,cuius vox est in Deuteronomio,Ne di- Deut.8.
cas in corde tuo,fortitudo mea & potentia manus meæ fecit mihi virtutem magnam hanc,sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere uirtutem. Quid autem prodest bonum certamẽ, nisi sequatur victoria? Et quis dat victoriã, nisi
1.Co.15 ille de quo dicit ipse, Gratias deo qui dat nobis victoriam,per dñm nostrũ Iesum Chri Rom.8.
stum. Et alio loco cũ commemorasset testi Psal.34.
monium de Psalmo, Qm propter te mortificamur tota die,deputati sumus vt oues occisionis:subiecit atq; ait,Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos: nõ ergo per nos, sed per eum qui dilexit nos. Deinde dixit. Cursum consummaui: sed il Rom.9.
le hoc dixit,qui alio loco dicit,Igitur nõ volentis neq; currentis,sed miserentis est dei. Quæ sententia nullo modo potest etiã sic cõuerti vt dicatur,nõ miserentis dei,sed uolentis & currentis est hominis:quisquis.n. hoc ausus fuerit dicere, aperte se ostendit Apostolo contradicere. Postremo dixit,Fi H
dem seruaui:sed ille hoc dixit,qui alibi ait, 2.Ti.4.
Misericordiam consecutus sum vt fidelis i.Tim.1.
essem. Non.n.dixit,Misericordiã consecutus sum quia fidelis erã,sed vt fidelis essem: hinc ostendens ẽt ipsam fidem haberi nisi deo miserãte non posse, & esse donum dei. Quod apertissime docet, dicens, Gratia Ephe.2.
salui facti estis per fidem,& hoc non ex vobis,sed dei donum est. Possent enim dicere, ideo accepimus gratiam,quia credimus,tãquam sibi fidem tribuentes, gratiam deo: propter hoc Apostolus cum dixisset,per fidem, & hoc, inquit, non ex vobis, sed dei donum est. Rursus ne diceremus se suis operibus,donũ tale meruisse,statim subiecit, Non ex operibus,ne forte quis extollatur: non qa negauit,aut euacuauit opera bona, cum dicat deus vnicuiq; reddere secundũ opera eius: sed quia opera sunt ex fide, non ex operibus fides,ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitiæ, à quo est ipsa fides, de qua dictum est, Iustus ex fide viuit. Ho Abac.2.
mines autem non intelligentes, quod ait Rom.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Rom 3. ipse Apostolus, arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis: putauerunt eum dicere sufficere homini fidem, I ét si male viuat & bona opera non habeat. Quod absit vt sentire: vas electionis, qui Gala. 5. cũ dixisset quodã loco, In Christo.n. Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium: mox addidit, Sed fides q̃ per dilectionem operatur. Ipsa est fides quæ fideles dei separat ab immundis dæmonibus, nã & ipsi: Iaco. 2. sicut dicit Apostolus Iacobus, credũt & cõtremiscunt, sed non bene operantur. Nõ ergo habent istã fidem ex qua iustus viuit. i. quæ per dilectionem operatur, vt reddat ei deus vitam æternam secundum opera eius. Sed quia & ipsa bona opera nobis ex deo sunt, à quo nobis & fides est, & dilectio, ꝓpterea idem ipse doctor gentium, etiam ipsam vitam æternam gratiam nuncupauit.

Cap. 8. Et nascitur inde nõ parua q̃stio, quę dño donante soluenda est. Si.n vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissime di-
Mat. 16. cit scriptura, Qm̃ deus reddet vnicuiq; se-
Rom. 2. cundum opera eius: qũo gratia est vita æter-
Apo. 22 na, cum gratia non operibus reddatur, sed
Rom. 4 gratis detur, ipso Apostolo dicente, Ei qui
Ro. 11. operatur, merces non imputatur sc̃dm gratiam, sed secundum meritum. Et iterũ, Reliquiæ, inquit, per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Et mox addidit, Si autẽ gratia, K iam non ex operibus alioquin gratia iã non est gratia. Quomodo est ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus sumitur? An forte vitam æternam non dixit Apostolus gr̃am? Imo vero sic dixit, vt negari omnino non possit, nec intellectorem acutum, sed tantummodo intentum desiderat auditorem. Cum enim dixisset, Stipẽdiũ peccati mors: continuo subdidit, Gratia autem dei vita
Rom. 9. æterna in Christo Iesu dño nostro. Ista ergo quæstio nullo modo mihi videtur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra quibus æterna redditur vita, ad dei gratiam pertinere: propter illud quod ait
Ioã. 15. dominus Iesus, Sine me nihil potestis face-
Ephe. 2. re. Et ipse Apostolus cum dixisset, Gratia saluifacti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur: vidit vtique putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera bona credentibus, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli velut ad ea facienda sibi sufficiant: mox itaque addidit, Ipsius.n.sumus figmentum, creati in Chr̃o Iesu in operibus bonis, q̃ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Quid est hoc, L q̃ cũ dei gratiã cõmendans dixisset, non ex operibus, ne forte quis extollatur: cur hoc dixerit rationẽ reddens, ipsius.n.sumus, inquit, figmentũ: creati in Chr̃o Iesu in operibus bonis? Qũo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi & intellige, non ex operibus dictũ, tanquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tanquam his in q̃bus te deus finxit, id est, formauit & creauit. Hoc enim ait, Ipsius sumus figmẽtum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, nõ illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui utiq; iam ho Psal. 50.
mo erat, Cor mundũ crea in me deus: & de 2. Co. 5.
qua dicit Apostolus, Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt: Ecce facta sunt noua, omnia autem ex deo. Fingimur ergo. i. formamur & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed præparauit deus vt in illis ambulemus. Itaque charissimi, uita bona nostra nihil aliud est quã dei gratia: sine dubio & uita æterna, quæ bonæ vitæ redditr, dei gr̃a est: & ipsa.n.gratis datur, q̃a gratis data est cui datur. Sed illa datur tm̃modo gratia est, hæc aũt quæ illi datur, qm̃ præmiũ eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia, vt verum sit quoniã uerum est, quia M
reddet vnicuique deus secundũ opera eius. Apo. 22

Vtrum autẽ legerimus in scripturis sanctis, gratiam pro gratia, forsitã quæritis: sed Cap. 9.
habetis Euangelium secundum Ioannem tanta luce clarissimum, vbi Ioannes Baptista de domino Christo dicit, Nos oẽs ex Ioan. 1.
plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Ex eius itaque plenitudine accepimus pro modulo nostro tanquam particulas nr̃as, ut bene viuamus: sicut deus partitus est mẽsuram fidei, quia vnusquisq; pro 1. Co. 7.
prium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic, & ipsa est gratia: & insuper accipiemus & gratiam pro gratia, quãdo nobis vita æterna reddetur. De qua dixit Apostolus, Gratia autem dei vita æterna, in Chri Rom. 6.
sto Iesu domino nostro: cum prius dixisset, Stipendium peccati mors. Merito enim stipẽdium, quia militiæ diabolicæ mors æterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset dicere, & recte dicere, Stipendium aũt iustitiæ uita æterna: maluit dicere, Gratia aũt dei vita æterna: vt hinc intelligere- Rom. 6.
mus,

mus, non pro meritis nostris deum nos ad
Psa. 102. æternam vitam, sed pro sua miseratione p-
A mæ suæ, Qui coronat te in miseratione & misericordia. Nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictũ est,
Phili. 2. Deus est.n. qui operatur in uobis & velle & operari pro bona volũtate, ideo dixit Psalmus, Coronat te in miseratiõe & misericordia: quia eius miseratione bona operamur, quibus corona reddetur. Nõ.n.quia dixit, Deus est.n. qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: ideo liberũ arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset, non superius dixisset, Cum timore & tremore vestram ipsorũ salutẽ operamini Quando.n.iubetur vt operetur, liberũ eorum conuenitur arbitriũ: sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo q̃ bene operantur, de bonis tanquã suis extollãtur operibus. Tanquã ergo interrogaretur Apostolus, & diceretur ei, quare dixisti cũ timore & tremore: horum verborum rationem reddidit, dicẽs, Deus est enim qui operatur in vobis. Si enim timetis & tremitis, non extollimini tanquam de vestris operibus bonis, quia deus est qui operatur in vobis. Itaq; fratres debetis quidem per liberum arbitrium non facere mala, & facere bona, hoc.n.nobis lex dei præcipit in libris sanctis, siue veteribus, siue nouis.

Cap. 10 Sed legamus & adiuuante dño intelliga
Gala. 2. mus Apostolum dicentem, Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram ipso: per legem.n.cognitio peccati. Cognitio dixit, non consummatio. Quando autem cognoscit homo peccatum, si non adiuuat gratia ut cognitu caueatur, sine dubio lex iram
Rom. 4. operatur. Quod alio loco Apostolus dicit, ipsius.n. verba sunt, Lex iram operat. Hoc autem dixit, quia ira dei maior est in præuaricatore, qui per legem cognoscit peccatum, & tamen facit: talis quippe homo præuaricator est legis: sicut & in alio loco dicit, Vbi enim lex non est, nec præuaricatio est.
Rom. 7. Propter hoc & alibi ait, Vt seruiamus in nouitate spũs, & non in vetustate literę: legẽ volens intelligi literæ vetustatem, nouitatẽ vero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaretur accusasse legem vel reprehendisse: continuo sibi opposuit quæstionem, & ait, Quid ergo dicemus, Lex peccatum est? Absit. Deinde subiunxit, Sed peccatum non cognoui, nisi per legẽ: hoc est qd̃ dixerat, per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces: occasione aũt accepta peccatum per mandatum operatum est in me C
oẽm concupiscẽtiam: sine lege.n.peccatum Exo. 20.
mortuum erat, ego aũt aliquando viuebam sine lege: adueniente aũt mandato, peccatũ reuixit: ego aũt mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in vita, hoc esse in morte: pctm̃ enim occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Illud lex quidem sancta, & mandatum sanctũ & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi, factum est mors? Absit. Sed pctm̃ vt appareat pctm̃, per bonũ mihi operatum est mortẽ, vt fiat supra modum pctm̃ per mandatum. Et ad Galatas dicit, Scientes autem qm̃ nõ iustificatur homo ex ope Gala. 2.
ribus legis, nisi per fidem domini nostri Iesu Christi: & nos in Chisto credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Quid est ergo q̃ vanissimi homines & Cap. 12.
peruersissimi Pelagiani legem dicunt esse dei gr̃am, qua iuuamur ad non peccandum? Quid est miseri qd̃ dicunt, qui sine vlla dubitatione tanto Apostolo contradicũt? Ille Rom. 7.
dicit pctm̃ vires aduersus hominẽ accepisse per legem, & eum per mandatum quanuis sanctũ & iustum & bonum, tñ occidere, & per bonum operari ei mortẽ, de qua non liberaretur, nisi viuificaret spiritus eum quẽ D
litera occiderat: sicut alio loco dicit, Litera 2. Co. 3.
occidit, spũs autem viuificat. Et isti indoctiles, contra legem dei cæci, & contra vocem dei surdi, occidentem literam viuificare dicunt, & viuificanti spiritui contradicunt: ergo fratres, vt ipsius potius Apostoli verRom. 8.
bis vos moneam, debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus: si enim sc̃dm carnem vixeritis, moriemini: si autẽ spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis. Hæc dixi, vt Apostolicis verbis liberum arbitrium vestrum à malo deterrerẽ, & exhortarer ad bonum: nec tñ ideo debetis in homine, hoc est in vobis ipsis, non in dño gloriari, qsi non sc̃dm carnem viuitis, sed spiritu actiones carnis mortificatis. Vt enim nõ se extollerent quibus ista dicebat, existimantes se suo spiritu tanta hæc bona opera facere posse, non dei, propterea cum dixisset, Si autem spiritu actiones carnis

mortificaueritis,viuetis:continuo subiecit, Quotquot.n spiritu dei agũtur,hi filij sunt dei.Qñ ergo spũ actiones carnis mortificatis vt viuatis,illũ glorificate,illũ laudate,il E li gras agite cuius,spiritu agimini,vt ista vaIeatis,vt vos filios dei esse mõstretis:quotquot.n.spiritu dei aguntur,hi filij sunt dei.

Cap.12 Quotquot ergo adiuncto solo adiutorio legis, sine adiutorio gratiæ cõfidẽtes in virtute sua,suo spiritu agũtur,nõ sunt filii dei. Tales sunt de quibus idẽ dicit Apostolus, q̃ ignorantes dei iustitiã, & suam volentes Rom.10 cõstituere,iustitiæ dei non sunt subiecti.De Iudæis hoc dixit, q̃ de se præsumẽtes gram repellebant,& in Christum propterea non credebãt.Suã vero iustitiã dicit eos volentes cõstituere,quæ iustitia est ex lege,nõ q̃a lex ab ipsis cõstituta,sed in lege quæ ex deo est suã iustitiã constituerunt,qñ eandem legẽ suis viribus se implere posse credebant, ignorãtes dei iustitiã,non qua iustitia deus iustus est, sed q̃ iustitia est homini ex deo. Et vt sciatis hanc illũ eorũ dixisse iustitiã quæ est ex lege, hanc autẽ dei quæ homini est ex deo,audite quid alio loco dicat,cũ de Phili.3. Christo loqueretur,Propter quem omnia, inqt,non solũ detrimẽta esse credidi, verũetiã ut stercora existimaui esse vt Christũ lucrifaciã,& inueniar in illo nõ habẽs meã iustitiam quę ex lege est,sed eam quæ est p fidem Christi,quæ est ex deo.Quid est,nõ habens meã iustitiam quæ ex lege est, cum sua non esset lex ipsa,sed dei:nisi,quia suam B dixit iustitiã,q̃is ex lege esset quia sua voluntate legem se posse putabãt implere sine adiutorio gratiæ, quæ est per fidẽ Christi? Ideo cũ dixisset, Nõ habens meam iustitiã quæ ex lege est: secutus adiunxit, Sed eam quæ est p fidẽ Christi.quæ est ex deo. Hãc ignorabãt,de quibus ait, Ignorãtes dei iustitiã,id est,quæ est ex deo: hanc.n.dat non litera occidens, sed viuificans spiritus. Et suã volentes constituere quã dixit ipse ex lege iustitiam,cũ diceret. Non habens meam iustitiã quæ ex lege est:iustitiæ dei nõ sunt subiecti,hoc est grę dei non sunt subiecti:sub lege.n.erãt,non sub gratia:& ideo eis dominabatur peccatũ, a quo nõ fit hõ liber lege, Rom.6. sed gratia. Propter qd alibi dicit, Peccatum enim vobis non dominabitur,nõ enim estis sub lege,sed sub gratia: non quia lex mala, est,sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo,non adiuuando. Gra quippe adiuuat vt legis quisq; sit factor, sine qua gratia sub lege positus tãtummodo erit legis auditor. Talibus itaque dicit, Qui in lege iustificamini,à gratia excidistis. Gala.5.

Quis ita sit surdus aduersus Apostolicas voces, quis ita desipiat imo insaniat nescions quid loquatur,ut audeat dicere,legẽ G esse gratiã,cum clamet qui sciebat quod loqueretur,Qui in lege iustificamini a gratia excidistis? Si autẽ lex non est gratia,quia vt ipse lex fiat,non potest lex adiuuare,sed gratia nunquid natura erit gratia? Nam & hoc Pelagiani ausi sunt dicere gratiam esse naturam,in qua sic creati sumus ut habeamus mẽtẽ rationalem qua intelligere valeamus facti ad imaginem dei,ut dominemur pisci- Gene.1. bus maris & volucribus cœli, & omnibus pecoribus quæ repunt super terrã.Sed non hæc est gratia, quam cõmendat Apostolus per fidem Iesu Christi. Hanc.n. naturam etiam cum impiis & infidelibus certum est nobis esse cõmunem: gratia uero per fidẽ Iesu Christi eorum tantummodo est,quorum est ipsa fides. Non.n. omniũ est fides, 1.Tes.3. Denique sicut eis qui volentes in lege iustificari a gratia exciderũt, verisime dicit, Si ex lege iustitia, ergo Christo gratis mor- Gala.2. tuus est:sic & his qui gratiã quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturã,verisime dicitur,Si ex natura iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non iustificabat, iam hic erat & natura & nõ iustificabat, ideo Christus non gratis mortuus est, ut lex per illum impleretur,qui dixit,Non veni solue- H legem,sed adimplere: & natura per Adam Matt.5. perdita,per illum repararetur,qui dixit ue Mat.18. nisse se quærere & saluare quod perierat:in Luc.19 quem venturum antiqui etiam patres crediderunt, qui diligebant deum. Dicunt etiam gratiam dei quæ data est per fidem Iesu Christi, quæ neque lex est neque natura,ad hoc tantum valere, vt peccata præterita dimittantur, non vt futura vitentur, vel repugnantia superentur. Sed si hoc verum esset, vtique in oratione dominica cũ Matt.6. dixissemus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: non adderemus, Et ne nos inferas intentationem. Illud enim dicimus vt peccata dimittantur, hoc autem vt cauentur siue vincantur:quod a patre qui in cœlis est nulla ratione peteremus, si virtute voluntatis humanæ hoc possemus efficere. Commoneo autem charitatem uestram, & multum

Cypriatum exhortor vt beati Cypriani librum quem scripsit de oratione dominica,diligẽter ligatis, & quantum vos dominus adiuuerit,intelligatis memoriæq; mandetis,ibi videbitis quemadmodum sic alloquatur liberum arbitriũ eorum quos conscriptione sui sermonis ædificat, vt ostendat tamen ea quæ implenda videntur in lege,in oratione esse poscenda. Quod vtiq; vanissime fieret, I si ad illa agenda sine diuino adiutorio voluntas humana sufficeret.

Cap.14 Sed cum fuerint conuicti non defensores,sed inflatores & præcipitatores liberi arbitrij,quia neq; scientia diuinæ legi, neque natura,neq; sola remissio peccatorũ est illa gratia,quæ per Iesum Christum dñm nrm datur, sed ipsa facit vt lex impleatur vt natura liberetur, nec peccatum dominetur. Cum ergo in his conuicti fuerint,ad hoc se conuertunt, vt quocunq; modo conentur ostendere grã dei scdm merita nostra dari. Dicunt.n.& si nõ datur scdm merita bonorũ operũ, quia p ipsam bene operamur, tamen secundum merita bonæ voluntatis datur, quia bona voluntas, inquiunt, præcedit orantis, quam præcesit voluntas credentis, vt secundum hæc merita gratia sequatur exaudientis dei, Iam quidem de fide,hoc est, de voluntate credentis superius disputaui, vsqueadeo eam demonstrans ad gratiam pertinere,vt Apostolus nõ diceret. Misericordiam consecutus sum,quia fidelis eram:sed diceret,Misericordiam consecutus K sum,vt fidelis essem. Sunt & alia testimonia,in quibus est quod ait.Sapite ad temperantiam, sicut vnicuique deus partitus est mensuram fidei. Et quod iam cõmemorauI,Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Et illud quod scripsit ad Ephesios, Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre, & dño Iesu Christo.Et illud,vbi ait, Quia vobis datum est pro Christo,non solum vt credatis in eum,sed etiã vt patiamini pro eo. Vtrũque ergo ad dei gratiam pertinet, & fides credentium, & tolerantia patientium, quia vtrunq; dixit esse donatum: & illud maxime,vbi dicit, Habentes eundem spiritum fidei:non.n.ait scientiam fidei: sed,spiritum fidei: quod propterea dixit vt intelligeremus,quia fides & non petita conceditur,vt ei petenti alia concedant, Quomodo enim Rom.10 inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt? Ergo spiritus gratiæ facit vt habeamus fidẽ, vt per fidem impetremus orãdo, vt possimus facere quæ iubemur. Ideo ipse Apostolus assiduæ legi præponit fidem, qm quod lex iubet, facere non valemus nisi per fidem rogando impetremus, vt facere valeamus. Nam si fides liberi est tantummodo arbitrij,nec datur à deo,propter quid p eis qui nolunt credere,oramus vt credant? Quod prorsus faceremus inaniter, nisi re L ctissime crederemus etiam peruersas & fidei contrarias voluntatis,omnipotẽtẽ deũ ad credendum posse conuertere. Liberum quidem hominis arbitrium pulsatur, vbi Psal.94. dicitur, Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset deus ẽt duritiam cordis auferre,non diceret per prophetam. Auferã ab eis cor lapideũ, & dabo eis cor carneum: quod de nouo te Ezec.11 stamento fuisse prædictum,satis Apostolus ostendit,vbi ait, Epistola nostra vos estis, 2.Co.3. scripta non attramento,sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus vt carnaliter viuant qui debent spiritaliter viuere: sed q̃a lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum:cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechielem Exec.11 Prophetam,Et dabo eis,inquit,cor aliud,& spiritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum,vt in præceptis meis ambulent,& iustificationes meas obseruent, & faciant eas, & erunt mihi in populũ, & ego eis in deũ, dicit dñs. Nunquid ergo possumus nisi absurdissime dicere,bonum meritũ bonæ voluntatis in homine præcesisse, vt auellere M tur ab eo cor lapideum: quandoquidem ip- Cor lapi sum cor lapideum non significat nisi durissimam voluntatem, & aduersus deum om- deũ qd nino inflexibile est? Vbi.n.præcedit bona voluntas, iam non est cor vtiq; lapideum. Nam & alio loco per eundem prophetam deus manifestissime ostendit, non propter eorũ aliqua bona merita,sed propter nomẽ suum ista facere,vbi ait, Non propter vos ego facio domus Israel, sed propter nomen Ezec.36 meũ sanctũ quod prophanastis in gẽtibus, quo intrastis illuc: & sanctificabo nomen meum magnũ quod prophanatũ est in gentibus,quod prophanastis in medio eorum, & scient gentes quia ego sum dñs,dicit Adonai dñs, cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum,& accipiam vos de gen-

tibus,& congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram,& aspergam vos aqua munda, & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris, & ab omnibus idolis vestris mundabo vos,& dabo vobis cor nouum,& spiritum nouum dabo in vobis, & auferetur cor lapideum de carne vestra,& dabo in vobis cor carneum,& spiritum meum dabo in vobis, & faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Quis ita sit cęcus vt non videat,quis ita lapideus vt non sentiat istam gratiam non secundum merita bonæ voluntatis dari, domino dicente atque testante, Nō propter vos ego facio domus Israel, sed propter nomen meum sanctum, quod ꝓphanastis in gēnibus? Quare enim dixit,ego facio, sed propter nomen meum sanctum: nisi ne illi putarent propter bona merita sua fieri, quod non erubescunt dicere Pelagiani? Non solum autem bona merita eorum nulla,verumetiam mala merita præcessisse demonstrat, dicendo, sed propter nomen meum sanctum,quod prophanastis in gentibus. Quis non videat horrēdum malum esse nomen sanctum domini prophanare? Et tamen propter ipsum nomen meum,inquit,quod prophanastis vos, ego faciam vos bonos,non propter vos:& sanctificabo,inquit,nomen meum magnū, quod prophanatum est in gentibus, quod prophanastis in medio eorum.Sanctificare se dicit, nomen suum, quod superius dixerat sanctum. Hoc est ergo quod oramus in oratione dominica dicentes,Sanctificetur nomen tuū:vt sanctificetur in hominibus, quod per seipsum sine dubio semper est sanctum. Denique sequitur,Et scient omnes gentes qm̄ ego sum dominus dicit Adonai dūs,cum sanctificatus fuero in vobis. Cū ergo ipse semper sit sanctus,sanctificatur tū in eis quibus largitur gram suam,auferendo ab eis cor lapideum, per quod nomen domini prophanauerunt.

Cap.15. Ne aūt putet nihil ibi facere ipsos homines p liberū arbitriū, ideo in Psalmo dicitur, Nolite obdurare corda vestra. Et p ipsum Ezechielē,Proijcite a vobis omnes impietates vestras quas impie egistis in me,& facite vobis cor nouū & spm̄ nouū, & facite omnia mandata mea. Vt qd moriemini domus Israel dicit dūs,qa nolo mortē morientis dicit Adonai dūs, sed cōuertimini & viuetis:memineramus deū dicere,sed cōuertimini & viuetis:cui dicitur,Conuerte nos deus.Memineramus deū dicere, Proijcite à vobis omnes impietates vestras: cū ipse iustificet impium. Meminerimus ipsum dicere, Facite vobis cor nouum & spm̄ nouū: qui dicit,dabo vobis cor nouum,& spm̄ nouum dabo vobis. Qūo ergo quod dicit,facite vobis:hoc dicit,dabo vobis? Quare iubet si ipse daturus est? Quare dat si homo facturus est,nisi quia dat quod iubet,& adiuuat vt faciat cui iubet? Semper est aūt in nobis voluntas libera, sed non semper est bona. Aut.n.à iustitia libera est, quando seruit peccato, & tunc est mala.aut peccato libera est,quando seruit iustitiæ, & tunc est bona.Gratia vero dei semper est bona, & per hanc fit vt sit homo bonæ voluntatis qui prius fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit,vt ipsa bona voluntas quæ iam esse cœpit, augeatur, & tam magna fiet vt posit implere diuina mandata quæ voluerit,cū valde perfectęq; voluerit. Ad hoc.n. valet,quod scriptum est, Si volueris,conseruabis mandata:vt homo qui voluerit & non potuerit,nondum se plene velle cognoscat, & oret vt habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implēda mandata.Sic qp pe adiuuatur vt faciat quod iubetur:tūc.n. vtile est velle,cum possumus, & tunc vtile est posse cum volumus:nam quid prodest, si quod non possumus volumus,aut siquid possumus,nolumus?

Magnum aliquid Pelagiani se scire putant,quando dicunt,Non iuberet deus qđ sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua quæ non possumus,vt nouerimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa est.n. fides,q̄ orando impetrat qđ lex imperat. Denig; ipse q dixit,Si volueris,conseruabis mandata:in eodem libro Ecclesiastico aliquanto post dicit, Quis dabit in ore meo custodiam,& sup labia mea signaculum astutū, ne forte cadam ab eo, & lingua mea pdat me? Iā certe mādata acceperat,Cohibe linguā tuā à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Cum ergo verum sit,quod dixit,Si volueris,cōseruabis mandata:quare quærit in ore suo dari custodiā, similis ei qui dicit in Psalmo, Pone dñe custodiā ori meo? Nō.n.sufficit mādatū dei & voluntas sua,qñquidē si voluerit conseruabit mandata? Quam multa dei mandata sunt contra superbiam? Iam nouit ea,si voluerit conseruabit ea. Quare ergo paulo post dicit, Domine pater & deus vitæ meę, elationem oculorum ne dederis mihi? Iam dixerat ei lex, Non cōcupisces: velit ergo & faciat quod iubetur:qm̄ si voluerit,cōseruabit mādata. Quare sequitur & dicit,Cōcupiscētiā auerte à me? Cōtra luxuriā deus q̄ multa mandauit? faciat ea, quia si voluerit, conseruabit mandata. Quid est quod clamat ad deū. Vētris appetitio & concubitus ne apprehendat me? Si hoc ei in præsenti diceremus,rectissime nobis rīderet & diceret, Ex ista ore mea qua hæc à deo peto,intelligite qūo dixerit,si volueris cōseruabis mandata. Certū est.n.nos mādata seruare si uolumus,sed quia præparatur volūtas à dño, ab illo petendum est vt tm̄ velimus,quantum sufficit vt volēdo faciamus. Certum est nos velle cum volumus,sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est,quod pauloante posui,q̄ præparatur voluntas à domino, de quo dictum est,A dómino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet:de quo dictum est, Deus est qui operatur in vobis & uelle operari. Certum est nos facere cū facimus, sed ille facit vt faciamus,præbendo vires efficacissimas volūtati,qui dixit, Faciā vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Cum dicit,faciam vt faciatis:qd aliud dicit,nisi auferā à vobis cor lapideū, vnde non faciebatis: & dabo cor carneum vnde faciatis? Et hoc quid est,nisi auferam cor durum,vnde nō faciebatis, & dabo cor obedięs vnde faciatis:ille facit vt faciamus, cui dicit homo, Pone domine custodiā ori meo:hoc est enim dicere, fac vt ponam custodiam ori meo:quod beneficium dei iam fuerat consecutus,qui dixit, Posui ori meo custodiam.

Qui ergo vult facere dei mandatum & non pōt iam quidem habet voluntatem bonam,sed adhuc paruam & inualidam:poterit aūt, cum magnam habuerit & robustā. Quando.n. martires magna illa mandata fecerunt;magna vtiq; volūtate,hoc est magna charitate fecerunt:de qua charitate ipse dominus ait; Maiorem hac charitatem nemo habet q̄ vt animam suam ponat quis p amicis suis. Vnde & Apostolus dicit, Qui diligit proximum, legē impleuit: nam non adulterabis,non homicidium facies,non furaberis,non cōcupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur:plenitudo ergo legis, dilectio. Ipsam charitatem Apostolus Petrus nondum habuit,quando timore dominū ter negauit. Timor enim non est in charitate:sicut ait Ioannes Euāgelista in Epistola sua,sed pfecta charitas foras mittit timorem:& tamen quanuis parua & imperfecta,non decrat, quando dicebat domino,Animam meā pro te pōnā:putabat.n.se posse,quod se velle sentiebat. Et quis istā etsi paruā dare cœperat charitatē, nisi ille qui præparat voluntatem,& cooperando perficit,quod operando incipit? Qm̄ ipse vt velimus,operatur incipiens,qui volentibus cooperatur perficiens. Propter qđ ait Apostolus, Certus sum qm̄ qui operat in vobis opus bonum, proficiet vsq; in diē Christi Iesu. Vt ergo velimus,sine nobis operatur,cum aūt volumus,& sic volumus vt faciamus,nobiscum cooperatur:tamē sine illo vel operāte vt velimus, vel cooperāte cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum est, Deus est.n.qui operatur in vobis & velle. De cooperante illo cū iā volumus, & volendo,facimus, Scimus;inquit, qm̄ diligentibus deum,omnia cooperantur ad bonū. Quid est omnia,nisi & ipsas terribiles sæuas q; passiones? Sarcina quippe illa quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. Talibus.n.dominus dixit esse suā sarcinam leuem: qualis Petro fuit quando passus est pro Christo,non qualis fuit,quādo negauit Christum. Istam charitatem.i. diuino amore ardentissimam voluntatem cōmēdās Apostolus,dicit; Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio,an angustia,an persecutio,an fames, an nuditas, an periculum,an gladius: sicut scriptum est, Quoniam pp te mortificamur tota die, deputati sumus velut oues occisionis? Sed in his omnibus superuincimus per eū qui dilexit nos. Certus sum.n.quia neq; mors, neq; uita,neque angeli,neque principatus, neque præsentia,neq; futura; neque altitudo,neque profundum,neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei;quæ est in Christo Iesu domino nostro. Et alio loco dicit, Adhuc supereminentiorem uiam uobis demonstro, si linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam factus sum velut æramentum sonans,aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & si sciero omnia sacra-

Ezec.18.
Exo.20.
Eccl.23
Eccl.15
Psa.36.
Phili.2.
Eccl.15.
Ioā.15.
Ro.13.
Exo.20
Matt.6.
Cap.15.
Psal.94.
Ezec.18.
Psal.83.
Cap.16.
Psa.38.
Ca.117.
Eccl.15.
Eccl.22.
Psal.38.
Pf.140.
Phili.2.
Rom.8.
Mat.22
Mat.16
1.Ioā.4
Ioā.13.
Mat.11.
Rom.8.
1.Co.13.

menta, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperib., & si tradidero corpus meũ vt ardeam, charitatem autem non habeã, nihil mihi prodest. Charitas magnanimis est, benigna est, charitas non æmulatur, nõ I agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cõgaudet aũt veritati: omnia credit, 1.Co.13. omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Et paulopost, Manent, inquit, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas: sectamini charitatem. Item dicit ad Galatas, Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatẽ Gala.5. in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem: Omnis.n. lex in vno sermone impletur, in eo q; diliges proximum tuum sicut teipsum: hoc est quod ad Rom.13 Romanos ait, Qui diligit alterũ, legem im Colo.3. pleuit. Item dicit ad Colossenses, Super omnia autem hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Et ad Timotheum, Finis, 1.Ti.1. inquit, præcepti est charitas: & adiungens qualis charitas, De corde, inq̃t, puro, & cõ 1.Co.16 scientia bona, & fide non ficta. Ad Corinthios autem, cum dicit, Omnia vestra cum charitate fiant: satis ostendit etiã ipsas correptiones, quas asperas & amaras sentiunt qui corripiuntur, cum charitate esse faciendas: Vnde & alibi cũ dixisset, Corripite iu 1.Te 5. quietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes: mox K subiunxit, Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Ergo & quando corripiũtur inquieti, non malum pro malo, sed potius bonum redditur. Hæc autem omnia, quæ 1.Pe.4. nisi charitas operatur? Et Apostolus, Petrus, Ante omnia, inquit, mutuũ inter vos charitatem perpetuo habentes, quia charitas cooperit multitudinem peccatorũ. Di- Iaco.2. cit etiam Apostolus Iacobus, Si tamen legẽ Leui.19 perficitis regalem secundum scripturas, Di- 1.Ioã.2r liges proximum tuum tanquam teipsum: benefacitis. Item Ioannes Apostolus, Qui diligit, inquit, fratrem suum, in lumine ma- 1.Ioã.3 net. Et alio loco, Qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum: quia hæc est annunciatio quam audiuimus ab initio, vt diligamus inuicem. Itemq; alibi, Hoc est, inquit, mandatum illius, vt cre- Ibidem. damus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus inuicem, Et iterum, Hoc, inquit, mandatum habemus ab ipso, vt qui diligit 1.Ioã.4. deum, diligat & fratrem suũ. Et paulopost, In hoc, inquit, cognoscimus, qa diligimus 2.Ioã.5 filios dei cum deum diligimus, & mandata eius facimus: hæc est n. dilectio dei, vt præcepta eius seruentur, & præcepta eius gra- L uia nõ sunt. Et in Epistola secunda scriptũ 2.Ioã.8. est, Non quasi præceptum nouum scribam tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus inuicem. Dicit et ipse dominus Matt.22 Iesus in duobus præceptis dilectionis dei et dilectionis proximi, totam legem Prophetasq; pendere, De quibus duobus pceptis, in Euangelio secundum Marcum scriptũ est, Et accessit vnus de Scribis qui audierat Mar.12 illos perquirentes, & vidẽs quoniam illis bene responderit, interrogauit eum, Quod Deu.6. est primum omnium mandatum? Iesus autem respondit ei, Primum omnium mandatũ est, Audi Israel, dominus deus tuus deus vnus est: Et, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &, ex tota mente tua: hoc est primum mandatum. Secundum autem simile illi, Dilliges Leu.19. proximum tuum tanquam teipsum: maius horum aliud non est mandatum. Dicit etiã in Euangelio secundum Ioannem, Manda- Ioã.13. tum nouum do vobis vt diligetis inuicem sic ut dilexi uos, vt & vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habuerits ad inuicẽ. Cap.18.

Hæc oia pcepta dilectionis. i. charitatis, q̃ tãta & alia sunt, vt q̃cq̃d se putauerit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo mo M fiat fiat bene: hæc ergo præcepta charitatis inaniter darentur hominibus, non habentibus liberum voluntatis arbitrium: sed quia per legem dantur & veterem & nouam, quanuis in noua venerit gratia quę promitebatur in vetere, lex autem sine gratia litera est occidens, in gratia vero spiritus viuificãs, vñ est in hominibus charitas dei & proximi, nisi ex ipso deo? Nã si non ex deo, sed ex hominibus, vicerũt Pelagiani: si autem ex deo, vicimus Pelagianos. Sedeat ergo inter nos iudex Apostolus Ioannes, & dicat nobis, Charissimi, diligamus inuicẽ. In his 1.Ioan.4 verbis Ioannis cum se illi extollere cœperint & dicere, Vt quid nobis hoc pcipitur, nisi qa nobis habem? vt inuicẽ diligam?: sequit cõtinuo idẽ Ioãnes, cõfundẽs eos & dicẽs, quia dilectio ex deo est, Non itaque ex nobis, sed ex deo est. Cur ergo dictũ est, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo est: nisi quia præcepto admonitum est liberum arbitrium, vt quæreret dei donum? Quod quidẽ sine suo fructu prorsus admoneret, nisi prius acciperet aliq̃d dilectionis, vt addi sibi quæreret vnde quod iubebatur impleret. Cum dicitur, diligamus inuicem, lex est: cum dicitur, quia dilectio ex deo est, gratia est. Sapientia quippe dei legẽ & misericordiam in lingua portat. Vnde scriptum A est in Psalmo, Etenim bũdictionẽ dabit qui Psal.83. legem dedit. Nemo ergo vos fallat fratres mei, quia nos non diligeremus deũ, nisi nos 1.Ioã.4 prior ipse diligeret. Idem Ioannes apertissime hoc ostendit & dicit, Nos diligamus, qa ipse prior dilexit nos. Gratia nos facit legis dilectores: lex vero ipsa sine gratia, non nisi præuaricatores facit. Et quod discipulis suis dicit dñs, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: nihil aliud indicat nobis, Si.n. nos prius dileximus, vt hoc merito nos ipse diligeret, prius illum nos elegimus, vt ab illo eligi mereremur. Sed ipse qui veritas est aliud dicit, & huic vanitati hominum apertis- Ioan.15 sime contradicit, Non vos me elegistis, inquit: Si ergo non elegistis, sine dubio nec dilexistis: quo. n. eum eligerent quem non diligerent? Sed ego, inquit, vos elegi. Nũquid non & ipsi postea elegerunt eũ, & omnibus bonis huius seculi prætulerũt? Sed qui a electi sunt, elegerunt: non quia elegerunt electi sunt. Eligentium hominum meritũ nullum esset, nisi eos eligentis gratia dei præue- 1.Th.2. niret. Vnde & Apostolus benedicens Thessalonicenses, Vos, inquit, dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate inuicem & in omnes: hanc benedictionem dedit, vt B nos inuicem diligeremus, qui legem dederat vt inuicem diligamus. Deniq; alio loco ad eosdem, quia sine dubio in quibusdam eorum iam erat, quod eis vt esset optrauerat, 2.Th.1. Gratias, inquit, agere debemus deo semper pro vobis fratres, sicut dignum est, quoniã supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusq; vestrum in inuicem: Hoc dixit, ne forte de tanto bono quod ex deo habebant, tanquam ex seipsis id habẽtes extollerentur. Quod ergo supercrescit fides vestra, inquit, & abundat charitas vniuscuiusq; vestrum in inuicem, gratias agere debemus deo de vobis, non ita vos laudare tã- 2.Ti.1. quam hoc habeatis ex vobis. Et ad Timotheum dicit, Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentiæ. In quo sane Apostoli testimonio cauere debemus, ne nos arbitremur non accepisse spũ timoris dei, quod sine dubio magnũ est dei donum: de quo dicit Propheta Esaias, Requiescet super eum spũs sa- Esai.11. pientiæ & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini: non quo timore Petrus Christum negauit: sed illius timoris spiritum accepimus, de quo dicit ipse dominus Christus, Eum timete qui habet ptãtem & Luc.12. animam & corpus perdere in gehennã: ita C dico vobis hunc timete. Hoc aũt dixit, ne illo timore negaremus eum, quo turbatus est Petrus. Hunc.n. auferri voluit à nobis, cum prius dixit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non hũt quid faciãt. Huius timoris non accepimus spũ, sed virtutis & charitatis & continentiæ. De quo spiritu idem ipse ad Romanos ait, Gloria- Rom.5. mur in tribulationibus, scientes qm tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem: spes aũt non cõfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spũ sanctum, qui datus est nobis. Non itaq; per nos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, ipsa charitate fit, quam dei donum esse manifestat, vt tribulatio non auferat, sed potius operetur patientiam. Ad Ephesios etiam, Pax, inquit, fratri- Eph.6. bus & charitas cum fide, magna bona. Sed dicat vnde: A deo, inquit, patre & domino Iesu Christo: Ergo hęc magna bona, nonsuat nisi ei dona. Cap.19.

Sed non est mirum, si lux lucet in tene- Ioan.1. bris, & tenebræ eam non comprehendunt. 1.Ioã.3. In Ioanne lux dicit, Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater, vt filij dei vocemur D & simus. Et in Pelagianis tenebræ dicunt, Dilectio nobis est. Quam si veram. i. Christianam dilectionem haberent, scirent & vnde haberent, sicut sciebat Apostolus qui 1.Co.2. dicebat, Nos autem non spm huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt 1.Ioã.4. sciamus quæ à deo data sunt nobis. Ioannes dicit, Deus dilectio est. Et Pelagiani etiam ipsum deum non ex deo, sed ex semetipsis habere se dicunt: & cum scientiam legis ex deo nobis esse fateantur, charitatẽ ex nobis ipsis volunt. Nec audiunt Apostolũ dicentẽ, Scientia inflat, charitas aũtem ædificat. 1.Co.8. Quid est ineptius, imo vero q̃d est amentius, & ab ipsa sanctitate charitatis alienius, q̃ confiteri ex deo esse scientiam, quæ sine charitate

charitate inflat: & ex nobis esse charitatem,
Ephe.3. quæ facit vt scientia inflare non possit? Ité
cum dicit Apostolus, Supereminentem scié
tiæ charitatem Christi: quid est insanius q̃
putare ex deo esse scientiam, q̃ subdenda est
charitati: & ex hominibus charitatem q̃ su-
pereminet scientiæ? Fidem aũt veram & do
ctrinam sanam ambas esse dicit ex deo, qa
scriptum est, A facie eius scientia & intelle-
ctus procedit. Et scriptum est, Charitas au
tem ex deo est. Et legimus, Spm̃ scientiæ &
B pietatis: legimus, Spm̃ virtutis & charitatis
continentiæ: sed maius est donum charitas
quam scientia: nam scientia qñ est in homi-
ne, charitas est necessaria ne inflet: charitas
1.Co.13 aũt nõ æmulat, nõ agit perperã, non inflat.
Cap.20. Satis me disputasse arbitror aduersus
eos, qui gr̃am dei vehementer oppugnant,
qua voluntas humana non tollitur, sed ex
mala mutatur in bonam, & cum bona fue-
rit adiuuat: & sic disputasse, vt non magis
ego, quam diuina ipsa scriptura vobiscum
locuta sit euidentissimis testimonijs verita
tis: quæ scriptura diuina si diligenter inspi
ciatur, ostendit non solũ bonas hominum
voluntates quas ipse facit ex malis, & à se
factas bonas in actus bonos, & in æternam
dirigit vitam: verumetiam illas quę conser-
uant seculi creaturã, ita esse in dei pt̃ate vt
eas quo voluerit, qñ voluerit faciat inclina
ri, vel ad beneficia quibusdam præstanda,
vel ad pœnas quibusdam ingerendas, sicut
ipse iudicat occultissimo quidem iudicio,
sed sine dubitatione iustissimo. Nam inue-
nimus aliqua peccata etiam pœnas esse alio
rũ pct̃orum, sicut sunt vasa iræ, quæ perfe-
cta dicit Apostolus in pditionem: sicut est
F indutatio Pharaonis, cuius & causa dicitur
Rom.9. ad ostendendam in illo virtutem dei: sicut
Exod.7. est fuga Israelitarum à facie hostium de ci-
Iosu. 7. uitate Hai: in animo.n. factus est timor vt
fugerent, & hoc factum est vt vendicare-
tur peccatum eo modo, quo fuerat vindican
Iosu. 7. dum, vnde dicit dominus ad Iesum Naue,
Non potuerunt filij Israel subsistere à fa-
cie inimicorum suorum. Quid est, non po-
tuerunt subsistere? Quare non subsistebant
per liberum arbitrium, sed per timorem tur
bata voluntate fugiebant, nisi quia deus do-
minatur & volũtatibus hominum, & quos
vult, in formidinem conuertit iratus? Nun-
quid non hostes Israelitarum aduersus po-
pulum dei quem ducebat Iesus Naue, sua
voluntate pugnarunt? Et tamen dicit scri-
ptura, quia per dominum factum est confor
tari cor eorum, vt obuiam irẽt ad Israel ad
bellum, vt exterminarentur. Nunquid non
sua voluntate homo improbus filius Gemi
ni maledicebat regi Dauid? Et tamen quid
ait Dauid, plenus vera & alta & pia sapien-
tia? Quid air illi qui maledicentem percute
re voluit? Quid mihi, inquit, & vobis filij 2.Re.16
Saruiæ, dimittite eum vt maledicat, quia do
minus dixit illi maledicere Dauid, Et quis
dicet ei, quare fecisti sic? Deinde scriptura
diuina plenam sententiã regis velut ab alio G
initio repetendo commendans, Et dixit, in-
quit, Dauid ad Abisai & ad omnes pueros
eius, Ecce filius meus q exijt de vtero meo
quærit animam meam, quanto magis hic fi
lius Gemini? Sinite illum vt maledicat, quo
niam dixit illi deus, vt videat dominus hu-
militatem meam, & retribuet mihi bona p̃
maledicto eius in die isto. Quomodo dixe-
rit dominus huic homini maledicere Da-
uid, quis sapiens & intelliget? Non. n. iube
do dixit vbi obedientia laudaretur, sed qd̃
eius voluntatem proprio vitio suo malam,
in hoc peccatum iudicio suo iusto & occul-
to inclinauit, ideo dictum est, dixit ei domi-
nus. Nam si iubenti obtemperasset deo, lau
dandus potius quam puniendus esset, sicut
ex hoc peccato postea nonimus esse puni-
tum. Nec causa tacita est, cur ei dominus
isto modo dixerat maledicere Dauid, hoc
est, cor eius malum miserit vel dimiserit, vt
videat, inquit, dominus humilitatem meã,
& retribuat mihi bona pro maledicto eius
in die isto. Ecce quomodo probatur deum
vti cordibus etiam malorum ad laudem at-
que adiumentum bonorum. Sic vsus est Iu
da tradente Christũ: sic vsus est Iudęis cru
cifigentibus Christum. Et q̃ta inde bona p̃
stitit populis erediturís? Qui & ipso diabo- H
lo vtitur pessimo, sed optime ad exercendã
& probandam fidem & pietatẽ bonorũ, nõ
sibi, qui omnia scit anteq̃ fiant, sed nobis q
bus erat necessarium, vt eo modo ageretur
nobiscum. Nunquid non sua voluntate Ab
salon elegit consilium quod sibi oberat? Et
tamen ideo fecit, quia exaudierat dominus
eius patrem orantem, vt hoc fieret. Propter
quod scriptura ait, Et dñs mandauit dissipa 2.Reg.17
re consilium Achitofel bonum vt indicat
dñs super Absalon omnia mala. Bonum cõ
silium dixit, quod ad tempus proderat cau-
sæ, quia pro ipso erat cõtra patrẽ eius, cõtra
quẽ rebellauerat vt posset eum opprimere,
nisi

nisi dominus consilium dissipasset quod de
derat Achitofel, agendo in corde Absalon,
vt tale consilium repudiaret, & aliud quod
ei non expediebat, el geret.
Cap.21. Quis non ista iudicia diuina contremi-
scat, quibus agit deus in cordibus etiam ma
lorum hominum quicquid vult reddens
eis tamen secundum merita eorum? Roboã
filius Salomonis respuit consilium s. libre
seniorum quod ei dederant, ne cum popu-
lo dure ageret, & verbis cœuorum suorũ
potius acquieuit, respondendo minaciter
quibus leniter debuit. Vnde hoc, nisi pro-
pria voluntate? Sed hinc ab eo recesserunt
decem tribus Israel, & alium regem sibi cõ
stituerunt Hieroboam, vt irati dei volun-
tas fieret, quod etiam futurorum esse præ-
3.Re.12 dixerat. Quid. n. scriptura dicit? Et non au-
diuit rex plebem, quoniam erat conuersio
à domino, vt statueret verbum suum quod
locutus est in manu Abiæ Silonitæ de Hie
roboam filio Nabath. Nempe sic factum est
illud & per hominis voluntatem vt tamen
conuersio esset à domino. Legite libros Pa-
ralipomenon, & inuenietis in secundo li-
bro scriptum, Et suscitauit dominus spiri-
tum super Ioram, spiritũ Philistim & Ara
hum q̃ finitimi erant Aethiopibus, & ascen
2.Para. derũt in terram Iuda, & dissipauerunt eã,
lip.21. & cœperunt omnem substantiam, quæ in
domo regis inuenta est. Hic ostenditur deũ
suscitare hostes eis terris vastandis, quas ta
li pœna iudicat dignas. Nũquid tamẽ Phi-
listiim & Arabes in terram Iudæam dissi-
pandam, sine sua voluntate venerunt, aut
sic venerunt sua voluntate, vt mendaciter
scriptum sit, quod dominus ad hoc facien-
dum eorum spiritum suscitauit? Imò vtrũ
que verum est, quia & sua voluntate vene-
runt, & tamen spiritum eorum dominus su
K scitauit. Quod etiam sic dici potest, & eo-
rum spiritum dominus suscitauit, & tamen
sua voluntate venerunt. Agit enim omni-
potens in cordibus hominum etiam motũ
voluntatis eorum, vt per eos agat quod per
eos agere ipse voluerit, qui omnino iniuste
aliquid velle nõ nouit. Quid est quod ho-
2.Para. mo dei dixit ad Amasiam regem, Non ve-
lip.25. niat tecum exercitus Israel, non est. n. domi
nus cum Israel & omnibus filijs Ephrem:
quoniam si putaueris obtinere te in illis,
in fugam conuertet te deus ante inimicos,
quoniam virtus est deo vel adiuuare vel in
fugam vertere? Quomodo virtus dei alios
iuuat in bello dando eis fiduciã, alios immis
so timore vertit in fugam, nisi quia ille qui
in cœlo & in terra omnia quæcunque vo-
luit fecit, etiam in cordibus hominum ope
ratur? Legimus quid dixerit Ioas rex Is-
rael, mittens nuncium ad Amasiam regem,
volentem pugnare cum illo. Nam post ali-
qua dixit, Nunc sede in domo tua. Quid
prouocas in malum, & cadis tu & Iuda te- 4.Re.14.
cum? Deinde scriptura subiũxit, Et non au-
diuit Amasias, quoniam à Deo erat vt tra-
deretur in manu eius, quoniam quæsierunt
deos Edom. Ecce deus idololatriæ peccatũ
volens vindicare, hoc operatus est in eius
corde: cui itaque iuste irascebatur, vt admo L
nitionem salubrem non audiret, sed ea con-
tempta iret in bellum, vbi cum suo exerci-
tu caderet. Per Ezechielem prophetam di Eze.14.
cit Deus, Et Propheta si errauerit & locu-
tus fuerit, ego dominus seduxi Prophetam
illum & extẽdam manũ meam super eum,
& exterminabo eum de medio populi mei
Israel. In libro Hester scriptum est, q̃ mu- Hest.15
lier ex populo Israel in terram captiuitatis
facta fuerat vxor alienigenæ regis Assueri,
Ergo in eius libro scriptum est, q̃ cum ha-
beret necessitatem interueniendi pro popu
lo suo, quem rex vbicunque in regno eius
eẽt, iusserat trucidari, orauit ad dominum,
cogebat. n. eam magna necessitas, vt præter
iussum regis, & præter ordinem suum ad il
lum auderet intrare. Et videre quid scriptu
ra dicat, Et intuitus est eam tanquam tau-
rus impetu indignationis suæ, & timuit re
gina, & conuersus est color eius per dissolu
tionem, & inclinauit se super caput delica-
tæ suæ quæ præcedebat eam, & conuertit
Deus, & transtulit indignationem eius in
lenitatem. Scriptum est in prouerbiis Salo- Prou.21
monis, Sicut impetus aquæ, sic cor regis in
manu Dei, quocunque voluerit declinabit
illud: Et in Psalmo centesimo quarto legi- psal.104
tur dictum de Aegyptis, quid eis fecerit M
deus, Et conuertit cor eorum vt odisseut
populum eius, vt dolum facerent in seruos
eius. In literis etiam apostolicis videte q̃
scripta sunt, in epistola Pauli apostoli ad
Romanos, Propterea tradidit illos Deus
in desyderia cordis eorum in immundiciã. Rom.1.
Item paq̃post. Propterea tradidit illos
Deus in passiones ignominiæ. Item paulo
post, Sicut non probauerunt Deum habe
re in notitiam, tradidit illos Deus in repro-
bam mentem, vt faciant quæ non conue-
niunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

2.Th.2. niunt. Et ad Theſſalonicenſes in epiſtola ſecunda ait de quibuſdam, Pro eo q̃ dilectionem veritatis non receperunt vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationẽ erroris vt credant mendacio, vt iudicentur oẽs qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt falſitati. His & talibus teſtimonijs uiuinorum eloquiorum, quæ omnia cõmemorare nimis longum eſt, ſatis quantum exiſtimo manifeſtatur, operari Deũ in cordibus hominum ad inclinandas eorũ voluntates quocunq; voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorũ, iudicio vtiq; ſuo aliqñ aperto, aliqñ occulto, ſemper aũt iuſto. Fixũ. n. debet eſſe
Rom.9. & immobile in corde veſtro, quia non eſt iniquitas apud deũ. Ac per hoc qñ legitis in literis veritatis à deo ſeduci homines, aut obtundi vel obdurari corda eorũ, nolite dubitare p̃ceſiſſe mala merita eorum, vt iuſte iſta pateret̃ur: ne incurratis in illud prouerbium Salomonis, Inſipiẽtia viri violat vias eius, deum aũt cauſatur in corde ſuo. Gratia vero nõ ſec̃m merita hominum datur, alioquin gratia iam non eſt gratia: quia ideo gratia vocatur, quia gratis datur. Si aũt potens eſt, ſiue per angelos vel bonos vel malos, ſiue quocunq; alio modo operari ẽt in cordibus malorum pro meritis eorum, quorũ malitiã nõ ipſe fecit, ſed aut originaliter tracta eſt ab ipſo Adam, aut creuit per propriam voluntatem: quid mirum eſt ſi p ſpiritum ſanctum operatur in cordibus electorũ ſuorum bona, qui operatus eſt vt ipſa corda eſſent ex malis bona?

Cap.22. Sed ſuſpicentur homines quælibet merita bona, quæ putant p̃cedere, vt iuſtificẽtur per dei gratiã, non intelligẽtes cũ hoc dũt, nihil aliud dicere q̃ ſe negare gratiã: ſed vt dixi, quod volunt de maioribus ſuſpicẽtur, de paruulis certe Pelagiani quid rñdeant non inueniunt, quorũ nec voluntas vlla eſt
B in accipiẽda gratia, cuius volũtatis meritũ præceſſiſſe dicãt, & inſuper eos ẽt cũ fletu reluctari videmus, qñ baptizantur & diuina ſacramenta percipiunt. Quod eis ad magnũ impietatis peccatum imputaretur, ſi iã libero vterentur arbitrio: & tamen hæret ẽt in reluctantibus gratia apertiſsime, nullo bono merito præcedente, alioquin gratia iã non eſſet gratia. Et aliqñ filijs infideliũ p̃ſtatur hæc gratia, cũ occulta dei prouidentia in manus piorum quomodocunq; perueniunt: aliquando fidelium filij non eam conſequuntur, aliquo impedimento exiſtẽte, ne poſſit periclitantibus ſubueniri: Fiunt vero iſta per occultam dei prouidentiã, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, & inueſtigabiles viæ: quod vt Apoſtolus diceret, quid p̃ dixerit intuemini. Agebat. n. de Iudæis & gentibus cum ſcriberet ad Romanos, id eſt
Ro.11. ad gentes, & ait, Sicut. n. aliquando vos non credidiſtis deo, nunc aũt miſericordiam cõſecuti eſtis in illorum incredulitate: ita & hi nunc non crediderũt in veſtra miſericordia, vt & ipſi miſericordiam cõſequantur: concluſit. n. deus omnes in infidelitate, vt omnium miſereatur. Et cum attendiſſet q̃d dixerit, admirans ſententiæ ſuæ certam qui
C dem veritatẽ, ſed magnã profunditatẽ, q̃o cõcluſerit deus omnes in infidelitate vt omnium miſereatur, quaſi faciens mala vt venirent bona, mox exclamauit atq; ait, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Hæc enim inſcrutabilia iudicia, & inueſtigabiles vias peruerſi homines non cogitantes, & procliues ad reprehẽdendum, non idonei ad intelligendum, putabant & iactitabant Apoſtolos dicere, faciamus mala vt veniant bona. Quod abſit vt Apoſtoli dicerent, ſed homines non intelligentes hoc putabant dici, q̃ audiebant q̃d
Rom.3. dixit Apoſtolus, Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum: vbi aũ abundauit delictum, ſuperabundauit gratia. Sed vtiq; gratia id agit, vt iam fiant bona ab eis qui fecerunt mala, non vt perſeuerent in malis, & reddi ſibi exiſtiment bona. Non itaque debent dicere, faciamus mala vt veniant bona: ſed, fecimus mala & venerunt bona: iam faciamus bona, vt in futuro ſeculo recipiamus pro bonis bona, qui in hoc ſeculo recipimus pro malis bona. Propter q̃d ſcriptũ
D Pſa.100. eſt in Pſalmo, Miſericordiã & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Prius itaq; nõ ideo venit filius
Ioan.3. hominis in mundũ, vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluet̃ mundus per ipſum: hoc pp miſericordiam, poſtea vero pp iudicium venturus eſt iudicare viuos & mortuos, quanuis & in hoc tempore ipſa ſaluatio non fiat
Ioan.9. ſine iudicio ſed occulto, ideo ait, In iudicium veni in hunc mundum: vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.

Ad occulta ergo dei iudicia reuocate, qñ
Cap.23. videritis in vna cã quã certe hñt oẽs paruuli, hæreditariũ malum trahentes ex Adam, huic huic ſubueniri, vt baptizetur. illi nõ ſubueniri, vt in ipſa obligatione moriatur: illum baptizatum in hac vita relinqui, quem præſciuit deus impium futurum: iſtũ vero baptizatum rapi ex hac vita, ne malitia mutet
Sapiẽ.4. intellectũ eius, & nolite in iſtis dare iuſtitiã vel inſipientiam deo, apud quem iuſtitiæ fons eſt & ſapientiæ. Sed ſicut vos ex hortatus ſum ab initio ſermonis huius, in quod pueniſtis, in eo ambulate, & hoc quoque vobis deus reuelabit, & ſi nõ in hac vita, certe in altera: nihil eſt. n occultũ q̃d nõ reuelabit̃. Q̃n ergo auditis dicentem dñm, Ego dñs ſeduxi Prophetã illum: & quod
Exe.14. Rom.9. ait Apoſtolus, Cuius vult miſereat, & quẽ vult obdurat: in eo quem ſeduci permittit
E vel obdurari, mala eius merita credite: in eo vero cuius miſeretur, gratiam dei non redditis mala p̃ malis, ſed bona p̃ malis, fideliter et indubitãter agnoſcite. Nec iõ auferatis à Pharaone liberũ arbitriũ, q̃a multis locis dicit deus, Ego iduraui Pharaonẽ, uel induraui, vel indurabo cor Pharaonis. Nõ enim propterea ipſe Pharao non indurauit cor ſuum. Nam & hoc de illo legitur, quando ablata eſt ab Aegyptijs cynomya, dicente ſcriptura, Et ingrauauit Pharao cor ſuũ, & in iſto tẽpore, & noluit dimittere popu-
Exod.8 lum, Ac per hoc & deus induraui per iuſtum iudicium, & ipſe Pharao per liberum arbitrium. Certi ergo eſtote, quia non erit inanis labor veſter, ſi in bono p̃poſito proficientes perſeuereti vſq; in finem. Deus .n. qui modo illis quos liberat non reddit ſecundum opera eorum: tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Reddet omnino deus & mala pro malis, qñ iuſtus eſt: & bona pro malis, quoniam bonus eſt: & bona pro bonis, quoniã bonus & iuſtus eſt. Tãtummodo mala pro bonis non reddet, quoniã iniuſtus nõ eſt. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro iniuſtitia: & reddet bona pro malis, gratiam pro iuſtitia: & reddet bo
F na pro bonis, gratiam pro gratia.

Cap.24 Repetite aſsidue librum iſtum, & ſi intelligitis, deo gratias agite: vbi autem non intelligitis, orate vt intelligatis, dabit enim vobis dominus intellectum. Memẽtote ſcriptum eſſe, Si quis veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet à deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Ipſa eſt ſapientia deſurſum deſcendes, ſicut ipſe Apoſtolus Iacobus dicit. Illam vero ſapientiam repellite à vobis, & orate vt non ſit in vobis quam deteſtãtis eſt, vbi ait, Quod ſi zelum amarum habetis, & contẽtiones in uo-
Iaco. 1. bis ſint, non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica.
Iaco. 3. Vbi enim zelus & contentio eſt, ibi inconſtantia & omne opus prauum. Quę aũt eam deſurſum eſt ſapientia primum quidẽm pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia & fructibus bonis, inæſtimabilis, ſine ſimulatione. Quid boni ergo non habebit qui hanc ſapientiam poſtularit & impetrarit à domino? Et hinc intelligite gratiam, quia ſi ex vobis eſſet iſta ſapientia, deſurſum non eſſet, nec ab ipſo q̃ G nos creauit deo poſtulanda eſſet. Fratres, orate & pro nobis, vt temperanter & pie & iuſte viuamus in hoc ſeculo, expectãtes illam beatam ſpem, & manifeſtationem domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt honor & gloria, & regnum cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de correptione & gratia ad Valentinum, & cum illo monachos, Lib. vnus.

Cap. 1. Ectis literis veſtris, Valentine frater dilectiſsime, & q̃ ſimul ſeruitis deo, quas per fratrem Florum & eos qui cum illo ad nos venerũt, miſit charitas veſtra, II egi deo gratias, quod veſtram in domino pacem, & in veritate conſenſionem, & in charitate flagrantiam, veſtro nobis reddito ſermone cognoui. Quod autem ad ſubuerſionem quorundam apud uos molitus eſt inimicus, deo miſerante, & eius inſidias in ſeruorum proiectu cum mirabili bonitate vertente, ad hoc potius valuit, vt nulli veſtrum deſtruerentur in peius, ſed nõnulli inſtruerentur in melius. Non itaq; opus eſt omnia identidem retractare, quæ ſufficiẽter vobis pleno libro diſputata tranſmiſimus, quẽ q̃o ſuſceperitis ſcripta indicant veſtra. Veruntñ ſemel lectum nullo mõ arbitremini ſatis vobis innoteſcere potuiſſe. Si ergo eũ fructuoſiſsimum habere vultis, non

non uos pigeat relegẽdo habere notissimũ, ut diligentissime sciatis quibus, & qualibus qõnibus soluendis atq; sanandis, non ibi humana, sed diuina occurrat authoritas, a q̃ recedere nõ debemus, si volumus peruenire quo tendimus. Dñs aũt ipse non solũ ostẽdit nobis, a quo malo declinemus, & quod bonum faciamus, quod solum potest legis littera, verumetiã adiuuat nos, vt declinemus a malo, & faciamus bonum, quod nullus potest sine spiritu gratiæ: quæ si desit, ad hoc
2. Co. 3. lex adest, vt reos faciat & occidat. Propter
I qđ dicit Apostolus, Litera occidit, spiritus
autem viuificat. Qui ergo legitime legevtitur, discit in ea malum & bonũ, & nõ cõfidens in virtute sua, confugit ad gratiam, qua præstante declinet à malo, & faciat bo-
Psal. 36. num, Quis aũt confugit ad gratiam, nisi cũ
à dño gressus hominis diriguntur, & viam eius volet? Ac per hoc & desyderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est: de quo ait
Psal. 76. ille, Et dixi nunc cœpi: hæc est immutatio dexteræ excelsi. Liberum itaq; arbitrium, & ad malum & ad bonum faciendum confitendum est nos habere: sed in malo faciendo liber est quisq; iustitiæ, seruusq; peccati: in bono aũt liber esse nullus potest, nisi
Ioan. 8. fuerit liberatus ab eo qui dixit, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Nec ita vt cum quisq; fuerit à peccati damnatione liberatus, iam non indigeat sui liberatoris auxilio, sed ita potius vt ab illo audiens, Si-
Ioan. 15 ne me nihil potestis facere: dicat ei & ipse,
Psal. 26. Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Hanc fidem quæ sine dubio vera & Prophetica & Apostolica fides est, etiam in fratre nostro. Floro inuenisse me gaudeo: vnde hi potius corrigendi sunt, quos quidem propitio deo correctos eẽ iam existimo, qui
K eum non intelligebant.

Cap. 2. Intelligenda est enim gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agendo faciunt bonum. Non solum vt monstrante ipsa quid faciendum sit sciant, verumetiam vt præstante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspirationem bonæ voluntatis atque operis, poscebat Apostolus eis quibus
2. Co. 13 dicebat, Oramus autem ad deum, ne quid faciatis mali, non vt nos probati appareamus, sed vt vos qđ bonũ est faciatis. Quis hoc audiat & non euigilet, atque fateatur à domino deo nobis esse, vt declinemus à malo, & faciamus bonum? Quandoquidẽ non ait Apostolus, monemus, docemus, hortamur, increpamus, sed ait, Oramus ad deum ne quid faciatis mali, sed quod bonum est faciatis. Et tũ etiam loquebatur eis, & faciebat illa omnia quæ commemoraui: monebat, docebat, hortabatur, increpabat. Sed sciebat hæc omnia non valere, quæ plantando & rigando faciebat in aperto, nisi eum pro illis exaudiret orantẽ, qui dat incrementum in occulto. Qũ sicut idem doctor
1. Co. 3. dicit, Neque qui plantat est aliquid, neque
L qui rigat, sed qui incrementum dat deus:
non se itaque fallant qui dicunt, Vt quid
Philip. 2 nobis prædicatur atq; præcipitur, vt declinemus a malo & faciamus bonum, si hoc nos nõ agimus, sed id velle & operari deus operatur in nobis: sed potius intelligant si filij dei sunt, spiritu dei se agi, vt quod agendum est agant, & cũ egerint, illi à quo agũtur gratias agant: aguntur enim vt agant, non vt ipsi nihil agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant: vt qñ id agunt sicut agendum est, id est cum dilectione & delectacione, iustitiæ suauitatem quam dedit dominus, vt terra eius daret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quando autẽ non agunt, siue omnino non faciendo, siue
1. Co. 4. non ex charitate faciendo, orent vt quod nondum habent accipiant. Quid enim habebunt quod non acceperint, aut quid habent quod non acceperunt?

Cap. 3. Ergo, inquiunt, præcipiant tantummodo nobis quid facere debeamus qui nobis præsunt, & vt faciamus orent pro nobis: non autem nos corripiant & arguant si non fecerimus. Immo omnia fiant, quoniam doM ctores Ecclesiarum Apostoli omnia faciebant, & præcipiebat quæ fierent, & corripiebat si non fierẽt, & orabant vt fierent. Præ-
1. Co. 16. cipit Apostolus dicens, Omnia vestra in
1. Co. 6. charitate fiant. Corripit dicens, Iam quidẽ omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis vobiscum. Quare enim non magis iniquitatem patimini? quare nõ potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratribus, An nescitis quia iniusti regnum dei non possidebunt? Audiamus & orãtem, Vos autem, inquit, dominus
1. The. 3 multiplicet & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes. Præcipit, vt habeatur charitas: corripit, quia non habetur charitas: orat, vt abundet charitas. O homo in præce-

præceptione cognosce quid debeas habere in correptione cognosce, tuo te vitio nõ habere: in oratione cognosce, vnde accipias quod vis habere. Qũo, inquit, meo vitio non habetur, quod nõ accepi ab illo, à quo nisi detur, non est omnino alius vnde tale ac tantum munus habeatur.

Cap. 4. Patimini me paululum fratres mei, non aduersum vos, quorum rectum est cor cum deo, sed aduersus eos qui terrena sapiũt, vel aduersus ipsas humanas cogitationes, pro cœlestis & diuinæ gratiæ charitate certare.
A Hoc.n.dicũt, qui in suis malignis operibus ab huius gratiæ prædicatoribus corripi nolunt. Præcipe mihi quid faciam, & si fecero age pro me gratias deo, qui mihi vt facerẽ dedit. Si autem non fecero, non ego corripiendus sum, sed ille orandus est vt det qđ non dedit i. ipsam qua præcepta eius fiant, fidelem dei & proximi charitatem. Ora ergo pro me ut hanc accipiam, & per hanc ex animo cum bona voluntate, quæ præcepit faciam. Recte autem corriperer si eam mea culpa non haberem: hoc est, si eam possem mihi dare vel sumere ipse, nec facerem: vel si dante illo accipere noluissem.

Cap. 5. Cum ergo & ipsa voluntas à dño præparetur, cur me corripis, quia vides me eius præcepta facere nolle, & non potius ipsum rogas, vt in me operetur & velle? Ad hæc respondemus, Quicunq; dei præcepta iam tibi nota non facis, & corripi non vis, etiam propterea corripiendus es, quia corripi nõ vis. Non vis.n.tibi tua vitia demonstrari: non vis vt feriantur, fiatq; tibi vtilis dolor, quo medicum quæras: non vis tibi tuipse ostendi, vt cum deformem te vides, reformatorem desideres, eiq; supplices ne in illa
B remaneas fœditate. Tuum quippe vitiũ est qđ malus es, & mauis vitium corripi nolle, quia malus es: quasi laudanda vel indifferẽter habenda sint vitia, vt neque laudentur neq; vituperẽtur: aut vero nihil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel dolor, aut aliud agat cum salubriter stimulat nisi vt rogetur bonus, & ex malis qui corripiũtur bonos faciat qui laudentur. Quod.n.vult pro se fieri qui corripi nõ vult, & dicit ora potius pro me, ideo corripiendus est vt faciat etiã ipse pro se. Dolor quippe ille quo sibi displicet, qñ sentit correptionis aculeũ, excitat eum in maioris orationis affectum, vt deo miserante, incremento charitatis adiutus desinat agere pudenda & dolenda, & agat laudanda atq; gratanda. Hæc est correptionis vtilitas, quæ nunc maior, nũc minor pro pctõrum diuersitate salubriter adhibetur, & tũc est salubris, qũ supernus medicus respicit. Non.n.aliquid proficit, nisi cum facit vt peccati sui quenq; pẽniteat. Et quis hoc dat nisi qui respexit Apostolum Petrum negantẽ, & fecit flentem? Vnde & Mat. 26.
apostolus Paulus posteaquã dixit, cũ modestia corripiendos esse diuersa sentientes, ptinus addidit. Nequando det eis deus pœni 2. Ti. 2.
tentiam ad cognoscendam veritatem, & respiscant de diaboli laqueis. Cur autem isti qui corripi nolunt dicunt. Tãtum præcipe mihi & ora pro me, vt quod præcipis faciõ? Cur non potius scđm suum prauũ sensum C
& ista duo respuunt, & dicunt, Nec vt præcipias mihi, nec vt ores pro me volo? Quis enim hominum ostenditur orasse pro Petro, vt daret ei deus pœnitentiam, qua se negasse dñm fleuit? Quis hominum Paulum Galat.
diuinis præceptis ad fidem christianam ptinentibus credidit? Cum ergo audiretur prædicans Euangelium & dicens, Notũ.n. vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est scđm hominẽ, neq;.n.ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Christi Iesu. Responderetur ei, Quid nobis molestus es, vt abs te accipiamus atq; discamus, quod tu non ab homine accepisti neq; didicisti? Potens est.n.ille qui tibi dedit, sic & nobis dare qũo tibi: Porro si hoc non audent dicere, sed patiuntur sibi Euangelium ab homine prædicari: quanuis etiam possit non per hominem homini dari, concedant etiam corripi se debere a præpositis suis, à quibus christiana gratia prædicatur: quãuis non negetur deus posse quem velit, etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad D
dolorem salubrem pœnitentiæ occultissima & potentissima medicinæ suæ potestate perducere. Et sicut non est ab oratione cessandum pro eis quos corrigi vulumus, etiã si nullo hominum orante pro Petro, dñs respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere: ita non est negligenda correptio, quanuis deus quos voluerit etiã non correptos, facit esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miseretur atque adiuuat, qui facit quos voluerit etiã sine correptione proficere. Sed quare isti sic, illi aliter atque alij aliter diuersis & innumerabilibus modis vocentur vt reformentur,

abſit vt dicamus iudicium luti eſſe debere, ſed figuli. Apoſtolus inquiunt, ait, Quis.n.
1.Co..4 te diſcernit? Quid aũt habes quod nõ acce
piſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi
non acceperis? Cur ergo corripimur, argui
mur, reprehendimus, accuſamur? Quid fa
cimus, qui non accepimus? Qui hæc dicũt,
extra culpam ſe videri volunt, in hoc quod
non obediunt deo, quia vtique ipſa obedien
tia munus eius eſt: quæ neceſſe eſt vt inſit
ei cui charitas ineſt, quæ ſine dubio ex
deo eſt, & dat eam pater filijs ſuis: hanc,
inquiunt, non accepimus, quid itaq; corri
pimur, quaſi nos eam nobis dare poſsimus,
E & noſtro arbitrio dare nolimus?
Cap. 6. Nec attendunt ſi nondum regñati ſunt,
Eccleſia primã eſſe cãm, cur obiurgati q̃ ſint inobe
ſtes.7. dientes deo, ſibi debeant diſplicere, quia fe
cit deus hominem rectum ab initio huma
næ creaturæ, & non eſt iniquitas apud deũ.
Rom.9. Ac per hoc prima prauitas qua deo non
obeditur, ab homine eſt, quia ex rectitudi
ne in qua eum deus primitus fecit, ſua mala
voluntate decidens, prauus effectus eſt. An
vero ideo prauitas iſta corripienda non eſt
in homine, quia non eius propria qui corri
pitur, ſed cõmunis eſt omnibus? Imo vero
corripiatur & in ſingulis quod eſt omniũ.
Non.n.propterea cuiuſquã nõ eſt, q̃ ab ea
nullus imunis eſt. Peccata quidẽ iſta origi
nalia ideo dicuntur aliena, q̃ ea ſinguli de
parentibus trahunt, ſed non ſine cauſa dicũ
tur & noſtra, quia in illo vno oẽs ſicut dicit
Rom.5. Apoſtolus, peccauerunt. Corripiatur ergo
origo damnabilis, vt ex dolore correptionis
voluntas regenerationis oriatur, ſi tñ qui
corripitur, filius eſt promiſsionis, vt ſtrepi
tu correptionis forinſecus inſonante atq;
flagellante, deus in illo intrinſecus occulta
inſpiratione operetur & velle. Si autẽ iam
F regeneratus & iuſtificatus in malam vitam
ſua voluntate relabitur, certe iſte non põt
dicere, non accepi, quia acceptam gratiam
dei ſuo in malum libero amiſit arbitrio,
Qui ſi correptione compunctus ſalubriter
ingemit, & ad ſimilia bona opera vel etiam
meliora reuertitur, nempe hic apertiſsime
vtilitas correptionis apparet. Sed per homi
nem correptio ſiue ex charitate fit, ſiue non
fit, tñ vt correptio proſit, non niſi per deũ
fit. An adhuc & iſte nolens corripi, poteſt
dicere, Quid ego feci qui non accepi: quem
conſtat accepiſſe, & ſua culpa quod accepe
rat amiſiſſe? Poſſum, inquit, poſſum omni-

no, qñ me arguit, quod ex bona vita in ma
lam mea voluntate relapſus ſum, dicere ad
huc, Quid ego feci qui non accepi: accepi Gala.4
enim fidem quæ per dilectionem operatur,
ſed in illa vſq; in finem perſeuerantiam nõ
accepi: an quiſquam dicere audebat iſtam
perſeuerantiam non eſſe donum dei, & hoc
tam magnum bonum ita eſſe noſtrum, vt
quisquis id habuerit, non ei poſsit Apoſto
lus dicere, Quid.n.habes quod non accepi
ſti, quoniam hoc ſic habet vt non acceperit? Ad hæc nos negare quidẽ nõ poſſumus 1.Co.4.
etiam perſeuerantiam in bona proficiẽtem
vſq; in finem, magnum eſſe dei munus: nec G
eſſe niſi ab illo, de quo ſcriptum eſt, Omne Iacobi.
datum optimum & omne donum perfectũ
deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.
Sed non ideo eſt eius qui non perſeuerauerit, negligenda correptio, ne forte det illi
deus pœnitentiam, & reſipiſcat de diaboli
laqueis. Correptionis quippe vtilitati hanc 2.Ti.2.
ſententiã ſubiunxit Apoſtolus dicens, ſicut
ſupra commemoraui. Cum modeſtia cor
ripientem diuerſa ſentientes, neqñ det illis Ibidem.
deus pœnitentiam. Nam ſi dixerimus iſtã
perſeuerantiam tam laudabilem tamq; fœli
cem ſic eſſe hominis, vt ei non ſit ex deo: il
lud primitus euacuamus, quod ait dñs Pe
tro, Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Luc.22.
Quid.n ei rogauit, niſi perſeuerantiã vſq;
in finem? Quę profecto ſi ab homine homi
ni eſſet, à deo poſcenda nõ eſſet. Deinde cũ 2.Co.3
dicat Apoſtolus. Oramus aũt ad deum ne
quid faciatis mali, proculdubio perſeueran
tiam eis orat ad deum. Neq;.n.nihil mali
facit qui bonum deſerit, & à quo declinare
non debet, inclinatur in malum, non perſe
uerant in bono. Illo etiam loco vbi dicit, Philip.1
Gratias ago deo in omni memoria veſtri,
ſemper in omni prece mea, p̃ omnibus vo
bis cum gaudio deprecationem faciens, ſu
per communicatione veſtra in Euangelio H
à prima die vſq; nunc, cõfidens hoc ipſum,
qñ qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet
vſq; in diem Chriſti Ieſu. Quid aliud eis
q̃ perſeuerantiam in bono vſq; in finem de
dei miſeratiõe, p̃mittit? Itẽq; vbi dicit, Sa
lutat Epaphras, q̃ ex vobis ex ſeruus Chri Colo.4.
ſti Ieſu, ſemper certans pro vobis in ora
tionibus, vt ſtetis perfecti & pleni in omni
voluntate dei: quid eſt, vt ſtetis: niſi, vt per
ſeueretis? Vnde dictum eſt de diabolo,
In veritate non ſtetit: qui fuit ibi, ſed Ioan.8.
non permanſit. Nam vtique iſti in fide

iam ſtabant. Nec aliud oramus cum ora
mus, vt qui ſtat ſtet, niſi vt perſeueret. Itẽ
Iudę. 8. Iudas apoſtolus cum dicit, Ei autem qui
potens eſt conſeruare vos ſine offenſione,
& conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ
immaculatos in lætitia: nonne apertiſsime
oſtendit donum dei eſſe in bono perſeuera
re vſq; in finem? Quid enim aliud donat
qui conſeruat ſine offenſione, vt conſtituat
ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos
Act.13. in lætitia, niſi perſeuerantiam bonã? Quid
eſt etiam quod in Apoſtolorum actibus le
I gimus, Audiẽtes autem gentes gauiſæ ſunt,
& exceperunt verbum domini, & credide
runt quotquot erant ordinati in vitã æter
nam. Quis in æternam vitam potuit ordina
ri, niſi perſeuerantiæ dono? Quandoquidẽ
qui perſeuerauit vſq; in finem, hic ſaluus
Mat.24 erit. Qua ſalute, niſi æterna? Cum vero in
Matt.6. oratione dominica deo patri dicimus, San
ctificetur nomen tuum, quid aliud dicimus
quam vt nomẽ eius ſanctificetur in nobis?
Quod cum iam per lauacrum regeneratio
nis effectum ſit, quare quotidie a fidelibus
poſcitur, niſi ut in eo quod factum eſt in
Cypria- nobis, perſeueretur a nobis? Nam & beatus
nus de o- Cyprianus hoc ſic intelligit, exponẽs quip
ratione pe eãdem orationem, Dicimus, inquit, ſan
domini- ctificetur nomen tuũ: non q̃ petamus a deo
ca. vt ſanctificetur orationibus noſtris, ſed q̃
petamus a deo vt nomẽ eius ſanctificetur
in nobis: cæterum a quo deus ſanctificatur:
Leui.19 qui ipſe ſanctificat? Sed quia ipſe dixit, San
cti eſtote quoniam & ego ſanctus ſum: id
petimus & rogamus, vt qui in baptiſmo ſã
ctificati ſumus, in eo quod eſſe cœpimus p̃
ſeueremus. Ecce glorioſiſsimus martyr hoc
ſentit, quod in his verbis quotidie fideles
Chriſti petunt ut perſeuerent in eo quod
eſſe cœperunt.
Cap. 7. Nullo autem dubitante, quiſquis a domi
no vt in bono perſeueret, precatur: donum
eius eſſe talem perſeuerantiam confitetur.
Quæ cum ita ſint, corripimus tñ eos, iuſte
K que corripimus, qui cũ bene viuerent, non
in eo p̃ſeuerarunt. Ex bona quippe in malã
uitã ſua voluntate mutati ſunt, & iõ corri
piunt, & ſi nihil eis correptio profuerit, ſed
in vita p̃dita vſq; ad mortẽ p̃ſeuerauerint,
ẽt diuina in æternum damnatione ſunt dig
ni. Nec ſe excuſabunt dicentes, ſicut mo
do dicunt, quare corripimur: ita tunc, quare
damnamur, qñquidem vt ex bono reuerte
remur ad malũ, perſeuerantiam non acce-

pimus qua permaneremus in bono? nullo
modo hac excuſatione a iuſta damnatione
ſe liberabunt. Si.n.ſicut veritas loquitur, ne
mo liberatur a damnatione quæ facta eſt
per Adam, niſi per fidem Ieſu Chriſti, &
tamẽ ab hac damnatione non ſe liberabunt
qui poterunt dicere, non ſe audiſſe euange
lium Chriſti, cũ fides ex auditu ſit: quanto
minus ſe liberabunt qui dicturi ſunt, perſe
uerantiam non accepimus. Iuſtior.n. uidẽ
excuſatio dicentiũ, non accepimus audien
tiã, quã dicentiũ, non accepimus perſeuerã
tiã, qm̃ põt dici homini, in eo quod audie
ras & tenueras, in eo perſeuerares ſi velles:
nullo modo aũt dici põt, id quod nõ audie- L
ras, crederes ſi uelles. Ac per hoc & qui euã
gelium non audierunt: & qui eo audito in
melius commutati perſeuerantiam non ac
ceperunt: & qui euãgelio audito venire ad
Chriſtũ, hoc eſt in eum credere noluerunt, Ioan.6.
qm̃ ipſe dicit, Nemo venit ad me niſi ei da
tũ fuerit a patre meo: & qui per ætatem par
uulam nec credere potuerunt, ſed ab origi
nali noxa ſolo poſſent lauacro regñationis
abſolui, quo tñ nõ accepto mortui perierũt
non ſunt ab illa cõſperſione diſcreti, quã cõ
ſtat eſſe damnatam euntibus omnibus ex v
no in condemnationem. Diſcernuntur aũt
non meritis ſuis, ſed per gratiã mediatoris,
hoc eſt in ſanguine ſecundi Adam iuſtifica 1.Co.4.
ti gratis. Itaq; cũ audimus, Quis.n.te diſcer
nit, quid aũt habes quod non accepiſti: ſi au
tẽ accepiſti, quid gloriaris quaſi non accepe
ris? ab illa perditionis maſſa quæ facta eſt p̃
primum Adam, debemus intelligere nemi
nem poſſe diſcerni, niſi q̃ hoc donum hẽt
quiſquis habet, quod gratia ſaluatoris acce
pit. Hoc aũt apoſtolicum teſtimonium tam
magnum eſt, vt beatus Cyprianus ad Cy
rinum ſcribens, ipſum ſubiecerit illi titulo,
in quo ait in nullo ſe gloriandum, qñ no
ſtrum nihil ſit. Quicunq; ergo ab illa ori
ginali damnatione iſta diuinæ gratiæ largi
tate diſcreti ſunt, non eſt dubium quod &
procuratur eis audiendum Euangelium: & M
cum audiunt credunt, & in fide quæ per di
lectionem operatur, vſque in finem perſe
uerant: & ſi quando exorbitant, correpti e
mendantur, & quidam eorum, etſi ab ho
minibus non corripiant, in viã q̃ reliquerãt, redeũt: & nonnulli accepta gra, in qua
libet ætate periculis huius vitæ, mortis cele Epheſ.1
ritate ſubtrahuntur. Hæc enim omnia o- Rom.11.
peratur in eis, qui vaſa miſericordię ope-

ratus est eos,qui & elegit eos in filio suo,an te constitutionem mundi per electionem gratiæ. Si aũt gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non.n.
Mat.20 sic sunc vocati,vt non essent electi,propter quod dictũ est,Multi sunt vocati,pauci vero electi:sed quoniam secundum propositũ vocati sunt,profecto electi sunt per electionem,vt dictum est gratiæ,non præcedentiũ meritorum suorum,quia gratia illis est omne meritum. De talibus dicit Apostolus,
Rom.8. Scimus quoniam diligẽtibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum
A propositum vocati sunt:quoniam quos ante præsciuit,& prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit primogenitus in multis fratribus: quos aũt prædestinauit,illos & uocauit:quos autẽ uocauit,ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos &
Rom.9. glorificauit. Ex istis nullus perit,quia omnes electi sunt. Electi sunt autem,quia secũdum propositũ vocati sunt:propositum aũt non suum,sed dei. De quo alibi dicit,vt secundum electionem propositum dei maneret,& non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei,quia maior seruiet minori. & ali
Ephe.1. bi,Non secundum opera nostra, inquit,sed
Rom.8. secundum suum propositum & gratiam. Cum ergo audimus, Quos autem prædestinauit illos & vocauit secundum propositũ vocatos debemus agnoscere,qm̃ inde cœpit dicens. Omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositũ vocati sunt: ac deinde subiunxit, Quoniam quos ante præsciuit,& prædestinauit conformes imaginis filii sui,vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Atq; his præmissis subdidi. Quod autem prædestinauit, illos & vocauit, Eos itaque vult intelligi,quos secundum propositum vocauit,ne putentur in eis esse aliqui vocati & non electi, pròpter illam domini
Mat.20. eam sententiam, Multi vocati pauci electi. Quicunque electi,sine dubio etiam vocati non autem quicunque vocati, consequen-
B ter electi. Illiergo electi,vt sæpe dictum est, qui secundum propositum vocati, qui etiã prædestinati atque præsciti. Horum si quis quam perit, fallitur deus: sed nemo eorum perit,quia non fallitur deus:horum si quisquam perit, vitio humano uincitur deus: sed nemo eorum perit,quia nulla re uincitur deus. Electi autem sunt ad regnandum cum Christo, non quomodo electus est Iudas ad opus cui congruebat. Ab illo quippe electus est,qui nouit bene vti etiam malis, ut & per eius opus damnabile,illud propter quod ipse venerat, opus uenerabile compleretur. Cum itaque audimu, nonne ego Ioan.6.
vos duodecim elegi,& vnus ex vobis diabolus est:illos debemus intelligere electos per misericordiam,illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendũ regnum suum: illũ ad effundendum sanguinem suum. Merito Rom.8.
sequitur vox ad regnum electorũ, Si deus pro nobis,quis cõtra nos? Qui filio ꝓprio non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit eum quomodo non & cum illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, Quis condẽnat? Christ' Iesus quis mortuus est,magis autem qui & resurrexit, qui est in dextra dei,qui & interpellat pro nobis? Quam fortis autem perseuerantiæ vsq; in finem munus acceperint, sequantur & dicant, Quis
D nos separabit a charitate Christi, tribulatio,an angustia,an persecutio,an fames, an
p al.43 piculũ,an gladius? Sicut scriptũ est. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eũ qui dilexit nos. Certus sum.n.quia neq; mors, neque uita, neque angelus,neque principatus,neq; præsentia,neq; futura, neq; virtus,neq; altitudo,neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei,quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti significati sunt ad Timotheum, vbi cum dictum fuisset Hymenæum & Philerum fidẽ quorundam subuertere,mox additum est, Firmum autem fundamentum dei stat,habens signaculum hoc,Sciuit dominus qui sunt eius,Horum fides quæ per dilectionem operatur,profecto aut omnino non deficit:aut si qui sunt quorum deficit, reparatur antequam uita ista finiatur,& deleta quæ intercurrerat iniquitate, vsque in finem perseuerantia deputatur. Qui vero perseueraD
turi non sunt,ac sic à fide Christiana & cõuersatione lapsuri sunt,vt tales eos vitæ huius finis inueniat,proculdubio nec illo tpe, quo bene pieq; viuunt,in isto numero computandi sunt. Non.n.sunt a massa illa perditionis præscientia dei & prædestinatione discreti,& ideo nec secundũ propositum vocati,ac p hoc nec electi: sed in eis vocati de
M quib. dictũ est,Multi vocati:& nõ in eis de quibus dictum est,pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos,cum credunt & baptizantur,& secundũ deum viuunt? Plane dicũtur electi a nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos nouit non habere perseuerantiam,quæ ad beatam uitã perducit electos scitq́; illos ita stare, vt prȩscierit
Cap.8. esse casuros.

Hic si a me quȩratur,cur eis deus perseuerantiã non dederit,qui eam qua Christiane viuerent delectionẽ dedit:me ignorare rel-
Rom.9. pondeo. Non.n.arroganter, sed agnoscens
Rom.11. modulum meum, audio dicentem Apostolum,O homo,tu quis es qui respõdeas deo? Et, O Altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei, quã inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quantum itaq; nobis iudicia sua manifestare dignatur, gratias agamus:quantum uero abscondere, nõ
E aduersus eius consilium murmuremus,sed hoc quoq; nobis saluberrimum esse credamus. Tu aũt quisquis inimicus eius gratiæ sic interrogas,ipse quid dicis? Bene,quod te non negas esse Christianũ,& catholicum iactas. Si ergo confiteris donũ dei esse perseuerare in bono vsq; in finem, cur hoc donũ ille accipiat,ille non accipiat,puto quod mecũ pariter nescis,& ambo hic inscrutabilia iudicia dei penetrare non possumus. Aut si ad liberum arbitriũ hominis,quod nõ secundum dei gratiã, sed contra eã defendis, ꝓtinere dicis vt perseueret in bono quisq; vel nõ pseueret,nõ deo donãte si pseueret, sed humana volũtate faciẽte:qd moliturus es contra verba dicentis, Rogaui pro te Pe
Luc.22 tre,ne deficiat fides tua? An audebis dicere ẽt rogãte Christo, ne deficeret fides Petri, defecturam fuisse si Petrus eam deficere voluisset,hoc est,si eam vsq; in finem perseuerare noluisset quasi aliud Petrus vllo modo vellet, quam pro illo Christus rogasset vt vellet? Nam quis ignorat tunc fuisse perituram fidẽ Petri,si ea quæ fidelis erat,voluntas ipsa deficeret:& permansuram, si eadẽ voluntas maneret? Sed quia præparatur voluntas a domino, ideo pro illo non posset esse inanis oratio. Quando rogauit ergo ne fides eius deficeret, quid aliud rogauit nisi
F vt haberet in fide liberrimã, fortissimam, inuictissimam, perseuerantissimam voluntatẽ? Ecce quemadmodum scd̃m gratiã dei, non contra eam libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana non liberta te consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem,& vt perseueret delectabilem perpetuitatem,& insuperabilem fortitudinem.

Mirandum est quidem, multumq́; mirandum, ꝙ filiis suis deus quibusdam quos regenerauit in Christo,quibus fidem,spẽ, dilectionem dedit, non dat perseuerantiam: cum filijs alienis scelera tanta dimittat,atq; impertita gratia sua,faciat filios suos. Quis hoc non miretur? Quis hoc non vehementissime stupeat? Sed ẽt illud non minus mirum est,& tamẽ verum, atq; ita manifestũ, vt nec ipsi inimici gratiæ dei, quomodo id negent valeant inuenire,quod filios quosdã amicorum suorum, hoc est regeneratorum bonorumq; fideliũ, sine baptismo hinc parG
uulos exeuntes,quibus utique si vellet,huiur lauacri gratiam procuraret,in cuius potestate sunt omnia,alienat a regno suo, quo parentes mittit illorum: & quosdam filios inimicorum suorum facit in manus Christianorum uenire, & per hoc lauacrum introduci in regnum, à quo eorum parentes alieni sunt,cum & illis malum,& istis bonũ meritũ nullũ sit paruulis, ex eorum ꝓpria voluntate. Certe hic iudicia dei, quoniam iusta & alta sunt,nec vituperari possunt, nec penetrari: in his est & illud de perseueran tia,de qua nunc disputamus:de utrisq; ergo exclamemus,O altitudo diuitiarũ sapiẽtiæ Ro.11.
& scientiæ dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius. Nec miremur nos vestigare non posse inuestigabiles vias eius. Vt.n.alia innumeraceam,quæ alijs dantur aliis non dãtur hominibus a domino deo apud quem non est Rom.2.
acceptio personarum, nec tribuuntur ista meritis voluntatum sicut sunt celeritates, vires,bonæ valetudines, & pulchritudines corporum, ingenia mirabilia, & multarũ artium capaces naturę mentium: vel quæ accidunt extrinsecus,vt est opulentia, nobilitas,honores,& cętera huiusmodi,quę quisque vt habeat, non nisi in dei est potestate: vt non nisi etiam in baptismate paruulorũ,qd̃ nullus istorum potest dicere,sicut illa ad regnum dei non pertinere, cur illi paruulo detur, illi non detur,cum sit utrunq; in potestate dei,& sine illo sacramento nemo intret in regnum dei. Vt ergo hæc taH
ceam vel relinquam,illosipsos intueãtur de quibus agitur,De his enim differimus, qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Respõdeant si possunt, cur illios deus cum fideliter & pie uiuerent, nõ tunc de vitæ huius periculis rapuit,ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fa-

ctio deciperet animas corũ. Vtrum hoc in potestate non habuit, an eorũ mala futura nesciuit? Nempe nihil horũ nisi peruersissime atq; insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant qui nos irrident, qũ in rebus talibus exclamamus. Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Neq; n. hoc non donat deus quib, voluerit, aut vero scriptura illa mentitur, q̃ de morte velut immatura hominis iusti ait.

Sapie. 4. Raptus est ne melit, a mutaret intellectum
Rom. 9. eius aut ne fictio deciperet animam eius.
&. 2. Cur igitur hoc tam malum beneficium alijs dat, alijs nõ dat deus, apud quẽ non est iniquitas, nec accepcio personarum, & in cuius potestate est quandiu quisq; in hac uita maneat, quę tentatio dicta est super terrã?

Iob. 7. Sicut ergo coguntur fateri donum dei esse, vt finiat homo uitam istam antequam ex bono mutetur in malum, cur autem aliis do
I netur, aliis non donetur, ignorant: ita donũ dei esse in bono perseuerantiã sec̃m scripturas de quibus testimonia multa iã posui, fateantur nobiscum, & cur aliis detur aliis non detur, sine murmure aduersus deum dignentur ignorare nobiscum.

Nec nos moueat, quod filiis suis quibus
Cap. 9. dã deus non dat istã perseuerantiã. Absit. n. vt ita esset, si de illis prædestinatis essent, & sec̃m propositũ vocatis, qui uere sunt filii promissionis. Nam isti cum pie uiuunt dicuntur filii dei, sed qm̃ victuri sunt impie & in eadem impietate morituri, non eos dicit filios dei præscientia dei. Sunt. n. filii dei qui nondum sunt nobis, & sunt iã deo: de quibus ait Euangelista Ioannes, quia Iesus moriturus erat pro gente: nec tantũ pro gẽte, sed ẽt vt filios dei dispersos congregaret in unum, quod utiq; credendo futuri erant per Euãgelii prædicationẽ, & tñ antequam esset factum iã filii dei erant in memoriã
Ioã. 11. patris sui in consulsa stabilitate conscripti. Vt sunt rursus quidam qui filii dei pp susceptam vel temporaliter gratiã dicuntur à
K nobis, nec sunt tamẽ deo. De quibus ait idẽ Ioannes. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permãsissent vtique nobiscum, Non ait ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscũ, iam non sunt ex nobis: verum ait ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: hoc est, & quando videbantur in nobis, non erant ex nobis. Et tanquam ei diceretur, vnde id ostẽdis? Quod si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtiq; nobiscũ. Filiorum dei unus est: Ioannes loquitur in filijs dei loco præcipuo constitutus. Cum ergo filii dei dicũt de his qui perseuerantiam non habuerunt, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: & addunt, quod si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum, quid aliud dicunt, nisi non erat filii, ẽt qñ erant in professione & nomine filiorũ? nõ quia iustitiã si mutauerunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque. n. ait, Nam si fuissent ex nobis, verã nõ fictam iustitiã tenuissent, vtique nobiscum: sed, si fuissent, inquit, ex nobis, permãsissent vtique nobiscum bono illos volebat procul dubio permanere. Erant itaq; in bono, sed quia in eo non permanserunt, id est, non usque in finem perseuerauerunt, non erant, inquit, ex nobis: & qñ erãt nobiscum, hoc est, non erant, inquit, numero filiorũ; & qñ erãt in fide filiorum, quoniam qui vere filii sunt L
præsciti & prædestinati sunt cõformes imaginis filii eius, & secundum propositum vocati sunt vt electi essent. Non. n. perit filius Rom. 8.
promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum: ex electorum aũt pauitate non fuerunt. Nõ igitur filiis suis prædestinatis de perseuerantiam non dedit, haberent. n. eam si in co filiorum numero essent. Et quid haberent 1. Co. 4.
quod non accepissent, secundum Apostolicam veramq; sententiam? Ac per hoc tales filii filio Christo dati essent: quemadmodũ ipse dicit ad patrem, vt omne quod dedisti mihi non pereat, sed habeat uitam æternã. Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in uitam æternam. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum vocati quorum nullus perit. Ac p̃ hoc nullus Qui dicantur Christo dari.
eorũ ex bono in malum mutatus finit hãc vitam, quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus vt non pereat, sed habeat uitam æternam. Et rursus quos dicimus inimicos eius, vel paruulos filios inimicorum eius, quoscunque eorum sic regeneraturus est, vt in ea fide quæ per dilectionem operatur hanc vitã finiant, iam & antequam hoc fiat, in illa prædestinatione sunt filii eius, & M
dati sunt Christo filio eius, vt non pereant, Ioan. 8.
sed habeant vitã æternam. Deniq; ipse saluator, Si manseritis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei estis. Nunquid in his computandus est Iudas, qui non mansit in verbo eius. Nunquid in his computãdi sunt illi de quibus Euãgelũ sic loquitur, vbi dñs cum

cum commendasset mãducandum carnem suam, & bibendũ sanguinẽ suum, ait Euangelista, Hæc dixit in synagoga docẽs in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipu
Ioan. 6. lis eius dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autẽ Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat, Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est q̃ viuificat, caro autem non prodest quicquam, Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credũt: sciebat enim ab initio sensus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius
A abierunt retro, & iam non cũ illo ambulabant. Nunquid non & isti discipuli appellati sunt loquente Euangelio, & tñ nõ erant vere discipuli, quia non mãserunt in verbo eius, sec̃m id qd̃ ait, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis. Quia ergo nõ habuerunt perseuerantiã, sicut nõ vere discipuli Christi, ita nec vere filij dei fuerũt, etiam qñ esse videbantur, & ita vocabant. Appellamus ergo nos & electos Chri discipulos & dei filios, quia sic appellandi sunt quos regeneratos pie viuere cernimus: sed tunc vere sunt qd̃ appellantur, si mãserint in eo pp quod sic appellantur. Si ãt perseuerantiã non habent, id est in eo quod cœperunt esse nõ manent, non vere appellantur qd̃ appellantur, & non sunt, apud eum enim hoc non sunt: cui notum est quod fu-
Rom. 8. turi sunt, id est, ex bonis mali. Propter hoc Apostolus cum dixisset, Scimus qm̃ diligẽtibus deum omnia cooperantur in bonum: sciens nonnullos diligere deum, & in eo bono usq; in finem non permanere, mox addidit, his qui secundum propositum vocati sunt. Hi. n. in eo quod diligunt deum, permanent vsq; in finem, & qui ad tempus in-
B de deuiant reuertuntur, vt vsq; in finẽ perdurant quod in bono esse cœperunt. Ostendens autem quid sit secundum propositum vocari, mox addidit ea quæ iã supra posui. Qm̃ quos ante præsciuit, & prædestinauit conformes imaginis filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autẽ prædestinauit, illos & vocauit. s. secundum propositum: quos autem vocauit, ipsos & iustificauit, quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit, illa omnia iam facta sunt, præsciuit, prædestinauit, vocauit, iustificauit, Qm̃ & omnes iam præsciti ac prædestinati sunt, & multi iam vocati atque iustificati. Quod autem posuit in fine, illos & glorificauit: Siquidem illa gloria est hic intelligenda de qua idem dicit, Cum Christus appa- Col. 2.
uerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria: nondum factũ est, quanuis & illa duo, id est vocauit & iustificauit, nõ in omnibus facta sint, de quibus dicta sunt. Adhuc. n. vsq; in finem seculi multi vocandi & iustificandi sunt: & tñ verba præteriti tpis posuit de rebus etiam futuris, tãquam iam fecerit deus, quæ iam vt fierent ex æternitate disposuit. Ideo de illo dicit Propheta Esaias, qui fecit quę futura sunt. Quicunq; ergo in dei prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, glo C
rificati sunt, non dico etiam nondũ renati, sed etiam nondum nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non possunt. Hi vere ueniunt ad Christum, quia ita veniunt qũo dicit, Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eijciam foras. Et paulopost, Hæc est, inquit, voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Ab illo ergo datur etiã perseuerantia in bono vsq; in finem: neq; n. datur, nisi eis qui nõ peribunt, qm̃ qui non perseuerant peribunt. I alibus deus diligentibus eũ omnia cooperatur in bonũ, vsqueadeo prorsus omnia, vt etiam si qui eorũ deuiant & exorbitant, etiã hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atq; doctiores. Discunt enim in ipsa ista vita iusta cum tremore se exultare debere, nõ sibi arrogando tanquã de sua virtute fiduciã permanendi, nec dicendo in abundantia sua, non mouebor in æternum, propter quod eis dicitur, Seruite Psal. 2.
dño in timore, & exultate ei cum tremore, Psal. 2.
nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Neque enim ait, & ne veniatis ad viam iustam: sed ne pereatis, inquit, de via iusta: quid ostendens, nisi esse commo- D
nitos qui iam ambulant in via iusta, vt in timore deo seruiant, id est non altũ sapiant, sed timeant, quod significat non superbiat, sed humiles sint: vnde & alibi dicit, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes Rom. 12.
exultent deo, sed cum tremore, in nullo gloriantes, quando nostrum nihil sit, vt qui gloriatur, in domino glorietur. Ne Hiere. 9

pereant de via iusta, in qua iam ambulare cœperunt, dum sibi hocipsum assignant, qđ
Philip.2 in ea sunt: his verbis vsus est & Apostolus vbi ait. Cum timore & tremore vestrā ipsorū salutem operamini. Et ostēdens quare cū timore & tremore, ait, Deus est.n.inqt, qui operatur in vobis & velle & operari ꝓ bona voluntate. Non.n.habebat hunc timorem & tremorem, qui dicebat in abundantia sua, non mouebor in æternum, sed quia filius erat promissionis, non perditionis: expertus deo paululum deserente, quid esset ipse, Dñe, inquit, in voluntate tua præ-
Psal.29. stitisti decori meo virtutem, Auertisti faciē tuam à me, & factus sum conturbatus. Ecce doctior, & ob hoc etiā humilior, tenuit viā iam videns & confitens in voluntate sua, deum decori eius præstitisse virtutē, quod
E sibiipsi tribuens & de se præsumens, in tali abundantia quam præstiterat deus, non de illo qui eam præstiterat dicebat, non mouebor in æternum. Factus est ergo conturbatus, vt se inueniret & humiliter sapiens, non solum æternæ vitæ, verumetiā in hac vita piæ conuersationis & perseuerantiæ, in quo spes habenda esset addisceret, Hæc vox & Apostoli Petri esse potuit: dixerat quippe & ipse in abundantia sua, Animam meam pro te ponam: sibi festinādo tribuens, quod ei fuerat à dño postea largiendum. Auertit
Ioan.13. aūt ab illo faciem dñs, & factus est conturbatus, ita vt eum mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus conuertit ad eum faciē suam dñs, & culpā lachrymis diluit. Quid est.n.aliud Respexit eum: nisi faciem suam quam paululum ab illo auerterat, reuocauit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus. Sed quia didicit non de seipso fidere, etiam hoc ei profecit in bonum, faciente illo qui diligentibus eum omnia cooperatur in bo-
Rom.3. num, quia secundum propositum vocatus erat, vt nemo eum posset errripere de manu Christi, cui datus erat.

Cap.10. Nemo ergo dicat, non esse corripiendum qui exorbitat de via iusta, sed ei reditum & perseuerantiam à dño tantum esse poscendam: nemo prudens & fidelis hoc dicat. Si enim secm propositum vocatus est iste, ꝓculdubio illi etiam quod corripitur, deus cooperatur in bonum. Vtrum autem sic sit vocatus, qm qui corripit nescit, faciat ipse cum charitate quod scit esse faciendum, scit enim talem corripiendum facturo Deo aut ad misericordiam, aut ad iudicium. Misericordiam quidem, si à massa perditionis illo q corripitur, gratiæ largitate discretus est, & non est inter vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, sed inter vasa misericordię, quæ præparauit deus in gloriam. Iudicium Cap.11
vero, si in istis est damnatus, in his non est prædestinatus. Hinc exoritur alia quæstio non sanè contēnenda, sed in adiutorio dñi, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri, aggredienda atq; soluenda. Quæritur enim à nobis, quantum attinet ad hoc donum dei, quod est in bono perseuerare vsq; in finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine vllo vitio factus est rectus. Nec dico, si perseuerantiā nō habuit, qūo sine vitio fuit, cui tū necessarium Dei donū fuit: huic nanq; interrogationi facile rndetur, eam perseuerantiam non habuisse, quia in eo bono quo sine vitio fuit non G
perseuerauerit: cœpit enim habere vitium ex quo cecidit, & si cœpit, antequā cœpisset vtiq; sine vitio fuit. Aliud est.n.nō habere vitiū, & aliud est in ea bonitate in qua nullum vitium est non manere. Eo quippe ipso quod non dicitur nunquā sine vitio fuisse, sed dicitur sine vitio non permansisse, proculdubio demonstratur sine vitio fuisse, in quo bono ꝓmansisse culpatur. Sed illud magis quærendū operosiusq; tractandum est, qūo respondeamus eis, qui dicunt, Si in illa rectitudine in qua sine vitio factus est, habuit perseuerantiam, proculdubio perseuerauit in ea. Et si perseuerauerit vtiq; non peccauit, nec illam suam rectitudinē deūq; deseruit. Eum aūt peccasse, & desertorem boni fuisse, veritas clamat. Nō ergo habuit in illo bono perseuerantiam, & si non habuit, non vtiq; accepit. Quomodo enim & accepisset perseuerantiam, & non perseuerasset? Porro si propterea non habuit quia non accepit, quid ipse nō perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit? Neque enim dici potest ideo non accepisse, qa non est discretus à massa perditionis gratię largitate: Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa antequā peccasset, ex quo tracta est origo vitiata. Qua- H
propter saluberrime confitemur, quod re- Gene.1.
ctissime credimus, deum dñmq; rerum omnium qui creauit omnia bona valde, & mala ex bonis exortura esse præsciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentissimā bonitatē pertinere, etiam de malis bene facere quam mala esse non sinere: sic ordinasse angelorum &

rum & hominum vitā, vt in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitriū, deinde quid posset suæ grę bñficium iustitiæq; iudiciū. Deniq; angeli quidā, quorū princeps est qui dicit diabolus, per liberū arbitriū à dño deo refugæ facti sunt. Refugiētes tū eius bonitatē qua beati fuerūt, nō potuerunt eius effugere iudicium, per quod miserrimi effecti sunt. Cæteri autem per ipsum liberū arbitriū in veritate steterunt, eamq; de suo casu nunquā futuro certissimam scire meruerunt, Si.n. nos de scripturis sanctis nosse potuimus sanctos angelos iam nullos esse casuros, quanto magis hoc ipsi reuelata sibi sublimius veritate nouerunt? Nobis quippe beata sine fine vita promissa est, & æqualitas angelorum. Ex qua ꝓmissione certi sumus, cū ad illā vitā post iudicium venerimus, non inde nos esse lapsuros: quod si de seipsis angeli nesciunt, non
I æquales sed beatiores erimus. Veritas autē
Mat.22. nobis eorum promisit æqualitatem. Certū est igitur hoc eos nosse per specię, quod nos per fidem, nullam .s. iam ruinam cuiusquā sancti angeli futurā. Diabolus vero & angeli eius, & si beati erant antequā caderent, & se in miseriā casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinē, tanquam præmium ipsius permansionis acciperent, id est, vt magna per spiritum sanctum data abundantia charitatis dei, cadere vlterius omnino nō possent, & hoc de se certissime nossent: hanc plenitudinem beatitudinis non habebant: sed qa nesciebant suā futuram miseriam, minore quidem, sed tamen beatitudine sine ullo vitio fruebantur. Nam si suum casum futurū nossent æternumq; supplicium, beati vtiq; esse non possent, quos huius tanti mali metus iam tunc miseros esse compelleret. Sic & hominem fecit cum libero arbitrio, & quanuis sui futuri casus ignarum, tñ iō beatum, quia & non mori & non miserum fieri in sua potestate esse sentiebant. In quo
K arbitrium manere voluisset, profecto sine vllo mortis & infœlicitatis experimento, acciperet illam merito huiusmodi permansionis, beatitudinis plenitudinē, qua & sancti angeli sunt beati, id est, vt cadere non posset vlterius, & hoc certissime sciret. Nam neq; ipse posset ēt in paradiso beatus esse, imo ibi non esset, vbi esse miserum nō deceret, si eum sui casus præscientia timore tanti mali miserum faceret. Qua vero ꝓ liberum arbitrium deū deseruit, iustū iudiciū dei expertus est, vt cū tota sua stirpe, q in illo adhuc posita, tota cum illo peccauerat, dānaret. Quotquot.n.ex hac stirpe gratia dei liberātur, à dānatione vtiq; liberantur, qua iam tenentur obstricti: vnde etiā si nullus liberaret, iustum dei iudiciū nemo iuste reprehenderet. Quòd ergo pauci in cōparatione pereuntiū, in suo vero numero liberantur multi, gratia fit, gratis fit. gratiæ sunt agendæ quia fit, ne quis velut de suis meritis extollatur, sed omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino glorietur. Hier. 9.

Quid ergo? Adam non habuit dei gra- Ca. 11.
tiā? Imo vero habuit magnam, sed disparē. Ille in bonis erat, q bonitate sui conditoris acceperat. Neq; .n. ea bona & ille suis meri- L
tis comparauerat, in quibus prorsus nullū patiebatur malū. Sancti vero in hac vita ad quos pertinet liberationis hęc gratio, in malis sunt, ex quibus clamāt ad deum, Libera Matt. 6.
nos à malo. Ille in illis bonis Christi morte non eguit: istos à reatu & hæreditario & proprio, illius agni sanguis absoluit. Ille non opus habebat eo adiutorio, qđ implorant isti cum dicunt, Video aliā legē in Rom.7.
membris meis repugnantē legi mētis meę, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra Gala.5.
tia dei per Iesum Christum dominum nostrum: quoniā in eis caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, atque in tali certamine laborantes ac periclitantes, dari sibi pugnandi vincendiq; virtutem per Christi gratiam poscunt. Ille vero nulla tali rixa à seipso aduersus seipsum tentatus atq; turbatus, in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur. Proinde etsi non interim lætiore nunc veruntamen potentiore gratia indigent isti: & quæ potentior quam dei vnigenitus filius æqualis patri & cœternus pro eis homo factus, & sine vllo vel originali vel proprio peccato ab hominibus pctōribus crucifixus? Qui M
quanuis die tertio resurrexit, nunquam moriturus vlterius, pertulit tamen pro mortalibus mortem, qui mortuis præstitit vitam, redempti eius sanguine, tāto ac tali pignore accepto dicerent, Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit,

pcit,sed ꝓ nobis oĩbus tradidit eũ,qũo nõ & cum illo oĩa nobis donauit? Deus ergo naturam nostram.i.animam rationalẽ carnẽq; hominis Christus suscepit, susceptione singulariter mirabili uel mirabiliter singulari,vt nullis iustitiæ suæ precedentibus meritis filius dei sic esset ab initio quo esse homo cœpisset, vt ipse & verbum quod sine initio est,vna persona esset. Neq; n.quisquam tãta rei huius & fidei cæcus est ignorantia,vt audeat dicere, quanuis de spiritu sancto & virgine Maria filium hominis natum, per liberum tñ arbitrium bene viuendo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse,vt esset dei filius,resistente Euangelio atq; dicente, Verbum caro factum est:
Ioan. 1. Nam vbi hoc factum est,nisi in vtero virginali,vnde fuit initium hominis Christi? Itemq; virgini requirenti,quomodo fieret quod ei ꝓ angelum nũciabatur, angelus re
A spondit,Spiritus sanctus superueniet in te,
Luc. 1. & virtus altissimi obumbrabit tibi: Propterea quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius dei. Propterea,inquit,non ꝓp opera, quæ nõdum nati vtiq; nulla sunt:sed ꝓpea quia spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Ista natiuitas profecto gratuita coniunxit vnitate personæ hominem deo,carnem verbo. Istam natiuitatẽ bona opera secuta sunt, non bona opera meruerũt. Neq; n.metuẽdum erat,ne isto ineffabili modo in vnitatẽ personæ à verbo deo natura humana susceptа,per liberum voluntatis peccaret arbitrium,cum ipsa susceptio talis esset,vt natura hominis à deo ita susceptа, nullum in se motum malæ voluntatis admitteret. Per hunc mediatorẽ deus ostẽdit eos quos eius sanguine redemit, facere se ex malis deinceps in æternum bonos, quem sic suscepit, vt nunquam esset malus, ne ex malo factus semper esset bonus. Istam grãm nõ habuit hõ primus,quia nunquã vellet esse malus: sed sanẽ habuit in qua si permanere vellet, inũquã malus esset,& sine que ẽt cum libero arbittio bonus esse nõ posset,sed eam ta
B mẽ per liberum arbitrium deserere posset.
Nec ipsum ergo deus esse voluit sine sua gratia, quem relinquit in eius libero arbitrio: qm liberũ arbitriũ ad malũ sufficit,ad bonũ aũt parum est, nisi adiuuetur ab omnipotẽti bono: qđ adiutorium n homo ille per liberum nõ deseruisset arbitriũ,semper esset bonus:sed deseruit,& destitutus est. Tale quippe erat adiutoriũ qđ desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet, non quo fieret ut vellet. Hæc est prima gratia q̃ data est primo Adã, sed hæc potentior est in scõo Adã. Prima est.n.qua fit,vt habeat homo iustitiã si velit: secũda ergo plus ꝑt, qua ẽt fit vt velit,& tm velit,tantoq; ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiscentem,voluntate spiritus vincat. Nec illa quidem parua erat qua demõstrata est etiam potentia liberi arbitrij,quoniã sic adiuuabat, vt sine hoc adiutorio in bono non maneret,sed hoc adiutoriũ si vellet edesereret. Hæc aũt tãto maior est,vt parũ sit homini per illam reparare perditam libertatem,param sit deniq; non posse sine illa,vel apprehendere bonum,vel permanere in bono si velit,nisi etiã efficiatur vt ue- C
lit. Tunc ergo dederat homini deus bonã voluntatem: in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum. Dederat adiutorium,sine quo in ea non posset permanere si vellet, vt autem vellet,in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si vellet,quia dederat adiutoriũ per quod posset, & sine quo non posset perseueranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est,cuius meritum fuisset,si permanere voluisset: sicut fecerũt angeli sancti, qui cadẽtibus alijs per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi,& huius mansionis debitã mercedem recipere meruerunt,tantam scilicet beatitudinis plenitudinem,qua eis certissimum sit semper se in illa esse mansuros. Si aũt hoc ad adiutoriũ vel angelo vel homini quam primum facti sunt defuisset, quoniam nõ talis natura facta erat,vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet,nõ vtique sua culpa cecidissent. Adiutoriũ q̃ppe defuisset,sine quo manere nõ possent. Nũc aũt q̃bus deest tale adiutoriũ, iã pœna peccati est:quibus aũt datur,scđm gratiã daꝛ, non scđm debitum:& tanto amplius datur ꝓ Iesum Christũ dominũ nostrũ, quibus id dare deo placuit,vt non solum fatsit sine quo permanere non possumus etiam si velimus,verũetiam tm ac tale sit, vt velimus. D
Est quippe in nobis per hanc dei gratiam in bono recipiendo & perseueranter tenẽdo,non solum posse quod volumus,verum etiã velle qđ possumus. Quod non fuit in homine primo: vnũ.n.horũ i illo fuit,alterum non fuit. Nanq; vt reciperet bonum, gratia non egebat, quia nondũ perdiderat: vt aũt in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ, sine quo id omnino non posset: & acceperat posse si vellet,sed nõ habuit velle ꝙ posset,nã si habuisset,perseuerasset. Posset.n.perseuerare ẽt si vellet: quod vt nollet,de libero descendit arbitrio,quod tunc ita liberum erat, vt bene velle posset & male. Quid erit aũt liberius libero arbitrio, qñ non poterit seruire peccato,quæ futura erat & homini,sicut facta est & angelis sanctis merces meriti? Nunc aũt per peccatũ perdito bono,merito in his qui liberantur,factũ est donum gratiæ,q̃ merces meriti futura erat. Quapropter bina ista quid inter se differant,diligenter & vigilanter intuendũ est,posse non peccare,& non posse peccare: posse non mori,& non posse mori, bonum posse non deserere,& bonũ nõ posse desere-
E re. Potuit.n.nõ peccare primus hõ, potuit non mori,potuit bonũ non deserere. Nun quid dicturi sumus, non potuit peccare q̃ tale habebat liberũ arbitriũ? Aut non po-
Gene.2. tuit mori,cui dictũ est,Si peccaueris morte morieris? Aut non potuit bonũ deserere,cũ hoc peccando deseruerit,& ideo mortuus sit. Prima ergo libertas volũtatis erat posse nõ peccare: nouissima erit multo maior,non posse peccare. Prima immortalitas erat posse non mori: nouissima erit multo maior,non posse mori. Prima erat perseuerantiæ potestas, bonũ posse non deserere: nouissima erit fœlicitas perseuerantiæ, bonum non posse deserere.
Cap. 12 Nunquid q̃a erũt bona nouissima potiora atq; meliora, ideo fuerũt illa prima vel nulla vel parua? Itemq; ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutoriũ sine quo aliquid non fit, & aliud est adiutoriũ, quo aliquid fit. Nam sine alimentis nõ possumus viuere, nec tñ cũ affuerunt alimenta,eis fit vt viuat qui mori voluerit. Ergo adiutoriũ alimentorũ est, sine quo nõ fit, nõ quo fit vt viuamus. At vero beatitudo quã non habet hõ,cũ data fuerit continuo fit beatus. Adiutoriũ est.n.non solum sine
F quo nõ fit,verũetiã quo fit ꝓp qđ datur. Quapp hoc adiutoriũ & quo fit est,& sine quo nõ fit. Quia & si data fuerit homini beatitudo,continuo fit beatus: & si data nunquã fuerit,nunq̃ erit. Alimenta vero non consequenter faciunt vt hõ viuat, sed tñ sine illis nõ põt viuere. Primo itaq; homini qui in eo bono quo factus fuerat rectus,acceperat posse nõ peccare, posse non mori,posse ipsum bonũ nõ deserere, datũ est adiutoriũ perseuerantiæ, nõ quo fieret vt perseueraret,sed sine quo per liberũ arbitriũ pseuerare nõ posset. Nunc vero sanctis in regnũ dei per gratiam dei prædestinatis,non tm tale adiutoriũ perseuerantiæ datur, sed tale vt eis perseuerantia ipsa donet,non solũ vt sine illo dono perseuerãtes esse non possint, verumetiã vt per hoc donum nõ nisi perseuerantes sint. Nõ solũ.n.
Ioan. 15 dixit,Sine me nihil potestis facere: verũ ẽt dixit,Non vos me elegistis,sed ego elegi vos,& posui vos,vt eatis & fructum afferatis,& fructus vester maneat. Quibus verbis eis non solũ iustitiã, verumetiã in illa perseuerãtiã se dedisse mõstrauit: Chro.n. sic eos ponente vt eant & fructum afferãt, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere,forsitan non manebit? Sine pœnitentia G
sunt.n.dona & vocatio dei, sed vocatio eo
Rom.11 rum qui scđm propositũ vocati sunt. Pro his ergo interpellante Christo ne deficiat fides eorum,sine dubio non deficiet vsque in finẽ, ac per hoc pseuerabit vsq; in finẽ, nec eam nisi manentẽ vitæ huius inuenit finis. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes,q̃ in paradiso non fuerunt, dono perseuerãtiæ munita atq; firmata, vt cum omnibus amoribus,terroribus,erroribus suis vincatur hic mundus: hoc sanctorum martyria docuerunt. Deniq; ille Adam & terrente nullo, & insuper contra dei terrentes imperium libero vsus arbitrio,non stetit in tanta fœlicitate,in tanta non peccãdi facilitate. Isti autem non dico terrente mundo,sed sæuiẽte ne starent,steterunt in fide,cum videret ille bona præsentia, quæ fuerat relicturus: isti futura,quæ accepturi fuerant non vide-
2. Ti. 1. runt. Vnde hoc,nisi donante illo à quo misericordiam cõsecuti sunt vt fideles essent, à quo acceperunt spiritum non timoris, quo persequentibus cederent, sed virtutis & charitatis & continentiæ, quo cũcta minantia,cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent? Illi ergo sine pcto vllo data est,cũ qua conditus est,voluntas libera, & eã fecit seruire pctõ: horũ vero cum fuisset H
Ioan. 8. voluntas serua peccati,liberata est per illũ, qui dixit, Si uos filius liberauerit,tunc vere liberi eritis. Et accipiunt tantã per istã gratiam libertatem,ut q̃is q̃diu hic uiuũt

pugnent

Universidad de Deusto Biblioteca

pugnent contra concupiscentias peccatorũ, eisq; non nulla surrepant, pp quæ dicant
Matt. 6. quotidie. Dimitte nobis debita nostra: non tamen vltra seruiant peccato qđ est ad mortem, de quo dicit Ioannes Apostolus, Est
1.Ioã.5. pctũ ad mortẽ, non pro illo dico vt roget
Quid sit pctũ ad mortem. quis. De quo pctõ qm̃ non expressum est, possunt multa & diuersa sentiri: ego aũt dico id esse pctũ, fidem quæ per dilectionem operatur, deserere vsq; ad mortẽ. Huic pec-
Gala. 5. cato vltra non seruiunt, non prima conditione sicut ille liberi, sed per secũdum Adã dei gratia liberati, & ista liberatione habentes liberum arbitrium quo seruiant deo, nõ quo captiuentur à diabolo. Liberati.n.à pec cato serui facti sunt iustitiæ, in qua stabunt vsq; in finem, donante sibi illo perseuerantiã, qui eos præsciuit & prædestinauit, & se-
Rom.8. cundum propositum vocauit & iustificauit & glorificauit: qm̃ illa quæ his promisit, etiã futura iam fecit, cui promittenti credidit Abraham, & deputatum est illi ad iustitiã.
Gala. 3. Dedit.n. gloriam deo plenissime credens, si
Rom.4. cut scriptum est, quia quæ promisit, potens
I est & facere. Ipse ergo illos bonos facit, vt bona faciant. Neq;.n. propterea eos promisit Abrahæ, quia præsciuit à seipsis bonos futuros. Nam si ita est, non suum sed eorũ est quod promisit. Non ait sic, credidit Abraham: sed, non est infirmatus in fide, dans gloriam deo & plenissime credẽs, quia quæ promisit deus, potens est & facere. Non ait quæ præsciuit potens est promittere: aut, q̃ prædixit potens est ostendere: aut, quæ promisit potens est præscire: sed, quæ promisit potens est & facere. Ipse ergo eos facit perseuerare in bono qui facit bonos. Qui antẽ cadunt & pereunt, in prædestinatorum numero non fuerunt. Quamuis ergo de omnibus regeneratis, & pie viuentibus loquere-
Ro. 14. tur Apostolus, dicens, Tu qui es qui iudices seruum alienum? suo domino stat aut cadit: continuo tamen respexit ad prædestinatos, & ait, Stabit autem: & ne hoc sibi arrogarent, Potens est enim deus, inquit, statuere eum. Ipse itaq; dat perseuerantiam, qui statuere potens est eos qui stant, vt perseueratissime stent, vel restituere qui ceciderint, dominus enim erigit elisos. Vt ergo non ac-
K ciperet hoc donum dei, id est, in bono per-
Psa.145. seuerantiam primus homo, sed perseuerare vel non perseuerare, in eius relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quæ sine vllo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex seipsa concupiscentialiter re-
sistebat, vt digna tãtæ bonitati, & bene viuẽdi facilitati, perseuerandi cõmitteretur arbitriũ, deo quidẽ præsciente quid esset facturus iniuste, præsciente tñ non ad hoc cogẽte, sed simul sciente quid de illo ipse faceret iuste. Núc vero postea quã est illa magna peccati merito amissa libertas, ẽt maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas. Pla- 1.Co. 1
cuit.n. deo quo maxime humanæ superbiã prẽsumptionis extingueret, vt non gloriet omnis caro corã ipso, id est, omnis hõ. Vnde autem non gloriet caro corã ipso, nisi de meritis suis? quæ quidem potuit habere sed perdidit: & per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est, per liberũ arbitriũ, propter quod non restat liberandis nisi gratia saluatoris. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim gloriantur iniusti, qa non habent vnde: nec iusti, qui ex ipso habent vnde, nec habent gloriam suam nisi ipsum, cui dicunt, Gloria mea & exaltans ca L
put meum. Ac per hoc ad omnem hominẽ 1.Co. 1.
pertinet quod scriptum est, Vt non gloriet omnis caro coram ipso. Ad iustos autem illud, Qui gloriatur, in domino glorietur.
Hoc etiam Apostolus apertissime ostendit, qui cum dixisset, vt non glorietur omnis caro coram ipso: ne putarent sancti sine gloria se remansisse: mox addidit, Et ipso autẽ vos estis in Iesu Christo, qui factus est vobis sapiẽtia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, vt quemadmodum scriptũ est, Qui gloriatur, in domino glorietur. Iob. 5.
Hinc est q̃ in hoc loco miseriarũ, vbi ten- 1.Co.12
tatio est vita humana super terram, virtus Hier. 9.
in infirmitate perficitur: quę virtus, nisi ut qui gloriatur, in domino glorietur? Ac per hoc nec de ipsa perseuerantia boni voluit deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso Phili.2.
gloriari: qui eis non solum dat adiutorium quale primo homini dedit, sine quo non posset perseuerare si velint: sed in eis etiam operatur & velle, vt quoniam non perseuerabunt, nisi & possint & velint, perseuerandi eis possibilitas & volũtas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto accenditur voluntas eorum, vt iõ possint, quia sic volunt, ideo sic velint, qa deus operatur vt velint: nam si in tanta in-
firmitate vitæ huius, in qua tamen infirmi- M
tate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipsis relinqueretur uoluntas sua, vt in adiutorio dei sine quo

quo perseuerare non possent, manerent si vellent, nec deus in eis operaretur vt vellent: inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseuerare non possent, quia deficientes in firmitate nec vellent, aut non ita vellent in firmitate voluntatis vt possent. Subuentum est ergo infirmitati voluntatis humanæ, vt diuina gra indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur, & ideo q̃uis infirma, nõ deficeret, neq; aduersitate aliqua vinceret. Ita factum est, vt voluntas hominis inualida & imbecilla, in bono adhuc paruo perseueraret per virtutem dei, cum & voluntas primi hominis fortis & sana, in bono ampliore non perseuerauerit, habens virtutem liberi arbitrij, q̃uis non de futuro adiutorio dei, sine quo non posset perseuerare si vellet, non tñ tali quo in illo deus operaretur vt vellet. Fortissimo quippe dimisit atq; promisit facere q̃ vellet: infirmis seruauit, vt ipso donante inuictissime q̃ bonũ est vellent, nec hoc deserere inuictissime nollent,
A Dicente ergo Christo, Rogaui pro te ne
Luc. 12. deficiat fides tua: intelligamus ei dictũ, qui ædificatur super petrã. Atq; ita hõ dei nõ solũ quia misericordiã consecutus est vt fidelis esset, verumetiam quia fides ipsa non deficit, qui gloriatur, in domino glorietur.
Cap. 13 Hæc de his loquor, qui p̃destinati sunt in regnum dei, quorum ita certus est numerus, vt nec addatur eis quisquã, nec minuat ex eis: non de his, qui cũ annunciasset & locutus esset, multiplicati sunt super numerũ.
Psal. 59. Ipsi aũt vocati dici possunt, non aũt electi, quia non scđm propositum vocati. Certũ vero esse numerũ electorũ neq; augendum neq; minuendũ, q̃uis & Ioannes Baptista significet, vbi dicit, Facite ergo dignũ fructum pœnitẽtiæ, & nolite dicere apud vos-
Matt. 3. metipsos, Patrem habemus Abraham: Potens est.n. deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: vt ostendat sic istos esse amputandos si non fecerint fructum, vt non desit numerus qui promissus est Abrahæ tamen
Apo. 3. apertius in Apocalypsi dicitur, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si
B enim alius non est accepturus nisi iste per-
Rom.11 diderit, certus est numerus. Quod aũt ẽt p seueraturis sanctis sic ista dicunt, quasi eos perseueraturos habeatur incertum: nõ aliter hoc audire debent quibus expedit non altũ sapere, sed timere. Quis.n. ex multitudine fideliũ quandiu in hac mortalitate vi-
uitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat, quia id occultari opus est in hoc loco, vbi sic cauenda est elatio, vt ẽt per satanæ angelum ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus. Hinc Apostolis dice 2.Co.12
bat, Si manseritis in me: dicente illo q̃ illos Ioan.15
vtiq; sciebat esse mansuros. Et per prophe- Esaiæ.1.
tam, Si volueritis & audieritis me: cũ sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa dicuntur pp huius vtilitatẽ secreti, ne forte quis extollatur, sed oẽs ẽt qui bene currunt timeant, dum occultum est quo perueniant: propter huius ergo vtilitatem secreti credendum est quosdam de filijs promissionis, non accepto dono perseuerandi vsque in finem, in fide quæ per dilectionẽ operatur incipere viuere, & aliquandiu fideliter ac iuste viuere, & postea cadere, neq; de hac vita priusquam hoc eis contingat auferri. Quorum si nemini contigisset, tandiu Galat.5.
haberent homines istum saluberrimum timorem quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam qua pie viuitur peruenirent, deinceps iam securi nunq̃ se ab illo esse casuros. Quæ p̃sumptio in isto C
tentationum loco non expedit, vbi tanta est infirmitas, vt superbiam posit generare securitas. Deniq; ẽt hoc erit sed tunc, quod iã est in angelis, etiam in hominibus erit, q̃a vlla superbia esse non poterit. Numerus ergo sanctorum per dei gratiam dei regno p̃destinatus donata sibi etiam vsq; in finem perseuerantia, illuc integer perducetur, & illic integerrimus iam sine fine beatissimus seruabitur, adhærente sibi misericordia saluatoris sui, siue cum conuertuntur, siue cũ præliantur, siue cum coronantur. Nam & tunc esse illis dei misericordiam necessariã
Psa.102. sancta scriptura testatur, vbi sanctus Dauid de domino deo suo dicit animæ suæ, Qui coronat te in miseratione & misericordia.
Iacob.2. Dicit ẽt Iacobus Apostolus, Iudicium sine misericordia illi qui nõ fecit misericordiã, vbi ostendit etiam in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustiq; damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iu-
2.Ma.7. dicandos. Propter quod etiam mater Ma-
Pro.20. chabæorum filio suo dicit, Vt illa miseratio ne cum fratribus suis te recipiam. Cum.n. rex iustus sicut scriptum est, sederit in thro-
D no, non aduersabitur ante eum omne malũ. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundũ se esse à peccato? Ac p̃ hoc ẽt ibi dei misericordia necessaria-

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal. 31. saria est, qua fiet beatus, cui non imputauit dñs peccatum: sed tunc pro bonorũ operũ meritis iusto iudicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum.n.dr, Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: manifestatur in his in quibus inueniuntur bona opera misericordiæ, iudicium cũ misericordia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operũ reddi. Non sic est nunc, qũ nõ solũ nullis bonis, sed ẽt multis malis operibus præcedentibus, misericordia eius præuenit hominem vt liberetur à malis, & quæ fecit, & quæ facturus fuerat, nisi dei gratia regeneratur, & quæ passurus fuerat in æternũ, nisi eruere tur à ptãte tenebrarum, & transferretur in regnum filij charitatis dei. Veruntũ quia & ipsa vita æterna, quam certum est bonis operibus debitam reddi, à tanto Apostolo gratia dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, sine vlla dubitatione confitendum est ideo gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur,
E quæ gratia contulit homini. Recte quippe
Ioan. 8. ipsa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur, Gratiam pro gratia, id est pro his meritis quæ contulit gratia. Hi vero qui non pertinent ad hunc prædestinatorum numerum, quos dei gratia siue nondum habentes vllum liberum suæ voluntatis arbitriũ, siue cum arbitrio voluntatis, ideo vero libero, quia per ipsam gratiam liberato perduc it ad regnum. Hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum & fœlicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur: aut.n. iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum: aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt. Arbitriũ, inquã, liberum, sed non liberatũ, liberũ iustitiæ, peccati aũt seruum, quo voluuntur per diuersas noxias cupiditates, alij magis, alij minus: sed omnes mali, & pro ipsa diuersitate diuersis supplicijs iudicandi: aut gratiam dei suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseuerant, deserunt & deserũtur. Dimissi.n.sunt libero arbitrio, [illegible] accepto p seuerantiæ dono iudicio dei iusto & occulto. Patiantur ergo homines se corripi quan
F do peccant, nec de ipsa correptione contra gratiam argumententur, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis iusta pœna debetur, & ad ipsam pertinet iusta correptio quæ medicinaliter adhibetur, etiam si salus ægrotantis incerta est. Vt si is qui corripitur ad prædestinatorum numerum pertinet sit ei correptio salubre medicamẽtum: si autem non pertinet, sit ei correptio pœnale tormentum. Sub isto ergo incerto ex charitate adhibenda est, cuius exitus ignoratur: & pro illo cui adhibetur, orandum est vt saluetur.

Cum aũt homines per correptionem in Cap. 14
viam iustitiæ seu veniunt seu reuertũtur, quis operatur in cordibus eorũ salutem, ni si ille qui quolibet plantante atq; rigante, & quolibet in agris atq; arbustulis operante dat incrementum deus, cui volẽti saluũ facere, nullũ hominum resistit arbitrium? Sic.n.velle vel nolle in volentis aut nolentis est potestate, vt diuinam volũtatem nõ impediat, nec superet potestatẽ. De his.n. qui faciunt quæ non vult, facit ipse q̃ vult. 1. Ti. 2.
Et quod scriptum est, qđ vult omnes homines saluos fieri, nec tñ oẽs salui fiũt, multis quidẽ modis intelligi potest, ex quibus in alijs opusculis nostris aliquos commemorauimus, sed hic vnum dicam: ita dictũ G
est, Oẽs homines vult saluos fieri, vt intelligãtur omnes prædestinati, quia omne genus hominum in eis est, sicut dictum est Luc. 11.
pharisæis. Decimatis omne olus, vbi non est intelligẽdum, nisi omne quod habebãt. Neq;.n.omne olus quod erat in toto terrarum orbe decimabant. Secundum istum locutionis modum, dictum est, Sicut & ego 1. Co. 10.
omnibus p omnia placeo. Nunquid enim qui hoc dixit, placebat etiam tam multis persecutoribus suis? Sed placebat omni generi hominum quod Christi congregabat Ecclesia, siue iam intus positis, siue introducendis in eam. Non est itaque dubitãdum, voluntati dei qui in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, & qui etiam illa q̃ futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult cum vult facit. Nisi forte, vt ex multis aliqua commemorem, quando deus voluit Sauli regnum dare, sic erat in potestate Israelitarum subdere se memorato viro, siue nõ subdere qđ vtiq; in eorum erat propositum voluntate, vt etiam deo valerent resistere. Qui tñ hoc non fecit, nisi per ipsorum hominũ voH
luntates, sine dubio habens humanorũ cordium quo placeret inclinandorũ omnipoten tissi-

tentissimam ptãtẽ. Sic.n.scriptum est, Et di
1. Re. 10 misit Samuel populum, & abijt vnusquisq; in locum suum: & Saul abijt in domũ suã in Gabaa: & abierunt potentes quorum tetigit deus corda cum Saule. Et filij pestilẽtes dixerunt, Num saluabit nos hic? Et inhonorauerũt eũ, & nõ obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus est, nõ iturum fuisset cum Saul quenquam corũ, quorum tetigit corda deus vt irent cũ illo: aut isse aliquẽ pestilentium, quorum vt hoc facerent corda nõ tetigit? Item de Dauid,
1. Pa. 11. quem dñs in regnũ successu prosperiore cõstituit, ita legitur, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus erat cum illo. Hoc cum præmissum fuisset, paulopost dictũ est, Et spiritus domini induit
1. Pa. 12 Abisai principem inter triginta, & dixit: Tui sumus Dauid, & tecũ futuri filij Iesse. Pax tibi, & pax adiutoribus tuis, quia auxiliatus est tibi deus. Nunquid ille posset aduersari voluntati dei, & non potius eius facere uoluntatẽ, qui in eius corde operatus est per spiritum suum quo indutus est, vt hoc vellet, diceret & faceret? Item paulo
I post ait eadẽ scriptura, Omnes hi viri bel-
Ibidem. latores, dirigentes aciem corde pacifico venerunt in hebron, vt constituerent Dauid super omnem Israel: sua volũtate vtiq, isti constituerũt regẽ Dauid. Quis nõ videat? Quis hoc neget? Non.n.hoc nõ ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico, & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod voluerit operatur. Propter quod præmisit scriptura. Et Ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus omnipotens erat cum illo. Ac per hoc dominus omnipotens erat cũ illo adduxit illos vt eum regem cõstituerẽt. Et qũo adduxit? Nunquid corporalibus vlis vinculis alligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosq; volũtatibus eorũ, quas ipse in illis operatus est, traxit. Si ergo cum voluerit reges in terra deus constituere, magis habet in ptãte voluntates hominum, quam ipsi suas, quis alius facit vt salubris sit correptio, & fiat in correpti corde correctio, vt cœlesti constituatur in re-
Ca. 15. gno? Corripiantur itaque à præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diuersitate diuersis, vel minoribus vel amplioK ribus: quia & ipsa quædam natio nominatur, quam fecit episcopale iudicium, qua pœna in Ecclesia nulla maior est, põt si deus voluerit, in correptionẽ saluberimã credere atq; proficere. Neq;.n.scimus q̃d contingat sequenti die: ante finem vitæ huius de aliquo desperandũ est, aut cõtradici deo potest ne recipiat & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati cordisq; cõtriti, à reatu quanuis iustæ dãnationis absoluat, dãnatum q̃; ipse non dãnet? Pastoralis tũ necessitas habet ne per plures serpãt dira cõtagia, separare ab quibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile ipsa forsitan separatione sanandã, Nescientes.n.quis pertineat ad prędestinatorum numerũ, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Hoc quippe fit, cum singulos quosque vt occurrerint cum quibus id agere valeamus ad hoc conamur adducere, vt iustificati ex fide pacem habeãt ad deum, quam prædicabat etiam Apostolus cum dicebat, Pro Christo ergo legatione 2. Co. 5.
fungimur, tanquã deo exhortante per nos: obsecramus ergo pro Christo reconciliari deo. Quid est enim ei reconciliari, nisi L
pacem ad illum habere, propter quam Luc. 10
pacem etiam ipse dñs Iesus Christus dixit discipulis, In quãcunq; domum intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eũ pax vestra; sinautem, ad vos reuertetur? Cum hanc euangelizant pacem, de quibus prædictum est, Quam speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona: Esa. 52.
nobis quidem tunc incipit esse quisque fi- Rom. 9.
lius pacis, cum obedierit & crediderit huic Euangelio, & ex fide iustificatus pacem ad deum habere cœperit: secundum autẽ prædestinationem dei, iam filius pacis erat. Neque.n.dictum est, Super quem requieuerit pax vra, fiet filius pacis: sed, Vbi fuerit, inquit, filius pacis, requiescet super eum pax Luc. 10
vestra. Iam ergo & antequam illi annunciaretur hæc pax filius pacis ibi erat, sicut eum nouerat atq; præscierat non euangelista, sed dominus. Ad nos ergo qui nescimus quisnam sit filius pacis aut non sit, pertinet nullum exceptum facere nullumq; discernere, sed velle oẽs saluos fieri quibus prædicamus hanc pacẽ. Neq;.n.metuendũ est ne perdamus eam, si ille cui prædicamus non est filius pacis ignorantibus nobis. Ad nos enim reuertetur, id est, nobis proderit hęc prædicatio, nõ & illi: si autẽ sup

cum

Universidad de Deusto Biblioteca

Meum pax prædicata requieuerit,& nobis,& illi. Quia ergo nos qui salui futuri sint nescientes, omnes quibus prædicamus hanc pacem saluos fieri velle deus iubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundendo istam charitatem in corda nostra per spiritũsanctum qui datus est nobis. Potest etiam sic intelligi, ꝙ omnes homines deus vult saluos fieri, quoniam nos facit velle, sicut misit spiritum filij sui clamantẽ abba pater, id est, nos clamare facientem. De ipso quippe spiritu, alio loco dicit, Accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater, Nos ergo clamamus, sed ille clamare dictus est, qui efficit vt clamemus. Si ergo clamantẽ spiritum recte dixit scriptura, à quo efficitur vt clamemus, recte etiam & volentem deum, à quo efficitur vt velimus, ac per hoc quia & corripiendo nihil aliud debemus agere, nisi vt ab ista pace q̃ est ad deum non recedatur, aut ad eam qui recesserat, reuertatur, nos agamus sine desperatione quod agimus, Si filius pacis est quem corripimus, requiesc et super eũ pax nostra: sin autem, ad nos reuertetur. Quanuis itaque etiam dum quorũdam fides subuertitur, firmum dei fundamẽtum stet, qm̃ sciuit dominus qui sunt eius, nõ tamẽ ideo nos pigri & negligentes esse debemus in corripiendis, qui corripiẽdi sunt. Neque.n. fruſtra dictum est, Corrumpunt mores bonos colloquia mala: &, Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quẽ Christus mortuus est, Non argumentemur & cõtra ista præcepta salubrẽq̃; terrorem dicentes: &, Corrumpũt bonos mores colloquia mala: &, Pereat infirmus, quid ad nos pertinet? Firmum fundamentum dei stat, & nemo perit nisi filius perditionis.

Rom.5. i.Tim.2. Gala.4. Rom.8. 2.Ti.2. A i.Co.15. i.Co.8.

Abſit vt ista garrientes, securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est.n. quia nemo perit, nisi filius perditionis: sed ait deus per Ezechielem prophetam, Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem vero eius de manu speculatoris inquiram. Proinde quantum ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prædestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est à nobis medicinaliter seuera correptio: dei est autem illis eam facere vtilem, quos ipse præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui. Si.n. aliquã do timore nõ corripimus, ne aliquis inde pereat: cur nõ etiã timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque.n. dilectionis viscera maiora gestamus quam beatus Apostolus, qui dicit, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Vbi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripiatur, sed praua dissimulatione negligatur. Dicit enim, Peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri timorem habeant. Quod de his peccatis accipiendũ est quæ non latent, ne contra domini sentẽtiã putetur locutus. Ille enim dicit, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum. Veruntamen & ipse seueritatẽ correptionis eousque perducit, vt dicat, Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et quis magis dilexit infirmos, quam ille qui pro omnibus est factus infirmus, & pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Quæ eũ ita sint, nec gratia prohibet correptionẽ, nec correptio negat gratiam: & ideo sic est præcipienda iustitia, vt à deo gratia qua id quod præcipitur fiat, fideli oratione poscatur, & hoc vtrũque ita faciendum est, vt neque iusta correptio negligatur. Omnia vero hæc cum charitate fiant, quoniam charitas nec facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

1.Ti.5. Mat.18. B C 1.Pet.5.

Libri de correptione & gratia Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Liber, refellens articulos aliquot falso ipsi impositos.

QVidam Christianæ ac fraternæ charitatis obliti, intantum existimationem nostram quoquo modo student lædere, vt suam se euertere nocendi cupiditate non videãt. Contexunt enim, & qualibus possunt sententijs comprehendi, ineptissimarum quarundam blasphemiarum prodigiosa mendacia, eaq̃; ostendenda & ingerenda multis publice priuatimq̃; circunferunt, asserentes talia in nostro esse sensu, qualia diabolico indiculo continenẽ. Quæ falso in nos ad excitandam inuidiam iactitari facile & sufficienter subscriptione vnius probaremus anathematis, nisi malignitas eorum qui se grauari putant, si de nobis bene sentiatur, ipsam subscriptionis nostræ breuitatẽ suspectam esset habitura. Vnde ne huius querelæ inueniretur occasio, necessarium conueniensq̃; credidimus, vt siue ad calũniantium animos mitigandos, siue ad eos quorũ auribus tale aliquid insonuit, instruendos, quantũ adiuuante dño fieri poterit, plene lucideq̃; pandamus, quid de peruersis definitionibus iudicem. Propositis ergo singillatim tedecim articulis sub vnoquoque eorum sensus nostri & fidei quam contra Pelagianos ex Apostolicæ sedis authoritate defendimus, verba ponemus, vt qui paululũ sese ad hæc legenda dignati fuerint occupare, euidentes agnoscant impiarum prophanarumq̃; opinionum nullum cordibus nostris inhæsisse vestigium: & blasphemias quas perspexerint nostra professione damnari, in earundẽ reptoribus censeat debere puniri. Quod dñs nr̃ Iesus Chr̃s nõ ꝓ omniũ hominum redemptione sit passus.

D E Artic.1. Respon.

Contra vulnus originalis peccati, quo in Adam omniũ hominũ corrupta & mortificata est natura, & vnde omnium concupiscentiarum morbus inoleuit, verum & potens & singulare remediũ est mors filij dei dñi nostri Iesu Christi, quilibet à mortis debito, & solus absque peccato pro peccatoribus & debitoribus mortuus est. Quod ergo ad magnitudinẽ & potentiam peccati, & quod ad vnã pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc seculũ sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Cum itaque ꝓ vnam omnium naturã, omnium causam à dño nostro in veritate susceptã, redempti omnes recte dicantur, non tamẽ omnes captiuitate sunt eruti: redẽptionis proprietas haud dubium penes illos est, de quibus princeps huius mundi missus est foras, & iam non vasa diaboli sed mẽbra sunt Christi. Cuius mors nõ impensa est humano generi, vt ad redemptionẽ eius etiã qui regenerãdi non erant, pertinerent, sed ita quod per vnicum exemplum gestum est pro vniuersis, per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra & virtute diuina, habet quidem in se vt omnibus prosit, sed si non bibitur non proficit.

F

Quod deus nolit omnes saluare, etiam si omnes saluari velint. Cum veritas dicat, Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quãto magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus se? Quomodo fieri potest vt deus, qui etiam illos saluat de quibus dici non potest quod saluari velint, nolit aliquos saluare qui etiam saluari velint, nisi aliquæ causæ existant? De quibus quanuis sint nobis incognoscibiles, ita tamen iudicat, de quo dici non potest aliter eum quicquam facere debuisse quam fecerit. Remota tamen ergo hac discretione q̃ diuina scientia intra secretum iustitiæ suæ continet, syncerissime credendum est atque profitendum, deum velle vt omnes homines salui fiant. Si quidem Apostolus cuius ista est sententia, sollicite præcipit quod in omnibus ecclesijs pijssime custoditur, vt deo pro omnibus hominibus supplicetur. Ex quibus quod multi pereunt, pereuntiũ est meritum, quod multi saluantur, saluantis est donum: vt.n. reus damnetur, inculpabilis est dei iustitia: vt autem reus iustificetur, ineffabilis dei gratia est. Quòd deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, vt illam perdat in æternum. Omnium quidem hominum deus creator est, sed nemo ab eo ideo creatus est vt pereat: quia alia causa est nascendi, & alia pereundi. Vt.n. nascãtur homines, est beneficium: vt autem pereant, præuaricatoris est vitiũ. In Adam quippe in quo omnium hominum præformata est natura, omnes peccauerunt, eademq̃; sententia quam ille accepit, obstricti sunt: neque ab hoc vinculo, etiam si proprijs peccatis careant resoluuntur, nisi in sacramento mortis & resurrectionis Christi per spiritum sanctum renascãtur. Nimis ergo impius & indoctus est, qui vitium naturæ non discernit ab authore naturæ, à quo prorsus alienum est quicquid in vnoquoque damnandum est. Creat.n. vt sint homines, nec multiplicandis generationum successionibus opificium suum subtrahit: secundum consilium bonæ voluntatis suæ reparaturus in multis quod ipse fecit: puniturus in multis quod ipse non fecit. Sicut per inobediẽtiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Quòd maior pars generis humani ad hoc creetur à deo, vt non dei, sed diaboli faciat voluntatem. Insanum & omni-

Artic.2. Respon. Matt.7. 1.Ti.2. G Artic.3. Respon. Rom.5. Ibidem. Artic.4. H Respon.

no contra rationem est dicere, voluntatem dei fieri non ex voluntate dei, & damnatorem diaboli eiusque famulorum velle, vt diabolo seruiatur. Sed catholicis Pelagiani consequēter se obijcere existimāt: qui Adæ peccatum in omnes transisse diffugiunt: qm̄ si primam natiuitatem originalis culpa nō obliget, non sunt obnoxij diabolo paruuli, nec indigent erui de potestate tenebrarum, qui nunquam à suo authore discesserunt.

Luc. 19. Nos autem qui omnes in Adam, perijsse profitemur, venit.n. filius hominis quærere & saluare qđ perierat: nec dicimus ideo creari hominē quenquam vt diaboli faciat voluntatem, & agnoscimus non redemptū diabolo esse captiuum: præuaricatio.n. hominum dispositæ à seculis creationis ordinem turbare non potuit: & merito creatura peccatrix pœnalē quidem illius damnationē patitur, cui relicto vero deo sponte se vēdidit: Hæc.s. seruitus nō institutio dei est, sed iudiciū, quo fraus deceptoris diaboli facta, est decepto & male credulo homini

I pœna peccati, de quo nemo eruitur, nisi p

1. Ti. 2. mediatorē dei & hominum, hominē Iesum Christū cuius gratuita gratia & multorum malis meritis non tribuitur, & nullorum

Artic. 5. bonis meritis præuenitur. Quod peccatorum nostrorum author sit deus, & q̄ malū voluntatē faciat hominum, plasmet substantiam quæ naturali motu non possit nō

Respon. peccare. Huius quoque obiectionis vanitas de illa ꝓcedit schola, in qua natura humana immunis à peccato Adæ & illæsa defenditur: vt quia omnes homines præuaricationis reos & dānationis obnoxios nasci, perituros q̄; nisi in Christo renascantur, asserimus, eundē videamur authorem dicere cūlpæ, quem profitemur esse cōditorē naturæ. Quod nos à sensu nr̄o penitus abdicamus, qui deum iustū, bonum, sic humanæ substātiæ & interiorum exteriorumq̄; sensuum nouimus creatorem; vt ꝓrsus ab illo sit q̄cq̄d ptinet ad naturā: & ꝓrsus ab illo nō sit quicquid est contra naturā. Peccatū autē contra naturam est, de quo mors & omnia q̄ sunt mortis, oriuntur, Quibus malis tunc se homo induit, quando illum fide obedientiaq̄; priuatum, In suas promissiones diabolus à lege dei traduxit, omniaq̄e sibi posteritatis eius germina, per conditionem

K deprauatæ stirpis extinxit. Vnde si tua in

2. Co. 5. Christo noua creatura est, libera sit à diabolo & subijciatur deo, reformata à deformitate sua ad imaginem eius, qui creauit eam. Quod nisi fiat, remanet in illo in quo omnes moriuntur, non habens sortem in eo, in quo omnes viuificantur. Non ergo cuiusquam peccati author deus est, sed naturæ creator. Quæ cum potestatem habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptori suo ꝓpria voluntate se subdidit. Nec naturali sed captiuo motu versatur in vitio, donec moriatur peccato & viuat deo. Quod sine gratia dei facere nō potest, quia libertatem quam perdidit, nisi Christo liberante nō capit. Non est.n. aliud nomē sub cœlo datū hominibus, in quo oporteat saluos fieri. Quòd deus in homini- Artic. 6.
bus tale plasmet arbitrium quale est dæmonum, quod proprio motu nihil aliud possit vel velit, nisi malū. Totus quidē mun Respon.
dus, sicut ait Apostolus Ioānes, in maligno 1. Ioā. 1.
positus est, & multorū hominum talis est malitia, qualis & dæmonū, qualis dicebat Ioannes, Progenies viperarum, quō potestis bona loqui cum sitis mali? Et vos de Matt. 3. Matt. 13. Ioan. 8.
diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Sed hoc inter malos

L homines & dæmones distat, quod hominibus etiā valde malis supereſt si deus misereatur, reconciliatio: demonibus nulla seruata est cōuersio. Sicut ergo ꝓuaricatoribus angelis non indidit deus illam, in qua in veritate nō steterunt voluntatem: ita nec hominibus, hunc affectum quo diabolū imitarentur, inseruit. Mendacium.n. de ꝓprio Ioan. 8.
loquitur, & liber à mendacio non erit, nisi eum veritas liberauerit. Quòd hæc sit Artic. 7.
voluntas dei, vt magna pars Christianorū Respon.
salua esse nec velit nec possit. Si de his hoc dicitur qui pietatem Christianæ conuersationis & fidei deserētes, in prophanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabiliter transierunt, non dubium est, quod talem voluntatem habentes salui esse nolunt: & quandiu salui eē nolūt, salui esse nō possunt. Sed nullo modo credendum est huius modi homines in hanc desperationē ex dei volūtate cecidisse, cum potius dominus alleuet omnes qui corruūt, & erigat omnes elisos. Nemo enim nisi illius gratia erigitur, Psal. 144
nemo nisi illius gratia stabilitur. Dei ergo est voluntas vt in bona voluntate maneat, qui & priusquam deseratur, neminem deserit, & multos defertores ad se conuertit. Quòd nolit deus vt omnes catholici in fi Artic. 8.
de catholica perseuerent, sed velit vt magna M

pars

pas exinde apostatet.

Respō. Non est dissimilis impietas huius blasphemiæ à præcedēti sentētia. Qđ ergo ad illā, hoc ēt ad istam q̄ in nullo est diuersa,

Artic. 9. rūsum sit. Quòd velit deus vt magna pars sanctarū à sanctitatis proposito ruat.

Respō. Nec huius definitionis insania aliud sonat, q̄ gemina præcedens obiectio prætendebat. Vnde mirādum est obijcientem tertio repetisse, quod semel dixisse suffecerat. Sed vt res est, numerum criminationis augere voluit, qa sensum variare nō potuit.

Arti. 10. Quod adulteria & corruptela virginū sacrarum ió contingant quia illas deus ad

Respō. hoc prædestinauit, vt caderent. Detestāda & abominanda opinio est, quæ deū cuiusquā malæ volūtas aut malæ actionis credit authorē, cuius ꝓdestinatio nunquā extra bonitatē, nunquā extra iustitiā. Vniuer

Psal. 24. sæ.n. vię domini misericordia & veritas. Adulteria.n. matronarum & corruptelas virginum nō instruere nouit sancta, diuinitas, sed damnare: nec disponere, sed punire. Quæ mala homines cū admittunt, suis concupiscentijs & cupiditatibus seruiunt,

A quas ab illa prima voluntarię præuaricationis labe traxerunt. Cum autē declinât

Psa. 36. à malo & faciunt bonum, à dño gressus hominis diriguntur, vt viam eius velit. Pro-

1. Co. 13 pter qđ dicit Apostolus, Oramus āt ad dominū, vt nihil mali faciatis, nō vt nos ꝓbati appareamus, sed vt vos qđ bonum est faciatis. Non ergo casus ruentium, nec malignitatem iniquorū, neq; cupiditates peccātium ꝓdestinatio dei aut excitauit, aut suasit, aut impulit: sed planè prædestinauit iudicium suum, quo vnicuique retributurus est ꝓut gessit, siue bonū siue malum. Qđ iudiciū futurū non esset, si homines dei voluntate peccarent. Erit autē iudiciū manifestissime: & omnis homo quē discretio diuinæ sentētiæ in sinistra constituerit parte, dānabit, q̄ nō dei, sed suā executus est vo-

Arti. 11. luntatē. Quod qñ patres incestāt filias, & matres filij, vel qñ serui dominos occidunt, ió hat, qa deus ꝓdestinauit vt ita fie-

Respō. ret, Si diabolo obijceret, q̄ talium facinorum ipse author, ipse esset inuētor, puto q̄ aliqua ratione hac se posset exonerare inuidia, & talium scelerum patratorem de ipsorum voluntate vinceret: quia & si delectatus sit furore peccantium, probaret tamē se nō intulisse vim criminum. Qua ergo insipieniia, quaue dementia definitur, ad dei

referendum esse consilium, quod nec diabolo in toto ascribi potest: qui in peccantium flagitiis illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus est esse generator? Nihil ergo talium negociorum deus prædestinauit vt fieret, nec illam animā turpiter nequiterq̄; victuram ad hoc vt taliter uiueret, ꝓparauit, sed talem futuram non ignorauit, & de tali se iuste iudicaturum esse præscicuit. Atq; ita de prædestinatione eius nihil amplius referri potest nisi quod ad debitam iustitiæ retributionem, aut ad indebitā pertinet gratiæ largitatem. Quod dei præde Arti. 12.
destinatione de filiis dei efficiantur filii diaboli, & de templo spiritus sancti templa demonum, & de membris Christi membra meretricis.

Prædestinatio dei & si apud nos, q̄ dū ꝓ Respon.
sētis vitæ piculis versamur incerta ē, apud illū tū q̄ fecit futura sunt, incōmutabilis pmanet, nec quæ illuminauit obcæcat, nec q̄ ædificauit destruit, nec quæ plantauit euellit. Sinc.n. pœnitentia sunt dona & vocatio Ro. 11
dei: Et firmum fundamentum dei stat hñs 1. Ti. 2.
signaculum hoc, Cognouit dñs qui sunt e- C
ius, Nullo ergo modo prædestinatio dei facit, vt aliq̄ ex filiis dei sint filii diaboli, aut ex templo spirituſſancti templa fiant dæmonum, aut ex membris Christi membra meretricis: sed potius prædestinatio facit, vt ex filiis diaboli fiant filij dei, & ex templo dæmonum templum spirituſſancti, & ex membris meretricis membra fiant Christi: quia Marc. 3.
ipse alligat fortem, & vasa eius rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de qui 1. Ioā. 2.
bus dicitur, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si.n. fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum: uoluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati essent autē ꝓdestinati, si eēnt reuersuri, & sanctitate ac veritate mansuri. ac per hoc prædestinatio dei multis est causa standi, nemini causa labendi. Quòd omnes fideles illi, & sancti q̄ Arti. 13.
ad æternam mortem prædestinati sunt, qui ad uomitum suum relabuntur, vitio quidē suo id facere videntur sed ipsius vtiī causa est diuina prædestinatio quæ illis latenter subtrahit bonas voluntates.

Idem spiritus blasphemiarum persecu- Respon.
rat & à ꝓcedētibus mēdaciis subsequēs im- D
pietas nō recedit. Quam prorsus uera ratio reprobat, & incunctanter sana do-

Universidad de Deusto Biblioteca

trina condemnat: quia omnibus quidem à fide ad infidelitatem, a sanitate ad turpitudinem relapsis, & ante finem vitæ nulla emũdatione purgatis, nihil aliud q̃ æterna mors
E debetur. Sed nefas est deo ascribere causas talium ruinarum: qui etsi ex æterna sciẽtia præcognitũ habet, quod vniuscuiusq; meritis retributurus sit, nemini tũ per hoc q̃ falli non põt, aut necessitatẽ, aut voluntatẽ intulit delinquendi. Si ergo a iustitia & pietate qs deficit, suo in pręceps ferẽ arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua psuasione decipitur. Nihil ibi pater, nihil filius, nihil spiritus sanctus. Nec in tali negotio quicquam diuinæ voluntatis interuenit: cuius ope scimus multos ne laberentur retentos, nullos
Arti.14. aũt vt laberentur impulsos. Quod pars illa magna christianorũ catholicorum fidelium atq; sanctorum, quæ ad ruinam ac perditionem prædestinata est, ẽt si petat a deo sanctitatis perseuerantiam, non impetrabit, eo q̃ mutari nõ potest diuina præstinatio, quæ illos prædinauit, præoptauit, præaptauit ut caderent.

Respon: Ad præuaricationem legis, ad neglectũ religionis, ad corruptelam disciplinæ, ad de
F sertionem fidei, ad perpetrationem qualiscũque peccati nulla est omnino p̃destinatio dei, nec fieri põt, ut per quem a talibus malis surgitur, p eũ in talia decidatur. Si ergo in sanctitate viuitur, si in virtute proficit, si in bonis studiis permanetur manifestũ est munus dei, sine quo nullius boni opis fructus acquiritur. Si autẽ ab his receditur & ad vitia atq; peccata transitur, nihil ibi deus malæ tentationis immittit, & recessurũ non deserit antequã deserat, & facit plerunq; ne deserat, aut etiã si discesserit ut redeat. Cur aũt illum non retineat, nec possibile est comprehendere, nec licitum inuestigare, cũ scire sufficiat, & ab illo esse q̃ sta
Art.18. tur, & non esse ab illo q̃ ruitur. Quod oĉs illi fideles & sancti qui ad æternam mortẽ prædestinati sunt postquam cecidерunt sic ab eo diipensentur, nec possint vel velint p pœnitentiam liberari.

Respon. Non veraciter, nec sapienter hoc dicit, Qui.n.a fide & sanctitate exciderunt, sicut voluntate prolapsi sunt, ita voluntate non surgunt, & dominatum concupiscentiarum quibus succubuerunt. sponte patiuntur. Si qui aũt captiuitatem suam gemunt, & iudicantes semetipsos, ad misericordiam domi-
ni mutato corde confugiunt, non sine spiritu diuinæ uisitationis hoc faciũt. Hæc.n.est Psal.76.
mutatio dexteræ excelsi, qui innumeris lapsis dat penitentiã, vt resipiscãt a laqueis diaboli, à quo captiui detinebãtur ad ipsius vo 2.Ti.2.
luntatẽ. Nemini aut em deus correctionis adimit uiam, nec quenquam boni possibilitate dispoliat, quia qui se a deo auertit, ipse & velle quod bonum est, & posse sibi sustulit. Non est ergo consequens, sicut putant qui talia obijciunt, vt deus quibus pœnitentiã non dederit, resipiscentiã abstulerit, & quos non leuauerit, alliserit: cum aliud sit insontem crimen egisse, quod alienum est a deo: aliud est criminoso veniam non dedisse, quod de peccatoris ẽ merito. Quòd magna pars illa fidelium atq; sanctorum, quæ ad æternam mortem prædestinata est, quãdo dicit in oratione dñica voluntas tua: nihil aliud agit quã contra se petit. i. ut cadãt & ruant, quia voluntas dei est, vt morte æterna pereant. Arti.16.

Non hoc veritas dicit, q̃ hæc voluntas Respon.
dei sit, vt fideles & sancti a fide atq; innoeẽtia ruant & pereant in æternum. Sed veritas dicit, Hæc est volũtas eius qui misit me Ioan.6.
patris, vt omne quod dedit mihi, non perdã G
ex eo quicquam, sed resuscitem illud in nouissimo die. Quod ergo pater filio dedit, filius omnino nõ perdidit. Idem.n.dicit, Om Ioan.6.
ne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & nõ eiiciam foras. Quod si per generalitatẽ uocationis & per abundantiam bonitatis dei, etiam non perseueraturi perseueraturis admixti sunt, hi: cum a pietate deficiunt, non ex dei opere, sed ex sua voluntate deficiũt, nec impelluntur ut cadant, nec eiiciũtur vt deserant. Casuri tamen & recessuri ab eo q̃ falli non potest, præsciuntur. Quandiu ita Matt.6.
que in oratione dominica dicunt, Fiat voluntas tua: hoc contra se petunt, quod deus nulla ratione facturus est, ut cadant & ruãt. Hæc.n.ipsorum nequitia, ipsorum est consummatura libertas. Sed plane illud contra se petũt, quod diuinæ uoluntatis esse dubiũ non est, ut scilicet cum venerit filius hominis in maiestate sua, & sederit super thronum gloriæ suæ, congregantur ante eum omnes gentes, ut separet eos abinuicem, alios ad dexteram, alios statuens ad sinistrã. Et audient eum dextri dicentem, Venite be Mat.25
nedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis a constitutione mundi. Audiẽt & sinistri: Discedite a me maledicti in ignẽ H
æternum, quẽ præparauit pater meus diabolo

bolo & angeli eius, legit qui facturi nõ sunt uoluntatem dei, & petunt ut fiat uoluntas dei, in eo quod uoluntate dei faciendum est audiuntur, ut imitatores diaboli cũ diabolo iudicentur, Qui enim spreuerunt voluntatem dei inuitantem, voluntatem dei sentiẽt vindicantem.

I

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, in libros Hypognosticon contra Pelagianos & Celestianos, prologus.

Diuersarij fidei catholicæ, dum cõtra regulam veritatis diabolicis armis pugnare nituntur, nos solicitudine respondendi faciũt cautiores: se vero decipiũt, antequam nostrorum valeant aliquem vulnerare. Cum enim cæci euacuare thesauros fidei concertant, spe fidei vacuati, faciũt plenitudinem fidei ecclesiæ opitulante dei gratia gloriari: & dum in hypocrisi vigilãt no
Prouc. 5 cituri: de quibus propterea dictum esse puto per Prophetam: Ablatus est somnus ab oculis eorum, non.n. dormiunt nisi male fecerint: nos quodãmodo excitant dormien-
K tes, vt arrepto clypeo veritatis, falsitati eorum corde resistente vigilemus, Euangelica tuba nostris auribus insonante. Vigilate
Mar.14. & orate, ne intretis in tentationem. Confidunt ergo hæretici, catholicam fidem impugnantes in virtute sua ideſt in audacia cordis sui, gratia desolati, & in abundantia diuitiarum suarum, in operibus. s. voluntatis
Psal.52. suæ gloriantes: Sed deus dissipauit ossa hominum sibi placentium, confusi sunt, quia dominus spreuit eos. Confidamus & nos resistentes eis in gratia domini, quæ est gloria nostra redimens nos a circundantibus nos, & intellectum dans nobis, & instruens nos in via hac quam ingredimur, confirmando super nos oculos suos, quia in deo salutare nostrum & gloria nostra, deus auxilii nostri, & spes nostra in deo est. Sed iam de quibus vel contra quos ista prædixerim, oportet consequenti narrare sermone, atque eorum peruersis dogmatibus, inquantum nos sua gratia dominus dignatus fuerit instruere, respondere. Igitur contra Pelagianos & Celestianos hæreticos, quos dominus tales futuros suo vitio ante constitutionem mundi præsciuit, & exortos in mundo iudicio damnauit, sermo nobis est respondendi. Istos ostendebat apostolus Petrus in epistola sua secunda futuros, dicẽs: Fuerunt vero & pseudoprophetæ in popu
L lo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & 2.Pet.2
eum qui emit eos deum negant, superducentes sibi celerem perditionem: Et multi sequentes eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabit, & in auaritia fictis verbis de vobis negabuntur: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Igitur de magnitudine gratiæ dei confidens his respondendum, tanquam hypognosticon abbreuiatum hunc facere libellum curaui. Quem si quis legere voluerit, non verborum mediocritatem contempletur, sed fidei rationem: Et si placet, ad deum qui docet hominem scientiam, gratias referat. Si qua vero sunt in quibus nolentes errauimus, si tamen aliqua sint corrigenda intuitu charitatis, deo iudice corrigat, sed is cui sensus est catholicus corrigendi. Si autem nihil sciens vel inuidiosus fuerit, vitiare quæ sana sunt non præsumat, quia mecum stabit ante tribunal Christi, rationem redditurus quisquis ille fuerit. M
Huiusmodi ergo dogmatis ista est nefanda 1
blasphemia. Adam inquirunt, siue peccasset siue non peccasset moriturum fuisse.

Tamen peccatum eius neminem nisi so 2
lum nocuit ipsum. Et posse hominem p 3
liberum arbitrium tanquam per se, sibi sufficienter implere quod velit: vel etiam meritis operum a deo gratiam unicuique dari.

Libidinem naturale esse bonum: nec in 4
ea esse quod pudeat. Et paruulos baptizatorum filios non trahere originale peccatum, neque perituros a vita æterna, si fine 5
sacramento baptismi ex hac uita migrauerint. O malum dogma quod pacis inimicus inuenit. O dogma per quod scinditur matris unitas ecclesiæ regeneratis. O dogma quod sub nomine Christi euertere, & mutare nititur Christi fundamenta. O dogma, cui nefanda sunt nomina mille, mille nocendi artes. Arma contra legem sumit ex lege: impugnat euangelium ex euangelio, pugnans & in sui perniciem, de ueris mendacia fingens, prouocat ad mendaciar

fingens prouocat ad mendacium veritatẽ. Sed hæc sunt sibi pœna, quæ inordinate proferens putat esse victoriam: vt in eis qđ scriptum est impleatur. Per quæ enim quis peccat, per hoc & torquetur. Sapi.11.

A CONTRA PRIMVM ARticulum, Liber Primus.

ADam ergo, inquiũt, siue peccasset, hue non peccasset, moriturum fuisse. Respondemus, Falleris hæretice falleris; non ita est. Aut si ita est & non falleris, dominis astruere documentis. Sed absit vt in scripturis sanctis authorem mortis deum valeas reperire. Scriptum est.n. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, quoniã deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit.n. vt essent omnia & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Item & in eodem libro: Deus, inquit, creauit, hominem inexterminabilem, & ad imaginẽ suã fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Si vides, vide mortem non a deo authore, sed per errorẽ vitæ venisse hominibus in paradiso delitiarum positis: id est, cum per rationem animæ qua boni & vitales erant instituti, errauerunt à mãdato diuino, inuidia. s. & seductio serpentis. Audis testante Propheta, deum mortem non fecisse, sed in libro Geneseos protoplasto futuram, si contigisset lignum vetitum prædixisse. Sic.n. scriptum est, Et dixit dominus Adæ: De omni ligno quod est in paradiso edetis: de ligno autem scientiæ boni & mali non edetis: qua die autem manducaueritis, morte moriemini. Hæc audis & authorem mortis dicere deũ audes? Mors igitur ex inuidia diaboli ueniens introiuit in orbem terrarum, & ideo iudicio iusto pro pœna in peccatorem permissa est dominari. Recte enim perdidit vitam qui mortem noluit cauere prædictam, ne vitã perderet, Tamen & misericors dominus non lætatur in perditione viuorum. Quæ est enim perditio viuorum nisi mors? Sed viuorum male viuentium, qui in secunda morte peribunt: non viuorum iustorum, id est, requirentium deum, quibus tantum propter peccatum Adæ quod traxere nascentes, mors non secunda, sed prima debetur. Si ergo secundum vos deus author est mortis, lætari debet in occasu viuorum tanquam in opere suo bono. Quia scriptum est, Lætabitur dominus in operibus suis: & quia nihil odiens fecit, sed omnia quæ fecit valde bona sunt. Sic enim scriptum est, Diligis enim omnia quę sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti. Vel cur contra eam de eius obnoxio peccato corpore, carnem suam absque noxa suscepit, si eam ipse corporis iaculum fecit? Nihil enim in contrarium sibi dum mundum faceret, deum fecisse cognouimus. Nam vt inimicam mortem vinceret, vel eius matrem peccatum ideo dei filium hominem suscepisse, si oculos caligine mortis non perdidisti, attendite. Nam qđ impossibile erat legi, inquit Paulus vas electionis, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum, in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Quid est autem impossibile legi, nisi quòd sibi nec obedientem nec perfectum facere poterat deputatum: nec peccatum tollere, nec mortem vincere præualebat? Sed quare in implere nõ posit subiungens ait, in quo infirmabatur per carnẽ. Iubendo enim infirmo & non iuuando infirmatur, quia per carnem idest per concupiscentias carnis ex peccato venientes, quas solo arbitrio libero homo vincere non potest: niã enim præcedente gratia dei, legis factor esse non poterit, sicut & ait idem Apostolus, Lex enim ad perfectum nihil adduxit. Quid ergo filium dei venisse in similitudine carnis peccati, nisi non habens caro eius vllum peccatum sicut nostra: dicente Petro Apostolo, Qui peccatum non fecit, id est, non habuit, nec inuentus est dolus in ore eius. Dicendo enim in similitudine carnis peccati, illam absq; peccato, nostram vero peccatricem ostendit. Nam ille ideo in similitudine, quia non per libidinis vsum vt vos, sed in spiramine mystico ex virginis vtero in vera natus est carne. Et de peccato, inqt, damnauit peccatum in carne: de humana videlicet peccatrice naturã peccatricem: peccatricem dico non deo authore, sed homine delinquente. Carnẽ vt dixi suscipiẽs absq; culpa, & hãc innoxiã crucifigens, peccatũ, quod nos damnauerat per inobedientiam in Adam terreno, in Adam cœlesti obediente damnatur. Nos.n. peccato morimur victi, Chr̃s aũt innocẽs mori voluit, vt moriẽdo mortẽ captiuaret & vinceret.

Sapi.1. Sapi. 2. Gen. 2. B Psa.103 Gen. 1. Sap. 11. Rom. 8. C Heb. 7. D 1.Pe.1

ceret. Quodã modo.n. eam sibi passus est dominari cũ patienter se occidendũ eius obtulit voluntati. Sed cũ mors in inferno cũ iniquis videret & iustũ, non habens vnde eidẽ sicut & cæteris insultaret resurgentẽ tenere nõ valuit, quinimmo victa prostrata est atq; dãnata. Et ideo Apostolus extollens victoriã Chr̃i de morte, seruis eius gaudẽs annunciat: Chr̃s resurgens à mortuis iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur: Quòd.n. mortuus est, peccato mortuus est semel, q̃ aũt uiuit, viuit deo. Hoc dicendo quid aliud intelligere nos voluit, q̃ deum mortẽ non fecisse, nec lætari in perditione viuorũ, qui absq; peccato vt eam vinceret in infirmitate carnis, voluit habere consortiũ mortuorũ. Vnde si inuidia diaboli per pctm̃ mortem in orbẽ terrarũ introisse non credideritis, nihil aliud astruitis nisi deum mortẽ fecisse: ppea vt peremptis hominibus quibus suã donauit imaginem, nascerẽtur ei cum ea necessitas diimicandi vel etiã morsendi & resurgendi. Sed absit hoc a fide catholica, quę per vnum hominem peccatũ intrasse in mundum, & per pctm̃ mortem, & ita in oẽs homines pertrãsisse credit, Paulo fideli magistro docente, ac Chr̃m mortuum pp peccata nostra, & resurrexisse pp iustificationem nostrã, reconciliationẽ nos in suo corpore deo patri per crucem. Erubescite ergo & conticescite. in vestram enim mortem perpetuam deum accusatis, in morte diabolum excusatis, & hoc ideo, quia nõ deum, sed diabolum timetis offendere. Dicite ergo: Si deus mortẽ fecit, cur Christus deus mortuum fleuit Lazarum sed̃m carnem? Non.n. quod ipse fecerat dolere debuit, sed dolens eum & plorans oñdit quos deus vitales fecerat, diabolum per culpam fecisse mortales. Quem ideo suscitat, vt diabolus nihil se occidendo profecisse cognoscat: nec quisquam hominum ad deũ pertinens de morte desperet, quia ideo dormiũt quos diabolus perisse putabat. Nolo, inqt, per Prophetam Ezechielem dñs, mortem peccatoris, sed vt reuertatur & viuat. Si eius vt prædicatis author est deus: cur eam, dicendo, nolo, repellit à peccatore, & non patitur quod suum est permanere? Mortem nolo, inquit, peccatoris, q̃ ego ei non feci, sed ipse eam sibi, dũ in me præuaricator exitiũm inuenit. Sed reuertatur & viuat, id est, vitã me miserante recipiat, q̃ se peccãte perdiderat. Nulli itaq; fidelium dubiũ esse põt, primos homines factos sic fuisse vitales, vt si in libertate animæ qua immaculati creati sunt, serpentis contẽpsissent seductionem mortiferam, vita fruerentur æterna: si vero secuti essent, amitterẽt. Quibus ppea prædixit deus, ne vetita contingerẽt, vt qcquid victis postea contigisset aduersum, nõ prænonenti, sed sibi inobedientibus imputarent. Nunquid.n. cũ delinquentibus mortẽ futurã prædixisset, quod futurũ erat ipsum fecisse credendum est? Quid.n. eam cauendum prænouit, si eius eorum occasu factor est ipse? Sed ipse nec eis per diabolũ veniens peccantibus succedere valuisset, nisi dñs iudicio iusto in vindictã pp inobedientiam permisisset. Igitur vt moriantur homines, pœna peccati est: vt reuertantur ad vitam, dñi miserantis est. Sed ille redit ad veram vitã, qui per bonã conuersationẽ ex gratia dei venientem, sanguine Christi sanctificatus ingreditur in regnũ cœlorũ, & quasi reuersus in regionem suam domino placiturus, de qua peccato fuerat exulatus, gaudens & insultãs morti, dicit animæ suæ, Conuertere anima mea in requiẽ tuã, quia dñs bene fecit mihi: Qm̃ eripuit animã meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos a lapsu: Placebo dño in regione viuorum. Placebo: vnde? Quia dñs benefecit mihi. Nam & peccator recipit vitã, non aũt redit ad vitã. Reditus.n. uitæ in regno cœlorũ est, quod omnis in peccatis suis, vel sine baptismo moriens non potest possidere. Recipit.n. uitam in corpore non moriturus, sed ita victurus in corpore, vt sit mortuus vita, vel corpore viuens semper in pœna, & vita & corpore cũ diabolo mortis author dãnato. Vnde & dñs in Euangelio ijs qui an sinistram erunt in die iudicij, id est, impijs & peccatoribus: Ite, inquit, in ignem æternũ, quẽ præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Iustis vero qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum paratum vobis ab origine mundi. Et tunc illi, ait, ibunt in supplicium æternum, iusti vero in vitã æternã. In qua vita glorificati. i. mutati de correptione in incorruptionẽ, de mortalitate in immortalitatẽ, fulgebunt, ac cum Christo in perpetuum regnantes, insultabunt dãnatæ morti dicentes, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Mors itaq; priuatio vitæ est, nomen tantum habens, non essentiam: & ideo deus

E Ioan.11 F Ezc.18 G Pſal.114 H Mat.25. 1.Co.15

Universidad de Deusto Biblioteca

eius author esse dici non pōt. Quicquid.n. deū fecisse dicimus, habet essentiam, id est, species est. Essentia.n. dicitur ab eo qđ est,
Exod.3. quæ tantum de solo deo dici deber, scđm illud quod scriptū est in Exodo Moysi: Dices eis, id est, populo: Qui est misit me ad vos. Tñ & de cæteris creaturis dici potest quod habeant essentiā, sed nō sicut de deo, qui initium non habet quod est, sed ex quo accipientes initium qđ sunt esse cœperunt.

Mors ergo nihil est nisi nomen recedente
I vita: sicut fames, escarū defectus: sitis, egentia potus: tenebræ, absentia lucis: sterilitas, defectus fructus: silentium, vocis absentia: inopia, priuatio facultatum, & si q̄ sunt alia quæ rerū priuatione nihil esse nisi nomen inueniuntur. Opinor nanq; q̄ ideo mors hoc vocabulū accepit, eo q̄ morsu quodāmodo venenosi serpentis. i. diaboli in paradiso Adā fuerit interemptus. Tunc.n. serpens morsu decepit Adā, qñ per concupiscentiā mordere, hoc est, edere suasit illicita, & vt dixi, ꝓpea mors quasi à morsu nomē accepit. Vnde & dñs in Osee Propheta morti minitans dicit, Ero mors tua o mors,
Osee.13 ero morsus tuus inferne. Mors & infernus in diaboli persona dicta intelliguntur quia ꝓ ipsum delinquenti homini accedit mors id est, priuatio vitæ, & ꝓ ipsum peccatores cōuertuntur in infernū, tanquā in eius carcerē vbi dānatus est ipse. Sed quærendum est, quemadmodū Christus deus dei filius mors extitit mortis, et morsus inferni. Sine dubio deus in suscepta carne in qua suū mors nihil hēbat, vt ipse ait: Venit princeps mūdi huius, & in me nō habet quicquā. Tē
Ioñ. 14. tatus post baptismū in deserto, eius nō obe
Matt. 4. diuit concupiscētijs: vbi ait, Dic lapidibus istis vt panes fiāt: & cætera. Vel q̄ se clauo
K rū morsu iustus & innocēs affigi passus est
Luc.21. cruci, & ore lanceæ transforari. Os aūt lanceæ dixi, scđm q̄ dictū est de peccatoribus, Et cadent in ore gladij. Et lancea vtiq; gladius est. Et q̄ descendens in infernū velut
Psal.68. in os mortis. Vnde dicit in Psalmo, Nō absorbeat me ꝓfundū, neq; vrgeat super me puteus os suū: id est, infernus. Detineri eū fuit à diabolo impossibile. Vnde hominem quē susceperat pro homine. i. carnē suā quę non vidit corruptionē, die tertia suscitans,
Mat.12. tāquā Ionā ex ore ceti produxit. Qui hoc fuit infernus Christo q̄ Ionæ cetus, dicēte ipso dño suo, Sicut.n. Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Morsus ergo factus est inferni, cū se ab eo tāquā escā, id est, carnem suā suscipi passus est, q̄ non satiaretur sicut de peccatoribus, sed absorberet ꝓ qđ
1.Cor.15 dictum est, Absorpta est mors in victoria.
Amos.3 Sed illud testimonium quod est in Amos Propheta puto ꝓpea dictum esse, cū peccāti populo promittens futura mala dicit, Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos.
L Quis ē. n. Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, id est, etsi permanserint in operibus malis, auertētes se ab oculis meis, à præceptis. s. spiritalibus, q̄a oculi dei sunt spiritus dei, qui legē, id est, præcepta dedit in fundo maris, in altitudine videlicet desperationis, ibi mandabo serpenti & mordebit eos, ibi in eadē desperatione contēptus mandabo, potestatem dabo serpenti, hoc est diabolo, qui ab initio serpens est nominatus, & mordebit, eo morsu vtiq; diuersarū concupiscentiarum quo peccantes occidit, mortificabit eos, sed morsu mortem facit. Non aūt mors est sicuti feræ bestiæ, vel omne genus animalium iracundorum, quæ morsu suo nonnunquā mortificant homines, & tū non ipsa sunt mors, sed morsu insanabili mortem. i. priuationē faciunt vitæ, quemadmodum ēt ictus gladij, percussio lapidis, vel quicquid potest hominem occidēdo vita priuare. Illud præterea prætermittere non debeo, ne forte aliquis inimicorū veritatis, qui non sit rationū certarū quæsitor, sed quæstionum perplexarum ad subuersionem audientium inuentor, atque propositor dicat. Si nihil est mors nisi nomen, quemadmodum superius disputasti, eo quòd mors Christum iustum in inferno cū iniquis uiderit, & quia in eo pctm̄ non fuit, resurgentē tenere non valuerit, vt eidē
M sicut cæteris peccantibus insultaret, & ideo victa, prostrata atq; damnata est. Si ergo nihil est, videre, tenere, insultare, vel vinci, prosterni & dānari qūo potest quod nihil est? Respondemus, Ipsum nihil quid est, q̄a interdū cū nominamus, nihil, addimus, est, Sicut est illud de Euangelio, Et sine ipso factum est nihil: insubstantiale est nomē substantia carens. Solet.n. dici vt præfatus sum
Ioan. 1. à plurimis, dū aliquid despicitur, aut ꝓ parvo æstimatur, vel certe qđ penitus non sit, nihil est. Cum ergo dicimus, nihil nomen insubstantiale nominamus: cum vero addimus, est,

mus, est, rem significamus. Cur ergo nomen insubstantiale. i. nihil, tanquā vere aliquid sit dicimus, addēdo est? Oē. n. quod dicimus est, esse aliquid æstimamus, tū cū aliquotiens dicimus, nihil est, pro consuetudine locutionis dicimus, est, ad nihil: cū nomē tm̄ sit nihil, & nō res. Sic & de morte pro cōsuetudine verbi, vel ad cōparationem agentis dicimus: videt mors, aliquid agit, insultat, vel damnata est, victa est, & quicquid illud est qđ dici potsit, q̄a mors
A faciat aut patiatur, Cū ergo hæc de morte dicantur, omnia ad authorē mortis, per quem priuatio vitę facta est, diabolum referunt. Ipse. n. quæ ad mortem pertinēt, aut facit, dum captiuat & perimit: aut patitur, dum vincitur & damnatur. Diabolus. n. natura est angelus, sed qđ natura est, opus dei est: q̄ vero diabolus, vitio suo est, vtendo male naturę suæ bono. Opera vero eius mala q̄ vitia dicunt, actus sunt, nō res, q̄ tāquā ꝓ se agere dicunt aliquid, cū ea & ꝓ ea totū agit diabolus. Vel dāna ta dicunt, cū ipse pro his dānatur pro quibus dānatur & hō, cū per liberū arbitriū his intellectis tradit assensum. Et ideo hæc in futuro seculo iam non erunt, quia in authore suo diabolo dominabūtur. cū ille. s. damnatus in gehēna vt peccent homines amplius, ptātem hæc agere non habebit.

AD ARTICVLVM SECVNDVM, Liber secundus.

B ITem peccatū Adæ, aiūt, neminem nocuit, nisi solum ipsum. Rñdemus, Si peccatum primorum hominum solis obfuit illis, & nemini nostrum: quēadmodum, quæ in illos pro pctō lata est, in nos sentia pertransiuit, in quos nō transiuit & culpa? Nisi forte secundum vos iniustus deus, qui expertus eorum delicti, passus est nos eorū pœnæ astringi vinculo. Hæc est. n. in illis post peccatum diuina
Gen.3. sententia, postquā s. suasor ad præuaricandum maledictus est serpens. Mulieri autem dixit deus, Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitum tuum, In tristitia paries filios, & ad virum tuū conuersio tua, & ipse dānabitur tui. Et Adæ dixit, Qñ audisti vocē mulieris tuæ, & māducasti de ligno, de quo ꝑceperā tibi de hoc solo ne māducares: maledicta terra in operibus tuis, in mœroribus manducabis ex illa omnibus diebus vitę tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnum agri. In sudore vultus tui edes panē tuū, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Hac nos pœnæ sentētia colligatos, ipsa sibi humana natura totū ꝓ orbē terrarū diffusa testimoniū ꝓhibea, dū se prnis cruciatibus sanctæ legis testimonio puidet laborare. Q̄d qua iustitia, si hæredes parentū pecca
C ti non sumus, patimur? Si vobis solis æquitas suppeditat naturalis, qua iustiora sint iudicia vra q̄ dei, inter nos & deū residentes in superbiæ solio iudicate. Nullum.n. bominē tā amatorē vel defensorē sui erroris, ad dei iudicia reprehēdenda, uel ēt refellenda diabolus potuit inuenire, nisi Pelagium & Celestium nouæ legis iura tradentes, Adā igit factus est absq; pctō natura: cum vero peccauit hō, natura peccauit, & facta est ntaura iā peccatrix. i. vitiū vel pctm̄. Post pctm̄ ergo hō pctōr dictus est, non hō pctm̄. Peccatorum n. à peccando, non homo a peccando dicitur. Et ideo peccator hō genuit hominem, sine dubio peccatorē: quia de natura vt dixi peccata vitiata, non nisi natura nascitur vitiosa. i.
1.Co.15 peccatrix: secūdū quod ait Apostolus Paulus, Qualis terrenus, tales & terreni. Et hoc qūo nisi per seminis sparsionē? Sed ais mihi ediuerso veniens, Ergo semē pctm̄ est? Iā superius dixi, quia cū peccauit hō, natura peccauit, cuius sunt semina: & semē ergo vitiatū est, nō vitium, sicut scriptum est, Semen. n. maledictū erat ab initio: Maledictū uidelicet post pctm̄, q̄a maledicta, inquit, terra in operibus tuis. Sed uitiū tra
Gen. 3. D hi non potest protoplasti, neq; esse homini
Rom. 5 sine seminis effusione. Q̄d confirmat Apostolus dicens, Per vnum hominē pctm̄ intrauit in mundum, & per pctm̄ mors, & ita in oēs homines mors pertransiuit, in quo oēs peccauerunt: Solus autem dominus Iesus Christus absque semine ex virgine factus est hō, & expers delicti natus est deus & homo. Audis itaq; per vnū hominē peccatum intrasse in mūdū, & per pctm̄ mortē, & ita in oēs homines pertransisse, in quo oēs peccauerunt: & audes dicere hæretice, Adæ pctm̄ nulli soli nocuit ipsi? Et vere tunc soli nocuit, cum solus esset ipse & Eua mulier eius. Sed in illis vnis oēs eramus, quia

quia natura humani generis erant, sicut in nobis omnibus illi vni sunt, quia natura eorum sumus. Sed respõdentes dicitis, vt dicere consueuistis: Apostolus si voluisset intelligi, q̃a per seminũ cõceptionẽ dicebat pct̃m in oẽs homines pertransisse, non per vnum hominem dixisset, sed per duos homines, quia sine fœmina de solo masculo hõ nasci non potest, Si cordis oculos non amisistis, attendite dictum esse, Iã non sunt duo, sed vna caro: Et iterum, Erunt duo in carne vna. Nam iõ per vnum hominẽ dixit Apostolus, quia cũ in viro suo mulier vna sit caro, in semine progenies imputat. Audiet adhuc & aliũ sapientissimum dicẽtem ad vestram cõfusionẽ. Ex muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Ecce hæretice, factum est tibi satis, per duos homines in humanum genus pct̃m vel mortem pertransisse. Sed quid ad huc dicturus sis, sicut soletis dicere, noui. Pct̃m, inquis, per vnum hominem in mundum intrasse, Apostolus non seminis propagatione, sed morum imitatione dixit. Respondeo. Si pct̃m morũ imitatione cõstat, quem imitatus est diabolus vt delinqueret, dicite: qui primus inuenit esse pct̃or? Quia si de Adã interrogaueto, rñdebitis forsitan, q̃ sit diabolum imitatus. Esto, Adam vt peccaret, diabolum fuisse imitatum: dicite mihi, diabolus quem imitatus sit, quia peccatum morum imitatione constare defenditis. Sed quid immoror, sciẽs nihil vos respõsurus? Quem.n. dicturi estis imitatum fuisse, cum autor sui lapsus ipse sit? Adam certe peccasse nihil aliud legimus in libro Geneseos, nisi q̃ inobediens extitit diuinũ seruare præceptum. Cain ergo primogenitus filius eius quem sit imitatus dũ fratrẽ occidit, homicidium facere, vt ostendatis interrogo. Quatuor.n. tunc homines fuisse legimus, Adam. s. & Euam, ipsum Cain & Abel fratrem suum, & ex his neminem fecisse primo homicidium inuenimus, nisi vt dixi Cain. Dic ergo hæretice, vnde hoc didicerit, quemve fuerit imitatus, si morũ ex altero in alterum transire constat imitatione pct̃m, & non est cõceptione contractũ? Omne enim quod imitandũ est, aut videt oculis, aut certa relatione cõcipitur. An ex cusabis homicidium non esse peccatum? Et quid nequius? Dic iam, dic totiens interroganti mihi: Cain quem uiderit, à quo narratum audierit homicidium quippe tran-

Ecclesiastici. 25.

Gen. 2. E

Gen. 4. F

dum? Sed constrictus vinculo veritatis, nec ianuam tuæ propositionis patentem inuenies exeundi, ad ianuam sermonis apostoli Pauli repedabis, vt inter rectũ, si velis, possis incedere, atque mihi interroganti dicere veritatẽ. Vere nõ morũ imitatione, sed seminir sparsione constat per vnum hominẽ pct̃m intrasse in mũdũ, & p pct̃m mortẽ, & ita in oẽs homines pertransisse, in quo oẽs peccauerunt. Ex pct̃ore ergo Adam, genitore suo Cain primus pct̃m in vtero matris contraxit: & tertius hõ natus est pct̃or ex vtero eius. Mens interna patrio peccato erat iam captiuata, à diabolo inde imbutus est in zelũ, inde inuidiam & habuit & huo rem: inde nõ morũ imitatione homicidiũ, sed volũtate p̃cipitatus admisit. Qui enim vnum pct̃m idem diabolus puaricantibus primis inflixit hominibus, & ipse per hoc q̃d oẽs absq; solo vt supra dictũ est, Christo nascendo traxerũt, illicite ẽt cætera, dũ ei per liberum arbitriũ consentitur, cõmittit peccata. Pct̃m ergo protoplasti oẽs trahimus, non morũ imitatione, sed seminis cõceptione, sicut scriptum est: Ecce.n. in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Cõstant etiam & imitatione morum peccata, imitando. s. malos. Sed vt quis imitet̃ malos, naturæ est uitiũ deprauatę qua factus est malus & malitiosus, non natura à deo conditus malus. Ob hoc.n. & natura filij iræ, ab Apostolo iam baptizati fuisse dicimur. Omnis enim carnaliter nascens, natura filius irę recte dicitur: q̃a natura est ptoplasti, q̃ prior in illo pp delictũ irã iudicis dei iuste suscepit. Si .n. delictũ eius per q̃d, vt dixi, ad irã dñm prouocauit, nõ traheremus, nunquã natura filij irę diceremur. Et ideo pct̃m eius nõ solum ipsum, sed omnes nocuit genus humanũ, cũ eius dãnatio simul & culpam suscepimus. Eius.n. nos vulneratos esse delicto, uas probat electionis, cum dicit, Nõ n. est distinctio: omnes.n. peccauerũt, & egẽt gloria dei. Dicendo, omnes, nullũ excipit, quinimmo totũ declarauit genus humanũ. Peccauerũt.n. oẽs, cum ex vno pct̃ore omnes nascimur pct̃ores: Propter q̃d iterum idẽ dicit Apostolus: Nã iudiciũ ex vno in cõdemnationem. Ex quo vno, nisi ex Adã, vel eius vno pct̃õ? In qua condemnatione, nisi in culpa eius, qua ille est condemnatus? Quid est autem, & egent gloria dei: nisi gratia dei patris, p Iesum Christũ q̃ est

Ecclesiastici. 25.

Rom. 5.

H

Rom. 3.

Rom. 5.

Eph. 2.

Psal. 40.

gloria dei patris? Et quid est, egent. i. nemo idoneus per se q̃ nascitur carnaliter vel operibus meritorum vitam recipit perditã, nisi per dominum nostrum Iesum Chr̃m spiritaliter renascatur, qui venit patris & sua, sanctiq; spiritus indebita misericordia, saluare & quærere q̃d perierat? Quid.n. perierat? Nũquid animalia irrationalia? Aut nunquid de bobus cura est deo? Vtique humanum genus per peccatum, propter quod se sponte immaculatus morti tradens atq; resurgens, gratiæ gratuitæ largitate à peccato vel morte redemit.

Luc. 19.

1 Co. 19

AD ARTICVLVM TERtium Liber Tertius.

ITerum posse dicunt homi nem per liberũ arbitrium tanquam per se sibi sufficiẽtem implere q̃d velit, vel etiam meritis operũ à deo gratiã vnicuiq; dari. Rñdemus: Neminẽ posse per se sibi. i. per liberum arbitriũ sufficere implere quod velit. Recte dicimus, nisi protoplastum solũ potuisse, cum voluntas liberi arbitrij fuisset sana eidem ante culpam: Lex.n eidem in paradiso constituto non poneretur secũda, nisi liber esset tam velle eademq; nolle seruare, sicut scriptum est: Et locutus est dominus Adæ, dicens: De omni ligno q̃d est in paradiso edetis: de ligno autem scientiæ boni & mali non edetis: & cætera. Dicendo ergo dñs, De omni ligno quod est in paradiso edetis: taliter velle permisit. Et vetando: De ligno aũt scientiæ boni & mali non edetis: hmõi nolle præmonuit. Sed cum & velle & nolle prædocuit, cui ad vtrunque posse liberum donaret arbitrium, quo male vtens incautus dum sponte serpenti præbet suadenti consensum, dñi præterit præceptum, amisso posibilitatis bono, solum arbitriũ ad velle potius est vulneratũ. Hoc ergo vulnere cuncti libero claudicamus arbitrio, nec implere nobis naturaliter sufficit posse bonum, quia iam, vt supius disputaui, de natura vitiata peccato, id est, de protoplastis hominibus, quorum sumus & ipsi natura, in quibus est vitiata libertas, homo voluntatis sanæ perfecto videlicet libertatis arbitrio quo sibi sufficiat, non põt exoriri. Nam vt calcatius liberum arbitrium cũ posibilitatis bono, quo valeret implere q̃d

Gene. 2.

K

voluisset, Adam factum intelligas, audi q̃d dicit scriptura sancta in libro Ecclesiastici: Deus, inquit, ab initio fecit hominem, & reliquit illũ in manu consilij sui, adiecit mandata & p̃cepta: Si volueris mãdata seruare, conseruabunt te, & fidẽ facere bñplacitam in perpetuum: Apposui tibi ignẽ & aquam, ad quod volueris porrige manum tuã. Ante hominem est vita & mors, bonũ & malum. & q̃d voluerit, dabit illi. Quid est aũt: Et reliquit illum in manu consilij sui: nisi dimisit eũ in posibilitate liberi arbitrij sui? In manu.n. posibilitas intelligitur: ipsa est prima gratia qua primus homo stare potuisset, si seruare mandata dñi voluisset. Hac ergo per inobedientiam desolatus hõ, iudicio iusto factus est serpenti. i. diabolo cui maluit obedire q̃ deo, captiuus. Et ideo scriptum est: A quo.n. quis superatus est, huic & seruus addictus est. Et iterũ: Omnis qui facit pct̃m, seruus est peccati. Quod confirmat Apostolus Paulus iam baptizatis, dicens, Cum essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ, videlicet alieni eratis à iustitia. Per se ergo homo lapsum facere potuit, quia voluit, sed non sicut per se lapsus est, continuo à lapsu per se. i p propriam voluntatem consurgere valuit, nisi manu dñi misericordissima, qñ eius placuit pietati, fuisset erectus: Propter q̃d scriptum est, Alleuat dñs oẽs qui corruunt, & erigit omnes elisos. Quod si homo propriæ volũtatis virtutem, & non per dominum sufficit elisus assurgere, qua in paradisum, de quo inobediens pulsus est, deo reconditus redeat, ergo Christus gratis mortuus est: Et vt quid ad sanos medicus venire voluit, vel cur se ad saluandum atq; quærendum quod perierat, venisse dixit, quia secundum dogma vestrum, nihil perditum, nihil q̃d sanaret, inuenit? Te igitur sancte Paule apostole, vas electionis, magister gentium q̃so, cur Christus in mundum venerit: dicas, vt sciamus quid hæreticis qui aduentũ eius nihil profuisse humano generi, quod p se sibi sufficere prædicant, rñdeamus? Fidelis sermo, inquit, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hũc mũdum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Audi Pelagiane hæretice, pelago perditionis demersæ, siue Celestiane, cœlesti iudicio periture, vas electionis veritatis tuba canentẽ, Christus Iesus venit in hũc mũdũ pct̃ores saluos facere, quorũ se pri-

Ecclesiastici. 15.

L

2. Pet. 2. Ioan. 8.

Rom. 6.

Psa. 144

Galat. 2. M

1. Ti. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

se primum esse dicit: & conaris astruere cũ prædicas hominem naturaliter posse quod velit, Christũ nullum in eo vulnus qđ curaret, nullam infirmitatem inuenisse, quã gratiæ suæ gratuito medicamento sanaret? Intantum estis in stultitiæ profundũ demersi, vt non intelligatis Christum dñm ad nostram reparationem, reformationem, redemptionem, reconciliationemq; formã serui susc ipere voluisse? Quid.n. opus erat
A deo, si status integer naturę maneret humanæ, carnem susc ipere nostrã, cõtumelias sustinere à Iudæis, perpeti mortem: quæ vtique omnia pro nostra salute dignatus est sustinere, dominus bonus & misericors ꝑ seruis malis & impijs, liber pro captiuis, iustus pro iniustis, vita pro mortuis, spes ꝑ
1.Ioã.2 desperatis, recõciliatio pro offendentibus: sicut dicit Ioannes Apostolus de eo: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non ꝑ nostris autem tantum, sed ẽt pro totius mũ
1.Pet.2. di. Itẽ Apostolus Petrus: Qui peccata, inquit, nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viueremus, cuius liuore sanati estis: Eratis enim sicut oues errantes. Item ipse in eadẽ Epistola: Quia & Christus semel pro
1.Pet.3 peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo mortificatos carne, viuificatos autem spiritu. Audis electos & idoneos testes spũ dei loquentes, Christum propiciationem pro peccatis mundi venisse, peccata nostra propterea pertulisse in corpore suo super lignum, vt iustitiæ viueremus, eius liuore nos esse sanatos, qui eramus sicut oues errãtes. Audis semel pro peccatis nostris mortuum iustum pro iniustis, vt nos offerret deo. i peccato exules reuocaret ad deum: & in tenebris conscientiæ
B tuæ tractans eructas nebulas, qbus lumen verũ detrahere conaris, & dicis posse homi nem per liberum arbitrium tanq̃ per se sit idoneus, implere qđ velit? Idem ipsum est enim & illud qđ flagitatis voce superba: Si volo, sanctus sum: si volo, pecco: si nolo, nõ pecco: Nihil videlicet aliud astruitis ista dicendo, misi vt superius iã dictum est, Chrs veniens nihil nobis præstitit, nihil salutis, nihil adiutorij cõtulit, mors eius nihil profuit nobis, salus nostra naturalis est nobis. Talia ꝓdicantibus fides catholica dicit anathema: credit.n. ꝙ salus hominis ex deo sit Christo, cuius vulnere liberũ nostrũ curat & reformatur arbitriũ vulneratũ, q̃ auersos à se gratuita gratia sua conuertit ad se, & vt deo placeant, operibus bonis operatur in eis & velle & posse: quorum cursum in hac vita ꝙ futurã verã vitam, misericordia ꝓueniendo & subsequendo perficit. Ipsum igitur liberum arbitrium hominibus esse, certa fide credimus & prædicamus indubitanter. Sed cur dicã liberum arbitriũ, est paululum differendum. Arbitriũ ab ar Liberũ
bitrando rationali cõsideratione vel discer arbitriũ
nendo quid eligat, quidve recusset, puto ꝙ quid.
nomẽ accepit: vel ideo liberũ arbitrium dictum, ꝙ in sua positum sit potestate, habẽs
C agendi quod velit possibilitatẽ, quod est vi talis & rationalis animæ motus. Sed hmõi, vt ante iam dixi, fuit in homine protoplasto, cũ ante pctm̃ maneret illæsus. Non.n. per aliud cõtraxit offensam, nisi per id quo potuit ne delinqueret resistere suadenti. Per velle ergo malum recte perdidit posse bonum, qui per posse bonum, potuit vincere velle malum. Quem iuste deus iam delicto captiuum voluntati deprauatæ dimisit, vt hæc eidem esset pœna in nõ faciẽdo qđ velit, qui semper si deo fuisset obediens, sufficere potuisset ad omne bonum quod voluisset. Malum itaq; velle non ex naturæ suæ conditione bona habuit, tanquam ex congenito malo, vt Manichæus credit: sed ex accidenti desiderio prauo concepit, vide licet cum vt iam superius dixi, ad manducã dum vetitum lignum, quod nolle debuit, assensum serpenti, id est, diabolo præbuit: quod tanquam à radice vitiata omnis ex illa orta humana propago contraxit, absque solo Christo, qui aduẽtu spiritussancti nõ humano semine, ex carne virginis factus est caro. Per peccatum ergo, liberum arbi- D
trium hominis possibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem. Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad deum pertinent, sine deo aut inchoare, aut certe peragere : certe.
sed tantum in operibus vitæ præsentis, tam bonis quàm etiam malis. Bonis dico quæ de bono naturæ oriuntur: id est, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt,

stunt, immo ex ipso & per ipsum sunt, vel esse cœperunt. Malis vero dico, vt est, velle idolum collere, velle homicidiũ, velle adulterium facere, res alienas velle diripe, deũ viuentẽ in secula blasphemate, velle turpiter viuere, velle maleficia discere, velle inebriari & luxuriose viuere, velle quicquid non licet vel non expedit operari. Sed ista non pertinent ad substantiam vitæ ꝑsentis, quia non sunt à deo, immo male desiderata maculant vitã q̃ est à deo. Ista sunt zizania animæ carnisq́; quæ inimicus homo. i. diabolus dormitante Adam, dei videlicet
E præceptum non conseruante, in liberũ seminauit arbitrium, in quibus procliuior & paratior est q̃ in prosperis vulnerata & deprauata uoluntas. Ista sunt diaboli opera, quæ Christus dei patris verbum, quod est gladius bis acutus, in hunc mundũ veniẽs, ex virgine natus, de credentiũ libero arbitrio gratuita sua gratia amputat, idoneã in eisdem ad credendum præparans voluntatẽ, per quã possint tã dei patris q̃ suã sanctiq́; spiritus iustã peragere volũtatẽ. Nã ea esse opera diaboli & per Chrm̃ tolli, dile
1.Ioã.3. ctus Christi Ioannes Apostolus probat in epistola sua dicens, Qui facit pctm̃, ex diabolo est: qm̃ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opa diaboli. Item Apostolus Petrus in actibus Apostolorum inter cætera de Christo ait,
Acto.10 Qui pertransiuit benefaciendo & sanãdo omnes oppressos à diabolo, qm̃ deus erat in
Heb.1. illo. Item Apostolus Paulus ad Hebræos, Qui cum sit, inquit, splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq́; omnia verbo virtutis suæ, purgationẽ peccatorum faciens sedet ad dexteram patris. Item in eadem epistola, Si.n. sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis, quanto
Heb.2. magis sanguis Christi, qui ꝑ spiritũ sanctũ
F semetipsum obtulit immaculatũ deo, emũdauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti. Perge adhuc hæretice, & tantis doctoribus veritatis resistẽs, dic liberum arbitriũ sic ex Adã susceptũ, vt medicina Christi nõ indigens, per se sibi sufficiat implere quod velit. Audis dei filium apparuisse, vt opera dissolueret diaboli. Audis ideo eum pertransisse, vt benefaciendo sanaret omnes oppressos à diabolo. Audis verbo virtutis suæ purgationẽ peccatorũ fecisse. Audis sanguinem suum offerendo se immaculatam hostiam deo, mundasse conscientiã nostrã ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti: & gratiæ eius ingratus existens, sanũ te naturaliter putas liberũ arbitriũ possidere? Si sanus est hõ vt Adã à deo primum fuerat institutus: &, vt ais, nullum vitiũ postea ex illo deliquente contraxit, exortus, interrogo de quo dei filius apparens opera dissoluit diaboli, quẽ pertranseundo & bñfaciendo sanauit oppssum à diabolo? In quo purgationem peccatorũ fecit? Cuius emunda- G
uit conscientiã ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti? Nisi forte falsa hæc Apostolos qui sunt in Ecclesia catholica clarissima lumina, ꝓdicasse dicatis, experimentũ videlicet q̃rentes eius, qui in eis locutus est Chrs. Quid.n. orbati lumine ve- 2.Co.13
ritatis nõ dicere ꝑsumatis, qui nec legi dei, nec Prophetis, vel Euangelio Christi, eius q́ue Apostolis spiritu dei canentibus credere vultis, pctõ primi hominis humanũ genus mortale factũ, cæterisq́; libero arbitrio deprauato obnoxium subiacere peccatis, dei quoq; filium ad hoc saluandũ, reparandum, ac uiuificandũ venisse in similitudine carnis peccati, sustinuisse mori, resurrexisse á mortuis. Igitur cũ de libero arbitrio agimus, nõ de parte hominis agimus, sed de toto, quia cum peccauit hõ primus, non in parte aliqua, sed tota qua conditus est, natura deliquit. Nunquid.n. interdũ cũ tantum animam nominamus, corpus aut spiritum separamus ab anima: aut cum spiritum dicimus, animam separamus & corpus à spiritu: vel cum corpus appellamus, seiungimus spiritum animamq́; à corpore? Vitiato ergo libero arbitrio, totus hõ est vitiatus, per quod absq; adiutorio gratiæ qđ H
deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Prꝙenitur aũt medicina. i. Christi gratia, vt sanetur, & reparetur in eodem vitiata atq; præparetur voluntas, q̃ semꝑ indigens adiutorio, illuminante gratia saluatoris possit tam deum cognoscere, q̃ secundum eius viuere voluntatem: cum.n. dicit per Prophetam dñs. Et dabo in vos cor
nouum & spiritum nouum: quid aliud si- Ezec.36.
gnificat, nisi voluntates hominũ lapsas prꝙuaricatione veteris hominis, per Christũ nouum hominem reparari, & præparari ad dei voluntatem, sicut scriptum est, Præparatur voluntas à dño? Iterũ Apostolus Phili.2.
Paulus: Deus est, inquit, q̃ operatur in vobis &

bis & velle & perficere pro bona voluntate:ea vtiq; quæ est in eis vt dixi,à dño tam reparata q̃ præparata, vt esset bona in qua se iam fidelis homo cognoscens illuminatum,vt ad dei semper sit paratior voluntatem,securus clamat ad eũ dicens, Cor mũ dum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et,Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et, Notam fac mihi dñe viam in qua ambulem. Et,Dñe ad te confugi, doce me facere voluntatẽ tuã,quia tu es deus meus.

Psal.50. Psa.118. Psa.142.

I Quod si vox ista iam credentis non est, qũo inuocabunt in quem non crediderũt? Non ergo homo voluntate sua adhuc in vitio liberi arbitrij claudicante, præuenit deum vt cognoscat, & quærat eam gratiã tanquam pro meritis accepturus:sed præcedit vt iam dixi, misericordissima gratia sua deus hominis ignorantis, & nondum se q̃rentis voluntatem liberi arbitrij, vt eum se scire & quærere faciat, sicut dixit Ioannes Apostolus in epistola sua: Scimus, q̃m filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verũ deum,& simus in vero filio eius. Hic est verus deus & vita æterna. Et Dauid in psalmo,Deus meus misericordia eius præueniet me. Et,Deus tu conuertens viuificabis nos. Et dñs in Euangelio discipulis suis, Nõ vos me elegistis,sed ego vos elegi. Item Ioannes Apostolus: In hoc,inquit, apparuit charitas dei in nobis, q̃m filium suum vnigenitum misit deus in mundum,vt viuamus per eum. In hoc est charitas,non quasi nos dilexerimus deum, sed q̃m ipse prior dilexit nos, & misit filiũ suum propitiationem ꝓ peccatis nostris. Nullum autem esse hominis meritum in accipienda gratia ad salutem, Paulus Apostolus docet, scribens ad Ephesios: Deus autem,ait,qui dives est in misericordia, ꝓpter nimiam charitatem suam qua dilexit nos,& cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo,cuius gratia estis saluati. Propter nimiam ait charitatem suam qua dilexit nos,non propter nostram,qua si priores dilexerimus eum, cum essemus mortui peccatis. Item post pusillum in eadem epistola: Gratia.n.estis saluati per fidẽ,& hoc non ex vobis. Dei.n.donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Itẽ ad Timotheũ, Noli itaq; erubescere testimoniũ dñi nostri,neq; me vinctũ eius,sed collabora Euangelio scd̃m virtutem dei,q nos liberabit & vocauit vocatione sanctã, non secundum opera nostra,sed scd̃m propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Audis ante tẽpora secularia, q̃s in dei erat homo præscientia,& nõ in scenlo, quia nõdum erat seculum: & præponis dono eius opera voluntaria,cæcus veritati resistens, Quærens.n.tuam iustitiam statuere, iustitiæ dei subiectus esse non potes. Item ad Titum. Cum aũt benignitas,inquit,& humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed scd̃m suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum. Quid ad hęc hæretice adhuc respondebis? Quid munitæ gratiæ dei adhuc contra gratiam tanto magistro gentium teste, ꝙ nullus hominũ meritis detur,excogitabis opponere:Rogo, quid conamini resistere vera prædicanti, tam excellenti doctori, qui non de se in se, sed ex deo coram deo in Christo Euangeliũ prædicãs loquitur, id est in simplicitate & synceritate dei,& non in sapientia carnali? Nam quod vera annunciet, audire eum attestãtẽ,& nolite esse increduli,sed fideles: Deus ait, & pater dñi nostri Iesu Christi scit,qui est benedictus in secula,ꝙ non mẽtior. Et iterũ:Veritatem dico in Christo Iesu,non mentior, testimonium mihi perhibente consciẽtia mea in spiritu sancto. Itemq;: Veritatem dico, non mentior,doctor gentiũ in fide & ueritate. Audistis,non mentior,& tanquam mẽtientẽ redarguitis, cum ex vestro dogmate peruerso,quod ille non ita esse prædicat, meritis hominũ gratiam dari annunciatis. Immo videte,quia non tantum Paulũ,sed & Christũ in colo quentem redarguitis. Sed respondens mihi inquies: Si non vnusquisque pro sua voluntate qua nos dicimus: eum inquisisse deum,accipit gratiam,sed præuenit voluntatem eius sua gratia,qua in eũ credere possit:cur non hoc ergo in omnibua operatur? An personarũ acceptor est deus? Si gratiæ illuminatione sensus tuus hæreticus tenebris insipientiæ esset exutus,crederes tantũ testimonijs diuinis quæ ante iam dixi, & in sanctis spiritus reperiuntur innumerabilia, deum nullis meritis hominum gratiam suam dare, per quam se eis ostendat ad credendum & seruiendum sibi: & non

Rom.10 Titum.1

M

quæreres immo non discuteres,deus quare id non in omnibus operetur, qui bene & iuste semper omnia q̃cunq; vult operatur, & volũtati eius nemo resistit:pp quod omnia,q̃cunque voluit,fecit. Ideo cur hoc illi operetur, illi non operetur, metuentẽ me & trementem iudicia eius inserutabilia & incomprehensibilia,nolo interroges: quia quod lego,credo & veneror,non autem discutio,Quis est.n hõ qui respondeat deo? Nũquid dicit figmẽtũ ei qui se finxit,quare me sic fecisti? Habet.n.ptãtem figulus

Rom.9.

A luti,ex eadẽ massa aliud quidem vas facere in honorem,aliud in cõtumeliam. Sed interroga eũ qui dixit:Nemo venit ad me,ni si pater qui misit me extraxerit eũ:Et,Nõ oẽs accipiũt verbũ,nisi quibus datũ est. Et, Vobis datũ est nosse mysterium regni cœlorum:cæteris autem nõ est datum. Et,Nemo mo nouit filium, nisi pater: neq; patrẽ q̃s nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et,Sicut pr̃ suscitat mortuos et viuificat:sic & filius suscitat mortuos,& uiuificat quos vult. Et quia spiritus vbi vult spirat:Et,quia non põt homo à se facere quicquam nisi datũ fuerit illi desuper. Item interroga eum qui dixit: Vobis donatum est pro Chro nõ solũ vt in eũ credatis, sed vt ẽt pro illo patiamini. Et, Nõ volentis neq; currentis,sed miserentis est dei: & cui vult miseretur, & quem vult indurat. Et quia spiritus sanctus dona charismatum suorum diuidit singulis prout vult, non prout volunt. Et quibus voluerit,non qui voluerint, notas fecit deus diuitias gloriæ sacramenti sui. Iſtæ sunt vniuersæ viæ domini inuestigabiles, misericordia & veritas,quas si scire quæris,Paulum interroga,& rũdebit tibi dicens: Altum sapere noli,sed time:q̃a q̃s cognouit sensum dñi, q̃s instruxit eũ?aut quis cõsiliarius eius fuit? quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia,ipsi gloria in secula. Interroga etiã Dauid & dicet tibi: Quis sapiens & intelliget hæc? Aut quis loquetur potentias dñi, auditas faciet oẽs laudes eius? Ista igitur cũ facit deus incomprehensibilis & inuestigabilis atq; inenarrabilis,non personarum acceptione facit,nec iniusto iudicio,sed plane iusto altoq; secreto.quia hæc est fides catholica,quam si sequi velis, non eris de iudicijs dei incomprehẽsibilibus curiosus & contentiosus,sed eris cum catholicis humilis & mansuetus. Non vt dicas deo interrogando,q̃ est voluntas tua:sed tremendo, fiat volũtas tua,quia potestas dei est:& tibi domine misericordia. Modo.n.quia iudicia dei in operibus eius ab homine narrari nõ possunt,ideo iniustus est deus? Immo iustus est & incõprehensibilis iudicio iustitiæ suæ, & irreprehẽsibilis operatiõe volũtatis suæ. Taceat reprehẽsibilis,mẽdax & iustus hõ, vt faciat irreprehẽsibilis verax & iustus deus q̃cunq; voluerit. Si tm̃ attendas ad pctm̃ primorũ hominũ, quo massa humani generis dãnari meruit,quia scd̃m testimonium Pauli Apostoli, Ex quo vno oẽs transierũt in cõdemnationẽ,poteris eo gnoscere iudicia dei eẽ iustissima: Inde est .n.malũ meritum in hominibus,tã in paruulis q̃ in maioribus præcedẽs iudicia dei vt iusto eius iudicio puniant. Quare ãt in hoc vt dixi malo merito ꝓcedenti, non oẽs puniuntur,aut cur inde nõ omnes saluantur:ego seruiens dño in timore & exultans cum tremore misericordiam ei & iudiciũ cantabo: quia iudiciũ facit præcedente causa: saluẽ vero donat ac misericordiã ꝓueniẽdo malã cãm. Res igit eius sumus, Oculus tuus hæretice, vt q̃d nequam est?habet potestatem pater familias iustus & misericors de re sua facere quod vult:de reo mortis,iudicis est quã vult ferre sententiam. Audi tũ adhuc calcatius, vt ad propositum superioris disputationis reuertamur, quia homo vulneratus libero arbitrio per Adæ pctm̃, sine gratia dei.i.per se solum sanare se non potest, nec̃ sponte ad paradisum reuerti,sanctorum numero sociandos,nec eũ gratiam meritis vllis accipere, sed totũ sua misericordia deum peragere. Homo quidã ait dominus in euangelio, descendebat ab Hierusalem in Hierico,& incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt,semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet,eadem via,& viso illo,prætériuit. Si militer & leuita cũ esset secus locum & videret eum pertransijt. Samaritanus autem quidã inter faciens,venit secus eũ,& vidẽs eũ,misericordia motus est, Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinũ, & imponens illum in iumentũ suũ, duxit in stabulum,& curã eius egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios,& dedit stabulario & ait,Curam eius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cũ rediero reddam

Phili.1. Rom.9. 1.Co.12 Rom.10. Mat. 6. Psa. 61. Luc.10. D

Universidad de Deusto Biblioteca

dam tibi. Homo iste quidam ipse est genus humanũ, descendens ab Hierusalẽ in Hierico. i. de paradiso in hunc mundum. Hierusalem. n. Hebraice dicitur, latine autẽ visio pacis interpretatur. Recte ergo in visione pacis paradisum dicimus. Ante. n. q̃ peccaret homo in visione pacis erat, hoc est in paradiso, vbi quicquid videbat, pax erat & lætitia. Inde descendens. i. humiliatus & miser factus per p̃ctũ, in Hiericho in mundum videlicet, Hiericho. n. in qua mundus ponitur, luna interpretatur. Quia sicut luna oritur & occidit, ita & mundus cũ in eo orta occidunt, & iterum oriuntur. Incidit in latrones. i. in diabolum & angelos eius. Per inobedientiam. n. vt sæpe dictum est, primi hominis, diabolus humanũ genus dispoliauit & vulnerauit, morum. s. ornamentis, & bono possibilitatis liberi arbitrij perdito. In illo. n peccante plagam fecit, in nos vero plagas, cum per vnum illius p̃ctũ quod nascentes trahimus, superaddimus multa peccata. Quid est autem relicto eo semiuiuo abierunt? Recte dictus est semiuiuus: habebat. n. vitalem motum. i. liberum arbitrium vulneratum, quod ei solum ad æternã vitã quam perdiderat, redire nõ sufficiebat, ideo & semiuiuus dicitur. Iacebat ergo humanũ genus vulneratum in mundo. Sed cur iacebat, dicite, si per se surgere poterat vel sanari, nullius indigens adiutorio? Sed iacebat vulneratus, quia vires ei propriæ ad surgẽdum, quo ad sanandum se, medicum. i. deũ requirere non sufficiebat. Descendens sacerdos eadem via cum videret illum, præteriuit, Similiter & leuita cum videret eum, pertransijt. In his duobus. i. sacerdote & leuita, duo tpa intelliguntur, legis. s. & prophetarum. In sacerdote lex, per quam sacerdotium & sacrificia instituta sunt. In leuita vaticinium prophetarum, quorũ tpibus oẽ humanum genus sanari non potuit: quia regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. i. etiam in omnibus sanctis & in paruulis, qui præuaricati non sunt sicut Adam: & tñ pp peccatum prꝙuaricationis, quod nascentes ex eo traxerunt, tanquam chirographo paterno constricti, stipendium peccati moriendo soluerunt. Stipendium est enim peccati mors. Et quia per legem cognitio peccati, non abolitio. Lex enim iubet vt cognoscat se homo peccatorem esse, quod antea ignorabat, non p̃ctũ tollit: ideo & Apostolus, Nam concupiscentiam, inq̃t, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Lex itaq; nihil ad perfectum adduxit: quia si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si. n. data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi qui omnia peccata tollit, daretur credẽtibus. Plenitudo. n. legis & prophetarũ Christus, qui venit nõ soluere legem & prophetas, sed adimplere. Sacerdote ergo & leuita prætereuntibus, iter faciens, Samaritanus uenit secus eum. Samaritanus iste, ipse est saluator Christus, quia Samaritanus custos interpretatur, cui recte dicimus, Custodi me dñe vt pupillam oculi, sub vmbra alarũ tuarum protege me. Quid est aũt, venit secus eum? Id est, venit in similitudine carnis peccati, non vt ille q̃ latebat in carne peccati, sed secus eum, quia in similitudine. Et videns eum misericordia motus est: videns eum, quid? iacentẽ. Nunquid surgentem & currentẽ? Et ideo misericordia motus est, quia in eo quo curari dignus esset, meritũ nullum inuenit Et appropians alligauit vulnera eius. Quid est, alligauit vulnera eius? Sicut scriptum est. Qui non nouerat p̃ctũ, pro nobis peccatũ fecit: de quo peccato. s. damnauit peccatum in carne. Infundens oleum & vinum, hoc est chrisma sanctũ & sanguinem suũ. Et imposuit illum in iumentũ suum, in adiutoriũ uidelicet gratiæ incarnationis suæ, quia sicut scriptum est, Hic peccata nostra portauit, & pro nobis doluit. Et duxit in stabulum. s. donans ei fidem ad credendum in se. Duxit in Ecclesiã suã, quæ omnibus ambulantibus in via fidei, tanquã stabulum patet ad succedendũ. Et altera die, quasi tpe alio, post resurrectionẽ vtiq; & ascensionẽ suã, protulit duos denarios: duo videlicet, vetus & nouũ testamenta, in quibus vnũ numisma dei regis est. Et dedit stabulario, Paulo Apostolo, qui est vas electionis, cui sollicitudo est omniũ ecclesiarũ. Et ait, Curã eius habe, id est, quæ ad fidem meam pertinent, qũo eum oporteat ad plenam sanitatẽ peruenire, doce illum. Et quodcunq; supererogaueris, dum rediero reddã tibi. Si quid ergo super euangeliũ meũ, tanquã misericordiã meã consecutus vt esses fidelis, ad eius vtilitatẽ sapueris, dum rediero indicaturus mundum & vnicuiq; redditurus secundũ opera

Rom. 7. Exo. 20 Gala. 2. Gala. 3. Matt. 5. Psal. 16. 2. Co. 5. Esai. 53.

opera sua, reddam tibi. Quid est autem qđ super legem & euangeliũ plus Paulus erogauit? Illud quod puto ipse ait ad Corinthios. De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do tanq̃ misericordiam consecutus à domino vt sim fidelis: vel illud etiam vbi de cõiugibus ait. Nam cæteris ego dico non dominus, &c. Ista interim iam à maioribus Ecclesiæ catholicæ tractatoribus dicta vel expositasunt: sed tunc à nobis limes fidei sanè defenditur, quando termini quos posuerunt sancti patres non transferuntur à nobis, imò obseruantur & defensantur. Ecce quemadmodum curatur hominis liberum arbitriũ vulneratum. A die ergo aduentus sui dominus, quo venit sanare vulneratum iacẽtem, vsq; ad diem redditus sui, quo iudicaturus est mũdum, stabulario curam habere iubet sibi traditi sauciati: significans q̃ à die quo datur homini à deo per motum misericordiæ eius, non per meritum quod in vulnerato non inuenitur vt sanetur, vsque ad diem assumptionis eius, nisi sub cura gratiæ fuerit, ad perfectum peruenire non posse. Sicut stabularius eius Paulus docet, scribens ad Philippenses, Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Item Petrus Apostolus in Epistola sua prima, Deus autem omnis gratiæ, inquit, qui vocauit nos in æternam gloriam suam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitq̃;, ipsi gloria & imperium in secula seculorum amen. Quid etiam aliud ostẽditur & in oue illa perdita ex centum ouibus nisi liberum arbitriũ possibilitatis bono vitio primi hominis perdito à iustorum erraſſe confortio: nec per se ad cohortem, id est ad paradisum de quo exiuit, fidelium numero resociandum posse reuerti, nisi indebita gratia sua, vtique voluntate sua, bonus pastor Christus, qui pro nobis animã suam posuit, de deserto errãtem, hoc est de isto mundo in quo homo diuini præcepti desertor exulans est, & errat libero arbitrio in operibus diaboli, humeris suis superimpositum in adiutorium. s. fidei & charitatis suæ reuocauerit? Hoc. n. vt dixi, ipse dominus probat, cum in parabola volens hominem intelligi, ouem dicit erraſſe, quæ non spõte redierit, sed à pastore requisita ad ouile proprium eius sit humeris reportata. Vel cum vulneratum à latronibus, non proprio gressu, sed iumento superimpositum ad stabulum dicit esse delatum, quod magister ille gentium gratia fidei illuminante videns de se præsumentibus dicit, Igitur non volẽtis, neque currentis, sed miserentis est dei. Sed ais mihi, Si non volentis neque currentis est inuenire deum, quomodo scriptum est in Psalmis, Et ex voluntate mea confitebor illi: Et iterum in Apostolo, cum in figura vasorum de peccatoribus dicit, Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & vtile domino ad omne opus bonum semper paratum? Accipe fidei rationem. Alia causa est adhuc non credentis in deo, alia iam credentis. De non credente, id est adhuc deum ignorante, vt cognoscat & credat in quo opera bona nulla sunt, dictum est, Non volentis neque currẽtis, sed miserentis est dei: quia in vanitate sensus atque in tenebris obscuratum habẽs intellectum, liberi arbitrij lumen verũ qđ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, videre non potest, nisi deus propter suam misericordiam, qui dixit de tenebris lumen splẽdescere, illuxerit in corde eius, ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie Christi Iesu, vt ablato velamine, id est nebula peccati de corde eius, cõuerti possit ad dominum, qui spiritus est. Cum autem acceperit spiritũ domini, erit in eo libertas ad capessenda domini præcepta, quia vbi spiritus domini, ibi libertas. Habet autem thesaurum istum in vase fictili, in corpore videlicet suo terreno, vt sublimitas sit virtus dei, & non ex ipso, & ideo non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Fit hoc etiã multifarie multisq; modis, & in his qui iam deo seruiunt, cum gratiæ eius miseratione subito ad ea perueniunt bona quæ non voluerunt, neque cucurrerunt. Iam vero credentis, id est illuminati atque reparati in libero arbitrio p gratuitam gratiam saluatoris vox est, & ex voluntate mea confitebor illi. Sed vt possit ei dem confiteri, non in se sed gloriatur in domino, cum dicit, Dominus adiutor meus & ꝓtector meus, in ipso sperauit cor meũ & adiutus sum, & refloruit caro mea: propterea sequitur, Et ex voluntate mea confitebor illi. Sua est vtique omnis voluntas bona, cum in eo per Christum vt esset bona, de lapsu est reparata. Quapropter quicquid vult bonum, quicquid potest, à domino est: quia sine me, ait dominus in Euãgelio

1. Co. 7. Ibidem. Philip. 1. 1. Pet. 5. Luc. 15. Rom. 9. Psal. 27. 1. Ti. 2. Rom. 9. Ioan. 1. 2. Co. 4. Ioan. 4. 2. Co. 3. 2. Co. 4. Ioã. 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

lio discipulis suis, nihil potestis facere. Ité in codē Euangelio,id est,scdm Ioannē,Nō
Ioā.19. pōt homo a se facere quicquam,nisi datum fuerit illi desuper. Item Apostolus Paulus
2.Co.3. ad Corinthios, Fiduciā aūt talem, inquit, habemus per Christum ad deū, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti,non litera sed spiritu: Litera.n. occidit,spiritus aūt viuificat: ita ergo & il-
2.Ti.2. lud est quod dicit Apostolus, Si quis ergo mundauerit se ab istis, erit vas sanctificatū in honorem & vtile dño ad oē opus bonū paratum. Cum.n.deliquerit iā redemptus per gratiam baptismi propria voluntate, &
A in peccatis suis pmanens ex hoc migrauerit mundo,efficitur vas ligneum,quod facile deuorabitur ab igne gehennæ: aut certe fictile: quod comminui possit virga recta, virga regni Chri.i.iudicio æquitatis eius,
Rom.2. quem,sicut dicit Apostolus, benignitas dei saluandum ad pœnitentiā adduxerit, secun
2.Ti.2. dum quod ité ad Timotheum dicit,Ne forte det illis deus pœnitentiā ad cognoscēdā veritatem,& resipiscant à diaboli laqueis,a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, & cibauerit eum pane lachrymarum, po-
Psal.79. tumq; dederit ei in lachrymis & mensura, emundat se ab huiusmodi uasis,quia cū dei misesicordia se ꝓueniente, agit & ipse satisper liberū arbitriū,vt emundetur.sola aūt voluntate sua si præsumat, mundari nō potest, imo nec ex corde pœnitere cōpellitur,
Mat.26. quia Petrum nisi dūs respexisset,nunquam pœnitentia motus amare fleuisset.Pœnitētia ergo res est optima & perfecta, quæ defectos reuocat ad perfectū. Sed omne datū optimū,Iacobus inquit Apostolus, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum,apud quē non est cōmutatio,nec momenti obumbratio. Opor-
B tet ergo ea orare pœnitentem, quæ ad eius mundationem expediunt, Quod vt faciat
Rom.8. vnde sit audi. Similiter aūt ait Paulus Apostolus, Et spiritus adiuuat infirmitatem nostrā,Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat ꝓ nobis.i.spiritus postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus.Est igitur liberū arbitrium, quod quisquis esse negauerit,catholicus non est: Et quisquis sic esse dixerit, qđ sine deo bonum opus.i.quod ad eius sanctū propositū pertinet, nec incipere,nec perficere possit, catholicus est. Quibus.n.dicitur in Psal-
mis,nisi liberū arbitriū habentibus, Venite Psal.33.
filij,audite me,timorē dñi docebo vos? Ité à dño in Euangelio discipulis, Omnis qui Matt.7.
audit verba mea hæc,& faciet ea. Et item, Ioan.15
Vos amici mei estis, si feceritis q̄ ego man- 2.Co.8.
do vobis, Et ab Apostolo Corinthijs, Hoc enim vobis vtile est, qui non solū facere,sed & uelle cœpistis ab anno priore: nūc vero & facto perficite, vt quēadmodū prōptus est animus voluntatis, ita sit & perficiēdi. Et multa alia quæ tam in ueteri q̄ in nouo testamento continentur,quæ nimis pp fastidium lectionis,longū est enarrare. Qūo C
autem vnicuiq; secundum sua opera redderetur in die iudicij, nisi liberum esset arbitriū? Et ideo non est personarum acceptio Rom.2
apud deum. Quicunq; n.sine lege peccauerūt,sine lege peribūt:& q̄cunq; in lege peccauerūt p legē iudicabunt, In omni itaq; opere sancto prior est voluntas dei, posterior liberi arbitrij.i.operatur deus coopera tur homo. Quod si dicas,vt dicere consueſtis,quia ego prior volui,deus voluit. Iam meritum facis,vt grasia ex operibus iā non Ro.11.
sit gratia,sed merces. Hoc loco redarguit te Apostolus,dicens,Si aūt gratia,iam non ex operibus, alioquin gratia iā non est gratia. Gratia igitur donatur, non redditur: quia si redderetur quasi ex debito, non ab Apostolo ex gratia, sed ex operibus diceretur. Omnis ergo Christianus cui iā donatū est posse per gratiam vt dei faciat voluntatem, abundare debet in operibus bonis,q̄a labor eius non erit inanis in dño: sic tū vt non in se,semp in dño glorietur, cuius vt dixi gratia eruditur abnegare impietatem & secularia desideria,vt sobrie, iuste & pie viuere possit in hoc seculo: sicut dicit Apostolus Ad Tit.2
scribens ad Titum, Apparuit.n.gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, eruD
diens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria,sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spē & aduētum gloriæ dei magni, & saluatoris nostri dñi Iesu Christi. Nemo sit segnis & remissus ad seruiendū deo,nec sic de gratia confidat, tanquā deus liberi arbitrij eius, quod per mortem filij sui reparauit & sibi præparauit,opera non requirat, immo declinet a malo & faciat bonū. Vigilet,q̄rat, petat,pulset,cōtendat vincere seculum, deo Psal.36.
placere sic, vt dum per mundi pelagus currit, quemadmodum sæpe dictum est, ancoram

corā gr̄æ cēruicibus reuinctā fiducia liberi arbitrij non soluat: quia siue in prospero cursu ne extollatur,siue in tēpestate tentationū ne mergatur eius gubernaculo,quoaduſq; ad portum paradisi ꝓueniat,poterit permanere securus:& cū impleuerit cursū
2.Ti.4. fidēter dicat cū Apostolo Paulo, Bonū certamen certaui,cursum cōsummaui, fidē seruaui. Hæc.n.ille cū diceret,nō in se, sed in
1.Co.1. dño gloriabatur. Ipse.n.dixit, Vt qui gloria
1.Co.15 tur,in dño glorietur. Qūo.n. potuit bonū certamen certare,cursum cōsummare,ante iam dixerat,Non ego autem,sed gratia dei mecum. Amputauit aūt omnē humanā glo
E riā, & dedit soli deo, cùm iterū dicit, Vt nō
2.Cor.1 simus fidentes in nobis,sed in deo qui suſci
1.Co.15 tat mortuos. Et iterū, Gratia autem dei sū id quod sum. Recte nanq; arbitror cōparari liberum arbitrium iumento: vnde & dictū est, Velut iumentū factus sum apud te:
Psal.72. gratiam vero sessori: quia sicut iumentum animal viuacissimum vt dometur ad opus homini necessarium, de armēto vagum apprehenditur, & incipit per curam domātis se ad eius proficere voluntatem:ita & liberū arbitrium qđ vulneratū viuit in homine,gratia dei apprehenditur de armento luxuriæ seculi,in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongrūas voluntates. Pasto-
Zach.11 rem diabolum dixi secundum Zachariam Prophetam, de eo dicentem, O pastor & idolum. Apprehenditur ergo gratia, vt dixi, ad domandum liberum arbitrium, vt & malæ conuersationis depositā feritate humilietur, & vt ad obediendum in opus domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam incipiat in dei proficere voluntatem. Sicut enim iumentum illud dum in via dirigitur, sessoris manu regitur,ut iter rectum siue leniter seu cursim,secūdum sedentis in se voluntatem possit incedere quoaduſq; ad locum perue
F niat destinatum: ita & liberum arbitrium dum in via ideſt in Christo, quia ipse ait,
Ioan.14 Ego sum via, veritas & vita, cœperit esse, gratiæ regimine regitur, vt in semitis domini recto corde,siue patientia charitatis,siue
1.Co.12 feruente spiritu, ideſt secundum diuisiones gratiarum spiritus, qui per gratiam diuidit singulis prout vult,possit ambulare quoaduſq; ad promissum regnum cælorum perue
Psa.143. niat,ideo & in Psalmis ait,Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et vt illud cum aliquoties sub sessore passum largiorib. cibarijsincūbēs freno,cursu extollit, sessoris flagello cæditur, vt secundum eius ambulet voluntatem: similiter & liberum arbitrium dum homo gratiæ dei immemor in prosperis efficitur, & tāquam de sui possibilitate gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cum in varijs tribulationibus & afflictionibus paululum subiugatur,vt humiliatus homo in sua humilitate ad gratiæ recurrat auxilium. Sicut ergo homo sedēs in iumento,cum peregerit iter quod incessit,dicit,Feci hodie nupta triginta miliaria, cum illo sedente, iumentum cucurrerit triginta miliaria, sed non ea cucurrisset nisi a sessore tam directum in uia quā gubernatū fuisset, Recte ergo sessor quem gratia figu- G
rat dicit, fecit triginta miliaria. Ipse.n.fecit qui iumentum facere fecit,& tamen vtrisq; labor itineris imputatur:ita & gratia & liberum arbitrium peragit sine dubio iter fidei liberum,dum dei Christianus facit præcepta,sed non vt supra dixi,sine gratia dirigente vel gubernante:propter quod dicitur Psal.36
in Psalmis, Dirige in conspectu tuo viam meam:& a domino greſſus hominis dirigūtur. Itaq; nec gratia sine libero arbitrio facit hominem habere beatam vitam: nec liberum arbitrium sine gratia:Et tamen paruulos sine vsu liberi arbitrij facit gr̄a habere beatā,& perpetuam æternamq; vitā. Eos autem qui iam rationis capaces sunt præuenit atq; docet, vt bonū velint & possint. Scriptum est.n.in Actibus Apostolorū, Et ape Acto.16
ruit deus cor Lydiæ purpurariæ, vt audiret ea quæ dicebantur a Paulo. Item in Euangelio post resurrectionē de duobus eun
tibus in via, Tunc illis, inquit, aperuit sen- Luc.24.
sum vt intelligerent scripturas: & in Psal- Psal.93.
mis, Beatus homo quem tu erudieris domine,& de lege tua docueris eū. Et in Propheta Ezechiele dominus,Et faciam, ait,ut faciatis voluntatem meam,& in præceptis meis ambuletis. Dono igitur gratiæ dei patris & Christi eius,sanctiq; spiritus, iustos H
qui fuerunt ante legem,vel sub lege tam electos quam gubernatos fuisse,ex multis testimonijs accipe pauca in libro Geneſis, Noe autem, ait, inuenit gratiam ante domi Gen.6.
nū deum: Statimq; sequitur, Noe homo iustus & consummatus erat in genere suo & placuit deo. Nota igitur post inuentam gratiam, deo donante iustum & consummatum dictum esse & placuisse deo, non ante gratiam. Saluandum ergo per ele-

ctionem gratiæ assumpsit cum a consortio iniquorũ,quibus iuste iratus inducturus erat diluuium deus,nõ actu meritorũ, cũ in Adæ pręuaricatione natus sit reus: aqua.n. diluuij baptismus illi fuit,& arca Ecclesia. Nõ solum aũt illi fuit,sed & vxori eius & filijs & mulieribus secũ in reparationẽ hominum conseruatis: licet hanc illi salutis fuisse fidem per gratiam habenti præputiũ, quæ nunc est per Chm̃m in præputio gentium,quia & ille & nos gratia salui facti sumus,vt dicit Apostolus,nõ ex operibus,ne quis glorietur: Item illic dominus ad Abraham,Noli timere,Abraham, Ego protegã te,& merces tua magna erit nimis. Protegã te,gratia vtiq; mea: quia priusquam me inuocares,vocaui te vt exires de terra & cognatione tua,& inuocares me. Ideo & ipse Abraham ad dm̃m cũ ei apparuisset ad ilicem mambræ,Dñe,ait, si inueni gratiã ante te,ne trãseas puerum tuum:&c. Per gratiam ergo quę non est ex operibus, dictum est ei,Merces tua magna erit nimis:quia nemo prior dedit deo & retribuetur ei: quod confirmat Apostolus dicens, Quid ergo dicemus inuenisse Abrahã patrem nostrum secundum carnẽ? Si.n. Abraham ex operibus iustificatus est,habet gloriam,sed non apud deum. Item in Geneti de Ioseph cum venditus esset Phutiphar spadoni, Vidit autẽ dominus eius,inquit, qđ esset dominus cũ eo,& quia quæcunq; faciebat,dominus ꝓsperabat in manibus eius,& inuenit Ioseph gratiam ante dominũ suum. Non ex se habuit,sed inuenit:domino utiq; donante,qui erat cũ eo & prosperabat opera eius,& sõniorum interpretationẽ ei donauerat. Item cũ missus esset in carcerẽ,ait scriptura, Et erat dominus cum Ioseph,& perfudit eum misericordia, & dedit ei gratiã ante principem carceris. De qua gratia non se gloriabatur,sed in domino,cuius donum esse sciebat, cum dicit Pharaoni de interpretando somnio eius,Sine deo non respondebitur salutare Pharaoni: item in Exodo, Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptijs, & accommodauerunt illis & prædati sunt Aegyptios. Quomodo enim eis dedissent quos odio habebant, vasa sua aurea & argentea vel vestem,nisi donũ gratiæ fuisset? Item in eodem libro Moyses ad dominũ, Ecce tu mihi dicis,inquit, Deduc populum meum hunc,tu autẽ non demonstrasti mihi quem simul dimittas mecum, & dixisti mihi,Scio te præ omnibus,& gratiam habes apud me,Nunc ergo si inueni gratiam in conspectu tuo:ostende mihi temetipsum manifeste vt videam te,& sim inueniens gratiam apud te, vt sciam quia populus tuus & gens hæc habeat gratiã apud deum:sed ex deo,nõ ex se:deniq; cum dicit, Si inueni gratiam in conspectu tuo,inuenis se se nõ habuisse gloriatur. Et cũ dicit ostẽde mihi temetipsum manifeste, vt videam te,vt sim inueniens gratiam ante te: quid aliud indicat, nisi vt dum te video manifeste,cognoscam non mei fuisse meriti,sed dono gratiæ tuæ? ideo & ait,ut sim inueniens gratiam ante te. Item post pusillum ait ad dominum,Nisi & ipse exeas nobiscum, ne me educas hinc:& quomodo scietur vere, quia inueni gratiam apud te ego & populus tuus, nisi tu pariter nobiscum fueris, & gloriabimur ego & populus tuus præ omnibus gẽtibus quæ sunt super terram? Qm̃ non in nobis,sed in te,a quo accepimus gratiam gloriandi. Item dominus ad Moysen, Et hoc verbũ tibi quod dixisti faciam, Inuenisti.n.gratiam in conspectu meo,& scio te præ omnibus:Sed ideo faciam,qa miserã te me inuenisti gratiam meam,non ex Adã peccante natus habuisti tuam. Nam & cum dicit dominus ad Iesum filiũ Naue, Sicut eram cum Moyse,sic ero & tecum, & non derelinquã te,neq; despiciam te.quid aliud dicit,nisi vt ait Moysi,Inuenisti gratiam in conspectu meo,& scio te præ omnibus? Nõ enim Moysi locum accepisset,nisi vt illẽ an te deum gratiam inuenisset: Item in libro Iudicum,Dixit angelus domini ad Gedeõ, Quoniam dominus erit tecum & percuties Madian tanquam virum vnum. Et dixit ad eum Gedeon, Si inueni gratiam ante oculos tuos,vt facias secundum ea quæ loqueris mihi,&c. Id est, quoniam me idoneum non agnosco implere quæ promittis, & vidisse te,non fuit meritorum meorum, nisi esset donum dei:ideo & ait,Si inueni gratiã ante oculos tuos,Dono enim dei eum vidisse angelum vox diuina confirmat, cũ pauẽtem & trementem consolatur dicens, Pax tibi sit,ne timeas,non morieris:ideo est, vt videres angelum,gratiæ meæ fuit, quapropter in pace viues, & facies quæ tibi annunciaui: item in Regnorum libro, Et dixit rex Dauid ad Sadoch sacerdotem, Circumage arcam domini in ciuitatem, Si inuenero gratiam ante dominum reduces me & videbo eam,

Ephe.2.
Gen.15.
Gen.12
Gen.18
Gen.15
Rom.11.
Rom.4.
Gen.39
Ibidem.
Gen.41.
Exo.12.
Exo.33
Iosue.1.
Exo.33
Iudicũ. 6.
1.Par.15

bo eam, & decorem eius:id est,Non enim confido in virtute mea liberare me, sed in gratia dei,quam donare in eius est potestate:ideo & ait,Si inuenero gratiã ante dominum,quod confirmat in Psalmis ipse dicẽs, Gratiam & gloriã dabit dominus. Quid.n. euidentius de gratiæ operibus dici potuit, vel probari, quam quod dictum est Hieremiæ Prophetæ? Aut si nomen eius in eodẽ loco tacuit, nunquid non gratia sua gratuita hoc operatus est deus in illo,cum ei dicit, Priusquam te formarem in vtero,noui te, & priusquam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te? Planè manifestat gratiæ donum,& non ex operibus. Quæ enim erant eius opera necdum formati in vtero, necdum nati ex vtero? Igitur non ex operibus,sed ex vocante dictum est ei, Priusquam te formarem in vtero noui te, & priusquam exires de vulna sanctificaui te, & Prophetam in gentibus posui te. Ecce vere non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: Item in Hieremia, Et det, ait dominus,virtutem nobis,& illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius,& seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum,quia in peccatis.s.nostris, pro quibus traditi sumus in manus eorum, requiem inuenire non meremur,donec inueniamus gratiam,per quam veniam possumus accipere. Ideo item subsequens dicit, Exaudi domine orationem nostram & deprecationem nostram,& eripe nos propter te, & da nobis gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt. Eripe nos,ait,propter te,& da nobis gratiam:id est, quia potestas & misericordia tibi est, & iuste humiliasti nos, ob hoc gratiam vt dones petimus propter te,non propter nos, quos in captiuitatem malis præcedentibus meritis tradidisti. Item in Salomone,Labia,inquit,iustorum distillant gratiam:hoc est dono gratiæ grata & iusta loquuntur. Non.n distillarent gratiam,nisi fonte gratiæ rigarentur. Item illic,Qui diligit disciplinã, diligit sensum: qui autem odit increpationes, insipiens est, Melior qui inuenit gratiam ante dominũ: quia videlicet diligere disciplinam & obedire increpanti se propter dominum,per se solum non potest, nisi dono gratiæ fuerit eruditus:ideo item ipse dicit, Cor viri cogitat rectum, vt à deo corrigantur gressus eius: Cogitat.n.iam recta, qui inuenit gratiam ante dominum: & corrigit gressus eius dominus, cum in eo & nõ in se confidens dicit,Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea:item in libro sapientiæ,Quoniã gratia dei,ait,est in sanctis illius. Ecce generaliter dictum,neminẽ sanctorum sine gratia dei fuisse vel esse,sed vt in eis sit ad confirmandos eos,acceperũt gratis per fidem quæ a deo est, non habuerunt ante fidem:quia vt ait Dauid,Pro nihilo saluos facies eos:item in libro Tobiæ, Ego autem, ait, custodiui animã meam,ne manducarem de escis eorum. Et quoniam memor fui dei in toto corde meo,dedit mihi summus deus gratiam ante Salmanasar regem & emebam illi omnia,iens in regionẽ Mediam,vsque dũ mortuus est. Quod vero præposuit dicens, Quoniam memor eram dei in toto corde meo:ne proprium esse videretur & non donum, quod memor esset dei,continuo subiungens ait,Dedit mihi summus deus gratiam vt confirmaret eius dono, non merito suo,dei memorem fuisse,& locum dilectionis ante regem Salmanasar inuenisse. Pręparatur.n.voluntas à domino,à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est,vt omne os obstruatur,& subditus fiat omnis mũdus deo, quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo: quia iustitia dei prævenit misericordiæ per fidem Iesu Christi apparuit super omnes qui crediderunt. Ideo & subiungens,inquit,idem Apostolus, Iustificati gratis per gratiam ipsius,per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius &c. Ecce audisti,iustificati gratis per gratiam dei. Noli ei præponere opera propria,ne ex eisdem gloriari, qa vt iã superius dictũ est, ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. Ergo,inquies, damnas opera liberi arbitrij bona, qa dicis iustitiam ex operibus nõ deberi. Si ita est, cur nobis præcipit Apostolus abũdare in operibus bonis,qa labor noster nõ erit inanis in domino? Audi hæretice stulte & inimice fidei veritatis,Opera liberi arbitrij bona,quæ vt fient præparantur per gratiæ ꝓuentum,nullo liberi arbitrij merito,& ipso faciente,gubernãte & perficiente vt abũdent in libero arbitrio,non damnamus, qa ex his vel huiusmodi homines dei iustificati sunt,iustificantur iustificabũtur in Chri

Psal.83.
Hier. 1.
Rom.9.
Hier. 1.
Rom.9.
Baru.1.
Ecclesiastici.21.
Prou.12
Prou.16.
Esa. 16.
Sapiẽ.4.
Psal.55.
Tobię.1
1.Co. 9.

sto, Dãnamus vero authoritate diuina, opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquã meritis, in Chño iustificari extollunt. Quis.n. prior dedit ei, & retribuetur illi? Paulus hoc dicit non à se, sed in se Chño loquente. Pelagius nõ credit, Dic hæretice, cui est dicendũ anathema? Imo dicat Paulus ore suo profitente Chño sententiã, Sed licet nos, aut angelus, ait, de cœlo euangelizet uobis, præterquã qđ euangelizauimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus & nunc iterũ dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id qđ accepistis, anathema sit. Ille in ipũ dei dicit extollẽtibus se de se, Quis prior dedit illi & retribuetur? Tu in sapiẽtia carnis, quæ inimica est deo, rũdes, Ego prior dedi deo, et retribuet mihi. Quid deinde restat vt audias, nisi anathema? Sed E clamas iterũ & dicis, Si nullum est meritũ operantis, quo scriptũ est, Et tu reddes vni cuiq; sđm opera sua? Ausculta & intellige, si tũ aures habes audiendi, & cor nõ sit induratũ intelligendi. Propter liberũ arbitriũ quo bona & mala operantur homines, dictũ est, Vnicuiq; reddes sđm opera sua: habet.n. homo malum meritum, cum vitio suo iam baptizatus declinat à bono, & facit malũ, id est, cum derelinquit deũ, & diligit seculũ, sicut fecisse Demam & Hermogenẽ testatur Apostolus. Vel cum ẽt quis in toto spem habens in vanis simulacris, deũ verũ agnoscere nõ vult, quẽ cognoscendi in hoc seculo hẽt potestatẽ, si velit summus deus, tã per indebitã gr̃am qua iustificat impiũ, saluare q̃ etiam cũ se auertit, iudicio iusto traditũ in reprobum sensum, futuro gehennæ supplicio reseruare. vt reddat ei secũdũ opera sua. Habet nihilominus & bonũ meritum, cũ in omnibus gratiæ dei bona in se operanti non resistit, sed cooperator existit, & oẽm spem suam habet in illud, cũ aurem suam & cor deo loquenti intus, hoc est in interiore homine præbet, & nõ foris in malis seculo perstrepenti, quod meritum non habet pp præsentem vitam, tanquam in F præsenti seculo recepturus, sed propter futuram veram vitam, quæ erit in secula seculorum: quia si in hac vita tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, Spes.n. quæ videtur, nõ est spes: nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Quapropter de meritis Chrianis extolli in hoc seculo non debet quis, quia nemo in hac vita positus, gloriabitur se habere purum cor, nec quisquam dicit se esse sine peccato. In præsenti nanq; labor inductus est, vt fiant merita p auxilium gratiæ, non præmissorũ redditio meritorũ: ideo & Apostolus, Non quod iã, inquit, acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem si comprehendam, in quo & cõprehensus sum à Christo Iesu: & cætera. Quicquid ergo homo in præsenti fuerit cõsecutus, donum est, non meritum. Cum ãt corruptibile hoc induerit incorruptelam, & mortale hoc induerit immortalitatem, vbi iam nulla erit malorum cupiditas, sed perfecta iustitia, vt sit deus omnia in omnibus, tunc meritum reddetur iustis secũdum opera sua, quorum per totam seculi vitam meritum omne fuit gratia, vt gaudentes iã merito dicant animæ suæ, Benedic anima mea dñm, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea dominũ, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propicius sit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redemit de interitu vitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia. Audis Pelagiane, in miseratione & misericordia, & cæcus extolleris pro meritis solarũ virium tuarum te coronandum. Intellige miseratione & misericordia dei, non in factione meritorum animam coronari. Omnes igitur sancti dei quos superius memoraui, vel non memoraui, qui ante aduentũ fuere incarnationis dñi nostri Iesu Christi, fide non alia nisi quæ nunc est salui facti sunt. Quod cum diceret Apostolus in Epistola ad Hebræos, Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent: Fide plurimam hostiã Abel q̃ Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & p illã defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur quia transtulit illum deus: ante translationem.n. testimonium habebat placuisse deo, sine fide autem, ait, impossibile est placere deo: sic & de cæteris quos electionis ordo commemorat, sed non solum fide, immo & gratia quæ nunc per Christũ donata est: quia nec fides sine gratia, nec gratia sine fide, dicente Apostolo ad Timotheum, Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ

Rom.11 Rom.11 Rom.8. Mat.16. Rom.2. 2.Co.15 Rom.8. Pro.20. Philipp3 1.Co.11 Ibidem. G pſal.102. H 1.Tim.1.

ne quæ est in Christo Iesu. Nam eandem, vt dixi, esse fidem quæ salutem cõtulit in cognoscendo deum, & illis & uobis, apertissime demonstrat Apostolus, scribens ad Galatas, Prius aũt, ait, q̃ veniret fides, sub lege custodiebamur, concluſi in eã fidẽ quæ reuelanda erat. In eam vtiq; quæ semper temporibus tacitis erat in dei seruis per dei verbum, & reuelanda erat in gentibus p incarnatũ idem uerbum, quia ut ait iterum Apostolus ad Hebræos, Iesus Christus heri & hodie, & ipse in secula. Tempora itaq; mutata sunt, non fides. Iustificatio ergo per fidẽ Iesu Christi data est, daꝛ, dabitur & credentibus: quæ fides donum est sicut & gratia, non merces, quia vt superius commemoraui dixisse Apostolum, Superabundauit gratia domini nostri Iesu Christi cum fide. In quo.n. nostrum fides priusquam ueniret erat, quæ sicut dixit Apostolus, reuelanda erat? Nemo penitus glorietur se fidẽ ex proprio sensu genuisse in se, per quã possit credere deo: sed agnoscat tam ante legem quã sub lege & post legem, fidem quæ est in Christo Iesu, per illuminationem gratiæ q̃ a deo patre est, vnicuiq; reuelatam ad salutẽ, vt apertissime in Euãgelio dominus noster & saluator ostendit, vbi dicit discipulis suis, Quẽ dicunt homines esse filium hominis? & cætera. Vos aũt, inquit, quem me esse dicitis? Respõdẽs Petrus ait, Tu es Christus filius dei viui. Et dominus, Beatus es Simon Bar Iona, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Ecce clarum fidei donum. An non est donum cũ dicitur, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis? Itẽ Apostolus Paulus ad Galatas, Cum aũt placuit, ait, ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suã, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem eum in gentibus. Cognouerat quippe in Euangelio quid Petro responderit dominus se confitenti: ideo & dixit, Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, K vt reuelaret filium suum in me tanquam diceret, Non caro & sanguis mihi filiũ dei reuelauit, sed pater qui in cœlis est: ideo nõ dixit, cum voluissem ego: sed, cum placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit, non per meritum meum, sed per gratiam suam. vnde & idem dicit in alie Epistola sua, Misericordiam consecutus sum, vt essem fidelis. Item ad Ephesios ubi dicit, Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus, & inter cętera sequentia, Per Euangeliũ ait, cuius factus sum minister sđm donum gratiæ dei, quæ data est mihi. Audi & crede Pelagiane sđm donum gratiæ vnumquenq; fidelem esse non sđm meritum propriæ voluntatis. Sed ais mihi, quia oculis hæretico dolore turbatis, intendere lumẽ veritatis nõ potes, & nullũ est prorsus meritũ propriæ voluntatis? Si discernas inter volũtatẽ gr̃a est, Audi ergo breuiter, ppriæ volũtatis tũc est meritum bonũ, qñ gratiæ donum præcedit vniuscuiusq; voluntatẽ, & operatur vt meritum faciat homo per propriam voluntatẽ. Vt euidẽtius ergo cognoscas donum esse gratiam & fidẽ, quæ perditum hominem reuocant ad salutem, Audi Apostolum Ephesijs prædicantẽ, Gratia salui facti estis per L fidẽ, & hoc non ex vobis, dei donum est, nõ ex operibus, ne quis glorietur. Omnes igit qui fuere, vel sumus, & futuri sunt, per vnitatem fidei & gratiam quæ est in Christo Iesu in deum credimus & crediturí sunt. Sine Christo.n. nemo hominum poterit in deum credere vel adipisci salutem, sicut dicit in Actibus Apostolorum Petrus Apostolus de Christo, increpans infidelium insaniam Iudæorum, Hic est lapis qui reprobatus est a nobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus, Nec.n. nomen aliud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quãobrem & Apostolus Paulus scribens Corinthijs, id est ostendens eandem fidem, hisdem sacramentis quibus & nos & patres nostros fuisse redemptos dicit. Nolo enim vos ignorare fratres, ait, qm̃ patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse, hoc est per Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Biberunt autem de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. Item ad Corinthios secunda, M Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur, Omnem vero amputauit imperitorum suspitionem ancipitem, & nostram defensionem nullo hærcticorum arrete quassandam muro vallauit cum

Gala.3. Heb.13 1.Ti.1. I Mat.16 Gala.1. 1.Co.7 Ephe.. Ephe.2. Acto.4. 1.Co.10. 1 Co.4. Pſal.115.

scribit Ephesis, Vnum corpus, & vnus
Ephe. 5. spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, Vnus dñs, vna fides, vnū baptisma, vnus deus & pater omnium, qui super oēs & per omnia & in omnibus nobis. Item illic post pusillū, Donec occurramus ait, oēs in vnitatē fidei & agnitionis filij dei in virum perfectum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Nota dictum hæreticē, oēs, & in vnitatem fidei, sed fidei quæ est in Christo Iesu, quæ cū gratia, vt superius probauimus, gratis, non meritis à deo patre ad salutem omnibus credentibus est tributa. Hæc de magisterio grāe quæ est in Christo Iesu domino nostro, de gratia & libero arbitrio dicta sufficiant, immo gratia deo qui quantum voluit donando, quod voluit fari permisit, & vbi voluit tacendum, linguæ terminum posuit.

A LIBER QVARTVS AD Articulum Quartum.

ITem aiunt libidinē naturale in homine esse bonū, nec in ea esse qd pudeat. Et rñdemus, Libido non est naturale bonū in hominibus, sed per peccatū primorum hominum accidens malum, atq; pudendum, cuius non deus author est, sed diabolus. Quod uos errātes, & alios in errorē mittentes ideo naturale bonū esse dicitis, quia deū pestis huius authorem creditis, nō diabolum. Omne.n. quod natura bonum est, deus summe bonus ex nihilo fecit, non diabolus: nos autē libidinem non naturale bonū, sed naturale esse malū dicimus credimusque. Naturale aūt malum sic dicimus, non quia sit naturæ deo opifice congenitū, sed quod à peccante natura transierit in peccatrieē naturam. i. quod sit naturæ peccantis vitiū, non ipsa natura, Omne.n. malum non est natura, sed actus accidens defectu
B boni. Quāobrem quod natura nō est, deus nō fecit, quia natura est oē quod fecit. Hoc ergo malo in Adam, qui male bonum illicitum concupiuit, vt dixi, humana natura est vitiata, quod omnis trahit ex semine natus, Sed forsitan quæris à me dicens, Quemadmodum potoit malū serpentis, hoc est diaboli, in bonum hominis transire naturæ? Ausculta, Serpentis nonnunquam venenato flatu hominē & mori nouimus statim, & vt mori possit grauiter perurgeri: quapropter interrogo, respondeo, qūo potest alienę naturæ virus flatile humanæ sic prævalere naturæ, vt oēs artus eius flatu mortiferos faciat, & vitalem flatum ex ea cogat exire? Sed noui, quia nihil dicturus eris. Per peccatum.n. protoplasti non credis miseram esse factam humanam naturā & mortalē, vnde potest qualibet accidente infirmitate facile deprimi vel occidi. Audi ergo, Sicut nunc in peccatore serpentis flatu pestifero venenum infligitur, & per illud mori compellit, & idem morsus ab incantatore inspectus afflatus esse dicitur, quia serpens illum, inq;, afflauit, & statim pro salute eius parat antidotum quo posit venenū superare: ita tūc in peccante Adam, cum serpēti, hoc est diabolo magis suadenti q̄ deo præmonenti ne faceret, sese incautus præbuisset, auertente se ab illo irato deo, fraudifero flatu veneno
C sa & mortifera libido inflicta est, tanto eum deinceps opprimens dñatu, vt etiam peccare nolentē, sicut venenū trahit ad mortem peccare. i. malū velle, incitaret inuitū. Hinc peccator, hinc vitiatus, vitiosusque factus & dictus est, hinc priuationem meruit vitæ. Contra hoc venenatum malum ne prę-
D ualeat, misericordia inspiciente dei remedium. i. antidotum, per Iesum Christū donata est, gratia, ne omnis homo penitus interiret. Quod si non credere vis, quæso vt dicas, qūo potest molli sibilo serpens venenum vt perimat, homini propinare, quod contingere hominum nullus ignorat? Sed quantumlibet tergiuerseris, intercedente peccato sub diaboli serpentis malo natura humana potuit captiuari, sicut serpentis terreni potest flatili veneno examinari: quia sic illud potuisse transire credimus, sicut istud posse fieri cognoscimus & videmus, qd penitus nec illic potuisset, nec hic, si natura nostra inculpabilis permāsisset. Quærendum est igitur, cur hoc malum de quo agitur, libido dicatur. Sine dubio a libēdo. i. a libitu per deriuationem libido est nuncupata: sed ais mihi, Ergo oē quod libet libido est? Respondeo, Non omne quod libet, libido est, sed omne quod male libet, libido est. In bono enim libitu libido dici non potest, sed uoluntas de ratione mentis naturalis exoriens: In malo vero libitu non voluntas est, sed voluptas, quā fecit transgrediens protoplasti voluntas, cum scilicet illicitum male libuit suadente serpente, cuius sibilo

bilo venenoso, vt supra iam dixi, hunc morbum quē non habuit ante culpam eius delinquens natura concepit, & p coitū semen trāsiuit in posteros. Factos.n. primos homines absq; libidinis malo scriptura sancta re
Gen. 2. statur cū dicit, Et erant ambo nudi, Adam & mulier eius, & nō confundebant. Quid est, non cōfundebātur? Id est nullis ad peccandū, sicut contigit post pctū, libidinis stimulis vrgebant. In volūtate.n. eorū creatus erat licitus genitaliū vsus ad gignendos videlicet filios, non in voluptate luxuriæ: post pctū vero hanc eisdem accidisse ipsa
Gen. 3. iterū scriptura demonstrat, dicēs, Et aperti sunt oculi eorū, & sciuerūt qa nudi erāt, & cōsuerūt folia ficus, & fecerunt sibi tegumenta. Sed nunquid clausis oculis erant
E creati, qa dictū est, & aperti sunt oculi eorum? Quod si clausi fuerūt oculi eorum, qūo verū erit qd scriptum est. Et vidit mulier, quia bonū est lignū ad escā, & qa optimum est videri oculis, & speciosum ad intuendum? Aperti ergo erant oculi eorum ad intuendum opara dñi, quæ valde bona creauit: clausi vero erant ignorantia mali, quod creator bonorū omniū non creauit. Et aperti sunt conscientia delicti pulsante, vel cū in se viderent. i. sentirent iam nudati, animæ carnisq; pace, motum quendam turpissimum atq; peripitem nouiter accidisse, vnde confusi ad fici folia cucurrerunt, & his libidinis pudore solicitata membra texerunt. Quòd si naturale bonū est secundum vos ista libido, & nihil est in ea qd pudeat, quæro qua ex causa post transgressionē naturalia membra texerunt, & non sicut ante peccatum fuerant permanserunt, quando vtique nudi erant, & non confundebantur? Nihil enim deus vnde confunderetur homo cum eum plasmaret ad suam imaginem, in eius forma creauit. Quod si non secundum fidem nostram de accidentis malo libidinis post peccatum confusi sunt, secundum dogma vestrum deus in eis fecit vnde confunderentur: nec enim aliud dicitis, cum turpissimæ libidinis deum esse authorem prædicatis. Sed respondes forsitan,
F Absit vt deus fecerit quempiam in protoplastis pudorem. Iterum ergo, iterumque percontor, Si nihil vnde pudeat deus fecit, & plena fide dicit, quia penitus non fecit, & malum libidinis ex diabolo non est, qd recta fide non dicitur, quia ex ipso est: dicite, cur texerunt genitalia membra post culpam, q̄ à die institutionis suæ inuicem videbant & non tegebant? Si dixeris pp pctū, ergo confitere & accusa malam libidinem, cuius impudentiam pudentes folijs fici texerunt. Quod si dicere nequis, aperte dcū pudoris huius authorē esse criminaris: quia cum ex malo libidinis à vobis negat confusio contigisse, deus apertissime hominū opifex accusatur. Sed vtinam sic uos istam libidinē laudare erubescеretis, sicuti tunc illi cum se peccasse eius conuincente motu deprehenderent, erubuerunt. Quid vero indicant folia fici, quibus, vt dixi, non deo author pudenda membra, sed per pctū facta texerunt, nisi quendam pruritum libidinis turpē? Imo cur illas corporis partes texerunt, & non potius manus quibus prohibita attrectauerunt, aut ora quibus male desiderata ederunt? Sed illa mēbra texerūt G
in quibus peccati cupiditas exardescens cō cupiscentiam incontinentis gutturis accusabat. Ista est vestra laudabilis atque dilecta cupido, per quam, vt ait Apostolus, Caro Gala. 5.
concupiscit aduersus spiritū, Contra quam spiritus spem habēs in deo, nisi fortiter con cupiscat, nec caro nec spūs vitā possidebūt 2. Co. 15
æternam. Sic stulti estis, vt istā discordiam carnis & spūs, diabolū excusantes, deū accusantes fecisse credatis. Sed absit hoc malū à catholicis sensibus, vt deū authorē libidinis esse audeāt cogitare vel dicere. Cōtrā hoc uenenum de grāe antidoto confidēntes, omnes sancti castigantes corpus suum, & in seruitutem redigentes, ne forte à fide Christi reprobi efficerētur, fortiter pugnauerunt & pugnant. De hac enim congressione loquebatur Apostolus Paulus, cū di- 1. Co. 9.
xit, Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberās: & tanquam econtrario rñderetur ei, quis est, vel vbi est aduersarius tuus, contra quē pugnas: rñdens ait, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. i. in corpore meo est, non in aere contra quem pugno. libido est. s. inimica vitæ meæ, quæ me currentē & placere deo per ducatum gratiæ eius volentem, diuersorum libitu malorum per momenta aculeis impugnat & prouocat, quo agonis mei cursum impediēs, autho- H
rē suū diabolum faciat esse victorem. Ideo castigo corpus meū, vbi porro hostē meū in me, pugnanti contra me virtute gratiæ confortatus repugno pro me. Sed tunc hostis potentiā destruo, cum castigans corpus

meum

meum infirmor in me. Cū.n.infirmos, tūc
2.Co.15 fortior sum & potens, Gratias aūt deo, q̄
1.Co.15 dedit nobis victoriam per dñm nr̄m Iesum
Christum. Q̄d si nō ꝓpea castigabat cor-
pus suum, quo malarū concupiscentiam ap-
petitus vel stimulos superaret libidinū, cur
hoc se facere dicebat, illo melius sapientes
& docentes exponite. Non..n.naturale es-
se bonū libidinē p̄dicatis, si castitatis virtu
tem intuentes, vt Paulus corpora vestra ca
stigaretis: imo impudenti fronte lasciuien-
tes, eius motū sic procaci lingua laudatis
in publico, & cunctis pateat quod à vobis
geratur in secreto. Si tū q̄ laudare publice
non pudeat, eligant vel secretum: rogo eru-
bescite, vnde ꝓtoplasti, vt iam dictum est,
post p̄ctm̄ erubuerunt, quorū & ipsi p̄cto-
res sumus filij, & credite malum ex diabo
I lo, non bonum ex deo esse libidinem. Quā
Rom.7. Apostolus legem, hoc est, malam consue-
tudinē nominat, & esse dicit in mēbris con
trariam legi mentis, ne obediatur legi dei.
Audite ergo quanta sit iniquitas huius ma
li, quidve hinc hō patiatur infirmus, Apo-
Ibidem. stolo dicēte & disputante inter cætera, Nā
concupiscētiam, inquit, nesciebam, nisi lex
diceret, Non cōcupisces: Non dixit, Cōcu-
piscentiam non habebam: sed, nesciebam.
quid? vtrum malū esset. Habebam igitur,
Exo. 20 sed tanquā naturale bonum esse credebam:
cum autem lex diceret. Non concupisces:
cognoui non naturale bonum, sed per pec-
catum accidens esse malum concupiscētiā.
Occasione aūt accepta, peccatum per man-
datum operatum est in me oēm cōcupiscē
tiam. Cum ergo sperarem, ꝙ viribus pro-
prijs iubente lege possem concupiscentiam
vincere maioribus magis eius vrgebat sti-
mulis, & infirmante me, eius cupiditas au-
gebatur. Sine lege enim peccatum mortuū
erat. Quod peccatū? Libido vtique quæ &
concupiscentia mala dicitur? Non dixit, nō
erat: sed, mortuum erat. i. cum præceptum
legis, quod est ei contrarium, adhuc non es
set, in peccatore latebat, quia legis imperio
demonstratum est. Ego autem sine lege vi
K uebam aliquando: priusquam scirem legis
mandatum, in operibus totius cupiditatis
me viuere arbitrabar. Sed cū veniisset man
datum, peccatum reuixit, ego autem mor-
tuus sum. Vixit enim intentione mortifera
prima lege, id est, quando in paradiso capti-
uauit Adā, & reuixit eadem fallacia secun-
da lege, & occidit me tanquam captiuū fi-
lium trāsgressoris: quia per legem cognitio
peccati, nō victoria de p̄cto. Et inuentum
est mihi mandatū q̄d erat ad vitā, hoc esse
ad mortē. Optime dixit, inuentum est mi-
hi. i. nō mandatū deus ad mortem dedit, sed
visum est mihi tanquā mortiferum, eo ꝙ
illud virtute propria implere non possem:
cum ego non mandati vitio, sed stimulo cō
cupiscētiæ mortis percussus moriar. Stimu
lus enim mortis peccatū. Nam p̄ctm̄ occa- 1.Co.15.
sione accepta per mandatum seduxit me, &
per illud occidit. Videns p̄ctm̄, quod est, vt
sæpe dictū est, cupiditas, vnde libido exor-
ta est, de legis authoritate nihil me valere
contra se: sicut Adā, interiecto mandato ad
præuaricandum de quo vitiū peccandi cō
traxi, seduxit & me, tanquam denuo dicēs,
Non morte morieris, si de ligno manduca- Gen. 3.
ueris interdicto, imo aperientur oculi tui,
& eris sicut dij, sciens bonum & malum.
Ideo & per illud occidit. Itaq; lex quidem
sancta, & mandatum sanctum & iustum &
L bonū. Non igitur imputo legi dei, ꝙ vitio
meo factus infirmus, præceptum eius im-
plere nequeo: q̄ etsi iubendo non iuuat, tū
sua sanctitate & iustitia malum esse concu
piscentiam, q̄d nesciebam, oñdit: quia pecca
tum, ait, non cognouit, nisi per legem: & do
cuit ad superandos eius illicitos appetitus,
cum in me deficio, debere diuinum auxiliū
implorare. Quod ergo bonum est, mihi fa-
ctum est mors? Absit. Nunquid enim mā-
datum bonū, quod contra mortis opera da
tum est, in mortem mihi est commutatū?
Absit. Ego videlicet ꝙ morior, non manda
ti boni vitio morior, sed mandato bono vi-
tio meo transgresso. Sed peccatum vt appa
reat peccatum, per bonum mihi operatum
est mortem, vt fiat supra modum peccans
p̄ctm̄ per mandatum. Vt ergo concupiscen 1.Ti.6.
tiæ malum, q̄ radix est omniū malorū, co-
gnoscat malū, ꝑ mādatū bonū ꝓualuit in
me magis, non defecit, quia lex subintrauit Rom.5.
vt abundaret delictū. Mortem ergo mihi
operatū est delictū, cū ex delicto. i. ex con
cupiscentia mala, infirmāte me virtute pro
pria ad obediendū legi delicta creuerunt.
Et factum est supra modū peccans peccatū M
per mandatū, cū per legem, vt dixi, non de-
fecit, sed magis immoderatis cupiditatibus
creuit: quia virtus peccati lex est, prohiben-
do, & non auxiliando. Scimus enim ꝙ lex
spiritalis est, ego autem carnalis sum venū
datus sub peccato. Spiritu igitur dei tā do-
cente

cēte quā iuuante, quo lex lata est, non so-
lum voluntate carnalis legis pūt impleri
præcepta, quia per legē vitia mea tm̄ agno
sco, nō aufero. Frustra de carnis infirmita-
te præsumo, hostē meū cui dei iudicio iu-
sto sum traditus ꝓp p̄ctm̄, cui me volūtas
vendidit protoplasti, solus superare non va
leo. Iubet deus, imo faciat vt fiat quod iu-
bet. Venundatus sum sub p̄cto iuxta suam
sententiā, qua me peccantē dānauit: me mi
sericordia mutare dignet. Lex spiritalis est,
ego aūt carnalis sum: ipse me cōpotē suæ
faciat legis, vt spiritus virtute præcinctus,
perfectę legis tuba gratia præcedente, pos-
sim inimicū in corpore superare. Q̄d.n.o-
peror, nō intelligo, quod mala videlicet cō
cupisco, non ea vt veniāt q̄ro vel opto, q̄a
natura non tali sum institutus: sed hoc ma
lum quod est per noxā vitiata natura, au-
thorē præbeo legi, caliginosis subito ac pra
uis desiderijs conturbor illectus. Nō.n.q̄d
A volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Le-
gis mandato de propriæ voluntatis conatu
parere volo, & non valeo. P̄ctō vero dum
resisto, consentire delector. Si autem quod
nolo illud facio, cōsentio legi q̄m bona est.
Cum ergo nolo, vt nullum cōcupiscentiæ
malum concupiam appetitu, & magis hoc
facio: magnum vere malum esse concupiscē
tiam in membris meis agnosco, quę me pec
care cum quadam delectatione sollicitat, le
gi consentio. i. credo, & per ipsam agnosco,
quia cum sua bonitate mihi indicit, Nō cō
Rom.7. cupisces: venenum mortis in concupiscen-
tia esse designat. Nunc aūt iam non ego o-
peror illud, sed q̄d habitat in me p̄ctm̄. Igi
tur hoc malum quod discordare facit cor-
pus, & spiritum, vt sit in me, non ego opto
vel facio, qui illud demonstrante lege, ex
qua malum esse cognoui, ne sit in me con-
sentire legi contendo. Sed dum de meo vel
le & posse id superare non valeo, ideo pec-
catum quod in me inflictum est per p̄ctm̄,
manens in me, ea quæ nolo operatur ad-
uersum me. Scio.n.quia non habitat in me,
hoc est in carne mea bonum. Certus sum
ergo, ꝙ hæc concupiscentia quæ est cona-
tui meo aduersa in corpore meo non est
B bonum. Cum.n.resistitur ei & defeciſſe pu
tatur, magis magisq; sua malitia in varijs
appetitionibus innouatur. Nam velle adia
cet mihi, p̄ficere autem bonū nō inuenio.
Volo quidem tam hoc p̄ctm̄ vincere quā
legis præcepto parere. Q̄d vtrūq; bonū vt
perficiam, posse mihi de me cum velle meo
non sufficit, quia sufficientia nostra nō ex
nobis, sed à deo est. Non.n.quod volo bo-
nū hoc facio, sed quod nolo malū hoc ago. 2.Co.3.
Ad bonū igitur peragendū voluntas mea
de se præsumens, & non de deo, nihil perfi
cit, ad malum vero ēt q̄d non vult aliquo-
ties inclinatur vt velit. Si aūt quod nolo, il-
lud facio, non ego operor illud, sed q̄d habi
tat in me p̄ctm̄. Cum vtiq; nolle meū con
cupiscere prouocatur, vt velit, non volun-
tas resistens id agit, sed peccati cupiditas, q̄
à sola mea voluntate superari non potest, Ioan.15.
quia sine me, ait dñs, nihil potestis facere,
Inuenio igitur legem volenti mihi facere
bonum, q̄m mihi malum adiacet. Condele-
ctor.n.legi dei sc̄m interiorem hominē.
Quia igitur malum concupiscētiæ adiacet
mihi. i. sponte, & cū non desideratur occurr-
rit, & vt perpetretur est voluntati depraua
tę possibile, quia sine deo, vt iam dictū est, C
nō potest eneruari, tū videtur mihi de me
præsumenti ad perficiendum bonum, legis
videlicet mandatum, vt cœpi, fore possibi
le, si secundum interiorem hominem, hoc
est, animæ rōnem, contra mortales corpo-
ris mei motus tota voluntatis meæ inten-
tione totis q̄; naturæ meæ viribus non de-
stitero repugnare. Video aūt aliam legem
in membris meis repugnantem legi mētis
meæ, & captiuantem me in lege peccati, q̄
est in membris meis: & ecce video in me. i.
sentio contrariam legem, concupiscentiā. s.
malam, morbo libidinis sordidatam, obuiā
tem & resistentem & præualentem legi mē
tis meæ, intentioni videlicet animi mei na-
turali, & captiuum me ducentem in lege
peccati, hoc est, in præuaricatione protopla
sti, quæ est in membris meis: quia per vnū Rom.5.
hominem peccatum intrauit in mundum,
& per peccatum mors, & ita in omnes ho-
mines pertransiuit, in quo omnes peccaue-
runt. Ecce quāta mortifera bella, ecce quæ
pericula quantaq; naufragia, de malo lauda
bilis & dilectæ vestræ concupiscentiæ dia-
bolo seminante exorta sint. Ecce cuius pe-
stis onus leue esse prædicatis, & iugum sua
ue. Sed Paulus, cuius estis apertissimi ini-
mici, non cum illo malum libidinē esse sen
tientes, legerat scriptum esse de isto malo D
iugo, Graue iugum super filios Adā à die Eccles.
exitus de ventre matris eorum vsq; in diē stici.40.
sepulturæ in matrē omniū. Et ideo p̄d ca-
bat fidelibus cōtra vos de isto iugo, dicēns,

Nolite

Universidad de Deusto Biblioteca

Co.6. Nolite iugum ducere cũ infidelibus. i. noli te æquales effici infidelibus, laudantes cum
Isaiæ.5. illis quod est execrabile, & dicentes quod malum est bonum, quia væ eis qui dicunt quod dulce, est amarum: & quod amarum, est dulce. Bella igitur ista doctor ille gentium in fide & veritate secundum dat ãm sibi sapientiam, contra vos, in omni esse genere humano in se deprehendit, & contra ea fortiter dimicauit. cum. n. in ꝓsona sua dicit, Pctm̃ non cognoui, nisi per legem: &, Concupiscentiam nesciebã: &, Pctm̃ per mandatum operatum est in me oẽm concupiscentiam: &, Ego aũt viuebam sine lege aliq̃: &, Ego aũt mortuus sum: &, Inuentum est mihi mandatum qđ erat ad vitam, hoc esse ad mortem: &, Pctm̃ per mandatũ seduxit me, & per illud occidit: &, Quod ergo bonũ est, mihi factum est mors? Absit: &, Pctm̃ per bonum mihi operatum est mortem: &, Lex spiritalis est, ego aũt car-
E nalis sum venundatus sub pctõ: &, Quod operor non intelligo: &, Non quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio: &, Si aũt quod nolo illud facio, cõsentio legi, qm̃ bona est: &, Nunc aũt iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: &, Scio. n. quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonũ: &, Velle. n. adiacet mihi, perficere autẽ bonum non inuenio: &, Nõ enim quod volo bonũ hoc facio, sed qđ nolo malum hoc ago: &, Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed qđ habitat in me peccatum: &, Inuenio legẽ volenti mihi facere bonum, qm̃ mihi malum adiacet: &, Condelector legi dei: &, Video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Mani feste hæc se contra concupiscentiam bella peregisse testatur, nec tñ gloriatur de propriis viribus se fuisse triumphum victoriæ consecutum. Et ideo cum de se, pro se, in se, contra tantum malum infirmatus nullum victoriæ adiutorium inuenisset displicens sibi, oculos ad Christi propugnacula q̃bus defendi posset eleuauit, dicens, Infœlix ego homo, quis me liberabit de morte corporis
F huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, Gratia est hæretice, qua liberamur de corpore mortis. i. de motibus concupiscentiæ, quibus corpus nostrũ percutitur, vt anima perimatur, non sola virtus propriæ voluntatis. Pergite adhuc per cãpos loquacitatis vestræ, qua tantæ turpitudinis squalorem laudare nõ erubescitis, & clamate secm̃ consuetudinem vestrã, dicẽtes, Libido calor bonus est genitalis, nec est in ea qđ pudeat: quia si malum esse dicatur, nuptiæ iã dãnabunt, sine illa. n. non poterit proles existere. Ex hoc aduertãt dilectæ vestræ castissimi expugnatores q̃tũ libet, quod tm̃ laudare delectat: aut si nõ libet, cur suadetis vt libeat & castitas expugnat à vobis? Cur bonũ ꝓdicatis, qđ in vobis aduersum esse sentitis? Rogo erubescite. Nemo vnquã qđ sibi est inimicũ, bonũ dicere delectat & laudũ ꝓconijs adornare. Fallimini prorsus, & fallitis, imo decepti estis & decipitis. Nõ est iste calor bonus, nec genitalis in bonis genitalibus mẽbris, quæ formauit deus, sed malus vt sæpe dictũ est, authore diabolo præcedente pctõ. Isto calore si vigor mentis vestræ ad illicita non dissolueretur, nõ à vobis tam licite laudãt, quin potius sicut à catholicis damnaretur. G
Sed iterũ rũdetis, vt superius dixi, tanquã clypeo vestro dogmati adhærentes, ne vobis valeant simplices quos decipitis resiste re, & dicitis. Nuptiæ damnabunt, si libido damnabitur, quia absq; illa soboles non gignitur. Quid præstigiosissimis assertionibus vestris diem in noctẽ mutare tentatis? Quid nebulis serena cõuolutis? Quid intuentibus lucẽ feruentes in calore turpi, quem optimum prædicatis, vt cordis eorũ oculos perturbetis fumi amaritudinẽ eructatis? Nuptiæ authore deo valde sunt bonæ, nec damnantur prorsus, cũ voluptuosa libido damnatur. Nuptiæ filiorum procreãdorum causa sunt institutæ, sicut scriptum
Gene.1. est, Crescite & multiplicamini, & replete terrã: quarum licitus vsus, nõ in luxuria libidinis institutus est, sed sine illa imperio inhonestissimæ voluntatis, tm̃, vt dixi, causa natorum. Quia Adæ & Euæ ante pctm̃ cum adhuc. s. in eis morbus iste nõ esset, dixit deus, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Post pctm̃ vero, vt iam superius disputatum est, sibilo venenosi serpentis cuius callidis decepti sunt blandimentis, hanc in quietã & mortiferam pestem eorũ corpora conceperunt: & per licitum vsum
H postea q̃ de paradiso proiecti sunt, in poste ros transmiserunt, tanquam peccati sui testimoniũ hæreditario iure dimittentes nobis, vt ex hoc ꝓuaricatorũ nos esse filios cognoscẽtes nõ gloriemur de nobis. i. de natura

tura nostra peccatrice in conspectu iudicis iusti dei: sed eius misericordiæ, quæ non in meritis cõstat, semper colla flectamus, quo dignetur nos in paradisum reuocare, vnde illos merito exules fecit. Et in cõiugatis igitur & in omni homine libido mala est: non nunq̃. n. ad illicita trahit, quia volũtati peccatrici, qua factum est vt esset in membris, contraria est intantum, vt ipsorũ cõiugatorũ ad illicitum vsum ardore sui fic anhelãtes ꝓcipitet mentes, quo eadẽ licentia acti potius q̃ agentes agant. Fit. n. voluntas incontinens dum illicita vincitur voluptate, sed venialis est in cõiugatis, malo bene vtẽtibus. Quod ostendit Apostolus cũ cã continentiæ orationis tempus indicit coniugatis, & ad ipsum iterum reuertendum ꝓp in
1.Co.7. continentiam tentationis satanæ præcipit, dicens, Nolite fraudare inuicem, nisi ex cõsensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas ꝓp incontinentiam vestrã: Hoc au
I tem dico secundum indulgentiã, nõ secm̃ imperium. Damnabilis est vero in adulteris & fornicatoribus, malo male vtentibus. Iam ergo cognoscite vtrum Apostolus de malo veniam promiserit coniugatis, an de bono: de malo ad tempus orationi vacãdũ abstinere præceperit, an de bono? Erratis prorsus, quia deus qui iussit fieri bonum, nusquam à bono prohibuit, sed à malo, dicens per Dauid, Declina à malo & fac bo-
Psal.36. num. Incunctanter omnino dicitur, bene vti hoc malo veniali coniugatos filiorum gignendorum videlicet causa, qui nascunt deo opifice, non de accidentis libidinis malo, sed de bono licentiæ nuptiarum. Nunquid. n. cum vitis vndiq; deserente agricola fuerit sentibus occupata, & tempore suo iacens in dumis produxerit botros, de contrarijs sibi spinis quibus premitur, vuam produxit? Absit. Sed de naturæ suæ bono, licet spinarum aculeis corruptos, bonos attulit fructus. Similiter & triticum, si natũ circumquaq; zizanijs operiatur, inquantũ spicam produxerit, de naturę suæ bono, nõ de zizaniorum malo quibus impeditur, bonum intulit germen: sic filij de naturæ bono boni sunt fructus, non de malo libidi-
K nis corrumpentis & vitiantis, cum quo nascitur omnis homo. Vnaquęq; ergo res manens in naturæ suæ bono, accidentibus sibi aduersitatibus misereſcit atq; corpescit, cultoris semper indigens manu vel diligentia, vt naturæ suæ, cui nihil est contrarium ab authore suo deo congenitum, valeat rũdere. Hoc agitur & in nostra peccatrice natura, semper indiget authore & cultore suo atq; conseruatore deo, vt spinis & tribulis zizaniisq; libidinis, vel omnium malarum concupiscentiarum, quæ, vt sæpe diximus, non authore deo, sed peccando contraxit, manu gratiæ suæ, quandiu in terrã de qua sumpta est redeat, expiatur, de terra iterum in nouum seculum purissima reditura, per eundem dominum nostrum Iesum Christum suscitata. Iterum ergo iterumq; repeto: Libido mala nihil bonis impedit nuptiis, qa nõ ab initio in eius sordibus sunt, sicut iam supra diximus, ordinatæ. Deus. n. qui sine concubitu apes fœtare creauit, & agrorum cuncta semina absq; libidine seminare vel nasci decreuit: hominem quoque ex homine si non peccasset, per concubitum voluntarium, non per libidinis scortum exoriri in paradiso pmisisset. Cui qualiter id contigerit in huius disputationis capitulo, quantum dominus reuelauit, iã me L
arbitror ostendisse: Ideoq; nuptiarum licẽtiam bonam valde fatemur, & malam concupiscentiam in coniugatis damnabilem & voluptuosam esse catholico ore clamamus, vestrumq; dogma in eius turpitudine horrendum, sanctarum scripturarum authoritate damnamus. Paulus Apostolus
Rom.7. Christi est, non Pelagius discipulus antichristi, qui dicit concupiscentiam in carne sua non bonum habitare, imo aperrissime malum dicit esse. Peccatum esse testatur, stimulum carnis suæ nominat, à quo colaphizari se clamat, ne magnitudine reuelationũ extollatur: cuius malum cõsiderans in corpore mortis suæ, in quo bellũ intestinũ cũ
2.Co.12 inuisibili hoste gerebat, remedium salutis suæ nullum penitus, nisi gloriam gr̃am dei in Christo Iesu liberantẽ se inuenisse testatur: ipse dicit scribens ad Colossenses, Mor-
Colo.3. tificate membra vestra quæ sunt super terrã, fornicationem, immunditiã, libidinem, concupiscentiam malam &c. R fidete huic tanto doctori: cur ea mortificanda ꝓcipit, si naturalia bona sunt? Sed melius in vobis Pelagio & Celestio loquẽtibus, q̃ Chr̃s in Paulo, ecõtrario ꝓdicatis cũ laudabili plausu, dicentes, Viuificate membra vestra quæ M
sunt super terram, fornicationem. mundã, libidinẽ bonã, concupiscentiam optimam. Demens & secm̃ voluntatẽ tuã in reprobum sen-

bum sensum dimisse hæretice: de istarũ sordium malo.itẽ dicit idem Apostolus scribẽs
Rom.6. ad Romanos, Non regnet pc̃tm in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Ille in veritate docendo prohibet his immunditiis obedire,tu in errore Pelagiano suades:ille concupiscentiã menti contrariam,pc̃tm vocat,tu eam laudãdo, vel in ea delectando, bonum asseris naturale.Stulti, iam aliqñ sapite, & nolite de tanto malo gloriari,neque mendaces esse aduersus veritatem,quæ per os sanctorum suorum laudabilem dilectamq; vestrã concupiscentiam malã,& libidinem punit immundam. Ex his.n.diuersæ tentationes oriuntur, quibus per momenta cũ deo placere cõtendimus, præpedimur,vt ait apostolus Iacobus,Ne-
Iacob.1 mo cum tentatur, dicat qm̃ à deo tentatur: deus.n.intentator malorum est,ipse aũt neminem tentat:vnusquisque vero tentatur à cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cũ conceperit,parit pec
A catum:peccatum vero cum consummatum fuerit,generat mortem.Videte dilectam vestram simul & laudatam vestrã,concipientem dolorem,parturientem peccatum,generantem mortem.Cuius authorem cũ deũ esse prædicatis, sine dubio arguitis tantum Apostolum, & deum esse malorum dicitis tentatorem: qua ipse creauit secundũ vos, vnde tentantur homines,abstrahuntur & illiciuntur: ac per hoc ipse vnde pereant,fecit:Quod si ita non sentiretis,deũ mortẽ fecisse minime diceretis.Sed audire adhuc repercutiẽtem virga sapientiæ cœlestis,vani loqua ora vestra eundem Apostolum Iaco
Iacob.4 bum, Vnde, inquit bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris,quæ militant in membris vestris? Auditis quale officium habeat nimium dilecta vestra concupiscẽtia,id est,bella & lites,quibus discordare facit corpus & spiritum,vestrum:& in eius castris hostilibus,atque sub lege morti fera te hæretice militare delectat? Si pacem fidei catholicę sequeris,à turbine bellorum horũ & litiũ, quo in cordis tui pelago circũquaque iactaris, ne ad portũ ꝓuenias veritatis,facile gratia gubernãte poteris liberari,& cognoscere malũ, qđ in malo positus putas esse pulcherrimũ. Audi & alium sup
B Iesu pectus recumbentem,& contestantem concupiscentiam non esse ex patre deo, sed ex mundo, & eam cum mundo transiturã,
i.Ioan.2. Ioannẽ dico Apostolũ, Nolite,ait,diligere mundum,neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo:qm̃ omne quod est in mundo,concupiscentia carnis est & concupiscentia oculorũ,& superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est:& mũdus transit & concupiscentia eius. Qui aũt facit voluntatem dei, manet in æternum.Claudite adhuc,si placet oculos cordis vestri ad videndũ, & obturate aures ad audiendũ tanti Apostoli veritatem,& clamate dicentes,ne forte dilectæ vræ faciatis iniuriã Ex deo est concupiscẽtia carnis, non ex mundo,& ideo calor bonus est genitalis.Sed qd vltra in proferendis testimonijs,qbus defensio vra probatur esse dãnabilis, nitar ꝓmulgare sermonem? Quia si omnia de legis diuinæ thesauris ꝓducantur, tps me deficiet enarrantem. Audite ergo breuiter,nõ breuia,sed crimine ingenita caloris vestri amantissimi opera, qbus in illicitũ coire præcipiat hebetata corda mortaliũ,& erubescite & conticescite tãdem. Isto calore succensus & turpiter illectus nonnunquã pater inclinat filiã,& operatur incestum: filius etiam patris thorum maculat, quum matri vel nouercæ aliquando misceatur. In sororem frater cupidine
C ductus incurrit:cognatam non erubescit opprimere. Virgo licentiam non sustinet nuptiarum, sed stuprum tempore concupiscit illicito. Maritus minime contentus licitis vxoris amplexibus, vteros contaminat alienos. Similiter & vxor immemor proprij mariti cubilis,adulterino amore vxoris thorum occupat alienæ. Nam masculi relicto naturali vsu fœminæ,exardescunt in desideijs suis in inuicẽ,masculi in masculos turpitudinem operantes.Horret etiam plus ijs Rom.1.
quæ diximus, dicere,ꝙ dum homo immemor suæ naturæ,rationalis irrationali naturæ, & alienæ à sua natura pecudi coire compellitur. Quid de ruina aliquantorum seruorum dei & sacrarum virginum dicam, q̃ hac tempestate naufragia patiuntur? Quid ve de diuersis immundicijs, in quibus eorum authorem ipsum sibi puto pro vobis diabolum displicere?Ecce calor ille amantissimus vester in quas ignominiarum sordes humanas ire illicit & præcipitat mentes? Ecce quam illuuiem etiam in sanctis Chri
D sti membris fuisse dicere non tremuistis? Ecce cuius obscœnitatis, & turpitudinis estis acerrimi laudatores, impudentissimi defensores, & si non fallor, cum adhuc non

non displicet,forsitan & factores. Quis.n. de vobis bene sentiat, quos de tanto malo bñ sentire cognoscit? Si igitur in vobis vllus est pudor,si honestas aliqua, si castitatis intentio, tãta mali necessitatẽ.i.concupiscẽtiam carnis sordibus libidinis mixtã, bonã dicere & laudare desinite: cuius authorem non deum,sed diabolum esse credite,præcedente protoplasti peccato:& ꝙeam voluntas humana in turpissimis motibus refrenare nõ valeat, nisi singularis gra per Chm̃ dominum nostrũ subuenerit saluatoris.

AD ARTICVLVM QVINTVM, Liber quintus.

ITem,inquiũt,paruulos nõ traherc originale peccatũ neq; perituros à vita æterna, si sine sacramento baptismatis ex hac vita migrauerint.Respondemus, Multum quidem iam de originali peccato, quo & paruuli tenentur obstricti,superius
E disputauimus: à luce veritatis ostendimus omne humanum genus hoc vitio claudicare.Dei etiam filium in similitudine carnis peccati ob hoc venisse,vt morte sua per crucem vinceret mortem,& gratia sua gratuita,nostra vulnera curaret. Veruntamen falsa esse de paruulis hæretice, quæ prædicas, non solum nostra, sed & eorum, saluatore Christo iuuante scripturarum,authoritate cõuincam. Quid igitur apertius,ꝙ paruu
Psal.50. li Adæ peccato nascantur obnoxij dici potuit, q̃ quod dictum est per Dauid, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea? Ille enim cum adulterium deflereti& homicidium quod Bersabee causa commisit, hanc veritatem in suæ confessionis gemitu eructauit:tanquam diceret,Non ꝙ ex hoc solo facinore perpetrato peccator sim, qui antequam id facerem sine peccato non eram,imo iam peccator ab vtero matris meæ eram:Ecce in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea Vitium ergo peccati seminatus & conceptus de parentibus sumpsi,per qđ adulterium & homicidium propria peccata peregit. Cum enim subiungens,inquit, Ecce veritatem dilexisti: peccata propria voluntate commissa fatet, quia veritatem
F dicit,deo pœnitus,qñ nihil illi de cõmissis suis sceleribus celat: nõ ꝙ si voluntatẽ celauerit, deus ignoret, sed veritatem sibi ab eo dici vult,vt veniã cõsequantur. Si vero aliqua mẽte exciderunt,cõfiteat veritatem Psal.68
deo,& cũ generaliter dixerit. Deus qui nosti occulta cordis,tu scis opera mea, & delicta mea à te nõ sunt abscondita: quibus veniam largiaris:& hæc vtiq; est veritas cõfitentis q̃ diligit deus. Eua ergo pc̃tm̃ à diabolo mutuauit, Adam consensu cautionem fecit,vsura posteritati creuit.Hinc est,ꝙ infans in vtero matris hæreditario iure constrictus ante promittat debitũ q̃ cautionẽ patris agnoscat, vel debitorem etiam genitorem. Huius chirographi vsuræ sunt,illæ maligniſsimæ passiones, quibus tam maiorum ætate q̃ paruulorũ animæ deprimuntur, à quibus liberari neminẽ posse nisi ꝓ Chm̃ Dauid ipse,qui in iniquitatibus cõceptũ et in delictis natũ se esse dicit,ostẽdit, cum in septuagesimoprimo psalmo de per- Psal.71.
sona Christi loquit dicens, Liberauit pauperem à potente,& inopẽ cui non erat adiutor:id est,humanum genus diaboli dominatu.Parcet pauperi & inopi,& aias pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate liberauit animas corũ: Xps vtiq; Adæ debitum,qđ nos vsuris obligauerat,soluit,cum nullis suum corpus peccatis obnoxiũ in patibulo crucis suspendi permisit: ipsius.n.in psalmo vox est, Quæ nõ rapui,tunc exol- Psal.68
uebã. Quapp ipse ex vsuris & iniquitate & paruulorũ liberat aias, ꝙa vt dicit Apostolus,Vnus pro omnibus mortuus est: Et 2.Co.5.
iterũ Ergo oẽs mortui sunt: & si oẽs mortui sunt,stimulo vtiq; mortis pcussi, mortui sunt,ꝙa stimulus mortis pc̃tm̃. Dic ergo quærenti mihi, Si pc̃tm̃ paruulus nullũ 1.Co.15.
carnaliter natus attraxit,cur breuis dierum sorte mortis astringit? Quia vbi pc̃tm̃ non Iob. 14.
est,vtiq; mors esse non debet. Non enim me fingẽte,sed Apostolo ꝓdicãte dictũ est, Per peccatũ mors aç per hoc secundum er- Rom.5.
rorem vestrum,iniquus deus,vt mori paruulũ patiatur non habentẽ pc̃tm̃ per quod posset vita priuari. Sed ad illam fallaciam dogmatis vestri respiciens,cui iam superius responsum est,inquies mihi,Deus mortem fecit,quia mortalem hominem fecit: pc̃tm̃ autem non fecit, quia in primordio hominem prohibuit ne peccaret:imo quod aliud dicitis cũ deum mortem fecisse creditis,nisi & peccatum deus fecit, vt per peccatum mors intrare posit in mũdũ, ꝙa vt quod H
item est repetendum dicente magistro gentium,

Universidad de Deusto Biblioteca

tiũ, Per pctm̃ mors: respondetis, Absit deus pctm̃ non fecit: ergo occasionem peccandi homini tribuit, vt opus eius, sicut dicitis, mors homini posit cõtingere. Sine pctõ. n. mors esse non poterat, quia velitis nolitis, per pctm̃ mors. Nec occasionem, vt dicitis, peccãdi deus homini dedit, quo mori posset, sed mortalem fecit. Iã responsum est scriptum esse. Deus mortẽ nõ fecit, nec lætatur in perditione viuorũ. Et item, Deus creauit hominem inexterminabilem. Si ergo pctm̃ non fecit, nec occasionem peccãdi homini dedit, qđ recte dicitur, bonũ mortis scđm vos, quod recte dicitur, qũo per malũ peccati ab homine potuit peruenire? Quid. n. luci cum tenebris, aut pars iustitiæ cum iniquitate? Videte infœlices, si tm̃ videre potestis, quas amicitias inter deum & diabolum I fatiatis, quod absit a dño. Deum enim mortem fecisse dicitis: diabolum peccatum, si tm̃ vel hoc asignatis diabolo, miscuerunt opera sua, & consensu tanquam sibi in auxiliũ veniẽtes, vt hominem vita priuare possint, & ideo dictum est, Per peccatum mors. Iã hoc aduertite, immo qui sani sunt sensu aduertãt, quia soletis nos dicere Manichæos, quis nostrum sit Manicheæ pestis assertor: nos, qui nihil commune luci ad tenebras dicimus: an vos, qui opus lucis, vt putatis, id est mortem opere tenebrarum diabolo, id est peccato confunditis? Nisi. n. credideritis mortẽ & pctm̃ vtraq; esse mala, & nullius horum authorem esse deũ, sed diabolũ delinquentibus protoplastis inflixisse, prorsus Manichæos adiuuatis, immo estis similes Manichæis, Manichæus autẽ non credit, sed catholicus dicenti Paulo, q̃ per vnum hominem pctm̃ intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in oẽs homines ptransijt, in quo oẽs peccauerunt. Hæc est fides nostra, fatemur incunctanter peccatum in paruulis, & per peccatum mortẽ pertransisse in oẽs homines: Et paruuli natura homines sunt, quia propter peccatum quod in eos non actione, sed vltima conceptione pertransijt, moriuntur. Non enim morerentur, si cœno peccati non alerẽtur. Per peccatum enim vt sæpe est repetendũ, mors: Non sine peccato hac morte, ne in æternum pereant, morte dñi redimuntur. K Hoc cœno peccati quo nascuntur squalidi, vt in regnum cœlorum ingrediantur immaculati, immaculato per baptismum sanguine Christi mundantur. Audi & alterum, dei sapientiam inquirentem, & per illam veritatẽ mortalibus prædicantem. Audi aliter quidem q̃ Dauid loquentẽ, sed nõ aliter prophetantẽ, in vno vnico spiritu vera dicentem, q̃ Adæ peccato & paruuli nascendo premantur. Dauid. n, inquit, vt supra iam dictum est, Ecce. n. in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: iste ait in libro Ecclesiastico, Graue iugum super filios Adam, à die exitus de vẽtre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrẽ omniũ. Quod est hoc graue iugum, nisi pctm̃? Et quare dictum est iugum, nisi quia ex duobus Adam & Eua veniat, vel duorũ premat & conterat colla, id est, masculi & fœminę, malorũ videlicet atq; impiorum, quia in vtroq; sexu iugum sunt. Ideo ait generaliter, Graue iugum super filios Adam. Dicendo ergo, super filios, ætates non discreuit vel sexus, & comparando iugũ peccato, propter Chm̃: qui vt cæteri ex vsu coniugatorũ natus non est, oẽs cæteros esse peccatores æquauit. Hoc iugo, id est originali peccato reuincti maiores atq; minores, vitio ex ipso orti, tanquam aratrũ trahimus quandiu sumus in mortis corpo L re, cuius cupiditatis vomere proscinditur, hoc est corrumpitur terra nostra. Propter quod in libro Sapientiæ dictum puto, Corpus autẽ quod corrumpitur aggrauat animam. A cuius vita, labore & onere, vel aratri corruptione vt requiescat, nemo soluit propria voluntate & potestate, nisi ab illo iuste iudicante & indebite miserante, qui ait, Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugũ meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugum. n. meũ suaue est, & onus meum leue: qũo vero ad eum vocati eant, ipse ostendit, dicens, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum; p iugo peccati aspero & graui, quo carnaliter nati premuntur, vocatis tollendum super se iugum suaue, & onus leue præcipit. Superius iã diximus, cur peccato iugũ sit comparãtum: nunc spiritale Christi iugum & onus intelligere debemus, charitatẽ esse dico, qua iubemur diligere deũ & proximũ, quia in his duobus præceptis tanquã in iugo, lex omnis pendet & Prophetę. Quid. n. suauius ac lenius charitate, qua nos diligens deus, per mortẽ filij sui ex duobus populis Iudæis. s. & gentibus vinculo grę in vnitate

tate fidei coniugauit, & fecit vtraq; vnum. M Chri itaq; iugũ ceruices, quas presserat iugum peccati, suspendit, nõ premit, ad cœlũ leuans: quia charitas sine qua nemo promeretur deũ, nunquã cadit, & cooperit multi- 1.Co.13 tudinẽ pctõrum. Ipsa est ẽt onus leue quã qui habuerit, deũ portat, quia charitas deus est. Ideo & Apostolus, Glorificate, inq.t, & portate deũ in corpore vestro. In hac voca 1.Co.6. tione sunt & paruuli, qui assumuntur in fide credentiũ, nõ obedientia voluntatis, sed dilectione nimia charitatis. Propter quod in Psalmis dictũ est de ipsis, Etenim nõ crePsal.67. dentes inhabitare dñm deũ. Super quos nisi fuerit dono gratiæ charitatis iugũ suaue & onus leue Christi, requiescere a labore & onere originali iugi non possunt. Grauãtur. n. in labore & onere diuersarum passionum, quas eos in lacte positos perpeti videmus & stupemus. Vexantur. n. nonnunquã à dæmonibus diuersis doloribus & vulneribus cruciantur, multisq;, vt dixi, erumnarũ generibus affliguntur: & in his omnibus cũ A quid patiantur hoc dicere non possint, tm̃ pœnis se cruciasi variis quodammodo loquuntur, cum aculeo punctι dolorũ, confusos vocũ eiulatus emittunt. Qui si minimc stimulo peccati protoplastorũ percussi, ex quorũ peccatrice carne peccati caro sunt, patiuntur scđm errorẽ vestrũ, deus qui tale fecit naturã, vt pœnalibus anima passionibus conuexetur, crudelis est, aut certe iniustus, vt innocentiã sanctã & nullius penitus erroris obnoxiã tantis permittat vrgeri periculis, & in ipsis nonnunquã vita priuari. Quod nisi eos peccati originalis causa pati credideritis sine dubio deum, qui valde Gene.5. bona omnia fecit arguitis. Sed absit vt sit iniquus, inferens iram, immo iustus iudicia faciens. Pœna. n. peccati est vt pœnis plectã tur, non in actu sed ortu paruuli pctores. Psal.50. Quia, Ecce. n. iniquitatibus cõceptus sum, Ecclesia- & in delictis peperit me mater mea: &, Grastici.40. ue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ matrem omnium: non ego fingens, sed Prophetæ dei spiritu veritatis sancto acti 2.Pet.2. dixerunt. Audi & alium athletam fortissimum per omnia diaboli flagella trãseuntẽ, & patientia sua eius impatientiã superãtẽ, beatum Iob dico, quid spiritu dei quo probatus & fortis est factus, de humanæ natuB ræ senserit labe, etiam & paruulos dicens à peccati sordibus immunes esse non posse, hosq; adducendos in iudicium coram deo, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis vi- Iob.14. tæ & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit, decidit, fugitq; vt vmbra, & nõ permanet. Nonne ẽt huius curam habuisti, & hunc fecisti venire in iudiciũ corã te? Quis enim erit mundus à sorde? Ne vnus quidẽ, ẽt si vnius diei fuerit vita eius super terrã. Est ne aliquid dubitandũ, tã clarissima authoritate, paruulos peccati illuuie maculatos esse nascentes? Cũ. n. dicit, Nonne etiã huius curam habuisti, & hunc fecisti venire in iudicium corã te, statim propter iudicia iustissima dei cur in iudiciũ veniat, caulam præcedentem ostendit? Quis. n. inquiens, mundus à sorde? Ne vnus quidem est, ẽt si vnius diei fuerit vita eius super terram. Id autem est pp peccati sordem, quam trahit a peccante natura, qua nascitur immundus in mundo. Hęc scđm Septuaginta interpre C tum editionem quę ex Græco in Latinum sermonem versa est, posuimus. Audite apertius ad suggillationem vestrã idipsum, qualiter ex Hebræo verbo sit in Latinum translatum. Quis, ait, potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Ilst ne deinceps contentio? Immo esse debet à vobis contradictio? Audis de paruulo dici. Quis potest facere mũdum de immundo conceptum semine, nonne tu q̃ solus es: & adhuc dubitas baptismũ Christi per gram habere, quod mundet in paruulo? Nisi. n. esset immundus, non diceret, Quis põt facere mundum: sed cum addidit, de immundo conceptum semine: parentum sordidatũ dicit esse peccato, quorũ sunt immunda semina, non conditione naturæ, sed præuaricantis vitio proloplasti. Siue igitur Septuaginta ex Hebræo in Græco, siue alius similiter ex Hebræo in Latino sermone, vnũ atq; idem, & si mutatis verbis, non tm̃ veritate, paruulos peccati sordereos esse dixerunt. Quam. n. iniustitiam, sicut sæpe pro diuersitate propositarum à me causarum interrogaui, apud deum dicitis, vt nulla existente causa scđm errorem vestrum, sicut supra diximus dixisse Iob, paruulus breuis vitæ & plenus iracundia sit: cum quid sit ira rationis vsu omnino ne sciat: vel quare vt flos cecidit fugitque vt vmbra, & in vita multorum dierum siue annorum nõ permanet, sicut nouimus mul D tis contingere paruulis: vel cur eum ad iudicium venire coram se facit, cum manda-

tum legis eius non cognouerit faciendum, nec contempserit voluntatem Hoc vtique vos, vt dixi, iniuste paruuli patiuntur a iusto iudice, si nulla peccati contagione tenentur obnoxij. Sed quantalibet latitudine mãdatorum vestrorum verbis muros hæresi vestræ circunquaq; construatis, ventus cuius est impulsus gratiæ, in omnibus totum quassat & destruit. Vñ repugnatis atq; contenditis? Quia iustus dñs nihil facit iniustũ, & verax non potest esse mendax. Paruuli vtique, vt dicit Apostolus, natura filij iræ sunt, Adæ. s. parentis, sicut sæpe diximus, offensione, consensione. Non enim dicerẽtur filij iræ nisi iram. i. peccatum primi plasti, qui peccando deum ad iram primus in genere nostro prouocauit, traherent seminati. Ideo dictum est, Quis. n. erit mundus a sorde? Ne vnus quidem, ẽt si vnius diei fuerit vita eius super terram. Vel sicut dictum est alio modo, tñ idem, Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Ob hanc igitur solam sordem peccati quam trahit, non de cõiugij bono, sed de libidinis malo, paruulus
E breuis vitæ & plenus iracundiæ est. Decidit etiam vt flos, fugitq; vt vmbra nec permanet, atq; in iudicium coram dño veniet iudicandus. Cui nisi baptismi gratia per Christum subuenerit, disperiet de populo Christiano. Sicut lex periturum dixit paruulum de populo Iudæorum, nisi die circũcisus fuisset octauo. Scriptum est. n. Infans
Gen. 17 qui octauo die circumcisus non fuerit, disperibit anima illa de populo suo. Dic igitur mihi, A quo facinore circumcisio paruulos liberat? Aut quare incircuncisi de populo dei anima peribat, si nihil, vnde sanaretur vel disperiret, habebat? quin potius parentibus eius nisi incircuncisus fuisset, debuit prætendi perditio, qui vsum obedientiæ & liberi habebant arbitrij, & nõ paruulo ignoranti bonum & malum? Sed esto quòd parentes ob hanc negligentiam, quod scriptũ non est subeant perituri supplicia, nunquid damnatis illic si incircuncisus mortuus fuerit paruulus, animæ poterit interitum abolere? Deus enim locutus est, non homo, di-
F cens, Infans qui octauo die circumcisus nõ fuerit, dispereat anima illa de populo suo. Narrate ergo si potestis, dei iustitiam inqui multum vos posse iactatis, imò totum posse naturæ viribus, cur disperdat innocentiam incircuncisam, quidue circuncidi iubet, si nulla donantur circũcisione delicta? Respondetis planè, Iustus deus in iudicando. Hæc enim soletis quasi diligentes deum dicere: sed ore vestro, corde autẽ mentientes ei. Si itaq; iustus deus in iudicando, rogo dic causam incircũcisi paruuli perituri. Actualia certe nulla sunt eius delicta. Quę enim esse poterunt octo dierũ? Trahere ẽt originale pctm, & propter hoc damnari, credere non vis. Vnde iniusta dei iudicia? Dic iam aperte, Iniustus deus & impius, vt damnet paruulum, quẽ damnabilis nulla causa præcesserit. Nec. n. aliud in cordis tui tenebris sentire cognosceris, si tñ incircuncisum teste dei lege fideli, perire paruulũ credis. Aut si de vobis aliud sentiendum est, iudicent orthodoxi. Sed more illo vestro veritatis videlicet luce deserti atque refelliti. Deus, inquitis, præscius operum eius malorum quæ facturus erat ætate perfecta, periturum dixit de populo suo. Itane Pelagiane insane, deus q iustus est in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, p huiusceemodi credendus est incircuncisum Psal. 44
paruulum iudicare, vt tanquã factorem pro
G non factis sceleribus puniat tẽpus imputet quoddam vbi vita non vixerit, vbi velle & nolle non fuit voluntatis? Absit hoc apud iudicem iustum, qui vnicuiq; vel obedienti vel contemnenti vsu liberæ voluntatis reddit scđm opera sua, Paruulo autem incircũciso solum pro delicto, quod est opus diaboli, quod ex Adam seminatus attraxit, & circuncisione fraudatus non caruit, hoc in paruulo deus odit & punit: ita núc fit in populo Christiano. Circuncisio. n. illa octaui
dieĩ, figuram resurrectionis dñi saluatoris, Gen. 17
& gram baptismi gestabat. Vos autem, & si paruuli baptizati non fuerint, vitam illam æternam promittitis, quia. s. Christi eis gratiam baptizatis nihil auferre, conferre creditis nihil. Si. n. intelligeretis quare dixerit dñs, Non opus est sanis medicus, sed male Matt. 9.
habentibus: crederetis vtiq;, non eos sanos, sed vulneratos medico saluatori ad stationem baptismi sanandos offerri, nec habituros vitam, nisi ipsius qui est vita, manducauerint carnem, & sanguinem biberint. Ipse
enim dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ Ioan. 6.
habebitis vitam æternam in vobis: & qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Quomodo igitur vitam regni cœlorum promitti- H
tis paruu-

tis paruulis, non renatis ex aqua & spiritu sancto, non cibaris carne, neq; potatis sanguine Chri, qui fusus est in remissionẽ peccatorũ? Eius. n. edictum est, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non
Ioan. 3. potest introire in regnũ cœlorũ. Intrare quippe in regnum cœlorũ non aliud est, q̃ vita beata viuere, quę pmaneat in secula seculorũ, Ecce non baptizatus, vitali ẽt cibo poculoq́; priuatus, diuiditur a regno cœlorũ vbi fons uiuentiũ pmanet Chrs, Da mihi præter hũc alterum locũ, vbi uitæ possit requies esse perennis. Primum. n. locum fides catholicorũ diuina authoritate regnũ credit esse cœlorũ, vnde, vt dixi, non baptizatus excipitur. Scđm, gehennã, vbi omnis apostata vel a Christi fide alienus æterna
supplicia experietur. Tertiũ penitus ignoramus, imo nec esse in scripturis sanctis inueniemus. Finge Pelagianę locũ, ex officina peruersi dogmatis tui, vbi alieni a Chri pfa vitã requiei & gloriæ possidere paruuli possint. Dextera est iusti iudicis sedentis & sinistra, regnum est & gehenna, vita est & mors, iusti & iniq. In dextera igitur iusti sunt cõstituti: in sinistra operarij iniqui
I tatis. In regno requies baptizatorũ: in gehenna pœna incredulorum. Vita ad lætitiã gloriæ: mors ad fletum & stridorem dẽtiũ. Iusti in regno patris cum Christo: iniqui in igne æterno parato diabolo, & angelis eius. Sed hoc dicens, non diuisiones locorũ multorum dedi, nisi duorum tantum, quoniam ad duo, regnum videlicet & gehennã hæc omnia referuntur, etiam si plura dicantur: dextera. n. vita iusti: vel, sicut dixi, adda mus iustitia, sanctitas, beatitudo, & cætera bona ad regni cœlorum requiem referuntur. Sinistra vero, id est, ij qui sinistræ astabunt, iniqui, mors, iniustitia, dolositas, impietas & quãtalibet mala ad gehẽnæ tormẽta, vbi mors quæ secunda dicitur non finitiũa, sed cruciatu durabilis erit. Qui baptizatus ergo nõ est, in ijs quæ regni cœlorũ sunt, non potest reperiri. Et si non ibi, quia vere non ibi, putasne Pelagiane, iam sentis vbi, aut certe dic vbi? Respondemore illo solito: dominus, inquit, In domo pa-
Ioan. 14 tris mei mansiones multæ sunt. In his mansionibus, mansiones habent vitæ & refrigerij non baptizati paruuli. Hiccine est putas ille tertius locus, quem fingendum ante paululum ex officina dog-
K matis tui poposcerant? Percutiã hoc opus virga sua ferrea Chrs, qua gẽtes hæreditatẽ Psal. 2.
suam & possessionẽ suã terminos terræ regit: quã probat vasa misericordiæ suæ, & reprobat contumeliæ, vt si manserit inquassatum, permittat illic susceptos vestros, q bus sine illo vitã promittitis paruulos habituros. Dic age, adesto assertioni tuæ, refelle meã. Mansiones istas multas quas in mediũ protulisti de thesauris euangeliorũ, certum est veritate dicente esse apud deum patrem. Sed quæro abs te, vtrũ sint in regno cœlorũ, an foris? Pater. n deus in regno cœlorũ est, & illic sunt hæ vtiq; mansiones. Si vero in regno cœlorũ non sunt, ergo pr alienus est à regno cœlorũ: quia vt dixi, vbi pater est ibi & multæ sunt mansiones. Quid dicis hæretice? Vnũ elige ex duobus cuius partis defensor existere possis. In regno est pater & mansiones, an extra? Si dixeris, in regno: perdidisti locum, quem multa fabricaueras arte paruulis. Non. n. intrat in man- Ioã. 14.
siones istas non baptizatus, quia qui dixit, Ioan. 3.
In domo patris mei mansiones multæ sunt: ipse dixit, Qui non renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non intrabit in regnũ cœlorũ, Ecce virga fortis Chri, qui comminuit
corpus tuũ. Si aũt dixeris, foris, attende q̃d L
respõdeas Manichæo. Aliquo. n. bello scđm te superatus, ab aliquo pater exceptus est de regno cœlorum, nec ad eũ opus filij sui pertinet baptismus paruulorum, nec ad ipsum etiã mansiones patris, ac per hoc diuisum est regnum eorum, Christus. n. recipit baptizatos in regnum cœlorũ: pater non baptizatos in mansiones loci sui. Ecce quales sensus imprægnata à diabolo peperit hæresis vestra: ecce officina illa Pelagiana, siue Celestiana, de qua nimium docti & acutuli ad interitum processistis, qualem locum miseris paruulis fabricauit, vt & pater videatur regno excluſus, & Christus à mansionibus patris? Quid deinceps à vobis decepti facient paruuli, quos catholica ratio sine medico Christo in mansiones patris vobis docentibus non sinit introire? Quibus dum absque Christo promittitis vitam, aufertis vitam dum sanos pollicitatione ad mortem perducitis, dum spondetis requiẽ, præcipitatis in gehennam. Mansiones igitur istæ apud patrem non sunt diuisæ celulis ad habitandum iustis, sed coniuncta charitate bonorum præmia meritorum, quæ sunt in regno cœlorum, quod est indiuisum in possessionem vnicæ concor- M
diæ

diæ deitatis,patris & filij & spûs sancti: & non est vt quoddã grande palatium vnde concludi aut excludi possit:nec terminum hẽt qũo regnum terræ, ut ultra regnandi non hẽat ptãtem Ipse.n.qui implet omnia & excedit omnia,pater & filius & spûs.sanctus,deus vnus est,omnia in omnibus,vnũ
i.Co.15. potẽs, atq; omnia potens, cuius regni finis
Psal.95. nõ est,Magnus.n. dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis:& regnũ eius regnum omnium seculorũ, & dñatio eius in omni generatione & progenie. In parte vero glorię sanctorum & beatitudinis vitæ eternæ diuisum a gehenna dici tãtũ potest,unde impij & peccatores omniq; non baptizatus est separatus, & parti gehẽnę est mancipatus: dei aũt potentia non in parte est,& in parte non est, quia & sanctorũ requiei & peccatorum damnationi ipse regnat in secula seculorum.Sinite itaq; parvulos venire ad Christum vitã,vt eis perditã per Adam medicina sua redonet vitã.
Luc.19. Venit enim non inaniter quærere & saluare quod perierat: vos videbat præscientia sua futuros hæreticos, voq; increpabat in Apostolis suis,dicens, Sinite infante venire ad me,& nolite eos prohibere:talium est
A enim regnũ cœlorũ. Taliũ ad comparatiõe videlicet ad se venientium dixit, nõ omnium paruulorũ generaliter,et & qui in eo
Luc.18. renati nõ sunt:ideo inquit, Sinite paruulos venire ad me:id est, nolite eos credere me non indigere, non enim possunt venire in
Ioan.14 regnũ patris mei nisi per me. Deniq; ait, Ego sum via veritas & uita,nemo venit ad patrem,nisi per me. Quo eos ergo nõ baptizatos in domo mansionũ patris mansuros creditis,cũ nemo vadat ad patrem, nisi per Christum, qui via est:nemo æternã habeat vitã,nec maneat in veritate,nisi per ipsum
Ioan.15 qui uita est & veritas?Sine me,inquit,nihil potestis facere.Nam sicut nemo uenit ad patrem,nisi per Christum:sic nemo saluãdus venit ad Christum,nisi attrahẽte patre. Ip
Ioan. 6. se.n.dixit, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum. Et venire ad patrem & filium nemo potest, nisi operante spiritusancto patris & filii qui vbi vult,
Ioan. 3. spirat,& gratiam diuide singulis prout vult
1.Co.12 quam gratiam non a se dissociatam,sed indiuisa manu atq; potentia in homine tota vnus deus & trinitas operatur. Quisquis ergo opus in se non habet trinitatis,id est, baptismum salutarem,æternam vitam cum viuentibus sanctis in regno cœlorum non possit adipisci. Baptismum.n. Christi opus B
est trinitasis,quia ipse est, dicente Apostolo Paulo,plenitudo diuinitatis: & non est, Colo.2.
sicut & Petrus dicit in Actibus Apostolorum in aliquo alio salus, Nec.n.nomen a- Acto.4.
liud datum est sub cœlo hominibus,in quo oporteat nos saluos fieri. Ecce princeps Apostolorum Petrus in veritate loquitur ueritatem, in nullo alio nomine hominibus datam sub cœlo salutem, nisi in Christo: Tu in mendacio da nomen aliud quod saluare possit paruulos minime in Christi nomine,qui est,vt dixi, plenitudo diuinitatis, baptizatis. Quisquis enim in Christo tingitur,in nomine patris & filij & spiritusãcti,quod est plenitudo diuinitatis in remissionẽ peccatorũ salutis gratia baptizatur. Et nos, inquies, sicut aliquoties a vobis audiuimus, in remissionẽ peccatorum, tam maiores ætate quã paruulos baptizamus. Et cum vobis ita contradictum fuerit a nobis, ergo est peccatum in paruulis quod eis in sacro baptismate remittatur:respondetis,nullũ tantum in adoptione filiorum baptizantur,habet. n. in eis gratia qđ adoptet,non habet vnda quod diluat: propter solã vero symboli formulam vt tradita consuetudo seruetur,tinguntur in remissionẽ peccatorũ. Maiores aũt propterquod vsu liberi arbitrij peccata contrahere potuerunt in remissionẽ peccatorũ baptizatur. O cæca vestrorum sensuum corda. O magisterim quod obuolutum mortali nebula vobis diabolus propinauit. Quis hæc catholicorum sapientissimus ferat? Quis vos non horreat potius nominare q̃ cernere, vt verbum dei fidele in patre veri,& in patre mendacij esse prædicetis,id est, maioribus verax,quia vere in remissionẽ peccatorũ baptizantur:in paruulis aũt mendax, quia sic in remissionẽ peccatorũ, vel non in remissionem peccatorũ tingantur: quando iam uel quid a vobis dicitur verum, vt diceretur, qp in illo loco vbi veritas Christus in spiritusancto baptizans curat omnes ad se venientes peccati vulnere sauciatos,deo mendaciũ dicere nõ timetis? Verba nanq; dei sunt symboli verba,nõ se fefellit deus tradẽs p Apostolos suos Ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ, credentes in remissionẽ peccatorũ baptizari. Vt quid.n.iussit in remissionẽ peccatorum, si non facit vere remissionem? Imo ideo iussit,quia facit. Est enim

D enim deus verax, omnis autem homo men-
Psal.115. dax. Omnino in remissionem peccatorum baptizantur & paruuli, alioquin non habebunt in regno cœlorum vitam. Dimittitur enim eis regeneratione spiritali, qđ traxerũt,vt sæpe dixi,ex Adam generatione carnali:Stulte hæretice,respice ad Iesum, qui
Matt.1. propea vocatus est Iesus,id est,saluator: quia sic dicit Euangelista, Ipse saluũ faciet populum suum a peccatis eorum. Attẽde edictui
Matt.9. eius,Non opus est sanis medicus, sed male habentibus, & aduersus eum falsum de paruulis dicere conticesce, qui eis potum non sanis, sed ægrotantibus baptismum in suo sanguine procurauit,qui propterea catechizantur & exufflantur,ac baptizãtur,vt prin-
Ioan.12. ceps huius mundi diabolus ex eis foras mittatur. Aut si nõ in illis diabolus exufflatur, cuius opere,id est, vitio peccati per Adam tenentur obnoxij,dicite cur imagini dei fit iniuria? Verum opinor, qp eis baptismo vestro baptizandis minime exufflatis, ne non imagini dei, sed diabolo faciatis iniuriam.
E Aut si exufflatis nullum,vt putatis,crimen habentibus quẽ in eis vrgeatis edicite. Exufflatur ergo & increpatur in eis in catholica Ecclesia opus diaboli,nõ quod ipsi sunt,sed qđ in ipsis est. Ipsi.n.quod homines, opus dei sunt:quod vero in ipsis est peccatum,opus diaboli est:hoc est,qđ in illis odit deus non ipsos opus suũ. Ob hoc si indebita gratia eius per baptismum mundati nõ fuerint penitus Christianorum vitam non habebunt,& in regnum cœlorum non ingrediẽtur. Erunt aũt illic vbi circuncisi paruuli Iudæorum. Duas sane fides & duo baptisma vos habere,si ipsi in tenebris ambulantes non cognoscitis, catholicorum nullus ignorat. Alia.n.fide,vt superius ostendi, vobis dicentibus,baptizatis ætate maiores:alia paruulos,cum.s. verbum eos in remissione peccatorum baptizatos percipere corde nõ credatis. Nos vero anathtmatizantes vos, Paulũ in quo locutus est Christus, auscultamus prædicantem,& sequimur, qui unũ corpus & vnum spiritum esse dixit Eccle-
Ephe.4. siæ catholicæ in Christo,unam fidem, vnum baptismum, vnum deum & patrem omnium,qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis.

LIBER SEXTVS RES-pondens articulo sexto.



Licet latius de gratia & libero arbitrio superius disputatũ sit, tamen addere etiã F
nonnihil quam maxime huic operi oportet, vt & vra calũnia q̃ nobis obiicere soletis,p illuminationẽ grãe saluatoris reuincaẽ, imo refutẽ, & nostrę fidei integritas comprobetur. Credere quippe nos uel prædicare fuggil latis, quia cum lege dei & Prophetis, cum Euangelio Christi eiusq; Apostolis prædestinationem dicimus, eo qp deus quosdam hominũ sic prædestinet ad vitam regni cœlorũ, vt si nolint orare, aut ieiunare, aut in omni opere diuino uigiles esse eos omnino perire non posse, nec prorsus debere sui esse solicitos, quos deus quia voluit, semel iã eligendo prædestinauit ad vitam: quosdam vero sic pdestinauit in gehennæ pœnam,vt ẽt si credere velint, si ieiunijs, & orationibus omniq; se voluntati diuinæ subiecerint, in his deum non delectari,& vitam illis æternam in toto dari nõ posse,sic electione prædestinatos esse vt pereant. Deum nos taliter operantem personarum esse acceptorem dicere. Non miramur vos de nobis,id est,homines de hominib. falsa posse cõfingere,cũ videamus vos G
sic a diabolo esse fascinatos,vt scripturas sãctas & veridicas, ad voluntatis ũræ intellectum mutare nitamini,fidem Chri Apostolorum prædicatione fundatã euertere,falsũ dogma vestrũ anteponere veritati. Hinc ẽ vtiq;,vt nõ positis agnoscere veritatẽ,imò hinc est, vt corrupti & abominabiles facti sitis in volũtatib. vestris. Inclinate igit aliquantulũ patiẽter aurẽ cordis vestri,& qua Psal.13.
liter mysteriũ prædestinationis credamus, qualiterve prædicemus,audite. Animosita tẽ ẽt cõtra dicẽdi diuinis eloquijs deponite. Potestis.n.dono dei veritatem facile reperire vel agnoscere,si contentiosi disci plinæ silẽtio esse destiteritis. Prius ergo ipsum nomẽ pdestinationis quid indicet,exponamus deinde esse apud deũ,qui sine acceptione p sonarum est,prædestinationem,diuinarum scripturarum authoritate probauimus. Præ Prædestinatio & destinatio quippe a præuidendo & præueniendo vel præordinando futurum aliquid præscien
dr:& ideo deus cui præscientia non accidẽs tia.

est,sed essentia fuit semper & est, quicquid
antequã sit,sic præscit,prædestinat & ppea
pdestinat,quia quale futurũ sit præscit. Ió
Rom.8. & Apostolus,Nã quos præsciuit, inquit,&
H prædestinauit.Sed nõ omne quod præscuit
prædestinat:Mala.n.tantum præscit,& non
prædestinat.Bona vero,pscit & pdestinat.
Quod ergo bonũ est præscietia pdestinat:
id est,priusquã sit in re pordinat.Hoc cũ ip
so authore esse cœperit, vocat, ordinat,
& disponit.Vnde & sequit,Nã quos præde
stinauit,hos & vocauit:& quos vocauit,il
los & iustificauit: quos autẽ iustificauit,il
los & glorificauit. Iam igit aptius disse-
ramus quod loquimur, qũo erga humanũ ge
nus præscietia sua & prædestinatione deus
generaliter,in quo iniquitas non est,utatur.
Massæ itaq; humani generis,quæ in Adam
& Eua præuaricatione damnabilis mortalis
que facta est,nõ conditione diuina generali
ter,sed ex debito pœna cruciatusq; gehẽnæ
debetur:venia vero non merito, sed dei iu
sti iudicis misericordiæ largitate confertur.
Quia vero iustus & misericors dñs deus
præscius q;,futurorũ,ex hac damnabili mas
sa non personarum acceptione, sed iudicio
æquitatis suæ irreprehensibili, quos præscit
misericordia gratuita pparat, id est, pdesti-
nat ad æternam uitam:cæteros autẽ pœna,
vt prædixit,debita punit. Quos ideo punit,
qa qd essent futuri præsciuit,non tñ ipse fe
cit puniendos vel prædestinauit,sed tm, vt
dixi,in damnabili massa præsciuit. Quod si
I a,me quæris scire,cur duos ita differentes fe
cit deus si personarum acceptor non est, qa
generaliter,aut punire debet iustitia,aut mi
sericordia liberare: contende cum Paulo,
Rom.9. i no,si audes,argue Paulum,qui dixit Chri
sto in se loquente, O homo tu quis es qui
respondeas deo? Nunquid dicit figmentum
ei qui se finxit,ut quid me sic fecisti? An nõ
habet potestatem figulus luti ex eadem mas
sa facere aliud quidem uas in honore,aliud
vero in contumeliã? Ego aũt hoc dico quod
dixi,quia quicquid deus agit, misericordi-
ter,iuste & sancte q; facit,quia solus ipse præ-
sciendo scit quod homo nescicndo nescit.
Quis.n.cognouit sensum domini? Quis in
Rom.11 struxit eum? Aut quis cõsiliarius eius fuit?
Aut quis prior dedit illi & retribuentur
ei? Aut quis dicit ei quid fecisti? Non po-
test tantum iustus dici deus aut solum mise
ricors,sed iustus & misericors. Sic legimus,
sic credimus. Propterea, quando illi cũ Da
nid misericordiam & iudicium cantamus,
cantamus metuentes, non interrogamus q̃ Psa.100
sit voluntas eius,de iudicio & misericordia
conquirentes. Quod si adhuc animositati
tuæ, qua contentionis curru raptus per quæ K
stionum cãpos inanis efferreris, hæc mini-
me respõsa sufficiũt:audi & alia quæ de al-
titudine diuitiarum sapientiæ & scietiæ dei,
expauentes incomprehensibilia iudicia eius
& inuestigabiles uias eius,sola tm fidei cõsi
deratione proferimus:quia si scrutari volue Rom.11
rimus secretum dei,quod iustitiæ ipsius so-
lius notũ est, cõprehendere non valemus;
& impletur in nobis quod scriptum est,De
fecerunt scrutãtes scrutinio. Quare? Quia Psal.63.
accedit,inquit,homo ad cor altum & exal-
tabitur deus. Si forte cũ sitis reprehensibi-
les,iudiciorum dei esse vos comprehensibi-
les iactitatis, melius.s.deo placentes quam
Paulus Apostolus,qui esse incomprehensi
bilia per spiritũ eius iudicia pdicauit. Perpẽ
dite itaq; quo iudicio dictũ est a Paulo &
Barnaba prædicantibus verbum dei in Li- Act.14.
stris, In præteritis generationibus dimisit
oẽs gentes ingredi vias suas, vt in idolola-
tria simulacrorũ perirent,& unã tantũ gen
tẽ,id est,Iacob elegit sibi dominus,& Isra-
el in possessionem sibi:cui soli vtiq; legẽ ad
cognoscendũ se,postpositis,vt dixi, cæteris
generationibus dedit, vel cur iterũ amissio
facta est Iudæorũ, vt mundi fieret reconci-
liatio,id est omnium gẽtium, sicut dicit A- Rom.11
postolus. Si.n. amissio eorum reconciliatio
est mũdi,q̃ assumptio nisi vita ex mortuis?
Quasi impossibile erat deo omnipotenti
vno tpe vniuerso mundo legem dare, salu
tẽ gratiæ Christi conferre,vel,vt ita dicam
ab initio lapsus Adæ id agere, quod diuersi
tate temporum fieri eius arbitrio cedit. Do
cete ẽt quare missus a spiritusancto Paulo
& Barnaba portare nomen domini salutis
causa in gentibus,cum transirent prædican
tes Phrygiam & Galatiæ regionem, ve- Act.16.
titi sunt a spiritu sancto loq; verbũ dei in
Asia? Et cum venissent in Mysiã volentes
ire in Bithyniam,non permisit eos, inquit,
spiritus Iesu. Sciebat,inquies,deus, quia cre
dituri non essent, & ideo nõ eos ire pmisit
ad loquẽdũ verbũ dei. Stulte, deus est q̃ iu Rom.4.
stificat impium,non præuẽtus humana vo
lũtate, sed ipse præueniens hominis volũta
tẽ misericordia sua. Deus ent m,inquit, me Psal.58.
us,misericordia eius pueniet me. Audi & à- Hier.17
liũ prophetã dicentẽ, Conuerte me dñe,&
conuer-

Rom.3. conuertar: sana me domine,& sanabor. Vn-
de Apostolus, Iustificati, inquit,gratis per
gratiã ipsius p redẽptione,quæ est in Chri
sto Iesu, Audi,gratis,& tace de meritis. Nõ
ne phibitio ista sancti spiritus aliud ostẽdit,
q̃ verbum domini Iesu dicentis in Euange-
Ioan.3. lio,Spũs vbi vult spirat? Hinc cogita,hinc
pande aliqd,quare spirat vbi vult,& nõ vbi
M que? Dicite etiam,quare pdicantibus prædi
Act.13. ctis Paulo & Barnaba apud Antiochiã Pisi
diæ Iudæis ac gentibus salutẽ,nullus credi-
derit, nisi quos exinde dominus pordinauit
vt crederent? Sic.n.de ipsis pagina sancta te-
Ibidem. statur: Et crediderunt,inqt,quotquot erant
pordinati ad vitam æternam: hoc est,præde
stinati. Ecce in omnibus q̃ ex authoritate di
uina protulimus,habes misericordiam & iu
dicium:& certum est, qa personarum acce-
Rom.2. ptor non est deus, nec cuiusquam psonam
reuereretur. Descende ergo si vales in profun
dũ misericordiæ dei: Ascende si sufficis in al
titudinẽ iustitiæ iudicij eius: Descẽde in lon
gitudinẽ & latitudinem inuestigabilium via
rum eius, & si liqdo penetraueris, hæc no-
bis tam metuenda & incomprehensibilia se
creta,de qbus Paulus expauit, ipse intrepi-
dus pande. Si aũt,vt superius dixi,iactatus
curru inanium quæstionum cadis in fluctus
vanæ cõtentionis,& velut nauis deserta gu-
bernaculo p diuersa & incognita littora vo
lueris, nec prorsus ibi prospere nauigare po
A tes, reuertere & sede in portu fidei catholi-
cæ,vbi te nulla possit fluctuosæ curiositatis
tẽpestas turbare vel mergere. Quantũlibet
enim scire coneris,iudicia dei comprehende
1.Co.2. re non vales,nec valebis: qa sicut nemo scit
hominum quæ sunt hominis,nisi spiritus q̃
in ipso est:ita quæ dei sunt nemo scit nisi spi
ritus dei. Si qua ergo attingere valuerimus,
non nostra solertia, sed dono spiritus sancti
reuelata esse debemus agnoscere. Si autem
scire non datur quod supra nos est,nec à no
Ecclesia stra pusillanimitate quæratur. Præceptum
stici.3. est.n.à scriptura sancta: Altiora te ne quæsie
Rom.11. ris,& fortiora te ne scrutatus fueris in vani
tate: Et, Altum sapere noli,sed time. Timẽ
dum est prorsus & venerandum profundũ
dei, quod nos rite fatemur inuestigare non
Sapiẽ.11. posse. Omnia,inquit,in mensura & numero
& pondere constituisti domine. Quis igitur
hanc mensuram,hunc numerum,& hoc põ-
dus dei sufficit comprehendere,vt constitu-
tiones eius vniuersas in his tribus definitio-
nibus valeat enarrare? In mensura puto q̃
constet qualitas, in numero quantitas, in
põdere ratio peræquata. Sed hæc tria,id est,
qualitas & quantitas & ratio peræquata,in
iudicio & misericordia dei cõstant: qui a in
his duobus terminis sanctis cõclusa sunt, in
quibus per hæc mundum constituit,guber-
nat & iudicaturus est. In his deus iudex in
stus comprehendi non põt,non potest rapre
hendi. Omnia ergo quæ superius diximus, B
vel dicemus, in claustro horum trium no-
bis abscondita nunc latent: quæ solis claui-
bus iudicij & misericordiæ dei tunc reserã-
bunt vt sciantur, quando in aduentu domi-
ni illuminabunt abscondita tenebrarum &
reuelabunt consilia cordium, vt sit laus vni
cuique à deo vel pœna. Oportet igitur vt 1.Co.4.
ad ea quæ superius disputare cœpimus, re-
uertamur. Diximus nanque de damnabili
humani generis massa deum præscisse mise
ricordia,non meritis, quos & electione gra
tiæ prædestinauit ad vitam. Cæteros vero
qui iudicio iustitiæ eius hac gratia efficiun
tur expertes,præscisse tantum vitio proprio
perituros,non vt perirent pdestinasse. Sed,
vt dixi, quos in operibus impietatis & mor
tis pscivit,nõ pordinauit,nec impulit, in q̃
bus deum puocantes ad iracundiam, salutis
fidẽ aut pdicatam sibi accipere nolunt, aut
deo iudice non possunt, vel accepta male
vtunt,& ob hoc traduntur in reprobum sen Rom.1.
sum, vt faciant ea q̃ non conueniunt: his pe
nam pdestinatam esse rite fatemur. Quod
vt pbare valeamus,solum reor ad exemplũ
sufficere Iudam: Hunc.n.deus cum pscisset C
in vitijs propriæ voluntatis pessimum fore,
id est,electiõe discipulatus sui bene à Chro
conferenda male vsurũ, & auaritia ardentẽ
precio Iudæis dũm traditurum, pœnam ei
pdestinauit ex merito,dicente per Dauid spi
ritu sancto: Deus,laudẽ meam ne tacueris, Psal.108
qa os pctõris & dolosi super me apertum
est,id est, Iudæ vel Iudæorum in Christũ.
Iudæ cum dicit: Quid vultis mihi dare,& Mat.26.
ego vobis eũ tradã? Et post pecuniæ sponsio
nem dans signũ traditionis: Quem cunq;,
inquit,osculatus fuero, ipse est,tenete eum:
Ideo sup me,ait,apertũ est. Cũ.n.signũ de-
dit, ore dolose aperuit quẽ tenerẽt. Iudæi
quoq; cũ cum volẽtes dolo pdere, vt Euã-
gelium pãdit,clamauerũt dicẽtes: Crucifige, Ioan.16.
crucifige eum. Et post pusillum sequitur: Psal.108
Cõstituite sup eũ peccatorẽ,id est,sup Iu-
dã,diabolus stet à dextris eius. Cũ iudicat,
exeat cõdẽnatus,& oratio eius fiat in pctm,

Fiant dies eius pauci, & Epatum eius accipiat alter. Et post cætera quæ de eo sequũtur: Pro eo, inquit, ꝙ non sit recordatus facere misericordiã: Et persecutus est hominẽ
D pauperẽ & egenũ, & cõpunctũ corde mortificare, vt interficeret eum. Hæc ergo de Iuda dicta sunt personaliter. Nã sicut narrat liber Actuũ Apostolorũ, de eo prædicta & in ipso cõpleta esse sanctus probat Apostolus Petrus, cũ loco eius vnũ ex his qui cũ Apostolis cõgregati erant, pp testimoniũ resurrectionis Iesu Christi subrogari oportere denũ
Acto.1. ciat, dicens: Viri fratres, oportet impleri scripturã quã spiritussanctus prædixit ꝓ os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorũ qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortẽ ministerij huius. Et hic quidẽ possedit agrũ de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Notũ autẽ factũ est omnibus habitantibus Hierusalẽ, ita vt appellaretẽ ager ille lingua eorũ Achel
psal. 68. demac: hoc ẽ, ager sanguinis. Scriptũ est. n.
psal. 108 in libro Psalmorũ, Fiat cõmoratio eius deserta, & nõ sit qui inhabitet in ea, & Epatũ
Acto.1. eius accipiat alter. Et post pauca sequẽtia: Statuerunt, inquit, duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominabatur iustus, & Matthiam, & orantes dixerunt: Tu dñe qui corda hominũ nosti, ostende quẽ elegeris ex his duobus vnũ, accipere locum ministe
E rij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locũ suũ: & cætera. Vbi ergo cõmemoratio operũ eius malorũ à sancto fit spiritu in Psalmis, priusquã esset, præscitus est, non factus, ꝙ talis aduersus filiũ dei futurus esset. Si. n. factus esset, inculpabilis esset, & dei opificio reputaretẽ, non Iudæ: iniuste etiã in eum prolata dãnatio esset. Sed absit hoc à summo bono iudice, authore omniũ bonorũ deo, damnatore vero cunctorũ malorũ: quia mala Iudæ, vt prædixi, præsciuit, non fecit: Et tñ in quibus præsciuit, iudicio iusto tradens eum in reprobũ sensum, vt impleret permisit. Et ideo permisit quia per spm̃ sanctũ eũ perituri ante prædixit: Quia sicut Chr̃m oportebat pati per Iudam, præcinente per Prophetas sancto spiritu: ita oportebat Iudã perire eodẽ sancto spiritu prædicente: de eo. n. dictũ
Ioan.17. est: Nemo perijt, nisi filius perditionis. Nã pœnam illi prædestinatam pro malis suis, in quibus vt sæpe dixi præscitus est, tm̃ non prædestinatus, illic plane agnoscimus, vbi de eo dicitur an Apostolo Petro: Vt iret in locũ suũ, translato. s. in alterũ honore Epi- Acto.1
scopatus eius: Vel certe vbi legitur, ꝙ dãnatus sit antequã natus, scd̃m id quod disputatione p̃diximus. Talis ergo perituroru̇ omnium causa est, licet culpa sit a culpa dissimilis. Verũ aũt esse quod diximus, licet pleF ne sit disputatũ, id est, perituris pœnam esse prædestinatã, audi Petrum Apostolũ, cum futuros esse pseudoprophetas & magistros mẽdaces & apostatas in Ecclesia dicit, sicut fuerunt in populo veteri: Quibus iudicitũ, 2. Pet. 2.
inquit, iã olim nõ cessat, & perditio eorum Iudæ. 8.
non dormitat, Itẽ Iudas Apostolus: Subintroierunt, ait, quidã homines, qui olim præscripti sunt in hoc iudiciũ impij dñi nostri gr̃am transferentes in luxuriã, & solum dominatorẽ & dñm Iesum negãtes Christũ. Et dñs in Euangelio peccatoribus: Ite in
ignė æternum, quẽ præparauit pater meus Mat. 25.
diabolo & angelis eius. Prædestinatis autẽ: Venite benedicti patris mei, p̃cipite regnũ paratum uobis ab origine mundi: id est, p̃destinatum. Tenenda est igitur inconcussa huius disputationis regula, quæ diuinis testimonijs claruit, peccatores in malis ꝓprijs antequã essent in mũdo, præscitos esse tm̃, non prædestinatos: pœnam aũt eis esse prædestinatam scd̃m quod præsciti sunt. Parulos quoque non renatos ex aqua & spiritu sancto, prædestinatæ pœnæ esse obnoxios, qui præsciti sunt nõ proprijs uoluntatibus, quorum nullæ uel bonæ vel malæ sunt, nisi
G tantum in Adæ peccato, quod traxerunt nascentes, & in hoc manentes soluerunt tẽpus vitæ præsentis. Quid. n. de his iudiciũ iustitiæ faciat, quibus misericordia nõ subuenit, qui pura fide credit dicenti domino: Qui
Ioan. 6. non mãducat carnẽ meam & bibit meũ sanguinẽ, non hẽbit in se vitam: intelligit, & à contẽtione recedit. Qui uero scd̃m propositum dei viuunt, præscitos esse & prædestinatos electione gratuitæ gratiæ eius, & regnum eis cœlorum esse prædestinatum sine dubitatione dicẽdum est. Hoc. n. Apostolus Paulus probat, cum ante eos p̃destinatos & electos esse testatur, q̃ mundus constitueretur. Scribẽs. n. Ephesijs, dicit: Sicut elegit Ephe. 1.
nos in ipso. i. in Christo, ante mundi constitutionẽ, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christũ in ipsum. Taceat humana lingua, nec prorsus in prædestinatione de meritis extollatur,

extollatur. Attendat dictũ, ante mundi cõstitutionẽ: Diuinæ volũtatis est hoc donũ, non humanę fragilitatis meritum. Deniq; attẽde quid sequatur: In quo habemus, ait, redemptionẽ p̃ sanguinẽ eius remissionem peccatorũ scd̃m diuitias gr̃æ eius, q̃ superH abundauit in nobis in omni sapiẽtia & prudentia, vt notũ faceret nobis sacr̃m voluntatis suę, scd̃m beneplacitũ eius quod proposuit in eo, in dispẽsationẽ plenitudinis tẽporũ instaurare omnia in Chr̃o, q̃ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiã sumus destinati scd̃m propositũ eius, q̃ omnia operatur scd̃m cõsiliũ volũtatis suæ, vt simus in laudẽ gloriæ eius, qui sperauimus in Chr̃o. Audi, scd̃m diuitias, inquit, gratię eius quæ superabundauit in nobis. i. qua p̃uenit nos, inquit, vt notũ faceret nobis sacramẽtum volũtatis suæ. Audi, qui omnia operatur scd̃m consilium voluntatis suę: Nunquid meæ vel tuæ aut alterius, vt meritis constet? Absit, sed suæ. Quæ ẽt in his quos prædestinauit opera bonæ præparat voluntatis, vt in his ambulent, scd̃m quod
Ephe.2. idem in eadem Epistola dicit, Gratia enim estis saluati per fidẽ, & hoc non ex vobis: Dei. n. donũ est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Chr̃o Iesu in operibus bonis, q̃ præparauit deus vt in illis ambulemus. Audi, in operibus bonis q̃ ꝓparauit deus. Et si quid te boni posse vides, age gratias præparanti ꝙ potes, non propriæ voluntati: quia omI nino sine illo nihil potes, qui dixit, Sine me
Ioã. 15. nihil potestis facere. Nolite itaq; putare ꝙ hæc & hmõi dicentes, liberum voluntatis amputemus arbitrium: cũ tũ cõstet ea, quæ loquimur ex authoritate diuina pendere, vel vt nobis calumniam obijcitis, ꝙ operari bona, & oportere esse in dei proposito sollicitos prohibeamus. Quin potius, q̃ se dono gratiæ ad dei misericordiam sentiũt peruenire, hortamur oportere incumbere orationibus, obsecratiõibus ineiunijs, vigilijs, omniq̃ue operi voluntatis diuinæ: Prędestinatis enim dicit Apostolus, cum tũ gene
Rom. 1. rale sit quod illis dicitur à Christo prædeMat. 26. stinato scd̃m carnẽ ex semine Dauid, præLuc. 21. destinante autem secundum potentiam dei patris cum patre & spiritusancto: Vigilate & orate ne intretis in tentionẽ. Itẽ: Vigilate in omni tpe orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, q̃ futura sunt & stare
Luc. 15. ante filiũ hominis. Item, Contẽdite intrare p̃ angustã portam. Item, Vos amici mei estis, si feceretis q̃ præcipio vobis. Et multa alia q̃ longum est enarrare. Sed ut superius nominaui, qui eis dixit, Sine me nihil pote- Luc. 15.
stis facere: per ipsum quæ iubentur facere pũt. Huiusmodi in Chr̃o esse electos dei, K
ait Apostolus, in quo p̃destinati sunt scd̃m Ephe. 1.
ꝓpositum eius qui omnia operatur. Intellige dictũ, qui omnia operatur, & crede opus esse dei, opera eorũ q̃ ambulãt secũdũ propositũ dei. Qui ergo absque p̃destinationis gratia sunt. i. alieni à proposito dei & perdurant in operibus malis, si ẽt ex hac vita migrauerint, non eos dicimus vt vos putatis, ita à deo omnium opifice ordinatos vt perirent, tanquã ipse illis mores malę vitæ creauerit, ipse ad oẽ opus mortis inuitos p̃cipitauerit. Absit hoc à diuino proposito, Nõ enim volens est iniquitatem deus, nec man Psal. 5.
dauit cuiquã impie agere, nec alicui dedit Sapiẽ. 1.
laxamentũ peccandi, Fecit. n. vt essent om- &. 2.
nia, & sanabiles nationes orbis terrarũ. Inuidia aũt diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Imitantur ergo illũ qui sunt ex parte illius. Nec dicimus, vt fingitis, & sic credere velint vel bonis operib. dei vacare, deũ hæc illis nolle p̃stare, cũ hmõi velle dei sit donũ. Si ergo ex deo est quod volunt, vult deus perfectum fieri quod donauit. Si autẽ ex deo non est, sed est iactantia propriæ voluntatis, qua se meritis deũ æstimant promereri, manifeste quod volunt capere non pũt, quia non volentis, inquit, Apostolus, neq; currentis, sed miserentis est dei. Et qa
non põt hõ à se facere quicquã nisi datum L
illi fuerit desuper, non hoc agit deus sum- Rom. 9.
me bonus malitia, sed iustitia, nec personarum acceptione, sed causarum secretarũ discretione. Nouimus nonnunquã quosdam Ioã. 19.
volentes æternæ vitę fidem accipere, & eã adipisci: quosdã aũt non. Aliquos ẽt nolentes consequi, cum in eis diuina gratia, aut dederit, vel immutauerit voluntatem: aliquos nõ. Nouimus aliquos etiam perfectos ex labore multorũ annorũ, prolapsos in vltimo vitæ suæ & perijsse. Aliquos vero ab ineunte ætate sua in omni scelere & damnabilitate vsq; ad decrepitam ætatem perduraſſe, & repente cœlitus inspirata salute, raptos esse ad requiem regni cœlorũ. Nouimus etiam paruulos, quibus vsus liberi arbitrij non est, vt de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentũ manibus ad gratiam sacri baptismatis deportatos, &

cum

cum in vno corũ per manus sacerdotis mysteriũ fidei adimpleretur, aliquoties alterũ in parentum manibus factũ examiné fraudatũ gratia saluatoris. Quis sapiens & intelligẽs hæc? Aut quis idoneus erit horum reddere rõnem? Dicamus cũ Dauid, Iustus dñs in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et, Quàm magnificata sunt opera tua dñe, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Dicamus ẽt cũ Apostolo Paulo: O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Sed si adhuc hac reddita rõne vultis esse contẽtiosi, nec acquiescere veritati, nobis tũ eo quòd male de deo iusto ac misericordissimo sentiamus, calũniari desinite: sed ipsum potius dñm Iesum Chr̃m, cuius Euãgelium sequimur, si audetis arguite: cum illo iurgiũ sumite litigandi: illi q̃ absit: male sensisse de deo patre suo calũniamini: qui ait, Multi quidem vocati, pauci vero electi. Et, Nemo põt venire ad me, nisi pr̃ qui misit me traxerit eum. Et, Nemo põt venire ad me, nisi datum ei fuerit à pr̃e meo. Et, Non oẽs capiunt verbum hoc, nisi quibus datũ est Cætera ẽt q̃ plurima. Falsum est ergo, inquies, q̃ ait Apostolus de deo, Qui vult oẽs homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis suæ venire? Omnino non est falsum, quia oẽ q̃d vult deus facere põt, nec prorsus humana voluntate quod vult ꝓpeditur. Sed q̃ro à vobis ut dicatis, quare deus qui vult oẽs homines saluos fieri quorũdã, vt dicit Esaias Propheta, excæcat oculos ne videant, & obdurat corda ne intelligant, ne conuertantur & sanentur? Quod verũ esse Ioannes Euangelista confirmat dicens de Iudæis. Propterea nõ poterãt credere, q̃a dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ, vt nõ videant oculis & intelligãt corde, & conuertãtur & sanẽ eos. Itẽ in Euãgelio scd̃m Marcum, cũ Iesum interrogarẽt discipuli sui de parabola seminis: Vobis, inquit, datũ est nosse mysteriũ regni dei: illis aũt qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant & non videãt, & audientes audiant & non intelligãt, ne qñ cõuertant & dimittant eis pctã. Dicite igit, quare deus qui personarũ acceptor non est, & vult oẽs homines saluos fieri, aliquorũ corda reserat ad credendũ, oculos illuminat ad videndũ, & ad sciendũ mysteriũ regni cœlorũ, quo. s. salui fieri possint: aliorũ vero, vt lectionis textus dixit, inuoluens in parabolis, veritatem, obtundit cor, excæcat oculos, claudit aures, ne Euãgeliũ salutis agnoscant, ne remissionẽ accipiant pctõrũ? Dicite q̃so, qualiter hæc loca Euãgelij accipitis: docete quid hic de deo, q̃ vult oẽs homines saluos fieri, sentitis. Ecce iã oẽs gñaliter salui nõ sunt, cum alijs datur viam nosse salutis, alijs nõ dat. Hæc itaq; cum facit deus, nõ psonarũ acceptione facit, nõ iniustitia, sed iustitia inenarrabili, & misericordia indebita. Q̃m vero hinc liquido vtraq; pars dicere nihil valemus, credamus tm̃ reum mortis ex iudicis volũtate pẽdere. Ne quisquã aũt putaret diuino iudicio fieri, nõ oẽs homines salua- 1. Ti. 2.
ri dixit Apostolus, q̃ vult oẽs homines saluos fieri. Quapp oẽs homines qui saluantur, dei voluntate saluantur. Deus enim no Psal. 67.
ster, deus saluos faciendi, & domini dñi exi Psal. 29.
tus mortis. Et, Quia ira in furore eius, & vita in volũtate ipsius. Intelligite itaq; in furore iustitiam in voluntate misericordiam. Prædestinationem igitur negare quã apud deum esse breuiter probauimus, immanis blasphemia est: quam non tantum sicut soletis dicere, in Apostolis debemus accipere, sed in Patriarchis & Prophetis, & martyribus & confessoribus, in omnibus sanctis & digne seruientibus deo. Nemo 2. Ti. 2.
glorietur, nemo desperet. Solus. n. dominus scit qui sunt eius. Inquantũ aũt possumus, oẽs homines ad bonum opus exhortemur, nulli desperationẽ demus, pro inuicẽ oremus, in conspectu dei nos humiliemus di- Matt. 6.
centes: Fiat voluntas tua. Ipsius erit ptãtis, iudiciũ in nobis debitũ mutare dánationis, & gram p̃destinationis indebitã p̃rogare.

Hypognosticon finis.

D. AVRELII AVGVSTINI MIPPONENSIS EPISCOPI, ad Eutropium & Paulũ Episcopos, liber de perfectione iustitiæ cõtra Celestium.

Sanctis fratribus & coepiscopis, Eutropio & Paulo Augustinus. Charitas vestra, quæ in vobis tanta est, & tam sancta vt etiã iubenti seruire delectet, petiit ut definitionibus, q̃ dicunt Celestij eẽ, rũdeã. Sic. n. p̃nota ta est cadẽ chartula quã dedistis.

dedistis. Definitiones vt dicitur Celestij. Quæ prænotatio credo, q̃ nõ illius, sed eorũ sit qui hoc attulerunt de Sicilia, ubi Celestius non esse perhibetur. Sunt. n. multi
D talia garrientes, & sicut ait Apostolus, ipsi
2. Ti. 3. errantes & alios in errorem mittentes, ex illius tũ hæc esse doctrina vel etiam quorundã sectatorum eius, & nos possumus arbitrari. Nã neq; istæ breues definitiones, vel potius rõcinationes ab illius abhorrẽt ingenio, q̃d in opere alio eius inspexi, cuius cũ esse constat authorẽ: & non frustra istos fratres qui hæc attulerunt, in Sicilia existimo audisse, q̃ ipse docuerit ista vel scripserit. Vellem aũt si possem, ita obtẽperare vestræ fraternæ beneuolentiæ, vt ẽt ego tam breuiter rñderem. Sed nisi & illa cõmemorem quibus rñdeo, quis poterit quemadmodum rñderim iudicare? Conabor tñ q̃tum valuero, adiuuantibus me apud dominum misericordiam etiã orationibus vestris, vt non vltra quàm necesse est meus sermo procurrat. Ante omnia, inquit, interro-
Ratiocinatio. 1. gandus est qui negat hominem sine peccato esse posse, quid sit quodcunq; peccatum: quod vitari põt, an quod vitari non potest. Si quod vitari non potest, peccatum non est. Si quod vitari potest, potest homo sine peccato esse, quod vitari põt. Nulla. n. rõ
E vel iustitia patitur saltem dici peccatũ, q̃d
Respon. vitari nullo modo põt. Respondemus, vitari posse peccatum, si natura vitiata sanetur gratia dei per Iesum Chr̃m dominum nostrum. In tantum. n. sana non est, inquantum id quod faciendũ est, aut cæcitate non
Gala. 5. videt, aut infirmitate non implet. Dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt ea q̃ non vult hõ
Ratiocinatio. 2. faciat. Iterum, ait, quærendũ est, peccatũ voluntatis, an necessitatis est? Si necessitatis est, peccatum non est: si voluntatis est,
Respõ. vitari potest. Respondemus q̃d supra, & vt sanemur inuocamus eum, cui dicitur in psalmo, De necessitatibus meis educ me.
Ratiocinatio. 3. Iterum, inquit, quærendum est, quid sit peccatum? Naturale, an accidens? Si naturale peccatũ non est. Si aũt accidens est, & recedere potest: & quod recedere potest, vitari potest: & quod vitari potest, potest hõ si ne eo esse quod vitari potest. Respondetur, naturale non esse peccatũ, sed naturæ
Respon. præsertim vitiatæ: vnde facti sumus natura filij iræ: parumq; esse ad non peccandũ
Ephe. 2. voluntatis arbitriũ, nisi adiuta sanetur gratia dei per Iesum Chr̃m dñm nr̃m. Ite- Ratio
rũ, ait quærendum est, quid est peccatum, natio. 4.
actus, an res? Si res est, necesse est vt authorẽ habeat: & si authorem habere dr̃, iã alter præter deum rei alicuius author induci videbitur: at si hoc dici impium est, & cõ F
fiteri necesse est peccatum omne actũ esse, non rẽ. Si igitur actus est, immo quia vere actus est, vitari potest. Respõdemus, pec Respõ.
catum quidem actum dici & esse, non rem. Sed etiã in corpore claudicatio eadẽ ratione actus est, non res. Q̃m res, pes ipse vel corpus vel homo est, qui pede vitiato claudicat, nec tñ vitare põt homo claudicationem, nisi habeat sanatum pedem. Quod ẽt in interiore homine fieri põt, sed gratia dei per Iesum Xp̃m dñm nostrũ. Ipsum sanè vitium quo claudicat homo, nec pes est, nec corpus, nec homo, nec ipsa claudicatio quæ vtiq; non est quando non ambulat, cum tamen insit vitium quo fit claudicatio quãdo ambulat. Quærat ergo quod eidẽ vitio nomẽ imponat: vtrũ rẽ velit dicere, an actũ, an rei potius qualitatẽ malam, qua deformis actus existit. Sic & in homine interiore animus res est, rapina actus est, auaritia vitiũ est. i. qualitas secundum quã malus est animus, ẽt quando nihil agit vnde auaritiæ vel rapinæ seruiat, ẽt quãdo audit, Non concupisces: seq; vituperat, & Exo. 20.
tamen auarus manet, sed per fidem renouatur. i. sanatur de die in diem, nec tamen nisi gratia dei per Iesum Christum dominũ 2. Co. 4.
nr̃m. Iterum, inquit, quærendũ est: vtrum G
Ratiocinatio. 5. ne debeat homo sine peccato esse. Proculdubio debet. Si debet, potest: si non põt ergo nec debet. Et si non debet homo esse sine peccato, debet ergo cum peccato esse, & iam peccatum non erit, si illud deberi constiterit. Aut si hoc etiam dici absurdũ est, confiteri necesse est, debere hominem sine peccato esse, & constat eum non aliud debere quàm potest. Respondetur eadem si- Respon.
militudine qua superius iam rũdimus. Cũ enim videmus claudum qui sanari potest, recte vtiq; dicimus, debet homo iste esse sine claudicatione: & si debet, põt: nec tamen cũ vult continuo potest, sed cũ fuerit adhibita curatione sanatus, & medicina adiuuerit voluntatem. Hoc fit in interiore homine, q̃d ad peccatum attinet tanquã ad eius claudicationem, per eius gratiam, qui venit non vocare iustos, sed peccatores: quia nõ est opus sanis medicus, sed male hãtibus. Matt. 9.

Iterum

Ratiocinatio. 6. Iterum ait, quærendum est: vtrum pœnitentia sit homini sine pctō esse. Aut. n. non pōt, & præceptū non est: aut quia pœnitentia est, pōt. Nam cur præciperet, qđ fieri omnino nō posset? Rñdetur, Cōsultissime homini præcipi, vt rectis passibus ambulet, vt cū se non posse perspexerit, medicinā requirat, quæ interioris hominis ad sanandā peccati claudicationē, gra dei est per Iesum Chrm dñm nostrum. Iterum, ait, qrendum est: an velit deus hominem sine pctō esse. Proculdubio vult, & proculdubio pōt. Quis. n. tam demens est, vt vel dubitet fieri posse qđ deum velle non dubitat? Rñdetur: Si nollet deus hominem sine pctō esse, non mitteret filium suum sine peccato, qui sanaret homines à peccatis. Hoc fit in credentibus & proficientibus renouatione interioris hominis de die in diē, donec fiat perfecta iustitia tanq̄ sanitas plena. Iterum, ait, qrendum est: qūo vult deus hominem esse, cū pctō, an sine peccato? Proculdubio nō vult esse cū peccato. Quāta hæc impietatis blasphemia sit, cogitandum est, vt dicatur hominem posse esse cum pctō, quod deus non vult: & negetur posse esse sine pctō, qđ deus vult: quasi aliqué ad hoc deus creauerit vt posit esse quod nolit, & non posit esse quod velit, & vt contra suā magis q̄ vt secm suam existeret voluntatem. Iam superius rñsum est, sed addendum video, qp spe salui facti sumus, Spes autem q̄ vr non est spes. Quod. n. videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiā expectamus. Tunc ergo erit plena iustitia, qn plena sanitas: tunc plena sanitas, qn plena charitas. Pleni tudo. n. legis charitas. Tunc aūt plena charitas, qn videbimus eum sicuti est. Neq; n. erit quod addatur ad dilectionē, cū fides peruenerit ad visionem. Iterum qrendum est, inquit, per quid efficitur hō cum pctō, per naturæ necessitatem, an per arbitrij libertatem? Si per naturę necessitatem, culpa caret: si per arbitrij libertatem, qrendū est à quo ipsam arbitrij libertatem acceperit. Proculdubio à deo. Deus aūt quod dedit, certe bonum est, negari. n. non potest. Qua igitur ratione bonum probatur, si magis ad malum q̄ ad bonum pronum est? Magis. n. ad malum q̄ ad bonum pronum est, si hō per illud potest esse cum peccato, & nō pōt esse sine pctō. Rñdetur: Per arbitrij libertatē factū vt esset homo cū peccato, sed iam pœnalis vitiositas subsecuta, ex libertate fecit necessitatem. Vnde ad deum fides clamat, De necessitatibus meis educ me. Sub quibus positi, vel non possumus quod volumus intelligere: vel quod intellexerimus, volumus, nec valemus implere. Nam & ipsa libertas credentibus à liberatore p mittitur. Si vos, inqt, filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Victa. n. vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate natura. Hinc alia scriptura dicit, A quo. n. quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Sicut ergo non est opus sanis medicus, sed male habentibus: ita non est opus liberis liberator, sed seruis, vt ei dicat gratulatio libertatis, Saluasti de necessitatibus animam meā: Ipsa. n. sanitas est vera libertas, q̄ non periret, si bona permansisset voluntas. Quia vero peccauit voluntas, secuta est peccantē peccatū habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas: & accipiatur tanta libertas, in qua sicut necesse est permaneat beate viuendi voluntas, ita vt sit ēt bene viuendi & nunquā peccandi voluntaria fælixq; necessitas. Proinde, inqt, Deus bonum hominem fecit, & præterquā illū bonū fecit, bonū ei insuper vt faceret impetrauit. Quàm impium, vt confiteamur hominem malum esse, quod nec factus est, nec ei præceptū est, si negamus eū bonum posse esse, quod factus est, & qđ ei vt faceret imperatum est. Rñdemus. Quia ergo non seipse hō, sed deus bonum hominem fecit: deus eum, nō seipse vt sit bonus reficit, dū volentem, credentē, inuocantē liberat à malo, quod sibi ipse fecit. Hoc aūt fit, dum gra dei per Iesum Christum dñm nrm renouatur hō interior de die in diem, vt ad sempiternam, non pœnā, sed vitam resurgat hō exterior nouissimo die. Iterum, ait, quærendum est, quot modis constat oē pctm? Duobus nisi fallor, si aut illa fiant q̄ prohibentur, aut illa non fiant q̄ iubentur. Tam certe omnia illa q̄ prohibita sunt vitari possunt, q̄ q̄ præcepta sunt perfici. Nā frustra aut prohiberetur aut iuberetur, qđ vel caueri vel impleri non posit. Et qūo negabimus posse esse hominē sine pctō, cū confiteri necesse sit, cū tā omnia illa q̄ vetant posse cauere, q̄ q̄ imperantur efficere? Rñdetur, Multa esse in scripturis sanctis diuina pcepta, quæ omnia cōmemorare nimis operosum est. Sed dñs qui verbum cōsummans, & breuians fecit super terrā, in duobus præ

bus præceptis dixit legē Prophetasq; pendere, vt intelligeremus q̄cq̄d aliud diuinitus pceptū est, in his duobus habere finē, & ad hæc duo esse referēdū: Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges pximū tuū tanq̄ teipsum. In his, inqt, duobus pceptis tota lex pēdet & Prophetæ. Quicqd ergo dei lege prohibemur, & q̄quid iubemur facere, ad hoc prohibemur & iubemur vt duo ista cōpleamus. Et forte gñalis prohibitio est, Nō cōcupisces: & generalis iussio: Diliges. Vnde breuiter & Apostolus Paulus quodā loco vtrūq; complexus est. Prohibitio. n. est, Nolite cōformari huic seculo: iussio aūt, Sed renouamini in nouitate mētis vræ. Illud ptinet ad nō cōcupiscere, hoc ad diligere: Illud ad cōtinentiā, hoc ad iustitiā: Illud ad declinandū à malo, hoc ad faciendū bonū. Nō cōcupiscēdo. n. vetustate expoliamur, & nouitate induimur diligēdo. Sed nec quisquā pōt cōtinēs esse, ni si deus det, & charitas dei diffundat in cordibus nostris, non per nosipsos, sed p spm̄ sctm̄ qui datus est nobis. Hoc aūt fit de die in diē in ijs q̄ volendo & credendo & inuocādo proficiūt, & pterita obliuiscentes, in ea quæ ante sunt extendunt. Ad hoc. n. lex ista pcepit, vt cum in his implendis hō defecerit, nō se extollat superbia tumidus, sed ad gratiā cōfugiat fatigatus, ac sic eum lex terrendo, ad Chrm diligendū pædagogi p ducat officio. Iterū quærendū est, inqt, Qūo non pōt hō sine pctō esse, voluntate an natura? Si natura, pctm̄ non est: si voluntate, perfacile pt voluntas voluntate mutari. Rñdemus admonentes esse cogitādū q̄ta sit ista psumptio, qua dr non solū posse, quod quidē adiuuante gratia dei negandū non est, sed ēt perfacile posse voluntatē volūtate mutari, cū dicat Apostolus: Caro cōcupiscit aduersus spm̄, & spūs aduersus carnē: Hæc. n. sibi inuicē, aduersant, vt non ea quæ vultis faciatis. Non. n. ait, Hæc inuicē aduersantur, vt quæ potestis facere, nolitis: sed, vt non ea q̄ vultis faciatis. Cur ergo cōcupiscentia carnis quæ vtiq; culpabilis atq; vitiosa est, nihilq; est aliud q̄ desideriū peccati, quod idē Apostolus pcipit, ne regnet in nro mortali corpore, vbi satis ostendit esse tamen in nro mortali corpore, quod permittendū nō sit vt regnet. Cur ergo ista cōcupiscētia nō mutata est ea voluntate, quā voluntatē satis euidenter expressit Apostolus dicens, vt nō ea q̄ vultis faciatis: si facile pōt volūtas volūtate mutari? Nec sane isto mō naturā, siue animæ, siue corporis, quā deus creauit & q̄ tota bona est, accusamus, sed eam dicimus propria voluntate vitiatā, sine dei gra nō posse sanari. Iterū aūt qrēdū est, Si non pōt hō si ne pctō esse, cuius culpa est, ipsius ne homi nis, an cuiuslibet alterius? Si ipsius hominis, qūo culpa hominis est, si hoc non est quod esse nō pōt? Rñdet iō esse culpam hominis, qđ nō est sine pctō: quia sola hominis voluntate factū est, vt ad istā necessitatē veniret, quā sola hominis voluntas superare nō posit. Iterū ait qrendū est. Si natura hominis bona est, qđ nullus negare nisi Marcion aut Manichæus audebit, qūo igitur bona est, si malo ei carere nō est possibile? Oē. n. pctm̄ malum esse quis dubitet?

Rñdemus, Et naturā hominis bonā eē, & eā malo carere posse. Nā iō clamamus, Libera nos à malo, qđ non perficit, quādiu corpus qđ corrūpit, aggrauat animam. Sed hoc agitur gra p fidē, vt aliqn̄ dicatur: Vbi est mors cōtentio tua, vbi est mors aculeus tuus? Aculeus aūt mortis peccatum, virtus vero peccati lex: qm̄ lex prohibendo auget peccati cupiditatē, nisi diffundat spūs charitatē, q̄ plena & perfecta tunc erit, cū videbimus facie ad faciē. Et hoc, inquit, dicendū est. Certe iustus est deus, negari. n. non pōt. Imputat autē deus homini oē peccatū. Et hoc quoq; confitendū puto, quia neque peccatū est quicquid non imputabit in peccatū. Et si est aliqđ pctm̄ quod vitari non posit, qūo iustus deus dr, si imputare cuiquā credit, quod vitari non posit? Rñdemus, iā olim contra superbos esse clamatū: Beatus cui non imputauit dominus peccatum. Non. n. imputat his qui fideliter ei dicunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et iuste non imputat: quia iustū est quod ait: In qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur vobis. Peccatum est aūt, cum vel nō est charitas q̄ esse debet, vel minor est quā debet, siue hoc voluntate vitari posit, siue non posit, quia pōt, præsens voluntas hoc facit: si autem non potest, præterita voluntas hoc fecit, & tamen vitari pōt, non qn volūtas superba laudatur, sed qn humilis adiuuatur. Post hoc ille qui ista conscripsit, introducit personam suam quasi cum altero disputantē, & facit se interrogari, & quasi ab

si ab interrogante sibi dici: Da mihi hominem sine peccato? Et respondet: Do tibi q esse possit. Et rursus ab interrogante dř ei, Quis est? Et respondet: Ipse tu. Quod si dixeris, inquit, ego esse non possum: respōdēdū est cuius culpa est? Qđ si dixeris mea, dicēdum est: Et cūo tua est, si ipse sine peccato esse non potes? Iterum facit se interrogari & dici sibi: Tu ipse sine pctō es, qui dicis hominem sine pctō esse posse? Et
D respondet q̄ non sum sine peccato. Cuius culpa est? Quod si dixerit, inquit, tua est: respondendum est, Qūo mea, si esse non pos-
Respon. sumus? Nos respondemus nullum cū eis de his verbis esse debere conflictū, quia nō est lausus, dicere hominem esse sine peccato, vel aliquem, vel seipsum, sed tantummodo esse posse, respondit, quod neq; nos negamus: Quando autem possit & per quē possit, hoc quæritur. Si n. modo est, non omni animæ fideli positæ in corpore mortis huMatt. 6. ius orandum est, & dicendum, Dimitte nobis debita nostra: cum iam in sancto baptismo vniuersa fuerint dimissa prerita. Quisquis autem membris fidelibus Christi hoc nō esse orandum persuadere conatur, nihil aliud quàm seipsum Christianum non esse profitetur. Porro si per seipsum potest homo esse sine peccato, ergo Christus gratis
Gala. 2. mortuus est: Non autem gratis Christus mortuus est, non igitur potest homo esse sine peccato, etiam si velit, nisi adiuuet gratia dei per Iesum Christum dominū nostrū. Quod vt perficiatur, & nunc in proficientibus agitur, omnimodo implebitur contentione mortis assumpta, & charitate, quæ credendo & sperando nutritur, videndo & obtinendo perfecta. Deinde instituit diuinis testimonijs agere quod intendit. Quod quale sit, diligentius aduertamus. Testi-
E monia, inquit, quibus probatur præceptum
Respon. esse hominī vt absque peccato sit. Ad hoc respondemus: Non vtrum præceptum sit quæritur, quod valde manifestum est, sed hocipsum quod præceptum esse constat, vtrum in corpore mortis huius possit
Gala. 5. impleri, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ volumus faciamus. De quo corpore mortis huius, non omnis liberatur qui finit hanc vitam, sed qui in hac vita susceperit gratiam, & ne in vanum susciPiat bonis operibus egerit. Aliud est. n. exire de hoc corpore, qđ oēs homines dies vitæ huius vltimus cogit: aliud é aût liberari de corpore mortis huius, qđ sola dei gra p Iesū Xpm dominum nostrū, sanctis & fidelibus eius impertit. Post hanc autem vitā merces perficiēs redditur, sed eis tm̄ à quibus in hac vita eiusdem mercedis meritum comparatur. Non enim ad saturitatem iustitiæ, cū hinc exierit quisque peruenier, nisi ad eam cum hic est, esuriendo & sitiēdo cucurrerit. Beati quippe qui esuriūt & sitiūt iustitiā, qm̄ ip si saturabunt. Quandiu ergo peregrinātes à domino, per fidē ambulamus, nō per speciem, vnde dictum est, Iustus ex fide viuit: hæc est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, vt ad illam perfectionem plenitudinēque iustitiæ vbi in specie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, tunc ipsius cursus rectitudine & perfectione tēdamus, castigando corpus nostrum & seruituti subijciendo, & eleemosynas in dandis beneficijs, & dimittendis quæ in nos sunt commissa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, & orationibus indesinenter insistendo, & hoc faciendo in doctrina sana qua ædificatur fides recta, spes firma, charitas pura. Hæc est nunc nostra iustitia qua currimus, esurientes & sitientes ad perfectionem plenitudinemque iustitiæ, vt ea postea saturemur. Vnde dominus in euangelio cum dixisset, Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus vt videamini Matt. 6
ab eis: ne istum nostrum cursum sine humanæ gloriæ metiremur, non est in expositione iustitiæ ipsius executus, nisi tria ista ieiunium, elemosynas, orationes: Ieiunio scilicet vniuersam corporis castigātionem significans, eleemosynis omnem beneuolentiam & beneficentiam, vel dandi, vel ignoscendi: & oratione insinuan omnes regulas sancti desyderij: vt quoniam in castigatione corporis frenatur concupiscentia, quæ non, frenari, sed omnino esse non debet, nec erit in illa perfectione iustitiæ, vbi nullum erit omnino peccatum, & sæpe in G
vsu rerum etiam concessarum atq; licitarū exerit immoderationem suam: in ipsa vero beneficentia qua iustus consulit proximo, quædam fiunt q̄ obsunt cū prodesse putata sint, & aliquando p infirmitatē, vel cū minus sufficit necessitatibus aliorū, vel parū in eis proficit qđ benignitatis ac laboris impenditur, surrepit tediū, quo fusce hilaritas, in qua datorem diligit deus. Surrepit āt 2.Co.9
tanto magis, quanto minus quisq;, et tanto minus,

minus, q̄to magis pfecerit. His atq; hmōi
Matt. 6. consideratis merito in oratione dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si tū quod dicimus, facianus, vt vel ipsi ēt diligantur inimici, vel si quisquam adhuc in Christo paruulus hoc nondum faciat, pœnitenti tamen, qđ in eū quisq; peccauit, & veniā petenti ex intimo cordis ignoscat, si vult vt eius orationē pater cœlestis exaudiat. In qua oone cōtentiosi esse nolimus, satis nobis propositum speculū est, vbi inspiciatur
H vita iustorum q̄ ex fide viuunt, & perfecte
Phili. 3. currunt, quanuis sine peccato non sint: Vñ dicunt, Dimitte nobis: quia nondum quo curritur peruenerunt, Hinc dicit Apostolus: Non quia iā acceperim, aut iam perfectus sim, fratres ego nō me arbitror apprehendisse: vnum aût, q̄ retro sunt oblitus, in
1.Co.13. ea quæ ante sunt extētus, secūm intentionē sequor ad palmā supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Quotquot ergo pfecti hoc sapiamus .i. quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus quod nōdū perfecti sumus, vt illic perficiamur quo pfecte adhuc currimus: Vt cū venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruatur .i. non iam ex parte sit, sed ex toto: quia fidei & spei iā res ipsa non q̄ credatur & speretur, sed quæ videatur teneaturq̄; succedet. Charitas autē quæ in his tribus maior est, nō auferatur, sed augeatur & impleatur, contēplata quod
Deut. 6. credebat, & quod sperabat indepta. In qua plenitudine charitatis præceptum illud implebitur: Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc aliqd carnalis concupiscentiæ, quod vel cōtinen-
I do frenetur, non omnimodo ex tota ani-
Rom. 7. ma diligitur deus. Non enim caro sine anima concupiscit quanuis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Tūc erit iustus sine vllo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mētis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget deū, qđ est primum summumque præceptū. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quāuis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currēdū
1.Co.9. est nesciatur. Qūo aût sciretur si nullis pceptis ostenderetur? Sic ergo curramus, vt cōprehendamus. Omnes. n. qui recte currūt, cōprehendent; Non sicut in agone theatri co, oēs quidē currunt, sed vnus accipit palmā. Curramus credendo, sperando, desiderando, curramus corpus castigando et eleemosynas in dandis bonis malisq; ignoscendis, hilariter & ex corde faciendo, & currētiū uires vt adiuuentur orando, & sic audia 1
mus pcepta pfectionis, ne currere negliga- 2
mus ad plenitudinē charitatis. His pmissis Deu. 18.
ea testimonia q̄ posuit iste cui rūdemus, tā 3
quam nos ea ptulerimus diligenter audia- 4
mus. In Deuteronomio, Tu aût perfectus Matt. 5.
eris corā dño deo tuo. Itē illic, Et non erit 5
incōlummatus in filijs Israel. Itē saluator 2.Co.13
in Euāgelio: Estote pfecti, q̄a pater vester K
q̄ in cœlis est, pfectus é. Itē Apostolus ad 6
Corinthios scđa: De cætero frēs gaudete, Colo. 1.
pfecti estote. Itē ad Colossenses: Coripientes oēm hominē & docēt es in omni sapiē- Phili. 2.
tia, vt exhibeamus oēm hominē pfectū in 8
Chro. Itē ad Philippēses: Omnia facite si- Ephe. 2.
ne murmuratione & hæ sitatione, vt sitis ir
reprehensibiles, & simplices, sicut filij dei
immaculati. Item ad Ephesios. Benedictus
deus & pr̄ domini nr̄i Iesu Chri, q̄ benedixit nos in omni benedictiōe spiritali, in cæ
lestibus in Chro Iesu, sicut elegit nos in ip 9
so ante mūdi cōstitutionē, vt essemus san- Colo. 1.
cti & immaculati in cōspectu eius. Item ad
Colossenses: Et vos cū essetis aliqñ alienati & inimici sensui in operibus malis: nunc
āt recōciliati in corpore carnis eius, p mor 10
tē eius, exhibere vos sanctos & immacula- Ephe. 5.
tos & irreprehēsibiles. Itē ad Ephesios: Vt 11
exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiā, non 1.Co.15.
habētē maculā aut rugā aut aliquid hmōi, 12
vt sit sācta & imaculata. Itē ad Corinthios 1. Pet. 1.
prima: Sobrij estote, & iusti & nolite pec- L
care. tem in epistola sancti Petri: Propter
quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti sperate in eam quæ offert vobis gratiam, quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ concupiscentijs, sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, vt & ipsi sancti in omni Leui. 19.
conuersatione sitis, quia scriptum est: San- 13
cti eritis, q̄a ego sanctus sum. Vnde & beatus Dauid dicit: Domine quis habitabit in Psal. 14.
tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mō- 14
te sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, 15
& operatur iustitiam. Et alibi: Et ero im- Psal. 17.
maculatus cum eo. Et alibi: Beati immacu Psal. 118
lati in via qui ambulant in lege domini.
tē apud Salamonē: Diligit dominus sancta corda, accepti sunt āt illi oēs immaculati.

Horũ teſtimoniorũ aliqua currentes exhortãtur, vt pfecte currãt, aliqua ipſum finẽ cõmemorant quo currẽdo pertendãt. Ingredi aũt ſine macula nõ abſurde ẽt ille dr̃, non qui iã perfectus eſt, ſed q ad ipſam perfectionem irreprehenſibiliter currit, carens criminibus damnabilibus, atque ipſa peccata venialia nõ negligens mundare eleemoſynis. Ingreſſum quippe hoc inter nr̃m quo tẽdimus ad pfectionem, munda oratio. Mũda eſt aũt oro vbi veraciter dr̃, Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus: vt dũ reprehendit, quod non imputatur, ſine reprehenſione, hoc eſt, ſine macula nr̃ ad pfectionem curſus habeatur. In qua perfectione cũ ad eã peruenerimus, iã nõ ſit omnino quod ignoſcendo mundetur. Deinde iſte adhibet teſtimonia quibus oſtendat, nõ eſſe grauia diuina p̃cepta. Qui aũt neſciat, cũ p̃ceptũ ſit generale charitas, q̃a finis p̃cepti eſt charitas, & plenitudo legis eſt charitas, nõ eſſe graue qđ diligendo ſit, non timẽdo? Laborant aũt in dei p̃ceptis, q̃ ea timendo conantur implere: ſed perfecta charitas foras mittit timorem, & facit p̃cepti ſarcinã leuem, nõ ſolũ non p̃mentem onere ponderum, verumetiã ſubleuãtem vire pœnarũ, Quæ tamen charitas, vt habeatur ẽt tanta q̃ta in corpore mortis huius haberi põt, parum eſt nr̃æ volũtatis arbitrium, niſi adiuuet gr̃a dei per Ieſum Chr̃m dominum noſtrum. Diffunditur q̃ppe in cordibus nr̃is, qđ ſæpe dicendum eſt, non p̃ noſipſos, ſed per ſpm̃ ſct̃m qui datus eſt nobis. Nec aliã ob cãm ſcriptura cõmemorat non eſſe grauia diuina p̃cepta, niſi vt anima, q̃ illa grauia ſentit, intelligat ſe nondũ accepiſſe vires, quibus talia ſint præcepta domini qualia cõmendatur, leuia ſ. atq; ſuauia, & oret gemitu voluntatis, vt impetret donũ facilitatis. Qui.n. dicit: Piat cor meum immaculatum: Et, Itinera mea derige ſecundũ verbũ tuũ: Et, Ne dominetur mihi omnis iniquitas: Et, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: &, ne nos inferas in tentationẽ: & cætera hmõi q̃ cõmemorare lõgum eſt: hoc vtiq; orat, vt præcepta dei faciat: q̃ vt fierent nec iuberetur, ſi nihil ibi noſtra voluntas ageret: nec oraretur, ſi ſola ſufficeret. Commendantur ergo non eſſe grauia, vt cui grauia ſunt, intelligat nondũ ſe accepiſſe donum, quo grauia non ſint, nec arbitretur ea ſe perficere, quando ita facit, vt grauia ſint. Hilarem enim datorem deligit deus. Nec tamen cum ea grauia ſentit deſperando frangatur, ſed ad quærendum, petendum pulſandumq́; cogatur. Audiamus ergo & in his teſtimonijs, quæ deinde poſuit, deum ſua præcepta non grauia cõmendantem, p̃ dei mandata, inquit, non modo impoſsibilia nõ ſint, verum ne grauia quidem. In Deuteronomio, Et conuertetur dominus deus tuus epulari in te ſuper bonis, ſicut epulatus eſt ſup̃ patres tuos, ſi audieritis vocem domini dei veſtri, cuſtodire & facere omnia mandata eius, & iuſtitias, & iudicia, quæ ſcripta ſunt in libro legis huius: Si conuerſus fueris ad dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex toto anima tua, quia mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non eſt graue, neque longe à te eſt: Non eſt in cœlo, vt dicas, quis aſcendet in cœlum, & accipiet illud nobis, & audientes faciamus? Non eſt trans mare, vt dicas, quis transfretabit mare & accipiet illud nobis, & audiẽtes faciamus? Iuxta te eſt enim uerbum in ore tuo, in corde & in manibus tuis facere illud. Item dominus in Euangelio. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciã. Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Item in Epiſtola ſancti Ioannis: Hæc eſt charitas dei, vt mandata eius obſeruemus, & mandata eius grauia non ſunt. His auditis legitimis & Euãgelicis & Apoſtolicis teſtimonijs ædificemur ad gratiam, quam non intelligunt, qui ignorantes dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Si non intelligunt illud in Deuteronomio, quemadmodum Apoſtolus Paulus commemorauerit, vt corde credatur ad iuſtitiam, ore fiat confeſsio ad ſalutem, quia non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus: iſto certe Ioannis Apoſtoli teſtimonio quod ad iſtã ſententiam poſuit vltimum, vbi ait: Hæc eſt charitas dei vt mandata eius ſeruemus, & mandata eius grauia non ſunt: debẽt vtique commoneri, charitati dei nõ eſſe graue mandatum dei, non niſi per ſpiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris: non per arbitrium humanæ voluntatis, cui plus dando quàm oportet, ignorant iuſtitiam dei. Quæ tamẽ charitas tunc perfecta erit, cum pœnalis timor omnis abſceſſerit. Poſt hæc

Respon.

Matt. 6.

M

1. Ti. 1. Ro. 13.

1. Ioã. 4.

Rom. 5.

A Ps. 118. Matt. 6.

2. Co. 9.

hæc p̃poſuit teſtimonia quæ cõtra eos dici ſolent, nec ea ſoluit, ſed cõmemorando quaſi contraria, q̃ſtiones ãrctius illigauit. Ait.n. teſtimonia ſcripturarum q̃ ediuerſo ponenda ſunt his, q̃ arbitrij libertatem, vel nõ peccãdi poſſibilitatẽ imperite exiſtimãt ſe ſcripturarum authoritate poſſe deſtruere. Obijcere.n. ſolet, inq̃t, p̃ ſanctus Iob dixerit, Quis mundus eſt a pct̃õ? Nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſup̃ terrã. Deinde quaſi rñdet huic teſtimonio alijs teſtimonijs, qđ ipſe Iob dixerit: Iuſtus.n. vir & ſine q̃rela, factus ſum in deriſum: Nõ intelligẽs, poſſe dici hominẽ iuſtũ, q̃ p̃fectioni iuſtitiæ plurimũ acceſsit, ita vt ei p̃ximus fieret, qđ multos ẽt in hac vita potuiſſe, in q̃ ex fide viuit, non negamus. Hoc & illo teſtimonia cõfirmãt, p̃ iſte cõſequẽter adiũxit ab eodẽ Iob dictu: Ecce ipſe p̃ximus ſum iudicio meo, & ſcio q̃a iuſtus inueniar. Hoc enim ẽ iudiciũ, de quo alibi dr̃: Et educet quaſi lumẽ iuſtitiã tuã, & iudiciũ tuũ velut meridiẽ. Deniq; non dixit, vbi ſum, ſed p̃ximus ſum: Qđ ſi iudiciũ ſuũ illud intelligi voluit, nõ quo ipſe iudicauit, ſed quo in fine eſt iudicãdus, iuſti in illo iudicio inuenienẽ oẽs, q̃ nõ fallaciter dũt: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is, Per hãc.n. dimiſsionẽ iuſti inuenienẽ, eo p̃ ea q̃ hic hẽbant pct̃ã eleemoſynis deleuerũt. Vñ dñs dicit, Date eleemoſynã: & ecce omnia mũda ſunt vobis. Denique hoc dicẽt iuſtis in regnũ p̃miſſum ituris: Eſuriui.n. & dediſtis mihi manducare: & cætera hmõi. Sed aliud eſſe ſine pctõ, qđ de ſolo in hac vita vnigenito dictũ eſt: aliud, eſſe ſine q̃rela, qđ de multis iuſtis, ẽt in hac vita dici potuit: q̃m eſt q̃dã modus bonæ vitæ, de quo ẽt in iſta humana cõuerſatione, iuſta q̃rela eſſe nõ poſsit. Quis.n. iuſte q̃ritur de homine, q̃ nemini male vult, & q̃bus põt fideliter cõſulit, nec contra cuiusq̃ iniurias tenet libidinẽ vindicãdi, vt veraciter dicat, Sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is: Et tñ eoip̃ſo qđ verũ dicit, Dimitte, ſicut & nos dimittimus: ſine pctõ ſe nõ eſſe declarat. Inde eſt qđ dicit: Nihil iniquũ erat in manibus meis, ſed mũda oro mea. Hinc.n. erat munda oratio, quia veniam non iniuſte petebat q̃ veraciter dabat, & qđ dicit de dño: Multas.n. contritiones meas fecit ſine cauſa: non ait, nullus fecit cũ cauſa: ſed, multas ſine cauſa. Non.n. p̃ multa pctã eius, factæ ſunt ei multæ cõtritiones, ſed p̃pter probationem patientiæ. Nam p̃ pctã ſine quibus, vt alibi confitet̃, non fuit, pauciora ſe pati debuiſſe iudicat. Itẽ qđ dicit: Vias.n. eius cuſtodiui, & non declinaui à mãdatis eius, neque diſcedã. Cuſtodi vias dei, q̃ nõ ſic exorbitat, vt eas relinquat, ſed in eis currendo p̃ficit, & ſi aliquãdo vt infirmus offendit aut titubat, p̃ficit aũt minuẽdo pctã, donec veniat vbi ſine pctõ ſit. Nõ.n. aliter poteſt eo modo p̃ficere, niſi cuſtodiendo vias eius. Declinat autẽ à mãdatis domini atque diſcedit apoſtata, non ille q̃ etiam ſi habeat pct̃m, confligendi tamen cum eo perſeuerantiã non relinquit, donec eò p̃ueniat, vbi nulla cum morte cõtentio remanebit. In iſto ergo conflictu induimur ea iuſtitia qua hic ex fide viuit, & ea quodãmõ loricamur. Aſſumimus quoq; iudiciũ, qđ etiam cõtra nos p̃ nobis faciamus, quando pctã nr̃a accuſando damnamus, vnde ſcriptũ eſt, Iuſtus ipſe ſui accuſator eſt in primordio ſermonis. Hinc itẽ dicit, Iuſtitia veſtitus eram, & circundedi mihi iudiciũ, ſicut chlamydẽ: Nam & iſta veſtis, belli magis ſolet eẽ q̃ pacis, vbi adhuc expugnaẽ concupiſcentia, nõ vbi erit plena ſine aliquo p̃rſus hoſte iuſtitia, nouiſsima inimica mort e deſtructa. Qđ aũt iterum ait idẽ ſanctus Iob: Nõ enim reprehendit me cor meũ in omni vita mea: tunc nos in iſta vita in qua ex fide viuimus, nõ reprehendit cor nr̃m, ſi eadẽ fides in qua corde credit ad iuſtitiã nõ negligit reprehendere pct̃m nr̃m. Vnde dicit Apoſtolus, Non.n. qđ volo facio bonũ, ſed qđ odi malũ hoc ago. Bonũ eſt n. non concupiſcere, & hoc bonũ vult iuſtus, qui ex fide viuit, & tamẽ facit qđ odit, quia cõcupiſcit, q̃uis poſt cõcupiſcentias ſuas, nõ eat. Qđ ſi fecerit, tũc vere ipſe fecit vt cedat, & cõſentiat vt deſyderio peccati obediat. Tunc.n. cor eius reprehẽdit, quia ipſum reprehendit, nõ illud peccatũ eius qđ habitat in membris eius. Cum vero non finit regnare peccatum in ſuo mortali corpore ad obediendum deſyderijs eius, nec exhibet membra ſua arma iniquitatis peccato, ineſt quidem peccatum in membris eius, ſed non regnat, quia non obeditur deſyderijs eius. Et ideo dum qđ non vult agit. i. non vult concupiſcere & concupiſcit, conſentit legi, quia bona eſt: Hoc.n. vult & ipſe quod lex, quia nõ vult ipſe concupiſcere: & lex dicit, Non concu-

Iob. 23.

Iob. 14.

Deu. 30

B

Mat. 11.

Matt. 6.

Luc. 11.

Mat. 25.

Rom. 10 Matt. 9.

1. Ioã. 5.

C

D

Pſal. 36.

E

F

Prou. 18 Iob. 29.

Iob. 27.

Rom. 10

Rom. 7.

Abac. 2.

Eccl. 18

Rom. 6.

G

pisces. In hoc quoniã vult, qđ & lex vult, proculdubio consentit legi: concupiscit tũ, quia non est sine pctõ, sed iã non ipse opat illud, sed id quod in illo habitat peccatum. Ideo non ipsum reprehẽdit cor eius in omni vita eius: hoc est in fide eius, qa iustus ex fide viuit: & ideo fides eius ẽ vita eius. Scit enim quia non habitat in carne eius bonũ, vbi habitat peccatũ: sed non ei consentiendo viuit ex fide, qui inuocat deũ vt adiuuet pugnans contra peccatũ, qđ vt omnino ibi non sit, adiacet ei velle, sed perficere bonum non adiacet: non facere bonũ non adiacet, sed perficere. Nã in eo ꝙ nõ sentit, bonũ facit: & in eo ꝙ odit concupiscentiã suã, bonum facit: & in eo ꝙ eleemosynas facere nõ cessat, bonum facit: & in eo ꝙ illi qui in eũ peccat ignoscit, bonum facit, & in eo qđ petit sibi dimitti debita sua, & veraciter dicit, ꝙ dimittit etiã ipse debitoribus suis, & orat
H vt non inferatur in tentationem, sed liberetur à malo, bonum facit: ei tũ perficere bonum non adiacet, quod tunc erit quando illa concupiscẽtia q habitat in membris eius, nulla erit. Non ergo eum reprehendit cor eius, quando reprehendit peccatum qđ habitat in membris eius, & non habet q̃ reprehendat infidelitatem eius. Ita nec in vita sua i. in fide sua, à corde suo reprehenditur, & sine peccato non esse conuincitur. Qđ
Iob 14. & ipse Iob de se confitetur vbi dicit: Nihil te latuit peccatorum meorum. Signasti iniquitates meas in sacculo, & annotasti si qd in vitijs transgressus sum. Testimonia ergo quæ posuit de verbis sancti viri Iob, nos sicut potuimus quemadmodum sint accipiẽda monstrauimus, Nec tamen ille soluit ꝙ eundem Iob dixisse proposuit: Quis.n.mũdus est à peccato? Nec infans cuius est diei
2 vnius vita super terram. Iterum propo-
Psa.115 nere solent, inquit, Omnis hõ mendax. Neque hoc contra seipsum seipso propositum soluit, sed commemorando alia velut cõtraria testimonia apud eos qui non intelligũt sanctam scripturam, diuina eloquia in lite dimisit. Ait n. Quibus rũdẽdum est, quod in Numeri lib. scriptum est, Homo verax;
Iob. 1. Et de sancto Iob legitur ita: Erat vir habitãs in regione Austitide nomine Iob, verax, sine crimine, iustus dei cultor, abstinens se ab omni re mala. Miror ꝙ ausus est ponere hoc testimoniũ, vbi dictũ est, abstinẽs se ab omni re mala: cũ hoc ab omni pctõ vellet intelligi: cũ superius dixerit, pctm actũ malũ esse, nõ rẽ. Reminiscat ergo quia ẽt si actus sit, res põt dici. Abstinet se aũt ab omni re mala, qui pctõ, sine quo nõ est, vel nũ quã omnino cõsentit, vel si aliqñ pmit non opprimit, sicut luctator fortior, & si aliqũ tenet, non iõ pdit quo superior inuenitur. Legit sane hõ sine crimine, legit sine q̃rela: at non legit sine pctõ, nisi filius hominis vnus idẽq; dei filius vnicus, Itẽ, inquit, apud ipsum Iob: Et miraculũ tenuit veracis hominis. Itẽ apud Salomonẽ de sapiẽtia: Viri
Ecc.15 mendaces nõ erũt illius memores, viri aũt
Apoc.14 veraces inuenient in illa: Item in Apocalypsi: Et in ore ipsorũ nõ est inuẽtũ mẽdaciũ, sine macula sunt. Ad hæc & nos rũdemus, admonentes, qũo dicendus sit hõ verax per dei gr̃am atq; veritatẽ, qui per seipsum sine
Psa.115 dubio mẽdax est. Vnde dictũ est: Omnis hõ mendax. Hoc testimoniũ sonat de sapiẽtia ꝙ ipse posuit, Viri aũt veraces inuenient in illa: qui proculdubio nõ in illa, sed in seipsis inuenientur esse mendaces. Sicuti est.
Ephe.5. Fuistis aliqñ tenebræ, nunc aũt lux in dño.
K Cum diceret, tenebræ, non addidit in dño: cũ aũt dixisset, lux, addidit vtiq; in dño, qa in seipsis lux esse non possent: vt qui gloriatur, in dño glorietur. Illi vero in Apocalypsi ppea tales dicti sunt, ꝙ nõ sit inuentũ in ore eorũ mendaciũ: quia non dixerũt se non habere pctm, qđ si dicerent, seipsos deciperent, & veritas in eis non esset. Porro si veritas in eis nõ esset inueniretur in ore eorũ mẽdaciũ. Quod si pp inuidiã cũ essent sine pctõ, dicerẽt, se nõ esse sine pctõ, hoc ipsum esset mendaciũ, falsumq; esset quod dictũ est: Non est inuentũ in ore ipsorũ mẽdacium. Iõ ergo sine macula sunt qa sicut ipsi dimiserunt debitoribus suis, sic illis deo dimittẽte mũdati sunt. Ecce nos, vt valuimus, exposuimus qũo accipienda essent testimonia, q̃ pro sua causa commemorauit. Ipse aũt qũo sit accipiendũ iqđ scriptũ est,
Psa.115. Omnis hõ mendax: omnino nõ soluit, nec soluere potuit, nisi correcto errore, quo credit hominẽ sine adiutorio gr̃æ dei, p̃ solã propriã voluntatẽ posse esse veracẽ. Sic aliã
3 q̃ sequitur q̃stionẽ proposuit, nec soluit, immo vero auxit & difficiliorẽ reddidit, ppo
Psal.13. nẽdo aduersum se prolatũ testimoniũ: Nõ est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ: & q̃ si cõtraria testimonia referẽdo, qbus oũderet esse homines q faciũt bonũ, qđ qdẽ oñ
L dit. Sed aliud ẽ, nõ facere bonũ: aliud, nõ eẽ sine pctõ, ẽt si hõ faciat multa bona. Qua propter

pp ea testimonia quæ posuit, nõ sunt cõtra illud quod dr̃ non esse in hac vita, hominẽ
Psal.36. sine peccato. Ipse aũt non oñdit quẽadmodũ dictũ sit: Nõ est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum. Ait.n. sctũs Dauid: Spera in dño, & fac bonitatẽ. Hoc pceptũ est, non factũ. Quod pceptũ non vtiq; faciebãt, de q-bus dictũ est. Non est q̃ faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ. Ait ẽt dixisse sctũs Tobiã: No
Tob. 4. li timere fili, pauperẽ vitã gerimus, sed multa bona hẽbimus si timuerimus deum, & recesserimus ab oi pctõ, & fecerimus bona. Verissime tũc erũt homini multa bona, cũ recesserit ab oi pctõ. Tũc.n ei nulla erũt
Matt.6. mala, vt nõ opus hẽat dicere: Libera nos a malo. Quanuis & nunc omnia qui proficit recta intentione proficiens, recedit ab omni pctõ, & tãto inde sit lõginquior quanto plenitudini iustitiæ perfectioniq; propinquior: quia & ipsa est concupiscentia, quod est pctm̃ habitans in carne nostra, & si manet adhuc in membris mortalibus, minui tũ non desinit in proficientibus. Aliud est ergo recedere ab omni pctõ, quod nũc in ope
M re est: aliud, recessisse ab omni pctõ, quod in illa perfectione tũc erit. Sed tũ & qui iam recessit, & qui adhuc recedit, non est negandus facere bonum. Qũo ergo dictum est, Nõ est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ: quod ille proposuit, & non solutũ reliquit nisi quia populũ quendam psalmus ille cul pat, in quo nec unus erat qui faceret bonũ, dum volunt remanere filij hominum, & non esse filii dei, cuius gratia hõ fit bonus, vt faciat bona. De illo.n.bono dictũ hic de-
Psal.13. bemus accipere. quod ibi ait: Deus de cœlo prospexit super filios hominũ, vt uideat si est intelligens aut requirens deũ. Hoc ergo bonum, quod est requirere deum, non erat qui faceret, non erat vsq; ad vnum, sed in eo genere hominum qđ prædestinatum est ad interitum. Super hos.n. respexit dei p̃scientia protulitq; sententiã. Item dicunt, inquit,
Luc. 3. illud quod saluator ait: Quid me dicitis bonũ? Nemo bonus, nisi solus deus. Hanc itẽ propositionem omnino nõ soluit: sed opposuit velut ex aduerso alia testimonia, quia probaret esse & hominem bonum: Dixit
Mat.18 enim esse rũdendũ quod idẽ dñs alibi ait:
Mat.15 Ennus hõ de bono thesauro cordis sui profert bona. Et iterum: Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Et alibi scriptum est, inquit, Bona bonis creata sunt ab
A initio. Et iterum: Qui sunt boni, erunt habitatores terræ. Cui si respondendum est, vt & illud intelligatur qũo dcm̃ sit: Nemo bonus, nisi vnus deus: Siue quia omnia quæ creata sunt, q̃uis ea deus fecerit bona ualde, creatori tũ comparata bona sunt: cui comparata, nec sunt. Altissimo quippe & ꝑprio modo quodam de ipso dixit, Ego sum qui sum: sicut dcm̃ est, Nemo bonus, nisi unus deus: Quẽadmodum de Ioãne dcm̃ est, Nõ erat ille lumen: cum dñs eum dicat lucernã: sicut discipulis, quibus dixit: Vos estis lumẽ mundi. Nemo accendit lucernã & ponit eã sub modio: sed in cõparatione lumi-
Ioan. 1. nis illius, qđ est verũ lumẽ illuminãs oẽm hominem venientẽ in hunc mũdũ, nõ erat ille lumen. Siue quia ipsi ẽt filii dei comparati sibiipsis quales in illa ꝑfectione æterna futuri sunt, ita boni sunt, adhuc vt mali
Matt.7. sint. Quod de illis dicere nõ auderẽ, Quis enim audeat dicere malos esse, quorũ pater est deus, nisi ipse dñs diceret: Si ergo vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vr̃is: q̃to magis p̃r vester, q in cœlis ẽ, dabit bona petẽtibus se? Cum ait vtiq;, p̃r vester, filios dei esse iã mõstrauit, quos tamen adhuc ma-
4 los esse nõ tacuit. Ille tũ non soluit, qũo & isti boni sint, & nemo sit bonus, nisi vnus deus: vñ est ille admonitus q interrogauerat qđ boni faceret, vt illũ q̃reret cuius gr̃a
B bonus eẽt, cui bonũ eẽ, hoc ẽ ipsum eẽ, quia incõmutabiliter bonus, & nõ põt omnino malus esse. Itẽ dicunt, inqt: Quis gloriabi
Pro.20. tur castũ se hr̃e cor? Et ad hoc rũdit multis testimoniis, volens ostẽdere posse eẽ in ho-
5 mine castũ cor: nec tũ dicit qũo accipiendũ sit, qđ proposuit contra se dici, Quis gloriabitur castum se hr̃e cor: ne scriptura diuina in hoc testimonio & in his per quæ rũdit, sibi ipsa aduersari videat. Nos autem huic
Respon. rũdẽtes dicimus iõ secutum eẽ, qs gloriabit castũ se hr̃e cor: qm̃ p̃cessit, cum rex iustus sederit in throno. Quãtalibet.n. iustitia sit p̃ditus hõ, cogitare debet ne aliquid in illo quod ipse non videt inueniatur esse culpandum, cum rex iustus sederit in throno, cuius cogitationem fugere delicta nõ p̃sit, nec illa de qb. dcm̃ est: Delicta quis intelligit?
Cum ergo rex iustus sederit in throno, qs
Psal.18. gloriabitur mundũ se eẽ a pctõ? Nisi forte isti q volũt in sua iustitia, nõ in ipsis iudicis misericordia gloriari. Tñ ẽt illa vera sunt
6 quę rũdẽdo subiecit, qđ saluator ait in Euã-
Matt.5. ge. Beati mũdo corde, quoniã ipsi deũ uidebunt: Et quod Dauid dicit: Quis ascendet
Psal.23. in mon-

C in monte dñi, aut qs stabit in loco scō eius? Psa.124
7 Innocēs manibus & mūdo corde: Et alibi,
8 Bñ fac dñe bonis & rectis corde. Itē apud Ecclesia
9 Salo. Bona est substātia, cui nō est pctm in stici.13.
cōscientia. Itē illic: Auerte te a delicto, & di
rige manus, & ab omni delicto munda cor
tuum. Item in epi. Ioānis: Si cor nrum nos
1.Ioa.3. nō reprehēdat, fiduciā hēmus ad deū, & quæ-
cunq; petierimus accipiemus ab eo. Hoc.n.
agitur voluntate, credendo, sperādo, diligē-
do, corpus castigando, eleemosynas facien-
do, iniurias ignoscendo, istāter orādo, & p
ficiendi, vires præcādo, veraciterq; dicen-
Matt.6. do: Dimitte nobis sicut & nos dimittimus,
& ne inferas nos in tētationē, sed libera nos
a malo. Hoc prorsus agitur vt cor mundet,
& peccatū oē tollatur, & qd iudex iustus
eū in throno sederit occultum inuenerit,
minusq; mundatum, eius misericordia re-
mittatur, vt deo videdo totū sanum mundū
que reddat. Iudiciū.n. sine misericordia ē,
sed illi q non fecit misericordiā, Superexal
Iacob.2 tat aū: misericordia iudicio, Quod si non
eet, q spes eet? Quidem cū rex iustus sede
rit in throno, quis gloriabitur castum se ha
bere cor, aut qs gloriabitur mundum se eē
Mat.13. pctō? Tunc ergo per eius misericordiam iu
D sti plene perfecteq; mundati, fulgebunt si-
Ephes.5 cut sol in regno pris sui. Tunc plēa atq; p-
fecta erit ecclesia, non hūs maculam aut ru
gā: aut aliqd hmōi, qa tūc ēt erit vere glo-
riosa. Cum.n. non tm ait, vt exhiberet sibi
ecclesiā non hūtē maculā aut rugam, sed ad
didit, gloriosam: satis signauit, qū erit sine
macula & ruga aut aliquid hmōi, tūc vtiq;
qū gloriosa: Non.n.mō in tantis malis, in
tātis scādalis, in tāta pmixtione hominum
pesimorū, in tantis opprobriis impiorū di
cendū est eā esse gloriosam quia reges ei ser
uiūt, vbi ē periculosior maiorq; tētatio, sed
tūc potius gloriosa erit, qū fiet qd idem ait
Colo.3. Apostolus: Cū Christus appuerit vita ve
stra, tūc & vos apparebitis cum ipso in glo
ria. Cum.n.dūs ipse scdm formā serui, per
quā se mediator cōiunxit ecclesiæ, non fue-
rit glorificatus nisi resurrectionis gloria,
Ioan.7. Vnde dcm est, Spūs nō erat datus qa Iesus
nōdū fuerat glorificatus: quo dicēda est an
te resurrectionē suā, ecclesia eius eā glorio
sa? Mūdat ergo eā nūc lauacro atq; in ver-
bo abluēs pctā prerita, & pellens ab ea dña-
tionē malorū angelorū: deinde pficiēs eius
sanitates, facit eā occurrere illā gloriosā, si-
Rom.8. ne macula & ruga. Quos.n, prædestinauit,
illos & vocauit: & quos vocauit ipsos & iu E
stificauit: quos aūt iustificauit, illos & glo-
rificauit. In hoc mysterio dcm arbitror, Ec
ce eijcio dæmonia & sanitates pficio hodie
& eras, & tertia die consummor. i. pficior.
Dixit.n. hoc ex psona corpis sui, qd est ec
clesia dei: ponēs p distinctis ordinatisque
tpibus, qd & in sua resurrectione signauit
in triduo. Puto aūt intereē inter rectū cor
de, & mūdū corde. Nā & rectus corde in ea Mūdus
q retro sunt obliuiscēs, vt recto cursu. i re- corde &
cta fide atq; intentione perueniat, vbi ha- rectus
bitat mundus corde. Sicut illa singula red- cordedi
dēda sunt singulis, vbi dcm est: Quis ascen- ferunt.
det in montē dñi, aut quis stabit in loco scō Phili.3.
eius? Innocēs manibus & mundo corde. In Psal.23.
nocēs manibus ascendet, & mundus corde
stabit. Illud in ope est, illud in fide: Et illic
magis intelligēdū qd dcm ē: Bona ē substā
tia, cui nō est pctm in cōscia. Tunc.n.erit
vere bona substātia. i. veræ diuitiæ, cū tran
sierit tota pauptas. i. cū consummata fuerit
omnis infirmitas. Nunc vero auertat se hō
a delicto, cū proficiendo inde discedit, & re-
nouetur de die in diē & dirigat manus in
opa misericordiæ, & ab omni delicto mun-
det cor suū, miserratur, vt qd restat per ve-
niā dimittatur. Hoc.n. salubriter & sine va
na manitq; iactātia bñ intelligitur in eo, qd
dixit. s. Ioānes: Si cor nrum nos nō reprehen
dat, fiduciam hēmus ad deū, & quæcūq; pe F
tierimus abeo accipiemus. Hoc.n.vī illo lo 1. Ioā.3
co admonuisse, ne cor nostrum nos in ipsa
oīone & petitione reprehendat: hoc est ne
forte cum cœperimus dicere, Dimitte no Matt. 6
bis, sicut & nos dimittimus: compungamur
nō facere quod dicimus, aut ēt non audea-
mus: dicere quod non facimus, & fiduciam
petēdi amittamus. Itē sibi opposuit testimo 10
niū sanctarū scripturarū quod eis dici so-
let, Quia non est hō iustus in terra qui fa-
ciat bonū & non peccet. Et quasi rūdit aliis Ecclesia
testimonijs, quia dūs de. s. Iob ait: Nunqd stes. 7.
cōsideraſti seruū meum Iob? Non.n. est ei Iob. 1.
similis quisquā in terris homo sine quere
la, verus dei cultor, abstinēs se ab omni ope
re malo. Vnde iam supius disseruimus. Nec
tū ipse ostendit nobis quomodo & Iob, si
hæc verba ita intelligenda sunt, sine vllo
peccato fuerit in terra, & verum sit quod
scriptum esse dixit: Non est homo iustus in
terra qui faciat bonum & non peccet.

Item dicunt, inquit, quia non iustifica- 11
bit in conspectu tuo omnis viuēs. Et huic Psal.142
testimo-

testimonio quasi rādit ad nihil aliud, nisi
vt scripturæ sanctæ inter se litigare videan
tur, quarū concordiā nos debemus oīdere.
G Ait.n. quibus rūdendū est qd de sancto Za
charia Euangelista testat, dicens: Erat autē
Lucæ.1. Zacharias & Helizabeth vxor eius iusti
ambo in cōspectu dñi, & in omnibus māda
tis incedētes & iustificationibus dñi sine q
rela. Qui iusti ambo vtiq; legerāt inter ip-
sa māndata, quēadmodū sua pctā mūdarent:
Nā Zacharias, qd de omni sacerdote ex ho
minibus accepto in epistola ad Hebræos di
citur, ēt pro suis peccatis vtiq; hostias offe
rebat. Quo ergo intelligēdū sit qd dr sine
Hebr.5. q̄rela, iā supra satis, q̄tū opinor, ostēdimus.
12 Et btūs, inqt, Apostolus ait: Vt simus san-
Ephe.1. cti & immaculati in cōspectu eius, Hoc agi
tur, vt hoc simus, si immaculati intelligēdi
sunt q omnino sunt sine crimine ēt in hac
vita. Si aūt immaculati sunt sine crimine,
ēt in hac vita fuisse atq; esse negare nō pos-
sumus, quia non ideo sine vllo pctō est ali
quis, qm non habet maculā criminis. Vnde
& Apostolus cū ministros eligeret ordinā
dos, non ait, si quis sine pctō: qd inuenire
AdTi.1. non posset: sed ait, Si quis sine crimine: quod
vtiq; posset. Nec tū ipse ostendit quēadmo
dū scdm suā cām debeams accipere, quod
scriptū est, Qm non iustificabit in conspe-
ctu tuo omnis viuens. Aperta quippe sentē
tia de superiore versu illustrius declarata:
Psa.142. Nō intres, inquit, in iudiciū cū seruo tuo,
H quia non iustificabit in conspectu tuo om-
nis viuēs. Iudiciū timet, quia misericordiā
desyderat, q̄ supexultat iudicio. Hoc est.n.
Iacob.2 ne intres in iudiciū cum seruo tuo, noli me
iudicare scdm te qui es sine pctō, quia non
iustificabit in conspectu tuo omnis viuens:
qd de hac vita dictū sine difficili qōne in-
telligitur. Et qd ait, non iustificabit: ad illā
perfectionē iustitiæ retulit q̄ in hac vita nō
est. Itē dicunt, inquit: Si dixerimus quia
13 pctm nō hēmus, ipsi nos seducimus, & ve-
1.Ioā.1. ritas in nobis nō est. Et huic euidentissimo
testō quasi contrarijs testimonijs rūdere
conatus est, qp idē scūs Ioannes in eadē epi
1.Ioan.3 stola dicat: Hoc aūt dico frēs, vt non pecce
tis. Omnis qui natus est ex deo, pctm non
facit, quia semen ipsius in eo manet, & non
pōt peccare. Item illic: Qui natus est ex
14 deo nō peccat, quia gnātio dei cōseruat eū,
1.Ioan.5 & malignus nō tanget eū. Itē illic, inqt,
15 vbi de saluatore ait: Qm ille apparuit, vt
1.Ioan.3 peccata tolleret. Omnis q in eo manet, non
peccat. Omnis q peccat, nō vidit eū nec co
gnouit eū. Itē illic: Charissimi, nūc filij
dei sumus, & nōdū appuit qd erimus. Sci- 18
mus qm cū appuit, similes ei erimus, qm vi I
debimus eū sicuti est: & omnis q hēt spem
hāc in eū sanctificat se, sicuti & ipse scūs ē.
Et tm cū hæc omnia testimonia vera sint, ve
rū est & illud qd proposuit, & non soluit:
Quod si dixerimus quia pctm nō hēmus,
nosipsos seducimus, & veritas in nobis non
est. Ac per hoc scdm id qp ex deo nati su-
mus, in eo qui appuit vt pctā tolleret i. in
Chro manemus, & non peccamus: hoc est 2.Co.4.
aūt, qp interior renouat de die in diē. Scdm
aūt qp de homine illo nati sumus per quem Rom.5.
pctm, intrauit in mūdū & p pctm mors, &
ita in oēs homines ptrāsiit, sine pctō nō su
mus: qa sine illius infirmitate nōdū sumus,
donec illa renouatione, q̄ fit de die in diem,
qm scdm ipsam ex deo nati sumus, infirmi
tas tota sanet, in qua ex primo homine nati
sumus, & in quā sine pctō nō sumus, cuius
reliqis in homine manētibus interiore, quā
uis de die in diē minuant in proficiētibus.
Si dixerimus qa pctm non hēmus, nosipsos
seducimus, & veritas in nobis nō est. Quo
enim verū est: Omnis q peccat nō vidit eū,
neq; cognouit eū: cū scdm visionē & cogni
tionem q̄ erit in spetie, nemo eū in hac vita i.Ioā.3.
videat atq; cognoscat: scdm aūt visionē at-
que cognitionē q̄ est in fide, multi sunt qui
peccēt, certe ipsi apostatę, qui tū in eū aliqū
crediderunt, vt de nullo eorū dici possit, sc- K
cūdū visionē & cognitionē q̄ adhuc in fide
est, nō vidit eū neq; cognouit eū? Sed intel-
ligendū arbitror, qa renouatio pficiēda vi
det eū & cognoscit: infirmitas vero absumē
da non videt, neq; cognoscit eum. In cuius
quantiscunq; reliquiis constitutis interius:
Si dixerimus quia peccatū nō hēmus, nosi-
psos seducimus, & veritas in nobis non est.
Cum ergo per grām renouationis filij dei 1.Ioā.1.
simus, tamen pp reliquias infirmitatis non
dū apparuit qd erimus, scimus qm cū appa 1.Ioan.3
ruerit similes ei erimus, qm videbimus eū
sicuti est: Tunc peccatū nullū erit, quia in-
firmitas nec interior, nec exterior vlla re-
manebit, & omnis qui hēt hāc spem in eū,
sanctificat seipsum sicut & ipse scūs est. San
ctificat.n. non per seipsum, sed credendo in
illū & inuocādo illū qui sanctificat sanctos
suos: Cuius sanctificationis perfectio, q̄ nūc
proficit & crescit de die in diem, omnes in-
firmitatis reliquias ablatura est. Itē di-

cunt,

cunt,inquit, Nō volentis neq; currentis,
1.Co.7. sed miserentis est dei. Quibus rndendum
Ad Phi esse dicit,qd idē Apostolus alibi de quodā
limonē. ait, Q d vult faciat. Itē,inquit,ad Philemo
b. nem de Onesimo: Quē ego voluerā apud
L me detinere,vt pro te mihi ministraret,sed
sine consilio tuo nihil volui facere, vt non
quasi ex necessitate bonū tuū esset,sed vo-
lūtariū. Itē in Deuter. Vitā,& mortem de
Deu. 30 dit ante faciem tuā,bonū & malū,elige vi-
Eccles. tā vt uiuas. Item apud Salo. Deus ab initio
Eccli. 15. cōstituit hominem,& reliquit eū in manu
cōsilij sui:adiecit ei pcepta & mādata,si vo
les,pcepta seruabunt te,& in posterum fidē
placitā facere. Apposuit tibi aquā & ignē,
ad q̄ vis porrige manum tuā: añ hominē
bonum & malum,vita & mors, paupertas
Esaiæ. 1. & honestas à dño deo sunt. Ité apud Esaiā,
Et si volueritis & audieritis me, quæ bona
sunt terræ manducabitis. Si autē nolueri-
tis,nec obaudieritis me gladio vos cōedet.
Respō. Os.n.domini locutum est hæc. Hic vero
Matt. 6. quantumlibet isti se obtegant,aperiuntur.
Declarāt.n.se contra dei gr̄am vel miseri-
cordiā disputare, q̄ volumus impetrare cū
dicimus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo &
in terra: Et,ne nos inferas in tentationem,
sed libera nos à malo: Vt quid.n.ista orādo
tanto gemitu petimus, si volentis hominis
& currentis,& nō miserentis est dei? Non
quia hoc sine voluntate nr̄a agit, sed quia
voluntas nō implet qd̄ agit, nisi diuinitus
M ad iuuent. Hæc est fidei sanitas quæ nos fa
cit orare,quærere vt inueniamus,petere vt
Matt. 7. accipiamus,pulsare vt ap̄iat̄ nobis. Cōtra
istā q disputat, cōtra seip̄m claudit ostium
miæ dei. Nolo plura dicere de re tāta,me-
lius eā cōmitto fidelū gemitibus q̄ sermo
nibus meis. Videre tñ obsecro q̄le sit volē-
ti & currēti miam dei nō necessariā, q̄ illū
ēt p̄uenit,vt curreret;q̄a de quodā ait Apo
stolus: Q d̄ vult faciat. Ibi vt arbitror vbi
seq̄t̄ & dicit: Nō peccat,si nubat,quasi p̄
magno hūdū sit,velle nubere, vbi de adiu-
torio diuinæ miæ opposius disputat̄: Aut ve
ro ēt ibi p̄deest aliq̄d velle,nisi deus proui-
dētia,qua gubernat omnia,marē fæmināq;
cōiungat: aut q̄m ad Philemonem scripsit
Ad Phi Apostolus,vt nō quasi ex necessitate bonū
lemonē. eius eēt,sed volūtariū: q̄ si aliter sit volūta
b. riū bonū,nō cū deus opat̄ in nobis,& vel-
Phili. v. le & opari pro bona voluntate: At quia in
Deu. 30 Deutero. scriptū ē: Vitā & mortē dedit añ
faciē hoīs bonū et malū,& admonuit elige
ret vitā: quasi & ipsa admonitio nō de mia
veniat:vel aliq̄d p̄desset eligere vitā: nisi
deus eligendi charitatē inspiraret,& electā
h̄re p̄staret. De quo dictū est, Q m̄ ira in in Psa. 29.
dignatione eius,et vita in volūtate eiu: Aut Esaiæ. 1.
q̄a dictū est,Si voles,pcepta seruabūt: quā-
si nō debeant deo agere gr̄as,q̄a pcepta vo-
luit,q̄ desertus omni lumine veritatis, hæc A
velle non posset. Positis ante hominē igne
& aqua,quo vult quidē porriget manū,sed
altior est qui uocat altius quā omnis huma
na cogitatio: Q uidem initium corrigen
di cor fides est,sicut scriptum est: Venies &
p̄transibis ab initio fidei, & q̄squis ita ele- Ro. 11.
gerit bonū sicut vnicuiq; deus partitus est Ioan. 6.
mēsuram fidei. Et nemo pōt ad me venire,
ait princeps fidei, nisi pater meus q̄ misit
me traxerit eū. Quod de fide dem esse qua
in eum creditur, satis euidenter postea ex-
planat,& dicit: Verba quæ ego locutus sum
vobis,spiritus & vita sunt,sed quidam sunt Ibidem.
ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab
initio Iesus,qui essent credentes,& quis eū
traditurus esset, & dicebat: Propterea dixi
vobis, quia nemo potest ad me venire, nisi
fuerit ei datum à patre meo. Magnum ali-
quid pro sua causa se in inuenisse arbitra-
tus est apud Esaiam prophetam, quia deus Esaiæ. 1.
dixit: Si volueritis me,quæ bona sunt ter-
ræ manducabitis: Si autem nolueritis & nō
audieritis me gladius vos comedet. Os.n.
domini locutum est hæc. Quasi non lex to
ta huiusmodi conditionibus plena sit: aut
ob aliud superbis præcepta ista data sint, B
nisi quia lex præuaricationis gratia posita Gala. 3.
est,donec veniret semē cui promissum est. Rom.5.
Vñ subintrauit, vt abūdaret delictū,& ubi
abundauit delictum,superabūdauit gratia:
id est, vt acciperet homo præcepta superbe
de suis viribus confidēs, in quibus deficiēs
& factus etiam præuaricator, liberatorem
saluatorem q̄; requireret,atq; ita eū timor
legis humilem factum, tanquam pœdago-
gus ad fidē gr̄āq; p̄duceret. Ita multiplica-
tis infirmitatibus postea accelerauerūt,q̄b.
sanandis opportune Chr̄s aduenit, In cu-
ius gratiā ēt iusti antiq̄ crediderunt, eadē
ipsa gr̄a eius adiuti,vt gaudentes eū præno
scerent,et quidā ēt p̄nunciarent,cē vēturū:
vel ī illo populo Israel sicut Moyses,& Ie
sus Naue,& Samuel, & Dauid, & cæteri
tales,vel extra ip̄m populū, sicut Iob: vel
ante ipsum populum,sicut Abraham,sicut
Noe, & q̄cūq; alij sūt quos vel cōmemo-
rat

rat vel tacet diuina scriptura. Vnus.n.deus,
& vnus mediator dei & hominū, hō Chr̄s
Iesus,sine cuius gr̄a nemo à condemnatio-
ne liberatur,siue quam contraxit ex illo,in
quo oēs peccauerunt, siue quam postea suis
iniquitatibus addidit. Quale est aūt qd̄ ille
posuit in extremo: Si quis dixerit, pōt fieri,
C vt hō vel verbo non peccet: Rndendū est,
inq̄t. Si vult deus,potest. vult.n.deus,ergo
pōt, Item ait: Si quis dixerit,fieri pōt,vt hō
in cogitatione non delinquat: Rndendum
est,Si vult deus potest: vult.n.deus,ergo po
test. Videte quemadmodum noluerit dice-
Psal. 17. re,si deus adiuuet,potest: cui dicitur, Adiu-
tor meus esto ne derelinquas me, Nō vtiq;
ad corporalia bona capessenda & mala cau-
enda, sed ad gerendā perficiendamq̄; iusti
tiam: p̄p quod dicimus, Ne nos inferas in
tentationem,sed libera nos à malo. Nec ad-
Matt. 6. iuuatur, nisi qui & ipse aliquid agit: Adiu-
uatur aūt si inuocat, si credit,si sēm propo
situm vocatus est, q̄m quos ante præsciuit,
& prædestinauit conformes fieri imaginis
filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis
Rom.8. fratribus. Quos aūt prædestinauit,illos &
vocauit,quos autem vocauit,illos & iustifi-
cauit: quos autem iustificauit,illos & glori-
ficauit. Currimus ergo cum proficimus,dū
sanitas nostra in proficiētibus currit. Sicut
ēt cicatrix currere dr̄, q̄n bñ vulnus diligē
terq̄; curratur,vt ex omni parte perfecti si-
ne vlla simus omnino infirmitate peccati
quod non solū vult deus verumetiā vt im-
pleatur facit atq; adiuuat. Et hoc nobiscum
agit gratia vel per Iesum Chr̄m dñm nr̄m,
D non solum præceptis,factis,exemplis,sed &
Rom.5. spiritu sancto, per quem latenter diffundi-
tur charitas in cordibus nostris, qui inter-
pellat gemitibus inenarrabilibus, donec in
nobis perficiatur sanitas, & deus videndus
est in æterna veritate monstretur. Quisq̄s
ergo fuisse vel esse in hac vita aliquem ho-
minem, vel aliquos homines putat,excepto
vno mediatore dei & hominum, quibus ne
cessaria non fuerit remissio pctōrum, con-
Rom.5. trarius est diuinę scripturæ, vbi Apostolus
ait: Per vnum hominē pctm̄ intrauit in mū
dum,& per pctm̄ mors, & ita in oēs homi-
nes pertransijt,in quo oēs peccauerunt: Et
necesse est,vt impia cōtentione asserat, esse
posse homines,qui sine mediatore Christo
liberante atq; saluante sint liberi saluiq̄e a
peccato,cum ille dixerit, Nō est opus sanis
Matt. 9. medicus,sed male habentibus. Nō veni vo-
care iustos,sed peccatores. Quisquis aūt
dicit, post acceptā remissionem pctōrum
ita quenq̄ hominem iuste vixisse in hac
carne,vel viuere, vt nullū hēbat omnino
peccatum,contradicit Apostolo Ioanni q̄ 1.Ioā 1.
air: Si dixerimus,q̄a peccatū nō habemus,
nosipsos seducimus, & veritas in nobis nō
ē. Nō.n.ait habuimus:sed,habemus. Qd̄
si quis asserit de illo pctō esse dictū', quod E
habitat in carne mortali nostra scm vi-
tium qd̄ peccantis primi hominis volun-
tate contractum est, cuius peccati deside-
riis ne obediamus, Paulus apostolus præce
pit: non autem peccare, qui eidem peccato
quanuis in carne habitanti,ad nullū opus
malum omnino consentit vel facti, vel di
cti vel cogitati,quanuis ipsa concupiscen-
tia moueatur, quæ alio non peccati modo
accepit,qd̄ ei cōsentire peccare sit,nobisq̄;
moueatur inuitis, subtiliter quidē ista di-
scernit,sed videat quid agatur de domini-
ca oratione,vbi dicimus: Dimitte nobis de Matt. 6
bita nostra. Quod nisi fallor, non opus es
set dicere, nisi nunquam,vel in lapsu lin-
guæ, vel in oblectanda cogitatione eiusdē
peccati desideriis, aliquantulum consenti-
remus, sed tantummodo dicendum esset:
Ne nos inferas in tentationem,sed libera
nos à malo. Nec Iacobus apostolus dice-
ret: In multis offendimus omnes. Nō.n. Iacob.3.
offendit,nisi cui mala concupiscētia cōtra
iustitiæ rationem appetendo seu vitando,
faciendum vel dicendum vel cogitandum
aliquid,qd̄ non debuit,siue fallens,siue p̄-
ualens p̄suadet. Postremo si excepto illo
capite nro sui corporis saluatores,asseru n
tur vel fuisse,vel esse in hac vita aliqui ho F
mines iusti sine aliquo peccato, siue nun-
q̄ consentiendo desyderiis eius, siue quia
pro nullo pctō hūdū est,qd̄ tantum est,vt
hoc pietati nō imputet deus,q̄uis aliter sit
beatus sine pctō, aliter aūt beatus, cui nō
imputat dñs pctm̄,nō nimis existimo relu
ctādū. Scio.n.q̄busdā cē visum,quorū de
hac re sententiā non audeo reprehendere
quenquā nec defendere valeam. Sed planè
quisq̄s negat nos orare debere, ne intre-
mus in tentationē: negat autem hoc qui
cōtēdit ad nō peccandū gratiæ dei adiuto
riū non esse homini necessarium, sed sola
lege accepta humanā sufficere volūtatem,
ab auribus omniū remouēdum,& ore om
nium anathematizandum non dubito.

Tomi Septimi Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Quaternionum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hg Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sſ Tu Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Omnes ſunt Quaterniones, præter. N n n. duernionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17

Universidad de Deusto
Biblioteca